


3 vol. & atlas

$12.–

GEOGRAPHI GRÆCI

MINORES.



VOLUMEN PRIMUM.


PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCII, VIA JACOB, 56.

GEOGRAPHI GRÆCI
MINORES.

E CODICIBUS RECOGNOVIT,
PROLEGOMENIS, ANNOTATIONE, INDICIBUS INSTRUXIT,
TABULIS ÆRI INCISIS ILLUSTRAVIT

CAROLUS MÜLLERUS.

VOLUMEN PRIMUM.



INSUNT :

HANNONIS CARTHAGINIENSIS PERIPLUS.
SCYLACIS, UT FERTUR, PERIPLUS.
DICÆARCHI, UT FERTUR, PERIEGESIS.
AGATHARCHIDIS DE MARI ERYTHRÆO LIBRI
SCYMNI CHII, UT FERTUR, PERIEGESIS.
DIONYSII CALLIPHONTIS F. PERIEGESIS.
ISIDORI CHARACENI MANSIONES PARTHICÆ.
ANONYMI PERIPLUS MARIS ERYTHRÆI.
ARRIANI INDICA ET PONTI PERIPLUS.
ANONYMI PERIPLUS PONTI EUXINI.
ANONYMI STADIASMUS MARIS MAGNI.
MARCIANI HERACLEENSIS PERIPLI.



PARISIIS,
EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS,
INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHIS,
VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXXII.

PRÆFATIO.

Studia geographica ut angustis apud Romanos limitibus continebantur ac subsistebant fere in dimetiendis imperii provinciis, sic apud Græcos latissime patebant eorumque per omne tempus erant deliciæ.

Nosti juvenile gentis ingenium. E Græciæ litore lacinioso vel serenis Ioniæ plagis mare prospectans puer ardescit longinquarum terrarum desiderio et ex ore pendet diu vagati nautæ Carici; vir deinde, si ferat fortuna, audita properat suis usurpare oculis atque nova addere notis, ut redux tandem visa circumstanti recitet coronæ literisque condita tradat posteritati. Sic in primo statim quod e prosæ orationis incunabulis prodiit opere ἀνὴρ πολυπλανὴς, Hecatæus, nativa nascentis sermonis simplicitate orbem terrarum pandere instituit. Cujusmodi ab initiis profecta geographia latius subinde exspatiata est. Et quum multiplex sit argumentum ac plerasque scientias humanas attingat, vix ullum Græcia studiorum curriculum inivit quin comitem se adjungeret geographia, quæ una logographos, sophistas, philosophos, historicos, rerum naturalium scrutatores, mathematicos, astronomos, nautas, mercatores, diversicolorem sane gentem, vastis suis spatiis excepit. Denique post Claudium Ptolemæum, lumen ultimum, per longum literarum crepusculum non aucta quidem est scientia geographica, haud pauci tamen commentandis, colligendis, excerpendis vetustorum geographorum scriptis operam navabant, usquedum ingruens barbariei caligo situ suo omnia obtegeret.

Post diram noctem renascente demum luce literarum, et unoquoque suam dinumerante fortunam, nobis quidnam perduraverat? O stragem immanem, jacturam irreparabilem! E tantis locupletissimorum librorum divitiis tria vix scripta majora, Strabonis, Ptolemæi, Hermolai, servari contigit. Et ne hæc quidem salva prorsus emerserant. Nam Strabonis et Ptolemæi libros quantopere temporum injuria et scribarum doctorum licentia, indoctorum socordia fœdaverit, Stephanum vero ab Hermolao breviatum quam lacerum eripuerimus, quis est qui nesciat? Hæc igitur auctorum trias quum sit quasi κλειδοῦχος quæ veterem nobis orbem recludat, et magnorum geographorum nomine designetur, multum tamen abest ut modicis suis voluminibus magnitudinem et varietatem argumenti ingentis assequi potuerit.

Itaque plurimum refert cetera cognitionis geographicæ instrumenta curiose circumspicere et in usus nostros convertere. Principem vero inter ea locum te-

nent minuta illa scripta quibus capita quædam tanto majore diligentia et accuratione pertractantur, quo arctioribus materies finibus circumscripta est. Beatissima eorum copia veteres abundabant, nec pauca nobis fortuna fecit reliqua. Quæ etiamsi librorum mss. fatis iniquis pessime sunt affecta, vel sic tamen, quum plurima eorum sui generis exstent monumenta unica, pretium habent maximum.

Ceterum hæc opuscula quum minoris ambitus essent quam ut justis implendis voluminibus sufficerent, jam antiquitus mos erat complura in unum componere. Et quæ sic in codicibus nostris juncta occurrunt, eadem societate typis repetierunt primi geographicorum editores SIGISMUNDUS GELENIUS et DAVID HŒSCHELIUS. Quorum ille an. 1533 e codice Palatino edidit Arriani et Hannonis periplos et Plutarchi de fluviis libellum et epitomen Strabonianam (1), Hœschelius autem an. 1600 e codicis Pithœani apographis Hervortiano et Palatino produxit Scymnum, quem vocant, Marcianum, Scylacem, Dicæarchum, Isidorum (2). His, ut sors obtulerat, in lucem emissis, proclivis erat cogitatio de justo concinnando Geographorum syntagmate. Primus id consilium iniit LUCAS HOLSTENIUS, multiplicis vir doctrinæ, judicii subacti, indefessæ diligentiæ. Verumtamen postquam copiosam rei gerendæ supellectilem e bibliothecis Britanniæ, Galliæ, Italiæ collegerat et jam peregerat partem laboris, mox ad alia negotia delatus susceptam provinciam deseruit (3). Aliquanto post JACOBUS GRONOVIUS libro qui *Geographica antiqua* inscribitur (4), quattuor edidit opuscula (an. 1697). Multo majora eodem tempore

1. Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου πόντου. Τοῦ αὐτοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Ἄννωνος περίπλους Λιβύης. Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν. Ἐπιτομὴ τῶν τοῦ Στράβωνος γεωγραφικῶν. *Arriani et Hannonis Periplus. Plutarchus de fluminibus et montibus. Strabonis epitome. Froben. Basileæ anno MDXXXIII.* in-4°.

2. *Geographica Marciani Heracleotæ, Scylacis Caryandensis, Artemidori Ephesii, Dicœarchi Messenii, Isidori Characeni. Omnia nunc primum, præter Dicæarchi illa, a Davide Hæschelio Aug. ex manuscript. codd. edita, Augustæ Vindelicorum, ad insigne pinus. Cum privilegio Cæs. perpetuo. MDC.* in-8°.

3. Rationem edendi syntagmatis Holstenius exposuit in Epist. ad Peirescium (III Id. Febr. an. 1628). Opus meditabatur tripartitum, ita ut prima pars vett. geographorum minorum opuscula contineret viginti, altera omnes auctores qui de urbe atque imperio Constantinopolitano scripserunt, tertia geographiam sacram. — PRIMÆ PARTIS OPUSCULA : 1. Michaelis Pselli (in aliis codd. Nicephori Blemmidæ) opusc. de terræ situ, figura et magnitudine. — 2. Ἀγαθημέρου τοῦ Ὄρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις. — 3. Ἀνωνύμου ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ. — 4. Anonymus de describenda terra in globo. — 5. Marciani Heracleotæ περίπλων libri II. — 6. Artemidori Ephesii (i. e. Menippi, ut ipse H. postea vidit) epitomes fragmentum. — 7. Anonymi poetæ περιήγησις ad Nicomedem regem. — 8. Scylax Caryandensis. — 9. Hannonis periplus. — 10. Dicæarchi descriptio Græciæ. — 11. Dionysii Byzantii ἀνάπλους Bospori Thracii. — 12. Petri Gylii commentarius in Dionysium. — 13. Arriani periplus Ponti. — 14. Anonymi per. Ponti. — 15. Pseudo-Arriani per. maris Erythræi. — 16. Isidori Char. mansiones Parthicæ. — 17. Palladii cujusdam narratio de Indis et Brachmanis. — 18. Anonymi periegesis orbis terrarum, bàrbaro stylo ex Græco in Latinum conversa. — 19. Gemisti Plethonis emendatio errorum aliquot Strabonis. — 20. Strabonis Epitome. — PARS SECUNDA : 1. Hesychii V. Illustris origines Constantinopolitanæ. — 2. Codini antiquitates. — 3. Anonymi collectio antiquitatum Constant., e ms. Regio. — 4. Pauli Silentiarii ecphrasis ecclesiæ S. Sophiæ versibus heroicis scripta. — 5. Ecphrasis ambonis ejusdem templi eodem auctore heroico carmine scripta. — 6. Petri Gylii descriptio urbis Constantinop. — 7. De regionibus urbis CP. libellus. — 8. Emanuelis Chrysoloræ comparatio veteris et novæ Romæ. Atque hæc de ipsa urbe. Sequuntur qui *de imperio CP.* ejusque provinciis scripsere : — 9. Hieroclis Συνέκδημος. — 10. Constantini Themata. — 11. Notitiæ episcopatuum. — Subjungentur mantissæ loco varii auctores qui de miraculis locorum scripsere. — PARS TERTIA : 1. Eusebius Cæsariensis Περὶ τοπικῶν ὀνομάτων τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. — 2. Hieronymi liber de nominibus locorum in S. Scriptura. — 3. Bedæ liber de nominibus locorum in actis Apostolorum. — 4. Eucherii epistola ad Faustum presbyterum insularum De situ Judææ. — « His adderem, Holstenius ait, Adamnani, Bedæ, Bocharti, Epiphanii monachi et aliorum antiquiorum et melioris notæ auctorum *descriptiones Terræ Sanctæ;* item de terræ divisione inter liberos Noe ex Eusebii Chronicis et Chronico Alexandrino et duobus antiquis latinis interpretibus. »

4. *Geographica antiqua, hoc est : Scylacis Periplus maris mediterranei. Anonymi periplus Mæotidis paludis et Ponti Euxini. Agathemeri Hypotyposis geographiæ. Omnia Græco-latina. Anonymi Expositio totius mundi latina. Cum notis Isaaci Vossii, Jac. Palmerii, Sam. Tennulii, edente Jacobo Gronovio, cujus accedunt emendationes. Lugduni Batavorum apud Jordanum Luchtmans,* 1697. 4°.

præstitit JOANNES HUDSONUS, *Geographiæ veteris scriptores græcos minores* quattuor voluminibus complexus, Oxoniæ 1698-1712 (1). Is quum librorum rarissimorum acervum satis amplum collegerit, bene meruisse de republica literarum jure censetur. Quamquam eo nomine laus editoris continetur tantum non omnis. Nam ordinem rerum secutus est adeo nullum, ut, mixtis separandis, longeque disjectis quæ jungi debebant, totum opus speciem præbeat farraginis hinc inde corrasæ ad implenda volumina quæ bibliopola postulabat. Notulis vero, quas majorem partem e Salmasii libris excerptas, partim de suo subjecit Hudsonus, nescio num affectare munus interpretis an eludere voluerit, sæpius quærens ille suscepti laboris tædium. Nec multum literis profuerunt insertæ Dodwelli de singulorum auctorum ætate scriptisque dissertationes, quas sanior quisque cum Bernhardyo dicet « mirifice perversas et aridas vanisque acuminibus differtas. » Ceterum quum incendio, ut fertur, theatri Sheldoniani major pars exemplarium periisset, hinc pretium factum est reliquis, adeo ut mox nonnisi numatissimo cuique integrum opus esset parabile. Sic elegans ejus exemplar e libris Firmini Didot soluto bis mille francorum pretio felix quidam redemptor abstulit. In tanta igitur operis Hudsoniani raritate et caritate, ne dicam perversitate, nihil mirum est postea complures exstitisse viros doctos qui ad novum parandum geographorum syntagma accingerentur. Primus, ni fallor, PENZELIUS corpus geographorum quinque tomis absolvendum promisit (2). Spem monstravit egitque quietem. Sub idem tempus amplissimam collectionem moliebatur, operisque delineationem Parisino virorum sapientum collegio submisit BARONUS DE SAINTE-CROIX (3). Hujus quoque

1. *Geographiæ veteris scriptores græci minores, cum interpretatione latina, dissertationibus et annotationibus. Vol. I. Oxoniæ. E Theatro Sheldoniano. MDCXCVIII.* Insunt : 1. Hannonis periplus. 2. Scylacis per. 3. Agatharchides. 4. Arriani peripl. Ponti Eux. 5. Arriani peripl. maris Erythræi. 6. Nearchi paraplus ex Arriano. 7. Marcianus Heracleota. 8. Anonymi peripl. Ponti Euxini (ejus pars altera legitur in volumine tertio III). — VOLUMINI II, quod prodiit an. 1703, insunt : 1. Dicæarchus. 2. Isidorus. 3. Scymnus Chius. 4. Plutarchus De fluviis. 5. Agathemeri libri II. 6. Chrestomathia Straboniana. — VOLUMINE III, edito an. 1712, continentur : 1. Excerpta e Dionysii Byzantii Anaplo Bospori Thracii. 2. Anonymi peripl. Ponti (cf. vol. I, 8). 3. Expositio totius mundi et gentium, latine. 4. Variæ lectiones in Anon. Ravennatem e cod. Vaticano. 5. Ptolemæi Arabia. — 6. Chorasmiæ et Mawaralnahræ, hoc est, regionum extra fluvium Oxum, descriptio ex tabulis geogr. Abulfedæ Ismaelis, arab. et lat., cura et studio Johannis Grævii, cui seqq. quoque arabica debentur. — 7. Abulfedæ descriptio Arabiæ cum tabulis longitudinis et latitudinis locorum. — 8. Ejusdem descriptio maris Persici. — 9. Ejusdem descriptio maris Rubri. — 10. Binæ tabulæ geogr., una Nassir Eddini Persæ, altera Ulug Beigi Tatari. — 11. Excerpta ex Georgii medici Chrysococcæ Syntaxi Persarum per Ismaelem Bullialdum. — 12. Ptolemæi tabula longitudinis et latitudinis urbium insignium. — 13. Ptolemæi catalogus fixarum stellarum. — VOLUMEN IV, an. 1712, exhibet Dionysii Periegesin cum commentario Eustathii, versionibus Avieni et Prisciani (inserto etiam Avieni de ora maritima carmine), paraphrasi græca et scholiis. Subjiciuntur Fragmenta quædam geographica e codd. exscripta.

2. Vid. Fabric. Bibl. Gr. tom. IV, p. 667 ed. Harless. et *Jenaer Lit. Zeitung* an. 1785, N. 128; Bredovius in Epist. Parisin. p. 34, ex quo adornationem syntagmatis Penzelianæ exscribam : TOMUS I. MATHEMATICUS : Aratus, Geminus, Cleomedes de mundo, Procli sphæra, Autolyci sphæra, Agathemeri hypotyposes. — TOMUS II. UNIVERSALIS : Dionysius Periegeta, Scymnus Chius, Scylax, Strabonis Chrestom., Menippi Pergameni, Artemidori Ephesii et Ephori Cumani fragmenta. — TOMUS III. PARTICULARIS. VOLUM. I. *Asia et Africa :* Agatharchides de mari rubro; Arrianus Peripl. maris Rubri; Ejusdem Indica; Hannonis per.; Marciani per. maris externi; Isidori stathmi Parthici; Monumentum Adulitanum. VOL. II. *Europa :* Arriani et Anonymi per. Ponti Eux.; Dicæarchi fragm.; Plutarchus De fluviis. — TOMUS IV. SACER : Eusebius περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων cum vers. Hieronymi. Epiphanii διήγησις περὶ τῆς Συρίας καὶ τῆς ἁγίας πόλεως. Phocæ ἔκφρασις τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας κάστρων Συρίας, Φοινίκης κτλ. Perdiccæ ἔκφρασις περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις κυριακῶν θεμάτων. Anonymi ἀπόδειξις περὶ τῶν Ἱεροσολύμων. — TOMUS V. MEDIUS : Cosmas Indopleustes. Palladius De Bragmanibus. Constantin De them. et de adm. imp. Codini descriptio urbis C. P. Theodorus Gaza de origine Turcarum.

3. *Mémoire envoyé à Messieurs du Journal des Sçavans sur une nouvelle édition des petits géographes an-*

scriptoris elegantissimi consiliis sæva fluctuum Gallicorum tempestate obrutis et demersis, surgens BREDOVIUS « Mihi nunc soli labor » exclamat; Parisios vir optimus accurrit, Dionysii et Plethonis codicibus per menses aliquot insudat, quædam transcribit opuscula, deinde ad lares reversus aliis conquirendis subsidiis operam impendit, tandem cœpta sua in Epistolis Parisinis (Lips. an. 1812) annuntiat. Post hæc conticuit totumque negotium seu lubens seu invitus missum fecit. Interim Hudsonianæ editionis scripta plurima, notis græcanice versis, quidam Græcus natione repetivit Viennæ an. 1807 (1). Quod quidem opus vitiorum fœditate ceteraque immunditie omnium quæ nostro seculo prodierunt est spurcissimum. Ipsam denique rem strenue aggressus JOANNES FRANCISCUS GAILIUS, vir diligentissimus, inde ab anno 1826 *Geographos græcos minores* (2) variorum notis onustos suisque ipsius instructos edere cœpit; sed hic quoque postquam per tria volumina, quibus septem opuscula continentur, operam perduxerat, ultra non est progressus.

Eodem tempore vir criticus Geographos minores tractandos suscepit GODOFREDUS BERNHARDY. Lucem vidit primi voluminis pars prior (3), quo Dionysius periegeta exhibetur ejusque commentatores et paraphrastæ atque docta editoris annotatio. Præclarum viri eximii opus dolemus seu fœtum leoninum in hoc genere fuisse unicum. Causam derelicti vel spreti laboris ipse narrat in *Analectis in Geographos Græcorum minores* (*Halis* 1850, p. 2) : « Scilicet postquam Dionysium periegeten, inquit, evulgaram, compendiarium illum artis magistrum, sed qui commentariorum et interpretationum abundantia reliquos obruerit, refrixit ardor redemptoris : itaque, ut fit, Musarum græcarum suavitate captus ad lætiora literarum spatia digressus sum, nec unquam illuc animos rettuli, nedum ut liberet operosissimam Geographorum partem a perpaucis lustratam ingratis et frustra

ciens, par M. le Baron de Sainte-Croix. in *Journal des Sav.* 1789 *Avril.* p. 217 sqq. Primum S.-Crucius græcos geographos minores ex ordine chronologico vult exhiberi; deinde Latinos geographos et itinerariorum auctores. His subjungit supplementi loco libellos de Roma urbe ejusque regionibus. Alterum vero supplementum destinat geographiæ sacræ et ecclesiasticæ. Singula scripta recensere supersedeo, quum nihil novi, quod momenti alicujus sit, S. Crucius attulerit. Cf. Bredovius in Ep. Par. p. 85 sq.

1. Συλλογῆς τῶν ἐν ἐπιτομῇ τοῖς πάλαι γεωγραφηθέντων, τύποις ἐκδοθέντων φιλοτίμῳ δαπάνῃ τῶν ἐξ Ἰωαννίνων φιλογενεστάτων ἀδελφῶν Ζωσιμαδῶν, χάριν τῶν τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας ἐφιεμένων Ἑλλήνων, τόμος πρῶτος, περιέχων Σκύλακος καὶ ἀνωνύμου τινὸς περίπλους· Ἀγαθημέρου γεωγραφίας βιβλία β'· Ἀγαθαρχίδου, Ἄννωνος, Ἀρριανοῦ, Νεάρχου, Μαρκιανοῦ περίπλους· τεμάχιά τινα Μενίππου καὶ Ἀρτεμιδώρου Δικαιάρχου Βίον Ἑλλάδος καὶ Ἀναγραφὴν τοῦ Πηλίου ὄρους· Ἰσιδώρου σταθμοὺς Παρθικούς· Σκύμνου Περιήγησιν· Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν, καὶ τὴν ἐπιτομὴν τῶν Στράβωνι γεωγραφουμένων. — Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας ἐκ τῆς Σχραιμβλικῆς τυπογραφίας ,ΑΩΖ'. — Tomus secundus, qui an. 1808 prodiit, continet : Διονυσίου οἰκουμένης περιήγησιν μετὰ τῶν παρεκβολῶν τοῦ Εὐσταθίου. Ἀνωνύμου περίπλουν Εὐξείνου πόντου· Πτολεμαίου κανόνα ἐπισήμων πόλεων, Ἀραβίαν, καὶ τὴν τῶν ἀστερισμῶν ἔκθεσιν· Ἀνωνύμου παράφρασιν εἰς τὴν Διονυσίου περιήγησιν· παρεκβολάς τινας εἰς τὴν αὐτὴν περιήγησιν καὶ ἀποσπασμάτιά τινα γεωγραφικά.

2. *Geographi græci minores. Hudsonianæ editionis adnotationes integras cum Dodwelli dissertationibus edidit suasque et variorum adjecit; textum denuo recensuit et varias lectiones subjecit, versionem latinam recognovit; copiosissimis denique indicibus ac tabulis in ære incisis instruxit Joannes Franciscus Gail. Volumen I continens Hannonis et Scylacis periplos. Typis regiis, Paris.* 1826. Volumen II (an. 1828) continet Dicæarchum, Scymnum, Anonymi Stadiasmum. Volumini III (an. 1831) insunt : Arriani et Anonymi Peripli Ponti Euxini et Anonymi Exc. de mensura Ponti Euxini.

3. *Geographi græci minores. Voluminis primi pars prior : Dionysius Periegetes græce et latine cum vetustis commentariis et interpretationibus ex recensione et cum annotatione Godofredi Bernhardy. Lips.* 1826. *In libraria Weidmanniana impensis G. Reimeri.*

peragrare. Nec fuit posthac cur consilium mutarem, quamvis etiam ab exteris hominibus de hoc negotio compellatus. » Post Bernhardyum singulis quidem opusculis denuo edendis optime meruerunt Millerus, Letronnius, Hoffmannus, Fabricius et nuperrime Meinekius, sed justam omnium collectionem nemo instituit.

Itaque longum perlustravi campum quasi Ἄτης πεδίον, in quo spes inanes legere erat, vana consilia, conatus, tentamina, abortus. Nunc animos deferbuisse dixeris et clamori successisse silentium. At in arenam jam descendit strenuissimus bonarum literarum propugnator, Firminus Didot. Is igitur quum ardentissimis nostri ævi studiis geographicis, quibus vetus orbis nova in diem luce affunditur, idoneum instrumentum deberi censeret, corpus geographorum plenissimum elaborari jussit. Curas operis Letronnio mihique conjunctim sustinendas jam ante annos aliquot vir celeberrimus demandaverat. Sed delineato vix opere, Letronnium, Galliæ decus, vegetis in annis fatum acerbum patriæ, literis, amicis eripuit. Solus tanto acrius et desperantis fere nisu in laborem incumbere cœpi. Quem si exequi mihi quoque fatum denegaverit, in jacentis locum alius succedet ἔφεδρος : nam confido genio Didoti, qui quum tot opera ardua speique longæ ad exitum feliciter jam perduxerit, de hoc quoque ut optima quæque auguremur, auctor est.

Consilium instituti quo majus est, tanto paucioribus licet comprehendere. Straboni igitur et Ptolemæo et Stephano Byzantio sua singulis erunt volumina propediem illa edenda; minorum autem, quos vocant, geographorum collectio primum exhibebit periplos, periegeses, totius mundi systemata, varia excerpta geographica, quæ in codicibus supersunt. His subjicientur deperditorum geographorum fragmenta e veterum scriptis collecta. (Quæ sine nomine auctoris apud lexicographos, scholiastas, grammaticos, aliis in libris obscurioribus geographica vel topographica leguntur, porro quæ inscriptionibus suppeditatur apta nostræ rei supellex, ea omnia ex literarum ordine disposita ad calcem ponemus Stephani Byzantii.) Deinde habebis geographiam imperii Byzantini, geographiam sacram, geographiam ecclesiasticam. Appendicis loco subjungentur geographi latini, itineraria, tabula Peutingeriana. Tribus hæc absolventur voluminibus, quorum summam in unam rerum nominumque tabulam colligemus. Quarto volumine Arabum geographos minores edendos curabit vir clarissimus harumque literarum in paucis peritissimus Noel Desvergers.

Ordinem in singulis partibus sequimur chronologicum, non ita tamen, ut ubique circa eum trepidemus. Si quæ ejusdem fere ævi scripta in eodem versantur argumento, componemus ea, quamvis dispar opus ex lege chronologica interponendum foret. Porro si scriptum aliquod ætatis est certius non definiendæ, alii jungetur simili. Sic in primo hoc volumine Arrianeo Ponti Euxini periplo

subjicitur ejusdem maris periplus, quem incerti ævi scriptor anonymus ex Arriano aliisque fontibus concinnavit. Similiter post periegesin iambicam, quæ Scymni Chii dici solet, versiculos Dionysii Calliphonte nati collocavimus.

Verba græca, ubicunque fieri potuit, e codicibus Parisinis, Romanis, Escorialensibus vel denuo vel nunc primum collatis recognovimus; latina aut nova damus aut priscis emendatiora. Crisis quum bonam partem in dijudicandis locorum nominibus et distantiis posita sit nec rite possit exerceri, nisi in res ipsas penitius inquisiveris, annotationem elaboravimus paullo uberiorem, quæ et verborum rationes et rerum momenta præcipua complectatur. Sedulo cavimus ne vestigia legeremus eorum, qui muneri suo satis fecisse sibi videntur, si priorum interpretum notulas nullo discrimine coacervarint iisque de suo penu subinde aliquid adsperserint. Qua quidem re nihil novi ad fructum exilius et ad tædium literarumque contemptum efficacius. Præterea temperanda erat annotatio pro singulorum scriptorum pondere et interpretandi difficultate. Quod non monuissem, nisi mos contrarius obtineret. Nam Dionysii Periegesin, quum juventuti potius quam doctorum in usum scripta sit, et veterum et recentiorum commentariis habes onustam, dum inelegantes quidem sed accuratissimi geographiæ reconditioris scriptores neglecti jacent et contemti. Similiter in latinis Pomponius Mela, jucundus ille et lectu facilis, interpretationum mole obruitur, Plinianos vero libros geographicos, thesaurum ditissimum, at opus intricatissimum, quasi pestem omnes defugiunt. Jam ut illuc revertar, in Stadiasmo maris mediterranei et periplo maris Erythræi et similibus parum profeceris, nisi recentiorum viatorum libros et cetera subsidia in interpretationis partem traxeris. Paucioribus defungi licet ubi de Græcia aliisque regionibus notissimis sermo est, de quibus citasse volumina, quæ omnium manu teruntur, sufficit. In Marciano non est cur explicetur Ptolemæus, ex quo ille sua tantum non omnia desumsit, sed cardo rei versatur in indicandis locis quibus ab eo recedit Marcianus vel ubi melioribus quam nobis jam præsto sunt Ptolemæi libris usus esse videtur. Major etiam brevitas cadit in descriptiones totius orbis terrarum, ubi summa posita est in definiendo, quod unusquisque auctor expresserit, systemate geographico.

Tabulis æri incisis cur scripta destitui noluerimus, dicere putidum sit. Quibus in delineandis eandem quam in annotatione normam sequimur. Videlicet alias habebis tabulas minores, quæ vel orbem terrarum ex certi cujusdam mente geographi adumbrant, vel ad eos scriptores pertinent, in quibus non tam hoc agitur ut situs exploretur locorum, quam ut quænam et quot unusquisque loca memorarit et quibus regiones limitibus circumscripserit, uno oculorum obtuitu possit comprehendi. Contra vero amplas et accuratissimas sibi tabulas postulant ii periplorum auctores qui nullum non radunt maris recessum, nullum non recensent vicum vel fluviolum vel solitariam in saxoso litore ficum. Horum in

explicatione frustra allaboraveris nisi ad manum sint mappæ nauticæ, quibus oræ anfractus, scopuli, brevia, veterum locorum ruinæ, recentiorum nomina oppidorum ita exhibeantur, ut narrationem scriptoris per minima quæque spatia oculis prosequi et quid de situ locorum statuendum sit tuo ipsius judicio decernere possis. Cujusmodi auxilio quum veterum geographorum editiones hucusque carerent, ac omnino paucissimi his instrumentis instructi sint, studia jucunda mirum in modum præpediebantur. Ego autem non possum quin grates agám viris humanissimis qui asservandis tabulis nauticis in hac urbe præfecti quæcunque rei nostræ inservirent, promtissimo animo communicarunt.

PARISIIS MENSE APRILIS

MDCCCLIII.

CAROLUS MULLERUS.



PROLEGOMENA.

I. DE CODICIBUS.

Complexi hoc volumine sumus periplorum et periegeseôn libellos qui ætatem tulerunt omnes præter unam Dionysii periegesin, quam ob veterum molem commentariorum in sequens volumen relegavimus. Demto igitur Dionysio, reliqui sunt auctores tredecim. Inter eos quinque numerantur, quorum ne nomina quidem habemus comperta; ceterorum etsi de nominibus fere constat, at de vita eorum scriptisque aut nihil prorsus aut paucissima quædam parumque accurata veterum testimoniis tradita accepimus. Itaque tantum non omnia quæ de ætate, indole, auctoritate uniuscujusque sciri queant, ex iis ipsis quæ manu tenemus eorum scriptis eruenda sunt. De his autem vix recte judicaveris, nisi codices, in quibus leguntur, probe noveris. Hinc igitur sumamus initium.

2. Rationes codicum nostrorum facile explicantur, quod numerus eorum perexiguus est. Nonnulla enim scripta in uno tantum libro ms. leguntur, ut Hannonis periplus, Arriani et Anonymi auctoris peripli Ponti Euxini, Anonymi periplus maris Erythræi, Anonymi Stadiasmus maris Magni. Alia exstant sane in duobus vel tribus libris mss. (Paris., Roman., Monac.), sed ita illis comparatis, ut unius loco habendi sint, quoniam duo eorum ex tertio descripti auctoritate carent. Ejusmodi sunt : Scylacis periplus, Dicæarchi, quem vocant, fragmenta duo, Anonymi poetæ (Scymni, ut putabant) periegesis, Dionysii Calliphontis filii descriptio Græciæ, peripli Marcianei. Duos codices auctoritate pares habemus in Isidori Stathmis Parthicis. Complures numero libri mss. nonnisi de Indica Arriani historia et Photianis ex Agatharchide excerptis præsto sunt. Quibus omissis, reliqui auctores in undecim continentur codicibus, quorum ecce indiculum :

1.	Parisinus N.	443, in-4°. pergam. sæc. XII.	Marcian. per. et ep.; Scylax; Isidor.; Dionys.; Dicæarch. fr. 1 et 3; Scymnus.
2.	Vaticanus Pal.	142, in-4°. chartac. sæc. XV.	Marcian. per. et ep.; Scylax; Isidor.; Dionys.; Dicæarch. fr. 1 et 3; Scymnus.
3.	Monacensis...	566, in-8°. chartac. sæc. XVI.	Marcian. per.....; Scylax; Isidor.; Dionys.; Dicæarch. fr. 1 et 3; Marci. ep.
4.	Parisinus...	571, in-fol. chartac. sæc. XV.	.... Isidor.; ..... Dicæarch. fr. 2.
5.	Gudianus	....	.... Dicæarch. fr. 2.
6.	Altempsianus	....	.... Isidor.
7.	Heidelbergensis	398, in-4°. pergam. sæc. X.	Anon. per. Ponti fr. 2; Arriani per. Ponti.; Anon. per. maris Erythr.; Hanno.
8.	Vaticanus....	143, ...	Anon. per. Ponti fr. 1.
9.	Vindobonensis	....	Anon. per. Ponti excerpt.
10.	Haffniensis...	1983, ...	Anon. per. Ponti excerpt.
11.	Matritensis...	121, in-4°. pergam. sæc. X.	Anon. Stadiasmus seu periplus maris Magni.

Codex Parisinus 443 Supplementi.

3. Codex Parisinus 443 Supplementi postquam in privatæ bibliothecæ pluteis diu latuerat, vix ante sedecim abhinc annos in publicam lucem protractus est. Etenim anno 1837 quum auctio institueretur librorum celeberrimæ ducis De Berry, inter libros typis expressos emicuerunt manu scripti nonnulli, antiquitatis ærugine nobiles, codex scilicet Theodosianus et Phædri fabularum et noster geographorum. Quo cognito, fieri non potuit quin bibliothecæ Parisinæ præfecti thesauros istos emtione publicis usibus vindicarent. Ceterum codices non erant ex libris Berryanis, verum clarissimus Lepéletier de Rosanbo ex sua bibliotheca eos selegerat, ut una cum illis divenderentur.

4. In historiam nostri libri data opera inquisivit Letronnius (*Fragments des poëmes géographiques de Scymnus de Chio et du Faux Dicéarque. Paris* 1840, p. 13 sqq. Cf. Berger de Xivrey in præf. ad Phædri fab.). Quo præeunte, potiora paucis comprehendam. Scriptus esse codex videtur in oriente; id enim e neogræcis quibusdam,


quæ in pagina 61 leguntur, conjicias. Hinc in Italiam migraverit, ubi fragmenta Dicæarchi et Scylacis periplum ex hoc ipso, ut videtur, libro Matthæus Budæus descripsit in Galliamque allata Henrico Stephano tradidit circa annum 1560, ut Letronnius opinatur. Nam Stephanus in Schediasmatis suis (VI, 14) anno 1578 ita scripsit: « *Dicæarchi Geographicon... pars quædam in manus meas ante multos annos allata ex Italia a Matthæo Budæo, G. Budæi filio.. fuit.* » Idem in editione Dicæarchi an. 1589: « *Quod* (opusculum) *olim ex Italia Matthæus Budæus, G. Budæi filius, attulit.* Cf. idem in Epistola ad Nicolaum Brull.: « *Hæc autem Geographica* (Dicæarchi fragmenta) *ante multos annos jam excusa, ideo non prius edidi, quod cujusdam ad illa accessionis, sicut ad ea Scylacis, quæ ab eodem acceperam, pariterque quarundam emendationum facta mihi spes esset. Sed quum desperare ea de re cœpissem, de emittendis tandem quæ domus tamdiu parietibus inclusa manserant, cogitavi.* Codicem vero quem Budæus exscripsit, eundem esse cum nostro non certissimum quidem, sed per est verisimile. Nam Stephaniana Dicæarchi editio (non ignota illa Hœschelio) ita cum codice nostro facit, ut aut hunc ipsum aut ignotum nobis ejus apographon Budæus ob oculos habuisse debeat. Certum vero est ante Budæi ætatem complura nostri codicis exstitisse apographa, quum librum Palatinum sive Vaticanum et Hervuartianum sive Monacensem ex eo derivare luce clarius sit. Ceterum Itali codicis meminit etiam Holstenius, quamquam non ipse eum vidisse, sed nonnisi e Stephani libro novisse putandus est. Ita enim habet in Præfat. ad Dicæarch. ed. Manzi p. 7: *Dicæarchi fragmenta Henricus Stephanus princeps in lucem edidit... Auctiora deinde dedit ea.. Hœschelius ex Palatini, Hervarti et Casauboni mss. codicibus, qui tamen omnes ex uno eodemque fonte promanasse mihi videntur, Italico nimirum codice, unde Budæus quoque descripserat. Ita eædem in omnibus lacunæ; neque desperatis atque depositis aliquot locis quidquam remedii adhiberi potuit.*

5. Ex Italia, ut videtur, codex in Galliam allatus in possessionem venit *Claudii Dupuy* (Puteani) inter annos 1590-1593. Ne prius hoc contigerit, obstat Stephani silentium, qui Claudii Puteani familiaris ignorare rem non potuisset. Anno autem 1593 librum jam fuisse penes Puteanum, inde patet quod Josephus Scaligerus, qui anno 1593 Parisiis Lugdunum abiit, sua ipse manu eum (nescio an totum an ex parte) descripsit. Puteano vita defuncto (an. 1594), *Petrus Pithou* (Pithœus), vir clarissimus, qui summo studio veteres libros mss. colligebat, codicem nostrum acquisivit. Neptis vero Pithœi nupsit *Ludovico Lepéletier*, in cujus familiam transiit etiam geographorum codex, in eaque permansit usque ad annum 1837.

6. Scaligerus de suo apographo ita scripsit ad Hœschelium (mens. Sept. an. 1600): *De Dicæarcho et aliis, quæ scribis, scito, quantum ex tuis literis colligere possum, nihil tua ab illis quæ habemus discrepare. Habuimus autem illa ex vetustissimis et optimæ notæ pagellis amplissimi Senatoris Parisiensis Cl. Puteani τοῦ μακαρίτου. Sed multæ* (?) *paginæ ita exoletæ erant, ut ne literæ quidem vestigium in illis extaret ullum. Versibus comicis quædam concepta erant, sed perpetua oratione. Nos statim versus in illa continuatione odorati sumus, quod alios, quibus ante me plagellarum copia facta erat, fugerat. Si quid putas esse in nostris, quod te juvare possit, mittam quæ habeo statim.* Cf. Hœschel. in Geogr. p. 190: *Quos versus* (sc. periegeseos iambicæ) *ut magnus ille Jos. Scaliger distinxit, imprimi curavimus.* Nunc Scaligeri hic liber asservatur Oxonii in bibliotheca Bodlejana. Margini ejus manu Casauboni adscripta leguntur: *Incerti auctoris περιήγησις ex ms. cod. Jos. Scaligeri, Jul. Cæs. fil., quem ille descripsit ex longe vetustissimo cod. ms. Pithœi,* notante Hudsono Geogr. t. II præf. et ex Crameri epistola E. Millero in *Marcien Préf.* p. XXI. Præterea *Isaacus Casaubonus* periegesin iambicam, quæ sub Marciani nomine tum circumferebatur, ad Velserum misit, hic vero cum Hœschelio communicavit. V. Hœschel. Geogr. p. 1: *Marciani Periegesis e mss. codd. Pal. Elect. et Isaaci Casauboni. Reliqua partim e Palat. partim ex Jo. Georg. Hervuorti libris calamo exaratis.* Idem in not. p. 190: *Hujus periegeseos copiam primus.. Velsero nostro fecit Is. Casaubonus.* Quod quidem Casauboni scriptum vel ex ipso nostro codice vel ex Scaligeriano apographo fluxisse debet.

7. His præmissis, superest ut de indole ac habitu codicis Parisini exponamus. Pergamenteus est, quartana forma minima, exeunte sæculo duodecimo vel ineunte decimo tertio scriptus satis nitide, atramento egregio. Primæ capitum

segminumve literæ ut plurimum rubricatæ sunt. Lineæ in singulis paginis plerumque 22 vel 23; interdum tamen contractior scriptura, adeo ut 25-30 lineis pagina constet. Ceterum et initio et fine nec non medius codex mutilus est. Nunc quaterniones novem seu paginas 144 habet; integri libri minimum erant quaterniones tredecim. Docent hoc numeri, quos scriba codicis in prima et plerumque etiam in ultima uniuscujusque quaternionis pagina notavit. Primus vero quaternio, quem nunc habemus, signatus est litera γ′ (*). Is igitur integri libri fuit tertius. Sequuntur ex ordine τὰ τετράδια δ′, ε′ (**). Quaternio ς′ excidit. Deinde continua serie habes ζ′, η′, θ′, ι′, ια′, ιϐ′. Postremus autem quaternio ιϐ′ quum in mediam periegesin iambicam desinat, liquet unum saltem quaternionem, fortasse complures, in fine operis nunc deesse. Accedunt damna minora. Ac primum quidem quaternionis postremi pagina ultima (144) adeo est detrita et inquinata, ut vix vestigia quædam literarum hic illic intervideri queant. Evanida hæc ut in lucem revocarentur, chemicorum operam adhibuerunt. Quibus tam male res cessit, ut quæ antea potuerint fortassis oculorum periculo erui ac servari, nunc in omne ævum sint pessumdata. Simile quid accidit in pagina 128 (Anon. perieg. iamb. v. 130 sqq.), ubi lineæ 3-7 pæne evanuerant, jam vero post chemicæ artis experimentum prorsus exustæ sunt. Contra vero paginæ primæ priores duæ lineæ, quæ item obliteratæ erant, et jam in vetustis apographis omissæ sunt, hodie satis commode legi posunt. Alio calamitatis genere affectum est folium paginarum 93 et 94, cujus major pars transverse abscissa est hunc in modum :



adeo ut in pag. 93 nihil nisi priorum linearum 18 initia, in p. 94 earundem verba postrema supersint (V. Scylac. Peripl. p. 79 edit. nostr.).

8. Scripta in codice continentur hæc : 1. Marciani periplus oceani orientalis et occidentalis, initio et fine mutilus. — 2. Particula peripli maris interni, quem e Menippo Marcianus breviavit. — 3. Scylacis periplus et quæ ei appendicis loco subjiciuntur. — 4. Isidori mansiones Parthicæ.— 5 et 6. Dionysii cujusdam fragmenta duo iambica de Græcis urbibus insulisque. Poeticis interponuntur duo fragmenta prosaica auctoris, quem vulgo Dicæarchum esse putant. — 7. Prior pars periegeseos iambicæ, quæ Scymno olim vindicabatur.

Codex Vaticanus 142.

9. De his vero antequam fusius dicamus, introducimus reliquos duos, quibus eadem exhibentur, libros manu scriptos. Alter eorum codex est Palatinus olim, nunc Romanus in Vaticanæ bibliothecæ libris Palatinis N. 142, chartaceus, quartanæ formæ maximæ, sæculo decimo quinto, ut videtur, scriptus manu male exercitata, quæ mulierculæ potius quam viri esse videtur (***). Singulæ paginæ lineis 24 constant. Insunt : Demosthenis oratio Olynthiaca tertia et oratio Pro corona, Lycophronis Alexandra, Hesiodi theogonia, scholia in octo Idyllia Theocriti (****). Atque

(*) Non vero litera ϐ′, ut refert Haase in Annal. lit. Halens. 1839 N. 105 p. 227, et qui ex Haasio pendent, Hoffmannus *Die alten Geographen etc. Erstes Heft. Leipz.* 1841, p. 31, et B. Fabricius *Ueber die Handschriften der kleinen Geographen, Dresden* 1845 p. 12.

(**) Quinti quaternionis pagina prima recte notatur siglo ε′, at in ultima pagina apponitur numerus ς′, aperto scribæ errore.

(***) Cf. Holstenius in Epist. ad Peirescium (an. 1628 m. Febr.) p. 45 ed. Boisson. : « *Tum et σύνταγμα illud minorum geographorum, quod Hœschelius edidit, ex eodem Constantini Porphyrogenetæ ludo prodiit : quod haud facile quis negabit, qui Marciani περίπλων libros duos legerit, passim truncatos. Et argumento mihi est codex ms. Palatinus, unde cetera exemplaria promanarunt. Is codex recens est scriptus aut a femina aut saltem a Græculo omnis hellenismi imperitissimo : sed literæ, quantum ferebat scriptoris genius, efformatæ ad speciem antiquæ illius scripturæ, quæ media est inter unciales sive capitales literas et minutas istas recentiores quibus posterioribus hisce sæculis Græci usi fuerunt ; ut manifeste appareat, codicem antiquum scriptum fuisse ævo illo Constantiniano.* Aliter statuisset Holstenius si codicem Parisinum novisset. Quodsi literæ codicis Palatini uncialem scripturam quodammodo imitari videntur (sic α ubique scribitur ʌ), causa ejus rei non erat perantiquus codex oculis scribæ objectus; aut enim ex ipso nostro Palatinus fluxit aut, ut mihi persuasum est (v. infr. § 17), ex nostri apographo.

(****) Scholium ultimum : καὶ νύμφην ἀκριβος· ἱστοροῦσι τὸν Δάφνιν ἀγαπαθῆναι ὑπό τινος νύμφης, ἣν Σωσίθεος Θάλειαν καλεῖ· παρακαλέσασα δὲ αὐτὸν μὴ ἄλλῃ γυναικὶ ὁμιλῆσαι, μὴ τηρήσαι τὴν παραίνεσιν αὐτῆς· ὅθεν ὁ μὲν Θεόκριτός φησι τὴν νύμφην ἀποστῆναι ἀπ' αὐτοῦ, αὐτὸν δὲ μεταϐάλλοντα τὸν ἐκείνης ἔρωτα ὑπὸ λύπης μεταλλάξαι ἐκτός· εἰ μὴ αὐτὴν μέν φησι τὸ ἀποσπᾶσθαι αὐτὸν ἄλλης ἐρασθῆναι ὡς πόκα γαξιν ἐκρίσατο Δάφνις· οἱ δὲ λοιποί φασιν αὐτὸν τυφλωθέντα καὶ ἀλώμενον αὐτὸν κατακρημνισθῆναι. Sic hæc codex ; nihil mutavi; v. schol. Theocr. p. 64 ed. Didot.

hæc quidem pertinent usque ad fol. 175 vso. Inde a fol. 176 R. leguntur geographica Marciani, Scylacis, Isidori, Dionysii et Dicæarchi et anonymi poetæ, sive eodem ordine eadem omnia quæ præbet codex Parisinus. Lacunas, quæ in volumine Parisino ortæ sunt quaternionum jactura et folii dilaceratione et literarum detritu, easdem Vaticanus quoque habet vacuisque modo integris paginis modo spatiis minoribus indicat. Margini adscriptæ sunt paginæ editionis Hœschelianæ, haud dubie a Luca Holstenio, cujus manum agnovisse mihi videor, et qui solus, quantum sciam, post Hœschelium eo libro usus est.

Codex Monacensis.

10. Alter codex exstat Monacensis N. 566, quem Hervuartianum vocant ab Joanne Georgio Hervuarto, qui Hœschelii tempore eum possidebat. Dehinc in bibliothecam Hœschelii, postea in bibliothecam Augustæ Vindelicorum, denique in Monacensem migravit. Ipse non vidi eum; sed B. Fabricius descriptionem ejus a Schmellero bibliothecario acceptam dedit in libello *Ueber die Handschriften der Kleinen gr. Geographen* p. 6. Hinc quæ scire nostra refert enotabo. Est igitur liber chartaceus formæ octavæ, sæculi decimi sexti, foliorum 73, scriptus a compluribus; nam alius scripsit folia 1-65, alius folium 66, alius folia 67-73, quæ reliquis sunt formæ minoris. Præfixum habet Hœschelii, ut censent, manu hunc indiculum :

Marciani Heracleotæ
Libri 2. Epitomes Artemidori Ephesii geographi (*).
Periplus Scylacis Caryandensis.
Isidori Characeni σταθμοὶ Παρθικοί.
Dicæarchi descriptio Græciæ ad Theophrast.
Προθήκη γεωγραφικῶν βιβλίων, *quæ catalogum ejus generis scriptorum et de iisdem judicium continet* (i. e. Marcianea Menippi epitome).

Davidis Hœschelii, A. M.

Περὶ τῶν δηλούντων τοὺς σταθμοὺς καὶ τὰ μέτρα χαρακτήρων.
Προθήκη γεωγραφικῶν *eadem rursum.*
In his opusculis, si qua dictio mendosa occurrit, duo fere puncta superne appicta sunt.
Ex bibliotheca Davidis Hœschelii Augustani

10. Nonnulla in his titulis de suo auctor intulit (quem Hœschelium fuisse valde miror), ut Epitomen Artemidori, quæ in libro est nulla, et inscriptionem : Προθήκη γεωγραφικῶν etc., quam elicuit ex argumento prooemii, quod Menippeo periplo Marcianus præfixit. Missis indiculi ludibriis, vides Monacensem librum a reliquis duobus eo differre quod omittit periegesin iambicam, et quod Menippum Marciani ab altero Marciani libro disjunctum exhibet. Huc accedit quod in Dionysii ac Dicæarchi, quem vocant, fragmentis mutilus est, et quod Scylacis periplum non dat integrum, sed in verbis λιμὴν Μυρίανδος (§ 102, p. 77, 3 nostr. edit.) subsistit. Hæc verba in codice Parisino (p. 91, lin. 6 ab ima) proxime præcedunt folium dilaceratum, quod in causa fuisse suspicor, cur reliqua non describenda auctor libri Monac. duceret. In singulis verbis Vaticano interdum accuratior est. De lacunis cum Parisino et Vaticano consentit. Jam verum quum origo lacunarum e Parisini libri conditione repetenda sit : necessario sequitur Vaticanum et Monacensem derivare e Parisino (quanquam non ex eo ipso, sed ex ejus apographis descripti sunt). Quæ quidem res tam est in propatulo, ut minora indicia liceat negligere. Igitur quæcunque in posterioribus libris aliter ac in fonte eorum leguntur, ea omnia patet ad librarios vel negligenter exscribentes vel in pejus mutantes vel etiam aperta Parisini vitia corrigentes referenda esse, nec posse ad criticam factitandam adhiberi, uti primus monuit Letronnius.

De singulis horum codicum libellis.

11. Priores duo quaterniones codicis Parisini, quos excidisse dixi, quorumque jacturam decem foliis vacuis (fol. 176-185) indicat codex Vaticanus (non item Monacensis, ut videtur), quodnam scriptum exhibuerint, sciri nequit. De Artemidoro a Marciano in compendium redacto cogitaram parum probabiliter; verisimillimum est excidisse oceani periplum nescio cujus auctoris, aut scriptum aliquod de totius mundi systemate. In ultima deperditorum pagina legebantur prima verba prooemii in Marciani librum de mari extero priorem, qui pertinet in cod. Par. usque ad

(*) Juxta hæc alius quidam adscripsit : Κρδα (lege Κρύα), πόλις Λυκίας. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῆς πρώτῳ.

pag. 28, 20. Primæ paginæ duæ lineæ priores, quum in Par. exesæ fere essent, in cod. Rom. et Monac. omittuntur. Titulus fini libri prioris subscribitur in Paris. et Pal. et probabiliter etiam in Monacense. Omnino tituli librorum in Par. non præfiguntur, sed ad calcem notantur; a quo more recedit auctor in uno Scylacis periplo, qui non subscriptum modo, sed etiam præfixum idonea de causa (V. § 15) titulum habet. Minus in his sibi constant Romanus et Monacensis codices.

12. Sequitur inde a pag. 29 Marciani de oceano liber posterior usque ad finem paginæ 48 (i. e. paginæ ultimæ quaternionis ε'), ubi in media oratione abrumpitur, quum quaternio ς' exciderit. Desinit pars superstes in verba τοῦ δυτικοῦ in Paris. et Rom. (f. 207 v.) et Monac. (f. 29 r.); apographa disertis etiam verbis, Λείπει μέχρι τοῦ τέλους, lacunam indicant, atque Romanum tria folia (208-210), Monacense folia quattuor et dimidium (29 vso et 30-33) habent vacua.

13. Deperditus quaternio ς' præter finem secundi de oceano libri continuit Menippei peripli a Marciano breviati indiculum, cujus postrema leguntur initio quaternionis ζ' p. 49. Prima verba sunt : πὸ χαννῶν, sicut in Roman. (fol. 211 r.) et Monac. (fol. 58 r. et 67 r.). Post capitum indicem Parisinus : Μαρκιανὸς τῷ ἑταίρῳ Ἀμφιθαλίῳ εὖ πράττειν, quæ omittunt Rom. et Monac. Deinde ipsius operis fragmentum sequitur usque ad paginæ 60 mediam lineam 22, ubi desinit in : καὶ ποταμὸν Χαδέσιον σταδ. ρν'. Subscriptum manu ejus, qui codicem exaravit : Λείπη (Λείπει Rom. et Monac.); ultima paginæ pars vacua, item sequens pagina 61 integra, quam postea græculus neogræcis quibusdam inquinavit. In his igitur mancus erat ille ipse liber, quem scriba codicis Parisini ob oculos habebat. Palatinus unam item paginam explendæ lacunæ reliquit (fol. 216 R). Multo tamen angustius hoc spatium quam quod deperditæ operis parti sufficere posset. Sensisse id quodammodo videtur scriba libri Monacensis, qui tria folia (63-65) vacua habet. Præterea notandum in Monac. duo esse hujus fragmenti apographa non eadem tamen manu scripta, et interposito de ponderibus et mensuris libello sejuncta. Titulus nostri operis, ad calcem in integro libro subscriptus, ex argumento partis superstitis eruendus erat. Qua in re turpiter lapsus est Hœschelius, qui fragmentum nobis servatum inscripsit : Τεμάχιον τῆς ἐπιτομῆς τῶν ια' βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἐφεσίου.

14. Sequitur p. 62 : Ἑτέρα συγγραφή. Σκύλακος Καρυανδέως περίπλους τῆς οἰκουμένης (Hæc omittunt Rom. f. 216 R et Monac. f. 34). Deinde habes de Scylace scholion : Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς ἀρχαιότατος μέν ἐστι κτλ.; tum indiculum argumenti : Περίπλους τῆς θαλάσσης τῆς οἰκουμένης κτλ., et inde a p. 63, 5 ipsum periplum (p. 91 et 92 lacerato folio mutilum), cui subjiciuntur duo maris Ægæi διαφράγματα et viginti insularum maximarum laterculus et titulus hujus operis ac in eadem linea alius operis inscriptio, quæ quo referenda sit quæritur. Nimirum postremæ tres lineæ p. 107, 10 hæ sunt :

Ἴμβρος, εἰκοστὴ Θάσος ∽ Σκύλακος Καρυανδέως περίπλους τῆς οἰκουμένης · ∽ Ἀθηναίου πόλεων σκώμματα· καὶ ὁδοί · καὶ περίπλους.

Eadem omnia Palatinus præbet, nisi quod folii dilacerati primam tantum paginam, notatis lacunarum spatiis, exhibet, alterius vero paginæ pannum omittit. In Monacensi libro Scylacis periplus mutilus paucis lineis ante folium dilaceratum in verbo Μυρίανδος (§ 102 p. 77) subsistit.

15. Primum igitur vides titulum non modo ad calcem operis sed in fronte quoque notari; id vero propterea Noster fecit, quod antecedens opus fine carens etiam subscriptione carebat, adeoque periculum erat, ne hoc quoque Scylacis esse putaretur, nisi verbis Ἑτέρα συγγραφή. Σκύλακος κτλ. præscinderetur dubitatio. Quæ deinde de Scylace scriptore notitia præmittitur, eam ab antiquioribus libris abfuisse suspicor. Certe quum ejusmodi scholia de reliquis auctoribus non exstent, proclivis conjectura est nostro loco chartam in libris vacuam, quæ supplendæ, si sors ferret, Marcianei operis parti postremæ inserviret, invitasse aliquem ut de Scylace quædam, parum docta illa, annotaret.

16. Quod attinet titulum Ἀθηναίου πόλεων σκώμματα, nihil præcedit vel proxime sequitur ad quod referri possit. Itaque Athenæi cujusdam vel Anonymi Atheniensis scriptum aliquod h. l. omisisse solamque operis inscriptionem vel argumentum incogitanter h. l. posuisse scriba videri debet. Jam vero quum mox duorum auctorum fragmenta poetica et prosaria inepte misceantur, alterum verum prosæ orationis fragmentum (in quo Bœotiæ urbes ut plurimum salsis dicteriis

traducuntur, viæque, quibus ab urbe ad urbem itur, fusius describuntur) ita sit comparatum, ut titulus ille majore sui parte referri ad id possit: vix erraveris si tituli loco priscam fragmentorum prosariorum sedem indicari censeas.

17. Sequuntur Ἰσιδώρου Χαρακηνοῦ σταθμοὶ Παρθικοί, qui pertinent a pagina 107, 13 ad p. 111, 10. Titulus, qui in Parisino ad calcem exhibetur, in Roman. et Monac. ad frontem translatus est. Deinde in eadem linea (p. 111, 10) habes initium fragmenti iambici de Græciæ urbibus, continuo stylo exarati. Pertinet usque ad p. 114, 13, ubi exit in verba Λέχαιον λεγομένη πόλις. Sequitur in eadem linea fragmentum de Bœotiæ urbibus prosaicum usque ad p. 121, 23, cui nulla distinctione adhibita subjicitur ejusdem scriptoris fragmentum alterum, quod p. 123, 19 desinit in verba καταπαύομεν τὸν λόγον. Sequenti linea redit codex ad poetam, alterumque ejus de græcis insulis fragmen exhibet, cui p. 124, 25 subscribitur titulus: Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος. — Eodem modo hæc adornata sunt in cod. Romano (f. 238 sqq.), nisi quod titulus a fine secundi fragmenti metrici ad primi initium transpositus et hunc in modum auctus sit: Δικαιάρχου ἀναγραφὴ πρὸς Θεόφραστον, addita sc. Theophrasti mentione, quem initio prioris fragmenti poeta alloquitur. Præterea versus iambici in primo fragmento distincti sunt, dum in altero scribuntur oratione continua. — Codex Monacensis in his manca exhibet, quum in primo fragmento prosaico post verba ἁμαξηλατὸς δι' ἀγρῶν (quæ sunt in folii 57 v. linea ultima) oratio abrumpatur. In superstite parte cum Romano consentit tum de versuum distinctione tum de loco verbisque tituli. Qui quidem consensus, quum fortuitum esse vix dixeris, libros illos non ex ipso Parisino, sed ex apographo ejus derivare coarguit. Ceterum poetica fragmenta falso adscribuntur Dicæarcho, quum sint Dionysii Calliphontis filii.

Prosaica autem, quæ argumenti affinitate ductus perperam quidam interposuit, quo referenda sint paullo ante (§ 16) monuimus.

18. Post hæc cod. Par. ita pergit p. 125, 1: εὐτυχῶς Μαρκιανῷ. Πάντων ἀναγκαιότατον ἡ κωμῳδία et cetera, quæ non discretis versibus exhibent periegesin iambicam, cujus pars superstes usque ad finem hodierni codicis pertinet. Ultima vero pagina ejus obliterata legi nequit; penultima exit in verbum Αἶμος, quod ultimum est codicis Romani fol. 256 R, vacua relinquentis sequentia folia septem totius libri postrema. Monacensis liber hoc opere caret. Nomen auctoris, quum ad finem libelli nunc perditum legeretur, nos jam latet. In Romano codice titulus præfigitur Μαρκιανοῦ Ἡρακλειώτου (sic), qui hinc transiit in editiones Hœschelii aliorumque, quibus Hœschelius dux est. At Marcianum, quem quidem novimus, ab hac periegesi alienum esse recte jam monuit Holstenius (Ep. p. 57. 226); originem vero erroris repetendam vides ex Parisini verbis εὐτυχῶς Μαρκιανῷ. Hæc sic nihili sunt; ac quum vox εὐτυχῶς nulla distinguatur litera majuscula, vel hinc colligis pannum nos habere, quem resarcire non licet. Pertinere videtur ad initium [ὁ δεῖνα πράττειν εὐτυχῶς Μαρκιανῷ? Εὐτύχιος Μ.?] vel ad finem operis alicujus a Nostro omissi. Fortassis in codice, quem tractabat scriba, finis libelli præcedentis et periegesis iambicæ initium in eadem legebantur linea, quam totam Noster oscitanter transcripsit. Sed quæ sciri nequeunt, iis ne immoremur. Letronnius *Poëm. géogr.* p. 27 ita habet: « Que ces mots soient pour εὐτυχεῖν Μαρκιανῷ (ou plutôt M. εὐτυχεῖν) et expriment un *salut* ou un *bon jour* donné par un *copiste* (?), peut-être fort ancien, qui destinait sa copie à un certain Marcianus, c'est là ce qui me parait fort probable. »

Codex Parisinus 571.

19. Codex Parisinus 571, olim Medicæus, chartaceus, in fol., sæc. XV, ut videtur, nunc continet quaterniones 53 integros et sequentis quaternionis folia sex. Priores quaterniones 52 scriptis absumuntur theologicis, quæ quum in media phrasi abrumpantur, patet in fine unum saltem quaternionem excidisse. Quaternio 53 et sequentis folia servata sex, quæ geographica habent, alia manu scripta et ex alio codice in hunc translata sunt. Cujus rei indicium est quod hodierni codicis quaternio quinquagesimus tertius in summa pagina notatur numero ιγ', adeo ut fuerit quaternio decimus tertius codicis cujusdam geographici; hunc vero originem ducere ex majore geographorum syntagmate, e quo etiam codicis Parisini 443 auctor sua delibaverit, nullus dubito. Servantur in cod. 571:

1. Fol. 417 R-418 Isidori mansionum Parthi-

carum epitome eadem quam codex 443 Par. habet. Titulus ad finem legitur : Ἰσιδώρου Χαρακηνοῦ σταθμοὶ Παρθικοί. Ceterum codex 571 in nullnullis codice 443 accuratior est.

2. Isidoro subjiciuntur Excerpta e Strabonis geographicis, nulla præfixa neque ad calcem posita inscriptione, et neglecta serie librorum Strabonianorum, qui in Excerptis ita se excipiunt : XVI. XVII. VII-XVI. XI. Panni hi sunt ex pleniore opere, quale codicis Heidelbergensis Chrestomathia Straboniana exhibet, discerpta. Parisinum librum cum Heidelbergense contulit Bredovius, ex cujus schedis variantem lectionem affert Bernhardyus in Analect. p. 32 sq. Ea usus Kramerus ita habet (Strabo tom. III, præf. p. IV) : « Qui liber (Paris. 571) nonnullos locos integriores servavit quam Palatinus codex, in aliis tamen haud paucis ab ejus manu, qui primus composuit hanc epitomen, recessit, ita ut minor in universum ejus sit auctoritas quam Palatini. »

3. Deinde fol. 430 vso sequitur fragmentum de Pelio monte et initium fragmenti ejus, quod de Græciæ finibus in codice Parisino 443 inter poetica Dionysii interponitur. Major ejus pars et fortasse alia ejusdem scriptoris fragmenta operisque titulus cum postremis codicis foliis nunc avulsis perierunt.

Gudianus codex et Altempsianus.

20. Præterea monendum est fragmentum de Pelio monte Fabricium reperisse in codice bibliothecæ Marquardi Gudii, indeque transcriptum et latine versum tradidisse Hudsono (V. Fabric. B. Gr. II, 8, tom. III, p. 487 ed. Harl. et Hudson. Geogr. m. tom. II, præf.). De quo libro Gudiano nihil accuratioris habeo compertum. Isidori autem stathmos Parthicos Holstenius legerat etiam in codice *Altempsiano*. Nimirum ita scribit ad Peirescium (III Id. febr. 1628) :... *Isidori Characeni mansiones Parthicæ, quas e regio* (*i. e. Paris.* 571) *et Altempsiano mss. optimæ notæ compluribus locis emendavi et supplevi.* »

De communi horum codicum fonte et indole.

21. Quæ hucusque e variis codicibus recensui scripta geographica, ex eodem fonte, majore aliquo geographicorum syntagmate, manare pro certo asseveraverim. Porro quum Straboniana Excerpta in cod. 571 Isidoro subjuncta ducant ad codicem Palatinum, in quo ante Strabonis epitomen quattuor leguntur peripli (quamquam alienis duobus libellis disjuncti) : hos quoque ex eodem syntagmate fluxisse ideoque cum periplis, quos ante Isidorum exhibet codex Par. 443, componendos esse suspicor. Denique patet collectionem illam certum quoddam in disponendis libellis prodere consilium. Nam si prosaica fragmenta duo, quæ in medios iambos scriba libri 443 intrusit, in suum locum, ipso monstrante codice, reposueris : dispositionem operis habes ejusmodi :

A. PROSÆ ORATIONIS SCRIPTORES.

I. PERIPLI.

a. Peripli totius maris exteri.

1. (*Opus deperditum in cod.* 443 *quatern.* 1 *et* 2.)
2. Marciani oceani periplus libris II (Par. 443).

b. Peripli totius maris interni.

1. Menippi a Marciano breviati libri III (Par. 443).
2. Scylacis periplus (Par. 443).

c. Peripli particulares.

1. Anonymi periplus Ponti Euxini (Heidelb.).
2. Arriani periplus Ponti Euxini (Heidelb.).
3. Anonymi periplus maris Erythræi (Heidelb.).
4. Hannonis periplus (Heidelb.).

II. GEOGRAPHICÔN EPITOMÆ ET EXCERPTA.

1. Excerpta De Græciæ urbibus (Par. 443. 571).
2. Excerpta Straboniana (Par. 571. Heidelb. 398.)
3. Isidori mansiones Parthicæ (Par. 443. 571).

B. POETÆ.

1. Dionysii periegesis Græciæ (Par. 443).
2. Anonymi periegesis iambica (Par. 443).

(*Alia, quæ in postremis cod.* 443 *quaternionibus olim legebantur.*)

22. Accuratiora de ambitu hujus collectionis ne conjectura quidem nunc assequi licet; originem vero cum Holstenio (Ep. p. 45 ed. B.) refero ad notissimum illud institutum Constantini Porphyrogeniti, qui sicut Geoponicorum syntagma, curante Cassiano Basso scholastico, construxit, ita Geographicorum quoque corpus colligi jusserit. Jam vero aliunde bene novimus quanta negligentia et oscitantia Constantiniani veterum scriptorum excerptores et breviatores negotio suo functi sint. Nec aliter res habet in Geogra-

phicis nostris. Poeticorum quidem vincta oratio conatibus eorum resistebat; in solutam tanto impunius amputando, contrahendo, mutando licebat sævire. Sic Marciani libros truncarunt. Procemia sane atque τὰς ὅλας τῶν χωρῶν περιγραφὰς, quibus strictim terrarum situs delineatur, intacta liquerunt, accuratiores autem locorum descriptiones distantiarumque numeros sive τὰ κατὰ μέρος, quæ præ ceteris servata velis, tanquam putida et inutilia ut plurimum abjecerunt. Similiter in Isidori stathmis vix ossa corporis concesserunt. In Excerptis ex Athenæo vel Atheniense anonymo orationem tam perturbatam effecerunt, ut de restauranda desperemus. Scylacis periplus quum florentissimis literis Græcis scriptus sit, nunc a plebejo quodam et tantum non barbaro profectus esse videtur; cujus rei culpam ex parte saltem in excerptores istos refero, qui ipsi jam male affectum magistellorum industria libellum acceperint. His denique miseriis cumulum addiderunt scribæ codicum, qui quum alia tum maxime nomina propria et numerorum notas adeo depravarunt, ut vix noverim librum Parisino codice corruptiorem. Errores eorum, majorem partem e confusis vel male lectis antiquiorum librorum majusculis, recentiorum minusculis literis ortos, enarrare ad rem parum pertinet. Nihil enim in his noster codex habet peculiare, sed eadem sunt sphalmata, quæ in quovis pejoris notæ libro manuscripto deprehendimus.

23. Primus totum librum 443 excussit Emanuelus Miller (V. *Périple de Marcien d'Héraclée, épitome d'Artemidore, Isidore de Charax, etc. ou Supplément aux dernières éditions des petits géographes, d'après un manuscrit grec de la bibliothèque royale, par E. Miller. Paris* 1839). Deinde de ratione codicis denuo monuerunt Haasius in *Hall. Lit. Zeitg.* 1839 n. 103 et Letronnius in *Fragments des poëmes géographiques de Scymnus de Chio et du Faux Dicéarque restitués principalement d'après un ms. de la Bibl. royale, etc. Paris* 1840. His innituntur dissertationes S. F. W. Hoffmanni in libro cui titulus : *Die alten Geographen. Erstes Heft. Leipz.* 1841, et B. Fabricii *Ueber die Handschriften der kleinen gr. Geographen. Dresden* 1845. Totum codicem denuo nec absque fructu contuli. Vaticani apographi quod Romæ comparavi, lectiones cur rarissime in annotatione apposuerim, sponte intelligitur.

Codex Heidelbergensis 398.

24. Codex in Geographis secundum a Parisino 443 locum obtinens omniumque antiquissimus est Palatinus sive Heidelbergensis, qui olim in Vaticanum, hinc, imperante Napoleone, Parisios migravit, tandem vero ad lares rediit. Est pergamenteus, formæ quadratæ maximæ, sæculi decimi, scripturæ quædratæ elegantia celeber. Ad marginem passim appicta uncialibus literis pauca verba, vel argumenti indices vel scholia. Ceterum ἀκέφαλος; priores quaterniones quinque avulsi; qui nunc primus est, numerum habet ϛ'. Haud recte Bastius (Ep. crit. p. 3 ed. Wiedeburg.) nonnisi tria folia excidisse perhibet. — Varia insunt opuscula, ex quibus ad nostrum volumen pertinent primum, tertium, quartum, quintum, sive Anonymi periplus Ponti Euxini mutilus, Arriani Ponti periplus, Anonymi seu Pseudo-Arriani periplus maris Erythræi et Navigatio Hannonis. Primum opus descripsit Salmasius, e cujus apographo edidit Vossius; reliqua tria satis accurate transcripsit Gelenius. Quæ ab his omissa sunt, supplerunt qui iterum codicem excusserunt, Bastius in Epistol. crit. et Bernhardy in Analect. in Geogr. min. Nos gratias agimus humanissimis bibliothecæ Heidelbergensis præfectis, qui rogantibus nobis ut Parisios codex reviseret, permiserunt. Serius tamen advenit, quum plurima jam erant typis expressa. Ceterum series opusculorum in codice hæc est :

1. Pars posterior peripli Ponti Euxini, cujus prima verba : σμοῦ τε πάθος, postrema (f. 6 vso) : ἔστι δὲ καὶ ὁ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης σταδ. ͵θ, μιλ. ͵ασ'. Subscriptione caret; nec aliunde de nomine auctoris constat. Exemplar scriba adhibuit male castigatum.

2. Sequitur fol. 7 τοῦ ['Αρριανοῦ Hoc voc. erasum] κυνηγετικοῦ κεφάλαια. Tum fol. 8 ipsum opus : 'Αρριανοῦ κυνηγετικός. Recentior manus supra scripsit : Ξενοφῶντος 'Αθηναίου τοῦ δευτέρου; eadem manus in folio 7 et aliis libelli locis Arriani nomen exstirpavit.

3. Fol. 30 vso : 'Αρριανοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊανὸν, ἐν ᾗ καὶ περίπλους τοῦ Εὐξείνου πόντου. Redit titulus ad calcem libri, ubi scriba monet : Διώρθωται πρὸς οὐ σπουδαῖον ἀντίγραφον. Quamquam hic libellus multo minus quam antecedens et reliqua omnia laborat.

4. Fol. 40 vso : 'Αρριανοῦ (i. e. Anonymi) πε-

ρίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Repetitur titulus ad finem fol. 54 vso, iterumque monetur, et recte quidem: Διώρθωται πρὸς οὐ σπουδαῖον ἀντίγραφον.

5. Fol. 55 v. 56 R: Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους. Post Gelenium contulit Bastius l. l. p. 42 et Bernhardy l. l. p.

6. Fol. 56 vso: Φίλωνος Βυζαντίου περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων. Mancus libellus exit in verba fol. 59 vso: μετεωροφανὲς καὶ περὶ. Recentior manus subjecit: Λείπει φύλλα τινά. Exciderunt folia septem posteriora quaternionis ιβ'.

7. Fol. 60: Σὺν θεῷ Χρηστομάθεια ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν βιβλίων. Pertinet usque ad fol. 156 R.; altera folii pagina vacua est.

8. Fol. 157 R: Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων. Ad marginem alia manus: Ψευδεπίγραφον τοῦτο· πόρρω γὰρ τῆς Πλουτάρχου μεγαλοφυΐας ἥ τε διάνοια καὶ ἡ φράσις· εἰ μή τις ἕτερος εἴη Πλούταρχος. Denuo nuper contulit Hercher (Plutarch. De fluv. Lips. 1851).

9. Fol. 173: Παρθενίου περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων.

10. Fol. 189: Ἀντωνίνου Λιβεράλις Μεταμορφώσεων συναγωγή.

11. Fol. 209: Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως κατὰ Ἡσύχιον ἰλλούστριον.

12. Fol. 216: Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου [Ἀδριανοῦ] Καίσαρος περὶ θαυμασίων καὶ μακροβίων.

13. Fol. 235: Φλέγοντος ἀπελευθέρου Ἀδριανοῦ Καίσαρος περὶ τῶν Ὀλυμπίων.

14. Fol. 236: Ἀπολλωνίου ἱστορίαι θαυμάσιαι.

15. Fol. 243: Ἀντιγόνου ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγή.

16. Fol. 265: Ἱπποκράτους ἰητροῦ Κῴου ἐπιστολαί.

17. Fol. 283: Θεμιστοκλέους ἐπιστολαί.

18. Fol. 303: Διογένους ἐπιστολαί.

19. Fol. 322: Βρούτου Ῥωμαίων ὑπάτου ἐπιστολαί.

Vaticanus codex 143. Vindobonensis. Hafniensis.

25. Inter hos igitur libellos dolendum erat priorem partem peripli Ponti Euxini, quem auctor incertus ex Arriano et Menippo et periegesi iambica conflavit, in codice Heidelbergense desiderari. Sed fausta fortuna accidit ut codex Vaticanus 143 eorum quæ desiderantur non omnia quidem, majorem tamen partem suppeditet. Fragmentum hoc perperam inscribitur: Ἀρριανοῦ περίπλους πόντου Εὐξείνου; patet ejusdem esse auctoris, qui primum Heidelbergensis codicis periplum e variis scriptoribus concinnavit. Pertinet narratio superstes usque ad Ophiuntem fluvium, adeo ut, si ambo fragmenta in unum conjunxeris, ea tantum pars desideretur, quæ est ab Ophiunte ad Tanain. Vaticani libri fragmentum exscripsit Holstenius; e schedis Holstenii primus edidit Hudsonus. — Ejusdem peripli excerpta quædam præbet codex bibliothecæ Vindobonensis, testante Lambecio in Commentat. De bibl. Vindob. V, p. 53. — Præterea Bibliothecæ Hafniensis codex 1985 notitias quasdam geographicas habet, quas a Blochio descriptas primus edidit Osannus (V. not. ad p. 424). Eas hoc loco memoramus propterea quod majorem partem versantur in describendo ambitu Ponti Euxini, idque ita quidem ut pateat sua auctorem ex periplo Anonymi nostri collegisse.

Codex Matritensis 121.

26. Superest codex Matrisensis 121, ex quo Stadiasmum maris Magni edidit Iriarte. De hoc vide quæ monuimus in annot. p. 427. Denuo librum contulit E. Millerus, post cujus operam non subesse putavi, ut ipse quo tempore Matriti versabar, idem negotium subirem.

Photii et Arriani codices a nobis collati.

27. In Agatharchidis Excerptis præter eos Photii codices, quos Bekkerus inspexit, adhibui codicem Parisinum N. 1226. Vide not. p. 111. In Arriani Indicis primus comparavi codices Parisinos 456. 1407. 1438. Vide not. p. 306.

II. DE SINGULIS QUÆ HOC VOLUMINE CONTINENTUR OPUSCULIS.

Hanno Carthaginiensis.

28. Quæ de remotissimis orbis terrarum plagis antiquiores Græci cognoverunt, eorum plurima a Phœnicibus, qui nullam non regionem lucro admovebant, tradita acceperant. Itaque sortis quadam quasi justitia fieri dicas, ut vir e Phœnicum sobole oriundus primum inter geographos nobis servatos locum obtineat.

Hanno, Carthaginiensium imperator, jussu senatus classi navium sexaginta et trigesies mille Libyphœnicum multitudini præfectus, per fretum Gaditanum in Oceanum enavigavit, ut in Libyæ ora occidua colonias tum novas conderet, tum priscas novis frequentaret incolis. Ac primum in Mauritaniæ litore Thymiaterium condidit, deinde in fertilissimo tractu, qui medius est inter Atlantis juga et arenas deserti, urbes quinque colonis adauxit; hinc assumtis interpretibus, Saharæ solitudinem prætervectus, in Cerne insula, quæ facilitatem simul et securitatem commercii præbebat, constituit emporium. Quibus peractis, oram ulteriorem in futuros usus viginti sex dierum navigatione exploravit, donec reditum juberent itineris difficultas et inopia commeatus. Reversus autem Carthaginem, concisam, quæ æri vel lapidi conveniret, itineris narrationem tabulæ vel columnæ insculptam in templo Saturni dedicasse fertur. Atque hujus tituli versionem græcam, nescio a quonam confectam et quo casu ad nos propagatam, noster libellus profitetur. Qui quamvis in nonnullis locis temporum injuria læsus sit et de cetera integritate sua et fide variam dubitationem moverit, nihilo secius inter omnia, quæ de occidentali Libyæ ora apud veteres prostant, utilitatem habet maximam. Nam quum vel Ephori ætate Hannonis navigatio Græcorum de orbis figura opinionibus, deinde vero mythologorum commentis multifariam deformata esset, et ineptissimæ fabulæ Hannonei nominis auctoritate divenderentur : nostræ pagellæ si non integram, attamen, ut jejunam, sic genuinam historiam tradere videntur. — Singula rerum momenta diductius exponam.

29. Quo tempore Tyrii Hispaniam coloniis distinguere cœperant, Gadibusque tamquam in arce commerciorum consederant (circa an. 1100 a. Chr.), fieri non potuit quin Libycum litus, oculis eorum objectum omnique divitiarum genere etiamnum beatissimum (*), negligerent. Quodsi igitur Hiempsal in libris Punicis (ap. Sallust. Jug. c. 18) prodidit exercitum, quem ex Asiaticis populis, Persis, Medis, Armeniis, Hercules collegisset, post obitum ducis ex Hispania in Libyam trajecisse, aliosque ad internum mare, partem ad oceanum sedes fixisse : neminem latent sub fabulæ involucris Phœnices conscriptis pro more undique colonis oram Libycam frequentantes. Quam antiquæ nonnullæ saltem harum coloniarum fuerint, ex eo intelligitur quod Herculis templum prope Lixum, Phœniciam Mauritaniæ urbem, positum ipso Gaditano antiquius esse ferebatur (**). Multitudinem autem oppidorum testantur apud Strabonem Eratosthenes, qui παμπόλλας ad oceanum fuisse dicit πόλεις Φοινικικάς, et Ophelas Cyrenæus (ejus periplum ex Eratosthene Strabo citare videtur), qui in ora ab Emporico sinu meridiem versus excurrente trecentas olim Phœnicum colonias exstitisse retulit, nunc vero jacere dirutas a Pharusiis et Nigritis, ad quos iter sit dierum triginta (***). Pertinuerunt igitur usque ad desertum, cujus initium a Lixo urbe triginta dierum itinere distat, si cum Herodoto 200 fere stadia in singulos dies computaveris. Numerum oppidorum, quem Ophelas tradit, non premo, quamquam magnum fuisse nihil est cur negemus, quum in Hispania supra ducenta oppida Phœnices possedisse ferantur, et in angusto veteris Carthaginis tractu ducenta ceperit Agathocles (Diod. XX, 17), et in regione ad Tuscam fluvium

(*) V. Graberg di Hemso *Das Kaiserreich v. Marokko* (vers. germ.), 1833, p. 16 sqq.; Jakson *An account of the empire of Marokko* p. 15; Hœst *Nachrichten von Marokko u. Fez* p. 272 sqq.; Movers *Das Phœnizische Alterthum*. II, p. 522.

(**) Plinius XIX, 22 : *Sed et arbor est malva in Mauritania Lixi oppidi æstuario, ubi Hesperidum horti fuisse produntur CC pass. ab oceano, juxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, ut ferunt.*

(***) Strabo XVII, p. 829 : Ἀρτεμίδωρος δ' Ἐρατοσθένει μὲν ἀντιλέγει διότι Λίξον τινά φησι πόλιν περὶ τὰ ἄκρα τῆς Μαυρουσίας τὰ ἑσπέρια ἀντὶ Λυγγός. Φοινικικὰς δὲ πόλεις κατεσκαμμένας παμπόλλας τινὰς, ὧν οὐδὲν ἰδεῖν ἐστιν ἴχνος. Idem p. 826 : Πλεῖστα δὲ πλάσματα τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ τῇ ἐκτὸς προσεψεύσαντο οἱ συγγραφεῖς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ Ὀφέλα (Ἀπελλᾶς ὁ Κυρηναῖος ap. Marcian. p. 63 Huds.) περίπλου.... Ἐγγὺς δὲ τούτῳ (τῷ Ἐμπορικῷ κόλπῳ) ἐν τοῖς ἑξῆς κόλποις κατοικίας λέγεσθαι (φασὶ) παλαιὰς Τυρίων, ἃς ἐρήμους εἶναι νῦν, οὐκ ἐλαττόνων ἢ τριακοσίων πόλεων, ἃς οἱ Φαρούσιοι καὶ οἱ Νιγρῖται ἐξεπόρθησαν· διέχειν δὲ τούτους τῆς Λυγγός φασιν ἡμερῶν τριάκοντα ὁδόν.

prope fines Numidiæ quinquaginta memorentur (Appian. Pun. c. 68), et intra fossas Punicas vel tertii belli Punici tempore oppida fuerint trecenta (Strabo p. 833). Artemidorus quidem vestigia urbium non superesse dictitans fidem Ophelæ et Eratostheni denegavit, suffragante Strabone nec non Plinio V, 1, § 8, qui ad urbes ab Hannone *conditas* perperam transfert quæ de Phœnicum coloniis dixerat Artemidorus. *Fuere*, ait, *et Hannonis Carthaginiensium ducis commentarii, Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Africæ jussi; quem secuti plerique e Græcis nostrisque et alia quidem fabulosa et urbis multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla nec vestigium exstat.* Sed hæc non majoris facienda quam quæ contra Megasthenem et Pytheam eorumque sectatorem Eratosthenem præpostera judicii confidentia deblaterarunt, immemores illi quantopere cognitio terrarum una cum fatis populorum fluctuare soleat, et quam lubricum sit priscorum scriptorum fidem suspectari ob præsentis ævi ignorantiam, et ex fabulosis nonnullis, quæ ejusmodi narrationibus ut plurimum adhærent, arreptum fraudis et mendacii argumentum ad reliqua omnia transferre. Simili levitate Artemidorus nulla contendit apparere urbium vestigia in ora quam ex Græcis adierunt paucissimi, nec ipse explorasse putandus est, quum etiam nunc haud adeo rara exstent urbium ruinæ, et tanto plures detegentur, quo curatius hæ regiones lustrabuntur. Præterea ipse ille Plinius V, 1 § 13 hæc scribit : *Indigenæ tamen tradunt in ora ab Salat* (hod. *Sla*) *CL M. p. flumen Asanam* (hod. *Ommerbia*) *marino haustu sed portu spectabile, mox amnem quem vocant Fut* (hod. *Tensift*), *ab eo ad Dyrim* (*hoc enim Atlanti nomen esse eorum lingua convenit*) *CCM p., interveniente flumine, cui nomen est Vior* (hod. *Beni Tamer,* non longe a *Ras Agadir*). *Ibi fama exstare circa vestigia habitati quondam soli, vinearum palmetorumque reliquias.* Vitis scilicet in Africa non nascitur, nisi aliunde allata; attulerant vero Phœnices coloni, sicuti seculo decimo quinto Portugali importarunt denuo. Mitto quod Hanno quinque hujus oræ urbes non ἔκτισε, sed ἐπῴκισε; mitto quod nomina promontoriorum, fluviorum, urbium, majorem partem sunt Phœnicia (*) aliisque in regionibus, ubi Phœnices consederant, recurrunt; mitto quæ ex Arabicis scriptoribus, qui Berberorum historiam consignarunt, afferri possint. Docte de his exposuit Moversius in opere egregio De antiquitatibus Phœniciis (tom. II, p. 530 sqq. et passim); nobis sat erat attigisse rem, quæ addubitari nequeat.

30. Temporis spatium per quod coloniæ illæ deductæ sunt et floruerunt, iisdem seculis duobus et dimidio circumscribendum est, quibus pollebat Tyrus metropolis. Cujus viribus accisis, tutela destitutæ barbarisque populis impares pleræque præda evaserunt Numidarum, quorum tunc imperium surgere cœpit; restiterint paucæ, quas locorum firmitas et idoneum præsidium tutarentur. Postea in Tyri locum successit Carthago, quæ nono ante Christum seculo condita (**) adeo paullatim crevit, ut Hannone duce 30000 Libyphœnices in Atlanticas colonias di-

(*) Ut : *Rusibis* vel *Rutubis, Rusadium, Usadium, Solois, Soloentia, Sala, Lix, Chusarius fl., Subur fl., Bambotus fl., Masitholus fl.*, de quibus post alios vide Movers l. l. II, p. 244. 274. 291. 295. 335. 344. 516. 534, et quæ in annot. ad Hannon. passim notavimus.

(**) Ad annum rem exigi non posse cum aliis recte censet Gesenius. Moversius l. l. p. 146 sqq., qui nuperrime diversissima vett. chronologorum testimonia excussit, annum 814 vel 813 a. Chr. (quem tradunt Dion. Hal. et Vellejus I, 12 et inter alios etiam habet Hieronymus) indubitandæ fidei esse et ex Tyriorum annalibus fluxisse censet. Quod secus mihi videtur; neque aliter in Carthaginis epocha definienda græcos chronologos egisse puto quam in ceteris priscorum temporum παραπήγμασι. Præcipua momenta paucis indicabo. Carthago, sicuti aliæ urbes nonnullæ, bis condita a compluribus dicebatur, primum circa Trojana tempora vel aliquanto post; deinde denuo, seculo nono secundum plurimos. *Carthago* autem quum significet *urbs nova, Utica* vero, quæ erat proxima, sonet *vetus urbs :* putaveris prioris illius Carthaginis epochas ad Uticam referendas esse. Ut ut est, Hieronymus de his tres affert annorum numeros :

An. Abrah.	804	1212 a. C.	; debebat :	808	1208 a. C.
	971	1045	;	975	1041
	1001	1015	;	1005	1011

In Eusebio Armenio prima epocha non legitur, tertia vero recte ponitur ad an. Abr. 1005; mediam eodem modo quattuor annis posteriorem esse debere liquet ex verbis Hieronymi : *Carthago condita est.... post Trojanum bellum ann. CXLIII;* nam 1045 + 143 efficerent annum 1188, qui nullius est æræ Trojanæ; sin rem accommodare velis ad annum, quem Eusebius excidio Trojano perverse assignat (1181), ponenda epocha esset ad an. Abrah. 978, uti fit in Eusebio Armenio; at patet indicari notissimam æram anni 1184, ideoque Hieronymi epocham revera pertinere ad an. Abrah. 975. Eodem modo epocha prima an. Abr. 804 quattuor item annis recentior esse debet. — Jam vero ad annum 1041 recte Hieronymus notat *migrationem Ionicam*, quæ ita computata est ut ab excidio Trojano ad Doricam migrationem sint anni 80, hinc ad Ionicam cyclus annorum 63 (= 143). Vides igitur auctorem hujus computus com-

mittere valeret. Numerum cur stupeamus et exaggeratum esse putemus nihil video; sed sponte intelligitur deductam tantam multitudinem esse *Punicis rebus florentissimis* (ut Plinius ait V, 1), *Carthaginis potentia florente* (Id. II, 67). Igitur et Sardinia tunc Carthaginienses potiti erant, et Phocenses adegerant ut, relicta Corsica, maris mediterranei imperio ipsis cederent (c. 536), et Romanos pacto fœdere (509) ab emporiis suis arcuerant. Auctor vero hujus potentiæ a Justino (XIX, 1) celebratur Mago, pater Himilcaris, *qui primus omnium, ordinata disciplina militari, imperium condidit, viresque civitatis non minus bellandi arte quam virtute firmavit.* At Herodotus (VII, 165) Hamilcaris patrem non Magonem dicit sed *Hannonem*. Neque aliter statuisse videtur Chrysostomus (Oratt. vol. I, p. 522 R.), qui de Hannone eadem fere quæ de Magone Justinus prædicat. Καρχηδονίους δὲ, ait, Ἄννων ἀντὶ Τυρίων ἐποίησε Λίβυας, καὶ Λιβύην κατοικεῖν ἀντὶ Φοινίκης καὶ χρήματα πολ-

posuisse Ionicam migrationem cum Tyria illa, qua condita est Carthago; ac placuisse sibi græcos chronologos in ejusmodi synchronismis satis jam constat. Haud aliter fecit alter ille, qui Carthaginem adscripsit anno 1011, quæ item erat epocha migrationis Ionicæ; nam si hinc retro computes annos 143, habebis annum 1154 (6 × 63 ante Ol. 1), quem fuisse alius æræ Trojanæ non nescis. Contra vero Philistus Carthaginem a *Zoro* et *Carchedone* conditam dixit an. 1208, ideoque origines urbis cum æra Trojana composuit; nam an. 1208 deleta est Troja secundum æram apud antiquiores scriptores usitatissimam. Sic facillime numeri Eusebiani explicantur, neque est cur auctorem memoria lapsum diversa confudisse cum Moversio p. 156 censeamus. Quod præterea apud Appianum (Pun. c. 1) legitur Carthaginem a Zôro (fictum, opinor, nomen de voce Σὺρ, i. e. Φοινίκη, v. Herodian. p. 11, 16. A. p. 36,10 ed. Lehrs.) et Carchedone conditam esse ἔτεσι ν' πρὸ ἁλώσεως Τροίας, id non accuratius dici videtur quam quod apud eundem l. l. c. 51. 132. 2 inde ab annis 146 et 149 et 239 usque ad recentiorem Carthaginem conditam ubique 700 anni numerantur ore rotundo. Ceterum quum de conditorum nominibus Appianus cum Philisto faciat, hujus etiam computum indicari suspicor; fortasse igitur pro ἔτεσι ν' scripsit ἔτεσι κ' (qui numeri in codd. facillime confunduntur) pro accurato numero κδ' (1184 + 24 = 1208). — Hactenus de *vetere* urbe. Veteri si *nova* aliqua urbs opponitur, id ita apud Græcos chronologos fieri solet, ut certus quidam cyclorum numerus inter utriusque origines intercedat. Igitur si Eusebius novam Carthaginem conditam dicit an. Abrah. 1164 sive an. 852 a. Chr., hæc epocha componenda est cum anno 1041 urbis veteris; nam intercedunt anni 189 sive 3 × 63. — Porro si Hieronymus et Syncellus p. 555 ed. Bonn. structam urbem referunt annis 748 ante annum 146, sive anno 894 a. C., hæc pendent e Philisti calculis, qui veterem Carthaginem assignavit anno excidii Trojani 1208; nam a 1208 ad 894 absolvuntur cycli quinque (5 × 63) sive anni 315, salva unius anni differentia, quam nemo urgebit. Quodsi Philistus terminum a quo non in anno excidii (1208), sed, ut plerumque fit, in anno expeditionis (1217) posuisset, nova Carthago assignanda fuisset anno 902. — Tertiam epocham Hieronymus tribuit anno 814 (668 ante 146), quam eandem habet Dionys. Hal. I, 74, et uno anno differens Vellejus I, 12, qui computat 667 + 146 = 813. — Dubium vero non est in accuratiore computo pro an. 814 sive 813 notandum fuisse annum 815, qui item a Trojana æra, sed a vulgari illa serioris ævi, exputatus est; nam 1193-815 = 378 sive 6 × 63. — Desideratur in Hieronymo et Eusebio novæ urbis epocha quæ pendeat ab anno 1001 urbis veteris, de quo supra vidimus. Quodsi ab hac epocha, sicuti ab epocha anni 1041, numerantur cycli tres sive anni 189, nova Carthago condita foret an. 822, quem e Servio ad Æn. I, 267 elicias, qui a Roma condita ad Carthaginem esse dicit annos 70 (752 + 70 = 822); quamquam in aliis codd. pro LXX scribuntur LX, uti est apud eundem ad Æn. I, 12. Justinus a Roma condita ad Carthaginem numerat annos 72, ut annus evadat 824 vel 825. Quod ad eundem computum pertinet. Nam si quis pro 63 annis inter Doricam et Ionicam migrationem intercedentes cum Eratosthene, Apollodoro, aliis rotunde poneret annos 60, Carthago tribus annis antiquior fiebat; adeoque pro an. 822 obtinebas annum 825. — *Timæus* ap. Dion. Hal. I, 74 (quem exscripsit Syncell. p. 155 a Dindorfio emendatus) Carthaginem et Romam eodem anno conditas statuit, annis 38 (debebat an. 39) ante Ol. 1. Romæ autem urbis æra vulgaris pendet ex Trojana æra vulgari, et ita constituta est ut altera ab altera distet uno cyclo maximo sive annis 7 × 441 (1193-441 = 752). Sed hæc prorsus aliena sunt a Timæo, qui de Roma eodem modo statuisse debet quo Ephorus. Is enim ab æra Trojana ad Romam numeravit sex cyclos sive an. 378 (1217-839, vel 1196-818). Timæus autem quum a Trojana æra usque ad primam Olympiadem (Lycurgi) numeraverit annos 417, et 39 annis ante Olympiadem primam Roma condita sit, sequitur ut a Troja ad Romam sint anni 378, ut apud Ephorum. Trojana vero æra sec. Timæum est anni 1343, adeo ut Roma et Carthago conditæ sint an. 965. Eosdem annos 378 si ad vulgarem æram Troj. transferas, obtines annum 815 (1193-378), ut supra vidimus; qui annus item 39 annis distat ab Olympiade prima anni 776, non fortuito consensu, sed propter rationem, quæ Timæi systemati chronologico intercedit cum Eratosthenico; de qua re vide Fragm. Chronol. p. 126. — Igitur ut summam paucis comprehendam, Philistus a Troja ad Carthaginem numeravit cyclos quinque; alii, præeunte Timæo, et probabiliter etiam Ephoro, putarunt cyclos sex; nonnulli tamen hosce cyclos minuerunt annis 36, quum tot annis a cyclico computo recedat spatium annorum 90, quod pro annis 126 multi statuerunt inter Trojanam expeditionem et Doriensium reditum intercedere. — Ceterum probabile est alios hunc computum conjunxisse cum æra Trojana uno cyclo remotiore, adeo ut inter Trojam et Carthaginem 7 cycli intercedant, sicuti inter Trojam et Romam. Quo facto, si quis a nova Carthagine distingueret veterem urbem, eamque cum Jonica migratione sive cum anno 153 ab Iliaca expeditione componeret, a vetere hac urbe usque ad novam restabant anni 288 (nam 153 × 288 = 441). Fort. hunc computum indicavit Pseudo-Aristotel. Mir. c. 146, ubi ab Utica (sive vetere urbe) condita usque ad Carthaginis origines computantur anni 287; quibus calculis Phœnicum annales non magis subesse puto quam Ctesias quas gloriatur βασιλικὰς διφθέρας ad tempora rerum Assyriarum constituenda adhibuit. Igitur si Trojana æra est anni 1280, Utica condita 1027 a. C.; Carthago 839 a. Chr. Et quum Plinius, qui an. 77 p. C. historiam suam Nat. jam absolverat, in lib. XVI, 79 dicat: *Memorabile et Uticæ templum Apollinis, ubi Numidicarum cedrorum trabes durant ita ut positæ fuere prima ejus urbis origine, annis* 1178 : pertinerent anni illi 1178 usque ad annum 51 p. Chr. Sed de his jam satis sit.

λὰ κεκτῆσθαι καὶ συχνὰ ἐμπόρια καὶ λιμένας καὶ τριήρεις καὶ πολλῆς μὲν γῆς, πολλῆς δὲ θαλάσσης ἄρχειν. Hic igitur primus est, quem navigationis nostræ ducem fuisse statui possit (*), siquidem largiaris nostrum auctorem unum fuisse ex Hannonibus, quorum memoriam historia servaverit. Hannonis filius Hamilcar bello Siculo ad Himeram cladem passus periit (480), *relictis tribus filiis, Imilcone, Hannone, Giscone* (Justin. XIX, 2), qui una cum Hasdrubalis filiis publicis negotiis præerant. Res autem Carthaginiensium post bellum Siculum per septuaginta annos in ipsa erant Libya. Scilicet *Mauris bellum illatum et adversus Numidas pugnatum et Afri compulsi stipendium urbis conditæ Carthaginiensibus remittere* (Justin. l. l.). Sic rebus domesticis confirmatis, denuo in Siciliam bellum ducibus Hannibale et Himilcone *Hannonis filio* (Diod. XIII, 18, 2) translatum est (440). Captæ Agrigentum, Gela, aliæ urbes ditissimæ; victus Dionysius; ingenti præda Carthago locupletata; Sicula Pœnorum ditio maximopere aucta (409-405. V. Diodor. XIII, 54 sqq., 80 sqq.; 109 sqq). Summum vero hoc potentiæ fastigium subsecuta sunt tempora calamitosa, neque Hanno aliquis in historia apparet ante eum qui contra Agathoclem pugnavit (Diodor. XX, 10). Ad hujus vero ætatem quum nostra navigatio pertinere nequeat, sequitur aut ignotum aliquem Hannonem Libyphœnices deduxisse, aut patrem Hamilcaris aut filium. Tempora horum ita fere constituere licet :

560-500 Hanno I, pater Hamilcaris.
520-480 Hamilcar († 480).
490-440 Hanno II et Himilco, Hamilcaris f.
460-396 Himilco, Hannonis f. († 396).

31. Sub Hannone patre Hamilcaris circa an. 510 a. C. navigationem institutam esse cum aliis haud paucis censet Fridericus Kluge (**), qui alterius Hannonis ne mentionem quidem fecit. Videlicet Herodotus (IV, 196) refert secundum Carthaginiensium narrationem extra columnas Herculeas esse Libyæ regionem, in qua Pœni, merces suas cum auro indigenarum commutantes, non verbis sed muta quadam ratione, quam fusius auctor describit, de pretio inter se conveniant. Id vero commercii genus constat earum esse regionum auriferarum quæ sunt a *Sahara* deserto versus meridiem. « Itaque, Klugius ait, *ante Herodoti ætatem* Carthaginienses ad eam Africæ oram, quæ nunc *aurifera* dicitur, navigare solebant, et insula Cerne, quam primus reperit Hanno, mercatoribus jam illo tempore erat itineris finis. ». Quod uti concedendum est, sic nihil impedit quominus alter Hanno, filius Hamilcaris, primus Cernen adierit; nam si decem vel etiam viginti annis post patris obitum Hanno iter suscepit (470 vel 460 a. C.), percommode de isto commercio comperire aliquid potuit Herodotus, qui anno 470 puer erat annorum quattuordecim.

32. Præterea Klugius alterum affert argumentum, quo navigationem Hannonis ante bellum Siculum circa an. 510 institutam esse comprobet. « Legitur, inquit, in Periplo hanc expeditionem a Pœnis esse decretam, ut urbes Libyphœnicum conderentur. Diodorus (XX, 55) Africam in quatuor hominum genera divisam esse tradit : in Pœnos, qui Carthaginem colerent, in Libyphœnices, qui, quod multas urbium maritimarum tenerent et matrimoniorum necessitudine Carthaginiensibus devincti essent, a nexu affinitatis compositam hanc appellationem reportarent; majorem deinde et vetustissimarum incolarum partem Afrorum (Λιβύων) nomen habuisse, et postremos tandem fuisse Numidas, vastos Libyæ tractus usque ad deserta occupantes. Illi autem Libyphœnices ex antiquis Phœnicibus primum cum indigenis, postea cum Carthaginiensibus mixti atque cognati, a Pœnis pluris æstimabantur quam ceteri ipsorum ditioni subjecti populi, et cauta quadam tractabantur prudentia, quod eorum vis et potestas reipublicæ perniciem minaretur, si liberiorem, quam fas esset, spiritum sumerent, atrociter a metropoli divitiarum acquirendarum facultatem petentes. Qua recusata timendum erat, ne ad alias deficerent gentes Carthaginiensium nomini infestissimas. Nulla autem

(*) Memoratur sane Hanno quidam antiquior, ad quem Anacharsis, philosophus ille Scythicus, epistolam scripsisse fingitur ap. Ciceron. Tusc. Qu. V, 32 hancce : *Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calciamentum, solorum callum; cubile, terra; pulpamentum, fames; lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum me licet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis vel diis immortalibus dona.* Sed vix est, cur doctos moneamus quam sit nulla ejusmodi epistolarum auctoritas, in quibus sophistæ celebria nomina, neglectis temporibus et historiæ fide, componere solebant. Mitto etiam nescio quem Hannonem, qui, (Plinio VIII, 36) teste, primus leonem mansuefecisse dicitur, et ad occupandum dolo regnum aves ita docuisse, ut regem ipsum salutarent (Cf. Ælian. H. An. V, 39; Plutarch. Mor. p. 799, Max. Tyr. II, 3.).

(**) Hannonis navigatio. ed. Fr. G. Kluge. Lips. 1829.

Pœnorum invenitur conditio, qua ab externis populis, quorum terras nondum occupavissent, minus esset timendum, quam felix illa sors, quæ reipublicæ ante bella in Sicilia gesta obtigerit. Sed Libycæ gentes, duro tantum imperio coercitæ, metum injicere poterant, si Libyphœnices, quorum necessitudo æque ad Carthagienses atque ad Libyes pertinebat, cum his conjuncti contra usurpatam dominationem arma ferrent. Quod periculum, crescente hostium numero, eo magis imminebat, quum Libyphœnices in Byzacio et in urbibus maritimis ad tantam frequentiam aucti essent, tantamque apud ceteros Afros haberent auctoritatem, ut bello terra gerendo vix superati forent. Itaque emiserunt, ut eorum optatis satis facerent divitiarumque cupiditatem explerent, triginta millia Libyphœnicum ad novas colonias in ora maritima versus occidentem sita condendas veterumque Phœnicum emporia novis incolis frequentanda, fortasse etiam deprimenda. Tali autem multitudine emissa Carthaginiensibus nullum et virium et potentiæ detrimentum *ea tantum ætate, quæ ante Sicula bella præcesserit*, inferri potuisse manifeste ex historia apparet. » Hæc Klugius, quem in his quoque minus confidenter locutum esse velis. Potuisse quidem ante bellum Siculum istam Libyphœnicum multitudinem in colonias educi, neque nego neque affirmo (nam quæ in ejusmodi rebus Carthago tunc præstare, quæ non potuerit, quis scire se glorietur?); at non potuisse idem etiam postea fieri, tantum abest, ut ex historia appareat, ut tum maxime factum esse crediderís. Quid enim? Post cladem Himerensem Carthaginienses per annos septuaginta a bello extero vacabant et deinde non appetiti a Siculis bello sunt sed ipsi eos aggressi; quemadmodum autem singulas fere clades in Sicilia acceptas subsecutum est domesticum bellum contra Africæ populos sive liberos sive subjectos sustinendum: sic post Himerense quoque infortunium contra Libyes diu pugnandum fuisse auctor est Trogus Pompejus. Quam potentes adhuc hostes essent, ex eo liquet quod vectigal iis pro solo urbis vel tunc pendebatur. In hoc igitur bello quam maxime verendum erat ne socios Afris se jungerent Libyphœnices, non bellica quidem illi virtute, at numero ingenti valentes et odio Carthaginiensium, qui immanibus eos premebant tributis, adeo ut una Leptis civitas trecenta quotannis talenta solveret (Liv. XXXIV, 62). Itaque peropportunum illud tempus erat, quo impendentem tempestatem in longinquas plagas averterent (*) ac nova commerciorum commoda majore reipublicæ securitate compararent. Huc accedit quod ducem expeditionis fuisse filium potius quam patrem Hamilcaris suadere possit Plinius II, 67, ubi hæc: *Et Hanno, Carthaginis potentia florente, circumvectus a Gadibus ad finem Arabiæ navigationem eam prodidit scripto: sicut ad extera Europæ noscenda missus eodem tempore Himilco.* Proclivis enim suspicio est indicari Himilconem quem fratrem Hannonis II fuisse Justinus prodit.

In hac igitur de persona et ætate Hannonis quæstione, quæ probabilitatis specie magis quam testimoniorum pondere dijudicanda est, certioris quidem nihil affirmari potest, veri tamen simillimum ducimus susceptam expeditionem esse medio fere seculo quinto (c. an. 470), ducemque fuisse Hannonem filium Hamilcaris (**).

(*) De ejusmodi populorum subjectorum deportationibus apud Tyrios et Carthaginienses v. Movers l. l. p. 24 sqq.

(**) Sic inter antiquiores statuerunt Florian d'Ocampo *Historia antiq. de Españ.* l. III, c. 8 et 9. et Mariana *Histor. de Españ.* l. I, c. 22, citante Gailio I, p. 83, inter nuperos vero Fuhr. *Pytheas aus Massilia* (1842) p. 11; Movers l. l. Eodem redit sententia Mannerti, I, p. 52: « Hanno ist wahrscheinlich Herodots Zeitgenosse oder vielleicht etwas ælter als dieser. » quamquam certioris nihil posse asseverari bene monuit. Hannonem patrem Hamilcaris circa an. 510 vel 500 vel 490 navigationem suscepisse statuerunt Heeren *Ideen* II, p. 737; Hugius et Klugius in edd. Peripli; Kannegiesser in *Ersch. u. Gruber*, s. v. Hanno; Ukert I, p. 61; Forbiger I, p. 65 etc. — Alii navigationem detrudunt in tempora secundo bello Siculo posteriora, ut in annum 408 Hagerus (*Geogr. Büchersaal* t. I, p. 408), in an. 404 Campomanes (*El periplo de Hañon ilustrado* p. 13.) et Maltebrun Geogr. I, p. 73. — Contra ad annum fere 570 rem retulerunt Bougainvillius Mem. de l'Ac. t. XXVIII, p. 288 (qui præterea etiam alias quasdam sententias propinavit), Sainte-Croix (ib. t. XLII, p. 378), Falkonerus *The voyage of Hanno translated*, etc. Dissert. II, p. 88. His se addixit Gailius Gr. min. I, p. 82, cui Hanno est ille ad quem scripsit Anacharsis. « Huic, inquit, ego quidem non ægre laudem suscepti itineris tribuerim, cui quum gratulari debuerint celeberrimi suæ ætatis viri, tum videtur suum decus quasi exprobrare, paupertatis amans, Anacharsis, quod novos divitiarum fontes quæsiverit. » Porro, ne quid omittam, Isaacus Vossius (De magnit. Carth. p. 52) et Gosselinus (Recherches s. l. géogr. I, p. 137) periplum scriptum esse putarunt paullo post vel etiam ante Troica, certe ante ætatem Hesiodi, qui primus de Gorgonibus fabulam narravit, fictam scilicet illam ex iis quæ de Gorillis apud Hannonem leguntur. Vossii ineptias verbosa disputatione refellit Dodwellus (*Dissert. de vero Peripli, qui Hannonis nomine circumfertur, tempore* in Hudson. G. Min. tom. I); ipse autem periplum esse censet anteriorem primo bello Punico, quandoquidem florentissimis Carth. temporibus scriptus esse perhibeatur; at non potuisse antiquiorem esse primis rerum Carthag. historicis græcis. Nam etiamsi antea jam floruissent Carthaginienses,

33. Redux Hanno narrationem itineris in Saturni templo dedicavit, testante græci nostri libelli indiculo : Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν, ὃν καὶ ἀνέθηκε ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει. Dedicationem innuit etiam Aristides in Ægyptiaco t. II, p. 474 verbis hisce : Καὶ μὴν οὐδὲ Καρχηδονίων οἱ ἐκπλεύσαντες ἔξω Γαδείρων καὶ τὰς ἐν τοῖς ἐρήμοις τῆς Λιβύης πόλεις οἰκίσαντες τοῦτον ἤνεγκαν οἴκαδε τὸν λόγον, οὐδ' ἀνέγραψαν οὐδ' ἀνέθηκαν ἐν τῷ ἱερῷ, ἕτερα πολλὰ καὶ ἄτοπα γράψαντες. Idem: Εἰκὸς ἦν δημοσίᾳ φράσαι καὶ ἀναγγεῖλαι ἀναθέντα λέγω καὶ τοῦτον, ὥσπερ οἱ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνες γράμματα ὑπὲρ τούτων εἴς τι τῶν κοινῶν ἱερῶν (*). Similiter Plinius VI, 36 narrat Hannonem duarum Gorgadum cutes argumenti et miraculi gratia in Junonis templo posuisse, spectatas usque ad Carthaginem captam. His cur fides denegetur, causam idoneam non video. Hannonem suscepti negotii rationes in senatu reddidisse, easque literis consignatas et ἐν ἀρχείῳ asservatas esse sponte intelligitur. In his vero quum singula quæ ad coloniarum institutionem et commercia pertinerent, accurate descripta esse censenda sint, haud obvio cuique aditum ad ea patuisse tanto libentius concedes, quanto anxius cavere solerent Carthaginienses ne ad exteros talia promanarent. Nihil vero impediebat, quin summa itineris capita in honorem Hannonis titulo publico commendarentur tali, qualem græca nostra reddunt, in quibus de commerciis ne verbum quidem exstat et coloniarum vix nomina apponuntur, plurima autem sunt circa mirabilia itinerisque pericula, quæ deterrerent potius simile quid ausuros quam excitarent, adeo ut ex eo ipso consilio videantur suum traxisse colorem. Oratio autem vel in græcis præ se fert dicendi genus abscisum illud ac durum, quem stylum lapidarium vocant. Quanam probabilitatis specie multi censuerint græcorum auctorem fusam narrationem punicam in macilentum redegisse compendium, non assequor.

34. Fama quædam novi commercii per nautarum mercatorumque vulgus mox ad Græcos penetrasse videtur. Quæ de auro Ceraunis insulæ Herodotus IV, 195 narrat, confusam Cernes insulæ et regionis auriferæ memoriam prodere censent probabiliter. Ipsum Cernes nomen primum obvium fit in fragmentis Ephori. Idem Ephorus in Oceani occidui ora novit Καρικὸν τεῖχος, quod tamen oppidum quum ab Hannone nonnisi novis colonis auctum sit, jam pridem Græcis notum esse potuit, sicuti Melittam, ejusdem tractus locum, jam novit e Caricis, opinor, nautis Hecatæus Milesius. Conditum vero ab Hannone Thymiaterium et alia quædam quæ cum Hannonea narratione componi possunt, leguntur in Scylacei peripli parte postrema, quæ a reliqui peripli indole mire discrepans a seriore aliquo homine assuta est. Chremetis fluvii mentio fit in Aristotelis Meteorologicis I, 13. Sed horum nihil ita comparatum est, ut ex ipsa nostra peripli versione fluxisse debeat. Primus qui *laudato Hannonis periplo* de ignis torrentibus ea quæ pag. 11 leguntur, affert, ideoque græca peripli versione usus esse videtur, Pseudo-Aristoteles est in Mir. c. 37 ed. Westerm. Auctorem hujus collectionis liquet temporibus Agathoclis tyranni (cujus c. 110 mentio fit) non fuisse antiquiorem. Denique memorandus hoc loco est Arrianus qui in Ind. c. 43 (v. Hanno p. 14) de Hannonis navigatione ceteris habet luculentiora. Ipse quidem sequioris ætatis homo est, sed Historia Indica satis probat ignorasse auctorem plurima quæ, si sui ævi periplos legisset, scire debebat, totumque pendere ex paucis bonæ antiquitatis scriptoribus, Nearcho, Megasthene, Daimacho, Eratosthene. Vix igitur dubium est, quin quæ de Arabia nondum circumnavigata et Oceano occiduo et Hannonis navigatione Indicis subjungit, ex Eratosthene depromserit. Hunc de Phœnicum ad Oceanum coloniis Libycis haud pauca novisse vidimus, quæ Strabo tamquam fabulosa ridet, istas fabulas vero Ophe-

non tamen de tali rerum statu constare sine historicis coævis. Horum vero antiquissimis a Dionysio Hal. accenseri Antiochum Syracusanum... « Medio ergo inter Cyrum et Darium Nothum intervallo primi cœperint historici. Nec poterant adeo multo esse antiquiores res Carthaginiensium florentissimæ. Qui enim res Carthaginiensium lingua patria Punica prodiderit, neminem apud veteres reperimus.' » His terminis, quos excedi non liceat, constitutis, Dodwellus Hannonem et Himilconem navigatores eosdem esse censet cum Hannone et Himilcone ducibus, qui Olymp. 118, 2 contra Agathoclem Syracusanum res gerebant. Ceterum periplum post mortem Hannonis sub illius nomine finxit Græcus quidam Carthaginiensium studiosus. Scylax Hannonem non adhibuit, sed omnia sua ex antiquioribus Phœnicum periplis hausit. Hæc Dodwellus, cujus tota disputatio ineptissimis hariolationibus scatet.

(*) Cf. titulus rerum ab Hannibale gestarum in Italico templo Junonis Laciniæ punica lingua et græca exaratus (Polyb. III, 33. 36; Liv. XXVIII, 46). Minus huc pertinent tabulæ fœderum in æde Jovis Capitolini (Polyb. III, 22) et quæ in duobus sacellis consecratæ erant fœderis cum Gelone initi (Diodor. XI, 26,2). Magis etiam a re nostra aliena sunt monumenta Hamilcari, ut heroi, structa tum Carthagine tum in coloniis (Herodot. VII, 167).

lam prævisse dicit. Ad Ophelam igitur Cyrenæum, peripli auctorem (Marcian. Heracl. p. 63 H.), ex quo sua Eratosthenes duxerat, etiam quæ de Hannonis itinere Arrianus habet, referenda esse duco. Ophelas autem vix diversus est ab Olynthio illo (Pseudo-Aristot. Œcon. 2, 35) qui sub Ptolemæo I in Ægypto fuit, deinde Cyrene potitus est, nec eo regno contentus περιεβάλετο ταῖς ἐλπίσι μείζονα δυναστείαν (Diodor. XX, 40, 1), et Carthaginiensium imperium evertere cum Agathocle aggressus est. Virum ejusmodi consilia agitantem probabile est vires Carthaginiensium et ditionem explorasse et oræ maritimæ periplum collegisse, adhibitis quæ e nautarum græcorum et pœnorum narrationibus et Carthaginis urbis monumentis comparari possent subsidiis.

35. Jam eo adducimur ut quæramus cuinam versio græca tituli punici vindicanda sit. Qua de re potiores virorum doctorum sententias paucis comprehendit Bernhardyus in Analect. in Geogr. min. p. 19: « Græcam orationem, inquit, temere Campomanes p. 15 sqq. ab ipso totius expeditionis duce repetebat. Nempe nobiles Carthaginienses Græce sciebant, pauci etiam probabiliter scribebant; eundemque Hannonem ille pro auctore habet senatus-consulti satis perplexi apud Justinum XX, 5, ne quis postea Carthaginiensis aut literis Græcorum aut sermoni studeret. Haud prudentior fuit Klugii suspicio p. 6, Hannonem scilicet bellis Persicis superiorem Græcam linguam calluisse, ut qui Syracusanam mulierem duxisset (*); ab eo igitur monumentum Punicum Carthagine constitutum in Græcum sermonem esse translatum; huc accedere orationem parum explicatam et colorem peregrinum in dura minutorum sensuum compositione, sic ut cogitata summis tantum lineis adumbrentur. Et hæc quidem observatio certa est; sed Hannonem ducem Carthaginiensium, quos constat arcana suæ civitatis et notitiam cursuum maritimorum procul a peregrinis anxie custodivisse, quæ causa vel quorumnam usus commovere debuit ut commentarium suum Græcum faceret et quasi bilinguem? Itaque recte Hugius, theologus olim literatissimus, qui in libello academico Frib. 1808 hunc Periplum illustravit, cum antea conversionem a Siculo quodam fabricatam sumpsisset, postea p. 31 Punici ingenii stilique vestigiis observatis eam ad Carthaginiensem vel Pœnum hominem rettulit, qui per commerciorum necessitudines Græce didicisset. Etenim, quod addimus, ipsa Carthago liberrimam utriusque nationis et sermonis præbuit consuetudinem, ubi coloni Græci suis opibus insignes popularia sacra colebant (V. Diodor. XIV, 77) ». Verum Hugii quoque sententia debili nititur argumentatione, minimeque liquet num Pœnus an Græcus homo versionis auctor fuerit. Si quid peregrini habet oratio (**), id a Græco auctore, mediocri sermonis artifice et ad punicum exemplar verba accommodante, non minore veri specie repetere licet quam a Pœno linguæ græcæ parum perito. Ac Græcum fuisse versionis auctorem per se probabilius est. Ceterum titulum nostrum tanquam peculiare opusculum per multa secula propagatum esse non credo, sed quemadmodum fœderis, quod Romani cum Pœnis inierant, versionem servavit Polybius, et monumentum Adulitanum in

(*) Klugius p. 4 ita habet: « Uxorem duxerat Hanno Syracusiam, ex qua Hamilcar natus est. Itaque (?) filius Syracusis eo tempore commorabatur, quo in hac insula quietus erat rerum status et Carthaginienses matrimoniis aliisque societatis vinculis suas possessiones tutiores reddere et mercaturæ progressus adjuvare poterant. Quum vero Græci quoque frequentes sedes ibi collocassent, mutuumque inter hos et Carthaginienses intercederet commercium, nemini mirum videbitur, Carthaginiensium mercatores, principes et duces, Græcæ linguæ studuisse, cujus rei Justinus (XX, 5) exemplum affert memoratu dignissimum. Quæ quum ita sint eodem jure quo ceteri commentatores statuunt, Hannonis periplum Punicis literis consignatum, postea a Siculo nescio quo Carthagine transcriptum et in Græcam linguam conversum fuisse, id ab Hannone ipso, græci sermonis gnaro, factum contendo. Probabile enim est, Hannonem ad gloriam suam in Sicilia, ubi cognatorum et procerum consuetudine utebatur, propagandum, itinerisque tam novi et longinqui famam divulgandam, monumentum Punice scriptum et Carthagine in templo Saturni constitutum in Græcam linguam translulisse. Nam e græca dictione demonstrari potest, periplum non a Græco quodam linguæ suæ perito, sed a Carthaginiensi mediocriter græce docto esse conversum, qui cavere non posset, ne vernaculæ linguæ colorem et punicum construendi modum in Græcum sermonem transferret. Hæc autem conversio Punici monumenti eo verisimilior est, quum Carthaginienses excellentium virorum præclara facta monumentis memoriæ tradere solerent. »

(**) Sic Punicum quiddam redolere Klugius censet verba indiculi: περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν. At hæc ab iisdem græculis profecta sunt, qui ceteris geographorum opusculis argumenti indices præfixerunt eodem dicendi genere utentes. V. g. in indice Marciani libri: τῶν κατὰ τὴν Λιβύην μερῶν (sc. τῆς γῆς), τῶν παρὰ τὸν δυτικὸν καὶ μεσημβρινὸν ὠκεανὸν μέχρι τῆς Αἰθιοπίας περίπλους. Alterum Punicæ structuræ exemplum affert verba § 15 p. 12: παρ μειβόμεθα χώραν διάπυρον θυμιαμάτων. At locus ille aperte lacer est, et punicam istam, quam putat, verborum junctionem de suo penu Klugius intulit. Unicum exemplum quod probabilitatis aliqua specie in medium profertur, in illis habes § 13 p. 10: γινόμεθα ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ πεδίον ἦν.

Cosmæ Topographia Christiana perduravit, et Dionysii ἀνάπλουν Βοσπόρου nonnisi e Petri Gillii De Bosporo opere novimus : similiter hoc quoque Punicum monumentum in geographico aliquo opere locum invenisse et hinc depromtum postea separatim editum esse suspicor. Apud Suidam laudatur Charon quidam Carthaginiensis, ævi incerti historicus, qui scripsisse dicitur τυράννους ὅσοι ἐν τῇ Εὐρώπῃ καὶ Ἀσίᾳ γεγόνασι, Βίους ἐνδόξων ἀνδρῶν ἐν βιβλίοις δ', Βίους ὁμοίως γυναικῶν ἐν δ'. Ad eundem vero auctorem referenda haud dubie sunt quæ perperam Charoni Lampsaceno tribuuntur Λιβυκὰ et' περίπλους τῶν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. Jam fieri vix potuit quin Charon Carthagine vitam agens in periplo illo Punicum Hannonis monumentum negligeret. Idem titulus fortasse legebatur etiam in Ophelæ Cyrenæi Periplo (v. supra. § 34), quem quinto post Christum seculo novit adhuc Marcianus Heracleota. Cujusmodi peripli quum a perpaucis legerentur, Hannonis pagella diu latuisse videtur, et fortasse iis demum temporibus, quibus Byzantini multos obscurorum scriptorum libellos geographicos in unum syntagma collegerunt, denuo in lucem protractus est. Neque Cornelius Nepos neque Pomponius Mela neque Strabo neque Plinius nostrum scriptum noverunt, sed quæ apud eos Hannonis nomine afferuntur, ex uberiore aliquo libro (*ex Hannonis commentariis*, ut Plinius ait) fluxerunt, qui a genuino non minus differebat quam ab Arriano Pseudocallisthenes.

36. Græca nostra, quæ unus codex Heidelbergensis exhibet, in nonnullis aperte manca sunt. Ut mittam librariorum sphalmata minora, desiderantur distantiæ locorum, quæ sunt a Thymiaterio ad Lixum fluvium, corruptus vero est numerus dierum, quo a Lixo ad Cernen insulam Hanno pervenisse dicitur. Num alia, quæ jam indagare non liceat, exciderint, nescio; quamquam in tanta libellorum nostrorum corruptione ultro hæc quæstio sese offert.

37. De itinerario Hannonis maritimo in diversas sententias viri docti abierunt. Causa dissensus ex parte quidem posita est in distantiarum notatione vel manca vel corrupta, præcipue autem ex eo repeti debet, quod quæ de Cerne insula Scylax et Plinius et Ptolemæus tradunt, alii cum nostra narratione conciliaturi quadrata jungere rotundis instituerunt, alii vero συγκρισίαν istam vel ἀκρισίαν caventes, iter Hannonis nonnisi ex periplo nostro expediri posse rectissime censuerunt. Horum nos legem secuti rationem navigationis, quam fusius in annotatione exposuimus, paucis nunc comprehendamus.

	codex.	nos.	
A freto Gaditano ad Thymiaterium (*Mamora*) dies.	2	2	2
Inde ad Soloentem promontorium (*Cap Cantin*).	*	4	6
Inde ad stagnum juncosum (in regione hodiernæ *Safi*).	1/2	1/2	6 1/2
Juxta eum usque ad Caricum tichus (*Agouz*).	1	1	7 1/2
Hinc per Gytten, Acram, Melittam, Arambyn ad Lixum (*Acasse* s. *Drah*).	*	5	12 1/2
Inde juxta desertum meridiem versus (usque ad *Pointe Durnford* aut usque ad *Cap Blanc*).	*2	12	24 1/2
Inde versus ortum ad Cernen ins. (*Herne? Argouin?*).	1	1	25 1/2
Inde per Chremetem fl. (*S. Jean*) ad lacum, in quo tres insulæ Cerne insulâ majores. . . .			
Inde ad fluvium crocodilos et hippopotamos alentem (*Senegal*).			
Inde rediit Hanno in Cernen insulam.			
A Cerne ad montes silvosos (*Cap Vert*).	12	12	37 1/2
Inde ad vastum maris hiatum (ostia *Gambiæ* fl.).	2	2	39 1/2
Inde ad Hesperi Cornu (ad *Bissagos* inss. et *Rio Grande*).	5	5	44 1/2
Inde ad Theôn ochema (*Mont Sagres*).	4	4	48 1/2
Inde ad Noti Ceras (prope insulam *Sherboro*).	3	3	51 1/2

In priore navigationis parte, quæ usque ad Cernen insulam pertinet, ut manca suppleri possint, apprime facit Lixus fluvius. Is enim, quum sit μέγας ποταμὸς ἀπὸ τῆς Λιβύης ῥέων, inde a quo τὴν ἐρήμην Hanno præternavigavit, assumtis qui ulteriorum gentium linguam callerent interpretibus : quæri nuspiam potest nisi ad confinia *Saharæ* deserti, ubi nunc exit *Draa* vel *Acasse* fluvius, cursus longitudine reliquos qui sunt inde a freto Gaditano, multum superans. Hucusque sunt fere sexies mille stadia, quæ ex vulgari computo efficiunt navigationis dies duodecim; et tot dies usque ad Lixum fluvium numerantur in Periplo Scylacis. Nec aliter Hanno statuerit. Itaque quum Solois prom. aperte sit *Cap Cantin*, quod a *Mamora* sive Thymiaterio distat 1800 fere stadia, hucusque computandi sunt navigationis dies 3 1/2 vel potius dies 4, quoniam fractis numeris

in majoribus distantiis Noster non utitur. Altera quæ excidit distantia patet fuisse dierum quinque; nam a Carico muro ad *Tensift* fluvium ponendo usque ad Lixum sunt stadia 2000 (*). — Cernen insulam, qui ex ipso Hannone situm ejus definire studuerunt, ut Ramusius, D'Anvillius, Rennelius, Ukertus, Moversius, alii, in hodierna *Argouin* agnoscunt, adeo ut *navigatio versus meridiem* pertineat usque ad *Cap Blanc*, unde, *ortum versus* ora deflectente, post 400 stadia *Argouin* insula occurrit. Itaque quum ad *Cap Blanc* ab *Acasse* fluvio sint circa 5700 stadia, pro *duobus* diebus vulgaris navigandi ratio postulat dies *duodecim*. Quin falsus sit numerus quem codex præbet, dubitari nequit; suspicari vero possis eum profectum esse ab ipso auctore versionis græcæ. Etenim Arrianus in Indicis c. 43 refert Hannonem orientem versus navigasse τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας, deinde vero, quum in meridiem, i. e. in meridionalem Africæ excursum, deflexisset, in magnas incidisse angustias ob aquæ penuriam et æstum et igneos torrentes. Jam facile intelligitur adornata hæc esse ad Eratosthenis de Libyæ figura opinionem, angulum vero quo occidentale et meridionale Libyæ latus dirimerentur, poni ad Ἑσπέρου κέρας; hucusque igitur pertinent dies isti 35, qui prorsus quadrant in dies 34 ½, quos nos quoque usque ad Hesperi ceras computaremus, si sana esset vulgata. Aut igitur hanc jam reperit apud Eratosthenem Arrianus et Eratosthenes in Ophelæ periplo, aut apud Arrianum pro τριήκοντα scribendum est τετταράκοντα. Sive hoc sive illud statueris, Hanno a Lixo ad Cernen computasse debet dies duodecim. At nihilominus hæret dubitatio an revera Cerne Hannonis in hodierna insula *Argouin* quærenda sit. Nam *Argouin* multo major est quam Cernen fuisse Hanno dicit; deinde multo longius *Argouin* a freto Gaditano distat quam Carthago, dum Hanno Cernen et Carthaginem eodem fere intervallo inde dissitas esse narrat; porro a Cerne usque ad montes silvosos (*Cap Vert*) computantur dies *duodecim*, quum distantia linea recta nonnisi 3600 stadiorum sit, adeo ut in singulos dies dinumeranda forent stadia 300, dum in antecc. 500 stadia diurnæ navigationi attribuimus. Sane quidem in iis quoque quæ post *Cap Vert* sequuntur, in singulos dies nonnisi 300-400 stadia computari possunt, ut recte monuit Rennelius, nec latet ejus rei causa; nam usque ad Lixum fluvium omnia nota erant, sequentes vero tractus nunc primum explorarunt; in illis igitur navigabant quam fieri poterat celerrime, in his de industria procedebant lentius. Cadit itaque lentior navigatio etiam in tractum qui est a Lixo ad Cernen, at non cadit in dies duodecim, qui esse dicuntur a Cerne ad montes silvosos; nam bis a Cerne insula Hanno profectus est; in prima expeditione exploravit fluvios *S. Jean* et *Senegal*, adeoque totam fere oram quæ est usque ad *Cap Vert*, non constat quo temporis spatio, lustravit; reversus deinde in Cernen insulam et mox alteram expeditionem, qua magis meridiem versus penetraret, suscipiens, *notam jam oram* uno tenore præternavigavit usque ad *Cap Vert*. Nulla igitur causa erat cur in hoc trajectu celeritatem cursus inhiberet. Quæ quum ita habeant, vide an ita potius statuendum sit. A Lixo solvens juxta ignotum litus explorator, trecena fere singulis diebus stadia emetiens, duodecim dierum itinere pervenit usque ad promontorium, quod vocant *pointe Durnford;* quo circumflexo ingressus est angustum recessum qui boream et ortum versus per 250 stadia pertinens in intumo angulo habet ostium fluvii *Rio do Ouro* atque perparvam insulam quæ vocatur *Herne* (**). Hanc esse Cernen Hannonis ante omnia suadet nomen, deinde insulæ magnitudo, tum situs ἐν μυχῷ τινος κόλπου, tum quod eædem fere a freto Gaditano ad *Hernen* et Carthaginem sunt distantiæ; porro si ab hac insula profectus Hanno primum exploravit oram usque ad *Sénégal* fluvium, et deinde eandem denuo præternavigavit usque ad *Cap Vert*, in secundam hanc navigationem dierum duodecim bene cadit computus vulgaris, ex quo 500 stadia in diem numerantur; nam a *Herne* ad *Cap Vert* sunt fere 6000 stadia sive 12 × 500. Quæ omnia in Hannonis narrationem optime quadrant; quamquam fateor *Argouin* insulam eo sese commendare, quod ad commercia nectenda multo aptiore in loco posita sit.—Reliquam navigationis partem optime explicavit Rennelius, cujus rationes etiam eo

(*) Stadia in gradum geographicum computamus 600. Quod non monuissem, nisi etiamnunc passim occurrerent viri docti, varia olim stadiorum genera usu obtinuisse existimantes. V. Ukert *Geogr.* t. I, p. 67 sqq.

(**) Hoc nomen mihi exhibet tabula nautica quæ nuperrime prodiit Parisiis: *Côte occidentale d'Afrique. Partie comprise entre le Cap Bojador et le fleuve de Sierra Leone. Dépôt général de la marine,* 1852. Uti ea, quo tempore annotationem scribebam, nondum licuit. Quod doleo.

confirmantur, quod insula quæ ad Hesperi cornu sita, aliam insulam in λιμνοθαλάσσῃ complecti dicitur, manifesto est hodierna *Harang*. Denique quæ de ultimo hoc tractu narrantur fabulis similia, facili negotio ad veritatem revocari satis jam constat.

38. Superest ut paucis exponamus, quæ de regionibus et commerciis ab Hannone patefactis seriores scriptores acceperint, et quomodo Hannonis narratio variis commentis ansam dederit. Ac primum quidem Herodotus (IV, 196) narrat: Λέγουσι δὲ καὶ τάδε Καρχηδόνιοι· εἶναι τῆς Λιβύης χῶρόν τε καὶ ἀνθρώπους ἔξω Ἡρακλέων στηλέων κατοικημένους, ἐς τοὺς ἐπεὰν ἀπίκωνται καὶ ἐξέλωνται τὰ φορτία, θέντες αὐτὰ ἐπεξῆς παρὰ τὴν κυματωγὴν, ἐσβάντες ἐς τὰ πλοῖα τύφειν καπνόν· τοὺς δ' ἐπιχωρίους ἰδομένους τὸν καπνὸν ἰέναι ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ ἔπειτεν ἀντὶ τῶν φορτίων χρυσὸν τιθέναι καὶ ἐξαναχωρέειν πρόσω ἀπὸ τῶν φορτίων. Τοὺς δὲ Καρχηδονίους ἐκβάντας σκέπτεσθαι, καὶ ἢν μὲν φαίνηταί σφι ἄξιος ὁ χρυσὸς τῶν φορτίων, ἀνελόμενοι ἀπαλλάσσονται, ἢν δὲ μὴ ἄξιος, ἐσβάντες ὀπίσω ἐς τὰ πλοῖα κατέαται, οἱ δὲ προσελθόντες ἄλλον πρὸς ὦν ἔθηκαν χρυσὸν, ἐς οὗ ἂν πείθωσι. Ἀδικέειν δὲ οὐδετέρους· οὔτε γὰρ αὐτοὺς τοῦ χρυσοῦ ἅπτεσθαι πρὶν ἄν σφι ἀπισωθῇ τῇ ἀξίῃ τῶν φορτίων, οὔτ' ἐκείνους τῶν φορτίων ἅπτεσθαι πρότερον ἢ αὐτοὶ τὸ χρυσίον λάβωσι. Patet hæc auri commercia pertinere ad regiones quæ a meridie sunt magni deserti; rationem vero quam Herodotus describit, etiam recentioribus temporibus obtinere viatores testantur (*).

39. Idem Herodotus IV, 195: Κατὰ τούτους δὲ (τοὺς Γύζαντας) λέγουσι Καρχηδόνιοι κέεσθαι νῆσον τῇ οὔνομα εἶναι Κύραυνιν, μῆκος μὲν διηκοσίων σταδίων, πλάτος δὲ στεινὴν, διαβατὸν ἐκ τῆς ἠπείρου, ἐλαιέων τε μεστὴν καὶ ἀμπέλων· λίμνην δὲ ἐν αὐτῇ εἶναι, ἐκ τῆς αἱ παρθένοι τῶν ἐπιχωρίων πτεροῖσι ὀρνίθων κεχριμένοισι πίσσῃ ἐκ τῆς ἰλύος ψῆγμα ἀναφέρουσι χρυσοῦ. In quibus Cyraunin insulam plurimi (ut Rennel, Mannert, alii) dici censent Syrtidis insulam Cercinam vel Cercinitin, alii vero Cernen Hannonis indicari putant, ut Castiglioni a Bæhrio ad Herodotum l. l. laudatus, Niebuhrius (*Kleine Schriften* I, p. 148), Moversius (in *Ersch u. Gruber* tom. 24 p. 366). Certum est insulæ descriptionem neque in Cercinam neque in Cernen Hannoneam cadere, quod vero de auro et puellis aurilegis narratur, referri non posse nisi ad Libyæ meridionalis regiones auriferas, ubi Mungo Park in Itin. p. 270 sqq. testatur *feminas* in arena et luto fluviorum aurum colligere et collecta grana in *pennarum alveolis* reponere. Ceterum in ipsa insula aurum colligi parum probabile est; subindicari potius insula videtur, ex qua Carthaginienses cum continentis aurilegis agere solerent. Fieri potest ut hæc sit Cerne Hannonis; attamen quum neque nomen neque cetera satis conveniant, nescio an aptius conferam mythologica Diodori (III, 54). Is enim prope Hesperu ceras novit Κεραύνια ὄρη, et juxta hanc regionem ponit Hesperiam Amazonum insulam satis magnam ac frugibus gemmisque divitem; Hanno vero ad Hesperu cornu memorat νῆσον μεγάλην καὶ ἐν τῇ νήσῳ λίμνην θαλασσώδη (§ 14): ut hanc esse Κύραυνιν Herodoti duxerim (**). Utut est, quum præterea de isto auri commercio, quod præ ceteris huc allexisse Carthaginienses consentaneum, nihil ad nos transpiraverit, vides quam sedulo Pœni arcana sua custodierint.

40. Post Herodotum ex temporum ordine memorandus videatur Scylax, cujus periplus scriptus est paucis annis ante regnum Alexandri Magni. Attamen quæ in Scylacis periplo § 112 p. 91 sqq. de Libyæ oceano leguntur, postea demum aliunde annexa esse ex toto narrationis habitu colligitur; quibus adde auctorem hujus capitis duos adhibuisse fontes et inepte miscuisse (v. not. p. 91). Ac posteriorem ætatem etiam geographica narratorum ratio subindicat. Etenim Libycam oram non novit scriptor nisi usque ad Lixum fluvium et initium deserti. Cum ultimo autem oræ notæ termino componit etiam Cernen, ultimam quam noverat insulam, duodecim dierum navigatione a freto distantem, ultra quam mare brevibus et cœno obstruitur. Verum ut de situ insulæ parum accurata vel accepit vel finxit, sic de mercatura, quam in Cerne insula exercerent Carthaginienses, satis multa habet quæ alius nemo tradit; auri tamen commercium non memorat. Notandum etiam Cernen, quam colonis

(*) V. *Di Marco Polo e degli altri viaggiatori Veneziani più illustri del* P. Ab. D. Placido Zurla. Venet. 1818 p. 126 sq.; Shaw *Reise* I, p. 393; John Wiede *Reise in die Berberei* tom. II, p. 143. Hœst *Nachrichten von Fez u. Marokko* p. 279. *Allgemeine Historie der Reisen* t. II, p. 76, citante Moversio. Adde quæ collegit Bæhr ad Herodot. l. l.

(**) Apollonius Mir. c. 15 hæc habet: Σκύμνος δὲ ὁ Χῖος τὴν Βρεττανικὴν νῆσον λέγει σταδίων εἶναι τετρακοσίων τὸ περίμετρον, γίγνεσθαι δὲ ἐν αὐτῇ τὰ γεννήματα ἀπύρηνα, οἷον τὰς ἐλαίας πυρῆνας μὴ ἔχειν μηδὲ βότρυς γίγαρτον μηδὲ τὰ ἐμφερῆ τούτοις. In his nescio an leg. sit τὴν Κεραυνικήν. Certe quadrant quæ de hujus insulæ ambitu Herodotus, de fertilitate Diodorus produnt.

Hanno frequentasse narratur, tum temporis desertam fuisse, siquidem Scylax tentoria solummodo ab adventantibus nautis in insula figi perhibet (*).

41. Ab his quæ Herodotus et Scylax a nautis vel mercatoribus acceperant, ad ea me converto quæ ex ipso quidem Hannonis periplo ducta, sed ad opiniones Græcorum geographorum accommodata sunt. Nimirum Libyæ latus occidentale Græci a borea meridiem versus ita statuebant extendi, ut paullatim versus ortum deflecteret in latus meridionale, quod in parallelo regionis aromatiferæ recta fere linea ab ortu ad occasum tenderet. Ad hancce Libyæ figuram transtulerunt iter Hannonis. Itaque quum dierum 51 navigatio ex communi computo stadia 25500 (51×500) efficeret, Libyæ meridionalis partem longe majorem Carthaginienses circumnavigasse videri debuerunt, siquidem boreali lateri 28000 fere stadia cum Eratosthene aliisque tribueris; sin hoc minus longum esse censeretur, ut censuisse Herodotus videtur, vel si quis majorem stadiorum numerum in dies illos 51 computaret, usque ad Arabiam penetrasse classem Hannonis credi poterat. His ex opinionibus pendent quæ de Hannone passim produntur :

Plinius V, 1, 1 : *Fuere et Hannonis ducis commentarii, Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Africæ jussi.*

Mela III, 9 : *Hanno Carthaginiensis exploratum missus a suis, quum per Oceani ostium exisset, magnam partem ejus circumvectus, non se mari, sed commeatu defecisse memoratu retulerat.*

Arrianus Ind. c. 43, 11 : Ἄννων δὲ ὁ Λίβυς ἐκ Καρχηδόνος ὁρμηθεὶς ὑπὲρ μὲν Ἡρακλείας στήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν πόντον ἐν ἀριστερῇ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλοῦς αὐτῷ ἐγένετο τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας· ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημβρίην ἐξετράπετο, πολλῇσιν ἀμηχανίῃσιν ἐνετύγχανεν ὕδατός τε ἀπορίῃ καὶ καύματι ἐπιφλέγοντι καὶ ῥύαξι πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσι.

Plinius II, 67 : *Hanno Carthaginis potentia florente circumvectus a Gadibus ad finem Arabiæ navigationem eam prodidit scripto.*

Martianus Capella De nupt. ph. VII, de rotund. terræ p. 201 : *Hanno dum Punicum floret imperium, Mauritaniæ circuitu ac dehinc meridiani flexus excursu in Arabiæ terminos prolixa admodum navigatione pervenit.*

Porro quum navigatio Hannonis desinat in *Noti ceras* sinum, eodem autem nomine antiquiores geographi Alexandrini ultimum Libyæ orientalis promontorium designent : proclivis est conjectura nomen illud ex Hannone desumtum et in promontorium translatum esse, vel certe duorum locorum nomina quum eadem essent, nonnullis visa esse ad eundem etiam locum pertinere (Cf. Mannert X, 1, p. 76, 2, p. 502). Promontorium vero e sinu tanto facilius evadere potuit, quum de montibus potius quam de fluviis et sinubus vox κέρας usurpetur. Similiter alter Hannonis sinus, Ἑσπέρου κέρας, in promontorium abiit, quod primum quidem eodem in loco posuerunt quo Hanno sinum posuit, quattridui navigatione a Theôn ochemate distantem (sic Plinius VI, 35); postea autem nomen illud ad verum promontorium, ad hod. *Cap Vert,* omnium maxime versus occasum procurrens ac situ suo et figura huic nomini aptissimum, transtulerunt (sic Plin. VI, 36 et laudato Polybio, V, 1 et Ptolemæus). Fieri hoc tum demum potuit quum aliæ hujus oræ descriptiones suppeterent, quibus inter ceteros usi sunt Polybius et Ptolemæus. Verba Plinii, quæ huc pertinent, quum simul alia nobis examinanda præbeant, adscribere liceat.

I. Plinius VI, 36, postquam de Cerne insula varias sententias adduxerat et inter alia dixerat : *Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodidit Cernen,* pergit : *Traditur et alia insula contra montem Atlantem, et ipsa Atlantis appellata. Ab ea quinque dierum navigatione solitudines ad Æthiopes Hesperios et promontorium quod vocavimus Hesperion ceras, inde primum circumagente se ter-*

(*) Quum Scylax p. 94,3 prodat Phœnices in Cernen appellentes τοὺς γαύλους sive naves onerarias ibi sistere, Dicuil autem c. 7, 1, 4 ita habeat : *Gaulea* (*Gaudea* v. l.) *insula in australi Oceano occidentalis Æthiopiæ, cujus vocabulum Isidorus in VIIII libro Etymologiarum ostendit* : Letronnius (*Rech. sur Dicuil,* p. 128) censet *Gauleam* istam non aliam dici quam Cernen, quam a γαύλοις sic nominassent; idemque nomen recurrere in altera Phœnicum insula, quæ *Gaulos* (hod. *Gozzo*) vocetur. — At quæ vulgo Gaulos dicitur, apud Strabonem et in Diodori libris melioribus vocatur Γαῦδος; idque rectius fieri patet ex nomine arabico *Gaudech* (v. Movers. Phœn. II, p. 360), nec non e tertia *Gaudo* vel *Gaude* quam prope Cretam Phœnices insederant (v. not. ad Stad. p. 508). Similiter apud Dicuilum lectio *Gaudea* rectius habet quam *Gaulea*. Apud Isidorum p. 121 codices nostri habent *Gauloen* et *Gauleon*, quod ortum videtur ex diversa lectione *Gaulen* et *Gaulon* (pro *Gauden* et *Gaudon*). Ceterum quæ fuerit insula, nescio.

rarum fronte in occasum ac mare Atlanticum.

II. Idem V, 35 : *Sita est Æthiopia ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. Meridiano cardine silvæ ebeno maxime virent. A media ejus parte imminens mari mons excelsus æternis ardet ignibus, Theôn ochema dictus Græcis, a quo navigatio quatridui ad promontorium, quod Hesperion ceras vocatur, confine Africæ juxta Æthiopes Hesperios.*

III. Idem V, 1, ex Polybio : *Inde* (sc. a Theôn ochemate) *ad promontorium Hesperium navigatio dierum ac noctium decem; in medio eo spatio Atlantem locavit, a ceteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditum.*

Igitur locorum adornatio hæc est :

Hanno :	Ὄρη δασέα.	2 dies.	Χάσμα.	5 dies.	Ἑσπέρου κέρας καὶ νῆσος.	4 dies.	Θεῶν ὄχημα.
Plin. II :					Hesperium prom.	4. dies.	Theôn ochema.
Plin. I :	Hesperion pr.	5 dies.			Atlas et Atlantis i.		
Polyb. III :	Hesperion pr.	5 dies et noct.			Atlas. [Cerne ins. *Polyb.*] [Cyraunis *Herodot.*] [Hesperia *Diod.*]	5 dies et noct.	Theôn ochema.

In distantiis Polybius a ceteris longius recedit, pro undecim Hannonis diebus computans decem dies noctesque. Videntur seriores quidam intervalla ultimorum horum locorum de industria auxisse, ut majori cum probabilitate Noti ceras ad orientalem Africæ finem referri posset. Deinde vero animadvertas eos, qui Hesperium promontorium ad montes silvosos sive *Cap Vert* referunt, in eum locum quo Hesperu ceras Hanno ponit, introducere montem Atlantem. Nam respondere Atlantis locum Hannoneo Hesperu cerati tum ex appositis colligis, tum inde liquet quod Hanno in eo sinu conspexit ignes nocturnos audivitque φωνὴν αὐλῶν, κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων πάταγον καὶ κραυγήν, Plinius vero eadem in Atlante monte audiri narrat, nisi quod eum perperam in Mauritaniam transponit (v. not. ad Hann. p. 11). Eundem Æthiopiæ Atlantem memorat Diodorus III, 53, montisque accolas Atlantios (*) vocat, quorum pars fuerint in Cerne regione Cernæi. Jacere ibi ad Tritonem fluvium dicit Hesperiam insulam cum Mene urbe sacra Æthiopum ichthyophagorum; ex hac insula Amazones profectas bello appetivisse Atlantios. Porro ex alio fonte Diodorus l. l. monet in Atlantiorum terra μυθολογεῖσθαι τὴν τῶν θεῶν γένεσιν, idque fusius exponit III, 68 sq., ubi Ammonen ait Amaltheam virginem offendisse πλησίον τῶν Κεραυνίων καλουμένων ὀρῶν, eique imperium dedisse τοῦ σύνεγγυς τόπου παντὸς, ὄντος τῷ σχήματι παραπλησίου κέρατι βοὸς, ἀφ' ἧς αἰτίας Ἑσπέρου κέρας προσαγορευθῆναι, deinde vero a domina dictum esse cornu Amaltheæ. Natum ibi ex virgine Bacchum ab Ammone Rheam metuente translatum esse in Nysam urbem in insula Tritonidis fluvii positam. Posterioris fabulæ initia quædam jam habes apud Herodotum (**). Atlantem vero montem qua ratione ibi posuerint, nescio. Ansam inter alia dare potuit geographia Herodoti, cujus si verba premas, Atlas mons a Thebis nonnisi 50 dierum itinere vel 10000 fere stadia distabat, adeo ut in nostra hac regione collocandus foret. Præterea quum poetæ Atlantem componere solerent cum plagis *hesperiis*, nonnulli certius locum definituri Hannoneum Ἑσπέρου κέρας arripuisse videntur. — Insulam vero quam ad Hesperu ceras Hanno ponit, a Diodoro Hesperiam, a Plinio de monte Atlantidem dictam, Herodotus *Cyraunin* vocat, ut supra monui. Neque alia est *Cerne* quam *contra Atlantem* ponit Polybius, sicut Cernen apud Atlantios memorat Diodorus. Plinius quidem VI, 36 e Polybio refert insulam *in extrema Mauritania* contra Atlantem

(*) *Balantes* gentem habitare ad *Rio Geba* et *Rio Grande* (ad quos pertinet Hannonis Κέρας Ἑσπέρου), video in mappa hujus oræ nautica, quæ prodiit Parisiis.

(**) II, 146 : Νῦν δὲ Διόνυσον λέγουσι οἱ Ἕλληνες ὡς αὐτίκα γενόμενον.. Ζεύς.. ἤνεικε εἰς Νῦσαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου ἐοῦσαν ἐν τῇ Αἰθιοπίῃ. Cf. III, 27, 111.

jacere; at nulla ibi est insula quæ intelligi cum probabilitatis aliqua specie possit; nam de *Fédal* insula vix 1800 stadia a freto Gaditano dissita, quæ Gosselino (*) est Cerne Hannonis, sanior nemo cogitabit; nec magis nos juvant terræ motus et inundationes quas Cernen, ut Platonis istam Atlantidem, absorpsisse quibusdam placuit. Immo Plinius verba illa : *in extrema Mauritania* de suo penu oscitanter adjecit. Nam confudisse eum Mauritaniæ et meridionalem Æthiopiæ Atlantem supra jam vidimus; præterea ex reliqua hujus oræ descriptione patet diversa eum miscuisse festinantia compilatoria (v. not. ad Hann. p. 7 extr.). Quodsi ipse Polybius de Cerne ad *Mauritaniæ Atlantem* ponenda monuisset, quî fit ut alio loco Plinius miretur Polybium Atlantem in ultima Æthiopia collocare, quem ceteri omnes Mauritaniæ assignarent? nonne tum scire debebat duos distinguere Polybium Atlantes (*)? Eandem ignorantiam et ἀκρισίαν prodit, ubi Atlantidem Atlanti adjacere ait; nam etsi hunc Atlantem 5 dierum navigatione ab Hesperi cornu orientem versus distare retulisset, non tamen a monte Mauritaniæ diversum facit.

Hæc igitur in aprico sunt. Minus liquet quomodo factum sit ut Cerne insula ad Atlantem sive ad Hannoneum Hesperi cornu transferatur. An merus est error scriptoris, cujus ætate Cernen insulam dudum Carthaginienses deseruerant? An Cerne cum Cyrauni confunditur? Nescio an probabilior ratio offeratur. Etenim in Cyrauni quoque insula Carthaginienses commercia exercuisse scimus ex Herodoto; Κέρνη autem nomen, Bocharto interprete, significat *habitationem ultimam*. Statui igitur potest nomen illud a Cerne Hannonea paullo post in longinquiorem hanc stationem esse transductum. Ceterum quæ de Cernes situ Polybius accepit, eadem jam novisse debet auctor, quo usus est ad adornandam mythologicam suam geographiam Dionysius Scytobrachion, ex quo sua Diodorus habet. Ac quum sic Cerne non ita longe a mari Erythræo abesse putari deberet, explicari quodammodo possunt quæ leguntur apud Plinium VI, 36, ubi, postquam in antecc. Eudoxum, Timosthenem et Clitarchum laudaverat, ex uno alterove horum auctorum refert: *Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula adversa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo neque intervallum a continente constat; Æthiopes tantum populos habere proditur.* Idem. ib.: *Ephorus auctor est a Rubro mari navigantes in eam* (Cernen sc.) *non posse ultra columnas quasdem* (*ita appellantur parvæ insulæ*) *provehi.* Nimis hæc vaga quam ut accuratiorem topographiam admittant; Ptolemæi autem sententia, ex qua Cerne Atlanti majori Mauritaniæ objacet, quomodo orta sit facile jam intelligitur. Sicuti Plinius duo antiquorum scriptorum Atlantes in unum Mauritanium conflavit, sic Ptolemæus distinguit quidem, alterumque Atlantem minorem, alterum majorem dicit, sed utrumque vindicat Mauritaniæ. Quod quidem præter Ptolemæum an alius ullus fecerit, nescio; nam Stephani Byz. verba: Ἄτλαντες, ἔθνος Λιβυκόν· Ἡρόδοτος δ'. ἔστι καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν ὀρῶν, τῶν δύο Ἀτλάντων, num Ptolemæi sententiam, an scriptorum antiquiorum, spectent, non liquet. Quæ præterea de Cerne insula afferuntur, poeticam redolent licentiam. Sic Lycophron Cass. 16 in Cerne fingit cubile Auroræ, extremas terrarum plagas confundens, sicuti passim Indica et Æthiopica permutantur. Palæphatus in Incred. c. 33 narrat Perseum, pernavigato mari, quod a Gadibus usque ad Cernen pertinet (**) venisse ad Gorgones, filias Phorcyos Cernæi: Οἱ δὲ Κερναῖοι κατὰ γένος μέν εἰσι Αἰθίοπες, οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κέρνην ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, ἀροῦσι δὲ Λιβύην περὶ τὸν Ἄννωνα ποταμὸν κατὰ Καρχηδόνα, in quibus si revera fluvii mentio facta est, Ἄννων fuerit Χίων Scylacis. At probabilius Palæphati sententiam fuisse: ἀροῦσι δὲ Λιβύην, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἄννωνα ἱστοροῦσι, τὴν κατὰ K.

42. Hactenus de geographicis. Transeo ad reliqua commenta, quibus Hannonis narratio ansam præbuit. In insula ad Hesperu cornu ignes noctu Carthaginienses conspexerant; apud Diodorum l. l. Hesperia habet magna πυρὸς ἐκφυσήματα. In Theon ochemate flammas micantes Hanno viderat; posteris inde fit mons ignivomus. Gorillæ, quæ in conspectum venerant, majorem partem erant feminæ; hinc alii fabulantur *feminas sine coitu marium sua sponte fecundas* (Mela III, 9), alii ἔθνος γυναικοκρατούμενον fingentes, ex Asia huc

(*) *Recherches sur la géogr.* tom. I, p. 77 sqq. — De mira ratione qua Gosselinus Hannonis navigationem adornavit, quum sæpius viri docti judicium tulerint, non est cur agatur denuo. Neque magis immoramur opinationibus eorum qui Cernen quæsiverunt in hod. *Madère* vel *Alegranza* vel etiam in *Madagascar*.

(**) Verba sunt: μεταξὺ τῆς Κέρνης καὶ τῆς Γαδειρέων (Σαρδέων codd.) διαπλέων τὰ παρὰ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν, τὸν ὀφθαλμὸν λαμβάνει. Nihil his inest cur Cernen nonnulli putarent a Palæphato ad fretum Gaditanum poni.

transferunt Amazonum historiam, quæ ex Libya postea in Asiam transierint. Nomen Gorillarum et feritas cum Gorgonum fabula, in Syrticis regionibus nata, coaluerunt. Itaque Phorcys Palæphato est Æthiops Cernæus, qui inter Gorgones filias divisit insulas tres (quas post Cernen in Chremete fluvio Hanno memorat). Diodoro (III, 54) autem Gorgones sunt in continente gens bellicosa, Cernæis Atlantiis vicina et infesta; prœlio victæ quum in saltuosa loca refugissent, *silva incensa* delere eas tentant, frustra tamen, Amazones. Utramque gentem postea Perseus et Hercules debellarunt. Xenophon Lampsacenus (ap. Plin. VI, 36) Gorgones collocavit in insulis quæ ab Hesperio promontorio (*Cap Vert*) distant bidui vel, secundum Sebosum, unius diei navigatione. A freto Gaditano ad eas juxta oram, eodem Seboso teste, sunt dies 40 (37 usque ad *Cap Vert* sec. Hannonem). — Denique regionum fertilitas vinique cultura fabulas evocavit, quæ de Amaltheæ cornu deque Baccho in Æthiopia nato et educato apud Diodorum leguntur.

43. Appendicis loco subjungamus quæ e Polybii periplo enotavit Plinius V, 1, § 8:

Scipione Æmiliano res in Africa gerente Polybius annalium conditor ab eo accepta classe scrutandi illius orbis gratia circumvectus prodidit a monte eo (Atlante) *ad occasum versus saltus plenos feris, quas generat Africa, ad flumen Anatim* (hod. *Ommerbia*) *CCCCLXXXV. M. p.; ab eo Lixum* (h. *Lukkos*) *CCV. M. p.* (*Agrippa Lixum a Gaditano freto CXII. M. p. abesse*), *inde sinum qui vocetur Saguti* (Emporicus sinus Ptol. et Strab.); *oppidum in promontorio Mulelacha* (h. *Moula Bousellam* sive *Vieille Mamara*); *flumina Subur* (h. *Sbu*) et *Salat* (hod. *Bouragrag* ad urbem *Sla*) (*); *portum Rutubis* (*Rusibis* Ptol.; hod. *El Bridja*) *a Lixo CCXIII. M. p.; inde promontorium Solis* (*Solois* Hanno, Scylax; Ἡλίου ἄκρον Ptol. fort. e Polybio; *Cap Cantin*); *portum Risadir* (i. e. *Rás Adir* promontorium montis Adir s. Atlantis; hod. port. *Agadir* sub prom. cognomine); *Gætulos Autololes; flumen Cosenum* (h. *Acasse*); *gentes Selatitos et Masatos; flumen Masathat* (hod. *Chibikah?*); *flumen Darat* (h. *Rio do Ouro*), *in quo crocodilos gigni. Dein sinum DCXVI. M. p.* (qui pertinet a *Cap Barbas* ad *Cap Vert* sive ad Hesperium prom.) *includi montis Barce* (Caphæ ap. Ptol.) *promontorio* (*Cap Barbas*) *excurrente in occasum, quod appelletur Surrentium* (Arsinarium ap. Ptolem.); *postea flumen Salsum* (Stachir Ptol., *R. S.-Jean*), *ultra quod Æthiopas Perorsos, quorum a tergo Pharusios; iis jungi mediterraneos Gætulos Daras. At in ora Æthiopas Daratitas, flumen Bambotum* (Nia Ptol.; *Senegal*) *crocodilis et hippopotamis refertum. Ab eo montis perpetuos usque ad eum quem Theôn ochema* (h. *M. Sagres*) *dicemus; inde ad promontorium Hesperium* (h. *Cap Vert*) *navigatione dierum ac noctium X; in medio eo spatio Atlantem locavit ceteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditum.*

Igitur mensuræ in priori peripli parte ita habent

A freto ad Lixum (sec. Agrippam)	112 m.
Inde ad Anatin	205
Inde ad Rutubin	7
Inde ad Atlantem (*C. Noun*)	478
	802

Millia 802 (6416 stadia) pertinent usque ad initium deserti sive usque ad *Cap Noun*, in quod ultima Atlantis juga excurrunt (**). Longitudinem oræ desertæ enotare Plinius neglexit. Qui in hoc tractu memorantur fluvii *Masathat* et *Darat* Ptolemæus quoque memorat, Massam et Daradum vocans; sed perperam, ut videtur, Massam fluvium post Soloentem (*C. Bojador*) promontorium collocat; nam nullum ibi fluvium ante *Rio do Ouro* novimus. Hodiernum *Cap Bojador* a Polybio non memoratum esse vix crediderís; omisit haud dubie Plinius, qui etiam Hesperii prom. (*C. Vert*) nonnisi extra ordinem in fine excerpti mentionem injecit. Mensura sinus magni, quem *Hesperium* Ptolemæus dicit, satis recte habet. Ulteriora nonnisi vagum in modum definiuntur. Ipse Polybius num usque ad *Cap Vert* an solummodo usque ad initium deserti penetraverit, sciri jam nequit, quamquam hoc est verisimilius.

44. Ptolemæus neque Hannonis neque Polybii periplo se addixit. Quod Soloentem promontorium vocat Ἡλίου ἄκρον sive Solis pr., id quidem e Polybio fluxisse diceres, nisi cetera alios prorsus fontes arguerent. Distantiæ locorum parum accuratæ. Sic, ut in majoribus subsistam, a Subo

(*) Σάλης vocatur apud Philostratum (V. Ap. V, c. 1 p. 94 Didot.), cui ulterior tractus jam est terra incognita et ἄβιος Λιβύη.

(**) Ipsum litus prope *cap Noun* abruptum et perallum (« *Falaises de* 52 *mètres de haut.* » Mappa naut.).

(h. *Sous*) ad Nuium fl. (*Noun*) quum duo sint gradus, Ptolemæus septem habet; hinc vero ad Hesperium prom. pro tredecim gradibus numerat duodeviginti.

45. De editionibus Hannonis ita habet Klugius, l. l. p. 13 : « Editiones et commentationes, in quibus græca aut latina translatio invenitur, hæ sunt : Editio Princeps : Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου πόντου, τοῦ αὐτοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Ἄννωνος περίπλους Λιβύης. Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν. Ἐπιτομὴ τῶν τοῦ Στράβωνος γεωγραφικῶν. *Arriani et Hannonis periplus. Plutarchus de fluminibus et montibus. Strabonis epitome. Basileæ anno MDXXXIII.* 4. Titulo impressum est Frobenii signum typographicum.

Hannonis Carthaginiensium ducis navigatio, qua maximam Libycæ oræ partem ultra columnas Herculis lustravit e Græco sermone in Latinum, Conrado Gesnero interprete, nunc primum conversa. Adjecta sunt etiam scholia. Tiguri excudebat Andreas Gesnerus F. Anno MDCIX. 8. 21. *pagg.* Invenitur plerumque hæc latina versio libro adjuncta, cujus inscriptio est : *Joannis Leonis Africani de totius Africæ descriptione libri IX,* etc. *His recens accedit Hannonis navigatio,* etc. vid. supr. *Tigur. per Andream Gesnerum. a. MDCIX.*

Hannonis periplus, græce et latine, sub auspiciis I. Henr. Bœcleri, cum versione et animadversionibus Io. Iac. Muelleri. Argentor. 1661. 4. rec. in dissertationes Io. Henr. Bœcleri, Argentor. tom. II. 1710, 4. p. 1220 sqq.

Genuina Stephani Byzantini de urbibus et populis fragmenta. Abrahamus Berkelius latinam interpretationem adjecit. Accedit Hannonis regis Periplus, græce et latine. Lugd. in Batav. 1674. 12. (al. 8.)

Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους. *Hannonis Carthaginiensium regis periplus. Interprete Conrado Gesnero;* in : *Io. Hudsoni Geographiæ veteris scriptoribus græcis minoribus, Vol. I. Oxon.* 1698. 8. p. 173, ubi vero nova paginarum series incipit. Præmissæ sunt Henrici Dodwelli dissertationes.

Antiguëdad maritima de la Republica de Cartago. Con el Periplo de su General Hañon, traducido del Griego e ilustrado por D. Pedro Rodriguez Campomanes. En Madrid. 1756. 8. Prima parte continentur : *Prologo y Discurso literario sobre el Periplo de Hañon;* et : *Apologia por el Viage de Hañon.* Tunc sequitur : *Discurso preliminar sobre la Marina, Navegacion, Comercio y Expediciones de la Republica de Cartago.* Altera pars exhibet textum græcum cum versione hispana ad verbum expressa, ad quam accedit : *Ilustracion al Periplo de Hañon.*

Hannons Seereise, griechisch und deutsch mit Anmerkungen von Conrad Arnold Schmidt, in : Arrians Indische Merkwürdigkeiten und Hannons Seereise. Braunschweig und Wolfenbüttel. 1764. 8.

Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλείους στήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μέρων κ. τ. λ. in : *Bredows Untersuchungen über einzelne Gegenstænde der alten Geographie, 2^s Stück*, p. 93.

The voyage of Hanno, translated, and accompanied with the Greek text; explain'd from the accounts of modern travellors; defended against the objections of Mr. Dodwell and other writers, and illustrated by maps, etc.; by Thomas Falconer. London. 1797.

Συλλογῆς τῶν ἐν ἐπιτομῇ τοῖς πάλαι γεωγραφηθέντων τύποις ἐκδοθέντων, φιλοτίμῳ δαπάνῃ τῶν ἐξ Ἰωαννίνων φιλογενεστάτων ἀδελφῶν Σωσιμάδων, χάριν τῶν τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας ἐφιεμένων Ἑλλήνων. Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας, ἐκ τῆς Σχραιμβλίκης τυπογραφίας. 1807. — In tom. I. p. 261 — 267 reperitur Hannonis periplus.

Hannonis periplus græce cum notis editus est a Leon. Hug in : *Indice lectt. publ. in Univers. lit. Friburgensi habendd. Friburgi.* 1808. 4. 32 pagg.

Δικαιάρχου τοῦ Μεσσηνίου Ἀναγραφὴ καὶ βίος Ἑλλάδος. Ἄννωνος περίπλους Λιβύης. Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου Γεωγραφία συνοπτική. Τοῦ αὐτοῦ ἱστορία περὶ τῆς γῆς ἐν συνόψει. *Cum Lucæ Holstenii lucubrationibus ad priora duo opuscula. Accesserunt ad ceteros Geographiæ auctores Holstenii item notulæ non antea editæ. Hæc omnia cura ac studio Gulielmi Manzi, bibliothecæ Barbarinæ Præfecti in lucem diemque proferuntur. Romæ. MDCCCXIX. Ex typographia Francisci Bourlié.* 4. 104. pagg. c. — Editio, ad externam speciem splendida, alioquin nullius pretii et mendis scatens. Notulæ Holstenii ad Hannonem et ceteros geographiæ scriptores, neque criticis neque interpretibus multum afferent utilitatis.

Geographi Græci minores. Hudsonianæ editio-

nis adnotationes integras cum Dodwelli dissertationibus edidit, suasque et Variorum adjecit; textum denuo recensuit et varias lectiones subjecit; versionem latinam recognovit; copiosissimis denique indicibus ac tabulis in ære incisis instruxit Joannes Franciscus Gail. Vol. I. continens Hannonis et Scylacis periplos. Parisiis. Rege Christianissimo annuente, typis Regiis excusum. MDCCCXXVI. »

Ἄννωνος περίπλους. *Hannonis navigatio. Textum critice recognovit et annotatione illustravit D. Fr. Guil. Kluge. Lipsiæ, sumtibus Guilielmi Nauckii.* 1829. — Mitto versiones brevissimi nostri opusculi, quæ in recentiorum libris geographicis vel historicis passim exstant.

SCYLAX CARYANDENSIS.

46. Ætatem qua periplus, cui Scylacis Caryandensis nomen præfigitur, compositus sit, perangustis limitibus circumscribere licet; at nequeunt cum ea conciliari quæ de Scylacis vel Scylacum temporibus habemus comperta. Itaque opusculum nostrum aut non noti aliunde Scylacis est, aut ψευδεπίγραφον. Illud placuit nonnullis; hoc verisimilius est, præsertim quum ea sit libellorum geographicorum indoles, ut alii omnino nullum præ se ferant auctorem, alii vero claris nominibus temere affingantur. — Jam quæ paucis modo diximus fusius expositurі, primum videamus quæ de variis Scylacibus apud veteres testimonia exstent, deinde in peripli nostri rationes anquiramus.

Testimonia.

1. Herodotus IV, 44, postquam de Libyæ circumnavigatione Neconis regis jussu a Phœnicibus instituta, deinde vero de simili Sataspis Persæ conatu dixit, subjicit hæc : Τῆς δὲ Ἀσίης τὰ πολλὰ ὑπὸ Δαρείου ἐξευρέθη, ὃς βουλόμενος Ἰνδὸν ποταμὸν, ὃς κροκοδείλους δεύτερος οὗτος ποταμῶν πάντων παρέχεται, τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι τῇ ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, πέμπει πλοίοισι ἄλλους τε τοῖσι ἐπίστευε τὴν ἀλήθειαν ἐρέειν, καὶ δὴ καὶ Σκύλακα ἄνδρα Καρυανδέα. Οἱ δὲ ὁρμηθέντες ἐκ Κασπατύρου τε πόλιος καὶ τῆς Πακτυϊκῆς γῆς ἔπλωον κατὰ ποταμὸν πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐς θάλασσαν, διὰ θαλάσσης δὲ πρὸς ἑσπέρην πλώοντες τριηκοστῷ μηνὶ ἀπικνέονται ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, ὅθεν ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς τοὺς Φοίνικας, τοὺς πρότερον εἶπα, ἀπέστειλε περιπλώειν. Μετὰ δὲ τούτους περιπλώσαντας, Ἰνδούς τε κατεστρέψατο Δαρεῖος καὶ τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ ἐχρᾶτο. Οὕτω καὶ τῆς Ἀσίης, πλὴν τὰ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, τὰ ἄλλα ἀνεύρηται ὁμοῖα παρεχομένη τῇ Λιβύῃ.

2. Scholion, quod periplo nostro præmittitur: Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς ἀρχαιότατος μέν ἐστιν ἀνήρ· τῶν δὲ πλείστων ἔτι μερῶν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης καὶ τῆς ἔνδον Ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης παρὰ (*) τῶν πολλῶν ἀγνοουμένων, περίπλουν τῆς οἰκουμένης ἀναγράψαι προείλετο. Τὰ μὲν γὰρ τῆς ἑῴας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν δῆλα τοῖς ἀνθρώποις πάντα κατέστησε· τὰ δὲ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν ἡ Ῥωμαίων ἀνδρεία πολέμῳ τούτων κρατήσασα. Τῆς μὲν οὖν ἀκριβοῦς γνώσεως τῶν τόπων ἁπάντων διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας οὐκ ἴσχυσεν ἐφικέσθαι, μέρη δὲ πλεῖστα καλῶς καὶ ἀκολούθως περιέπλευσεν, ὥσπερ τὸν Ἰόνιον ἤτοι Ἀδρίαν κόλπον, καὶ προσέτιγε τὴν Ἀττικὴν καὶ τὴν Πελοπόννησον πᾶσαν μετὰ τῶν ἐνοικούντων ἐθνῶν, ἔτι μὴν ἕτερα μέρη τῆς θαλάσσης καὶ τῶν προσοικούντων αὐτῇ σαφῶς παραστήσας. Δοκεῖ δέ πως καὶ αὐτὸς τῆς ἀγνοίας τῶν πλείστων τόπων τὴν βραχυλογίαν ὥσπερ ἀπολογίαν τινὰ πεποιῆσθαι, δι' ὀλίγων σφόδρα χωρίων τὰ πλεῖστα τοὺς ἐντυγχάνοντας ἢ ἀναζητεῖν ἢ εἰδέναι βουλόμενος. Τῆς δὲ ἀρχαιότητος τοῦ ἀνδρὸς ἐναργὲς γνώρισμα τὸ μήτε Ἀλέξανδρον εἰδέναι τῶν Μακεδόνων βασιλέα μήτε [τινὰ] τῶν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐκείνου χρόνου· ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι θαύματος ἄξιον ἡγούμενος τὸν ἄνδρα τῶν πλείστων ἐφικέσθαι δυνηθέντα. Αἴλιος Δῖος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησίν, ὅτι Δαρείῳ προσεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα.

3. Strab. XIV, p. 658 : Εἶτ' εὐθὺς ἡ Μύνδος, λιμένα ἔχουσα, καὶ μετὰ ταύτην Βαργύλια, καὶ αὕτη πόλις· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρύανδα λιμὴν καὶ νῆσος ὁμώνυμος τούτῳ, ἣν ᾤκουν Καρυανδεῖς· ἐντεῦθεν δ' ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς.

4. Stephan. Byz. v. Καρύανδα : Καρύανδα πόλις καὶ λίμνη ὁμώνυμος πλησίον Μύνδου καὶ Κῶ. Ἑκαταῖος Καρυάνδαν αὐτήν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Καρυανδεύς, ὡς Ἀλαβανδεύς. Ἐντεῦθεν ἦν Σκύλαξ ὁ παλαιὸς λογογράφος.

5. Marcianus Heracl. Menippi peripl. § 2 : Οἱ μὲν μερῶν τινων, οἱ δὲ τῆς ἐντὸς πάσης θαλάσ-

(*) παρὰ] πέρα cod.; em. Letronne. Deinde ἀγνοουμένως cod.; em. apogr. Vat. — περίπλους τῆς οἰκ. apogr. Vat. — κρατήσασα] κρατήσας cod.; em. ap. Vat. — μὴν] μὲν ap. Vat. — προοικούντων cod.; em. ap. Vat. — ἢ ἀναζητεῖν ἢ εἰδέναι] ἢ ἅμα ζητεῖν (αμαζητεῖν, sic, Vat.) τινι εἰδέναι cod. — μήτε τινα vel μή τε τι τῶν] μήτε τὸν ὀλίγων cod.; fort. tamen erat μήτε τὸν.. χρόνον Post ἐκείνου editores addunt articulum τοῦ, præter necessitatem. — Αἴλιος Δῖος] Αἴλιος Διὸς cod. et apogr.; Αἴλιος Διονύσιος perperam editt. Vide Fr. Hist. tom. IV, p. 397.

σης, οἱ δὲ τῆς ἐκτὸς περίπλουν ἀναγράψαντες· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς καὶ Βωτθαῖος· οὗτοι δὲ ἑκάτεροι διὰ τῶν ἡμερησίων πλῶν, οὐ διὰ τῶν σταδίων τὰ διαστήματα τῆς θαλάσσης ἐδήλωσαν.

6. Avienus Ora marit. 40 :

Multa rerum junximus
ex plurimorum sumpta commentariis.
Hecatæus istic quippe erit Milesius,
Hellanicusque Lesbius, Phileus quoque
Atheniensis, Caryandæus Scylax,
Pausimachus inde, prisca quem genuit Samos,
quin et Damastes nobili natus Sige.

7. Suidas : Σκύλαξ Καρυανδεὺς (πόλις δέ ἐστι τῆς Καρίας πλησίον Ἁλικαρνασσοῦ τὰ Καρύανδα), μαθηματικὸς καὶ μουσικός. Περίπλουν τῶν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλέους στηλῶν· τὰ κατὰ τὸν Ἡρακλείδην τὸν Μυλασῶν βασιλέα· γῆς περίοδον· ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Πολυβίου ἱστορίαν.

8. Cicero De divin. II, 42 : *Scylax Halicarnasseus, familiaris Panætii, excellens in astrologia, idemque in regenda sua civitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.*

Præter Scylaces, quibus in literis nomen erat, novimus ex Herodoto (V, 33) Scylacem, Aristagoræ Milesii familiarem, qui navi Myndiæ præfectus in expeditione contra Naxios destinata, quum navis custodiam negligentius egisset, et propter id a Megabate vinctus et contumeliose habitus esset, causa exstitit dissidii inter Megabatem et Aristagoram orti, ex quo natum est bellum Ionicum. Alius Scylax in inscriptione Tenia apud Boeckh. C. I. I, N. 203, et Scylax lapidarius ap. Bracci *Memorie* tab. 101 sqq.

FRAGMENTA LIBRI DE INDIA, DIALECTO IONICA SCRIPTI.

1. Aristoteles Polit. VII, 13, 1 : Εἰ μὲν τοίνυν εἴησαν τοσοῦτον διαφέροντες ἅτεροι τῶν ἄλλων (sc. οἱ ἄρχοντες τῶν ἀρχομένων) ὅσον τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἥρωας ἡγούμεθα τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, εὐθὺς πρῶτον κατὰ τὸ σῶμα πολλὴν ἔχοντας ὑπερβολήν, εἶτα κατὰ τὴν ψυχήν, ὥστε ἀναμφισβητον εἶναι καὶ φανερὰν τὴν ὑπεροχὴν τοῖς ἀρχομένοις τὴν τῶν ἀρχόντων, δῆλον ὅτι βέλτιον ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς τοὺς μὲν ἄρχειν τοὺς δ' ἄρχεσθαι καθάπαξ. Ἐπεὶ δὲ τοῦτ' οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν, οὐδ' ἔστιν, ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς φησὶ Σκύλαξ εἶναι, τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομένων, φανερὸν ὅτι διὰ πολλὰς αἰτίας ἀναγκαῖον πάντας ὁμοίως κοινωνεῖν τοῦ κατὰ μέρος ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι.

2. Athenæus II, p. 70, C, de locis ubi cynara planta proveniat, primum laudat Hecatæum Milesium ἐν Ἀσίας περιηγήσει (εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον· Καλλίμαχος γὰρ Νησιώτου αὐτὸ ἀναγράφει), ex eaque præter alia refert : καὶ περὶ τὸν Ἰνδὸν δέ φησι ποταμὸν γίνεσθαι τὴν κυνάραν. Deinde pergit : καὶ Σκύλαξ δὲ ἢ Πολέμων γράφει « εἶναι μὲν τὴν γῆν ὑδρηλὴν κρήνησι καὶ ὀχετοῖσιν, ἐν δὲ τοῖς οὔρεσι πέφυκε κυνάρα καὶ βοτάνη ἄλλη. » Καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· « Ἐντεῦθεν δὲ ὄρος παρέτεινε τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰνδοῦ ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ὑψηλόν τε καὶ δασὺ ἀγρίῃ ὕλῃ καὶ ἀκάνθῃ κυνάρᾳ. »

Harpocratio : Ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Περὶ ὁμονοίας. Λέγοι ἂν τοὺς ὑπὸ Σκύλακος ἐν τῷ Περίπλῳ λεγομένους Τρωγλοδύτας καὶ τοὺς ὑπὸ Ἡσιόδου ἐν γ' Καταλόγου Κατουδαίους ὀνομαζομένους.

4. Philostratus Vit. Apollon. III, 47, ubi Iarchas narrat : τοὺς Πυγμαίους οἰκεῖν μὲν ὑπογείους, κεῖσθαι δὲ ὑπὲρ τὸν Γάγγην, ζῶντας τρόπον, ὃς πᾶσιν εἴρηται· Σκιάποδας δὲ ἀνθρώπους ἢ Μακροκεφάλους ἢ ὁπόσα Σκύλακος ξυγγραφαὶ περὶ τούτων ᾄδουσιν, οὔτε ἄλλοσέ ποι βιοτεύειν τῆς γῆς οὔτε μὴν ἐν Ἰνδοῖς.

5. Tzetzes Hist. VII, v. 629 :

Καρυανδέως Σκύλακος ὑπάρχει τι βιβλίον
περὶ τὴν Ἰνδικὴν γράφον ἀνθρώπους πεφυκέναι,
οὕσπερ φασὶ Σκιάποδας καί γε τοὺς Ὠτολίκνους·
ὧν αἱ Σκιάποδες πλατεῖς ἔχουσιν ἄγαν πόδας,
καιρῷ τῆς μεσημβρίας δὲ πρὸς γῆν καταπεσόντες,
τοὺς πόδας ἀνατείναντες σκιὰν αὐτοῖς ποιοῦσι·
μεγάλα δ' οἱ Ὠτόλικνοι τὰ ὦτα κεκτημένοι
ὁμοίως σκέπουσιν αὐτοὺς τρόπῳ τῶν σκιαδείων.
Ὁ Σκύλαξ οὗτος γράφει δὲ καὶ ἕτερα μυρία
περί γε Μονοφθάλμων τε καὶ τῶν Ἐνωτοκοίτων
καὶ ἐκτραπέλων ἄλλων δὲ μυρίων θεαμάτων.
Ταῦτά φησι δ' ὡς ἀληθῆ, μηδὲ τῶν ἐψευσμένων·
ἐγὼ τῇ ἀπειρίᾳ δὲ ταῦτα ψευδῆ νομίζω.

FRAGMENTA PERIPLI MARIS INTERNI.

1. Strabo XII, p. 566 : Ὅτι ἦν κατοικία Μυσῶν ἡ Βιθυνία πρῶτον μαρτυρήσει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς, φήσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας καὶ Μυσούς· ἔπειτα Διονύσιος ὁ τὰς Κτίσεις συγγράψας κτλ.

2. Schol. Apoll. Rhod. I, 1177, de Cio : Ἔστι δὲ πόλις Μυσίας... Καὶ ποταμὸς δέ ἐστιν οὕτως ὀνομαζόμενος, τὴν Μυσίαν περιρρέων, οὗ μνημονεύει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς.

3. Strabo XIII, p. 583, Eudoxi, Damastis, Charonis, Scylacis et Ephori sententias de Troadis

limite septentrionali recensens, de Scylace ait : Σχύλαξ δὲ ὁ Καρυανδεὺς ἀπὸ Ἀϐύδου ἄρχεται. Ὁμοίως δὲ τὴν Αἰολίδα Ἔφορος μὲν λέγει ἀπὸ Ἀϐύδου μέχρι Κύμης.

4. Schol. Apoll. Rhod. IV, 1215 : Τοὺς Νεσταίους Σχύλαξ φησὶν ἔθνος Ἰλλυριχόν. Ἀπὸ τούτων περίπλους ἐστὶν εἰς τὸν [Μάνιον] χόλπον.

5. Avienus, Ora marit. 370 :

Sed ad columnas quidquid interfunditur
undæ æstuantis, stadia septem vix ait
Damastes esse. Caryandæus Scylax
medium fluentum inter columnas adserit
tantum patere, quantus æstus Bosporo est.

Cf. Constantin. Porphyr. De them. I, 2 : Τὸ θέμα τὸ χαλούμενον Ἀρμενιαχὸν οὐ χύριον ἔχει τὸ ὄνομα, οὐδὲ ἀρχαία τίς ἐστιν ἡ τούτου προσηγορία·... οὔτε γὰρ Στράϐων τῆς τοιαύτης ὀνομασίας ἐμνήσθη,... οὔτε Μένιππος ὁ τοὺς σταδιασμοὺς τῆς ὅλης χατοιχουμένης ἀπογραψάμενος, οὔτε μὴν Σχύλαξ ὁ Καρυανδηνός, οὔτε Παυσανίας οὔτε ἄλλος τις τῶν ἱστορίας γεγραφότων.

---

47. In appositis testimoniis Scylaces scriptores distinguendi sunt vel tres vel duo duntaxat, quorum primus est ὁ παλαιὸς λογογράφος, alter contra Polybium scripsit, tertius a Cicerone laudatur, quamquam facile fieri potest ut hic non diversus sit ab eo quem secundo loco posui.

Horum igitur antiquissimus Scylax Caryandensis ab Herodoto nominatim effertur inter eos quos Darius Hystaspis e Caspapyro Pactyicæ regionis urbe (*) emisit ad explorandum ubinam Indus in mare efflueret. Navigationem eam literis mandatam esse pro more suo non tradit; at exstitisse de rebus Indicis Scylacis opus (βιϐλίον Tzetzes, περίπλουν Harpocration vocat), dialecto ionica scriptum, ex Aristotele, Polemone sive Athenæo, Philostrato, Harpocratione et Tzetze modo vidimus. Porro auctorem in eo narrasse quæ ipse in Indo navigans viderat, colligas e verbis : ἐντεῦθεν δὲ ὄρος π α ρ . τ ε ι ν ε, pro quibus alius quivis dixisset ἐντεῦθεν δὲ ὄρος παρατείνει. Ne putemus serioris ævi hominem nomen Scylacis mentitum esse, eo impedimur, quod librum illum tractavit Aristoteles, cujus ætate illud fraudis genus in edendis libris prosaicis nondum invaluit, certe nullum ejus novimus exemplum. Si quid falsi de Scylace proditum est, id quæras in Herodoto vix credibilia narranti. Nam quum Darius jussisset ut Indi cursus ad mare usque exploraretur, adeoque navigationem in fluvio se continuisse putares, Scylax in mare egressus Indiæ, Gedrosiæ, Carmaniæ, Arabiæ oram legisse dicitur usque in intimum sinum Arabicum, ex quo Neconis jussu Phœnices, qui Africam circumnavigarunt, profecti erant. Conjunctio harum expeditionum, quibus maritima ab Indo ad Gades patefacta sint, artificium sapit cum illo comparandum, quo τῶν διαδοχῶν scriptores per continuam magistrorum discipulorumque seriem, neglecta sæpe narrationis fide, philosophicæ doctrinæ historiam texere solent. Utriusque expeditionis fides est eadem. Non nescio nonnullos, quum *potuerit* Libya circumnavigari, reapse circumnavigatam esse, quoniam sic Herodotus acceperit, sibi persuasisse (**) : idem vero scio neque Herodotum præter famam istam accepisse aliquid, quo de Libya meridionali accuratius edoceretur, neque geographos Alexandrinos; qui si certius quippiam de ea re in annalibus Ægyptiorum traditum esset, negligere id omnino non potuere, neque Posidonius, quum similem Eudoxi Cnidii navigationem cre-

(*) Pro Κασπάτυρος leg. esse Κασπάπυρος, uti ex Hecatæo scribit Stephanus Byzantius, monent viri docti. Est hodierna *Kaçmir* sive *Cachmir*. Regionem Kaçmira sec. Indorum fabulas creavit Brahmæ nepos *Kaçjapa*. Urbs Kaçjapæ indice dicenda erat *Kaçjapapura*; hinc ortum Græcorum Κασπάπυρος, ut cum Wilsono (As. Res. XV, p. 117) censent Lassen *Ind. Alterth.* I, p. 42 not. et Ritterus III, p. 1087. Apud posteriores scriptores habes contractas formas Κασπηρία, Κασπειραῖοι (Ptol. VII, 1) et Κασπειροὶ (Dionys. in Bassaricis ap. St. B.). — Πακτύες sunt nomine tenus hodierni *Afghanes*, qui se ipsi vocant *Pashtun* et *Pakhtun* (v. Lassen. I, p. 432); habitant in orientali et boreali Indiæ tractu, ab oriente Sagartiorum (Herod. VII, 85), contermini eorum qui ad aurum in deserto conquirendum proficisci et a septentione reliquorum Indorum sedes habere traduntur (Herod. III, 102). Regionem altam incolentes Pactyes in Xerxis exercitu pellibus amicti, σισυρνοφόροι, apparent (VII, 67). Scythiæ vicina regio est apud Hecatæum : Κασπάπυρος, Γανδαριχὴ πόλις, Σχυθῶν ἀχτή, in quibus verba Γανδαριχὴ πόλις olim plurimos vexarunt, Gandaros Plinii et Pomponii Melæ perperam confundentes cum Gandaris Hecatæi, ἔθνει Ἰνδιχῷ, quam gentem (*Gandhar* indice) per totam *Pendjab* regionem sparsim habitasse ex indicis libris docuit Lassenius De pentapot. p. 105. Cf. Ritter III, p. 1087. Ceterum de Caspapyro cum *Caçmira* componenda propterea nonnulli dubitarunt, quod Herodotus Indum ab occasu versus orientem fluere dicat; eoque indicari putarunt Scylacem a *Caboul* per Cophenem fluvium in Indum innavigasse. De his ita Lassen l. l. I, p. 433 : « Der Anstoss, welchen man in der Angabe des Herodotos daran gefunden, dass Scylax nach Morgen bis ins Meer gefahren, ist in Wahrheit etwas einfæltig. Er dachte sich ja die Inder als das æusserste Volk gegen Osten und daher den Fluss nach Osten laufend; so denkt er sich den Istros von Norden nach Süden fliessend. Es ist sein System, nicht der Bericht des Scylax, dem die Angabe gehœrt. » Eodem modo Ritterus.

(**) Variorum sententias collegit Bæhr in excursu ad Herod. IV, 42, tom. I, p. 667 sqq. et Ukert *Geogr.* I, p. 45 sq.

deret, adeoque etiam gemellam illam Phœnicum per se non improbabilem esse censere deberet, tamen Herodotea illa non minus quam quæ paria de mago aliquo Heraclides Ponticus narraverat, ἀμάρτυρα εἶναι asseverare potuit (Strabo II, p. 98). Hoc doctæ antiquitatis testimonio nobis acquiescendum est. Haud aliter vero etiam de Scylacis navigatione veteres statuisse, vix est cur moneatur. Alexandri Magni comites literatissimi ignorarunt an classis ex Indo in sinum Persicum deduci posset, ac Nearchus quasi diis se devovens oceanum fortasse innavigabilem tentasse traditur (*). Nihil hi tribuerunt Herodoto, quem ficta narrare vel menses isti navigationis *triginta* coarguunt, quamquam hos cum veri aliqua specie exputasse sibi visus fuerit is, qui Indum versus orientem fluere usque ad extremum orbem terrarum putaret. — Quæ de India Herodotus III, 98-105 narrat, si non omnia, plurima saltem a Persis accepisse videtur, ut ex verbis : ὡς Πέρσαι φασί (III, 105) colligimus. Scylacis de India libellum, etsi Carici hominis, vix adhibuerit. Omnino logographorum scriptis paucissimis usus esse videtur; certe quum quæ ex aliorum ore acceperit, ingenue semper fateatur, e græcis auctoribus nonnisi unum Hecatæum nominatim excitat, et hunc solum novimus qui fortasse etiam aliis locis, ubi mentio ejus non injicitur, subesse possit. Quare si quid de rebus Indicis Græcis auctoribus Herodotus debet, id ex eodem Hecatæo assumserit. Hunc autem usurpasse Scylacis narrationem inde conjicias quod cynaram plantam ad Indum fluvium nasci e Scylace et ex Hecatæo refert Athenæus, apud quem si laudatur Σκύλαξ ἢ Πολέμων, id ita cum Prellero interpretandum, ut Athenæus rem legerit apud Polemonem, qui ipse usus sit Scylacis testimonio (**).

48. Alterum opus Scylax composuit periplum maris interni, cui adjuncta fortasse erant quæ de ora extra Herculeas columnas sita innotuerant. Memorant Strabo, scholiasta Apollonii Rhodii, Avienus, Marcianus Heracleota, Stephanus Byzantius, quibus addi quodammodo potest scholion servato nobis periplo Pseudo-Scylaceo præfixum. Quodsi Niebuhrius et alii nonnulli putarunt hunc Scylacem a Darii Hystaspis æquali diversum esse, et Philippi demum Macedonis temporibus eum quem habemus periplum scripsisse : minime in hujus ætatis auctorem cadit Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεὺς et λογογράφος (***), quem Stephanus et Strabo vocant, et hic p. 566 inter varios scriptores ponit ante Dionysium Chalcidensem, Κτίσεων conditorem Ephoro antiquiorem. Scholion quod nostro periplo præmittitur, a sequioris ævi homine scriptum esse ex voce φρόντισμα pro *libro, elucubratione* usurpata collegit Niebuhrius (****), et ipse monui originem scholii seriorem ex codicum nostrorum ratione facile explicari. Compositum vero ita est, ut quæ lectio nostri peripli cuique vel indocto offerebat, ea auctor conflaret cum notitia literaria, quam de Scylace perantiquo scriptore lexicon aliquod suppeditaverit. Hinc fluxerunt illa : Σκύλαξ.. ἀρχαιότατος μέν ἐστι ἀνήρ· et : Αἴλιος Δῖος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησὶν ὅτι Δαρείῳ προσεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα, in quibus facile concedes Ælium Dium non de Scylace quodam Darii Nothi coætaneo loqui, sed de vetusto logographo, quem sub Dario Hystaspis vixisse

(*) Cf. Vincent *The commerce and navig. of the ancients in the Indian ocean* tom. II, p. 14 : « Far is it from my wish wantonly to discredit any historical fact supported on the testimony of such a writer as Herodotus; but there are insuperable difficulties in admitting this voyage of Skulax, or that of the Phenicians round the continent of Africa; the greatest af all is, that no consequences accrued from either. That Herodotus received the account of both from Persians or Egyptians, is undeniable; that they were performed is a very different consideration. I do not dwell upon the fabulous part of his account of India; because even his fables have a foundation in fact; but I cannot believe from the state of navigation in that age, that Skulax could perform a voyage round Arabia, from which the bravest officers of Alexander shrunk; or that men who had explored the desert coast of Gadrôsia, should be less daring than an unexperienced native of Caryanda. They returned with amazement from the sight of Mussendon, while Skulax succeeded without a difficulty upon record. But the obstacles to such a voyage are numerous. » Enumeratis obstaculis, hanc apponit coronidem : « These and a variety of other difficulties, which Nearchus experienced from famine, from want of water, from the built of his vessels and from the manners of the natives, must induce an incredulity in regard of the Persian account, whatever respect we may have to the fidelity of Herodotus. »

(**) Præterea in Hecatæi fragmentis mentio fit Caspapyri urbis et Opiarum (Utiorum Herodoti?), qui Indum accoler dicuntur aliunde non noti, porro Gandararum et Calatiarum (quorum mentio exstat etiam ap. Herodotum III, 38) Argantæ urbis ignotæ.

(***) Quæ contra monuit Niebuhr l. l. p. 110 Dionysium Halicarn. afferens qui Antiochum vocat συγγραφέα πάνυ ἀρχαῖον, pondere caret.

(****) Niebuhr. l. l. p. 109 not. : « Ælter als die zu Constantinopel wiederhergestellte grammatische Schule ist uebrigens dieses Scholium nicht. Der Gebrauch des Wortes φρόντισμα für Buch, Abhandlung, ist neubyzantinisch. »

aliunde bene novimus. Dedicationem libri e sui ævi more Dium Scylaci affinxisse suspicor, sive scriptum de navigatione in Indo fluvio intellexerit, sive periplum maris Mediterranei, cujus memorandi aptam occasionem offerre potuit primum de Alexandria volumen, in quo de priscis oræ oppidis quibus Alexandria successit, sermonem auctor instituit. Idem Dius in eodem de Alexandria libro etiam Hellanici meminit (Fr. Hist. IV, p. 397). Quare nescio an idem sit Dio Academicus, Pompeii æqualis, quem de re Ægyptia juxta Hellanicum laudat Athenæus p. 34.

49. Superest ut ostendamus ea quæ e Scylacis periplo veteres scriptores adducunt, nihil præbere quod a vetusto logographo alienum sit et ex superstite potius periplo, quem inter annos 340-336 scriptum esse videbimus, fluxisse putemus. — Scylax Strabonis Troadem ἀπὸ Ἀβύδου ἄρχεσθαι statuit. Hoc si ita interpreteris ut ipsa Abydus, cujus regionem olim Troes tenuisse traduntur, a Troade excludatur, concinit periplus superstes, in quo Abydus est ultima urbs Phrygiæ. At Scylax Strabonis Dionysio Chalcidense et Ephoro est antiquior, ideoque peripli superstitis auctor esse nequit. Præterea e Scylace mentio fit Nestæorum, populi Illyrici, et Mysorum Bithyniæ et Cii fluvii, sicut in nostro quoque periplo recensentur Nesti et Mysia et Cius fluvius. Sed hæc quum in quavis oræ descriptione antiquiore memoranda essent, ad rem nostram nihil pertinere facile intelligis, nisi fortasse probes rationes eorum qui, quum Stephanus Byzantius duo oræ maritimæ loca e Scymno Chio afferat quæ memorantur etiam in Anonymi periegesi iambica, hinc Anonymi librum Scymno Chio vindicandum esse censuerunt, arreptis quæ nihil probant, neglectis vero quæ repugnant. Sic nobis quoque negligendum foret quod Scylax Strabonianus dicit περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας καὶ Μυσούς; nam in nostro periplo memoratur quidem Mysia provincia, sed de Ascania lacu ejusque accolis ne verbum quidem. Porro legitur in periplo Mysiam pertinere usque ad Cium fluvium. Quo pacto hinc peti poterant verba scholiastæ Apollonii : Κίος.. τὴν Μυσίαν περιρρέων? Præterea quæ de freto Gaditano e Scylace Avienus affert, a nostri libelli narratione longissime absunt. Denique Marcianus tradit Scylacem distantias nonnisi navigationis diebus definiisse; quod item in servato periplo secus habet. Itaque si quis Scylacem aliquem nostri opusculi auctorem Philippi temporibus vixisse censeat, sententia hæc, veterum testimoniorum præsidio destituta, non nititur nisi fide perambigua tituli, quem præbet libellorum geographicorum collectio, in qua quum Pseudo-Dicæarchus et Pseudo-Arrianus deprehendantur, non est sane cur tertium nos miremur Pseudo-Scylacem.

50. Quomodo factum sit ut Scylacis nomen ad serioris ævi periplum transferretur, dicere non habeo. Letronnius (*) censet Scylacem, quem Strabo nonnisi de Asiæ minoris locis laudet, nihil nisi Asiæ minoris paraplum scripsisse, quo usus sit noster auctor e variis scriptoribus periplum suum colligens : adeo ut putari possit ab hac parte ad totum periplum Scylacis nomen translatum esse. At Scylacem nonnisi Asiæ minoris paraplum scripsisse nihil est quod probet, sed vetant complura. Nam obstat locus Avieni, in quo errasse auctorem Letronnius statuit; obstat porro in periplo mentio Leucarum, Asiæ minoris oppidi, quod anno demum 383 conditum est, adeo ut Letronnius censere debuerit auctorem non oppidum, sed promontorium indicare voluisse; obstant denique Nestæi, Illyrii, quos e Scylace laudat schol. Apollonii. Porro nihil inesse Asiæ minoris descriptioni, quod scriptorem Xenophonte antiquiorem prodat, infra monebimus. Quod Strabo bis solummodo de locis ad Troadem et vicina pertinentibus Scylacem laudat, ad rem parum facit, quamquam vel hoc explicaveris. Nam Strabo ex paucis notissimisque geographiarum scriptoribus sua collegit, nec vetustos illos obscurosque periplorum libros citare solet nisi in geographia Homerica, deliciis suis, quam eruditorum grammaticorum more et ditissima eorum scrinia usurpans tractare solet. Sic in descriptione Troadis ceterarumque regionum, quæ ad τὸν Τρωικὸν διάκοσμον pertinent, ex amplissimo Demetrii Scepsii opere persæpe veteres logographos laudat, in quibus Scylacem, Asiaticum hominem et antiquissimum, non neglexit, dum de

(*) Letronnius in Fragm. d. poemes géogr. p. 240 : « Tous les passages de Scylax cités par les anciens ne se rapportent qu'à l'Asie mineure; il en résulte une grande probabilité que le livre de Scylax ne contenait que le périple des côtes qui formaient le litoral de l'Asie mineure, depuis le Bosphore jusqu'en Cilicie. Cet ouvrage serait alors la source d'où cette portion de notre périple aurait été tirée; et par là on expliquerait ce fait constaté plus haut, que la description des côtes de l'Asie mineure annonce une époque antérieure à la retraite des Dix-Mille. »

Græciæ geographia Homerica alii logographi luculentiores suppetebant.

51. Hactenus de Scylace logographo. Alter Scylax Caryandensis est mathematicus et musicus, qui contra Polybii historiam scripsit, testante Suida. Non diversum ab eo esse Scylacem Halicarnasseum, astrologum et virum πολιτικὸν, Panætii familiarem (ut Cicero l. l. tradit), cum Niebuhrio l. l. p. 125 et Gutschmidtio (in *Rhein Mus.* 1853, t. IX, p. 146) statuas probabiliter. Scripsisse etiam dicitur τὰ κατὰ Ἡρακλείδην τὸν Μυλασῶν βασιλέα. Memoratur autem Heraclides quidam Mylasensis apud Herodotum V, 121 in historia belli Ionici. Etenim Cares postquam ad Marsyam fluvium et iterum ad Labranda a Persis cladem tulerant, deinde damnum id resarciverunt. Πυθόμενοι γὰρ ὡς στρατεύεσθαι ὡρμέαται οἱ Πέρσαι ἐπὶ τὰς πόλις σφέων, ἐλόχησαν τὴν ἐν Πηδάσῳ ὁδὸν, ἐς τὴν ἐμπεσόντες οἱ Πέρσαι νυκτὸς διεφθάρησαν καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ στρατηγοὶ αὐτῶν, Δαυρίσης καὶ Ἀμόργης καὶ Σισιμάκης· σὺν δέ σφι ἀπέθανε καὶ Μύρσος ὁ Γύγεω. Τοῦ δὲ λόχου τούτου ἡγεμὼν ἦν Ἡρακλείδης Ἰβανώλλιος, ἀνὴρ Μυλασεύς. Fortasse de hoc Heraclide, etsi non rege, dixisse Scylacem, non eum tamen quem Suidas habet, sed peripli auctorem qui vixerit Philippi temporibus, suspicatur Niebuhrius l. l. p. 126. Similiter Gutschmidtius l. l. statuit, nisi quod librum refert ad Scylacem belli Ionici æqualem. Quum alter Inabolis filius Oliatus unus fuerit ex ducibus Persarum, quem cum aliis Ionicarum urbium tyrannis in classe dolo comprehendit ab Aristagora missus Iatragoras, Gutschmidtius conjicit post dejectum Oliatum Mylasenses alium sibi tyrannum seu regem creasse, fratrem prioris, Heraclidem, qui cum ipsis contra Persas stetisset. Sed parum hoc probabile, quum Herodotus tradat tyrannorum in locum per singulas urbes στρατηγοὺς sive prætores substitutos esse. Scylacem vero logographum particularem historiam scripsisse de rebus gestis viri coætanei, a veteris logographiæ ratione, qualem novimus, tam alienum est, ut, si testata res esset, magnopere miraremur, de conjectura autem tale quid literarum historiæ inferre absonum foret. Quare in Suidæ testimonio acquiescens de Heraclide regulo Carico, nescio quo, scripsisse censeo Scylacem, cujus erat ἡ ἀντιγραφὴ πρὸς τὴν Πολυβίου ἱστορίαν. Cujusmodi ἀντιγραφαὶ quum in erroribus quibusdam refellendis versarentur, facile fieri potest, ut Scylacis ἀντιγραφὴ non esset diversa a scripto de Heraclide rege, quippe in quo quæ de hoc regulo parum recte Polybius narrasse videretur, Scylax exponeret. Mylasensium regulum illis temporibus fuisse non est veri dissimile. Nam post bellum Antiochicum Romani Mylasensibus immunitatem concesserunt (an. 188. Polyb. XXII, 27, 4. Livius XXXVIII, 39), atque res eorum deinceps eximie crevisse ex eo patet quod anno 167 Mylasenses Euromensium oppida, quæ Rhodiorum ditionis erant, occuparunt, et deinde una cum Alabandenis contra Rhodiorum exercitum aciem instruere auderent. Quo tamen prœlio evaserunt inferiores (Liv. XLV, 25. Polyb. XXX, 5, 11. 15). Reliquam Mylasensium historiam, Polybii libris deperditis, ignoramus. Præterea autem ad id attendendum est, quod Suidas quattuor Scylacis opera enumerat ordine hocce: Περίπλουν τῶν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· Τὰ κατὰ τὴν Ἡρακλείδην τὸν Μυλασῶν βασιλέα· Γῆς περίοδον· Ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Π. ἱστορίαν. In quibus offendit alterum periplum, cujus argumentum non definitur, ab altero separari, interposito scripto historico. Jam si morem Suidæ noveris, sponte nascitur suspicio accidisse ei hoc quoque loco, quod de tot aliis querimur, ut scilicet e duobus lexicis sua corradens, eadem scripta, in altero fonte aliis verbis indicata, bis poneret diversaque esse censeret. Ceterum pro περίπλους τῆς ἐκτὸς θαλ. aut τῆς ἐντὸς aut cum Vossio et Niebuhrio τῆς ἐντὸς καὶ ἐκτὸς legendum erit, neque alius quam Scylacis logographi periplus intelligendus esse videtur.

52. Dixi de scriptoribus, quibus Scylacis nomen fuisse constat. Accedo ad periplum qui falso Scylaci attribuitur. Auctor ejus, sumpto ab Herculis columna Europæa initio, obiter monet de Carthaginiensium ad oceanum borealem emporiis, ultra quæ navigari nequeat; deinde oram legit maris interni Europæam usque ad Tanaim, unde juxta Asiæ Libyæque litora redit ad fretum Herculeum, per quod in oceanum Libycum egressus usque ad Lixum fluvium et Cernen Insulam, quam mare luto obstructum excipit, lectorem deducit. In singulis partibus satis habet recensuisse nomina populorum, fluviorum, oppidorum maritimorum, interdum etiam mediterraneorum, insulas potiores, et quæ sint distantiæ a regione ad regionem, vel a continente ad insulam, vel ab ora ad urbem mediterraneam. Nonnusquam tamen pauca verba de re historica vel mytholo-

gica interponuntur. — Periplo in codice subjecta sunt διαφράγματα duo sive diapli ab Europa per insulas in oram Asiaticam; alter a Chalcide in Samum et Mycalen, alter a Maleo promontorio ad Rhodum eique proximam continentem. Post hæc maximæ insulæ viginti enumerantur.

53. In tractandis autem singulis argumenti partibus magna obtinet varietas. Quod *mensuras* distantiarum attinet, auctor noster modo secundum dies vel dies noctesque navigationis modo secundum stadia computat. Dierum numero definitur longitudo oræ ab Iberia ad Græciam et a Macedonia ad ostium Mæotidis. In Asiæ litore Pontico usque ad Bithyniam distantiæ in codice nostro librariorum negligentia omissæ sunt, sed vix est dubium, quin item secundum dies navigationis definitæ fuerint, qui computus regnat etiam in sequenti ora Asiatica a Bithynia usquo ad finem Ciliciæ, et in ora Libyca a fine Ægypti ad initium Pentapoleos Cyrenaicæ, et inde a fine ejus per reliquam Libyæ partem usque ad Lixum fluvium. Stadiis auctor utitur in paraplis Syriæ, Arabiæ, Ægypti et Pentapoleos Cyrenaicæ. Utrumque computum promiscue adhibet de ora regionum Græcarum. In summis autem paraplorum colligendis varias has metiendi rationes ad unam eandemque revocat, Europæ paraplum esse dicens dierum 153 (§ 69), Asiæ dierum 87 (§ 106), Libyæ usque ad Herculis columnas dierum 74 (§ 111). Qua in re ita versatur, ut noctibus quas notavit totidem dies substituat, et ubi stadia scripta sunt, 500 stadia pro unius diei navigatione numerentur. Singulæ autem distantiæ pertinere solent a populo ad populum vel a provincia ad provinciam; ab urbe ad urbem putantur in paraplo Libyæ inde ab Ægypto usque ad finem Pentapolis Cyrenaicæ. Ceterum quum secundum dies computandi ratio natura sua admodum vaga sit, in periplo autem distantiarum notæ sæpius omittantur, nec semel etiam depravatæ esse videantur : vix fieri potest ut navigationis adornatio in singulis quibusque ad mentem auctoris exigatur.

54. Europæ quidem paraplus satis bene habet; esse dicitur dierum 153; nos in tabula p. 58 sq. adscripta collegimus dies 151; sed ipsos illos 153 dies eruere facile licet. Etenim quum nos ita computaverimus :

§ 34. Acarnaniæ paraplus. . . .	2 d.	[2] n.
§ 67. A Strymone ad Istrum. .	8	8
§ 68. Ab Istro ad Criumetopon linea recta.	3	3
	13	13 :

computandum potius est hunc in modum :

§ 34. Acarnaniæ paraplus. . .	2 d.	
§ 67. A Strymone ad Istrum. .	7	7n.
§ 68. Hinc ad Criumetopon juxta litus.	6	6
	15	13

Quo facto, summa totius parapli efficitur dierum 153. In § 34 codex nonnisi duos dies habet, idque non mutandum videtur, quamquam Helladis Anagraphe metrica, quæ ex eodem fonte ducta est, dies noctesque duos habet. In § 67 codex quidem octo dies noctesque præbet, sed singulæ distantiæ ex quibus hæc summa conflanda, nonnisi septem dies noctesque efficiunt. Denique § 68 navigationem litoream quam rectam in computum recipiendam esse probabilius est. Quodsi igitur in singulos dies putaveris 500 stadia, paraplus Europæ foret stadiorum 76500 (*), dum ap. Marcianum p. 520 est stadiorum 69000, ap. Agathemerum I, 3 stadiorum 69700, secundum Artemidorum vero et Isidorum ap. Plin. IV, 37 § 121 a Tanai ad Gades in codicibus numerantur vel $\overline{\text{LXXXII}}$. XIIII vel $\overline{\text{LXXXIIII}}$. XIIII m. p., qui numerus corrigendus esse mihi videtur in $\overline{\text{LXXXVII}}$. XIIII (= 69712 stadia), suadente Agathemero, quem, sicuti Marcianum, ex Artemidoro plurima sua petiisse constat. Itaque ad horum rationes Nostra si adaptare velis, singulis diebus tribuenda forent stadia 450-455.

55. Asiæ paraplus a Tanai ad Nili ostium Canopicum in periplo nostro est dierum 87. Quæ summa ab aliorum computatione proxime abest; nam Marcianus l. l. habet stadia 40120, Agathemerus stadia 40110, quæ ipsa quoque ex Artemidoro fluxisse nunc nullus dubito, quamquam longe alia ex eo tradere videtur Plinius V, 9 § 47,

(*) Ad hæc in *Recueil des Itinéraires anciens* (Paris, 1845) p. 349 Lapieus : « Le développement des côtes de l'Europe, de Gibraltar à l'embouchure du Don, en suivant les golfes, est de 76,600 stades (à 700 au degré), y compris le tour de la Sicile, ce qui est parfaitement conforme (!!) au calcul de l'auteur, et est *une nouvelle preuve* en faveur des stades de 700 au degré. Car si l'on mesure en stades de 600, il n'y a plus que 65, 572 stades ou 131 journées environ. » Admirabilis hæc argumentatio ; quasi probare ejusmodi quid possit summa stadiorum, quæ ratione perfunctoria collecta est ex notis distantiarum, quæ partim a vero longe recedunt, et majorem partem ad accuratiores stadiorum numeros exigi omnino nequeunt.

ubi de suo penu Harduinus eumque secutus Silligius scripserunt : *Universam vero Asiam cum Ægypto ad Tanaim Artemidorus et Isidorus* $\overline{LXIII}$. *LXXV. m. p.* (= 51000 stad.); at codices plurimi et optimi habent : $\overline{LXIII}$. *DCCL;* quem numerum si ita mecum distinxeris : $\overline{L}$. *XIII m. DCCL p.* (5013750 pass. = 40110 stadia), (*) Artemidorus et Agathemerus non tradent diversa. Timosthenes ap. Plin. l. l. a Canopico ostio ad Ponti ostium putavit 2626 milia (21008 st.); hinc ad os Mæotidis 1545 m. (12200 stadia); hinc ad Tanaim num perrexerit Timosthenis computatio nescimus; sin cum periplo nostro statuamus Mæotidis ambitum fuisse dimidiam Ponti partem, adeo ut ad Tanaim sint 6100* stadia, summa colligeretur stadiorum 39308. Peripli autem nostri dies quum in Europæ paraplo viderimus cum stadiis aliorum geographorum ita componendos esse, ut singuli sint 450 stadiorum : dies 87 parapli Asiatici ex eodem computo efficerent stadia 39150. — Hæc igitur quum bene habere videantur, illud quæritur, quomodo e singulis distantiis eam summam auctor eruerit. Particulares parapli in codice nostro leguntur hi :

Bithyniæ.	3 d.	n.	=	circa 1200 stad.
Mysiæ.	1		=	800
[Phrygiæ.	3	2]	=	2600
Lydiæ.	2	1	=	3000
Cariæ.	2		=	2800
Lyciæ.	2	2	=	1500
Pamphyliæ.	½		=	600
Ciliciæ.	3	2	=	3200
Syriæ. . 2700 stad.				
Arabiæ. 1200	10½			
Ægypti. 1300				
5200	27	7		

Ex his numeris quum dies 34 colligantur, desiderantur dies 40, qui in Mæotidem paludem et Pontum computandi forent. Is vero numerus ut longe nimius foret, sic justo minor est alter, qui Asiæ minori juxta litus præternavigandæ tribuitur. Nullus itaque dubito quin in his periplus mancus sit. Etenim quum Asiæ minoris ora quam maxime sit sinuosa, in promtu erat duas notare præternavigationes, alteram litoris anfractus legentem, alteram rectam sive compendiariam; idque fieri videmus § 190 p. 75, ubi : ἐπ' εὐθείας δὲ παράπλους ἐστὶν Λυκίας ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος τούτου · ἔστι γὰρ κολπώδης. Similiter autem auctor fecisse debet in Lydia et Caria et Cilicia, quarum compendiarium paraplum codex exhibet, alterum omisit, sicuti omisit quæ ad Ponticam oram pertinent. Hoc admisso, Asiæ paraplus facile ita adornatur, ut summa dierum 87 colligi possit modo probabili.

56. Libyæ paraplus ab ostio Nili Canopico ad Herculis columnam κατὰ τοὺς κόλπους κύκλῳ περιπλέοντι ἡμερῶν οδʹ. Scribendum esse suspicor ἡμερῶν νδʹ; nam singulæ distantiæ ita habent :

	Stadia.	Dies.	Noctes.	Stadiasmus Anonymi.
Thonis				
Pharus.	150			
Chersonesus.	70**			
Plinthinus sinus. . . .		2	2	1550
Laodamantium.		½		
Paraetonium.		½		
Tyndarides.		1		
Plynus.		1		1340
Petras.		½		
Menelaus.		1		
Cyrthanium.		1		
Antipyrgos.		½		2210
Petras magnus.		½		
Chersonesus.		1		
Naustathmus.		1		
Sozusa.	100			
Barcæorum portus. . .	500			1150
Hesperides.	620			
Philænorum aræ. . . .		3	3	2000
Neapolis a Leucis inss.		4	4	3090
Graphara.		1		
Abrotonum.		1		2300
Tarichiæ.		1		
Brachion ins.		1		
Gichthis.		½		
Neapolis.		1		
Thapsus.		1½		
Leptis.		[½]		3350
Adrymes.		[½]		
Neapolis.		1		
Hermæum.		1½		
Carthago.		½		
(Utica 1 dies)				
Carthagine ad Herculis columnas navigatione faustissima.		7	7	
	1440	35½	16	
	=	54½ dies.		

(*) Hoc me fugit, quum scribebam notam ad Marcian. Perip. I, § 5 p. 520, secundum ea quæ modo dixi mutandam.
(**) Codex (p. 82) exhibet σʹ. At legendum est οʹ, 70. Vide not. ad Anonymi Stadiasm. maris Magni § 1, p. 429.

Secundum Eratosthenem et Polybium (ap. Plin. V, 7 § 40) ab Oceano Carthaginem sunt 1100 milia pass. (8800 stad.), hinc ad ostium Canopicum 1628 m. (13024 stad.); secundum Artemidor. a Tingi ad Canopum m. 3559 (st. 28492); sed vereor ne legendum sit: *mil.* 3659, suadente Agathemero, qui Africæ longitudinem esse dicit 29252 stadiorum (= 3656½ mil.). Isidorus Artemidori mensuram auxit milibus 40; Marcianus l. l. numerat stadia 30280.

57. Hactenus de distantiarum mensuris, in quibus tum auctoris inconstantia e variis, quos adhibuit, fontibus derivanda, tum librariorum socordia apparent. Similia deprehendis, si ad *locorum recensendorum delectum* attenderis; nam hîc nota oppida prætermittuntur, illic memorantur obscura nec aliunde cognita; modo mediterraneas urbes mari propinquas auctor premit silentio, modo longe ab ora remotas in medium profert. Sic brevissimum Arcadiæ litus legens memorat Tegeam, Mantineam, Orchomenum, Stymphalum, et in Thessalia Pelinnæum fanum, Pharsalum, Scotussam, Cierium, Pheras, dum in Elide neque Pisæ neque Olympiæ mentio fit, dum in ora Laconica desideras Coronen, Pheras, Abias, Œtylum, Teuthronen, Acrias, Asopum, in Thracia Byzantium, in Iberia Massiliensium colonias et Baleares insulas, et sic porro. Cujus culpæ si qua pars penes ipsum peripli auctorem est, major tamen breviatoribus vel vulgo librariorum vindicanda fuerit; hos enim haud pauca peccasse, manifesta produnt lacunarum indicia, ut § 4 p. 18, ubi nomina Massiliensium in Liguria coloniarum excidisse patet, et § 74 p. 60, ubi Toretas, et § 77 p. 61, ubi Coraxos lacuna absorpsit. Similiter § 96 p. 69 Æolidis urbes, § 110 p. 87 Neapolin Libyæ, p. 88 Leptin parvam et Adrumetum in integriore libro memoratas esse ex superstitibus verbis intelligitur.

58. Contra vero sat multa nunc legimus, quæ auctor peripli non scripsit, sed a librariis vel ludimagistris ad marginem notata posteriores scribæ in ordinem verborum receperunt. Indicia rei præbent turbata verborum ratio grammatica, narrationis series interrupta, neglectus ordo geographicus. Itaque si § 2 p. 16 in codice legitur: εἶτα, sc. ἐστὶν, Ἐμπόριον· (πόλιν Ἑλληνίδα, supple φησίν, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον): nemo non glossam agnoscit, qua caveretur ne quis proprium urbis nomen pro appellativo haberet Similiter § 34 p. 36 verbis: Αὕτη, Leucas sc., ἐστὶ νῦν νῆσος τὸν ἰσθμὸν ἀποτεταφρευμένη subjicitur nota marginalis: Εὔριπος Διόρυκτος ἐν τῷ ἰσθμῷ. Porro § 107 p. 81 quum codex ita habeat: Ἐκ Θώνιδος δὲ πλοῦς εἰς Φάρον νῆσον ἔρημον (εὐλίμενος δὲ καὶ ἄνυδρος) στάδια ρν'. Ἐν δὲ Φάρῳ λιμένες πολλοί, ὕδωρ δὲ ἐκ τῆς Μαρείας λίμνης ὑδρεύονται: inclusa irrepserunt e margine, ubi tanquam argumenti indiculus adscriptum erat: Φάρος νῆσος ἔρημος, εὐλίμενος δὲ, καὶ ἄνυδρος. His adde § 26 p. 32, ubi de Apollonia ita habes: καὶ ποταμὸς Αἴας παραρρεῖ τὴν πόλιν. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Ἀμαντίαν ἐστὶ στάδια τκ'. (Καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραρρεῖ), in quibus dubium est num inclusa variam lectionem exhibeant, an ex eo orta sint quod de cursu Æantis fluvii aliquis notulam adscripserit. Præterea § 2, p. 16 post Iberis fluvii mentionem sequuntur hæc: Καὶ νῆσοι ἐνταῦθα ἔπεισι δύο, αἷς ὄνομα Γάδειρα· τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει ἀπέχουσαν ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν. Eadem vero iisdem fere verbis denuo leguntur § 111 p. 90 in Libyæ paraplo, ubi item a seriore homine addita sunt. Alius quidam videns hæc in Europæ descriptione ponenda fuisse, in initio peripli margini adscripsit, non ita tamen, ut quonam potissimum loco inserenda forent, indocto pateret librario, qui Gadium mentionem cum Ibere fluvio composuit, eoque errore ejecisse videtur Baleares insulas, quæ hoc loco memorandæ erant. Eadem ratio est § 13 p. 22, ubi in medium Siculorum oppidorum laterculum intruduntur verba: Ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος· τὸ δὲ κῶλον ἕκαστον αὐτῆς ἐστὶ μάλιστα σταδίων ͵αφ', in quibus novitium addidamentum vel stadiorum usus coarguit, quum in reliquo harum regionum paraplo secundum dies noctesque navigationis computetur. Haud minus inepte § 26 p. 33 in Illyricæ oræ descriptione abrupte et insulsis verbis interponuntur quæ ad Thesprotiam pertinent: Ἐν τῇ Κέστριδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον, ὄνομα Ἐρύθεια. Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἥκειν καὶ τοὺς βοῦς βουκολεῖν. Porro § 13, p. 22 verba: Νῆσος Καλυψοῦς, ἐν ᾗ Ὀδυσσεὺς ᾤκει παρὰ Καλυψοῖ non post, sed ante Crotonem ponenda erant. Sed hoc levius sit. Majoris momenti sunt luculentissima illa quibus linquens suetam narrationis ariditatem auctor de hortis Hesperidum vicinisque locis exponit § 108, p. 83 sq., inde a verbis Ἄνω δὲ ἐνταῦθά ἐστιν ὁ κῆπος τῶν Ἑσπερίδων usque ad v. κῆποι πλεῖστοι, Ζήνερτις. Quæ omnia

aliunde assumta et inepto loco inserta esse ex geographia et ipsorum verborum ratione in not. ad Anon. Stad. §57 p. 450 demonstravi (*). Alia quæ interpolationibus accensenda sunt, habes § 15 p. 24 : Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἔθνει (in Samnitum regione) γλῶσσαι ἤτοι στόματα τάδε· Λατέρνιοι κτλ., quæ in mediam phrasin intruduntur, et vocibus γλῶσσαι ἤτοι στόματα sequiorem ævum produnt, et argumento suo a reliquo peripli tenore discrepant. Simili librarii oscitantia in verba peripli inculcata sunt quæ § 62 p. 48 de Limodoriensibus traduntur; ne dicam istam populi hujus designationem a severiore historia et geographia prorsus videri alienam. Præter ordinem etiam memorantur, quæ de Canobo mythologica leguntur § 106, p. 81. — Quæ quum ita habeant, jure tu quæras an ceteræ quoque notulæ historicæ, quæ passim intersperguntur (**), bonam partem non tam sint uberioris olim narrationis laciniæ, quam magistellorum additamenta, etiamsi inustum hujus originis signum præ se non ferant. Quod ut de plurimis in medio relinquo, sic persuasum est postea demum addita esse quæ de Oceani ora in nostro libello leguntur. Nam quæ § 1 de Europæo Oceano exstant verba : Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν Εὐρώπῃ ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων καὶ πηλὸς καὶ πλημμυρίδες καὶ πελάγη, iis tam perfunctorie res absolvitur, ut non veterem periplum, sed præfixum ab obvio quovis centonem nemo non agnoscat. In fine autem opusculi nostri postquam auctor Libyæ paraplum ad Abilycen Herculis columnam Libyæque promontorium deduxerat, mirum est de Gadibus insulis sermonem fieri, quæ in Europa memorandæ erant; ac supra vidimus hunc locum jam pridem a docto aliquo ad initium peripli translatum ibique margini adscriptum esse. Nec minus offendunt quæ deinde denuo monentur de columnis Herculeis. Videlicet orta hæc sunt ex scholiis ad verba peripli p. 90 : Ἡράκλειος στήλη ἡ ἐν Λιβύῃ, ἄκρα Ἀβιλυκὴ, καὶ πόλις ἐν ποταμῷ καὶ ἀντίον αὐτοῖς τὰ Γάδειρα νῆσοι. Post hæc denique sequitur de Libyæ occiduæ ora narratio, cujus ubertas ab succincta maris interni descriptione mirum quantum discrepat. E pluribus fontibus male conflatam esse probant geographica, sicuti quæ de Phœnicum commerciis deque Æthiopibus leguntur, tam inscite composita sunt, ut ex arreptis hinc inde pannis consuta esse quisque perspiciat. Hæc igitur omnia a vetere maris interni periplo, qui fundus est nostri libelli, non minus aliena habeo quam subjuncta dua maris Ægæi διαφράγματα et viginti insularum maximarum laterculum, cui addas quæ p. 58 Europæ periplo de tribus fluviis maximis notula adspergitur.

59. Jam ut a rebus ad verba transeam, nihil nostro opusculo corruptius (***), nihil humilius est. Præterquam quod lacunæ et interpolationes orationem sæpe turbarunt, singula fere verba, præsertim nomina geographica, depravata sunt. In nonnullis locis omnis corrigendi conatus inanis; pleraque tamen vitia facili negotio tolluntur. At sublata etiam hac mendorum fœditate, residet oratio hiulca, horrida, pessime nexa, in paucarum formularum tædiosa repetitione sese continens, plebeja ac tantum non barbara. Haud sane desideramus in periplis comptæ dictionis cincinnos, sed perspicua logographorum simplitate libenter acquiescimus; at toto cœlo ab ea differt nostri libelli oratio, quam bonæ græcitatis tempora ferre omnino non poterant. Sensisse hoc videtur Gerhardus Vossius (De hist. gr. p. 167 ed. Westerm.), qui, « Propius, inquit, ad verum accedit aliquem ante secula non ita multa fecisse hoc compendium, fortasse temporibus demum Cæsaris Constantini Porphyroge-

(*) Quod ne in notis ad Scylacem facerem impediverunt quæ de hac regione tradidit Pacho. Postea meliora de ea docuit Beechey. Itaque loca, quæ inter Phycuntem prom. et Hesperides cum dubitationis signo in mappa Scylacei peripli posui, deleri velim.

(**) V. § 16, p. 24 de Umbris : τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος τιμᾷ Διομήδην, εὐηργετηθὲν ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ἱερόν ἐστιν αὐτοῦ. — § 21, p. 27 de gynæcocratia apud Liburnos. — § 22, p. 28, de Hyllis ab Herculis filio oriundis. — § 24 p. 30 de Cadmi et Harmoniæ monumentis ad Rhizuntem fl. — § 34 p. 36, de Corinthiis ab Acarnanibus auxilio accitis. — § 58 p. 47 : ἐν ταύτῃ (Io ins.) Ὅμηρος τέθαπται. — § 67 p. 54 : Δάτον, πόλις Ἑλληνὶς, ἣν ᾤκισε Καλλίστρατος. — § 81 p. 62 de urbe barbara ad Phasidem : ὅθεν ἡ Μήδεια ἦν — § 95 p. 69 : Τένεδος... ὅθεν Κλεόστρατος ὁ ἀστρολόγος ἐστίν. — § 98 p. 71 : Ἀχαιῶν λιμήν· ἐν τούτῳ λέγονται Ἀχαιοὶ βουλεύσασθαι ἐπὶ τὸν Τήλεφον πότερον στρατεύοιεν ἢ ἀπίοιεν. — Ib. : Σμύρνα, ἐν ᾗ Ὅμηρος ἦν (Smyrna nostri auctoris ætate nulla erat). — § 100 p. 74 de igne sponte sua nascente in Lycio monte Vulcani. — § 105 p. 79, de Arabum vivendi more. — § 106 p. 80 sq., de Ægypti figura bipennem referente. — § 109 p. 85 de Macis statis anni temporibus ad mare greges adducentibus. — § 109 p. 86 sq., de loto et lotophagis. — § 110 p. 88, de Gyzantibus et si quæ sunt similia, de quibus egit B. Fabricius in *Iahns Archiv* tom. XII, p. 5 sqq., notante Westermanno in *Paulys Realenc.* t. VI, p. 893.

(***) « One of the most corrupted books in the world. » Bentley On Phalarid. letters, p. 377.

nitæ, quo regia auctoritate ex præstantissimis scriptoribus laudabilia excerpi solent (*) ». Verum si Constantini demum ætate liber ex antiquo auctore excerptus esset, neque immanis illa verborum corruptio, neque interpolationes crebræ doctæque explicationem haberent probabilem; immo ea est operis indoles, ut nonnisi paullatim per longiorem scribarum seriem in istam miseriam delapsum esse possit. Itaque sponte sese offert conjectura scriptum nostrum, quod neque doctis destinatum erat, neque nautis ullam præbebat utilitatem, ex eorum esse numero, quæ in scholis a ludimagistris tractabantur (**). Cujusmodi compendia quum a multis describerentur, multifariam etiam corrumpebantur et magistrorum annotationibus passim aucta interpolabantur. Luculentissima rei exempla præbent codices Palæphati (de quibus vide Westermannum in Mythogr. præf. p. XI.), Apollodori, Dionysii Periegetæ.

60. Hactenus de libri argumento et habitu exteriore. Videamus deinceps de ætate veteris peripli, quem in eam formam seriores breviatores redegerunt. Pendet quæstio ex definienda ætate, cujus statum geographicum liber repræsentet. Hunc vero eruimus tum ex iis quæ ante certum quoddam tempus scribi non poterant, tum ex iis quæ non memorantur, sed memoranda fuissent, si post certum aliquod tempus auctor scripsisset. Collecta in hanc rem a viris doctis, ut Bougainvillio, Sancta-Cruce, Niebuhrio, Gailio, Ukerto, Letronnio, Clausenio, et quæ his addenda mihi relinquebantur, quum in annotatione fusius exposuerim, nunc potiora ordine chronologico paucis indicabo.

61. Memorantur in periplo: § 13. Messana Siciliæ urbs, id nomen nacta ab Anaxilao († Ol. 76, 1. 480 a. C.), antea Zancle dicta.—§ 43. Elis, συνοιχία πόλεων, post bella Persica constituta. — § 58. Muri longi Athenarum Ol. 84, 4. 451 a. C. structi. — § 12. Thurii Ol. 84,1. 444 a. C. conditi. — § 10. Campani, cujus gentis initia pertinent ad Ol. 85,3. 438 a. C. — § 67. Amphipolis Ol. 85, 4. 437 condita. — § 12. Heraclea ad Sirin condita Ol. 86, 4. 433 a. C. — § 62. Heraclea Trachiniæ condita Ol. 88,3. 426 a. C. — § 10. Cuma Campanorum urbs, qua Campani potiti sunt Ol. 89, 4. 421 a. C. — § 57. Sunium et Thoricus τείχη, quorum locorum alter munitus est Ol. 91, 1. 416, alter Ol. 92, 3. 410 a. C. — § 13. Taurominium, cujus initia pertinent ad Ol. 96, 1. 394 a. C. — § 18. Celtæ ad Padum fluvium ἀπολειφθέντες, sc. post Gallorum expeditionem an. 390 a. C. — § 23. Pharus ἡ νέος, Issa et Ancona a Dionysio circa Ol. 98, 4. 385 a. C. conditæ. — § 98. Leucæ in Asia minori Ol. 99, 2. 383 conditæ. — § 45. Lepreon pars Arcadiæ; cui adjecta est Ol. 103, 4. 365. Eadem tempora innuunt quæ § 46 de Messenia, tum recens instaurata, leguntur. — § 67. Datum opp. Callistrato auctore colonis frequentatum circa Ol. 105, 1. 360 a. C. (***). — § 61. Locrorum Epicnemidio-

(*) Idem jam statuisse videtur Isaac. Vossius ad Melam I, 16, p. 638 : « Certissimis argumentis evinci potest periplum istum, qui Scylacis Caryandensis nomen præ se fert, quemque adolescens admodum recudendum curavi, cujusvis esse potius quam Scylacis. In omnibus fere abit a Scylace quam longissime, ut in secundis curis clarius docebimus. Sic enim solebant Græculi sequioris ævi, ut anonymis scriptis notos sæpe affingerent auctores. »

(**) Letronnius, Poëm. géogr. p. 172 : « On sent qu'un livre aussi incomplet, aussi peu detaillé, *n'était qu'un livre élémentaire,* et n'a pu être, quoi qu'on en dise, d'aucune utilité pratique aux navigateurs. Note : Mannert I, p. 67 et Walckenaer, *Géogr. anc. de la Gaule* I, p. 30, croient le contraire. » Quibus adde Niebuhrium (*Kleine hist. u. philol. Schriften* tom. I : *Ueber das Alter des Küstenbeschreibers Scylax von Karyanda* p. 107, et Clausen in Scyl. edit. p. 261, ubi contra Sanctacrucem ceterosque, qui nostrum periplum Scylaci logographo vindicabant, disputat : « Itaque si in nautarum usum editum erat hoc opus, is haud dubie in eo status exhibebatur, qui erat ætatis editoris ipsius. Aliorum vero usui eum haud fuisse destinatum est certissimum (!) : soli (!) enim portus, litora, loca in litoribus conspicua et navigationum longitudines describuntur [At ita hoc fit, ut nautis nullus eorum usus esset. Quid nauticus sit periplus vide in Stadiasmo Maris magni.]... Neque ab ullo homine ingenuo Atheniensi ferri poterat hic liber, nisi a nautis, quia universe prave scriptus est, omni carens orationis pulcritudine, puritate et ornatu. Neque hæ maculæ pro interpolationibus haberi possunt; manent enim sat multa quæ prava sunt, licet plura ejeceris : itaque hanc viam a novissimo editore (Gailio sc.) initam omnino deserui. Sed est scriptus hic liber ab homine rudi, in scribendo minime exercitato, qui loca in litoribus obvia ordine recensuit ut ipsi nota erant et ut facillime enarrabantur, nulla omnino opera adhibita. Itaque oratio est vulgaris nautarum, est oratio hominis barbari, qui græce sciebat, sed minime eleganter, qui ea in scribendo usus est dialecto, quæ erat ejus urbis, quæ in maribus Græcorum imperium exercebat, etc. » — Cum Letronnio recte facit etiam Fabricius in *Zeitschrift f. Alterthumsw.* 1844 N. 137, ut disco ex Westermanno in *Pauly's Realencycl.* v. *Scylax* t. VI, 1 p. 892.

(***) In annot. ad p. 55 putabam rem pertinere ad illud tempus quo Philippos Philippus condidit (Ol. 105, 3. 358 sec. Diodor. XVI, 8, 6); sed ponenda potius in Ol. 105, 1. 360, ut e collatis Zenobii et Diodori et Hyperidis locis probabile fit. Nam Zenobius IV, 34 : Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ ἐκπεσὼν Ἀθήνηθεν ἔπεισε τοὺς Θασίους τὴν ἀντιπέραν γῆν οἰκίσαι. Diodorus vero XVI, 3, 7 ad Ol. 105, 1 : ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Θάσιοι μὲν ᾤκισαν τὰς ὠνομαζομένας Κρηνίδας, ἃς

rum urbes Phocensibus tribuuntur, quorum in potestatem venerunt Ol. 106, 4-107, 1. 353-352 a. C. — § 62. Echinus urbs est Maliensium. Thebanis eam ademerat Philippus ante Ol. 109, 4. 341, quo anno Demosthenes Philippicam tertiam dixit. Maliensibus urbem rex attribuisse videtur Ol. 109, 1. 344, quo tempore res Thessaliæ ordinavit. — § 62. Naupactus non Locridis, sed Ætoliæ urbs est. Ætoliæ eam addixit Philippus, teste Strabone; sed an. 341 nondum dederat, promiserat tamen, ut e Demosthene novimus; dedisse igitur videtur e Thracia redux anno pugnæ Chæronensis, Ol. 110, 3. 338 a. C.

62. Hinc igitur colligimus periplum non ante annum 338 scriptum esse. Neque vero etiam multo post hunc annum scribi potuit. Nam Macedonia orientem versus ad Strymonem usque pertinere dicitur, quum Alexandro regnante Nessus fluvius terminus esset. Porro non modo urbes a successoribus Alexandri conditas auctor noster ignorat, sed ne Alexandriæ quidem meminit (quod jam vetus scholii auctor animadvertit). Mitto quod Tyrus ei adhuc insula est; nam hoc temporis indicium, si solum exstaret, parum probaret, quum sæpius in periplo non ea quæ tunc erant, sed quæ fuerant quasi adhuc essent, memorentur. Sic inter urbes recenseri vides Smyrnam, quæ tunc nulla erat, et Himeram et Agrigentum, an. 409 et 405 deletas, et juxta Tauromenium habes Naxum an. 403 eversam, sicuti juxta Thurios affertur Sybaris. Porro memorantur Pydna Ol. 105, 3. 355 eversa, et Methone et Olynthus, eandem sortem nactæ (illa Ol. 106, 4. 353, hæc Ol. 108, 1. 348), et Apollonia aliæque Chalcidices urbes a Philippo dirutæ, nec non an. 345 Amphictyonum jussu solo æquatæ Cnemis, Panopeus et Anticyra. Quas quidem eversiones, quum partim ad urbes olim celeberrimas pertinerent, partim recentissimæ essent, vetus peripli auctor ignorare non potuit; non tamen inde sequitur de urbibus illis infortunio suo claris omnino non monendum fuisse; nec quidquam mirari licet nisi stuporem ejus, qui ex vetere illo periplo compendium nostrum excerpens nuda urbium nomina apposuisse satis habuit. Quod Eubœæ urbs, quæ inde ab anno 445 Oreus vocabatur, nonnisi prisco Hestiææ nomine memoratur, non premo, quoniam idem etiam aliis accidit. Eodem denique pertinet, quod § 46 Ithomen habet pro Messene tunc recens condita.

63. Igitur periplus, cujus epitomen habemus, scriptus esse videtur inter Ol. 110, 3 et 111, 2. 338-335 a. C. Inter pugnam Leuctricam et interitum Methonæ et Olynthi, sive 370-360, scriptum librum esse censuit Bougainvillius (*Mém. sur le voyage de Hannon* in *Mém. de l'acad. d. inscr. t.* XXVIII, p. 266); Niebuhrius l. l. p. 122, ob Dati a Callistrato colonis aucti mentionem auctorem scripsisse putavit post 362, et propter Olynthi mentionem ante an. 348. E Niebuhrio pendet Ukertus. Fugit eos quod jam Palmerius viderat, non ante an. 352 Ol. 107 scribi potuisse quæ de Locrorum urbibus Phocidi attributis leguntur. Hac ipsa Olympiade 107 media vel exeunte periplum scriptum esse censet Clausen. l. l. p. 274 et 271, ubi dicit: « Urbs Leucæ conditæ Ol. 107, 1. 352 (Diodor. XV, 18). Et hinc et e mentione Thronii patet, scripsisse Scylacem non ante mediam Ol. 107. » Quæ repetit Forbiger *Geogr.* I, p. 115, quamquam Diodorus Leucas conditas tradit non Ol. 107,1, sed Ol. 99,2. 383. Letronnius l. l. eum rerum statum adumbrari censet, qui erat inter annos 349 et 345. Ita habet p. 212: « Selon le périple, toute la presqu'île de Chalcidique est comprise dans la Macédoine; ce qui n'a pu être vrai qu'après la prise d'Olynthe en 348: auparavant cette presqu'île était censée appartenir à la Thrace. » Idem p. 214: « Ainsi les indications les plus récentes de toutes se rapportent aux années 363, 353 et 348 avant notre ère; d'un autre côté, le périple compte comme existantes les villes d'Anticyre, de Cnémis et de Panopeus, villes qui furent rasées par l'ordre des amphictyons, en 345 avant notre ère. Il semble donc que les sources auxquelles le rédacteur a puisé pour cette partie du périple, ne sont ni antérieures à l'an 363 (deb. 348), ni postérieures à l'an 345 avant notre ère. » At si ultra eversionem Olynthi urbis a Nostro memoratæ progrediendum est, cur gradum inhibeat mentio Anticyræ, Cnemidis et Panopei? Addit Letronnius p. 216: « En résumé, d'après l'époque des faits les plus récents qu'offre la description de la Grèce, dans notre périple, on peut regarder comme très-problable qu'elle a dû être ti-

ὕστερον ὁ βασιλεὺς ἀφ' ἑαυτοῦ ὀνομάσας Φιλίππους ἐπλήρωσεν οἰκητόρων. Himerius Or. VI, c. 1 p. 59 ed. Dübner: Ἦν γὰρ πόλις ἀρχαία καὶ πρὸ Φιλίππου Φίλιπποι· δῆμος Ἀττικός, ἔργον Καλλιστράτου. Callistrati historiam docte exposuit Arnold Schæfer in Philologo Gœttingensi 1848 t. III, p. 577-609.

rée d'Éphore et de Philéas, qui avaient également servi au prétendu Dicéarque et à Scymnus de Chio. » At Ephori historia pertinebat usque ad annum 340, nec postrema ejus pars statim post hunc annum scripta est, siquidem an. 335 auctor adhuc in vivis erat, et liber ultimus ne ab ipso quidem, sed a Demophilo demum filio elaboratus est. — Et hæc fere sunt de ætate peripli sententiæ, quarum facienda erat mentio; ceteras quum dudum viri docti refutaverint, veterem cramben non recoquo (*).

64. Jam si quis totius maris interni periplum composuit, consentaneum est non ipsum omnia vidisse et emensum esse, sed plurima ex aliis assumsisse, adeoque statum geographicum, qualis ætate scriptoris erat, in iis tantum regionibus exhiberi, quæ præ ceteris ei notæ erant. Itaque quum ad postremos annos Philippi nonnisi in Græciæ, Macedoniæ et Thraciæ descriptione descendere liceat, in his vixisse auctorem conjicimus. Idem colligas e § 40, ubi postquam sinum Corinthium auctor legerat usque ad intimum recessum, hinc dicit per isthmum quadraginta stadiorum viam esse πρὸς τὴν ἐπὶ ἡμῶν θάλασσαν. Scripsit igitur ab oriente hujus isthmi, Athenis forsan, ut bene monuit Letronnius p. 243. De longinquioribus regionibus scripta geographica adhibuerit, quæ tunc nancisci poterat recentissima. De *Italia et Illyria* nihil novit quod sit posterius ætate Dionysii tyranni, qui ad Anconam usque mare Adriaticum Græcis patefecerat. Quare Noster de intimo ejus sinu parum adhuc accurata habet, in cetera parte bene doctum se præbet. Dionysii res in mari Adriatico gestas fuse exposuerat neque geographica in his neglexerat Theopompus, qui in Hist. libro XXXIX, rebus Macedonicis anni 348 prolixum de Siculo tyranno excursum intexuit. At Theopompi historiis, quæ pertinebant usque ad mortem Philippi, uti Noster non potuit, qui sua sumserit unde Theopompus sumserat, e Philisto vel alio Siculo scriptore rerum Dionysii. Nostrum non novisse statum rerum Italicarum, quæ erant circa 350 a. C., eo probatur quod Bruttiorum gentem an. 356 conflatam non memorat. — De *Ponti* ora boreali accuratiora habet Herodoto, ut recte monet Ukertus. In meridionali litore inde a Phaside quum de populorum barbarorum serie alii alia tradere soleant, cum Nostro in singulis fere egregie consentiunt Argonautica Apollonii Rhodii et Dionysii Periegesis. Sed quinam primus hæc sic in scripto aliquo geographico tradiderit, ego quidem dicere non habeo (**).

65. *Asiæ minoris* oram occiduam et meridionalem Noster ex auctore petivit, qui item junior erat Herodoto nec ita multum ante Philippi tempora scripsit. Rem testantur Leucæ Ioniæ (p. 71), quam urbem an. 383 conditam esse e Diodoro constat. Quodsi Letronnius Leucarum nomine non urbem sed promontorium nostro loco significari opinatus est, causa sententiæ in eo posita est, quod complura inesse hujus oræ descriptioni viderentur, quæ antiquiorem ætatem arguerent. Primum enim in Rhodo insula (p. 73) non Rhodum urbem, sed nonnisi tripolim memorari dicit. Ad eandem rem Mannertus attendens, ex hoc uno loco periplum ante an. 408 scriptum esse collegit. Contra Niebuhrius verba peripli laborare, nec posse argumentum peti e loco corrupto, rectissime monuit. Huc accedit quod Rhodi omissio nihil magis quam Byzantii aliarumque urbium probaret, quippe quam librariis vindicare licet; ac reapse vel horum culpa Rhodi urbis mentionem excidisse vel pro corruptis Ῥόδος... νῆσος τρίπολις ἀρχαία πόλις leg. esse νῆσος καὶ πόλις· τρίπολις ἀρχαία, κτλ., ex eo suspiceris quod quum tripolis

(*) Clausenius l. l. p. 273 : « Periplus tribuitur Scylaci antiquissimo ætatis Darii Hystaspis a Luca Holstenio (Bredow Epist. Par. p. 13), Fabricio (Bibl. gr. IV, 1, 106), Hagero (*Geogr. Büchersaal*, I, p. 560), Sainte-Croix (*Mém. de l'acad. d. inscr.* XLII, p. 350; *Exam. crit. des histor. d'Alex.* ed. II, p. 730), Bayero (De situ Scythiæ comm. Petrop. III, p. 96). Quibus assentitur Gailius. — Scylacem paullo post Herodotum scripsisse censuit Mazocchi Tabb. Heracl. p. 101; ineunte bello Peloponnesiaco Mannertus (Geogr. I, p. 70); post Timæum Cluverius (Ital. Ant. IV, 4, p. 1166); Scylacem vixisse ætate Polybii cens. Dodwellus (Dissert. de Scyl.), Wassius (ad Thuc. II, 97). »

(**) Vivien de Saint-Martin *Recherches sur les populations primitives du Caucase* (*Paris* 1847) p. 57 : « Sur l'époque de la portion du Périple de Scylax qui se rapporte aux côtes du Pont, et sur les sources d'où elle fut tirée, voy. notre *Histoire géographique de l'Asie mineure*, tom. I, p. 278. » Eo libro uti mihi non licebat. Ceterum peripli nostri auctor Martino est Scylax, qui seculo sexto a. Ch. scripsit, ideoque Ponticum Scylacis periplum dicit l. l. « rédigé sur des matériaux milésiens » Cf. Idem. in *Mémoire historique sur la géogr. anc. du Caucase* (*Paris* 1847) p. 22 : « Ces notions (quæ de Ponticis regionibus per Milesios innotuerint et ab Onomacrito in Orphica illata sint) sont d'ailleurs arrivées jusqu'à nous, au moins en partie, dans leur forme probablement originale; c'est le périple de Scylax de Karyanda, document précieux de la fin du sixième siècle avant J.-C., qui nous les a conservées... La partie qui se rapporte aux côtes septentrionales et orientales de l'Euxin ne porte aucune trace d'additions postérieures à la rédaction primitive. »

Rhodia dicatur ἀρχαία, eo ipso recentiori insulæ urbi ab auctore opponi videtur. — Alterum sententiæ suæ argumentum Letronnius profert hocce p. 221 : « Selon le périple (§ 98 p. 79), ait, le pays d'Atarnée en Mysie appartenait aux habitants de Chios : c'est Hérodote (I, 160) qui nous apprend qu'ils obtinrent de Cyrus la possession de ce pays pour prix d'une trahison : ils le possédaient encore lors de l'expédition de Xerxès (Hér. VIII, 106); mais *il paraît* qu'il était rentré sous la domination persane, lorsque les refugiés de Chio s'emparèrent d'Atarnée en 409 (Xén. Hell. III, 2, 11. Diodor. XIII, 65). Cette ville appartenait aux Perses quand Eubulus y usurpa l'autorité vers 356, et elle rentra sous leur domination à la mort d'Hermias (Diodor. XVI, 52. Strabo p. 610). Il me semble donc qu'on peut considérer cette indication comme antérieure à l'an 409 a. J. C. ». Vides hæc mera niti conjectura et ne probabili quidem. Nam Chii qui ex insula ab adversa factione ejecti Atarneum se receperunt eamque urbem arcem belli constituerunt, unde reditum sibi pararent, quo tandem pacto tantos spiritus sumserint, ut regi Persarum urbem eriperent ereptamque non modo contra Persas defenderent, sed Chiis quoque bellum ex ea inferrent? Nonne res suadere potius videtur urbem tunc a Chiorum ditione nondum fuisse alienam? — Tertium Letronnius argumentum inde petit, quod Ciliciæ et Syriæ terminus apud Herodotum et Scylacem sit Orontes sive Thapsacus fl., dum apud Xenophontem (An. I, 4, 4, 4) pylis Syriis Cilicia a Syria dirimatur: adeo ut hæc peripli pars auctorem prodat qui ætate inter Herodotum et Xenophontem medius sit. At Herodoto Cilicia non est ea regio quæ vulgo sic vocatur, sed una ex viginti satrapiis regni Persici, quæ septentriones versus usque ad Armeniam (I, 72), versus ortum ad Euphratem, versus meridiem ad Orontem pertinebat. Eo igitur sensu Cilicia usque ad Orontem pertinuerit per omne tempus quo stetit regnum Persarum, dum regio Cilicia angustiore vocis sensu etiam Herodoti ætate eodem modo quo apud Xenophontem determinari potuit. Itaque si de Ciliciæ termino, sicut de aliis nonnullis, cum Herodoto Noster consentit, nihil hinc de ætate scriptoris, qui hæc suppeditaverit, concludere licet, et acquiescendum nobis est in certiore temporis indicio, quod ex anno conditarum Leucarum elicitur.

66. In sequente ora *Syriæ, Arabiæ, Ægypti* quum non amplius diebus navigationis, sed secundum stadia distantiæ definiantur, alium auctor fontem exscripsisse videtur, quem non adeo antiquum fuisse ex stadiorum usu colligo, quippe qui recentiorum potius quam antiquiorum geographorum esse solet. Certius ætatis indicium frustra circumspexi. Letronnius l. l. p. 224 Ægyptiæ oræ descriptionem e periplo fluxisse censet, qui Herodotea ætate non junior, probabiliter vero antiquior sit : « J'ai observé (in Strabonis versione gallica tom. V, p. 359) que Canobe ville est presentée (§ 106, p. 81) comme *île* ou une presqu'île (je dis une presqu'île, parce que νῆσος a quelquefois ce sens dans les anciens auteurs) inhabitée, tandis que Thonis située auprès de Canobe, et qui fut ruinée (*) après la fondation de cette dernière, y est donnée comme une ville encore existante. Or la *ville de Canobe* est déjà citée par Eschyle dans le Prométhée lié (846. Adde Suppl. 309), écrit vers 450 av. J.-C. Il est clair que cette partie du périple est au moins de l'époque d'Hérodote et vraisemblablement elle est plus ancienne encore. Je suis disposé à croire que l'auteur a eu sous les yeux une ancienne description de la côte d'Égypte dressée par quelques-uns des pilotes ioniens qui, depuis le règne de Psammetichus, durent prendre une connaissance assez précise de cette côte. » At nimis hæc sunt opinabilia, quam ut firmius argumentum suppeditent. Nam primum sumitur νῆσον dici continentis partem in qua Canobus urbs condita, aut tæniam istam olim insulam fuisse, dum inter urbem Canobum et insulam distinguunt Eustathius ad Dion. 13 et Stephanus Byz. v. Κάνωπος, et Canobus inter insulas maris Mediterranei enumeratur apud Melam II, 7, 6 (*Parva et Canopos, Nili ostio quod Canobicum vocant, obvia est*) et Plinium V, 34, § 128 (*Insularum ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelai gubernatore, ut ferunt, dicta*) et Solinum c. 31. Deinde quæritur an non etiam in continente *urbem* Canopum juxta Thonin periplus memoraverit; nam in antecc., ubi oppida singulis Nili ostiis apposita recensebantur, ea quæ ad septimum ostium pertinebant, dilacerato codicis folio

(*) Cautius loquitur in Strabonis vers. l. l. : « Il *paraît* que Thonis fut détruite d'assez bonne heure et que Canobe lui succéda. »

perierunt. Præterea autem mythologica hæc: Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι τῷ Κανωβικῷ ἐστι νῆσος ἐρήμη, ᾗ ὄνομα Κάνωβος· καὶ σημεῖά ἐστιν ἐν αὐτῇ, τοῦ Μενέλεω τοῦ κυβερνήτου τοῦ ἀπὸ Τροίας, ᾧ ὄνομα Κάνωβος, τὸ μνῆμα. Λέγουσι δὲ Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ προσχώριοι οἱ τοῖς τόποις Πηλούσιον ἥκειν ἐπὶ τὸ Κάσιον, καὶ Κάνωπον ἥκειν ἐπὶ τὴν νῆσον, οὗ τὸ μνῆμα τοῦ κυβερνήτου: hæc omnia, inquam, a vetere periplo aliena et postea addita esse inde colligis, quod non leguntur, ubi de Nili ostiis sermo erat, sed postquam alia his auctor subjunxerat et summam totius Asiæ peripli jam collegerat, tamquam appendix adjiciuntur, sicuti etiam Europæ et Libyæ periplis ejusmodi annotationes assuta esse videmus. Denique Canobum oppidum Herodotea demum ætate vel paullo antea exstitisse parum probabile est. Nihil sane tribuere liceat fabulis quæ originem urbis a Trojanis temporibus repetunt (v. Eustathius ad Dion. 13), at facile largieris Canobum Menelao navis gubernatorem e nomine loci Ægyptii effictum esse; de Canobo autem fabulam ex Νόστων, ut videtur, carminibus acceperunt logographi inter eosque antiquissimus Hecatæus (*), quem etiam locum Canobum in Libyæ periplo memorasse e Stephano Byzantio (**) constat. Itaque nisi statueris satis longe ante Hecatæum et communem literarum usum a nautarum vulgo stadiasmos conscriptos esse, quos Philippi temporibus auctor peripli nostri, utpote ab omni interpolatione liberi, adhibuerit: nihil video quod ad antiquitatem fontis, ex quo Ægypti paraplus petitus sit, definiendam facere possit. Quod præterea in periplo legitur Ægypti figuram similem esse bipenni, cujus arctissima pars sit ad Memphim, unde deinceps meridiem versus subinde latior fiat: id quidem parum accurate dictum est; at peripli auctorem de mediterraneis falsa afferre nihil adeo mirum habet, neque antiquitatis indicium hinc repetiverim.

67. In *Libyæ* paraplo usque ad Carthaginem auctor fontes adhibuisse debet optimos, quum in ora quæ inter Ægyptum et Cyrenaicam interjecta est, distantiæ secundum navigationis dies non a populo ad populum, sed a portu ad portum exputentur, in ipsa autem Pentapolis regione accuratior stadiorum mensura adhibeatur. Quodsi exceperis quæ multis seculis post Ptolemæus et Stadiasmi scriptor anonymus de Libyca ora tradiderunt, nihil habemus quod hac peripli parte sit luculentius. Auctorem ejus juniorem esse Herodoto, qui ne Syrtes quidem duas novit, dubium non est, sed certius ætas ejus constitui nequit. Multo minus liquet de ea peripli parte quæ a Carthagine pertinet ad columnas Herculeas.

68. Quemadmodum igitur Græciam et Macedoniam auctor quales ipse Philippi annis postremis noverat, describit, sic in reliqua maris interni ora fontes paullo antiquiores quidem, sed qui Philippi ætate recentissimi fuisse videntur, adhibuerit; certe in Italiæ, Illyriæ et Asiæ minoris paraplo nihil occurrit quod anno 380 sit recentius, et in reliquis nihil suppeditatur quod cogat ut ad altiorem ætatem adscendamus. Nomen auctoris, quem in Græcia vel Macedonia scripsisse consentaneum est, nescimus. Post alios levi brachio rem tangentes Sainte-Croix, quem unus secutus est Gailius, nullus dubitavit, quin Scylax Darii Hystaspis æqualis intelligendus esset; nimirum si quæ vidit cum hac sententia non concilianda, ea ab interpolatoribus esse profecta censuit, alia vero, quæ item seriorem ætatem arguunt, aut omnino non animadvertit, aut ita est interpretatus, ut ex iis ipsis antiquitatem peripli demonstrare conaretur. Quæ singula quum in annotatione passim indicaverim, et quam aliena sint a crisi saniore, certatim Niebuhrius, Letronnius, Odofredus Müllerus, Clausenius demonstrarint, rem dudum profligatam denuo pertractare nihil attinet. Vetus aliquod opus geographicum interpolatum esse per se nihil absonum habet, atque nostrum quoque opusculum magistellorum notis e margine assumtis sæpenumero auctum et turbatum esse supra vidimus. Itaque admitti Sanctæ-Crucis sententia posset, si uno alterove loci nomine ejecto, reliqua Darii Hystaspis ætatem referrent. Nunc vero ita res

(*) Ap. Aristid. Or. Æg. II, p. 359 Jebb.: Ὁ τοίνυν Κάνωβος ὄνομά ἐστι Μενελάου κυβερνήτου, ὡς Ἑκαταῖός τε δή φησιν ὁ λογοποιὸς καὶ τὸ κρίνον τῆς φήμης· οὗ τελευτήσαντος περὶ τὸν τόπον τοῦτον λείπεται τοὔνομα ταυτί, φημί, ὡς Ἕλληνες λέγουσι. Locus addendus fragmentis Hecatæi.

(**) St. B.: Ἑλένειος, τόπος πρὸς τῷ Κανώβῳ· Ἑκαταῖος περιηγήσει Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Ἑλενειεύς. Quum in Libya recenseatur locus, ab occidente Canobici ostii ponendus. Ibidem collocandam esse Thonin urbem e nostro periplo colligitur, et ex ratione qua fabulæ Canobi, Thonis et Helenii nomina jungunt probabile fit. — In Hellanici fr. (F. H. t. IV, p. 632) ap. sch. Odyss. δ' 288 pro vulgata: ὁ Θῶνος (l. Θὼν) βασιλεὺς ἦν τοῦ Κανώβου καὶ τοῦ Ἡρακλείου στόματος, legi possit τοῦ Κανώβου κατὰ τὸ Ἡράκλειον στόμα; at leg. potius τοῦ Κανωβικοῦ τοῦ καὶ Ἡρ., collata quæ absque auctoris nomine eadem refert Eustathius ad Hom. l. l.: Φασὶ δὲ αὐτὸν βασιλέα εἶναι τοῦ κατὰ Κάνωβον Νειλῴου στόματος, εὑρέτην ἰατρικῆς παρ' Αἰγυπτίοις, παρ' οὗ καὶ πόλιν Θῶνιν (Θῶνος schol. Hom.) ὀνομασθῆναι.

habet, ut dicendum foret totum opus in novam compagem redactum et ad serioris ævi statum geographicum accommodatum, et mensuras distantiarum aliter adornatas et orationis dialectum mutatam nec quidquam ex antiquo Scylacis opere servatum esse præter ea quæ cur mutarentur caussa non subesset. Eodem igitur jure cuicunque auctori recentiori antiquiorem aliquem in eodem argumento versatum substituere licebit. Quod quam sit ludicrum, quum pateat, plurimi, ut Mannertus, Niebuhrius, Ukertus, Clausenius, de alio quodam Scylace Caryandense cogitarunt iis florente temporibus, quæ ex periplo nostro quisque sibi eruere visus est. Hujus sententiæ probabilitas unice pendet e fide tituli, quem codex noster exhibet. Cui si mordicus inhærere velis, quæ avellere valeant argumenta certissima non habeo. Quamquam in hisce rebus sublestam esse nostrorum librorum auctoritatem exemplis constat, et opuscula quæ per scholas circumferebantur, præ ceteris falso inscribi notissimis nominibus solent. Huc accedit quod facile fieri potuit, ut titulus noster sero demum adscriberetur. Nam quum antecedentis operis pars posterior in codice nostris libris antiquiore, avulso uno quaternione, jam deperdita esset (v. p. XIII), et quum quæ initio nostri peripli leguntur, tam hiulca sint, ut postea addita videantur : nihil mirum foret una cum antecedentis operis fine etiam sequentis peripli initium cum eoque titulum fronti præfixum periisse.

69. Letronnius ad Scylacem nonnisi eam refert operis partem quæ est de Asia minore. Quod præter necessitatem et eversis veterum testimoniis fieri supra monui. De toto autem periplo nostro ita statuit p. 243 : « Que la compilation de notre périple ait été l'ouvrage d'un Scylax dont l'histoire n'a point parlé, ou qu'on ait appliqué à la compilation entière le nom d'un des auteurs qui avaient été mis à contribution, c'est ce qu'il est maintenant impossible de décider; mais la dernière conjecture mérite selon moi la préférence; car il paraît à peu près certain que l'auteur de cette compilation vivait à Athenes... A quelle époque cette compilation a-t-elle rédigée? Cette question, sur laquelle on a tant insisté, me paraît insoluble. Dans l'état où j'ai mis la discussion, il n'y aurait plus que les indications tirées du style dont ou pourrait se servir; mais celui du périple convient au siècle d'Alexandre comme à celui de Polybe (!) : aussi les partisans de l'ancienneté de ce livre, le baron de Sainte-Croix et M. Gail fils, ont-ils été obligés de supposer qu'il avait été *traduit* de l'ionien en langage commun ; hypothèse toute gratuite, et j'ajoute bien peu probable pour un livre de ce genre; car le grand nombre d'anciens périples écrits dans le dialecte ionien avaient tellement habitué à voir ce dialecte employé pour de tels ouvrages, qu'au second siècle de notre ère, Arrien le *choisit* pour la rédaction de ces *Indiques* qui contiennent le périple de Néarque. — Dodwell (*), d'après le passage de Suidas, a conjecturé que le redacteur du périple était contemporain de Polybe : on lui a objecté que ce Scylax n'aurait pu manquer de glisser dans son livre quelque trace du temps où il vivait. Cet argument négatif n'est pas sans force; mais il ne suffirait pas à lui seul pour faire rejeter l'opinion du savant Anglais. L'histoire de la géographie fournit plus d'un exemple de compositions géographiques rédigées à une époque récente, et qui cependant ne présentent aucune trace de cette époque. Par exemple, S. Basile le Grand (in Hexaem. Op. I, p. 27 sq.), dans un résumé géographique assez detaillé, s'appuie uniquement sur la géographie d'Éphore, laissant de côté ou ignorant les résultats des découvertes de sept siècles; Nicéphore Blemmide, au treizième siècle de notre ère, a redigé un abrégé géographique (γεωγραφία συνοπτική), qui n'est qu'un extrait fidèle du poème de Denis le Périegète; et si, ne connaissant pas plus Nicéphore Blemmide que nous ne connaissons l'auteur du périple dit de Scylax, nous étions obligés de chercher son époque dans les faits géographiques qu'il énonce, nous pourrions nous tromper de douze ou treize

(*) De Dodwelli dissertatione ita censet Niebuhrius in *Klein. Schriften* I, p. 113 : « Diese Abhandlung gehœrt zu den schlechtesten Arbeiten Dodwells in dieser Art. Ich kann aber überhaupt nicht darüber schweigen, dass die Autoritæt dieses absprechenden chronologischen Kleinkræmers durchgehends viel zu hochgehalten wird, und eine Menge Irrthümer festgestellt hat. Wenige werden Lust haben, seine in der allerermüdendsten Manier verfassten Abhandlungen prüfend durchzugehen : um so mehr verführt die scheinbare ængstlich gewissenhafte Genauigkeit seiner Festsetzungen, ihm mit Respekt auf das Wort zu glauben. Aber wenn man den Verdruss überwindet, und seine langen Argumente zergliedert, so wird man allenthalben ungerechtfertigte Folgerungen, und die unnatürlichste Verbindung der Fakta um Schlüsse zu erzwingen, dabei eine vœllige Entblœssung von richtigen Sinn, entdecken, seine Meinungen vielmehr mistrauend als mit Gunst vernehmen, und in seinen weitlæuftigen Arbeiten nur Materialien suchen. »

cents ans. La seule chose qui nous avertirait de la méprise, ce serait le style, où le philologue exercé saurait bien reconnaître les traces d'un âge plus récent. D'après ces exemples, on voit qu'il n'est pas très-sûr de prendre l'époque des faits géographiques les plus récents que contient le périple, pour celle de la *rédaction* de l'ouvrage; ils montrent seulement la limite au-dessus de laquelle on ne peut la placer; mais ils laissent dans une grande incertitude sur la limite inférieure; et tout ce que l'on peut conclure du style, c'est que la redaction est beaucoup plus ancienne que celle qui lui était assignée par Vossius le père dans la période byzantine. Pour moi, en rapprochant le style de l'ensemble des faits de l'ouvrage, je me sens fort enclin à en placer la rédaction entre l'an 356 et la mort d'Alexandre. Cette opinion me semble la plus probable et la plus concordante avec toutes les données; cela ne m'empêche pas d'avouer que je ne vois pas quelle raison solide on pourrait opposer à celui qui préférerait l'époque admise par Dodwell ou même une époque un peu plus récente encore. Mais ce qui n'est point incertain, ce qui résulte clairement de l'ensemble de ces observations, c'est que le périple est réellement une compilation, et que les diverses parties en ont été tirées de matériaux d'une date approximativement connue, dont les plus récents sont du règne de Philippe de Macédoine. Ce résultat était plus nécessaire à établir que la date précise de la rédaction, date qu'il me paraît maintenant impossible de déterminer autrement que par des suppositions plus ou moins probables, et qui, heureusement, n'est d'aucune importance pour l'histoire de la géographie. »

70. Letronnii sententiam approbavit Od. Müller (*), et Fabricius (**), nisi quod hic cum Vossio totum periplum Byzantinorum demum temporibus e variis fontibus conflatum esse censet propter orationis barbariem; in quo assentitur ei Westermannus (in *Pauly's Real-Encycl.* v. *Scylax*). Ac sane quo pacto dictionem nostri opusculi tum in Alexandri tum in Polybii ætatem cadere contendas, non perspicio. Neque magis tibi persuaseris periplum hunc Polybii tempore potuisse componi. Nam literatissimo ævo Polybiano non ea quæ Byzantinis temporibus erat doctrinæ clades, adeo ut periplus scriberetur qui statum geographicum duobus seculis auctoris ætate antiquiorem exhiberet, nullamque haberet rationem ingentis rerum conversionis, quæ post Alexandrum Magnum faciem orbis terrarum mutavit. Ab altera parte nihil est cur ex oratione Nostri barbara colligamus Byzantinis demum temporibus, quibus magna totius maris interni periplorum copia præsto erat, nostrum periplum e variis singularum regionum paraplis esse concinnatum. Quæ sententia fortasse probabilitatis speciem haberet, si reapse periplus noster ex incongruis prorsus fontibus collectus esset. Id vero nemo hucusque demonstrare valuit, nec ullos nos novimus periplos particulares, quos aptius Noster Philippi temporibus componere potuisset; adeo ut compilatoris nomen ad auctorem nostrum nonnisi eatenus pertineat, quatenus omnis fere maris universi periplus e compluribus fontibus corrivari consentaneum sit. Reducimur itaque ad sententiam sæpius jam significatam, ex qua periplum postremis annis Philippi auctor edidit qui ab occasu isthmi Corinthii, Athenis, ut videtur, degens, Græciam et Macedoniam Thraciamque marte proprio, ceteras oras ex paraplis quos tunc nancisci poterat novissimis descripsit. Hoc opus sero demum, tertio vel quarto, ut suspicor, post Christum sæculo, in macilentum negligenter redactum est compendium; quod quum in scholis usurparetur, exemplaria ejus ludimagistri adscriptis passim notulis subjunctisque appendicibus pro more auxerunt. Præfixum libello est, nescio quam recenti mendacio, tanquam τηλαυγὲς πρόσωπον, nomen celebre Scylacis Caryandensis, vetustissimi logographi, a quo diversum aliquem geographum cognominem veteres novisse probari nequit.

(*) Die Etrusker I, p. 159: « Scylax Periplus, er sei zum Behufe von Schiffern oder Schülern gemacht, ist sicherlich eine Compilation, bei der Materialien von verschiedenen Verfassern und Zeiten benutzt werden mussten... Ich stimme in dieser Ansicht Letronne bey. Cf. idem in *Gœttinger Gel. Anz.* 1828 N. 66 (ubi censuram instituit Geographorum a Gailio editorum) et hinc in *Klein. Schriften* tom. I, p. 259: « Der Unterzeichnete schliesst sich daher der Ansicht an, welche Letronne in einer Abhandlung über den Periplus des Scylax (*Journal des Savans*, Febr. Apr. et Mai 1825), die eine Kritik der Gailischen Dissertation (Dissertation sur le périple de Scylax et sur l'époque présumée de sa redaction. Paris 1825, 8.) bildet, auseinandergesetzt hat, nach welcher das Werk eine Composition von Materialien ist, die von verschiedenen Verfassern und aus verschiedener Zeit herrührten, aber gerade damals (in Philippus Zeit) die neusten waren, deren man habhaft werden konnte. »

(**) In *Zeitschrift für Alterthumswiss.* 1844, N. 137.

71. Epitomen nostram in nonnullis Pseudo-Arrianus, qui circa quintum post Christum seculum scripsit, adhibuisse videtur; nam quæ is in periplo Ponti Euxini et Mæotidis paludis § 44 p. 412 habet : ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται εἰς ἥμισυ εἶναι τοῦ Πόντου, eadem iisdem verbis apud Nostrum § 68 p. 58 leguntur. Integrum opus ante oculos habuisse videtur Pseudo-Dicæarchus codicis sive Dionysius Aglaophontis filius in Ἀναγραφῇ Ἑλλάδος, quod opus ex antiquis fontibus conflatum in aliis quidem a Nostro recedit, Naupactumque, ut unum afferam, nondum accenset Ætoliæ, sed Locridis oppidum dicit, in aliis autem cum Nostro facit, ita tamen ut pleniorem librum auctor excerpserit. Huc pertinet Cretæ descriptio, quam uterque ita instituit, ut non periplus insulæ exhibeatur, sed borealis australisque lateris oppida, quæ situ sibi respondeant, simul recenseantur. Præterea de Ambraciæ urbis situ et portu clauso et Ambracicæ ditionis paraplo nihil ambo inter se differunt (*). Quare etiam quæ eodem loco (v. 31) Dionysius habet hæcce:

Ἡ δ' Ἑλλὰς ἀπὸ τῆς Ἀμβρακίας εἶναι δοκεῖ
μάλιστα συνεχής· τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔρχεται
ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνειόν, ὡς Φιλέας γράφει,
ὅρος τε Μαγνήτων Ὁμόλην κεκλημένον.
Τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν τῆς Ἑλλάδος
λέγουσιν εἶναι, τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν
ἀποχωρίσαντα, τοῦτο δ' εἶναι συμφανὲς
τοῖς φιλομαθεῖν μάλιστα φιλοτιμουμένοις·

vix dubium est quin componenda sint cum iis quæ apud Nostrum leguntur § 33, p. 35: Ἐντεῦθεν (ἀπὸ Ἀμβρακίας) ἄρχεται ἡ Ἑλλὰς συνεχὴς εἶναι μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ καὶ Ὁμολίου Μαγνητικῆς πόλεως, ἥ ἐστι παρὰ τὸν ποταμόν. Idem § 65, p. 51, postquam Magnesiæ urbes enumeravit, addit: Ἐν μεσογείᾳ δὲ ἐποικοῦσιν ἔθνος Περραιβοί, Ἕλληνες. Μέχρι ἐνταῦθά ἐστιν ἀπὸ Ἀμβρακίας συνεχὴς ἡ Ἑλλάς· ἐπιεικῶς δὲ καὶ [ἡ] ἐπὶ θαλ[άσσῃ] πᾶσα Ἑλλάδι ὁμοιός (sic legi nunc velim; ὅμοιον cod.) ἐστιν. Nimirum quum in antecedentibus ora barbara græcis coloniis distincta describeretur, inde ab Ambracia uno tenore sequitur ora mere græca usque ad Peneum fluvium; quanquam etiam reliqua ora tot habet urbes Græcas, ut ipsa quoque haud immerito Græciæ assimilari possit. Hunc verba sensum præ se ferunt, quæ cur manca esse et ita redintegranda cum Gailio putarem (V. annot.), ut idem Noster quod Dionysius, qualem nunc habemus, diceret, causa non erat. Immo Dionysius potius aut hariolatur aut corruptus est. Nam quod ille nunc dicit Græciam secundum Phileam pertinere ab Ambracia usque ad Peneum et Homolen, alios vero Phileam ignorantiæ accusare quod Magnesiam Græciæ non accensuisset: id explicari nequit nisi ita ut verba τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔρχεται, κτλ., intelligantur de linea ab Ambracia per mediterranea pergente usque ad Thessalorum et Magnetum confinia. Eam explicationem in notis admisi, sed vereor ne parum considerate egerim. Nam et obscure hæc auctor significasset, et mira foret hæc definitio, et minime eam exspectaveris in periplo (scilicet periplum Phileas Atheniensis scripsit), cui norma est ora maritima. Itaque recte Fuhrius (ad Dicæarch. p. 376) Dionysium e Philea non diversa a Nostro tradidisse censet, adeo ut verba in hunc modum refingenda putem:

Τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν οὐχ Ἑλλάδος
λέγουσιν εἶναι· τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν
οὐκ ἀφορίσαντα.

Quibus nota sententia significatur eorum qui totam etiam Thessaliam a Græcia alienam esse contenderunt; nam eis qui oram in periplis legebant, nonnisi Magnesia memoranda erat. — Hæc igitur si recte habent, suspicari licet auctorem periplí, ex quo nostrum compendium ductum est, Phileam Atheniensem esse, ejusque nomini fortasse in Φύλαξ corrupto sciolum quendam substituisse notiorem geographum, Scylacem Caryandensem. Quanquam perpauca illa, quæ de Philea traduntur, ut nihil habent quod ejusmodi sententiæ prorsus repugnet, sic nihil suppeditant, unde firmare eam possis. Satis veterem geographum fuisse liquet, sed accuratius ætatem definire non licet. Fragmenta partim pertinent ad res quæ in nostra epitome negligi solent, ut de origine nominum Ambraciæ, Thermopylarum, Aoi, partim in mentione oppidorum versantur, quorum alia, ut Thebæ Phthioticæ, Assus, Gargara, Antandrus, in nostro quoque compendio reperimus, alia vero, ut Andria Macedoniæ et Anthea Pontica, ibi desiderantur.

Ceterum libri nostri quantumvis male affecti pretium est haud exiguum, sive fontium spectes antiquitatem, sive copiam eorum, quæ aliunde tradita non accepimus.

(*) Conferenda etiam quæ de Maliensium ditione apud Nostrum et Dionysium leguntur. Vid. not. ad p. 49.

71 *a*. EDIDERUNT Scylacis periplum: 1. *Hæschelius* cum Marciano Heracleota aliisque geographis, August. Vindelicorum 1600, 8; subjecta brevis annotatio. — 2. *Is. Vossius* cum Anonymi Periplo Ponti Euxini, Amstelodami 1639, 4; græce et latine, cum annotatione. — 3. *Jac. Gronovius* in Geographicis antiquis, gr. et. lat. cum notis Vossii, Palmerii suisque, Lugduni Batav. 1697, 4. Repetita hæc editio an. 1700, præfixo titulo novo, additaque disputatione de Oxoniense Hudsoni editione et de Dodwelli dissertatione, qua ætatem scriptoris Anglus definire studuit. — 4. *Hudsonus* in Geographiæ veteris scriptt. gr. minor. tom. I, cum interpret. lat., notis et Dodwelli dissertatione, *in qua ostenditur Scylacem Polybio coævum fuises*, Oxoniæ 1798, 8. — 5. *Ioan. Franc. Gailius* in Geogr. gr. min. tom. I cum interpr., notis et præmissa introductione. Paris. 1826, 8. — 6. *R. H. Clausenius : Hecatæi Milesii fragmenta et Scylacis Caryandensis periplus. Berolini* 1831, cum interp. lat., dissertatione de ætate Scylacis et brevi annotatione. — 7. *Scylacis Periplus ex recensione B. Fabricii. Dresdæ* 1848; græce; subjectà lectio varia. — Varietatem lectionis, quam codex Parisinus præbet, primus edidit E. Millerus in *Supplément aux dernières éditions des petits géogr., Paris* 1839, p. 195-244.

ATHENÆUS VEL INCERTUS ATHENIENSIS.

72. In codicis Parisini 443 pagina 106 solitarius exstat titulus hicce : Ἀθηναίου πόλεων σκώμματα καὶ ὁδοὶ καὶ περίπλους, qui quo pertineat, frustra in hac quidem pagina circumspicis; contra vero inde a pagina 114 duo habes fragmenta prosaica quæ inscriptione carent et, quum in mediam periegesin iambicam inculcata sint, non eo quo nunc loco leguntur, olim legi poterant. Nascitur itaque suspicio et locum eorum pristinum et titulum in pagina 106 esse quærendum; nec conjectura fefellerit, quum indiculi verba ex argumentis fragmentorum facile explicentur. In priore fragmento auctor, homo facetus, postquam Athenas descripserat, pergit Oropum. Nosti oppidum fatis variis memorabile ac historiæ Atticæ Bœotiæque multifariam implicatum. Quid Noster? Memorat sane frequentes cauponas viæ ad urbem ducenti appositas, quarum beneficio molestiam itineris superaverit, de ipsa autem urbe nihil nisi hæc : ἡ δὲ πόλις Ὠρωπίων συνοικία θητῶν ἐστι, μεταβόλων ἐργασία, τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία, ἐκ πολλῶν χρόνων ἀνεπιθέτῳ πλεονεξίᾳ συντεθραμμένη κτλ.... Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις. Similiter Platæarum miseriam verbis Posidippi comici ridet perstringitque istos quasi Bœoto-Athenienses, qui si Serambum cauponem et prœlium ad urbem olim commissum gloriati sint, aliud nihil in medium proferre habeant. Deinde recenset vitia, quæ in singulis Bœotiæ urbibus sedem fixisse dicantur, ut Thespiis ἡ φιλονεικία, Anthedone ἡ πλεονεξία, in aliis ἡ αἰσχροκέρδεια, ὁ φθόνος, ἡ ὕβρις, ἡ ἀλαζονεία, ἡ ἀναισθησία. Jam vides quid sibi velint in titulo verba πόλεων σκώμματα. Quæ sequuntur : καὶ ὁδοί, item facile explicantur. Scilicet viarum rationem accurate peregrinator noster describere solet. Sic fr. 1, § 1 via Athenas ducens est ὁδὸς ἡδεῖα, γεωργουμένη πᾶσα, ἔχουσά τι τῇ ὄψει φιλάνθρωπον. — § 6. Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν δι' Ἀφιδνῶν καὶ τοῦ Ἀμφιαράου Διὸς ἱεροῦ ὁδὸς ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας, προσάντης πᾶσα· ἀλλ' ἡ τῶν καταλύσεων πολυπλήθεια τὰ πρὸς τὸν βίον ἔχουσα ἄφθονα καὶ ἀναπαύσεις, κωλύει κόπον ἐγγίνεσθαι τοῖς ὁδοιποροῦσιν. — § 8. Ἐντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια ρλ'. ὁδὸς δι' ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας, παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλώπων φόβου. — § 11. Ἐντεῦθεν εἰς Πλαταιὰς στάδια σ'· ὁδὸς ἡσυχῇ μὲν ἔρημος καὶ λιθώδης, ἀνατείνουσα δὲ (τε ?) πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα, οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής. — § 12. Ἐντεῦθεν εἰς Θήβας στάδια π'. ὁδὸς λεία πᾶσα καὶ ἐπίπεδος. — § 23. Ἐντεῦθεν εἰς Ἀνθηδόνα στάδια ρξ'. ὁδὸς πλαγία, ἁμαξήλατος δι' ἀγρῶν πορεία. — § 26. Ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς Χαλκίδα στάδια ο'· μέχρι τοῦ Σαλγανέως ὁδὸς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν λεία τε πᾶσα καὶ μαλακή· τῇ μὲν καθήκουσα εἰς θάλατταν, τῇ δὲ ὄρος ὑψηλὸν μὲν ἔχουσα, λάσιον δὲ καὶ ὕδασι πηγαίοις κατάρρυτον. — Quod vero deinde titulus habet: καὶ περίπλους, id sane in duo fragmenta codicis 443 non cadit. Suspiceris legendum esse καὶ εὔριπος, quum de Euripo sermo sit in postrema parte fragmenti prioris, ex quo antecedentia tituli verba explicavimus. Sed fieri etiam potest, ut verba καὶ περίπλους ad alia fragmenta pertinuerint; nam complura olim fuisse constat e codice Parisino 571, qui tertium exhibet, Strabonianis excerptis annexum, quod in pleniore codice ante secundum fragmentum codicis 443 locum obtinebat (v. not. ad p. 97). Ejus statim initio legis : τοῦ δ' ὄρους (τοῦ Πηλίου) ἡ με-

d.

γίστη καὶ λασιωτάτη ῥίζα τῆς πόλεως (τῆς Δημητριάδος) κατὰ μὲν πλοῦν ζ' (?) ἀπέχει στάδια, πεζῇ δὲ κ'. Ac similiter de aliis oræ maritimæ locis disserens auctor paraplos memoraverit.

73. Ceterum verba πόλεων σκώμματα καὶ ὁδοὶ καὶ περίπλους patet nihil esse nisi indiculum, quem librarius ex argumento fragmentorum collegerit. Vera operis integri inscriptio et ambitus jam nos latent. In primo fragmento auctor Eleusine, ut videtur, procedit Athenas; quibus descriptis, pergit Oropum, hinc Tanagram, Platæas, Thebas, Anthedonem. De his solis, quas ipsum adiisse vel ex verbo κατενόησα § 10 intelligitur, agit accuratius. Deinde postquam verbo monuit de Thespiis et Bœoticarum urbium ἀκληρήμασι, Anthedone transit in Eubœam, Chalcidemque urbem fusius describit. In secundo fragmento a Demetriade urbe excurrit in Pelium montem, de eoque exponit uberrime. Fragmento tertio, e postrema totius operis parte petito, auctor fines Helladis, sumto a Peloponneso initio, usque ad Homolium Magnesiæ et Tempe Thessalorum pertinere dicit, ac refellere studet eorum sententiam, qui Thessaliam Græciæ accensendam esse negarent. Quantum ex his colligi potest, scriptor noster totius Helladis, quam nos dicimus, provincias una cum Thessalia et Eubœa descripsisse videtur, non tam justam omnium geographiam componens, quam suo quodam itinerario tamquam fundo narrationis utens. Librum hunc inscriptum fuisse suspicor: Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων; num singularis fuerit liber an pars majoris operis, in medio relinquo. Auctor secundum codicem fuit Athenæus quidam. Fidem testimonii neque firmare aliunde, neque certioribus argumentis evertere licet, adeo ut ea sit acquiescendum. Dubitationis tamen caussas non reticebo. Etenim quum ex Athenarum laude magnifica et ex eo quod Oropii et Platæenses tamquam Bœoto-Athenienses traducuntur, auctorem fuisse Atheniensem colligas, dubius hæreo, num revera de Athenæo quodam Atheniense cogitandum sit, an codex verbo Ἀθηναίου nihil nisi patriam scriptoris indicet, sive quod nomen viri exciderit, sive quod omnino id non noverit scriba, sed ex argumento fragmentorum, ut reliquum indiculum suum elicuerit, sic etiam de patria auctoris conjecturam fecerit. Huc accedit quod opus nostrum Heraclidi cuidam vindicandum esse suadet Apollonius in Mirab. c. 19, ubi Ἡρακλείδης ὁ κριτικὸς (Κρητικὸς cod.; em. vv. d.) ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων de planta quadam Pelii montis laudatur, quam iisdem fere verbis Noster (fr. 3, § 5 p. 107 ubi v. not.) describit. Nam si in his verborum consensum mirari licet, multo majorem mirationem habet quod titulus libri, quo a re narrata alienior esse videtur, tanto aptius in nostrum opus cadit; adeo ut vix credas duos auctores de eadem planta iisdem pæne verbis in opere de Helladis urbibus disseruisse. Recte Olearium pro ὁ Κρητικὸς correxisse ὁ κριτικὸς, non dubitamus; nam si Cretensis scriptor esset, Κρὴς dicendus erat. Nihil itaque impedit quominus Atheniensis fuerit (*).

74. Vulgo fragmenta nostra ex Dicæarchi Messenii opere, quod Βίος Ἑλλάδος inscribitur, petita esse censentur. Vix ita statuissent plurimi, si geographorum codicem Parisinum novissent. Argumentum sententiæ sumserunt ex verbis: Δικαιάρχου ἀναγραφὴ Ἑλλάδος, quæ Græciæ insularumque Græcarum descriptioni metricæ subjiciuntur. Nimirum quum viderent poema istud quod nunc Dionysii esse constat, ad Dicæarchum Messenium nihil pertinere, nomen ejus transtulerunt ad prosaica nostra fragmenta, quæ poeticis inseruntur. Verum conjectura hæc nihil habet quo commendetur. Nam si ignorabatur auctor operis metrici, quod Theophrasto cuidam dedicatur, facile intelligitur quî factum sit, ut Dicæarcho vindicandum esse quidam putarent. Scilicet Theophrastus iis erat notissimus ille philosophus; quærenti autem inter amicos Theophrasti et discipulos Aristotelis geographum aliquem, sponte se obtulit Dicæarchus, qui sæpius una cum Theophrasto ap. vett. laudatur. Nihil igitur video cur nomen Pseudo-Dicæarchi ab eo libro cui attribuitur, divellatur. Deinde vero descriptionem Græciæ, qualem nostra fragmenta prosaica produnt, abhorrere ab opere, quale τὸν Βίον τῆς Ἑλλάδος fuisse aliunde docemur, tum alii perspexerunt, tum nos fusius

(*) Fortasse Heraclides hic non diversus est ab Heraclide περὶ νήσων scriptore, quem una cum Philostephano, Callimachi discipulo, laudant Harpocratio v. Στρύμη (Ἡρακλείδης ἢ Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ νήσων) et v. Ὠλίαρος (ubi Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, quod vix recte habet), Suidas v. Νάξος, Plin. IV, 23. Cf. Fr. Hist. II, p. 197 sq. Philostephanus, qui cum Heraclide componitur, etiam περὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων scripsit; cui operi tanquam altera pars juncti fuerint libri περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ πόλεων, quamquam is titulus in fragmentis ad Europæ urbes pertinentibus non occurrit. Probabiliter in his quoque viam Philostephano prævivit Heraclides.

diximus in Fragm. Hist. tom. II, p. 227 sq. Præterea ad chronologica attendendum erat. Nam quum in fragmentis Demetriadis urbis mentio fiat, et duobus locis Posidippi comici versus citentur, Dicæarchus, Aristotelis discipulus, etiamsi non ante annum 347 natum ponamus; nonnisi senex urbis illius et comici meminisse potuit, et ne senex quidem, nisi sumas scripsisse eum paullo post conditam Demetriadem et versus istos e primis Posidippi fabulis esse petitos. Nam Demetrias condita est inter annos 294-287; Posidippus vero, triginta fabularum auctor, docere cœpit anno 289. At quisnam crediderit Dicæarchum, doctissimum gravissimumque philosophum et historicum, canum jam caput, comici poetæ vix tum innotescentis versiculis usum esse, ut probaret Thessaliam partem esse Græciæ? Manifesto hæc ætatem posteriorem arguunt. Adde quod tota illa de Thessalia Græciæ accensenda disputatio non tam doctum historicum quam grammaticum sapit. Nec non de Bœotiæ civitatibus narratio, quamquam multa habet quæ nobis jam acceptissima veniunt, a severæ tamen historiæ gravitate abhorret, nimiumque indulget levidensi facetiarum studio (*), adeo ut non ita longe absit ab istis itinerum descriptionibus, quas lepidi Parisienses in imis diariorum foliis divulgant.

Ætatem auctoris nostri accuratius constituere vix poteris. Ni conjectura fallit, Atheniensis iste vixit inter annos 250-200 a. Ch.

75. Fragmenta nostra prosaica, quæ breviatorum et scribarum culpa multis in locis manca et corrupta crisin habent difficillimam, una cum metricis fragmentis τῆς ἀναγραφῆς τῆς Ἑλλάδος sub Dicæarchi nomine edi solent. Editiones vero hæ sunt :

1. *Dicæarchi Geographica quædam sive de Vita Græciæ* (fragm. I et III). *Ejusdem descriptio Græciæ, versibus iambicis ad Theophrastum, cum Latina interpretatione atque annotationibus H. Stephani, et ejus Dialogo, qui inscriptus est, Dicæarchi Sympractorum, additis Is. Casauboni annotationibus. Excudebat H. Stephanus* (Paris.). 1589. 8°. Stephanus græca acceperat a Matthæo Buddæo (v. supra p. XIII). Desideratur fragmentum iambicum de Creta et Cycladibus Sporadibusque insulis.

2. In Hœschelii Geographis min. p. 163 sqq. Augustæ Vindelicorum an. 1600. 8. Hœschel primus dedit fragmentum iambicum de Creta ceterisque insulis. Hæc editio recusa est :

3. In Gronovii Thesauro antiq. græc. tom. XI, p. 1 sqq. an. 1699. fol.

4. In Hudsoni Geographis min. tom. II, p. 1 sqq. an. 1703. 8. Hudsonus primus edidit fragmentum II de Pelio monte, quod a Fabricio acceperat (Vid. not. ad. p. 107 ed. nostræ). Accedit Dodwelli de Dicæarcho dissertatio.

5. In Zosimadum Geogr. min. tom. I, p. 479 sqq. Vindobon. 1806,8.

6. *Dicæarchi Peripatetici* Βίος Ἑλλάδος *aliaque fragmenta Geographica emendata atque illustrata edidit M. Marx* in Fr. Creuzeri Meletemat. P. III, p. 171 sqq. Lips. an. 1819. 8.

7. Δικαιάρχου τοῦ Μεσσηνίου Ἀναγραφὴ καὶ βίος Ἑλλάδος. Ἄννωνος περίπλους κτλ. (V. supra p. XXXII). *Cum Lucæ Holstenii lucubrationibus,* etc. ed. G. Manzi. Romæ 1819. 4.

8. *I frammenti di Dicearco da Messina, raccolti ed illustrati dall' avocato D. Celidoneo Errante, de' Baroni di Vanella e Calasia. Palermo.* 1822. 8. 2 tom.

9. In Gailii geograph. min. vol. II. Paris. 1828. 8.

10. *De Dicæarcho ejusque operibus, quæ inscribuntur* Βίος Ἑλλάδος, Ἀναγραφὴ Ἑλλάδος *scripsit Augustus Buttmann, adjunctus Portensis. Numburgi* (1832) 4.

11. *Dicæarchi Messenii quæ supersunt composita, edita et illustrata a Maximiliano Fuhr.* Darmstadii. 1841. 8.

Leguntur tria nostra fragmenta prosaica etiam in Fragm. histor. tom. II, p. 254 sqq. ad calcem fragmentorum Dicæarchi Messenii.

(*) Mannert VIII, p. 193 : « Die Vorwürfe, welche man den Bœotiern wegen ihrer Esslust und wegen Vernachlæssigung der Geisteskultur machte, übergebe ich; es machte sie der gewandtere, auf seinen etwas schwerfælligen Nachbar nie gut zu sprechende Athenienser. Wer æhnlichen halbwahren Spott, welchen der witzige Grieche über das Auffallende einzelner Stædte ergoss, zu lesen wünscht, findet Unterhaltung in der kurzen Beschreibung einiger der wichtigsten Orte Bœotiens, welche unter Dicæarchs Namen vorhanden ist, aber wahrscheinlicher als das Produkt eines flüchtig reisenden Atheniensers gelten kann. »

76. De Agatharchidis Cnidii ætate diversissimas in partes viri docti abierunt. Opus de mari Erythræo, quod senex composuit, scriptum esse Mannertus (*) censuit Ptolemæi Philadelphi annis postremis vel Ptolemæi III initio, Gosselinus (**) circa annum 182 a. C., regnante Ptolemæo V, Droysenius (*Hellenism* II, p. 734) circa an. 160, Wesselingius (ad Diodor. III, 11) eo tempore quo regnavit Ptolemæus VIII Soter II sive Lathurus (117-108), Dodwellus (***) anno 105 vel 104 sub Ptolemæo IX Alexandro I (107-90 n. C.). Wesselingii sententiam probarunt Clintonus (Fast. Hell. III, p. 535 (****)). Ritterus (*Erdkunde* tom. XII, p. 247 (*)), alii, ipse ego in Fragm. Histor. tom. III, p. 191. Ceterum quum unus Dodwellus de ætate Agatharchidis fusius, sed confuse, disseruerit, reliqui paucis verbis, uno alterove argumento in medium prolato, rem attigerint, superest ut denuo argumentum tractetur accuratius.

77. Primum igitur Photius cod. 213 ita habet: Ἔνιοι δὲ αὐτὸν (τὸν Ἀγαθαρχίδην) Ἀγάθαρχον ὀνομάζουσι. Τούτῳ πατρὶς μὲν ἡ Κνίδος ἦν, ἡ δὲ τέχνη γραμματικὴν ἐπεδείκνυτο· ὑπογραφέα δὲ καὶ ἀναγνώστην ὁ Λέμβος Ἡρακλείδης, δι' ὧν αὐτῷ ἐξυπηρετεῖτο, παρέσχε γνωρίζεσθαι. Ἦν δὲ καὶ θρεπτὸς Κινέου (Κινναίου codd.). Ex his Heraclidem Lembum sub Ptolemæo VI Philometore vixisse et auctoritate apud regem polluisse Suidæ testimonio (v. Ἡρακλείδης) constat; Cineas vero, qui educavit Agatharchidem, idem fuerit cum Ptolemæi VI ministro, qui, Antiocho Epiphane in Ægyptum invadente (170 a. C.), κοινοβούλιον e viris clarissimis conscripsit (Polyb. XXVIII, 16). Natum igitur Agatharchidem ponamus inter annos 190 et 180 a. C. Studiis Alexandriæ absolutis, nescio an Athenas juvenis inviserit. Certe urbem istam adiisse eum vel tunc vel postmodum, indę colligas, quod de nomine maris *Erythræi* edoctum sese dicit (§ 5 p. 112) a Boxo Persa, quem ταῖς Ἀθήναις, λιπόντα τὴν πατρίδα, ἐμβιῶναι prodit. Deinde traditur Agatharchides scribæ et lectoris munere functus esse apud Heraclidem Lembum, historicum, philosophum, virum πολιτικόν (v. Fr. Hist. III, p. 168 sqq.), qui eo maxime tempore floruisse videtur, quo Ptolemæus VI cum Antiocho Epiphane pacta inivit, sive an. 170 post primum cum eo bellum, sive post alterum, an. 168; scilicet verba Suidæ Ἡρακλείδης... γεγονὼς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἕκτου· ὃς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔθετο συνθήκας ita intelligo ut ipse Heraclides de pace componenda legatus ad Antiochum missus sit (**). Usus hujus viri et familiaritas ad excitanda dirigendaque Nostri studia magni momenti fuerint. Exemplum patroni secutus et cœpta ejus, ut videtur, continuans amplissima scripsit opera historica; neque a philosophia alienum fuisse tum e libro Περὶ τῆς προσφιλοῦς ὁμιλίας colligitur, tum Strabo p. 656 testatur, cui Agatharchides est ὁ ἐκ τῶν περιπάτων ἀνὴρ συγγραφεύς. Quodsi in his Heraclide inferior fuerit, superavit eum arte dicendi; nam illius dictio, Dionysio Hal. judice, erat negligentior, hic vero, εἴ τις ἄλλος, δημιουργὸς τῆς περὶ τὰς λέξεις χρήσεως. Verba sunt Photii l. l., qui postquam virtutes Agatharchidis scriptoris pluribus persecutus est, hanc apponit

(*) Mannert. X, 1, p. 65 : « Diese Afrikanische Küste blieb den ersten vom Ptolemæus Philadelphus abgeschickten Entdeckern völlig unbekannt; des Agatharchides Nachrichten schliessen sich daher mit der Meerenge des Arabischen Meerbusens. Aber noch in den letzten Jahren des næmlichen Königs erweiterten sich die Kenntnisse von der Ausdehnung der Erde, etc. »

(**) Gosselin *Recherches sur la géographie systématique et positive des anciens* tom. II, p. 161 : « Agatharchides paraît avoir vécu environ quarante et un an après Euergètes.. (La description du golfe Arabique) prouve qu'au sud de Ptolemais on ne connaissait aucune habitation importante sur le rivage. Aussi n'a-t-il pu donner de cette portion de la côte que des notions très-vagues et tellement incertaines qu'elles ne conduisent pas même jusqu'au détroit. On ne peut, au reste, soupçonner Photius, à qui nous devons aujourd'hui un long extrait de l'ouvrage d'Agatharchides, d'avoir négligé de transcrire ce que celui-ci aurait dit des contrées africaines voisines du détroit, puisque Diodore, en copiant Agatharchides, termine sa description précisément au même endroit que lui. »

(***) *Dissertatio ostendens tempus quo de mari Rubro vel de gentibus potius meridionalibus scripsit Agatharchides* in Hudsoni Geogr. min. tom. I, p. 67 sqq.

(****) Adde Niebuhr. *Kl. Schriften* I, p. 405 : « Artemidor, jenes (des Agatharchides) Zeitgenoss, oder etwas jünger welcher nach Marcianus um Ol. 169, I. d. St. 651 schrieb. »

(*) Ritter l. l. Agatharchidem scripsisse putat c. an. 120, præeunte Ukerto I, p. 120 et Forbigero I, p. 246. Lepidum est quod Ukertus dicit Agatharchidem linguæ Æthiopicæ peritum fuisse, laudata p. 46 ed. Huds., § 62 p. 154 ed. n.. — Heyne De fontibus Diodori p. LXVI in ed. Bip. : « Et noster quidem Agatharchide maxime est usus, homine Cnidio, regis Ptolemæi pueri tutore, sive Alexander ille fuit, sive Soter II, s. Lathurus. »

(**) Sic etiam Bernhardyus ad Suid. p. 879 verba interpretatur. At minus recte dicit : « Eundem Heraclidem inter legatos, qui controversiam inter Antiochum Epiphanem et Philometorem dirimerent, profert Polybius XXVIII, 1. » Nam ibi de Heraclide *Antiochi* ad Romanos legato sermo est.

coronidem : Ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν ἀνὴρ τοιοῦτος, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ἔχων κλέος· εἰ δὲ καὶ τὸ τῆς ῥητορικῆς ἐπώνυμον αὐτῷ ἡ μὴ νήφουσα ψῆφος οὐκ ἐπέθετο, ἀλλὰ γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ οὐδὲν ἔλαττον τῶν γραμματικῶν οὐ δεύτερος ἢ τῶν ῥητόρων, δι' ὧν καὶ γράφει καὶ διδάσκει, καταφαίνεσθαι. Ad linguæ elegantiam et variam viri doctrinam accedebat morum probitas et potentis patroni commendatio. Nihil mirum igitur contigisse ei, ut regii pueri magister eligeretur, eique regnum adepto consiliarius et tutor adsisteret. Hoc enim munere functum esse, quo tempore senex jam libros de mari Rubro scripsit, ipse nos edocet. Nimirum complures in Excerptis (§ 11-18 p. 117 sq.) leguntur παραινέσεις ad regem juvenem, inter quas hæc habes dissertissima (§ 17) : Ἐγὼ δ' ἀφ' ἧς ἡμέρας ἡ τύχη με κατέστησεν ἐπίτροπον τοῦ σώματος τοῦ σοῦ, νέου παντελῶς ὄντος, καὶ τῆς ὅλης βασιλείας, ἀπ' ἐκείνης εὐθὺς μέγαν ἐμαυτῷ πόνον ἐπέβαλον. Τίνα τοῦτον; τοῖς πρὸς ἡδονὴν ὁμιλοῦσιν ἐναντιοῦσθαι καὶ δυσχεραίνειν, σοῦ πρῶτον αὐτοῦ περιαιρούμενος οὐ τὴν ἐξουσίαν, ἀλλὰ τὴν ἄγνοιαν, ἵνα τῶν τοσούτων ἀγαθῶν φρονῶν ἀπολαύσῃς, μὴ διαμαρτάνων. Τοῦτο γὰρ ἐζήτουν πατρὸς ἔχων εὔνοιαν χρόνου στοχαζομένην, οὐ κόλακος εἰρωνείαν καιρῷ προσομιλοῦσαν. Οἶδα γὰρ πρεσβύτερος ὢν καὶ πολλῶν ἔμπειρος γεγονὼς πραγμάτων, διὰ τοὺς θωπεύειν ἐπιβεβλημένους τοὺς ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς καὶ τὰς μεγίστας βασιλείας ἄρδην ἀνῃρημένας, τὴν Κασάνδρου, τὴν Λυσιμάχου, τὴν Ἀλεξάνδρου τηλικαύτην οὖσαν, τὴν Μήδων, τὴν Σύρων, τὴν Περσῶν, ὥστε μηδὲ σπέρμα καταλελεῖφθαι τοῦ γένους. Οὐκ ἀλόγως· νέου γὰρ πολλὰ μὲν ἀγνοοῦντος διὰ τὴν ἡλικίαν, εὐλογουμένου δὲ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν οὐδὲν σφαλερώτερον οὐδὲ ἐπικινδυνότερον.

78. Niebuhrius quidem (*Kl. Schriften* I, p. 411) verba ista ad Agatharchidem nihil pertinere putavit, sed ex persona dicta esse alius cujusdam, qui tutor fuerit Ptolemæi Epiphanis. At orationes quales in historicis scriptis Agatharchides interponebat, a maris Erythræi descriptione alienæ esse videantur; deinde vero ex procemio libri quinti (§ 21 p. 119,32 : Ἑκατέρου δέ σοι προοισόμεθα παραδείγματα γένους, ἵνα... τοὺς ἄμεινον καὶ τοὐναντίον εἰπόντας ἐπ' αὐταῖς εὕρῃς ταῖς δοκιμασίαις) apparet opus nostrum certæ cuidam personæ eique juveni vel puero fuisse inscriptum; unde sponte quisque conjicit ad eundem juvenem etiam παραινέσεις istas ab eodem dirigi Agatharchide. Accedit quod verba : πρεσβύτερος ὢν καὶ πολλῶν ἔμπειρος γεγονὼς πραγμάτων eximie quadrant in Nostrum, quem provectæ tum ætatis fuisse discimus ex § 110, ubi sic : Τὰ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν τῶν ἐκκειμένων πρὸς μεσημβρίαν, ὡς ἦν ἐφ' ἡμῖν, ἐν πέντε βιβλίοις ἐπιμελῶς ἱστορήκαμεν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν τῷ πελάγει νήσων ὕστερον τεθεωρημένων, καὶ τῶν ἑξῆς ἐθνῶν, καὶ τῶν εὐωδῶν ὅσα φέρειν συμβαίνει τὴν Τρωγλοδῦτιν χώραν, ἡμεῖς μὲν παραιτησάμενοι τὴν ἐξήγησιν ἄρδην ἀπολελοίπαμεν, οὔτε τὸν π ό ν ο ν τ ῆ ς ἡ λ ι κ ί α ς ὁ μ ο ί ω ς ὑ π ο φ έ ρ ε ι ν δ υ ν α μ έ ν η ς, πολλῶν ὑμῖν ὑπέρ τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ἀναγεγραμμένων, οὔτε τῶν ὑπομνημάτων διὰ τὰς κατ' Αἴγυπτον ἀποστάσεις ἀκριβῆ παραδιδόντων σκέψιν. Simul hæc ostendunt virum rebus publicis occupatum; quippe qui ob defectiones Ægyptum tum perturbantes majoribus distraheretur negotiis quam ut in recentissimos navigatorum commentarios inquirere posset (*). Quodsi Niebuhrius miratur tantam numeris dignitatem viro delatam esse quem Photius *grammaticum* vocat, ego non perspicio cur Agatharchides grammaticus, philosophus peripateticus, historicus, a regio ministro enutritus, alius ministri usu formatus ab eoque commendatus, a summis dignitatibus arcendus fuerit, quas eunuchos et abjectissimæ conditionis homines, Eulæos, Lenæos, Agathocles, Sosibios, alios, obtinuisse constat.

79. Sin quæras quinam fuerit rex ille juvenis, paullo diligentius Ptolemæorum historiam lustranti patebit eligendi potestatem negari, neque de alio cogitari posse nisi de Ptolemæo VIII Sotere II, filio Ptolemæi VII Euergetis II et Cleopatræ, fratre majore Ptolemæi IX Alexandri I. Moriens Ptolemæus VII regnum reliquit Cleopatræ uxori secundæ (quæ prioris uxoris Cleopatræ e Ptolemæo VI erat filia) et alteri ex filiis quem illa legisset (Justin. XXXIX, 3). Cleopatra, Soteri filio majori infensa, minorem Alexandrum eligere voluit, sed a populo majorem creare regem compellitur, qui initio una cum matre, mox solus regnum administravit (117-107). Natales Soteris in illud tempus incidunt, quo Ptolemæus VII, repudiata uxore priore, filiam ejus vi stupratam in matrimonium rapuerat, Alexandrini autem eo scelere excitati regem dudum invisum ejecerunt, regnumque Cleopatræ repudiatæ tradiderunt. Quo facto, exul Ptolemæus, iræ impotens, Mem-

(*) Nescio quo pacto Droysenius II, p. 734 verba διὰ τὰς κατ' Αἴγυπτον ἀποστάσεις interpretari potuerit : *wegen der Entfernung dieser Gegenden von Ægypten.*

phitem filium in Cypro insula occidit membraque truncati misit Alexandriam.

80. Chronologiam harum rerum novissimus constituere tentavit Letronnius (*Recueil des inscript. grecques de l'Égypte*, tom. I, p. 79), ita vero ordinavit, ut cum iis quæ Agatharchidis historia sibi postulat, conciliari nequeat. Hæc enim quum regem flagitet, qui anno 117 puer adhuc nec quattuordecim fere annis major esset, Letronniano ex computo Soter tunc natus fuisset annos viginti septem. At non probasse hoc mihi videtur vir de Ptolemæorum historia meritissimus. Ne longus sim, temporum rationes, quatenus ad rem nostram pertinent, Letronnii calculis meisque exputatas in tabula componam.

A. C.		A. C.	
146.	Évergète règne.	146.	Ptol. VII Euergetæ post fratris mortem annus primus (*Porphyr.*).
145.	Répudie sa femme; tue son fils; épouse sa nièce.	132-131.	Pt. Cleopatram repudiat; filiam ejus Cleopatram ducit; pulsus in Cyprum abit post regnum annorum 15 (*Diodor.*).
144.	Naissance de Sôter II.		Ptolemæus VIII Soter II nascitur.
		130.	Ptol. Euerg. Memphitem filium necat (*Liv.*, *Diod.*).
143.	Naissance d'Alexandre I.		Alexander I nascitur.
132.	Évergète chassé d'Alexandrie.		
127.	Mariage de Sôter II.		
126.	Naissance de Cléopâtre, fille de Sôter II		
117.	Évergète meurt.	117.	Ptol. VII Euergetes moritur (*Porphyr.*).
117.	Cléopâtre règne seule.	117.	Cleopatra regnat cum Ptol. VIII Soter II (*Porph.*).
	Départ d'Eudoxe.		
	Sôter associé à sa mère.		
116.	Forcé de répudier sa femme.		
114.	Sôter remarié avec Selène.	114.	Ptol. Soter Cleopatram sororem ducit.
		113.	Eudoxus proficiscitur.
	Mariage d'Alexandre I avec Cléopâtre fille de son frère.	112.	Ptol. Soter Cleopatram dimittit; Selenen ducit; mater ei regno cedit.
	Sôter retranche le nom de sa mère des actes publiq.	111.	Eudoxus redit. Cleopatra Antiocho Cyziceno nubit.
	Il règne seul.	111-108.	Cleopatra Soteris filia nascitur.
	Retour d'Eudoxe.		
109.	Naissance d'Alexandre II.		
107.	Sôter II chassé d'Alexandrie.	107.	Soter pulsus in Cyprum abit (*Porphyr.*).
	Cléopâtre et Alexandre I.		Cleopatra et Alexandri I regis annus I. (*Porphyr.*)
		106.	Alexander I Cleopatram (priorem uxorem, non constat cujusnam filiam) ducit.
		105.	Alexander II, Alexandri I filius, nascitur.
103.	Sôter II en Syrie.	103.	Ptol. Soteris in Syriam expeditio.
	Cléopâtre envoie Alexandre II à Cos.		Alex. II infans in Con ins. transportatur (*Joseph.*).
		97-92.	Cleopatra, Soteris filia, Alexandro I nubit.
86.	Mithridate trouve Alexandre II à Cos, âgé de 24 ans.	86.	Mithridates Alexandrum II in Co ins. reperit et παραλαβὼν ἔτρεφε βασιλικῶς (*Appian.*).
81.	Alexandre II fait périr Cléopâtre.	81.	Cleopatra, Soteris filia, ab Alexandro II privigno et marito occiditur (*Porphyr.*).

81. Primum vides ad annos 132-130 me referre quæ Letronnius (cujus laterculos repetivit Franz in C. J. III, p. 288) annis 145 et 144 assignavit (*), immemor, ut videtur, Titi Livii, qui accuratum exhibet temporis indicium in Ep. lib. LIX, ubi inter res anno 130 a. C., M. Perperna consule,

(*) Idem l. l. p. 54 de his ita exponit : « Évergète eut de cette princesse (de Cléopâtre) un fils, qui naquit, pendant les cérémonies de l'intronisation, à Memphis, ce qui suppose déjà une année d'union. On a lieu de croire (?) que c'est peu de temps après, peut-être la même année, que, séduit par les charmes de sa nièce Cléopâtre, qui pouvait avoir dix-huit ans, il lui fit violence et l'épousa, après avoir répudié sa mère. On sait (?), en effet, qu'à la mort d'Évergète II, en l'année 117, son fils Soter, issu de ce second mariage, était déjà marié depuis plusieurs années à sa sœur Cléopâtre, ce qui porte l'époque de son mariage au moins à l'année 121; mais elle a pu être antérieure de quelques années : et comme il est difficile de supposer que Ptolemée se soit marié avant dix-sept ou dix-huit ans, sa naissance est reportée au moins avant l'année 139, et, conséquemment, le mariage de sa mère avant l'année 140. »

gestas etiam hæc habes : *Ptolemæus, Euergetes cognominatus ob nimiam crudelitatem suis invisus, incensa a populo regia, clam Cyprum profugit; et quum sorori ejus Cleopatræ, quam, filia ejus virgine per vim compressa atque in matrimonium ducta, repudiaverat, regnum a populo datum esset, infensus filium quem ex illa habebat, Cypri occidit, caputque ejus et manus et pedes matri misit.* Porro in Diodori Excerptis de virt. et vit. (XXXV, c. 14 p. 542 ed. Didot.) historia de Ptolemæo filii occisore ita collocatur, ut proxime sequatur fragmentum de Antiochi Sidetæ sive Pii bello Parthico (an. 129-128 sec. Porphyr.), antecedat autem in iisdem excerptis (cap. 8) locus ad servile in Sicilia bellum pertinens (an. 134-132), atque alius (cap. 9) de aris Jovis Ætnæi denuo consecratis, qui quidem ex rebus anni 131 petitus esse debet, quum post debellatos demum servos religio Ætnæi Jovis instaurari potuerit. Ex his igitur satis intelligitur de anno quo Memphites truncatus sit Diodorum cum Livio consentire. Uterque auctor in hujus temporis rebus Syriis et Ægyptiis Posidonium, ducem optimum, sequi solet. Illud tamen quæritur, num fuga quoque Ptolemæi ad eundem annum 130 referenda sit, an ad antecedentem pertineat, adeo ut paullo altius Livius rem repetiverit. Hoc ut credamus, facit Diodorus XXXIII, 6 p. 524 Didot., qui quum Ptolemæum regnasse annos quindecim prodat, fugam ejus retulit vel ad finem anni 132 vel ad initium anni sequentis. — Igitur Ptolemæus Soter quum circa annum 130 a. C. natus esse debeat, initio regni agebat vitæ annum quartum fere ac decimum.

82. Ceterum si quis Livium, Diodorum et Agatharchidem negligeret, in promptu erat Soterem credere antiquiorem fuisse. Nam ita Justinus XXXIX, 3 : *Igitur quum pronior in minorem filium esset* (Cleopatra), *a populo compellitur majorem eligere; cui priusquam regnum daret, uxorem ademit; compulsumque repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram, minorem sororem Selenen ducere jubet. Sed Cleopatra, non tam a viro repudiata quam a matre divortio viri dimissa, Cyziceno* (a. 111 sqq.) *in Syria nubit* etc. Secundum hæc Soter antequam regnum susciperet, jam uxorem habuisse videtur; quod de puero annorum quattuordecim non est verisimile. Vehementer vereor ne in breve contrahens Trogi narrationem ut alias sic in his quoque Justinus obscuraverit. Rem ita adornandam esse conjicio. Soter Cleopatram duxerit quam primum fieri potuit, ætatis anno decimo sexto vel septimo (114. 113). Hucusque omnem potestatem penes matrem, mulierem dominandi libidine famosam, fuisse concesseris. Quare hosce regni annos uni Cleopatræ assignasse videtur Posidonius (ap. Strab. II, p. 99), qui Eudoxum Cnidium navigationem suscepisse ait *regnante Cleopatra;* reversum autem dicit οὐκέτι τῆς Κλεοπάτρας ἡγουμένης, ἀλλὰ τοῦ παιδός. Ac sane obtinuisse Soterem ut solus regnaret, probat papyrus Parisiensis (*du Louvre* N. 53. V. Letr. l. l.) qui ad sextum regni annum (111 a. C.) pertinens unum regis nomen, non simul Cleopatræ matris, exhibet. Auctor vero hujus rerum conversionis fuerit uxor Soteris, audax illa et Cleopatræ marito inimicæ consiliis strenue obsistens. Cujus amovendæ causa nihil tentans mater filio *regnum dederit*, ut Justinus ait, id est, soli regnare concesserit, ea conditione, ut uxorem dimitteret et Syriæ regi Antiocho destinaret, ejusque loco Selenen duceret. Quo facto, mox recuperaturam se pristinam potestatem præsensit, nec spes eam fefellit. Sic rem habuisse crediderim; sin minus, aut præcox Soteris matrimonium sumere licet aut complures annos Cleopatram solam regnasse antequam populo cedens filium majorem regem crearet.

83. Sed hæc omnia corruerent, et Livii et Diodori et Agatharchidis auctoritas everteretur, si revera Soter filiam suscepisset anno 126, quam anno 114 duxisset Alexander I, ut in laterculo suo ponit Letronnius. At nihil historia suppeditat quod in ejusmodi sententiam abire cogat(*). Duas Alexander I uxores habuit; utrique erat Cleopatræ nomen; priorem nonnisi ex Eusebii Chronico novimus, ubi Alexander II Cleopatræ filius esse dicitur. Duxisse eam Alexander debet ante an. 103, quo filius ex ea natus Alexander II in Con insulam transportatus est, ubi juvenem duodeviginti minimum annos natum reperit an. 86 Mithridates καὶ παραλαβὼν ἔτρεφε βασιλικῶς. Altera uxor erat Cleopatra Soteris filia, quam scimus mortuam esse anno 81 (Porphyr.),

(*) Nec quidquam de hac re probatur titulo Apollopolitano (ap. Letr. l. l. p. 49, in C. I. III, p. 362) : Βασίλισσα Κλεόπατρα καὶ βασιλεὺς Πτολεμαῖος θεοὶ μεγάλοι Φιλομήτορες [καὶ Σωτῆρ]ες, καὶ τέκνα Ἀρωήρει θεῷ μεγίστῳ καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς. In quibus si recte habet supplementum καὶ Σωτῆρες, titulusque ad Ptolemæum VIII pertinet, tamen de anno ei assignando nihil liquet nec quidquam de eo admittendum, quod cum reliqua quam novimus historia conciliari nequeat.

postquam per dies aliquot uxor fuisset privigni sui (προγόνου Porphyr.) Alexandri II. Quando nata, quando Alexandro I juncta sit, nemo tradit nec certius sciri potest. Si editam ponamus an. 111, Alexandro nubere potuit inde ab an. 97.

84. Semotis impedimentis, quibus recentiores chronologi viam obstruebant, ad auctorem nostrum revertor. Ptolemæus igitur quum post patris obitum quattuordecim fere annos natus esset, magistro adhuc usum fuisse sponte intelligitur. Tutorem vero regis non Ptolemæus iste constituerit, qui uxoris arbitrio regnum reliquit, sed voluntas populi, qui quum matrem coegisset, ut invisum sibi filium regem crearet, personam ejus odio et iræ Cleopatræ committere non potuit; in promptu vero erat maternis insidiis virum opponere probum, longæ vitæ experientia rerumque civilium usu valentem, regis personæ addictissimum.

85. Alia quædam subjungam quæ ad ætatem scriptoris nostri definiendam aliquatenus pertinent. — Eo ipso tempore quo sua Agatharchides conscriberet, nova quædam de insulis orisque oceani meridionalis in notitiam venerant (uti patet ex § 110). Jam vero vidimus ad Cleopatræ et Ptolemæi VIII Soteris sive Lathuri regna a Posidonio referri navigationem Eudoxi Cnidii. Præterea cognitionem geographicam australis terræ sub Ptolemæo Lathuro auctam esse indicat Plinius VI, 35 § 188, ubi de Æthiopiæ gentibus: *Quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum est* (Cf. Agath. § 41). *Quibusdam ante Ptolemæum Lathyrum Ægypti regem ignotus fuit usus ignium.* Porro Agatharchides § 102 de Arabibus dicit · Οὗτοι πολύχρυσον τὴν Πτολεμαίου Συρίαν πεποιήκασι. Igitur penes Ptolemæos tunc fuit Cœlesyria, quam Antiochus Magnus prœlio ad Panium commisso Ptolemæo V Epiphani eripuerat, nec recuperavit Ptolemæus VI, etsi recuperasset, nisi jamjam vincens prœlio cecidisset (an. 146). In potestatem denique provinciam redegerit Ptolemæus VII, quo tempore rebus Syriis se immiscuit, Demetrio Nicatori opponens Alexandrum Zabinam (128), et postea Tryphænam filiam Antiocho Grypo elocans (123).

86. Monendum etiam de scriptoribus nonnullis, qui ab Agatharchide laudati ad ætatem ejus proxime accedunt. Inter eos Dinias (§ 5 p. 112), Ἀργολικῶν scriptor, Arato, cujus res gestas prodidit, aut æqualis erat aut junior; si æqualis erat, senilis ejus ætas cum Agatharchidis juventute componenda. Porro § 64 p. 156 Ag. dicit terræ habitabilis partes occidentales explicasse Lycum et Timæum, orientales Hecatæum et Basilim, boreales Diophantum et Demetrium. Horum postremus est Demetrius Callatianus, quem Ponticas regiones diligentissime descripsisse constat ex anonymi periegesi iambica. Composuit Περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης libros viginti. E fragmentis (t. IV, p. 381) tenuissimis nihil liquet nisi scripsisse eum post an. 216; Dionysius vero Halicarnassensis (De verb. comp. t. V, p. 30 R.) quum Demetrium inter historicos orationis elegantiam parum curantes memoret *post* Polybium et Psaonem, his ille non antiquior, adeoque Agatharchidis coætaneus fuerit. Diophantus vero Ponticôn auctor, si idem est cum Diophanto Mithridatis duce, Agatharchide fuit junior, attamen potuit Pontica edere antequam senex Noster de mari Erythræo scriberet. Basilis, Indicôn et Æthiopicôn auctor (Fr. H. IV, p. 346) inter quinque istos quos Plinius VI, 35 Æthiopiam explorasse dicit et ex temporum ordine recenset, loco ponitur penultimo, ut Agatharchide vix fuerit multo antiquior. Præter hos Arrianus, qui de cometis scripsit, laudatur § 111, p. 194. Scripsit hic post Eratosthenem (*) ideoque Agatharchidis fere coætaneus fuisse debet. Ex iis autem qui Agatharchidis libris usi sunt, antiquissimus est Artemidorus Agatharchide paullo junior, quippe quem floruisse Ol. 169 (104 a. C.) refert Marcianus Heracleensis.

87. Scripta Agatharchidis a Photio cod. 213 recensentur hæc:

1. Τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν βιβλ. ι'
2. Τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν βιβλ. μθ'.
3. Περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης βιβλ. ε'.
(4. Περὶ τῶν Τρωγλοδυτῶν βιβλ. ε')
5. Ἐπιτομὴ τῶν περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν βιβλ. α'.
6. Ἐπιτομὴ τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων ἀνέμων (ἐθῶν? νόμων?).
7. Ἐκλογαὶ ἱστοριῶν.
8. Περὶ τῆς προσφιλοῦς ὁμιλίας.

(*) Joannes Philoponus Comment. in Aristot. Meteorol. p. 79 Ald. 1551: Ἀρριανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ μετεώρων φησὶν, ὡς Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος ἰσχυρίζεται, εἴκοσι καὶ πέντε μυριάδας σταδίων ἔχειν τὴν περίμετρον τοῦ μεγίστου τῆς γῆς κύκλου. Laudatur hic Arrianus etiam a Joanne ad Aristot. Phys. p. 24, quem locum in schedulis meis non exscripsi.

9. Ἐπιτομὴ τῆς Ἀντιμάχου Λύδης.

88. In Asiæ rerum libris decem exposita historia τῶν ἐν Ἀσίᾳ Ἀλεξάνδρου διαδόχων; in Europiacis auctor vel a morte Alexandri M., vel ab eo tempore, in quo Heraclidæ Lembi historia substiterat, exorsus usque ad finem imperii Macedonici narrationem deduxisse videtur (*). Haud pauca in his Agatharchidem interposuisse de rebus geographicis et ad historiam naturalem pertinentibus fragmenta probant. Sic in Europiacorum fragm. 1 de anguillis Copaidis lacus, fr. 10 de phasianis, fr. 13 de vino Issæ insulæ sermo est; in Asiaticorum autem libro secundo excursus legebatur de Æthiopia, quæ angustiore vocis sensu dicitur et τήν τε νῆσον τὴν Μερόην καὶ τὴν χώραν τὴν πλησίον Αἰγύπτου (Diodor. III, 7, 3) sive Meroes regnum comprehendit. Narravit ibi Agatharchides quæ de origine Æthiopum, coloniis in Ægyptum deductis, literis, legibus, institutis acceperat (v. Diodor. III, 2-7). His deinde nonnulla subjunxit de rudibus illis Æthiopum gentibus (Diod. l. l. c. 8-10), de quibus postea fusius exposuit in opere de mari Erythræo. Similiter scripto περὶ θαυμασίων ἐθῶν (si ita legendum est) in multis præluserit mirabilibus illis ad quæ in geographicis libris præ ceteris auctor attendisse videtur, quorumque colligendorum studium sub Ptolemæo VII, talium rerum curiosissimo, inprimis viguerit.

89. Libros quinque Περὶ τῶν Τρωγλοδυτῶν non diversos fuisse puto a libris quinque Περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Horum *epitomen* non ipse Agatharchides senex, sed alius quidam elaborasse videtur. Librum primum et quintum excerpsit Photius; quintum Diodorus Bibliothecæ libro tertio in compendium redegit (**). Præter hos Artemidorum in Geographicorum libro octavo descriptionem sinus Arabici ex Agatharchide potissimum petiisse comparata inter se Photii et Diodori ex Agatharchide excerpta et quæ ex Artemidoro Strabo enotavit, docent luculentissime.

90. Erythræum mare quum aliis sit australis oceanus universus, aliis mare ab India ad recessum sinus Arabici pertinens, aliis nonnisi illud quod Arabiæ latera tria alluit, angustiore hoc sensu Agatharchides nomen adhibuisse videtur. Certe quæ ex eo referuntur, omnia pertinent ad sinum Arabicum et mare Arabiæ meridionalis et sinum Persicum, cujus insulas Erythras Persa incolis frequentans nomen dedisse mari ab auctore nostro censetur. Præterea quum Photius § 47 p. 139, 3 insulas quasdam sinus Persici dicat τετραμμένας πρὸς τὸ δοκοῦν πέλαγος παρεκτείνειν τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν Γεδρωσίαν, in his Gedrosiæ ora tam vagis verbis indicatur, ut ab argumento operis nostri alienam fuisse suspiceris. Tum vero in circumscripto his limitibus opere Agatharchides præ ceteris tractaverit ea, quæ ad Africæ oram regionesque ei proximas pertinent. De his enim excerptorum pars est longe major, et antiquorum auctorum narrationes uberiores suppetebant. Omnino autem Agatharchides, si ad rem judicium subactum attulit, et scientiæ geographicæ leges in scribendo non neglexit, non modo plenissimum sed accuratissimum etiam de istis regionibus opus componere potuit, quum subsidiorum copia uberrima tunc adesse deberet, aditusque ad ea, si cui alii, pateret Agatharchidi. Nam præter libros bibliothecæ Alexandriæ præsto erant τὰ βασιλικὰ ὑπομνήματα sive asservati in regiis scriniis commentarii eorum, qui regum jussu plagas istas exploraverant; nec pauca etiam ex ore testium oculatorum accipere licebat.

91. Quæ nos jam novimus de iis qui post Alexandri M. et ante Agatharchidis tempora mare Rubrum descripserunt vel explorarunt, perpauca sunt. Eratosthenes apud Strabonem p. 768 de sinus Arabici juxta Arabiæ oram longitudine laudat *Alexandrum* et *Anaxicratem;* quorum ille haud dubie idem est cum eo qui ab Æliano (H. An. XVII, 1) citatur Ἀλέξανδρος ἐν περίπλῳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης de serpentibus cancrisque præ-

(*) Ultimum fragmentum e libro 38 petitum (Fr. H. tom. III, p. 192) de Dardanis agit, pertinetque ad historiam Philippi, qui sæpius eam gentem bello aggressus est, ut an. 207 (Liv. 28, 8), 200 (Liv. 31, 28, 43) et 197 (Liv. 33, 19). Reliqui libri undecim, si in annum 168 desinebant, complectebantur res annorum 30-40, adeo ut singulis libris inesset historia annorum trium quattuorve, quæ fere ratio etiam præcedentium librorum fuisse debet.

(**) Laudat Diodorus III, 11, 1 Agatharchidis librum secundum Περὶ Ἀσίας una cum Artemidori libro octavo, de Meroes Æthiopibus ceterisque. V. not. ad § 30 p. 129. In iis vero quæ lib. III, 12-48 ex Agatharchidis libro quinto refert, bis laudat auctorem suum (III, 18 et 48. Vid. Agath. § 41 p. 135 et § 105 p. 192), non citato operis titulo. Epitome Diodori cum Photii excerptis in singulis interdum verbis concinit; de aliis modo pauciora, modo uberiora quam Photius præbet. Accidit etiam ut inepta ratione vestigia Agatharchidis legat, ut § 84. p. 174. Recte Heynius De fontibus Diodori p. 63 ed. Bip.: « Artemidorum Ephesium... quem ipse (Diodorus III, 11) in iis quæ de Ægypto et Æthiopia tradita sint, inter præstantiores scriptores refert, vix in iis, quæ de Troglodytice et Æthiopia exposuit, adhibuisse videtur; conveniunt enim omnia cum Agatharchide. » De his contra Heynium disputare non debebat Hoffmannus *Die Iberer*, etc. p. 201.

grandibus, Neptuno sacris, quos nemo lædat ipseque auctor se vidisse narravit. De Anaxicrate aliunde non constat, nisi forte huc pertinet is, quem urbibus condendis Seleucus Soter præfecerat (Tzetzes Hist. VII, 174). — *Pythagoræ* opus περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης novimus ex Athenæo p. 183, F (ubi de pandura Troglodytarum), et p. 634 (de tetrachordo instrumento, quo Troglodytæ utantur) et Æliani Hist. Anim. XVII, 8 (de cepo. Cf. Agath. § 75) et XVII, 9 (de onocentauro). Fuit Pythagoras ille Euphorione antiquior, nec fortasse diversus a Pythagora *Ptolemæi regis præfecto*, quem magnas gemmas in insulis maris rubri ante Arabiam sitis reperisse prodit Plinius XXXVII, 9. Nonnulli nominum similitudine seducti censent a Pythagora non esse distinguendum *Orthagoram*, cujus Ἰνδοὺς λόγους memorat Ælianus XVI, 35, quemque de Ogyride insula sinus Persici et Erythræ regis sepulcro una cum Onesicrito testem affert Strabo p. 766, et de alia re Philostratus in Vit. Apoll. III, 53, qui etiam quæ deinceps leguntur c. 54 sq. de Gedrosiæ ora ex eodem fonte hausisse putandus est, præsertim quum inter hæc etiam de Ichthyophagis pecora pisce alentibus sermo sit, quod ipsum laudato Orthagora refert Ælianus l. l. His adde *Philonem* τὸν συγγράψαντα τὸν εἰς Αἰθιοπίαν πλοῦν (Strabo p. 77) sive Αἰθιοπικὰ (Antigon. Mirab. c. 145 ed. Westerm.). — Ipse Agatharchides § 44 p. 155 de certa quadam Ichthyophagorum gente laudat *Simmiam* a Ptolemæo III missum ad explorandos populos maritimos extra fauces sinus Arabici. Alii memorantur duces Ptolemæorum, qui num etiam libros de expeditionibus suis in publicum ediderint, haud liquet. In excerptis Agatharch. § 85 p. 175 mentio fit Aristonis ad exploranda Arabiæ litora missi a Ptolemæo (Philadelpho, ut puto (*)). Artemidorus apud Strabonem p. 769 Satyrum Philoteram condidisse narrat et a Ptolemæo II ablegatum esse ἐπὶ τὴν διερεύνησιν τῆς τῶν ἐλεφάντων θήρας καὶ τῆς Τρωγλοδυτικῆς. Ex eodem novimus Eumedem Ptolemaidis τῶν θηρῶν conditorem. Porro Philemonem præfectum, qui e Topazôn insula primus gemmas ad Berenicen Ptolemæi II matrem attulit, apud Plinium habes. Alios viros huc pertinentes produnt nomina insularum, portuum, promontoriorum, specularum, venationum, castellorum, stelarum, ararum. Sic ex Artemidoro in sinu Arabico nota sunt : Σούχου φρούριον (**), Δημητρίου σκοπιαί (***), Κόνωνος βωμοί, Κοράου φρούριον καὶ κυνήγιον, Ἀντιφίλου λιμήν, Εὐμένους ἄλσος, Φιλίππου νῆσος, Πυθαγγέλου κυνήγιον, et extra fauces : Λίχα θήρα, Πυθολάου ἀκρωτήριον, Λέοντος σκοπή, Πυθαγγέλου λιμήν, et Πυθολάου, Λέοντος, Πυθαγγέλου, Χαριμόρτου στῆλαι καὶ βωμοί. Præterea apud Ptolemæum memorantur : Διογένους ἄκρον, Ἀντιόχου σωλήν, Ἀγαθῶνος νῆσος, Μύρωνος νῆσος, Διοδώρου νῆσος, in Arabiæ ora Σωσίππου λιμήν et juxta eam Τιμαγένους νῆσος, Σωκράτους νῆσος, et extra angustias Ἀγαθοκλέους νῆσοι δύο. Denique Plinio teste (VI, 34), *a regum præfectis dictæ Maru* (s. *Mareu*) *insulæ aquosæ et Eratonos* (*Eranos* v. l.) *sitientes* (****). Non omittendi denique qui terreno itinere Æthiopiam explorarunt, exploratamque descripserunt, *Dalion*, *Aristocreon*, *Bion*, *Basilis*, *Simonides minor*, quos hoc ordine recenset Plinius, quorumque priores certe quattuor Agatharchide antiquiores erant. Num accensendus iis sit *Damocritus*, Αἰθιοπικῶν auctor, incertæ

(*) Aristonis statio vocatur una ex iis, quæ erant in via a Copto ad Berenicen a Ptol. II, ducta. V. Tab. Peut.

(**) Non scribendum esse ap. Strab. p. 770 contra codicum auctoritatem φρούριον, Τοσούχου (τὸ Σούχου codd.) ἵδρυμα, ut Corayus et Cramerus fecerunt, liquet ex Plinio.

(***) Apud Ptol. IV, 7, 5 alia in regione memoratur Δήμητρος σκοπιᾶς ἄκρον; ubi legendum puto : Δημητρίου σκοπιά, ἄκρον. Eadem nomina in diversis oræ locis interdum redeunt; neque est cur aut Ptolemæum aut Artemidorum errasse putemus. — Porro pro βωμὸς Ἔρωτος ap. Ptolem. l. l. probabiliter fuit βωμὸς Ἐράτωνος, quum insulas Eratonis e Plinio noverimus. Similiter Droysenius *Hellenism.* II, p. 743 pro Σατύρων ὄρος ap. Ptol. l. l. leg. suspicatur Σατύρου ὄρος. Dubitari etiam possit an recte habeant Ἀθηνᾶς νῆσος et λιμὴν εὐαγγέλων.

(****) Eratonis nomen habes in C. Inscr. t. III, p. 426 N. 4901 in titulo templi Philarum ins. : ΕΡΑΤΩΝΟΣ [ΤΟΥ ΣΥ]Γ-ΓΕ[ΝΟΥΣ... ΠΡΟΣΚΥΝΗΜΑ] et N. 4902 in titulo mutilo, cujus initium : ΕΡΑΤΟΝΟΣ... ΥΝΓ C. ΙΣ....
ΜΙΑΡV..........ΚΑΙ........
« Initio versus 2 dixeris quidem fuisse Θηβάρχου aut στρατηγοῦ, sed multo probabilius est fuisse ΚΑ]ΙΑΡ[ΧΙ, e. c. ἀρχικυνήγου, ἀρχιφυλακίτου etc. » Franz. Nescio an subsit præfectus qui apud Plinium VI, 33, § 169 cum Eratone memoratur, et a quo dictæ insulæ *Maru* vel *Mareu*; Μαρία νῆσος ap. Diodor.; nec alia est, opinor, Μύρωνος νῆσος ap. Ptol. — Præterea habes Διοσκορίδου νῆσον (hod. *Socotra*) et Ζηνοβίου insulas septem (*Kuria-Muria* hodie), quas item a Græcis nomen nactas esse putare possis. At hæc nomina ficta potius ad aliorum similitudinem. Nam Διοσκορίδου ortum ex *diu-sokotera*, i. e. insula beata (εὐδαίμονες νῆσοι Agath. § 103); Ζηνοβίου autem insulæ non a Zenobio quodam dictæ, sed ab incolis earum *Djenobi* Arabibus. Similiter ὁ Σεραπίωνος et ὁ Νίκωνος δρόμος in oræ Azaniæ fuerint arabica nomina in græca detorta (V. not. ad. per. m. Er. p. 269).

ætatis (v. Fr. H. IV, p. 377), in medio relinquimus. Neque magis constat de Æthiopicis, quæ Suidas tribuit Charoni Lampsaceno, nos vero Charoni Naucratitæ historico vindicanda esse suspicamur.

92. Post tot virorum Græcorum itinera, expeditiones conditosque de iis commentarios quæras quidnam Agatharchides suis De mari Erythræo libris quinque præstiterit. Vereor ne minora fuerint quam exspectaveris. Quodsi ex parte superstite de integro opere judicium ferre licet, narratorem sane habemus suavem, perelegantem, omnesque illas orationis virtutes ostendentem, quas in historicis Nostri scriptis summopere Photius laudavit, tantoque promtius nos prædicamus, quo minus geographicorum scriptores de iis solliciti esse solent. At ipsum illud elegantiæ studium in causa fuisse videtur ut negligeret auctor ἀκρίβειαν istam, quæ in ordine narrationis perspicua et in locorum regionumque nominibus, situ, ambitu, distantiis accurate definiendis posita præcipuam geographi laudem constituit. Qua spreta diligentia, pinguntur nullis circumscripta lineis, et pro distincta imagine præbetur confusa nitidissimorum licet colorum farrago. Ea enim nostri operis species est, ut non tam a geographo elaboratum putes quam a rhetore concinnatum, qui hoc sibi proponeret ut e variis aliorum scriptis librum eliceret amœnum ac juventuti lectorumque multitudini tanto gratiorem quo magis procul haberet exactæ doctrinæ austeritatem. Missa igitur fecit aut levi bracchio tetigit populorum barbarorum nomina horrida et jejunos numeros distantiarum et quæ cetera non poterant ornate nec ore proferri rotundo; contra vero operam dedit ut argumenta narrationis scite scligeret et artificiose variaret et præ ceteris τὰ θαυμάσια καὶ παράδοξα amplectens iisque inhærens ipse videretur scriptor admirabilis.

93. Dispositio operis. Terrarum, quas mare alluit, descriptiones ita veteres auctores disponere solent ὥστε σύμβουλον ποιεῖσθαι τὴν θάλασσαν, τῇ παραλίᾳ χρώμενοι, ἡγεμονικόν τι τὴν θάλασσαν κρίνοντες (v. Ephor. ap. Strabon p. 334). Et hæc quidem ratio, qua ducem scriptor sequitur oram maritimam, ab eaque ad mediterranea, ubi commodum fuerit, digreditur, ut simplicissima sic rei est accommodatissima. Agatharchides vero tritam viam et ab artificio alienam legere noluit, sed ita libros adornasse videtur, ut pars eorum esset historica potius quam geographica; in geographicis autem distinguerentur rerum genera, separatimque ageretur de populis, de bestiis, de plantis etc., populi rursus componerentur secundum vitæ rationes, ideoque ichthyophagorum titulo comprehenderentur omnes isti populi qui per utrumque sinus Arabici latus et meridionalem Arabiæ oram et sinus Persici insulas dispersi piscium captura vitam sustentant. Denique quum persæpe quidem in his narrationis partibus de ora maritima sermo fuisset, nec tamen justa ejus descriptio exhiberetur, separatim rursus de ea sermonem instituit, ita vero ut quæ in antecedentibus jam exposuisset, omitteret, ex reliquis autem nonnisi ad mirabilia et τὰ πόρρω κείμενα ἀπὸ τῆς συνηθείας attenderet. Sic mixtum, varium, diffusum opus conflavit, cujus geographica si quis in tabula delineare omnia tentaret, nullis aliunde assumtis auxiliis, perplexum sane negotium susciperet.

94. Sed paullo accuratius argumenta excerptorum perlustremus. Initio libri primi sermo erat de Ptolemæo II, primo venatore elephantum (§ 1). Deinde (2-8) auctor docere studet unde nomen habeat mare Erythræum; qua in re Persicam fabulam ipse secutus refellit aliorum sententias, et verbosa diatribe ridet vulgi credulitatem, quod Græcis fabulis fidem non deneget. His absolutis ad elephantos redit (§ 9). Quæ deinde leguntur, ex oratione petita sunt de bello contra Æthiopes suscipiendo (§ 11-18); subjiciuntur nonnulla de armis Æthiopum, et quomodo Ptolemæus nescio quis equites bello Æthiopico destinatos instruxerit (§ 19, 20). Hactenus pertinent excerpta libri primi. In quo quum de elephantis maxime et Æthiopibus sermo fuisse videatur, et elephantos venandi studium regnante Ptolemæo Philadelpho Æthiopicas regiones primum aperuerit, iisdemque bestiis debeatur ut sub ceteris Ptolemæis cognitio harum terrarum subinde aucta sit: sponte nascitur suspicio primi libri argumentum positum fuisse in historia rerum, quibus meridionales isti tractus in notitiam Græcorum pervenerint. Narraverit igitur primum de Ptolemæo II venatores emittente, deque Ptolemaidis ab Eumede conditæ originibus, deinde quomodo alii duces alias venationes instituerint, in certum quendam oræ locum appellentes ex eoque in mediterranea penetrantes. Qua in re non modo hoc spectandum erat, ut regionem elephantis frequentatam seligerent, sed ut portus etiam navibus ἐλεφαντηγοῖς accommodatus in propinquo esset, et simul lo-

cum nanciscerentur qui natura sua vel imposito castello Græcos a barbarorum impetu tutos præstaret. Jam quum a borea hodiernæ Abyssiniæ elephantes non reperiantur, venatio circa Ptolemaidem, ut prima erat, sic ceteris magis boream versus sita est. Deinde apud Artemidorum sequuntur Σάβα λιμὴν καὶ κυνήγιον ἐλεφάντων, Μηλινὸς λιμὴν, cui superjacet φρούριον καὶ κυνηγία, Εὐμένους ἄλσος et pone id Δάραβα πόλις καὶ κυνήγιον ἐλεφάντων τὸ πρὸς τῷ φρέατι λεγόμενον, tum Πυθαγγέλου κυνήγιον et deinceps aliæ venationes tam intra fauces sitæ quam extra eas ad sinum Avaliticum. De his igitur omnibus Agatharchidem libro primo, fortasse etiam sequente, exposuisse neque aliunde sua hausisse Artemidorum consentaneum est. Ac facile hinc explicatur ratio qua libro quinto ora Libyca describitur. Nullam ibi neque Photius neque Diodorus mentionem injiciunt Berenices, celeberrimi hujus oræ emporii; haud aliam scilicet ob causam quam quod de ea auctor jam dixerat libro primo; a Berenice enim proficisci debuerunt Eumedes ceterique qui in Abyssiniæ oram emittebantur. Ac de toto hoc tractu qui inter Berenicen et Ptolemaidem medius est, ipse Agatharchides libro quinto ad priora volumina lectorem relegavit. Sic enim intelligenda sunt verba Photii § 84 p. 174 : Τὰ μὲν ἕως τῶν Ταύρων καὶ Πτολεμαΐδος ἡρμήνευται, quibus e Diodoro l. l. jungas : ὅτε Πτολεμαίου τὴν τῶν ἐλεφάντων θήραν ἀπηγγείλαμεν. Eadem de causa de tota Abyssiniæ ora in libro quinto nihil refertur nisi mirabilia quædam de umbrarum ratione quam Ptolemaide observarunt, deque balænis hujus maris ingentibus. Contra Gosselinus et Mannertus e libri quinti ratione collegerunt præter Ptolemaidem nullum in Abyssiniæ ora locum insigniorem Agatharchidi innotuisse, eique opinioni suam de ætate scriptoris sententiam, spretis historiæ testimoniis, accommodarunt. Similem in errorem incidit Reichardus (*). Etenim quum Artemidorus in ora inter Berenicen et Ptolemaidem media nonnisi pauca locorum nomina, multa autem in hod. Abyssiniæ litore recenseat, apud Ptolemæum vero contraria ratio obtineat : turbatam esse Artemidori descriptionem, et plurima eorum quæ in Abyssinia ille collocavit, ad Nubiæ oram transferenda esse sibi persuasit, arreptaque nominum nonnullorum similitudine, novum prorsus locorum ordinem, ea qua solet temeritate, in credulorum usum effinxit. Quibus immorari non est operæ pretium. Nam quæ florente regno Ægyptio magni momenti erant, elephantorum venationes inde ab ultimorum Ptolemæorum temporibus neglectas fuisse ac vicos oppidaque in Abyssiniæ ora et sinu Avalitico præter pauca barbarorum metu derelicta esse sponte intelligitur, si historiam rerum Ægyptiarum reputaveris. Itaque de his nihil fere legitur apud Claudium Ptolemæum, qui in tabulas suas præ ceteris loca mercatorum navigationibus nota recepit.

95. Libris II-IV quid Agatharchides egerit, nescimus. Pars eorum fortassis in eodem quo primus liber argumento versabatur; alia pars esse potuit de Arabiæ ora meridionali adjacentibusque insulis et de sinu Persico; de quibus Ptolemæi III expeditionem haud pauca suppeditasse credideris. Sed hæc in meras conjecturas retrusa.

96. Libro quinto procemii loco rhetor noster præmittit μελέτην ῥητορικὴν de ratione qua magna infortunia decenter annuntianda sint. Deinde gentes quæ sint a meridie Ægypti, descripturus, primum de via agit quâ Memphi ad fines Æthiopiæ itur (§ 22), tum nitidam narrationem interponit de auri metallis ad Ægypti et Æthiopiæ confinia sitis (§ 23-29). Post hæc ad præcipuum libri argumentum accedens, quattuor gentium classes distinguit, fluviorum accolas, paludum accolas, errantes, ichthyophagos oræ maritimæ (§ 30). Ac primum quidem de ichthyophagis agit, qui quum non solum per Libyæ oram dispersi habitent (**), sed etiam in Asiatico litore inde ab intimo sinus Arabici recessu usque ad Gedrosiam passim occurrant, hos omnes eodem loco describendos sibi sumens auctor, § 31-39 vitam depingit eorum qui sunt intra fauces sinus Arabici, dein § 40-49 (***) ceteros recenset in meridionali Arabiæ ora et sinu Persico degentes. In his § 41 laudatur Simmias, quem Ptolemæus ad *Arabicam* potissimum (non vero Libycam) oram explorandam misisse putandus est. Ejusdem Ptolemæi III temporibus reliqua, quæ de hac Arabiæ parte traduntur, primum innotuisse probabile fit e collatis inter se quæ in Monumento Adulitano leguntur et quæ de expeditione regis in Babylo-

(*) *Myoshormus und die Ægyptisch-Æthiopische Küste des klassischen Zeitalters* in libro : *Kleine geogr. Schriften* p. 402 sqq.

(**) Vid. not. ad. § 31 p. 129.

(***) Pag. 141 not. ad § 49 *a* dele verba *Quæ apud Diodorum... interposita.*

niam et Persidem novimus. Indicium rei inest excerptis p. 139, 4 sq. cum Plinii narratione IX, 2 (v. p. 135 not.) comparandis.

97. His defunctus (Διεληλυθότες δὲ περὶ τῶν παροικούντων τὴν ἀπὸ Βαβυλωνίας ἕως τοῦ Ἀραβίου κόλπου, Exc. Diod. § 50 p. 141), ad Libycam Æthiopiam auctor rediens populos ejus mediterraneos describit. Rhizophagos Astaboræ accolas (§ 50) excipiunt Hylophagi et Spermatophagi (§ 51); proxime sequuntur Venatores (Gymnetæ Artemidori) (§ 52), a quibus longe ad occasum remoti Elephantomachi sive Elephantophagi (§ 53), et ab his versus occasum Simi, versus meridiem Struthiophagi (§ 57); modico hinc intervallo occurrunt Acridophagi (§ 58), quibus contermina regio ob scorpionum multitudinem deserta (§ 59); postremi demum versus meridiem Canimulgi habitant (§ 60). Inde narratio convertitur ad Troglodytas nomades, quorum vita et instituta explicantur fusius (61 sqq.). — Deinde postquam dixerat sua hac opera meridionales terræ habitabilis regiones similiter explanatas esse atque orientem Hecatæus et Basilis, alii reliquas orbis plagas primi accuratius descripsissent, generaliora quædam subjungit, ut de summa regionum borealium et australium diversitate, etsi eæ non ita magnis intervallis separentur, quum a Mæotide palude ad Æthiopiam iter 24 diebus confici possit. Tum bestias describit, leones, myrmecoleones, pardales, rhinocerotes, camelopardales, sphinges, cynoscephalos, cepos, tauros carnivoros, serpentes (§ 68-77).

98. In hac libri parte quæ de gentibus produntur, pretii sunt maximi, neque meliora aliunde suppetunt. Quamvis color narrationis rhetoricus nonnulla offuscaverit, in universum tamen ad vividum pingitur populorum istorum imago, quorum vitæ ratio ad hunc usque diem eadem fere permansit. At dolemus neque situm singularum regionum exactius definiri, neque gentium afferri nomina propria, ex quibus unum Megabarensium Troglodytarum in Excerptis apparet. Ignorare ea non potuit Agatharchides, quum sat multa eorum ex antiquioribus libris Plinius depromserit.

99. Sequitur sinus Arabici descriptio secundum commentarios regios fidemque testium oculatorum (τὰ μὲν ἐκ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλικῶν ὑπομνημάτων ἐξειληφότες, τὰ δὲ παρὰ τῶν αὐτοπτῶν πεπυσμένοι § 79 Diodor.). Sed ne justum periplum exspectes. Nihil nisi hoc Agatharchides agit, ut insolita et mirabilia exponat. Πολλῶν ὑπαρχόντων, ait, θαυμασίων καὶ πόρρω κειμένων ἀπὸ τῆς συνηθείας, αὐτοὺς ἐπελεύσομαι τῶν τόπων τοὺς μνήμης ἀξίους. De mensuris tamen sinus nonnulla præmittuntur. Longitudinem ejus docemur excurrere ἐπὶ πολλοὺς πάνυ σταδίους (§ 79); latitudinem minimam et mediam et maximam paullo disertius tradit; qua occasione Panormus et Maria insula memorantur, quorum mentio in ipsius oræ descriptione non recurrit. Deinde ab Arsinoe proficiscens in occidentali sinus ora memorat thermas aquæ amaræ, lacum quendam et Nili rivum per spongiosa in mare transcurrens (§ 80); sequitur mons mire rubicundus, tortuosus Myos seu Veneris portus apud eumque olivarum et meleagridum insulæ (§ 81); tum peninsula per quam naves transducuntur, et sinus Immundus et Ophiodes sive topazôn insula, de qua fabulosa quædam narrat. Inde post Ichthyophagorum et Troglodytarum oram, quæ ad Sotiras usque portum pertinet et hinc Arabiam versus deflectit, mare palustre et viride magnorum causa exsistit infortuniorum, quibus pingendis auctor immoratur. Ceterum de paraplo usque ad Taurum montem et Ptolemaidem lector relegatur ad libros antecedentes; deinde paucis monetur de umbrarum ratione quæ Ptolemaide sit tempore solstitii. Sequuntur campi irrigui, elephantis aliisque bestiis frequentati, plantisque suis memorabiles; deinde fretum insulis distinctum, in quibus aves specie admirandæ; tum mare profundissimum cete alit ingentia, non molesta tamen, nisi forte in dorsi pinnas navis incurrat. Claudunt extremam sinus Troglodyticam acræ Psebææ (84). Hactenus de latere sinus occidentali, quod tanto paucioribus auctor describit, quum plurima de eo jam exposuerat in libris antecedentibus. Uberiora et accuratiora tradit de latere Arabico, in quo, ut capita narrationis verbo indicem, memorantur Neptunium (85), palmetum (86), Phocarum insula prætensumque ei promontorium (87), Maranitæ a Garindanensibus deleti, Læanites recessus et Nabatæi accolæ (88), dein Bythemanenses (89), tum Batmizomanenses ad sinum profundum (90), tres insulæ (91), litus saxosum mille stadiorum (92), adjacens mons mirabilis; alti cumuli arenæ nigræ; Charmutha peninsula et portus cothoni Carthaginiensium similis; montes quinque pyramidales; sinus rotundus cum fanis deorum (93); litus irri-

guum, ad quod Chabinus mons (94); contermini Debæ Arabes, apud quos fluvius auri ramenta deferens (95); Alilæi et Gasandenses Arabes (96); tum Carpæ ad sinum profundum et deinceps gens maxima Sabæorum, quorum de regione ejusque proventu, de Saba urbe, regibus, vivendi genere, commerciis, divitiis narratio exstat amplissima (97-102). Subjiciuntur nonnulla de maris in hoc tractu colore deque insulis beatis, quæ Sabæorum terræ (a meridie) objacent (103). — Absoluta oræ descriptione, exponit auctor περὶ τῶν κατ' οὐρανὸν δρωμένων παραδόξων, de ventis, maris reciprocationibus, plantis in marina aqua nascentibus, piscibus quibusdam naturæ singularis. Hactenus de argumentis excerptorum; quibus quum egregia multa debeamus, haud pauca tamen insunt etiam falsa vel parum accurata, sive quod vulgi opinionibus fidem auctor adhibuit, sive quod rhetorum in morem exaggeravit res, sive quod de situ locorum non satis ei constabat. Ejusmodi sunt quæ leguntur de auro Arabico, de ratione topazos in Ophiode insula colligendi, de Sabæorum divitiis, de situ Myoshormi et sinus Immundi et de aliis quibusdam, quorum in annotatione mentionem injeci.

100. Jam si id agitur, ut ora sinus Arabici secundum veteres auctores describatur, excerpta Agatharchidis plurima præbent eorum, quæ spectant naturam oræ, vel montibus distinctæ et saxosæ vel arenosæ, modo rectæ modo sinuosæ, mare habentis modo profundum modo humile; quæ vero pertinent ad oppida et vicos portusque, quum libro quinto de industria Agatharchides neglexerit et nonnisi præteriens in Libyco sinus latere Myoshormum et Ptolemaidem, in Arabico latere nonnisi Saba urbem mediterraneam commemoraverit : ea tantum non omnia petenda sunt ex Artemidoro et Plinio et Ptolemæo et si quid aliunde addi potest. Ex his Artemidorum Agatharchidei operis libris primo et quinto usum fuisse bene constat, ac consentaneum est non neglexisse eum reliquam operis partem, ex qua si non omnia, certe plurima fluxerint eorum quæ de singulis oppidis, vicis, portubus, venationibus Strabo excerpsit. Ceterum quum Artemidorus ea quæ de oræ locis et regionibus mediterraneis Cnidius auctor diversis in libris secundum genera rerum distincta tradiderat, uno loco in oræ descriptione complexus sit, nonnumquam ei accidisse videtur ut non suum cuique locum assignaret. — Plinius, qui nova habet non pauca, alios prorsus auctores secutus est, inter quos Juba princeps fuerit. Plurima autem loca ex uno novimus Ptolemæo; sed situm singulorum definire res lubrica est, quum meridionalem sinus partem et in hac rursus occiduum maxime latus falsissime Ptolemæus delineaverit, adeo ut ex graduum notatione parum proficias, omnisque fere utilitas in serie nominum reposita sit. Nihil mirum igitur nostri quoque ævi viros doctos in diversissimas de his sententias abiisse, præsertim quum ne ipsis quidem accuratior oræ delineatio suppeteret. Quam quum nuper demum Moresbyi ejusque sociorum opera et studio nacti simus, de multis jam statuere licet probabilius, quamquam haud pauca etiamnunc manent semperque manebunt incerta. — Quomodo in occiduo sinus Arabici latere Agatharchidis, Artemidori, Plinii et Ptolemæi narrationes componendæ mihi videantur, paucis indicabo tabulâ synopticâ.

SINUS ARABICI ORA OCCIDENTALIS.

AGATHARCHIDES.	ARTEMIDORUS.	PLINIUS.	PTOLEMÆUS.	Long.	Lat.		Long.	Lat.	
	Ἡρώων πόλις.	Heroum oppidum.							
Ἀρσινόη.		Arsinoe in sinu Carandra.	Ἀρσινόη.	63° 20'	29° 30'				Ruinæ.
			Κλύσμα φρούριον.	63° 20'	28° 50'				*Suez.*
		Mox Ennum (2).							In *Wadi Enned.*
			Δρέπανον ἄκρον.	64°	27° 50'				*Seitije Ezzeit.*
	φιλωτέρα (1).	Alii pro hoc Philoteram scribunt.							
	Ἄλλη πόλις Ἀρσινόη.	Abasæi Arabes.							
		Sarapine (Sapirene?) i.				Σαππειρήνη νῆσος.	64° 50'	28'	*Jobal?*
Θερμὰ πικρᾶς ἁλμυρίδος.	Θερμῶν ὑδάτων ἐκβολαί (3).	Scytala ins.							*Chedouan?*
Λίμνη. Νείλου ὀχετός. Πλησίον τῆς λίμνης ὄρος μιλτῶδες.	Πλησίον ὄρος ἐν πεδίῳ μιλτῶδες.	Deserta ad Myoshormum; ubi fons Tatnos.	Μυὸς ὅρμος.	64° 30'	27° 30'				(Ruinæ ad *Ras Abouchar*, 27° 22').
Ἐφεξῆς λιμὴν μέγας, ὃς πρότερον μὲν Μυὸς ἐκαλεῖτο, ἔπειτα δὲ	Εἶτα Μυὸς ὅρμος,		Φιλωτέρας λιμήν.	64° 15'	26° 45'				(Ad Ras *Abousomer.*)
		Mons Æas.	Αἴας ὄρος (4).	64° 20'	26° 45'				Mons altus juxta *Ras Abousomer?*
			Λευκὸς λιμήν.	64° 30'	26°				*Coseir.*
			Ἀχάβη ὄρος (5).	64° 30'	25° 45'				*Cat-ears* (felis aures) Moresbyi, vel *Djebel Abou-Tiour* (4500 ped.) 25° 45'.
			Νεχεσία.	64° 30'	25° 30'				*Mirsa Mombaruk*, 25° 30'? vel ad *Ras Echelah* 25° 15'?
Ἀφροδίτης ὠνομάσθη· ἐν οἷς καὶ νῆσοι τρεῖς εἰσὶ προκείμεναι.	ὁ καὶ Ἀφροδίτης. Πρόκεινται νῆσοι τρεῖς.		Σμάραγδος ὄρος	64° 50'	25°				*Djebel Zabourah* 24°.
		Iambe ins. Portus multi.				Ἀφροδίτης νῆσος.	65° 15'	25°	*Ianbo* s. *Jemaul.*
Τούτοις ἐγγίζει χερσόνησος.	Εἶθ' ἑξῆς		Λεπτὴ ἄκρα.						*Ras el Anf* sive *Ras Benass.*
καὶ κόλπος ἀκάθαρτος.	κόλπος ἀκάθαρτος.								*Foul Bay* anglice.
		Berenice.	Βερενίκη.	6 5'	23° 50'				Ruinæ, 23° 55'.
		Arabes Autei, Zabadei.							*Ababdé Arabes.*
		Troglodytice, quam prisci Midoen, alii Michoen dixere.							
		Mons Pentedactylos.	Πεντεδάκτυλον ὄρος.	64° 5'	23° 50'				Montium vertices quinque, 23° 45' — 15'.
		InsulæStenæ diræ aliquot.							*Siren* inss. ap. Berghaus?
		Halonesi non pauciores (6).							*Sioul, Showarit, Mehabise*, 24° 24' — 19'.
		Cardamine ins.							*Cornaca* s. *Macour*, 23° 51'.
Ὀφιώδης νῆσος πελαγία.		Topazôn ins. (7).				Ἀγάθωνος νῆσος.	65° 50'	23° 40'	*Seberget, Zemorgete, Djebel Zoumroud*, 23° 36°.
			Βάζιον ἄκρον (8).	65'	23				Prom. ad *Mirsa Chab*, 22° 55'.
			Πριόνωτον ὄρος (9).	65°	22° 30				*Elba* s. *Olba* montis pars borealis, 22° 20'.

SINUS ARABICI ORA OCCIDENTALIS.

AGATHARCHIDES.	ARTEMIDORUS.	PLINIUS.	PTOLEMÆUS.	Long.	Lat.		Long.	Lat.	
						Ἀστάρτης νῆσος (10).	66°	22° 10′	*Elba isl.* (Moresby), 22° 24′.
Πολλὰ ἰχθυοφάγων ἔθνη			Χερσόνησος (11).	65°	22°				*Ras Juzrial*, 23° 17′.
						Βωμὸς Ἀθηνᾶς (12).	66° 10′	21° 30	Scopulus ad *Cap Elba?*
			Μνημεῖον ἄκρον (13).	65°	21° 30′				*Cap Elba* (24° 4′) s. *Ras el Djidid* prope *Mirsa Moamaa*.
καὶ Τρωγλοδυτῶν									
			Ἴσιον ὄρος.						*Elba* montis vertex altissimus (6900 ped.) 21° 52′.
			Βαθὺς λιμήν (14).	65°	21° 10′				*Core ul Meroub*, 21° 52′.
νομάδων καὶ			Διοσκόρων λιμήν (15).	65°	21°				Portus duplex, 21° 47′.
			Δήμητρος σκοπιᾶς ἄκρ.	65° 20′	20° 15′				Mons rotundus ad Core *Michmich* s. *Shinab*, 21°19′.
			Ἄσπις ἄκρα.	65°30′	19° 45′				*Ras Rowag* s. *Cap Calmez*, 21° 3′.
ὄρη παντοῖα									
			Διογένους ἄκρον.	65°40′	19° 40′				Hujus prom. extrema pars, 20° 59′.
						Γυψῖτις νῆσος.	67°	19° 40′	*Macowa*, 20° 15′.
ταῖς ἰδιότησιν			Σατύρων ὄρος.	65° 40′	19°				*Salaka* mons (« *table mound* » Moresby), 20° 15′.
						Τομαδαίων νῆσοι δύο.	67° 30′	19°	*Tyflah* inss. duæ, 20° 38.
			Μονοδάκτυλον ὄρος.	65° 30′	18° 30′				Mons ad *Mersa Arrakea*, 20° 9′.
μέχρι									
			Γαῦρον ὄρος (16).	65° 40′	18°				Montes altissimi pone *Mirsa Arous*, 20° et *Darour* 19°49′.
τοῦ Σωτηρίας λιμένος.	Σωτηρίας λιμήν.		Σωτήρων λιμήν (17).	65° 30′	17° 30′				*Mirsa Baroud* et *Geehye*, 19° 35′.
			Εὐαγγέλων λιμήν.	65° 10′	17°				*Souakin*, 19° 8′.
Ταῦροι ὄρη, ἀκρωτήρια.	Ταῦροι ὄρη Ἴσιδος ὄρος.								Montes prope *Souakin*.
	Ἀσταβόρου ἀπόσπασμα.								*Wadi Sinterab*.
Ἐπιστροφὴ ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀραβίαν μέρη. Ἤπειρος ταπεινή. Θάλαττα τεναγώδης.									
		Sinus insulis refertus.							Sinus a *Souakin* ad *Ras Magda* pertinens e regione *Mersa Entabit?*
Μαρίας νῆσος δυσπελαγία (18).	Νῆσος ἐλαίᾳ κατάφυτος, ἐπικλυζομένη.	A regum præfectis dictæ Mareu aquosæ.				Μύρωνος νῆσος.	67°	18°	
		Eratonos sitientes.							*El Chulluk?* 18° 19′.
		Introrsus Candei Ophiophagi. In hoc tractu							
		Berenice Panchrysos.							*Souakin?*
Πτολεμαΐς.	Πτολεμαΐς.	Prope lacum Monoleum Ptolemais Epitheras.	Πτολεμαῒς θηρῶν.	66°	16° 25′				Ad lacum pone *Ras Mukdum*, 18° 40′.

SINUS ARABICI ORA OCCIDENTALIS.

AGATHARCHIDES.	ARTEMIDORUS.	PLINIUS.	PTOLEMÆUS.	Long.	Lat.	PTOLEMÆUS.	Long.	Lat.	
			Βωμὸς Ἔρωτος, ἄκρον.	66° 30'	16°				*Ras Assise*, 18° 27'? aut *Ras Chakkul*, 18° 19'?
		Hinc Azanium mare (19). Promontorium quod aliqui Hispalum scripsere.							*Ras Chakkul?*
	(Νῆσοι ἓξ Λατομίαι καλούμεναι) (21).					Καταθραῖαι (20) νῆσοι αἱ καὶ Χελωνίτιδες δύο.	68°	17° 30'	*Amarat* inss. duæ, 18°20'.
		Lacus Mandalum (22).							*Core Nowaret?*
		Colorasitis insula (23).				Ὀρισίτιδες δύο.	67° 30'	17°	*Deber* et *Albid*, 18° 12'?
		et in alto multæ, in quibus testudo plurima.							
	Σαβαϊτικὸν στόμα.		Σαβαστικὸν στόμα.	67°	15°				ostium recessus *Core Nowaret*, 18° 13' prope insulam *Furragene*.
	Ἐν μεσογαίᾳ φρούριόν, τὸ Σούχου ἵδρυμα.	Oppidum Suchæ.							
			Μέγας αἰγιαλός (24).	66°	14° 15'				A *R. Cassar* 18° 3' ad 17°20'.
			Κολόβων ὄρος, ἄκρον.	68°	13° 40'				*North Bluff* (Mor.), 17°20'.
	Σάβα λιμὴν καὶ κυνήγιον ἐλεφάντων.		Σαβὰτ πόλις.	68°	12° 30'				*Massawa. Arkiko*, 15° 35'.
	Ἐν βάθει τούτων Τήνεσις χώρα. Σεμβρῖται ἐπήλυδες. Ῥιζοφάγοι ἢ Ἕλειοι παρὰ Ἀσταβόρᾳ. Πλησίον Σπερματοφάγοι.								
						Μάγων νῆσος.	68°	16°	*Harrat*, 16° 10'.
			Ὀρεινὴ χερσόνησος.	68°	12° 10'				*Hurtow* chersonesus.
Ὁ πόρος νήσοις διείληπται		Daphnidis insula (25).				Δαφνίνη νῆσος.	68° 30'	15° 20'	*Desset* s. *Disset*, 15° 19'.
						(Πανὸς νῆσος.	68° 40'	12°	
ἀκάρποις, ἐκτρεφούσαις						Ἀκανθίνη νῆσος.	68° 30'	15°	*Haudha?* 15° 31'.
		Oppidum Adulitôn.	Ἄδουλις.	67°	11° 40'				Ruinæ, 15° 12'.
δ' ὀρνέων ἴδια γένη.			Κρόνου ἀκρωτήριον.	68°	11° 40'				*Ras Dellema* 15° 31'.
		Æthiopes Aroteres.							*Hazorta* tribus.
	Ἐλαία λιμήν.	Aliæu (*Alieu*, *Elææ*, *Elæa* var. lec.) inss. (26).				Μακαρία νῆσος.	68° 30'	14°	*Dhalac* et proximæ inss.
						Ὀρνέων νῆσος.	69°	14°	
		Bacchias et Antibacchias inss.				Βάκχου καὶ Ἀντιβάκχου.	69° 30'	13° 15'	Insula ad Ras *Dellema* sitaeique objecta ins. *Chummar* (15° 32')?
	Στράτωνος νῆσος.	Stratonis i.							*Larmouse?* 15° 23'.
	Δημητρίου σκοπιαί.								Prom. ad *Larmouse* ins. (15° 21')?
Θάλασσα βαθεῖα παντελῶς.		Sinus incognitus.							*Hauakil-Bay*.
	Βωμοὶ Κόνωνος.								Mons ad *Ras Undaddah*. (15°)?
	Ἐν μεσογαίᾳ Κορακίου χώρα								

SINUS ARABICI ORA OCCIDENTALIS.

AGATHARCHIDES.	ARTEMIDORUS.	PLINIUS.	PTOLEMÆUS.	Long.	Lat.		Long.	Lat.	
	καὶ Ἐνδέρα Γυμνητῶν ἀνδρῶν.								
	Μηλινὸς λιμήν.								Ad *Ras Mahrah* in regione *Taimela* gentis, 14° 53'.
	Ὑπέρκειται φρούριον καὶ κυνήγιον.								
	Ἀντιφίλου λιμήν.								*Hanfila* s. *Amphila*, 14°42'.
	Ὑπέρκεινται κρεωφάγοι Κολοβοί.								
	Κολοβῶν ἄλσος.								Montanus tractus inde a *Ras Ourata*.
		Promontorium in quo Cucius fons.							Ad *Ras Cussar*?
			Ἀντιόχου σωλήν.	72°	10° 15'				Ad *Ras Rukma*?
	Βερενίκη ἡ κατὰ Σάβας.								Ad *Ras Beiloul*?
	Σάβαι, πόλις εὐμεγέθης.								In *Assab Bay* ruinæ.
		Isidis portus, X dierum remigio ab oppido Adulitarum distans. Ante portum duæ pseudopylæ. Interiores totidem pylæ.							In *Assab* sinu.
						Ἴσιδος νῆσος.	70°	11° 30'	*Darmaba*.
	Εὐμένους ἄλσος· ὑπέρκειται Δάραβα πόλις καὶ κυνήγιον ἐλεφάντων, τὸ πρὸς τῷ φρέατι λεγόμενον.								E regione *Darmaba* insulæ.
	Κυνηγοί, στρουθιοφάγοι, ἀκριδοφάγοι.								
	Inter insulas hujus tractus sunt τρεῖς τινες ἐφεξῆς κείμεναι, χελωνῶν, φωκῶν, ἱεράκων.								Tres insulæ ad *Ras Beiloul*?
	Φιλίππου νῆσος.								Insula ad *Ras Doumeira*?
	Πυθαγγέλου κυνήγιον.								
			Μανθαὴθ κώμη.	73° 45	10' 20'				Inter Ras *Doumeira* et R. *Sejan*, e regione Arabici *Bab-el-Mandeb*.
	Ἀρσινόη πόλις καὶ λιμήν.		Ἀρσινόη.	73°45	10 40				Ad *Ras Sejan*.
		Diodori insula.				Διοδώρου νῆσος.	70°	12° 30'	*Perim*.
Ἄκραι Ψεβαῖαι.	Αἱ κατὰ τὰς ἓξ νήσους στεναί	et aliæ desertæ.				(Ἀδάνου νῆσοι δύο.	72° 30'	12° 30'	*Les six frères*.
		Berenice Epidires.	Δείρη πόλις ἐν ἄκρᾳ.	74° 30'	11°				Ad *Ras Bir*.
	Δείρη.								*Ras Bir*.

1. In constituenda serie locorum, quæ sunt usque ad Berenicen, difficultatem movent urbes Arsinoe, Philotera et Myoshormus. Bene novimus Arsinoen Plinii et Ptolemæi, sed nihil constat de Artemidori Arsinoe post Philoteram ponenda. Philoteram vero quum Artemidorus et Plinius *ante* Myoshormum collocent, Ptolemæus Φιλοτέρας λιμένα *post* Myoshormum exhibet. Hæc quomodo sint componenda quæritur. Primo adspectu dixeris duas fuisse Arsinoas, quarum altera apud unum Artemidorum memoretur, ac similiter distinguendam esse Philoteram a portu Philoteræ. Atque sic statuit Letronnius (*Inscr. de l'Ég.* I, p. 187), simul de locis Philoteræ et Arsinoæ Artemidori attribuendis promens conjecturam. Illam a *Cap Zaffarana* paullo meridiem versus juxta *Cap Grady Rouemi* collocat, ubi oppidum fuisse sepulcra indicant (Wilkinson *Journ. af the R. G. S. of London* t. II, p. 32 sq.); Arsinoen vero in maris recessu prope Drepanum prom. fuisse suspicatur. Ego non nego exstitisse olim complura quam nos jam novimus in hac ora oppida, at duas Philoteras Arsinoasque non magis admiserim quam tres Myoshormos, unam Ptolemæi, alteram Artemidori, tertiam Anonymi scriptoris, vel tres illas Adulas, quas ex scriptorum dissensu eruit Gosselinus. Scilicet Artemidorus quum crassissimos Agatharchidis errores verbotenus fere repetat, accuratius de situ locorum edoctus esse vix potuit; haud igitur verisimile est omisisse eum Arsinoen Agatharchidis, aliamque cognominem urbem de suo introduxisse; contra vero quum Heroonpolin et Philoteram ex alio Agatharchidis libro vel, si mavis, alio ex auctore adjungeret, facile accidit ut Philoteram una cum Heroonpoli ante Arsinoen memoraret. Quod Philoteram attinet, apud Ptolemæum, ut passim, sic hoc quoque loco, ordinem duorum nominum invertendum puto, ita ut Philoteræ portus ponatur ante Myoshormum. Qua in re non tam hoc me movet ut de Philoteræ loco Ptolemæus conciliari possit cum Artemidoro Plinioque, quam ut quæ de Myoshormo traduntur incongrua, explicentur. Secundum Ptolemæum Myoshormus ponendus foret ad *Ras Abouchâr*, ubi ruinas habes. Agatharchides autem ejusque sectatores quum ad Myoshormum fuisse tradant montem rubrum (qui nullus est ad *Ras Abouchâr*) et insulas tres, Rozierus Myoshormum ponit ad *Ras Abousomer* (sec. Ptolem. Philoteræ portui assignandum), ubi revera mons ruber et insulæ tres exstant. At simul Agatharchides Artemidorus et Strabo Myoshormum dicunt propinquam fuisse Berenicæ, de cujus situ constat. Ad hoc attendens Reichardus Myoshormum multo magis meridiem versus removit in eam regionem, ubi alter mons ruber occurrit prope portum *Schakara* (*Shem Scheikh* ap. Moresbyum, qui est portus bonus introitum angustum habens, intus in lacus modum dilatatus) et *Schauna*. Verum in hanc sententiam ea, quæ de tribus insulis Myoshormo objectis Agatharchides habet, secundum recentissimam Moresbyi mappam minime quadrant. Ego de his ita sentio. Quod Myoshormum Agatharchides non ita longe a Berenice et sinu Immundo abfuisse putavit, hoc ut haud magni faciendum, sic non negligendum est. Patet his subesse eundem errorem, ex quo Berenice ponitur ad isthmi regionem sive ad eum oræ tractum, qui Copto et Apollinopoli objacet. Caussa autem erroris Agatharchidi, mirabilia magis quam cetera curanti, exstiterit mons rubicundus, Talis enim quum exstare traderetur tum ad hod. *Abousomer* tum ad hod. *Schakara*, utrumque montem locaque iis propinqua confudit et miscuit. Rei indicium præbet loci nomen duplex; nam Μυὸς ὅρμον postea Ἀφροδίτης ὅρμον dictum esse Noster perhibet, quum seriores auctores nonnisi Myoshormi nomen noverint. Nimirum duo his produntur, quorum alter, Veneris portus, componendus est cum hod. *Schakara*, cui adjacet insula magna *Ianbo* (in mappa Berghausii) s. *Somaul* (*Moresby* 24° 40′ lat.) quam vernaculo nomine *Jamben* Plinius, Ptolemæus vero græce Ἀφροδίτης νῆσον (25° lat.) vocat: adeo ut sponte conjicias portum proximum item Veneris dictum esse, unumque fuisse e *multis* illis, quos juxta Jamben ins. memorat Plinius. Alter portus est Myoshormus ad *Ras Abousomer*; ad hunc pertinent insulæ tres, dum mons ruber juxta utrumque erat. Jam intelligitur quomodo Noster Myos-Aphrodites portum et ad isthmum collocare, et Berenicæ propinquum dicere potuerit, quum illud ad Myoshormum, hoc ad Veneris portum pertineat. Simul concesseris nominum transpositionem, quam in Ptolemæo proposuimus, præsertim quum rem suadeant non solum Plinius et Agatharchides ejusque sectatores, sed gravissimus etiam testis, auctor anonymus peripli mar. Erythræi, quem item Myoshormum ad *Ras Abousomer* posuisse nullus jam dubito. Etenim a Berenice ad Myoshormum stadia computat 1800; quæ quidem, si *Ras el Anf*, promontorium longissime in mare porrectum, circumnavigaveris, nonnisi ad hod. *Cosseir* pertinent; sed quum *Cosseir* cum Myoshormo componi nequeat, Agatharchides autem (§ 82 p. 170) de promontorio isto dicat: ἧς κατὰ τὸν αὐχένα στενὸν ὄντα διακομίζουσι τὰ σκάφη πρὸς τὴν ἀντιπέραν θάλασσαν, distantia illa computanda est a cervice illa, a qua ad *Ras Abousomer* reapse sunt stadia 1800-1850. Quod Veneris portum attinet, probabile est e via a Copto Berenicen ducente deflexisse aliam viam ad portum illum tendentem; deflexisse autem putaverim in statione, quæ ipsa quoque *Veneris* dicitur in Tab. Peutingeriana. Igitur ordo locorum in ora hic est: Arsinoe, Clysma, Ennum, Drepanum, Philotera (*Abouchar*), ad quam Abasæi Arabes et insulæ Sapirene et Scytala; tum Myoshormos (*Abousomer*), cum monte rubro, fortasse Æas Ptolemæi; tum Albus portus, Acabe m., Nechesia, Veneris portus (*Sherm Sheickh* a meridie promontorii *Uriah*) cum Veneris insula; deinde Berenice.

2. De *Wadi Enned* palmis et tamariscis consito, rivoque aquæ limpidissimæ quidem, sed ita infectæ, ut nonnisi camelis potus sit, vide Wilkinson l. l. II, p. 41. Eundem, ut suspicor, rivum inter *Enned* montes vidit Lepsius *Briefe aus Ægypten u. Æthiopien* p. 322, putans ille hunc fortasse esse *Tatnum* fontem Plinii. Ceterum quod Plinius dicit: *pro hoc alii Philoteram* scribunt, id non ita intellige ut ejusdem loci duo fuerint nomina, sed ita ut in aliis auctoribus inter Arsinoen et Myoshormum memorari videret Ennum, in aliis Philoteram.

3. Ubinam thermæ et Nili rivus ponenda sint, dicere non habeo, quum indicia rei certiora mihi non suppetant.

4. In mappa Berghausiana *Æas*, tamquam hodiernum montis nomen, adscribitur in ora, quæ post *Cosseir* sequitur meridiem versus. Hoc si recte fit, iterum ordo nominum in Ptolemæo esset neglectus.

5. In mappa Berghausiana notantur: *die drei Berge Akabe* (25° 26′ lat.) Significatur haud dubie mons triceps, qui apud Moresbyum anglice vocatur *Cat ears* (25°21′); cui adjacet peraltus mons *Abou-Tiour*.

6. Quod insulas attinet, constat de Topazo in alto sita (23° 26′). Itaque quæ proxime antecedit *Cardamine* est hod. *Macour* seu *Cornaka*; reliquæ a *Ras el Anf* boream versus esse debent. In Moresbyi mappa nonnisi quattuor non longe inter se dissitæ notantur (*Showarit*), quæ esse videntur *Halonnesi* Plinii; ab his boream versus nonnisi scopulos Anglus nauta exhibet, dum Berghausius ibi collocat *Siren* inss.

7. Mons insulæ 800-1000 pedes altus; ἀγκυροβόλια insula non præbet, monente Moresbyo.

8. *Mirsa Shab* (*Habesch* ap. Berghaus) portus est parvis navibus idoneus. Ad hunc Bazium promontorium ponendum ex computo Ptolemæi. Sed fieri potuit, ut minus accurate latitudinem auctor notaverit, et cogitandum sit de sequente promontorio *Abou-Darah* (22° 40′), longius in mare procurrens, humile, tectum arbustis.

9. Inde a 22° 20′ usque ad 21° 52 jugum montanum porrigitur, cujus meridionales vertices ad 5000-7000 pedum altitudinem assurgunt. Borealis pars a Moresbyo dicitur *scragged hill, low and broken;* hinc ei nomen πριόνωτος.

10. Elba insula « a low coral islet ». Moresby. Juxta eam ἀγχυροβόλια.

11. Ad *Ras Juzrial* Moresbyus adscribit : « Low coral cliff; plenty of firewood; wells of good water close to the beach. » A meridionali chersonesi latere est *Mersa Helaib,* ancoris aptus portus, sed accessu difficilis.

12. Insula, quæ proprie dici possit, in hoc tractu non notatur; scopuli vero permulti exstant ad *Cap Elba;* adeo ut de his unus alterve major intelligendus sit. Sin falsa latitudinis nota, cogitem de insula chersoneso adjacente.

13. Mnemeum prom. vulgo referunt ad *Ras Calmez* (21°). Scilicet quum recentiores ibi sepulcra reperissent, hæc putant esse perantiqua et nomen dedisse promontorio, quod dicendum potius sit Μνημείων ἄκρον. At oræ hujus loca apud Ptolemæum omnia justo magis versus austrum, non versus boream, removentur. Quare etymologica ista flocci facio. Nominis vestigium potius præbet portus *Moamaa,* qui est juxta *Cap Elba* sive *Ras Djidid.*

14. *Core ul Meroub* oram saxosam et abruptam habet, portuumque in tota hac ora profundissimus est.

15. Hic quoque saxosam oram habet et bifidus est, vel duo sunt portus, alter juxta alterum; quod ipsum contulisse videtur ut nobili pari fratrum consecraretur. Ceterum in seqq. oræ locis distantiæ sunt justo majores. Etenim quum Ptolemaidem 18° 40′ sitam ex observationibus quibusdam parum accuratis Ptolemæus ponat in 16° 25′ : hinc factum est ut antecedentium locorum distantiæ justo magis diducerentur. — In seqq. ap. Ptol. pro Δήμητρος scribendum videri Δημητρίου supra monui. Montem rotundum et in planitie assurgentem Moresbyus vocat *hayrock* (*meule de foin*). Similis mons est ad *Core Dullow,* 21° 30′. — In sqq. Tamadeôn insulæ sec. Ptol. numeros positæ forent juxta Satyrôn montem, ubi mare ab insulis vacuum. Intellige *Tyflah* insulas duas, litori adjacentes, in quo Moresbyus habet *Duberabb,* Berghausius *Tebade* locum et *Cubad* tribum. Ab his dictæ videntur Tomadeôn (Tabadeôn?) insulæ. In Ptol. vulgo editur Τομαδίων; Wilbergi codices Γομαδέων, Τομαδέων, Γωμαδεῶν.

16. Pro Γαῦρος fortasse leg. Ταῦρος ex Agatharchide. Quodsi de situ dissensus est, componi potest eo, quod ejusdem jugi montani partes diversæ designantur. Inter *Arous* et *Mersa Darouv* (*Darou* Joann. de Castro) montes peralti sunt. V. Berghaus Mem. zur Karte v. Arab. etc. p. 46. Vix recte, Diodorus *promontoria* Tauros dicit.

17. De *Mirsa Baroud* Berghaus l. l. ex Burkhardo notat : « Hier ist das Grab eines Scheik, mit einer Kuppel darüber, welche die Matrosen von Souakin erbaut haben, weil sie ihn als Beschützer der Seefahrer verehren.» Jam antiquitus ibi diis sospitatoribus aram nautæ struxerint. Ceterum ut supra Dioscurorum portus sic noster quoque Servatorum quasi duplex est, intercedente humili tænia inter *Mirsa Baroud* et *Mirsa Geehye,* quem posteriorem esse omnium in hoc tractu optimum nec magnis navibus tuendis imparem refert Burkhardius.

18. Apud Diodorum Μαρία [νῆσος] δυσπελαγία non mutari velim in πελαγία. Occurrit similiter δυσθαλάσσιος, ut εὐθαλάττιος, εὐπελαγής. Vox in periculosum hunc maris tractum apprime quadrat. Ceterum Plinius eo præstare videtur, quod non unam quandam Mariam insulam, sed insularum complexum a Mareo quodam præfecto dici tradit. Quamquam quænam illæ fuerint, in tanta insularum farragine non liquet. — Myronis insulam Ptolemæi (et St. Byz.) a Mareu insulis Plinii non esse diversam suspicor. Latitudines insulis assignatas bene distineas ab iis quæ ad loca oræ pertinent. — Pro *Eratonos* v. l. *Eranos.* Intelligo eas insulas quæ sunt in *el Shubuk,* sive in eo maris tractu qui subsidente mari siccus evadit. In magno refluxu fundus maris latissime detegi potuit, veraque acceperit Agatharchides p. 173.

19. Quo jure ibi Azanii maris initium ponat Plinius non perspicio, vereorque ne diversa confundat. Idem valet de Hispalo promontorio, quod nescio an sit Azaniæ marisque Hippali promontorium, a quo Hippalo vento Indiam petebant.

20. Καταθραῖαι codex edit. Argent.; vulgo Κατάθραι vel Κατάδραι. Velim Καταδραῖαι. Ab incolis vel accolis dictæ videntur, ut supra Τομαδαίων insulæ. Certe Κατάδραι Æthiopes, etsi non nostro loco, memorantur ap. Ptol. VI, 7 p. 304.

21. νῆσοι ἐξ λατομίαι] Quæ proxime sequuntur insulæ ad *Core Nowaret,* vulgo dictæ *Wellesley islands,* quum lapidem habeant e coralliis conflatum, Λατομίαι dici vix potuerunt, nisi fort. corallia ibi excisa indicari putes; quæ vero in alto his objectæ insulæ cernuntur, humiles sunt et arenosæ (« low sand-islands » Moresby). Itaque num recte nomen habeat, quæritur. Fortasse etiam gravius ulcus latet. Nam quum infra Artemidorus memoret sex insulas ad ostium sinus Arabici positas (*les six frères*), miro casu fit, ut sex item insulæ ante ostium Sabaiticum recenseantur. An dormitans hoc fecit auctor? Insulæ faucibus sinus adjacentes sane saxosæ sunt; an vero lapicidinas habuerint, nescio. Apud Ptolemæum vocantur Ἀδάνου νῆσοι δύο. Fortasse idem nomen in Artemidoreis latet; adeo ut ΛΑΤΟΜΙΑΙ natum sit ex ΑΔΑΝΙΑΙ. Tu videas.

22. *Mandalum*] Nomen *Mundalu* Moresbyana mappa habet in loco qui a *Core Novaret* meridiem versus dimidio gradu distat (17° 43′), sed lacus ibi non conspicitur. Indicatur haud dubie monumentum, quod in hac regione vidit Valentia (Voy. and trav. II, p. 263), ex quo hæc notat Berghaus l. l. : « Auf einem der Hügel steht ein kleines, weisses muselmannisches Grabmal; ein anderes lag gegen sieben Meilen weit. Der Pilote nannte es Mundalow. » Nomen hoc fortasse a regione sumtum. Lacus *Mandalûm,* nisi latuit recentiores oræ exploratores, esse debet *Core Novaret* (vulgo *Port Mornington*), qui maris recessus objectis insulis lacus in modum clauditur. De eo ita Berghaus l. l. : « Das Fahrwasser ist zwar eng, allein der Hafen ist so geræumig, dass, wie Valentia sagt, alle Flotten Europa's darin Platz finden; auf jeder Seite vor dem Winde geschützt, können die Schiffe wie auf einem Lustwasserbecken in 5 bis 7 Faden Fiefe in grœsster Sicherheit vor Anker liegen. Die Berge treten dicht an die Küste. » Ostium hujus portus dici videtur Sabasticum, propterea puto, quod in situ hoc opportunissimo olim Saba urbs Arabica fuerit, sicuti aliæ duæ Sabæ in hac ora occurrunt, idemque nomen variis sub formis de locis Arabicis frequens est (V. Ritter XII, p. 770). In insula ante portum sita (*Colorasitis* Plinii?) etiam nunc supersunt ruinæ (quas Ptolemaidis esse putavit Moresbyus) et postea in eadem hac regione Suchum quendam castellum exstruxisse e geographis nostris colligimus.

23. *Colorasitis*] var. l. *Colocasitis* et *Casitis;* Ptol. codices : Ὀριοίτιδες, Ὀρισσίτιδες, Θρισίτιδες, Θρισσίτιδες finxit Wilbergus. Easdem insulas ab utroque auctore indicari puto. Vera nominis ratio me latet.

24. Post *Core Novaret* sequitur scopulorum tænia usque ad 17° 22′, ubi mons (Colobôn) juxta oram assurgit.

25. Δαφνίνη] Ὀρεινή dicitur in Per. mar. Erythr. p. 259. Aroteres nomen ex nom. *Bazoriæ* ortum.

26. *Alieu*] Ἀλαλαίου νῆσοι Anonym. p. 261. Apud Artemidorum Ἐλαίαν λιμένα ad Adulin referrem, nisi aliud suaderet comparatio Plinii. Male h. l. Strabo Artemidorum excerpsisse videtur. Dixerit auctor νῆσος καὶ λιμὴν Ἐλαία vel Ἐλαίου. Certe omittere Artemidorus insulam in toto sinu longe maximam vix potuit.

101. De orientali ora sinus Arabici ex Artemidoro Strabo, si paucissima quædam exceperis, nihil affert præter ea quæ plenius ex Agatharchide narrant Photius et Diodorus. Oppidorum vicorumque nomina, quæ in mappis nostris exhiberi solent, tantum non omnia debentur Ptolemæo; unum alterumve accedit ex iis quæ de expeditione Ælii Galli Strabo prodidit (*). Plinius, quum de Arabia plenissimam locorum farraginem habeat, nostræ tamen oræ accuratiorem descriptionem non instituisse videri possit. Verum si paullo attentius collectanea Pliniana examinaveris, mox patebit majorem partem eorum, quæ de litore sinus Persici narrari videntur, reapse pertinere ad oram sinus Arabici. Obiter de his monui in annotatione p. 177; nunc paullo distinctius rem exponam, quæ fugit etiam nuperrimum de Arabia scriptorem, Carolum Forsterum (*The historical Geography of Arabia or the patriarchal evidences of revealed religion. In two volumes. London* 1844).

102. Etenim Plinius postquam generaliora quædam præmisit, ad oræ Arabicæ descriptionem sese convertens initium sumit ab intumo sinu Persico, ubi a Charace oppido oram Antiocho Epiphani primum exquisitam dicit (VI, 32 § 147 ed. Sillig.). Recensentur flumen Salsum, promontorium Chaldone (*Ras el Sur*), flumen Achenum, Ichara insula (hod. *Djeziret Abou-Aly*), sinus Capeus (ad hod. *el Kalif*) ejusque accolæ Gaulopes et Chateni, sinus Gerraicus, oppidum Gerra, regio Attene, Tylos insula (h. *Somak* sive *Bareihn*) et juxta eam minor alia (h. *Arad.*), Asclie insula (hod. *Allielie*), gentes Nocheti, Zuraci (Zeritæ Ptol.), Catarrei (ubi Κάταρα opp. Ptolemæi), Nomades, flumen Cynos (i. e. Κυνὸς ποταμός; Lar, i. e. *canis* arabice, ap. Ptolemæum; ad hodiernum *Chardja* sive, ut Forster scribit, *Saredsje?*). His enumeratis, addit Plinius § 149: *Ultra navigationem incompertam ab eo latere propter scopulos tradit Juba, prætermissa mentione oppidi Omanorum Batrasaves et Omanæ, quod priores celebrem portum Carmaniæ fecere; item Homnæ et Attanæ, quæ nunc oppida maxume celebrari a Persico mari nostri navigatores dicunt* (Cf. Mannert. VI, 1, p. 141).

103. Deinde vero ita pergit: *A flumine Canis, ut Juba, mons adusto similis. Gentes Epimaranitæ, mox Ichthyophagi, insula deserta, gens Bathymi; Eblitæi montes, insula Omœnus, portus Mochorbe; insulæ Etaxalos, Inchobrice; gens Cadæi. Insulæ sine nominibus multæ, celebres vero Isura, Rhinnea et proxuma in qua scriptæ sunt stelæ lapideæ litteris incognitis; Cobœa portus, Bragæ insulæ desertæ, gens Thaludæi, Dabanegoris regio, mons Orsa cum portu, sinus Duatus, insulæ multæ, mons Trycoryphus, regio Cardaleon, insulæ Solanades, Cachinna, item Ichthyophagorum. Dein Clari, litus Mamæum, ubi auri metalla, regio Canauna, gentes Apitami, Casani, insula*

(*) In his duo oræ loca memorantur, Leuce come, in quam appulit classis Romanorum, et Egra (Ἐγρά), a qua undecim dierum itinere Myoshormum rediit (Strabo p. 782). De situ Leuces comes cum hod. *Hauara seu Dar el Achrin* componenda satis nunc convenit inter viros doctos. V. not. ad Anon. peripl. mar. Erythr. p. 272, ubi adde Forsterum *The historical geogr. of Arabia* t. II, p. 282. Ceterum parum favent huic sententiæ verba Anon. l. l.: ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων Βερενίκης ἀπὸ Μυοσόρμου δυσὶ δρόμοις ἢ τρισὶν εἰς τὴν ἀνατολὴν διαπλεύσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον ὅρμος ἐστὶ Λευκὴ κώμη κτλ.; major enim distantia est quam ut bidui vel tridui cursu ex vulgari navigationis modo confici possit. Sed corruptum aliquid esse suspicari licet ex inconcinna ratione verborum. Fortassis legendum: ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων ἀπὸ Βερενίκης δυσὶ δρόμοις etc., ejecto vocabulo Μυὸς ὅρμου, quod ex glossa illatum videtur. A Berenice si proficiscaris, distantia bene habet. Aliter Forsterus l. l. Is enim putat Anonymum ad ipsum Leucen comen non accedere, sed inde a Myoshormo usque ad Sabæorum terram in *medio sinu* navigare, adeo ut dicat post bidui vel tridui cursum in eam medii sinus Arabici partem perveniri, cui in Arabiæ ora objecta sit Leuce come. Nititur hæc interpretatio verbis τὸν μέσον πλοῦν κατέχομεν § 20 p. 273, lin. 20. Quamquam artificiosior est, non caret veri specie. — De Ἐγρᾶς κώμης situ nemo fere certius aliquid asseverare ausus est. Diluisse tandem dubitationes sibi videtur Forsterus l. l. p. 296. Vicum eundem esse ait cum *Jambo* Ptolemæi; nam *Yembo* vocem arabicam significare *scaturiginem et fontem aquæ*; et revera non longe ab hodierna *Iambo* urbe esse puteos aquæ dulcis et cisternas pluvialis aquæ perbonæ, docente Burckhardio (*Travels in Arab.* II, p. 335); hoc nomen in suam linguam transferentes Græcos locum vocasse Νεραν; nam νερὸν significare *aquam*. At ne dicam νερὸν vocabulum sequioris græcitatis esse, apud Strabonem p. 782 codices optimi habent μέχρι Ἐγρᾶς κώμης, quod in duobus abiit in Ὑγρᾶς, in tribus in Νεγρᾶς, et hinc, ut videtur, ortum est Νερᾶς, quod in Aldina legitur. Ἐγρὰ nomen etiam alibi obvium. Sic Stephanus: Ἔγρα (sic), πόλις Ἀραβίας πρὸς τῷ Αἰλανίτῳ κόλπῳ. Eandem in mediterraneis locis memorat Ptolemæus VI, 7, p. 408 (70° 30′ long, 26° lat.), ubi codices fluctuant inter Ἐγρά, Ἐγράν, Νεγράν, nec non Geogr. Rav. II, 6, ubi legitur *Egram*. Ab hoc distinguendum est oppidum, cujus Stephanus meminit in hisce: Ἰάθριππα (hod. *Medina*), πόλις Ἀραβίας πλησίον τῆς Ἔγρας. Hæc Egra si maritimum oppidum erat, a Straboniano vico et portu non fuerit diversa, eademque a Geographo Rav. l. l. *Negra* vocari videtur. Hinc situs ejus certius quidem constitui nequit; attamen quum *Jambo* portus proximus sit *Medinæ*, atque in Strabonianam de Ælii Galli expeditione historiam bene cadat, ipse quoque putaverim prope hod. *Jambo* situm fuisse Egram vicum. Cf. quæ infra de Plinianis verbis *Dabanegoris regio* monui.

Devade, fons Coralis, Carphati, insulæ Aleu, Amnamethus, gens Darræ; insulæ Chelonitis, Ichthyophagon multæ, Odanda deserta, Basa deserta, multæ Sabæorum, flumina Thanar, Amnum, insulæ Doricæ, fontes Daulotos, Dora. Insulæ Pteros, Labatanis, Coboris, Sambrachate et oppidum eodem nomine in continente. A meridie insulæ multæ, maxuma Camari; flumen Musecros, portus Laupas. Scenitæ Sabæi; insulæ multæ; emporium eorum Acila, ex quo in Indiam navigatur.

Hæc igitur ita habent, ut referenda videantur ad oram, quæ a Cane fluvio deinceps sequitur. Itaque Forsterus II, p. 226 Epimaranitas Plinii componit cum Anaritis Ptolemæi, porro Epimaranitas per anagramma dici censet pro Rhamanitis (*the people of Ramah, Rhegama* (Ptol.) *or Rhums*); *Acilam* autem emporium nomine et situ respondere hodierno *Al Ceti*, quod in mappa sua Forsterus ponit a *Mascate* orientem versus eo in loco ubi in aliis tabulis notatur *Ras Heiran* et regio *Al Catarey*. Sic omnia illa, quæ ex Plinio adscripsimus, ad brevem oræ tractum pertinerent, quem Juba incognitum dixit, in quo Ptolemæus nonnisi duo novit oppida, Rhegmana et Κρυπτὸν λιμένα (h. *Mascat*), et cujus major pars, piratis infesta, Arabicis geographis ignota fere erat, sicuti etiam nunc tantum non est terra incognita. Hoc vero mirum esse dixeris; deinde autem quæras qui fiat ut Plinius, de inhospitali ista plaga uberrimus, oram sinus Arabici, quæ præ ceteris nota erat, vix levi bracchio tetigerit. Porro quum in sequentibus memoret *Naumachæorum* (leg. cum Barbaro *Macæ*; *horum*) *promontorium contra Carmaniam* (*Ras Mussendum*), et *Ogyrin insulam* (*Ormuz*): ea non hoc loco memoranda fuissent, sed in antecedentibus, si quidem antecedentia ad latus Arabiæ orientale pertinerent. Vel hæc igitur suadent in Pliniana narratione turbatum aliquid esse; idque manifesto apparet, si locorum nomina supra adscripta accuratius perlustraveris. Quo facto facile intelligis ad sinum Persicum nihil pertinere nisi prima verba: *A flumine Canis, ut Juba, mons adusto similis,* qui quidem mons haud dubie est promontorium Soli sacrum (ἱερὰ Ἡλίου ἄκρα), quod post Larem fluvium habet Ptolemæus VI, 7, p. 405. Quæ deinceps sequuntur, sinum Arabicum attinent, cujus ad intumum recessum *Maranitæ* habitarunt, ad fauces vero situm erat *Acila* emporium (Ὄκηλις Ptolemæus, An. Per. Er. mar, et ipse Plinius VI, 26, 104: *Indos petentibus utilissimum est ab Oceli egredi*), uti Agatharchides et Artemidorus prodiderunt. Causa vero cur non monito lectore Pliniana narratio a Persico sinu ad Arabicum subito transiliat, non tam in codicibus lacuna mutilis quæsiverim quam in sueta auctoris festinantia et oscitantia. Nimirum quum post Canem fluvium Anaritas collocari reperisset, eos cum Maranitis alio in loco memoratis confudisse et sic incongrua junxisse videtur. Ceterum illud: *Gentes Epimaranitæ* ortum suspicor ex græcis vel depravatis vel male a Plinio lectis: ἔθνη ἐστὶ Μαρανῖται; haud semel enim ejusmodi vitia apud Plinium occurrunt, ut VI, 25, ubi græca παρὰ Βέστην παραρρέει redduntur verbis *Parabesten præterfluit* (V. Prolegg. ad Isidorum Charac.). — Post Maranitas sequuntur Ichthyophagi (*Hatemi*), ad quos pertinere videntur Bathymi, Βαθυμανεῖς, Agatharchidis. *Eblitæos montes* dixerit præruptos vertices pone hod. *Moilah* sitos, quorum Agatharchides quoque meminit. *Omænus* sive *Omenus* (v. lect.) insula est Αἴνου νῆσος Ptolemæi, hodierna *Namân*. Vox *om* sæpe nominibus præfigitur; sic inter insulas hujus tractus sunt *Om-el-Hassani, Om-gieral, Om-ros*. Contra *Namân* jacet *Ras Mussarib;* prope quod fort. erat sequens apud Plinium portus *Mochorbe*. Post hæc notantur insulæ, quibus suum cuique locum certius assignare non audeo. Juxta oram pergens *Issuram* agnoscere putares in hod. *Sayourah*, et *Rhinnæam* (*Hnnæam* v. l.) in hod. *Rhiakah*, vel, quum ea perexigua sit, in Ζυγαίνᾳ Ptolemæi, hod. *Hassanie,* insula apprime conspicua. Nihil tamen asseveraveris; nam *insula proxima, in qua scripta sunt stelæ lapideæ literis incognitis,* vix alia est quam Ἴσιδις νῆσος, παλαιῶν οἰκιῶν ἔχουσα ὑποσταθμὰς καὶ στήλας γράμμασι βαρβαρικοῖς κεχαραγμένας; hæc autem quum una sit ex majoribus insulis ante sinum Ælaniticum positis, suspicari licet eodem referendas esse etiam Isuram et Rhinæam (hod. *Jouba* et *Tiran?*) et ordinem geographicum a Plinio negligi. Situs Cobœæ (Gobæa v. l.) portus incertior; fortasse hodiernus est *Sherm Abban*. *Bragæ insulæ desertæ* esse debent tres illæ quæ in sinu ad *Cap Baridy* sitæ sunt, quum alias in hoc tractu non videam. *Thaludæi* sunt Thamudeni Agatharchidis. Sequuntur *Dabonegoris regio* et *Orsa mons*. Novi *Daban* locum (18° 5') et *Djebel Orra* (16° 40), sed hi a nobis alieni esse videntur, nisi seriem locorum susque deque habere velis. Nisi fallor, Orsa mons est hod. *Soubah*, quem Chabinum

dicit Agatharchides, in eo situm tractu, in quo Ptolemæus ponit *Arsas* gentem, quod nomen subest etiam Orsæ Plinii (*). Portus huic monti proximus est *Sherm Braika*. His constitutis redeo ad verba *Dabanegoris regio;* quæ nescio an corrupta sint. Etenim quum apud Agatharchidem post Thamudenos memorentur *Debæ;* porro quum in regione quæ ab Orsa monte boream versus est circa hodiernam *Jambo* quærendus sit Egra vel Negra locus, ut supra p. LXXII monui : sponte nascitur suspicio apud Plinium fuisse : *gens Thaludæi, Dabæ, Negris* (vel *Egris*) *regio.* — *Sinum Duatum* quæro in maris recessu ad *Ras Hatebah;* post quod sequuntur tres montium vertices, Plinii Τριχόρυφος. — *Regio Cardaleón* fortasse est eorum quos Uranius apud Stephanum appellat Κερδανίτας; hos cum hodierna hujus tractus tribu *el Kadera* componit Forster II, p. 138, eodemque trahit τοὺς Κανραίτας, quas Anon. Peripl. m. Erythr. p. 273 memorat, ubi Καδραίτας corrigi vult. Sed tanto incertior res, quum ordo literarum apud Stephanum suadeat pro Κερδανῖται legendum esse Κερβανῖται, quod Hœschelio auctore recepit Meinekius. Ut ut est, Cardaleon regio ex serie narrationis fuisse debet circa *Ras Charah*. (21° 2′). Sequentes insulæ *Solanades*, *Cachinna et aliæ Ichthyophagorum* respondent insulis hod. *Abou-laud*, *Cichran*, *Serrain* ceterisque quæ sunt in 20°, ubi pars *Hatemi* ichthyophagorum etiam nunc degit (v. Ritter. XIII, p. 307). *Claros* aliunde non novi; *Mammæum litus, ubi auri metalla*, est in Alilæorum regione aurifera, de qua exponit Agatharchides. *Mammala* vicum, etsi magis meridiem versus, habet Ptolemæus. *Canaunan regionem* facile agnoscis in hodierno *Wadi Canuna* (19° 12′) prope *Komfoda* urbem. Mox *Casani* sive *Gasani* (var. lect.) sunt Γασανδεῖς Agatharchidis. *Fons Coralis* in eadem regione quærenda ubi *Corolia, oppidum Sabæorum in litore rubro*, cujus de Sabæis agens Plinius meminit § 154. *Carphatos* Agatharchides *Carbas* vocat, et ipse Plinius ex alio fonte § 154 *Cerbanos* dicere videtur. Insulæ *Aleu* (*Alæa* var. lect.) in Arabico litore non novi, sed erant in objecta ora Libyca (*archipel de Dalac.*). Num temere huc eas traxit Plinius? Harduinus scripsit *Calæu*, quod ejus nominis insulas in *Persico* sinu habet Anonymus in Peripl. mar. Erythr. p. 284. — Cum Amnametho componere licet, quoad nomen, *Amna* insulam, non longe a *Ghisan* urbe sitam. *Darras* memorat Ptolemæus, sed in boreali sinus parte. E sequentibus *Amnum* flumen pertinuerit ad *Mersa Ama* (18° 30′). In eadem latitudine posita *Dorich* insula cum aliis, ad quas *Doricas* Plinianas referas. — *Pteros* forsan hodierna *Teran* (17° 10′); *Labatanis* sive *Labanis* (var. lect.) hodierna *Hacbane* (17°); *Caboris* vero hod. *Farsan Kebir*, in arabico litore insula maxima. De *Sambrachate* nihil suspicor. Inter insulas quæ hinc versus meridiem sunt, maxima nunc audit *Camaran*, Plinio est *Camari*, Geographo Ravenn. II, 6 *Camarun*, Ptolemæo minus recte Καρδαμίνη; Hecatæus ap. Steph. B. hanc et proximas minores vocat Καμαρηνοὺς νήσους. — *Musecros* probabiliter est torrens qui exit ad *Ras Mussarib*, post quem mox occurrit *Lohaia* portus ad *Wadi Laa;* is sit *Laupas portus* Plinii. De *Acila* vel Oceli constat. Et hæc quidem hactenus. Quamquam singula quæque certius definire in scriptore parum accurato non potui, satis multa tamen suppeditasse puto, quæ abunde probent quid de toto isto Plinianæ geographiæ capite statuendum sit.

104. EDITIONES: 1. Ἐκ τῶν Κτησίου, Ἀγαθαρχίδου, Μέμνονος ἱστορικῶν ἐκλογαί. Ἀππιανοῦ Ἰβηρικὴ καὶ Ἀννιβαλική. *Ex Ctesia, Agatharchide, Memnone excerptæ historiæ. Appiani Iberica, item de gestis Annibalis. Omnia nunc primum edita* (græce). *Cum Henrici Stephani castigationibus. Ex off. Henrici Stephani Parisiensis typographi. An. MDLVII*, 8°.

2. *Agatharchidis et Memnonis historicorum quæ supersunt omnia, e Græco jam recens in Latinum traducta per Rich. Brettum, Oxoniensem, e Collegio Lincoln. Oxoniæ. Ex officina typographica Josephi Barnesii.* 1597. 16°.

3-5. In Photii editionibus Hœscheliana (August. Vindel. 1601 fol.), Schottiana (Genevæ 1611 fol.) et Rothomagensi (1653 fol.).

6-7. In Hudsoni Geogr. min. tom. I, et in geograph. min. editionis Vindobonensis tom. I, p. 191 sqq. Accedit in edit. Huds. Dodwelli *dissertatio ostendens tempus quo de mari rubro vel de gentibus potius meridionalibus scripsit Agatharchides.*

8. In Photii editione Bekkeriana. Berolin. 1824. 4.

(*) Arsæ isti sive Orsæ respondent hodiernis *Hurrub* vel *Harb*, de quibus ita Moresby. : « Jebbel Soubbah is the stronghold of the Hurrub Bedouins, a tribe, whose character is proverbial throughout the sea for ferocity and treachery. Cf. Forster l. l. II, p. 139. Horum pars vel a parte eorum tota gens vocatur Κανραῖται ap. Anon. Peripl. m. Er. p. 273.

105. Grandiora opera quum in communi literarum naufragio tantum non omnia moles sua perdiderit, læti nos levissimam quamlibet naviculam excipimus, cui salvæ sive læsæ ad citeriorem ætatem transnatare contigerit. Eorum ex numero opusculorum nostra hæc periegesis est, quæ puerorum institutioni destinata perexiguum in docta antiquitate pretium habebat, nunc vero haud infimum locum obtinet. Compendia hujus generis geographica in scholis usurpabantur partim prosaica, partim poetica. Ex illis alia fuerint vetustissimorum geographorum, ut Hecatæi, γῆς περίοδοι sive περίπλοι, qui ob dictionis simplicitatem rerumque copiam modicam juventutis usibus peraccommodati erant; alia majorum operum epitomas exhibebant, cujusmodi libellum habemus periplum Pseudo-Scylacis; alia denique ex variis auctoribus collecta fuerint. Qui vero vinctam orationem solutæ substituerunt, ut memoriæ succurrerent, vel iambicis trimetris, liberioribus illis, vel etiam versu heroico usi sunt. Primus inter hos exstitisse videtur Apollodorus Atheniensis, qui metro iambico et chronica et orbis terrarum descriptionem condidit. Cujus exemplum secutus Noster suam scripsit periegesin, et sequiore ævo simile opus iambis composuit Dionysius Aglaophontis; hexametris vero orbem terrarum Sullæ temporibus descripsit Alexander Ephesius, quem e Stephano Byzatino novimus, ac postea Dionysius Periegetes, cujus opus exstat integrum, dum reliquorum nonnisi minuta fragmina vel majores particulæ supersunt.

106. Et nostræ quidem periegeseos qui factum sit ut pars longe major perierit, supra (p. XIV) monui. Servatos in codice Parisino habemus priores versus 742, quibus descriptio oræ Europææ ab Herculis columnis usque ad Apolloniam Ponticam et paullo ulterius deducitur; reliquæ Europæ ac totius Asiæ Libyæque periplus desideratur, nisi quod de Ponticis regionibus fragmenta aliquot apud anonymum geographum deprehenduntur, qui variis e scriptoribus periplum Ponti Euxini collegit (*). Nam quæ ille ex fonte poetico assumsit, modo verbotenus transscripta modo paullulum mutata, ea ex nostro opere petita esse inde intelligitur, quod primam eorum partem habemus in codice Parisino superstitem.

107. Nomen auctoris, quod una cum titulo libri in integro codice fini operis subscriptum legebatur, nunc nos latet. Nec tamen in editionibus auctor nomine carere solebat; *Marcianus Heracleota* erat Hœschelio, Morello, Vindingo; deinde *Scymno Chio* opus vindicarunt Lucas Holstenius (in Observatt. ad Porphyr. Vit. Pythagor. p. 117, an. 1631, et in Not. ad schol. Apoll. Rhod. IV, 284, an. 1639) et Isaacus Vossius (in præfat, ad Anonymi peripl. Ponti Eux., an. 1639); quorum conjecturam quum Dodwellus approbasset, sub Scymni nomine libellum edidit Hudsonus, cui bona fide se addixerunt sequentes editores, Gailius, Letronnus, Fabricius, usquedum Meinekius quam imbecillis et inanis esset Holstenii Vossiique argumentatio, liquido ostenderet.

108. Quod princeps editor periegesin Marciano Heracleotæ inscripsit, id fecit auctoritate apographi Vaticani; hujus vero scriba auctorem istum suo periculo eruit e codice Parisino, qui initio ejus paginæ, in qua periegesis incipit, habet verba vel manca vel corrupta : εὐτυχῶς Μαρκιανῷ (Cf. p. XIV). Ex his librarius codicis Vaticani, qui in antecc. Marciani Heracleotæ opuscula transcripserat, eidem geographo etiam poema nostrum tribuendum esse conjecerit. Qua quidem opinione turpiter lapsus est. Et tamen facile fieri potest, ut nescius verum auctoris nomen apposuerit. Nam verba εὐτυχῶς Μαρκιανῷ ad nostrum opus, quod Nicomedi, Bithyniæ regi, dedicatur, aliquo modo pertinere omnium est veri simillimum, præsertim quum vox εὐτυχῶς dedicationis formulam subindicare videatur, qualem habes etiam Marcianeo maris interni periplo præfixam : Μαρκιανὸς τῷ ἑταίρῳ Ἀμφιθαλίῳ εὖ πράττειν. Quidni igitur nostro loco esse poterat : Νικομήδει βασιλεῖ πράττειν εὐτυχῶς (vel εὐτυχεῖν) Μαρκιανός? Scripsisse Nostrum in Bithynia ex eo quod Heraclea Pontica sita esse dicitur ἐντὸς τῶν Κυανέων (v. 826 et 973), bene monuit Meinekius. Adde quod v. 920 Amisus tribus annis ante Heracleam Jonica colonia frequentata esse narratur. Quæ quum tempus deductæ coloniæ non doceant, nisi jam noveris Heracleæ historiam, de qua postea demum ex ordine periegeseos auctor monet, facilem explicationem habent, si auctor Heracleota fuit et præ ceteris scripsit civibus suis. Denique vs. 56 se consuluisse dicit Didymæi Apollinis oraculum Milesium; quod quidem ante cetera adierit

(*) Præter hunc duos Nostri versus non laudato auctore affert Stephanus Byz. v. Διονυσόπολις.

Heracleensis vir, cui Miletus erat altera metropolis. Hinc igitur conjicio Nostrum oriundum fuisse ex Heraclea, multorum scriptorum patria; in qua, quum Byzantinis temporibus doctos Marcianos exstitisse constet, quidni jam secundo et primo ante Christum seculo vixisse Marcianum quendam poematis geographici scriptorem, Parisini codicis indicio nitentes credamus?

109. Quod eorum sententiam attinet, qui, quum Marcianum Heracleotam, cujus peripli prosaici supersunt, a poematis auctore alienum esse recte perspexissent, Scymno Chio opus nostrum vindicarunt, res ita habet. Laudatur Scymnus Chius locis octo apud Stephanum Byz. (v. Ἀγάθη, Ἄρεως νῆσος, Ἑρμώνασσα, Πάρος), schol. Apoll. Rh. (IV, 271. 284), Apollonium (Mirab. c. 15) et Herodianum (De dict. solit. p. 19, 4). Ex his cum nostra Periegesi nihil potest componi nisi hæc Stephaniana :

Ἀγάθη, πόλις Λιγύων ἢ Κελτῶν. Σκύμνος δὲ Φωκαέων αὐτήν φησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.

Ἄρεως νῆσος, πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ. Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ.

« Utrumque locum etiam in Periegesi nostra memoratum reperias, Agatham vs. 297 : οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς Ἀγάθην Ῥοδανουσίαν τε, Martis insulam autem vs. 913 : καθ' ἃς ἔρημος κειμένη [μικρὰ] παρήκει νῆσος Ἄρεως λεγομένη. Atqui ex hoc utriusque chorographi consensu tanto minus suæ sententiæ argumentum ducere debebat Vossius, quum illud potius justam admirationis causam habiturum esset, si de duobus scriptoribus in ejusdem argumenti explicatione occupatis alterutrum illorum locorum memoriam omisisse demonstrari posset. » Meineke. His igitur ut non probatur sententia, sic reliquis refellitur. Nam Scymnus Pharum, Adriæ insulam, Parum dixit (ap. St. B. s. v.), Noster cum ceteris Pharum vocat. Idem Scymnus urbem Bospori Cimmerii Ἑρμώνειαν dixit (St. B.), quæ apud poetam Hermonassa vocatur. — Porro apud schol. Apollonii Rhod. IV, 284 hæc leguntur : Οὐδεὶς δὲ ἱστορεῖ διὰ τούτου (τοῦ Ἴστρου) τοὺς Ἀργοναύτας εἰςπεπλευκέναι εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν, ἔξω Τιμαγήτου, ᾧ ἠκολούθησεν Ἀπολλώνιος. Ὁ μὲν γὰρ Σκύμνος αὐτοὺς διὰ Τανάϊδος πεπλευκέναι ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν ἐληλυθέναι. Καὶ παρεκβολεύεται, ὡς ἄρα ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἤπειρον οἱ Ἀργοναῦται ἐπὶ σαυρωτήρων ἐκόμισαν τὴν Ἀργώ, μέχρις οὗ ἐπὶ θάλασσαν παρεγένοντο. Ad quæ Meinekius p. XVII : « De Tanai Periegesis nostra dixit vs. 668 et 875 sqq. locis a Peripli scriptore servatis, ubi quum nihil de Argonautis afferatur, tolli quidem hic a scholiasta dissensus potest ita ut, quæ nihil suo consilio conducere vidisset, consulto ab Anonymo omissa dicas. At precaria hæc est excusatio neque satis factura iis qui ipsæ periegetæ verba inspexerint, quibuscum quo pacto illud de Argonautis episodium conglutinari possit, minime apparet. Accedit quod ipsa illa, quæ e Scymno attulit scholiastes, nisi primitivam orationis formam prorsus immutatam dicas, ita comparata sunt, ut quomodo numeris illigata fuerint vix intelligas, præsertim quum illud ἐπὶ σαυρωτήρων exquisitius dictum sit, quam quod a scholiasta demum invectum esse videatur : quam quidem suspicionem etiam augeri fatebitur, qui ista in scholiis Parisinis ita referri viderit : Σκύμνος δὲ διὰ Τανάϊδος πεπλευκέναι φησὶν αὐτοὺς καὶ εἰς τὴν μεγάλην θάλασσαν ἀφικέσθαι· ἑλκύσαντας γάρ, φησίν, αὐτὴν (τὴν Ἀργὼ) εἰς τὴν ἤπειρον καὶ ἄραντες ἐπὶ σαυρωτήρων ἐκόμισαν μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης. Quid multa? tenemus ipsissima Scymni verba, non sane e carmine ducta, sed e prosaico opere petita. Nec dissimilis eorum est ratio quæ leguntur apud Apollonium Hist. mirab. cap. 15 : Σκύμνος (cod. Σκυτῖνος) δὲ ὁ Χῖος τὴν Βρεταννικὴν νῆσον λέγει σταδίων εἶναι τετρακοσίων (τετρακισχιλίων?) τὸ περίμετρον. γίγνεσθαι δ' ἐν αὐτῇ τὰ γεννήματα ἀπύρηνα, οἷον τὰς ἐλαίας πυρῆνας μὴ ἔχειν, μηδὲ βότρυς γίγαρτον, μηδὲ τὰ ἐμφερῆ τούτοις. Quorum postrema quamquam, qui ludere volet, haud magno negotio ad trimetros revocare poterit, e. c. in hunc modum,

οἷον ἐλάας (*) πυρῆνας οὐκ ἔχειν λόγος,
οὐδ' αὖ βότρυς γίγαρτον, οὐδὲ τἀμφερῆ
τούτοις —

tamen et violentior hæc ratio esset et tum demum aliquam probabilitatis speciem habitura, si de metrica Scymniani operis forma aliunde certo constaret. Denique addam quæ servavit Herodianus Dict. solit. p. 19, 4. Cujus verba adscribam, ut a Blochio et Dindorfio emendata sunt : Τό τ' Ἶς ἐπὶ ποταμοῦ κείμενον παρ' Ἡροδότῳ ἐκτεινόμενον ἔχει τὸ ι. Οὕτω (i. e. ἐπὶ ποταμοῦ κείμενον) καὶ Σκύμνος ἐν τῷ τῆς Ἀσίας περίπλῳ » εὑρέθη ἔχεται Κελένδερις πόλις Σαμίων, καὶ ἱερὸν παρὰ τῇ πόλει Ἥρης (cod.

(*) « Vid. Comic. Græc. vol. III p. 503. »

νήρης) καὶ ἄλσος. Ἶς ποταμὸς παρὰ θάλασσαν ἔξεισιν. » Ἔστιν Ἶς τῆς (καὶ τῆς?) Ἰταλίας, ὡς Πάρθαξ ἐν τῷ β′ τῶν Ἰταλικῶν. « Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο εἰς τὴν Ποσειδωνίαν ὁ Ἡρακλῆς· ἔστι δὲ ποταμὸς Ἶς καλούμενος μέγας. » In his quæ Scymno tribuuntur verba, manifestis solutæ orationis vestigiis impressa, nullis unquam machinis efficies ut ad tolerabilem metri speciem revocentur; et tamen trimetris ista includere præter Cramerum in *Description of Asia min.* vol. II p. 327 instituit Letronnus, quorum conatus noli quærere quam infeliciter cesserint, Sardi venales, alius alio nequior! At corruptæ voci εὑρέθη quid faciam non habeo, quæ mihi quidem olim eo usque molesta fuit, ut eam pro parte loci Scymniani haberem, ἔχεται autem in Ἑκαταῖος mutandum existimarem, cujus conjecturæ fidem mihi facere videbatur ionicum Ἥρης. At quid impedit quominus Scymnum ionice scripsisse existimemus? ita respondit mihi consultus de Herodianeis Herodiani futurus editor, Lehrsius (*), simul ex hoc ipso loco se de diversitate Scymni et scriptoris Periegeseos conjecturam cepisse adjiciens. Qui quod de dialecto Scymniani operis conjicit, id erunt fortasse qui usu vocis σαυρωτήρ mihi quidem nisi apud Homerum et Herodotum nusquam lectæ, confirmari putent. ΕΥΡΕΘΗ autem ex ΕΥΡΟΝ corruptum videri potest, ut Herodianus scripserit: οὕτω καὶ [παρὰ] Σκύμνῳ ἐν τῷ τῆς Ἀσίας περίπλῳ εὗρον, nisi malis quod simplicissimum est, οὕτω καὶ Σκύμνος... εὗρεν, quod quin recte ita dici possit non dubitandum videtur; εἴρηκεν autem, quod Cramerus, vel εὑρόθεν, quod Letronnus conjecit, rejiculum est. »

120. Superest locus scholiastæ ad Apoll. Rhod. IV, 284: Τὸν Ἴστρον φησὶν (sc. Ἀπολλώνιος) ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρῶν,... γινόμενον δὲ μεταξὺ Σκυθῶν καὶ Θρακῶν σχίζεσθαι· καὶ τὸ μὲν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν ἐκβάλλειν ῥεῖθρον, τὸ δὲ εἰς τὴν Ποντικὴν θάλασσαν ἐκπίπτειν, τὸ δὲ εἰς τὸν Ἀδριατικὸν κόλπον. Σκύμνος δὲ ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ περὶ Εὐρώπης (Paris. ἐν τῇ ις′ τῶν περὶ Εὐρώπης) αὐτὸν μόνον φησὶν ἀπὸ ἐρήμου (Paris. ἀπὸ. ἐρήμων τόπων) φέρεσθαι τὸν Ἴστρον. Ῥίπαια δὲ ὄρη ἐν ταῖς ἀνατολαῖς, ὡς Καλλίμαχος· « Ῥιπαίου πέμπουσιν ἀπ' οὔρεος, ἧχι μάλιστα. » Ἐρατοσθένης δὲ (Paris. ὡσαύτως Ἐρατοσθένης) ἐν τρίτῳ Γεωγραφικῶν ἐξ ἐρήμων τόπων ῥεῖν, περιβάλλειν δὲ νῆσον Πεύκην. « Ad hæc igitur (verba Meinekii sunt) Holstenius ita commentatus est: « Hic « librorum numerus (ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ περὶ Εὐρώ« πης) perspicue falsus; neque enim Scymni « Chii περιήγησις in libros divisa fuit (**), tantum « abest ut de sola Europa sedecim libros scripse« rit; extat enim [etiam?] nunc magna opusculi « pars, quæ hactenus sub falso Marciani Hera« cleotæ nomine delituit. Quod hujus loci aucto« ritate et indicio primus omnium vero auctori « vindicavi in notis meis ad Porphyrium (***). « In MS fuerat ἐν τοῖς περὶ Εὐρώπης, sicut pag. « præcedenti ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας idem Scymnus « laudatur [ad IV, 277: Ὅτι δὲ Αἰγυπτίων εἰσὶν οἱ « Κόλχοι ἄποικοι, καὶ Σκύμνος ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας λέ« γει]. Inde imperiti librarii fecere ἐν τῇ ις pro « ἐν τοῖς. Quod deinde voce expansa editum ἐν « τῇ ἑκκαιδεκάτῃ. Neque minus corrupta sunt quæ « ex Scymno de Istri cursu affert; nam pro illo « ἀπὸ ἐρήμου φέρεσθαι τὸν Ἴστρον, scribendum ἀπὸ « ἑσπέρου. Quod sequentia Callimachi verba « evincunt, quæ Rhipæos montes ad ortum po« nunt, contra ac Scymnus, cujus hæc sunt « verba de Istro: κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τό« πων. » Ad postrema quod attinet, de Istri cursu quæ in Periegesi dicta erant, his verbis perscripta servavit auctor Peripli: Οὗτος ὁ Ἴστρος ποταμὸς κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων, τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος, δυσὶ περισχιζόμενος καὶ εἰς τὸν Ἀδρίαν ῥεῖ. Quorum priora, quæ vs. 774 sic edidi: ἀφ' ἑσπερίων μόνος κατέρχεται τόπων, etc., nunc ita corrigenda arbitror:

κατέρχετ' ἀπὸ τῶν ἑσπερίων οὗτος τόπων,
τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος.

Hæc igitur Holstenius cum Scymnianis apud scholiastam ita conciliare conatus est, ut pro ἀπὸ ἐρήμου scribendum esse conjiceret ἀπὸ ἑσπέρου; eamque emendationem etiam necessariam esse existimat propter Callimachi testimonium de situ montium Rhipæorum. Atqui Callimachi versum scholia Parisina non eo loco habent, quo in edi-

(*) Lehrsius in editione Herodiani (Regismont. 1848 p. 61) legit: Οὕτω καὶ Σκύμνος ἐν τῷ ι′ τῆς Ἀσίας περίπλῳ παρέθετο. « Ἔχεται κτλ. Idem confert Eustathium ad Hom. p. 877, ubi hæc: Ὅτι δὲ Ἶς καὶ ὄνομά ἐστι ποταμοῦ, ὡς καὶ Ἡρόδοτος (I, 179, ubi Is Babyloniæ fluvius memoratur) οἶδε καί τις δὲ Φύλαξ (Θύλαξ Etym. Gudian. v. Ἶν p. 279, ubi eadem exstant) ἱστορικὸς, παρεσημειώσαντο οἱ τεχνικοί. In his num Σκύμνος Herodiani in Σκύλαξ, dein in Φύλαξ depravatus sit, an alius scriptoris nomen lateat, Σκύλαξ, Φιλέας, Φύλαρχος, parum liquet.

(**) « Atqui a Stephano Byz. s. v. Πάρος laudatur Σκύμνος ὁ Χῖος ἐν πρώτῳ περιηγήσεως. »

(***) « His verbis Vossium carpere videtur, a quo inventi sui laudem sibi præreptam existimabat. »

tis legitur, sed ad vs. 287, quo ipso loco Apollonius Rhipæos montes commemorat. Omnino autem Holstenius a mente scholiastæ aberravit, qui non hoc dicere voluit, apud Apollonium Istrum e septentrionalibus regionibus oriri, apud Scymnum autem ex occidentalibus, sed hoc potius, Apollonii Istrum in Scytharum et Thracum confiniis in duo scindi flumina, quorum alterum in Adriaticum, alterum in Tyrrhenicum mare (εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν) effundi, apud Scymnum autem Istrum αὐτὸν μόνον, i. e. continuum neque in plura flumina discretum, e desertis regionibus deferri. Hoc autem si Scymnus dixit, apertum est longe aliam de Istri cursu sententiam sequutum esse scriptorem Periegeseos, qui et versu 664 et eo ipso, de quo Holstenius disserit, loco satis ostendit, se eandem quam Apollonius de Istro in plura flumina diviso sententiam sequutum esse; quæ res etiam clarius intelligeretur, si integer Periegetæ locus servatus esset, qui non dubium est quin hoc dixerit, Istrum quinque ostiis in Pontum, duobus autem partim in Adriaticum partim in Tyrrhenicum mare effundi. Itaque non tantum inter περὶ et σχιζόμενος sed etiam inter σχιζόμενος et καὶ εἰς Ἀδρίαν aliquid omissum esse arbitror. His profligatis supervacaneum esse puto alteram, quam de librorum numero movit Holstenius, dubitationem refutare copiosius. Ac conjecturæ viri doctissimi non favere scholiastam Parisinum, qui hæc ita scripta profert, ἐν τῇ ις' τῶν περὶ Εὐρώπης, jam a Schæfero monitum video. Non negaverim tamen in numero erratum esse : quis enim serio sibi persuadeat, ullum unquam veterum chorographorum, nedum obscuri nominis scriptorem et rarissime a Stephano ad partes vocatum, de sola Europa sedecim libros condidisse? Itaque non vituperarem equidem, si quis non decimum sextum Scymni librum, sed sextum (ἐν τῇ ς' τῶν περὶ Εὐρώπης) a scholiasta commemoratum existimaret. »

His igitur istam de Scymno Chio nostri poematis auctore quæstionem satis superque Meinekius profligavit. Verum scriptoris nomen, dum certior lux alicunde affulserit, in medio relinquimus.

III. De ætate scriptoris. In præfatione auctor Nicomedem regem, cui opus dedicatur, alloquens, periegesi sua metro comico scripta exemplum se secutum esse profitetur philologi Attici, qui Diogenis Stoici et Aristarchi discipulus simili modo historiam annorum mille et quadraginta (1184-145 a. C.), inde a Trojæ excidio usque ad præsentem ætatem (ἄχρι τοῦ νῦν βίου vs. 23), in discentium usum exposuerit, eamque Attalo Philadelpho nuncupaverit. Itaque anno 145, in quem desierunt Chronica Apollodori Atheniensis (nam hunc dici philologum Atticum unanimi consensu statuunt (*)), jam vixisse Noster videtur, quamquam tunc puerilem ætatem nondum egressus fuerit. Scripsisse eum quo tempore reges Pergameni jam defecerant, sive post mortem Attali III, indicatur vs. 16 verbis :

τοῖς ἐν Περγάμῳ
βασιλεῦσιν, ὧν ἡ δόξα καὶ τεθνηκότων
παρὰ πᾶσιν ἡμῖν ζῶσα διὰ παντὸς μένει.

Regem autem Bithyniæ, ad quem verba auctor dirigit, dici putaveris Nicomedem II Epiphanem, Prusiæ II τοῦ κυνηγοῦ filium, qui per quinquaginta octo annos (149-92 a. C.) regnavit; hujus enim tempora cum iis, quæ hucusque attulimus, optime convenire videantur. Attamen de his antequam judicemus, audiamus reliqua. Etenim poeta noster postquam Atticum istum philologum Chronicis Attalo dedicatis magnam regi gloriam comparasse dixit, se ipsum ait opus suum Nicomedi dedicaturum ea de re adiisse Apollinem Didymæum, qui a Nicomede quoque religiose colatur et olim etiam patrem ejus in regno bene constituendo adjuverit. Verba hæc sunt v. 50 :

Ἐγὼ δ' ἀκούων διότι τῶν νῦν βασιλέων
μόνος βασιλικὴν χρηστότητα προσφέρεις,
πεῖραν ἐπεθύμησ' αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ λαβεῖν
καὶ παραγενέσθαι καὶ τί βασιλεύς ἐστ' ἰδεῖν,
ἵν' αὐτὸς ἑτέροις πάλιν ἀπαγγέλλειν ἔχω.
Διὸ τῇ προθέσει σύμβουλον ἐξελεξάμην
τὸν συγκατορθώσαντα καὶ τῷ σῷ πατρί
τὰ τῆς βασιλείας πρότερον, ὡς ἀκούομεν,
παρά σοί τε, βασιλεῦ, γνησίως τιμώμενον
κατὰ πάντα, τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Διδυμῆ λέγω.

Jam vero constat Nicomedem II Prusiam patrem, virum ignavum, sævissimum, Bithynis infensissimum, a quo per totam vitam dissenserat, cujusque insidias ægre effugerat, tandem, juvante Attalo, regno ejecisse inque Jovis templo occidisse (Appian. Mithridat. c. 7; coll. Polybio XXXVII, 2). Hunccine Prusiam Noster Apollinis ope in regno firmatum esse censuit, idque Nicomedi II occisori dicendum in hac epistola dedicatoria

(*) Sunt tamen, quæ huic sententiæ adversari possint videri, ut ad fragmenta Apollodori geographica monebo.

existimavit? Vix tu credideris. Immo dei auxilium ad ipsum potius Nicomedem II pertinuerit, qui patris crudelissimi sævitiam effugit et post magna pericula regnum adeptus est quod per annos quinquaginta octo servare ei contigit. Itaque rex, qui ipse quoque Apollinem Didymæum summopere honorare dicitur et cui opus suum poeta inscribit, filius prioris est, Nicomedes tertius, qui a pietate Philopatoris cognomen nactus, per sedecim annos regnum tenuit (91-76 a. C.).

112. Alia est Dodwelli sententia. Is enim verbis μόνος βασιλικὴν χρηστότητα προσφέρεις subindicari censet Socratem τὸν χρηστὸν, qui Mithridatis opera fratrem Nicomedem III ejecit, imperioque potitus nomen Nicomedis assumsit; sed paucis mensibus post ab eodem Mithridate interfectus et Nicomedes III a senatu Romano in regnum restitutus est (an. 90). V. Livius ep. 74; Justin. XXXVIII, 5; Appian. Mithridat. 10; Memnon c. 30 in Fr. Hist. III, p. 541. Attamen in brevissimum istud temporis momentum, quo penes Socratem res erant, vix cadere possunt, quod de Nicomede suo Noster prædicat v. 62: κοινὴν γὰρ σχεδὸν τοῖς φιλομαθοῦσιν ἀναδέδειχας ἑστίαν. Quodsi verbis: μόνος.. χρηστότητα προσφέρεις allusio subest, putaverim potius Nicomedi III veram χρηστότητα vindicari, quam cognomine tantum Socrates, regni usurpator, præ se tulerit.

113. Scripsisse igitur Noster videtur circa an. 90 a. C., jam provectus ætate, vitamque agens in Bithyniæ urbe, quam Heracleam fuisse suspicati sumus. Natus fortasse in Græcia erat; certe regiones recensens, quas ipse viderit et αὐτοπτικῇ πίστει describat, ita incipit: ὧν θεατὴς οὐ μόνον τῆς Ἑλλάδος ἢ τῶν κατ' Ἀσίαν κειμένων πολισμάτων: adeo ut primo loco Græciæ mentio fiat. Præterea vidit oram maris Adriatici et Ionici, Tyrrheniam, Siciliam, Libyæ partem majorem in eaque Carthaginem. Scriptores vero adhibuisse se dicit v. 114 sqq. Eratosthenem (cujus meminit v. 412), Ephorum (quem laudat v. 472. 546. 802. 871. 881), Dionysium Chalcidensem, Demetrium Callatianum (de quo vid. v. 719, 796. 880), Cleonem Siculum, Timosthenem, Callisthenem, Timæum Siculum (cf. 214. 412), Herodotum (cf. v. 565. 929), aliosque quorum nomina in codicis illo loco graves injurias passo legi jam nequeunt; sed fuisse inter eos patet Theopompum Chium et Hecatæum Eretriensem, quorum illum v. 370, hunc v. 870 laudat.

114. Ceterum quam in argumento tractando rationem sequatur, ita auctor exponit v. 68

ὅσα μὲν εὔσημά τ' ἐστὶ καὶ σαφῆ
ἐπὶ κεφαλαίου συντεμὼν ἐκθήσομαι,
ὅσα δ' ἐστὶν αὐτῶν οὐ σαφῶς ἐγνωσμένα,
ὁ κατὰ μέρος ταῦτ' ἐξακριβώσει λόγος.

Ac sane notissimas Græciæ regiones obiter duntaxat perstringit, fusius vero describit Iberiam, Italiam, Siciliam, oram Adriaticam Pontumque Euxinum, nec subsistens in sterili nominum enumeratione, non pauca interponit de locorum temperie et proventu et incolarum moribus, præ ceteris vero ad urbium origines deductarumque coloniarum tempora attendit; in quibus, quum multa aliunde non nota occurrant, præcipuum libri pretium positum est.

115. Quantumvis autem longinqua itinera et πίστιν αὐτοπτικὴν poeta jactet, quidnam lucri hinc in opus suum redundaverit, in superstite saltem parte non apparet. Nam si unum alterumve exceperis, non sui ævi geographiam scriptor tradit, sed quam multo antiquiores scriptores prodiderant; adeo ut hosce in plurimis presso pede secutus esse, præ ceteris autem Ephoro se addixisse videatur, quippe quem et ipse sæpenumero testem citat, cujusque fragmenta cum Nostri versiculis persæpe comparare licet.

116. De *Iberia* multo disertiora quam Pseudo-Scylax habet. In quibus quæ de Celtarum sedibus, et hac oblata occasione de quattuor τῆς οἰκουμένης gentibus maximis, Celtis, Indis, Scythis, Æthiopibus, inseruntur (170), ex Ephoro fluxisse patet. Notabilia in hoc capite traduntur de Æthiopum in Erythia insula colonia (157), de Tartessi ditione (162), de Bebrycum sedibus (201), et de boreali columna, quæ apud ultimos Celtas in mare projicitur (190). — De *Liguria* regione cum Scylace Noster consentit, nisi quod accuratius Scylax inter regionem mere Liguricam atque eam quam Ligures Iberibus mixti teneant, distinguit. — *Italiæ* statum, si mittas Romam urbem tanquam ἄστρον κοινὸν τῆς ὅλης οἰκουμένης (233) honoris causa memoratam, antiquiorem quam Scylax exhibet. Nam Scylax Campanos et Lucanos jam oræ maritimæ accolas novit; Noster eos adhuc in mediterraneis habet, oram vero meridionalem totam tribuit Œnotriæ, in qua Italiam et Japygum Messapiorumque ditiones memorat, adeo ut hæc proxime accedant ad ea quæ vetus ille Antiochus Syracusanus prodidit. — *Siciliæ*

colonias græcas alius nemo recenset plenius. — De mari *Adriatico* ejusque insulis populisque Illyricis Theopompum sequitur (370 sqq.), nonnullis e Timæo et Eratosthene adjunctis. Græciam ex Ephoro, ut ipse profitetur (472) describit, nisi quod de Atticæ incolis antiquissimis ex Herodoto quædam, fortasse et ipsa ab Ephoro allata, interponit. In Ponticis denique ducem præcipuum sequitur Demetrium Calatianum.

117. His delineatis, superest ut quæstionem tangam intricatam. Scilicet geographica sua Noster composuit ad exemplum Chronicorum philologi Attici, quem Apollodorum esse uno ore omnes profitentur. Jam vero Apollodorus ille etiam periegesin versu comico scripsit, cujus frequens apud Stephanum Byzantium mentio exstat. Ex fragmentis autem nonnulla ita sunt comparata, ut vix quisquam dubitaverit alterum periegeseos auctorem ob oculos habuisse alterum. Nam ita Noster 391 :

Ἐνετῶν ἔχονται Θρᾷκες Ἴστροι λεγόμενοι

Apollodorus vero apud Steph. Byz. v. Ὑλλεῖς.

Ὑπὲρ δὲ τοὺς Ὕλλους Λιβυρνοί καί τινες
Ἴστροι λεγόμενοι Θρᾷκες.

Porro in nostris v. 405 :

Ἑξῆς δὲ μεγάλη Χερσόνησος Ὑλλική
πρὸς τὴν Πελοπόννησόν τι ἐξισουμένη·
πόλεις δ' ἐν αὐτῇ φασι πέντε καὶ δέκα
Ὕλλους κατοικεῖν.

Apollodorus vero ap. Steph. l. l :

Ὑλλὶς πρόκειται χερρόνησος, ἡλίκη
μάλιστα Πελοπόννησος, ὥς φασι.
. . . . , ... πέντε καὶ δέκα
πόλεις ἔχουσα παμμεγέθεις οἰκουμένας.

Adde quod urbem Bospori Cimmerii, quæ reliquis omnibus Κῆποι dicitur, Nostro et Apollodoro (ap. St. B. v. Ἑρμώνασσα) Κῆπος vocatur. Ceterum alius periegeseos ordo in Nostro, alius in Apollodoro; nam hic post Hyllos memorat Liburnos et Istros, a meridie boream versus progrediens, dum Noster a borea ad austrum procedit; similiter in Bosporo Cimmerio Apollodorus ap. Steph. v. Ἑρμώνασσα post Hermonassam memoravit Cepum, dum inversus ordo apud Nostrum obtinet. Sed de majoris etiam momenti rebus auctores hi inter se differunt. Sic Apollodorus, quum Laum Lucaniæ urbem dicat, novit Lucaniam maritimam, dum Noster nonnisi mediterraneam memorat. Præterea loca nonnulla ex Apollodori periegesi afferuntur, quorum apud Nostrum mentio desideratur. Hinc igitur quamvis pateat utrumque opus habuisse sibi propria, non satis tamen intelligis, qua de causa Noster, si post Apollodorum periegesin condidit, nonnisi de Chronicis ejus verba faciat, missa mentione operis in eodem prorsus argumento versantis et ab ipso usurpati. An dices Apollodorum, quum Chronica jam anno 145 a. C. Attalo Philadelpho dedicasset, circa annum demum 90 a. C. periegesin geographicam composuisse, eoque negotio Nostri poema imitatum esse? Parum hoc probabile foret. Sed attigisse rem jam satis habeo.

118. *Ediderunt* periegesin sub *Marciani Heracleotæ* nomine *Hœschelius* cum Scylace aliisque geographis e codice Palatino et apographo Casauboniano codicis Pithœani, Augustæ Vindelicorum 1600, in-8°, p. 1-30; deinde cum versione metrica *Fred. Morellus* Parisiis 1606. 8°, et cum versione prosaria notisque *Erasmus Vindingius Pauli f.*, Hafniæ 1662, 8°. Post hæc sub *Scymnii Chii* nomine excudit *Hudsonus* in Geogr. min. tom. II, Oxon. an. 1793 una cum fragmentis, quæ ex Anonymi periplo Ponti Euxini Holstenius et Vossius eruerant, et dissertatione Dodwelli. Hinc repetitus Scymnus in edit. Geogr. Vindobon. vol. I. Sequitur editio *Gailiana* in Geogr. min. tom. II, Paris. 1828. Varietatem lectionis ex codice Parisino 443 Supplem. dedit *Em. Millerus* ad calcem voluminis, quod inscribitur : *Périple de Marcien d'Heraclée*, etc. *Paris* 1839, 8°. Paullo post in lucem prodierunt *Fragments des poëmes géographiques de Scymnus de Chio et du faux Dicéarque, restitués principalement d'après un manuscrit de la bibliothèque royale; précédés d'observations littéraires et critiques sur ces fragments, sur Scylax, Marcien d'Héraclée, Isidore de Charax, le stadiasme de la Méditerranée; pour servir de suite et de supplément à toutes les éditions des petits géographes grecs, par M. Letronne. Paris* 1840, 8°. — *Scymni Chii periegesis ed. B. Fabricius* cum annot. critica, Lips. 1846, 8° (Cf. ejusdem *Lectiones Scymnianæ*. Dresdæ. 1844, 8°). — *Scymni Chii periegesis et Dionysii descriptio Græciæ. Emendavit A. Meineke. Berolin.* 1846, 8°. Præcedit commentatio critica.

119. Anonymi Periegesi iambicæ similem subjecimus libellum metricum, cui in codicibus titulus est: Δικαιάρχου ἀναγραφὴ Ἑλλάδος. Similiter ἀναγραφὴ vocabulo Gemistius Pletho utitur, capita quædam geographiæ e Strabone excerpta inscribens ἀναγραφὴ Θεσσαλίας, etc. Inerat opusculo nostro Græciæ insularumque græcarum perbrevis descriptio in usum puerorum. Supersunt fragmenta duo, quorum alterum Helladis regiones ab Ambracia usque ad Peloponnesum recenset, alterum Cretæ urbes et Cyclades Sporadesque insulas exhibet. Inter duo hæc fragmenta poetica librarius interposuit scriptoris incerti fragmenta duo prosaria de Attica et Bœotia deque Thessalia Græciæ accensenda, ut supra § 72 jam exposui. Priori fragmento metrico præmittitur procemium, in quo Theophrastum quendam auctor alloquitur. Sermo et nexus sententiarum quum per totam scriptiunculam imbecillis est, tum vero in hac maxime præfatione puerilis prorsus anilisve. Causam rei Lehrsius docuit. Nimirum hoc unum allaboravit auctor, ut viginti tres versiculos acrostichos excuderet, quorum primæ literæ in unum collectæ librum nostrum proderent fœtum esse Διονυσίου τοῦ Καλλιφῶντος. Quod quidem artificium a multis inde seculis latuisse docent codices, in quibus opusculum Dicæarcho affingitur. Cui commento Theophrastus ille in procemio memoratus ansam dedisse videtur (cf. supra § 74). Quamquam non defuerunt olim, qui misellum poema a Dicæarcho Messenio non alienum esse dictitarent. Alii jejuniores id nomen a prosaicis fragmentis ad trimetrorum auctorem perperam translatum voluerunt; quod ipsum quoque admitti nequit.

120. Quando vixerit Dionysius nescio. De Lebadea agens dicit (v. 98): Τροφωνίου ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι; quod oraculum quum Pausaniæ temporibus adhuc floruisse constet, Dionysius, si vocem γεγονέναι sensu proprio usurpavit, in citeriora utique tempora rejiciendus est. Ex orationis miseria in ejusmodi versiculis mnemoneuticis argumentum de ætate scriptoris certius peti vix potest. Ceterum fontes adhibuit antiquos; disertis verbis laudat Phileam (vs. 33); affinitatem quæ in haud paucis ei cum Pseudo-Scylacis periplo intercedat supra attigi (§ 70).

121. Utilitas libri exigua, quum plerumque nonnisi summa rerum capita obiter perstringantur. Nonnulla tamen deprehenduntur, de quibus aliunde non constat, ut vs. 28 de Ambracio Minervæ templo, vs. 55 de Herculis et Veneris fanis in Alyzia oppido, vs. 67 de Locridis fluvio Hylætho, v. 90 de situ Eresii, vs. 126 de Cretæ fluviis Didymis, Mænomeno, Cedriso, Amphimallo, Messapio. Bœotiæ urbes ita recenset, ut ad Homericam geographiam vel ipse vel auctor, quem sequitur, attenderit.

122. *Ediderunt* metrica hæc iidem qui interposita iis prosaica incerti auctoris fragmenta typis mandarunt omnes (V. § 75). Præter hos Letronnius et Meinekius ea adjunxerunt periegesi Scymni Chii (§ 118).

ISIDORUS CHARACENUS.

123. Isidori Characeni supersunt in codicibus excerpta geographica, quæ inscribuntur Σταθμοὶ Παρθικοί. Delineatur iis itinerarium per Parthici imperii provincias inde a Zeugmate Euphratense usque ad Alexandriam Arachosiæ. Præterea scriptoris nostri meminerunt Plinius, Lucianus, Athenæus, Marcianus Heracleensis; horum enim testimonia ad unum eundemque pertinere Isidorum nihil est cur negetur. Et *Athenæus* quidem (III, p.93, D) margaritas in sinu Persico piscandi rationem e Παρθίας περιηγητικῷ Isidori Characeni referens, eodem opere, ex quo mansiones Parthicæ enotantur, usus esse videtur. *Lucianus* (Macrob. c. 15 et 18) de Artaxerxis Persæ et Goæsi Omanorum regis longævitate Isidorum τὸν Χαρακηνὸν συγγραφέα laudans, num Parthiæ descriptionem an aliud quoddam ignotum nobis opus ante oculos habuerit, quæritur. Ego quidem ut hoc præfracte negare non ausim, sic illud esse veri multo similius duco; nam Persæ tunc ex Parthorum imperio pendebant, Omanorum vero principes ad regionem pertinebant ditioni Parthicæ conterminam et fortassis ipsam quoque Parthis obnoxiam (*). Huc accedit, quod regiones ad sinum Persicum sitas a periegesi Parthica non alienas fuisse ex Athenæo colligitur.

(*) Id enim suadet auctor peripli maris Erythræi § 34 p. 283, 6, qui oram Arabiæ orientalem inde ab Asich monte (*Ras Hasik*) τῆς Περσίδος esse dicit.

Porro vix est dubium, quin Lucianus ex Isidoro non modo Artaxerxis et Goæsi mentionem, sed ea quoque petiverit quæ eodem loco leguntur de Sinatrocle et Mascire, Parthorum regibus, et de Characis καὶ τῶν κατ' Ἐρυθρὰν τόπων regulis, Hispasine, Tiræo et Artabazo. Quæ quidem omnia ad Parthica commodissime referuntur. — *Plinius* in libro primo Isidorum recenset inter auctores ex quibus libros II, III, IV, V, VI collegerit, et decem fere locis librorum II, IV, V disertam ejus mentionem injicit; *Characenum* vocat in auctorum indiculo libri secundi, ceteris locis, missa nota patriæ, simpliciter Isidorum laudat una cum Artemidoro, Eratosthene, Pythea, aliis. Fragmenta omnia pertinent ad mensuras orbis terrarum et singularum regionum. Unde patet petita hæc esse ex descriptione totius orbis, qualem Eratosthenes et Artemidorus condiderunt. Idem opus innuit *Marcianus Heracleensis* in procemio peripli maris interni, ubi inter varios periplôn et geographiarum scriptores etiam Isidorum Characenum commemorat.

124. His præmissis, singula exponamus accuratius. Ac primum quidem patria Isidori quænam Charax fuerit quæras. Nam ut alias mittam Characes urbes, in ipso Parthorum imperio habes Characem Mediæ Rhagianæ (v. Mans. Parth. § 7 p. 251) et Characem Sidæ in Mesopotamia (v. Mans. P. § 1 p. 245) et Characem Spasini in Susiana inter Tigridem fluvium et Eulæum sita. Quam postremo loco posui, ut ceteris est longe nobilior, sic etiam Nostri fuisse patriam persuasum est.. Facit huc quod Lucianus l. l. inter ea, quæ ex Isidoro Characeno mutuatus esse nobis videtur, tres regulos Characis Spasini memorat. Sed multo magis eo pertinere censeo locum Plinii (VI, 31, § 138), quem de Charace urbe et de ipso, ut puto, Isidoro habemus omnium disertissimum. Totum liceat adscribere. *Charax oppidum*, inquit, *Persici sinus intumum, a quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluentis dextre Tigrim, læva Eulæum, III mil. p. laxitate. Conditum est primum ab Alexandro Magno; colonis ex urbe regia Durine, quæ tum interiit, deductis, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari jusserat, pagumque Pellæum a patria sua, quem proprie Macedonum fecerat. Flumina id oppidum expugnavere. Postea restituit Antiochus quintus regum et suo nomine appellavit iterumque infestatum Pasines Saggodanaci filius rex finitimorum Arabum, quem Juba satrapam Antiochi fuisse falso tradit, oppositis molibus restituit nomenque suum dedit, emunito situ juxta in longitudinem III mil. p., in latitudinem paullo minus. Prius fuit a litore stadia X maritimum* (*), *etiam Vipsanda porticus habet* (*ut Jamipsanda Parthicus habet?*), *Juba vero prodente, LM p.; nunc abesse a litore CXX M. legati Arabum nostrique negotiatores, qui inde venerunt, affirmant. Nec ulla parte plus aut celerius profecere terræ fluminibus invectæ mari; id mirum est, æstu longe ultra id accedente non percussas. Hoc in loco ingenitum esse Dionysium* (leg. *Isidorum*) *terrarum orbis situs recentissimum auctorem, quem ad commentanda omnia in orientem præmiserit divos Augustus, ituro ad Armeniam ad Parthicas Arabicasque res majore filio, non me præterit, nec sum oblitus sui quemque situs diligentissimum auctorem visum nobis in introitu hujus operis; in hac tamen parte arma Romana sequi placet nobis Jubamque regem ad eundem Gaium Cæsarem scriptis voluminibus de eadem expeditione Arabica.*

125. Hæc Plinius; in quibus *Dionysium* Characenum perperam pro *Isidoro* legi, rectissime, opinor, suspicatus est Bernhardyus ad Dionys. Perieg. p. 497. Nam Isidorum, non vero Dionysium, in primis operis voluminibus de situ terrarum Plinius una cum nobilissimis geographis laudare solet; hujus igitur memoria in Characis mentione renovanda erat. Quo accedit quod in auctorum libri sexti indiculo Isidorus, nullus vero Dionysius memoratur. Laudatur sane Dionysius quidam una cum Ephoro de prisco nomine Eubœæ lib. IV, 21: *Antea vocitata est Chalcodotis aut Macris* (**), *ut Dionysius et Ephorus tradunt;* et de Co insula lib. V, 36: *Cos, ut plures existimant, Merope vocata, Cea, ut Staphylus,*

(*) *Eliam Uispanda* codd. PTδ Sillígii; *eliam inpsanda* codices Barbari; *et jam Vipsanda porticus habet* dedit Silligius, ceterum de loco corrupto nihil dijudicans. Requiritur nomen auctoris. Quare in *porticus* latebit *Parthicus*. Præcedens nomen inceperit a literis *iam* vel *ian*, quum crebra sint ejusmodi nomina apud Asiaticos; nisi forte erat: *maritimum etiam ut Psanda* (vel: [*ut*] *Ipsanda*) habet, collato nomine Characeno *Hispasines*, *Spasines*, *Pasines*. Scriptorem Parthicum ne mireris. Memineris quæ de Hyrode Parthico et Artavasde Armenio prodit Plutarchus in Crasso c. 33.

(**) De eo insulæ nomine Macrones Ponticos nomen habere Dionysius statuit. V. Schol. Apoll. Rh. I, 1024: Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεὺς εἰρῆσθαί φησιν αὐτοὺς Μάκρωνας, ἐπειδὴ Εὐβοέων εἰσὶ Μάκρωνες ἄποικοι.

Meropis, ut Dionysius, itemque inter auctores libri quinti componuntur *Dionysius* et *Ephorus*: verum hic Dionysius non est recentissimus ille situs orbis terrarum auctor, sed Dionysius Chalcidensis, Κτίσεων scriptor ætatis Ephoreæ. Quod autem nonnulli putarunt Dionysium Plinii esse periegeten istum cujus carmen habemus superstes, et quem Augusti ætate vixisse quidam crediderunt prodente Eustathio: id tantum non absurdum est. Nam Plinii præconium in istum geographum non cadit, atque ipse Dionysius (v. 708 sqq.) nunquam se vidisse regiones Parthicas fatetur, et omnino a longinquis itineribus navigationibusque alienum, solo Musarum afflatu terras explorasse affirmat. Contra vero fieri potuit ut librarius quidam Dionysium, utpote notissimum serioris ævi hominibus periegeseos auctorem, de suo penu in Isidori locum sufficeret. Sin ipsum Plinium memoria fefellit, fortassis animo ejus obversabatur nomen Dionysii quem paullo ante (s. 21) dixerat a Ptolemæo Philadelpho in Indiam missum simili de causa atque Isidorum Augustus in Asiam legavit.

126. Hæc igitur si recte disputavimus, de *patria* simul et *ætate* Isidori bene constaret. Videamus an cetera in eandem sententiam conspirent. Plinius l. l. Characenum suum dicit terrarum orbis situs auctorem *recentissimum*. Idem vero V, 38 et 39 Isidori mensuras tanquam recentes opponit mensuris veterum. Nam ita habet V, 38: *Chius circuitu CXXV m. p., ut veteres tradidere: Isidorus IX adicit.* et V, 39: *Tota insula* (Lesbus) *circuitur, ut Isidorus, CLXVIII m. p.; ut veteres,* 195 *m. p.* Veteres illi sunt Timosthenes et Eratosthenes et Artemidorus, ex quo in nonnullis pendere Isidorum ex fragmentis colligitur. Sic de Asiæ latitudine ab ultima Ægypto usque ad Tanaim, et de Europæ longitudine a Tanai usque ad Gades cum Artemidoro Isidorus consentit (v. p. 255 fr. 23 et 24); cum eodem facit de latitudine orbis terrarum, nisi quod Artemidorus solummodo ad Tanaim usque mensuris suis progressus est, ulteriora incomperta existumans, Isidorus vero a Tanai ad Thulen *adjecit* 1250 *millia*; ut refert Plinius, qui addit hanc esse *conjecturam divinationis*. Quod si est, certe non Isidori erat conjectura, sed Pytheæ, quem in hac re Noster secutus est, sicuti eundem sequitur in definiendo ambitu Britanniæ. Deinde Plinius dicit se in describendis regionibus, de quibus Characenus ille Augusti jussu omnia annotaverat, non tam hunc sequi quam Jubam et arma Romana. Ac sane nihil fere Plinianis inest, quod cum Isidoreis de Parthia excerptis componi possit, ut alios Romanus scriptor duces habuisse appareat.

127. Hactenus de loco Plinii. In Parthicis vero mansionibus quum mentio fiat Tigranis Armenii (p. 250 § 6), et Euphrates fluvius Parthorum Romanorumque ditiones disterminet (p. 248 § l. 7), patet Isidorum Pompeji temporibus esse posteriorem. Terminum illum utriusque imperio fuisse Augusti ætate constat. Gajus Cæsar cum Parthorum rege in insula Euphratis coivit, utrinque stante hinc Romano, illinc Parthico exercitu (Vellejus II, 101).

128. In alia Euphratis insula (nunc *Koha*), Isidorus (p. 248, l. 12) narravit gazam fuisse Φραάτου τοῦ ἀποσφάξαντος τὰς παλλακίδας, ὅτι Τηριδάτης φυγὰς ὢν εἰσέβαλεν. Hæc nostram de Isidori ætate sententiam everterent, si recte de iis disputaret Dodwellus (*De Isidoro Characeno* in Huds. Geogr. tom. II, p. 60). « Erat, inquit, sub Tiberio, erat etiam sub Nerone Teridates, qui quum priore idemne fuerit, incertum est. At prior ille certe erat de cujus fuga hoc in loco mentionem fecit Isidorus. Et fugam hanc an. U. c. 789, post Chr. an. 36 memorat tam Tacitus quam etiam Dio primo e Parthia in Mesopotamiam, tum deinde e Mesopotamia in Syriam, Parthiam obtinente Teridatis æmulo Artabano. Sed ne quidem fugam illam ætate sua fuisse innuit Isidorus. Nihil ergo habemus quo tum vixisse Isidorum aut scripsisse colligamus. » — Dodwellus igitur de eo Teridate cogitari vult, quem Tiberius Parthis, ab Arsace XIX sive Artabano III, viro sævissimo, abalienatis, regem dedit, sed vix imperio potitum Artabanus cum exercitu adortus in Syriam ejecit (Tacit. Ann. VI, 44. Dio Cass. LVIII, 26). At nostro loco non de *Artabano*, sed de *Phraate* sermo est. Itaque non video quo res pertinere possit nisi ad Tiridatem, qui Arsacis XV sive Phraatæ IV imperium invaserat, deinde vero ab eo expulsus (circa an. 24 a. Chr.) Romanorum ope recuperare regnum sperabat. Eadem est sententia Santi-Crucii in *Mém. de l'Acad.* t. L p. 79. Hæc igitur ipsius Isidori ætate evenerunt, viginti tribus fere annis antequam Parthica sua conscriberet.

129. Quod de Artemitis, græco Apolloniatidis

oppido, Isidorus tradit: νῦν μέντοι ἡ πόλις καλεῖται Χαλάσαρ (p. 250), id ad ætatem scriptoris definiendam nullius momenti esse contra Dodwellum recte monet Santicrucius l. l. Nam nomen urbis Parthicum pro Græco apud Parthos obtinuerit, dum apud scriptores Græcos et Latinos, Strabonem, Plinium, Tacitum, Stephanum, ut in Tabula Peutingeriana, priscum nomen in usu permansit.

130. Et hæc quidem de excerptis nostris. Sequitur Lucianus (Macrob. 15); qui postquam de Artaxerxis Memnonis longævitate dixerat, subjicit hæc: Ἀρταξέρξης, ἕτερος Περσῶν βασιλεὺς, ὃν φησιν ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος ὁ Χαραχηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς ἐπιβουλῇ τἀδελφοῦ Γωσίθρου ἐδολοφονήθη.

« Hunc Artaxerxem, Dodwellus ait p. 57, *Ochum* fuisse credidit Cl. Vossius, quem et Artaxerxis cognomen assumsisse docet Diodorus Ol. 104, 3 lib. XV, 93 et veneno sublatum Ol. 111, 2 lib. XVII, 5. Sed ab Artaxerxe illo alienæ sunt notæ Artaxerxis Isidoriani. Nec tamen ullus est inter vetustiores Alexandro Magno Artaxerxes Persarum reges in quem conveniant. Hic autem Artaxerxes Ochus non fratris certe, sed eunuchi Bagoæ insidiis exstinctus est. Tantumque abest ut Gosethri fratris opera vitam amiserit, ut ne quidem fratrem eo vel alio quovis nomine habuerit, qui insidias in illum moliretur. Filium enim, non fratrem, Arsem suffecit illius vice Bagoas. Et filii Arsis fratribus natisque sublatis, stirpem illius universam sustulit, ἐρήμου ὄντος τοῦ βασιλέως οἴκου καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξαμένου τὴν ἀρχήν (*). Sic enim Diodorus, fratrem certe Ochi nullum fuisse innuens Bagoæ metuendum, alias procul dubio, si quis fuisset, illius eunuchi insidiis excipiendum. Obstat præterea ætas quam suo Artaxerxi tribuebat Isidorus. Annum scilicet agebat, quum interficeretur, nonagesimum tertium. Ochi ætatem minorem arguit ætas *filiorum* a Bagoa similiter interfectorum. Arses ipse, qui patris locum supplevit, νεανίσκος appellatur et μειράκιον a Diodoro, fratres autem reliqui νέοι παντελῶς. Fefellit, ni fallor, virum alioqui doctissimum, quod post tempora Macedonum nullos fuisse crediderit proprios Persarum reges. Contrarium testatur Strabo, testis omni exceptione major nec longe ab Isidori tempore remotus. Sic autem ille XV p. 728: Καὶ γὰρ εἰ βασιλεύονται μέχρι νῦν, ἴδιον βασιλέα ἔχοντες οἱ Πέρσαι· τῇ γε δυνάμει πλεῖστον ἀπολείπονται, καὶ τῷ Παρθυαίων προσέχουσι βασιλεῖ. Sic iterum: Νῦν δ' ἤδη καθ' αὑτοὺς συνεστῶτες οἱ Πέρσαι βασιλέας ἔχουσιν ὑπηκόους ἑτέροις βασιλεῦσι, πρότερον μὲν Μακεδόσι, νῦν δὲ Παρθυαίοις. Hujusmodi regem Persarum designavit Isidorus, qui Parthorum juri fuerit obnoxius, in Parthiæ periegetico. Id enim agitabant Arsacidæ ut reges regum appellarentur, ut e multis constat monumentis. Hunc titulum quo meliori jure mereri viderentur, id satrapiarum omnium rectoribus concedebant ut reges appellarentur. Inde factum ut apud illos tantundem valeret *regni* nomen atque *provinciæ*. Inde Plinius VI, 25: *Regna Parthorum duodeviginti sunt; ita enim dividunt provincias*. Solinus c. 29 de Parthia: *Regna Parthorum duodeviginti sunt*. Sic Persidis satrapa, etiam quum Parthum dominum agnosceret, regis tamen ipse titulo fruebatur. Nec ab Artaxerxis nomine alienos fuisse juniores quoque Persas, inde manifestum est, quod Artaxerxem Persarum regem vicerit Alexander Severus imperator, tum Persis denuo pristinis, quibus olim ornati fuerant, juribus quasi e postliminio restitutis. Parthis itaque rerum potientibus, quærendus erit Artaxerxes ille Persarum rex qui coævus fuerit parentibus Isidori. »

131. Hæc inter falsa multa recte Dodwellus disputavit, frustra obloquente Santi-crucio (**), qui

(*) Diodorus XVII, 5 ita habet: Βαγώας... ἀνεῖλε φαρμάκῳ τὸν Ὦχον διά τινος ἰατροῦ, τὸν δὲ νεώτατον τῶν υἱῶν τοῦ βασιλέως Ἄρσην εἰσήγαγεν εἰς τὴν βασιλείαν. Ἀνεῖλε δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ βασιλέως, ὄντας νέους παντελῶς, ὅπως μονωθεὶς ὁ νεανίσκος μᾶλλον ὑπήκοος αὐτῷ γένηται. Τοῦ δὲ μειρακίου ταῖς γενομέναις παρανομίαις προσκόπτοντος, καὶ φανεροῦ καθεστῶτος ὅτι τιμωρήσεται τὸν αὐθέντην τῶν ἀνομημάτων, φθάσας αὐτοῦ τὰς ἐπιβουλὰς ὁ Βαγώας ἀνεῖλε τὸν Ἄρσην μετὰ τῶν τέκνων τρίτον ἔτος ἤδη βασιλεύοντα. Ἐρήμου δ' ὄντος τοῦ βασιλέως οἴκου καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξομένου τὴν ἀρχὴν, προχειρισάμενος ἕνα τῶν φίλων Δαρεῖον ὄνομα, τούτῳ συγκατεσκεύασε τὴν βασιλείαν.

(**) Mem. de l'acad. t. 4 p. 81: « Pourquoi Gosithris, *frère d'Ochus*, n'aurait-il pu être le chef de la conjuration? Cela est d'autant plus vraisemblable, qu'il avait tout à craindre pour lui-même; car Ochus-Artaxerxès avait fait mourir ses *autres* frères. Ce passage d'Isidore, rapporté par Lucien, nous aurait donc conservé un trait d'histoire qui, sans être ailleurs, n'en est pas moins vraisemblable. Ajoutons que, si Artaxerxès-Mnemon a poussé sa carrière jusqu'à quatre-vingt treize ans, son fils Ochus, qui lui a survécu de vingt et un à vingt-trois ans, a pu, sans doute, mourir dans un âge très-avancé. » Quibus suspicionibus vis eorum quæ Dodwellus disputavit nequaquam infringitur. Theodorus Fink in Dissertatione *De Themistocle* (Gœtting. 1849, p. 102) apud Lucianum legi voluit ἐπὶ τῶν πατέρων αὐτοῦ, adeo ut Artaxerxes Ochus vivente adhuc patre imperium tenuisse dicatur. Quod attulisse satis est.

ipse quoque Artaxerxem Ochum a Luciano indicari censet, verbaque ἐπὶ τῶν πατέρων ἑαυτοῦ sensu laxiore interpretatur, adeo ut indicetur trium seculorum spatium, quod inter Isidori et Artaxerxis tempora intercedat. Sed ut mittam quæ de Bagoa Ochi interfectore Diodorus, Justinus X, 3, Ælianus V. H. VI, 8, Joannes Antiochenus fr. 38 uno ore referunt, ut mittam Arsæ juventutem cum Artaxerxis Isidorei senectute vix conciliandam : quo tandem pacto credideris, Lucianum notissimi Persarum regis ætatem tam ineptis verbis significasse, ut nemo ullus temporis notam ex iis elicere posset? Immo produnt hæc regem aliquem notari obscuriorem, cujus ætatem Isidori verbis definiendam esse Lucianus censuit. Sin cum Vossio ista ἐπὶ τῶν πατέρων de *parentum* tempore intellexeris, et tamen de *Ocho* rege cogitari velis, ad reliqua incommoda accedit quod antiquior aliquis Isidorus Characenus fingendus esset, qui eo ipso tempore vixerit quo Charax urbs a Pasine sive Hispasine condebatur. Quod quum per se improbabile est, tum admitti nequit si ex eodem Isidoro fluxisse cum Dodwello, Santicrucio, aliis statueris quæ deinceps apud Lucianum leguntur hæcce :

Σινατροκλῆς δὲ ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς βασιλεύειν ἤρξατο καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Hic est Arsaces XI († 68 a. C.), qui Σίντρικος vocatur ap. Appian. Mithrid. 15. 104. Cf. Mionnet *Descr*. V, p. 653. Scythæ illi Σακάραυλοι vocantur ap. Strabon. p. 511.

Τιγράνης δὲ ὁ Ἀρμενίων βασιλεύς, πρὸς ὃν Λεύκουλλος ἐπολέμησε, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτα νόσῳ.

Ὑσπασίνης δέ, ὁ Χάρακος καὶ κατ' Ἐρυθρὰν τόπων βασιλεύς, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν νοσήσας ἐτελεύτησε.

Τιραῖος δὲ ὁ μεθ' Ὑσπασίνην τρίτος βασιλεύσας δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς ἐτελεύτα νόσῳ.

Ἀρτάβαζος δὲ ὁ μετὰ Τίραιον ἕβδομος βασιλεύσας ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν καταχθεὶς ἀπὸ (ὑπὸ?) Πάρθων ἐβασίλευσε.

Καὶ Μνασκίρης δὲ βασιλεὺς Παρθυαίων ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη. Cf. Mionnet. Descr. vol. V, p. 663, 54. Raoul-Rochette *Journal des Sav.* 1836, p. 261.

132. Igitur novem minimum Characis reguli fuerunt usque ad ætatem Isidori, quorum nonus, Artabazus, quin ipsis Isidori temporibus vel paullo ante regnaverit, nihil est quod impediat. Primus regum, Hyspasines, quem vulgo Spasinen seu Pasinen, urbemque ab eo restauratam Characem Spasinu seu Pasinu vocant, quando vixerit eruendum est ex Plinio VI, 31 § 138, ubi : *Postea restituit* (Characem) *Antiochus quintus regum et suo nomine appellavit, iterumque infestatum Pasines,... quem Juba satrapen Antiochi fuisse falso tradit*, etc. (v. supra p. LXXXI). In quibus verba *Antiochus quintus regum* magnopere viros doctos vexarunt. Nam Seleucidam quintum esse Seleucum III Ceraunum ajunt, adeo ut de Antiocho rege ejus nominis quinto cogitandum sit. Is vulgo est Antiochus Eupator (164–163). Sed ne hunc quidem admitti volunt. Dodwellus enim l. l. regnum ejus brevius fuisse dicit, quam ut restituendæ urbi operam navare rex potuisset. Itaque auctorem Plinii videri Eupatorem unius anni regem neglexisse, quintumque Antiochum dixisse Sideten (138-128). Et hoc quidem nihili est. Droysenius vero (*Hellenism.* II, p. 710) Antiochum Eupatorem propterea a Plinii verbis alienum esse monuit, quod jam Antiochus IV Epiphanes a *Charace* oram Arabiæ exquisivisse traditur ap. Plin. VI, 28. Itaque hunc ipsum Antiochum quartum (175-164) a Plinio quintum dici suspicatur; id vero ut fieri possit, auxilio advocat titulum Seleucensem (C. J. tom. III, p. 215), in quo quum legatur : καὶ Σελεύκου Καλλινίκου καὶ Σελεύκου Σωτῆρος καὶ Ἀντιόχου καὶ Ἀντιόχου μεγάλου· : Antiochum illum, qui post Seleucum III sequitur aliunde non notus nec regio cognomine in hoc titulo distinctus, fuisse censet Seleuci III filium aliquem, qui regis titulum per brevissimum temporis spatium gessisset, ita ut Antiochus Magnus esset quartus ejus nominis, Epiphanes vero quintus rex. — Hæc si probaveris, verisimile non est novem regum, inter quos tres erant longævi, tempora nonnisi ad Augusti usque ætatem pertinere, adeo ut mentio eorum ab Isidoro nostro aliena esse aut ætas Isidori posterior videatur. At Droysenii ratio artificiosior, puto, quam verior. Viscontius, ut e Droysenio disco, Spasini regis initium ad annum fere 252 a. C, ideoque ad *Antiochi II Dei* tempora refert. Argumenta Viscontii ignoro, sed a vero proxime abesse hic computus mihi videtur. Etenim Antiochus II *quintus regum* apud Plinium dicitur eodem modo quo quintus est in Porphyrianis regum laterculis; nimirum quintus est

τῶν Ἀσίας καὶ Συρίας βασιλέων τῶν μετὰ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον (v. Porphyr. fr. in Fr. H. t. III, p, 716), quorum priores quattuor sunt Antigonus, Demetrius, Seleucus Nicator, Antiochus Soter. Sic a Spasine usque ad Isidorum temporis spatium obtinemus annorum circiter ducentorum et quinquaginta, satis amplum illud quod novem regnis et compluribus etiam sufficiat.

133. Marcianus Heracleensis p. 566, postquam Isidorum Characenum inter alios geographos, Timosthenem, Eratosthenem, Pytheam, Sosandrum, Simmeam, Apellam, Euthymanem, Phileam, Androsthenem, Cleonem, Hannonem, Scylacem, recensuit, pergit : Μετὰ δὴ τούτων τοὺς πλείστους Ἀρτεμίδωρος.. καὶ Στράϐων γεωγραφίαν καὶ περίπλουν συντεθεικότες κτλ. : adeo ut unus alterve illorum scriptorum Artemidoro junior fuisse debeat. Id vero cadit in Isidorum, et fortasse in unum Isidorum; certe reliqui omnes quos aliunde novimus, Artemidoro fuerunt antiquiores.

134. Hæc fere sunt quæ ad ætatem Isidori definiendam ex Luciano, Marciano ipsisque excerptis adhiberi possint. Probant scriptorem nostrum Augusti temporibus debere fuisse proximum, nihil vero suppeditant quod coarguat Augusteo ævo fuisse recentiorem atque alienum ab iis quæ de Characeno geographo refert Plinius (*).

135. SCRIPTA ISIDORI. Opera Isidori distinguimus duo, descriptionem orbis terrarum et Parthici regni periegesin. E priore nihil fere nisi mensuræ terrarum traduntur :

1. Terræ longitudo ab India ad Gades.	m. 9818,	st. 78544.
2. Latitudo ab Æthiopia ad Thulen.	5740,	48920.
3. Asia cum Ægypto ad Tanain.	6375,	51000.
4. Eur. a Tanai ad Gades.	8214,	65712.
5. Africa a Tingi ad Canobum.	3599,	28792.
6. A Chalcedone ad Sigeum.	322,	2576.
7. Ab Alexandria ad Rhodum.	583,	4664.
8. Cypri ambitus.	375,	3000.
9. Sami.	100,	800.
10. Chii.	134,	1072.
11. Lesbi.	168,	1344.
12. Peloponnesi.	563,	5004.
13. Britanniæ.	4875,	39000.

His adde quem in fragmentis omisimus locum Plinii V, 33 : *Ex Asia interiisse gentes tradit Eratosthenes Solymorum, Lelegum, Bebrycum Colycantiorum, Trepsedorum; Isidorus Arimos, et Capretas* (*Capræatas, Capreatas, Camipantas, Campatas* var. lect.), *ubi sit Apamia condita a Seleuco rege inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam, Armeniam; et quoniam ferocissimas gentes domuisset, initio Dameam vocatam*. De Capretis vel Capreatis illis aliunde non constat; neque Apamea ista alibi memoratur. *Ferocissimas gentes* Droysenius *Hellen*. II, p. 663 non Capretas intelligi vult, sed Galatas, qui hucusque contra Syriæ regem progressi sint, regionem vero, in qua hæc Apamea sita erat, a Strabone vocari Καππαδοκίαν τὴν Σελευκίδα.

136. Quod mensuras attinet cum Artemidoro Isidorus facit in N. 3 et 4; Africæ longitudinem paullo majorem quam Artemidorus statuit; de latitudine terræ ab Artemidoro eo differt quod distantiam a Tanai ad Thulen pertinentem in computum recepit ex fide Pytheæ, cujus auctoritatem majoris fecisse debet quam Polybius, Artemidorus, Strabo. De Britanniæ magnitudine item sequitur Pytheam. Insularum maris Ægæi ambitum plerumque accuratius quam priores constituit. De Cypro et Samo insulis, sicut de Britannia, cum Isidoro facit Anonymus quem Millerus edidit ad calcem Marciani p. 321.

137. Alterum opus continebat descriptionem Parthiæ sive regionum, quæ a mari Rubro ad Caspium et ab Euphrate usque ad loca Indo fluvio proxima Parthorum imperio tunc subjecta erant. Apud Athenæum titulus operis laudatur Παρθίας περιήγησις; excerpta nostra inscribuntur Σταθμοὶ Παρθικοί, quæ quidem inscriptio nonnisi ad argumentum pertinere videatur eorum quæ excerptor vel ex periegeseos opere collegerit vel in certo quodam ejus operis capite ab ipso Isidoro composita repererit. Caute tamen de his statuendum est. Nam Amyntæ Σταθμοὶ Ἀσίας et Bætonis Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας (v. Script. rer. Alex. p. 134 sqq.) non subsistebant in notandis mansionibus earumque distantiis, sed regionum, per

(*) Dodwellus ita statuit p. 67 : « Scripserit Isidorus post initium Hadriani et tamen Luciano tanto antiquior fuerit, ut ab eo potuerit ad partes advocari, nempe Luciano propior quam Plinio. » Atque hæc quidem de Parthicæ periegeseos auctore, a quo antiquiorem distinguit Isidorum qui orbem terrarum descripsit. Argumentatio qua hæc nituntur, quam sit inepta, monuit Sainte-Croix; ego in exponendis refellendisque ludibriis tempus terere nefas duxi.

quas via duceret, naturam et proventus atque populorum mores et instituta et quæ cetera in periegesin geographicam cadunt, fusius exponebant, adeo ut Σταθμοὶ titulus nonnisi ad stamina operis in expeditione militari scripti pertineret. Similis vero ratio etiam nostri operis fuerit; nam scriptum est auctore Augusto, quum Cajus filius expeditionem pararet. Ante omnia igitur Romanorum usibus inserviendum erat, cardoque rei versabatur in describendis viis exercitui idoneis. Itaque Σταθμοὶ Παρθικοὶ titulus non minus quam alter ille ab Athenæo allatus ad totum opus referendus esse, et quo exquisitior est tanto magis genuinam inscriptionem coarguere videtur. In excerptis quidem nonnisi una via per boreales maxime provincias tendens delineatur, quæ meridionalem imperii tractum vix attingit, quum tamen etiam de regionibus ad sinum Persicum sitis auctorem egisse ex Athenæo constet. Sed nihil hoc probare videtur nisi excerptorem reliqua itineraria, quæ sane minoris momenti erant, omisisse. Ubertatem narrationis, quam fragmenta ab Athenæo et Luciano servata ostendunt, in nonnullis vel tenuissima nostra excerpta indicant; nam præter mansionum, sive minorum sive regiarum, nomina et distantias, montium fauces, fluvios, regionum denominationes, passim notatur si quis locus vel naturæ dono vel artis opere vel religione vel historia insignis est.

138. Opus Isidori e serioribus scriptoribus perpauci adhibuisse videntur. Strabo, æqualis fere auctor, de Parthiæ regionibus ducem habet Apollodorum Artemitenum, qui num geographicum opus an historicum scripserit, nescimus. Plinius de his brevissimus arma Romana et Jubam sequitur. Qui postea Romanorum res contra Parthos gestas peculiaribus libris tradiderunt, sub Hadriano Arrianus, Lucii Veri tempore futile historicorum vulgus a Luciano explosum, denique sub Diocletiano Asinius Quadratus (v. Fr. H. tom. III, p. 586 sqq., 646 sqq.), Isidorum non magis usurpaverint quam Ammianus Marcellinus (XXIII, 6), qui in Juliani historia excursum geographicum de Parthici imperii provinciis intertexit. Ptolemæus quoque suas harum regionum tabulas e pejoris notæ scriptoribus delineasse debet. Tabulæ Peutingerianæ itineraria in ultimis his terris mirum quantum corrupta sunt. Omnino autem quæ aliunde novimus longe plurima ad provincias occidentales circa Euphratem et Tigridem fluvios sitas pertinent; de remotiori tractu perpauca traduntur accuratius. Quæ quum ita sint, excerpta nostra, quantumvis exilia, eximii pretii esse jure merito censentur.

139. Ratio autem itinerarii nostri hæc est. Initium sumit auctor ab eo loco qui Romanis ab Antiochia Euphratem petentibus erat proximus. Itaque a Zeugmate profectus orientem et meridiem versus per Anthemusiadem sive Batanam, regionem fertilem, et juxta Balicham fluvium ad Nicephorium tendit; inde juxta Euphratem pergit usque ad Neapolin; hinc transit ad Tigrin et Seleuciam. Hucusque 28 mansiones recensentur :

	Zeugma. Apamea.		
1.	Dæara. . . . . schœni	3	
2.	Charax Sidæ, Anthemusias (*Saroug*)	5	8
3.	Coræa in Batane.	3	11
4.	Mannuorrha Auyreth.	5	16
5.	Commisimbela ad Balicham fl. . .	4	20
6.	Alagma.	3	23
7.	Ichnæ.	3	26
8.	Nicephorium (*Rakkah*).	5	31
9.	Galabatha vicus desertus.	4	35
10.	Chombane.	1	36
11.	Thillada Mirrhada.	4	40
12.	*, regia, Dianæ fanum (*Subian Zelebi*).	[7]	47
13.	Allan vicus.	4	51
14.	Beonan, Dianæ fanum.	4	55
15.	Phaliga et Nabagad (Circesium). .	6	61
	Hucusque ab *Antiochia* schœni 120.		
	Hinc ad Seleuciam . . . . . 100.		
16.	Asicha vicus.	4	65
17.	Dura sive Europus opp.	7	71
18.	Merrhan cast. et vicus.	5	76
19.	Giddan (*El Erzi*).	5	81
20.	Belesi Biblada.	6	88
21.	* insula, gazophylacium (*Koha*). .	6	94
22.	Anatho insula et opp. (*Anah*). . .	4	98
23.	Thilabûs ins., gazophylacium (*Telbes*).	2	100
24.	Izan insula et opp. (*El Uzz*). . .	12	112
25.	Is oppidum (*Hith*).	16	128
26.	Besechana.	12	140
27.	Neapolis (*Macdam?*). . (cod. 22).	12	152
28.	Seleucia ad Tigrim.	9	161
	Mesopotamiæ et Babyloniæ schœni.	171	161

140. Situs horum locorum, postquam Euphratis fluvii cursum Chesneyus diligentissime exploravit, accurate, ut plurimum, possunt constitui. Distantias facile apparet ita computari ut

schœnus, quam mensuram alii aliter determinabant, stadiorum sit tricenorum. Singuli numeri modo scripti bene habent, nisi quod a Besechana ad Neapolin non 22, sed 12 esse debeant. Quod quum locorum ratione ductus bene monuisset Ritterus, ex ipsis etiam excerptis demonstrari potuit. Nam quum a Phaliga ad Seleuciam centum schœni colligi dicantur, hunc numerum non obtinebis nisi eo quo diximus loco Isidorus notavit schœnos duodecim. Ceterum subductâ summâ schœnorum 171 docemur errorem non nostrorum esse librariorum, sed corruptum jam numerum præbuisse codicem ab eo usurpatum qui primus summam istam collegit. Ac quum in sequentibus quoque nonnulli deprehendantur numeri, qui cadant quidem in summam schœnorum 858 ex toto itinerario collectam, sed explicationem geographicam non admittant: hos quoque in prisco isto codice jam depravatos fuisse crediderim. Quamquam fieri etiam potuit, ut festinans excerptor in itinerarii mensuras transtulerit numeros, qui apud Isidorum alio pertinebant. Etenim quum Mesopotamiæ et Babyloniæ mansiones satis diligenter breviator recensuisset, mox tædio rei victus, perfunctorie negotio fungitur, satisque habet enotasse viæ in singulis provinciis longitudinem et oppidorum vicorumve numerum, de nominibus autem locorum et distantiis et memorabilibus nonnisi selecta quædam hic illic interposuisse (*). Quæ brevitas et negligentia in tanta aliorum subsidiorum penuria causa fuit, ut de situ locorum, quæ ex Isidoro afferuntur, in diversissimas partes viri docti abirent. Variorum sententias, quæ quidem innotuerunt nobis et quas memorare operæ pretium videbatur (**), in annotatione indicavimus. Dissensus vero quum tolli prorsus de singulis quibusque vix unquam possit, angustioribus tamen finibus circumscriberetur, si ad rationem opusculi nostri attendissent. Vulgo enim ita agunt, quasi non itinerarium, sed Parthicarum provinciarum descriptionem haberemus, et in definiendo locorum situ ut plurimum pendent ex una sonorum similitudine, quæ recentioribus nominibus cum priscis intercedat; unde fit ut quæ in excerptis componuntur oppida varium in modum distrahantur; porro si quod oppidum aliunde notum apud Nostrum non memoratur, Isidori ætate nullius momenti fuissse sibi persuadent. Id vero perperam fieri vel ex uberioribus de Mesopotamia et Babylonia excerptis intelligi poterat; in quibus Babyloniam vix attingit auctor, et ex oppidis vicisque, quorum plurima afferre licuisset, nonnisi ea memorat, quæ certa in via sita mansiones præbebant. Eodem autem modo in sequentibus rem habere, ex parvo locorum numero, qui in singulis provinciis memoratur et ad longitudinem earum æquabili fere ratione accommodatus est, colligimus. Itaque de singulis oppidis nonnisi eatenus probabiliter aliquid statueris, quatenus situs eorum ad eandem viam ejusque mensuras referri possit, quamquam non nego auctorem passim nonnulla interposuisse, quæ ad itineris descriptionem nihil pertinebant. Hanc nos legem sequentes rationem itinerarii Isidorei paucis exponemus.

141. Post Babyloniam sequitur Apolloniatis, 33 schœnorum regio, in qua nominatim memoratur una *Artemita* sive *Chalasar* urbs (***), ad Sillam (*Dijala*) fluvium sita, a Seleucia distans schœnos quindecim. Quæ mensura in nostris mappis pertinet fere ad *Bakuba* (****). Sed dubium vix est quin magis boream versus usque ad regionem inter *Howeiseh* et *Deli Abbas* sitam, ubi ruinæ exstant et *Dijala* fluvium trajicere solent, progrediendum sit. Ibi enim ut olim fuisse *Chalasar* (in quo *sar* est persicum *scher*, i. e. urbs) statuam, primum suadet *Chalis* canalis, quo *Silla* cum Tigride jungitur; deinde vero Tabula Peutingeriana, in qua a Charra (hod. *Gharfa*) ad Artemita computantur milia viginti, quæ item pertingunt ad *Chalis* canalem. Ab Artemitis autem ad Seleuciam eadem tabula consequenter habet milia 71, quæ exæquant schœnos 19. Itaque in Græcis nostris pro IE manu lenissima corrigendum puto IΘ. Quo admisso, quum reliqui fiant Apolloniatidis schœni, non 18, sed 14, ideoque ab Artemitis ad Chala (*Holvan*) Chalonitidis urbem sint schœni 29, etiam hoc lucramur ut eandem fere viam regiam sequi liceat, qua etiam

(*) Similiter res habet in Marciano, in quo prima capita exhibentur accurate, in sequentibus autem peripli rationes nonnisi summis lineolis adumbrantur.

(**) Sic silentio pressimus quæ Reichardus in suis Asiæ tabulis deliravit.

(***) In verbis ἔχει δὲ κώμας, ἐν αἷς σταθμός, numerus vicorum, qui in ceteris locis semper apponitur, excidit. Præterea pro σταθμός et hoc loco et in aliis similibus reponendum videtur σταθμοί.

(****) Pag. 250 in annot. pro *Babuka* lege *Bakuba*.

nunc a *Baghdad* ad *Hamadan* (Ecbatana) proficiscuntur, dum vulgata lectio ad ambages confugere nos cogeret. Defecerit Chalasar quo tempore surgere cœpit Sassanidarum regia *Dastagerd* vel *Dystagerd*, ad quam referendæ sunt vastæ ruinæ, quæ non ita longe a Silla fluvio dissitæ *Eski-Baghdad* nunc vocari solent. Quodsi nonnulli eas ad Chalasar sive Artemita pertinere putarunt, aut neglexerunt verba Isidori, aut *Djiala* fluvium mutasse cursum finxerunt. Caput provinciæ, Apolloniam, non memorat Noster, quod extra viam urbs posita, non vero, ut Ritterus (IX, p. 508) suspicatur, quod viribus tunc fracta esset (*).

142. CHALONITIS regio, quæ deinceps sequitur ab Apolloniatide separatur jugo montano, 14 schœnis ab Artemitis sejuncto. Caput provinciæ Chala urbs (*Holvan* ruinæ) a finibus occiduis in nostra via distat schœnos 15, a Zagri faucibus, per quas in Mediam inferiorem descendimus, schœnos 5: adeo ut viæ longitudo sit schœnorum 20, pro quibus in codice 21 schœni colliguntur, uno alterove numero corrupto. Distantiæ bene habent. Inter vicos quinque, qui regioni adscribuntur fortasse erant Ἄρραϐα (an *Rutarata* Tabulæ Peut.?) et Σοῦρα, quos in hoc tractu habet Ptolemæus. Nescio an pertineant ad ruinas in hodiernis locis *Kasri Chirin* et *Hauch-Kerek* (V. Ritter IX, 486. 542).

143. MEDIÆ INFERIORIS schœni 22 a Zagri portis pertinent ad *Kara-Su*, qui in *Kerka* fluvium exoneratur. Proxime post Zagrum est Carina regio, cujus fuisse locum cognominem, Κάριναν (hod. *Kirind*, *Kerent*, *Karund*, *Kurund* ad fluv. cogn. V. Ritter. IX, p. 391) e Ptolemæo intelligitur. Is fuerit unus de quinque Mediæ inferioris vicis viæ nostræ appositis (**). Reliqui quattuor responderint locis *Harunabad*, *Sewereh*, *Mahidecht*, *Kirmanchah*, per quæ hodie iter ducit.

144. Trajecto *Kara-Su* fluvio ad sinistram habes *Bostan-Tak*, montem ruinis celeberrimum, et Baptana sive Bagistana (*Bisoutoun*) urbem, a dextra autem *Gambas-Ab* (*Gambashah* aliis, parum accurate) fluvium, qui CAMBADENÆ (*Chamabadan*) regioni nomen dedisse videtur. Pars ejus, per quam Itinerarium nostrum ducit, quum ad limitem a Concobar (*Kongawar*) tribus schœnis occasum versus dissitum pertineat, viæ longitudo tredecim schœnos excedere non potuit. Quare in Excerptis, quæ 31 schœnos Cambadenæ tribuunt, erratum aliquid esse debet, sive quod voces τρισκαίδεκα et τριάκοντα ἕνα scriba confudit, sive quod ad nostram viam excerptor transtulit quæ ἐν παρόδῳ Isidorus fortasse monuerat, videlicet Cambadenen, si quis maximam ejus longitudinem peragraverit, esse schœnorum triginta et unius.

145. Jam sequitur MEDIA SUPERIOR, a cujus initio ad Concobar sunt schœni tres, hinc ad Bazigraban alii tres, tum ad Adrapanan quattuor; inde ad Batana sive Agbatana (*Hamadan*) in altero codice computantur schœni duodecim, in altero duo solummodo, idque rectius; nam usque ad *Hamadan* in Kieperti mappa metior schœnos circiter quindecim; in excerptis nostris forent duodecim. Reliqui Mediæ superioris schœni 26, haud dubie pertinent usque ad montes *Kharagan* (Ἰασόνιον ὄρος Ptolemæi), quorum jugum pone *Aweh* locum exporrigitur; quamquam distantia, si in plano metiaris, paullo minor est. Quod singula attinet, Adrapanan regia, duos ab Agbatanis schœnos distans, non diversa fuerit ab ea quam Diodorus memorat XIX, 44,4: Ὁ δὲ Ἀντίγονος τὴν δύναμιν ἅπασαν ἀναλαϐὼν εἰς Μηδίαν, αὐτὸς μὲν ἔν τινι κώμῃ παρεχείμασεν οὔσῃ πλησίον Ἐκϐατάνων, ἐν ᾗ τῆς χώρας ἐκείνης ἐστὶ τὰ βασίλεια. Bazigraban τελώνιον ad fauces inter *Elwend* et *Sungur* montes circa hodiernam *Saadabad* situm fuerit.

146. MEDIÆ RHAGIANÆ schœni 58 a *Kharagan* monte usque ad *Sirdara* sive Caspium montem

(*) Ptolemæus VI, 1 p. 389, qui Artemita ponit 81° 15′ long., 36° lat., Apolloniam collocat 81° 10′ long., 36° 10′ lat. (sic græci codd.; Wilbergus e latinis dedit 81° 30′, 36° 30′, nescio qua de causa). Situs urbis incertior. Inter varias conjecturas, quas Ritterus profert, verisimillima est illa (IX, p. 513), ex qua Apollonia quæri debet in ruinarum tumulis prope hod. *Kara Tepe*. Locus hic adjacet *Narin*(-*Su*) fluvio, et canali, quæ ex *Djiala* fl. in *Narin* exit. Positus est in mappa novissima (*West-Persien bearbeitet von Kiepert. Berlin* 1852) in eodem longitudinis gradu in quo *Howeiseh* et *Deli Abbas*, a quibus boream versus distat 25′: adeo ut longitudinis nota apud Ptolemæum in vulgata satis recte habeat, latitudinem vero in latinis codd. ad verum propius accedere dixeris. Montium jugum, quod juxta *Kara Tepe* a *Narin* fluvio ad Tigrin porrigitur, vocatur *Djebel Hamrin*, idemque est quod Ὀρεικὸν ὄρος dicit Polybius V, 52, 3, ubi Molonem a Duris et Tigride octavis castris superato Orico monte Apolloniam venisse tradit. — Pag. 249 lin. ult. deleri velim verba: *quæ fuerit potius Apollonia*.

(**) Cod. verba ἡ χώρα Κάρινα, ἐν ᾗ κῶμαι ε′, ἐν αἷς σταθμός (l. σταθμοί), ita intellige, ut ἐν ᾗ referatur ad præcedens ἡ Μηδία. Quod in barbara excerptorum græcitate nihil habet cur mireris.

pertinent. In mappis nostris metior schœnos 50; alios octo effecerint ambages viarum. Urbes in hoc tractu memorantur Rhagæ (*Rei*) et Charax, quæ ad *Sirdara* montem ponenda, ubi *Kala Erig* ruinæ non longe ab *Aiwani Kei* exstant (*). De variis munimentis, quorum rudera ad utrumque faucium Caspiarum latus supersunt, vide recentiores viatores apud Ritterum IX, 451 sqq.

147. Ex Caspiis pylis in *Chowar* planitiem, CHOARENEN Isidori, descendimus. Schœni ejus undeviginti pertingunt fere usque ad hodiernum *Sourchkala*. Apamea oppidum, a pylis quattuor schœnos distans, ponenda ad *Chad* fluvium, ubi nunc *Aradin* vel *Habla* mappæ exhibent (**). Deinde quattuor Isidorus vicos notaverat; nunc in hac via occurrunt *Padi* et *Dehinemek* et *Abdaladad* et *Lazdjird*, prope quem vicum vulgo ponunt confinia regionum *Irak* et *Chorasan*.

148. Quæ deinceps montium radicibus regio prætenditur, nunc *Koumis*, apud veteres COMISENE vocatur. Eam schœnorum esse 58 in Excerptis nostris legitur. At viæ longitudo juxta montanum tractum, antequam Hyrcaniæ juga viator ingrederetur, pertinere debuit usque fere ad hod. *Daulatabad*, adeo ut Hecatompylon urbs, quam esse hodiernam *Damaghan* plurimi nunc recte statuere videntur (***), a dextra relinqueretur. Itaque via erat in Comisene schœnorum fere viginti, numerusque codicum νη', si ad Itinerarii rationes accommodandus est, corruptus esse videtur ex κη' vel, quod malim, ex ιη'. Suspicari etiam possis Isidorum præter itinerarium, quod in excerptis habemus, indicasse alterum multo brevius iter, quod ab initio Comisenes recta orientem versus in Parthyenen tenderet, adeo ut tota Comisenes longitudo peragranda esset, atque huc in integro Isidori opere pertinuisse schœnos istos 58, vicos autem octo Comisenes ad nostram viam spectare, siquidem ex altera illa ratione etiam Hecatompylon Comisenes foret (****), nec dicere Isidorus potuisset urbem non fieri obviam. At hoc vereor ne sit longius petitum.

149. Sequuntur HYRCANIÆ vici 11 et schœni 60, quos satis commode eruere licet, si a montibus, qui sunt pone *Daulatabad*, pergas ad *Asterabad*, et deinde orientem versus juxta *Gurgan* fluvium Maxerem.) usque fere ad *Simalgan* locum, in quo tractu montium jugum boream versus ad *Atrek* (Σοχάνδαν Ptolemæi) fluvium tendens Hyrcaniam Isidoream ab Astauene regione diremisse videtur.

150. Deinde per ASTAUENEN via schœnorum sexaginta ita adornanda est, ut in Nisæam Parthyenes convallem exeat. Itaque primum orientem versus per hod. *Simalgan* et *Budjnurd* tendit, hinc juxta *Germechaneh* fluvium meridiem versus, usque dum inter *Djegir* et *Djaghatai* montes in Nisææ αὐλῶνα desinat. Nomen Astauenes nescio an supersit in *Attak* jugo, quod in boreali regionis parte ab occasu versus orientem longe excurrit. Ac credere possis juxta hunc montem usque ad mare Caspium Astauenorum sedes pertinuisse. Nam Ptolemæus VI. 9 p. 416 ita scribit: Κατανέμονται δὲ τῆς Ὑρκανίας τὰ μὲν ἐπὶ θαλάσσῃ Μαξῆραι (ad Maxerem, hod. *Gurgan* fluv.) καὶ Ἀσταυηνοί· ὑπὸ δὲ τοὺς Ἀσταυηνοὺς ἡ Σιρακηνή. Idem vero VI, 17 p. 432: Κατέχουσι δὲ τῆς Ἀρείας τὰ μὲν ἀρκτικὰ μέρη Νισαῖοι καὶ Ἀσταβηνοί. At haud magni hæc facio, quod omnino confusa sit et ex diversis fontibus male conflata harum regionum apud Ptolemæum descriptio; tum vero suspicionem movet quod infra Astauenos collocatur Siracene. Nam verisimillimum est hanc pertinere ad Σιρὼκ urbem in Parthyenes parte orientali ab Isidoro memoratam; quam quidem infra Astauenos Isidori tanto facilius auctor quidam collocare potuit, si cum Ptolemæo nullos inter Astauenen et Margianen medios posuit Apauarcticenos. Itaque Ptolemæum et Astauenen et Siracenen falso ad Caspium mare collocare puto. Quod idem Astauenos in Aria memorat, ex alio auctore fluxit, qui Astauenen et Parthyenes partem orientalem (ut Nysæi in *Aria* collocati docent) Arianæ attribuit. Et hoc ipsum in causa fuerit, ut Ptolemæus, quum apud alios in

(*) Pag. 251 § 7 verba ἀπὸ σχοίνων ζ' Ῥάγα καὶ Χάραξ perperam habent, tum quod Charax non in eodem quo Rhaga seu Rhagæ loco erat, tum quod Rhaga non potuit sita esse septem schœnis post Mediæ Rhagianæ initium. Aut igitur ζ' numerus corruptus est, aut computandus est ab oppido, cujus mentio omissa est.

(**) Pag. 251 § 8 adde locum Plinii VI, 17 § 43, ubi inter Mediæ oppida memoratur *Apamea Rhagiana*. Choarenen olim Mediæ (Rhagianæ sc.) fuisse testatur Strabo p. 514.

(***) Hecatompylon a Caspiis portis distat sec. Eratosthenem ap. Strab. p. 514 stad. 1960 (si bene numerus habet). Seriores vero scriptores accuratius de his regionibus edocti multo minorem distantiam produnt; nam Apollodorus Artemitenus ap. Strab. l. l. pro 1960 affert st. 1260, quæ ad *Damaghan* pertinent; Plinius VI, 17 § 44 nounisi 133 mill. (1064 st.) computat; ad Plinium proxime accedit Ptolemæus.

(****) Sic Moses Chorenensis Hist. Arm. II, 2 65 Hecatompylon situm dicit in regione *Cuseorum*, quod de *Comisene* intelligendum esse probabiliter statuit Santicrucius l. l. p. 96.

Hyrcania et supra Parthyenen Astauenos collocari videret, alteros Astauenos distingueret, ideoque mari Caspio proximos faceret. — Quod attinet Ἀσαὰκ urbem, ἐν ᾗ Ἀρσάκης πρῶτος βασιλεὺς ἀπεδείχθη, situm ejus nescimus; caput vero fuisse putanda est exigui imperii, quod in Astauene inter Scythas obtinebat Arsaces, antequam in Parthyæam invaderet, ut bene monet Lassenius in *Ersch u. Gruber. v. Parthien,* collato Strabone p. 515 : Ἀρσάκης, ἀνὴρ Σκύθης, τῶν Δαῶν τινας ἔχων τοὺς Πάρνους καλουμένους νομάδας, παροικοῦντας τὸν Ὦχον, ἐπῆλθεν ἐπὶ τὴν Παρθυαίαν καὶ ἐκράτησεν αὐτῆς.

151. Post Astauenæ mentionen pergit auctor : Ἐντεῦθεν Παρθυηνή· σχοῖνοι κε΄· ἧς αὐλῶν Παρθαύνισα· ἡ πόλις ἀπὸ σχοίνων ς΄ (sic interpungas)... Ἕλληνες δὲ Νίσαιαν λέγουσι. Nimirum ex angustiis inter *Djegir* et *Daghatai* montes sitis, in quam desinere Astauenes itinerarium dixi, intramus in vallem longam latamque, altis cinctam montibus, in qua post sex fere schœnos occurrit caput regionis, *Nisapour* seu *Nichapour* urbs. Regionis hujus naturam beatissimam tum orientales scriptores tum viatores recentiores summis laudibus evehunt(*). Isidorus regionem urbemque Παρθαύνισαν vocat, i. e., opinor Νίσαν Παρθυαίων, ut scilicet distingueret a locis cognominibus. Sic alia *Nisa* est sub *Attak* monte ad *Atrek* fluvium, quam nonnulli ab Isidoro indicari putarunt. — Nostra Nisa in Zendavesta inter beatas regiones recensetur nomine *Nisaya,* post eamque *Haroyû,* i. e. Aria. De eadem Strabo XI p. 509 : τῆς δὲ Ὑρκανίας ἐστὶ καὶ ἡ Νησαία· τινὲς δὲ καὶ καθ' αὑτὴν τιθέασι τὴν Νησαίαν. Paullo accuratiora Plinius VI, 26 § 113 : *Ab occasu eorum* (Parthorum) *urbes quas diximus* (VI, 7 § 44), *Issatis et Calliope, ab oriente æstivo Europum* (*Pyropum*, *Peropum* v. lect.), *ab hiberno Maria* (Μαριχή Ptolemæi l. l.), *in medio Hecatompylos, Arsace, regio Nisiæa Parthyenes nobilis, ubi Alexandropolis a conditore.* Ammianus XXIII, 6, 54 *Jasonium, Antiochiam et Nisæam* Margianæ accenset; Ptolemæus Nisæos habet in Aria, ex antiquiore, opinor, scriptore; similiter Σουσία (hodierna *Tûs* non ita longe a *Nisapour* boream et orientem versus sita) scriptores rerum Alexandri, quos Arrianus (III, 25) sequitur, πόλιν τῆς Ἀρείας dicunt. Idem tamen Ptolemæus quum Parthiæ urbem maxime orientalem Μυσίαν habeat, eâ non aliam quam Nisæam indicari nunc puto; scilicet uti Astauenos et in Aria et in Hyrcania ponit, ita etiam Nisæam variata paullulum nominis forma in Aria et in Parthiæ parte orientali collocat.

152. Post Parthaunisam 6 schœnorum intervallo sequitur *Gathar* urbs, post alios quinque *Siroc* urbs; deinde memoratur *Saphri* vicus, qui ultimus Parthyenes locus fuisse videtur et in ultimis regionis schœnis octo collocandus est. De his ita Sainte-Croix l. l. p. 98 : « Je crois retrouver la première de ces villes dans Carendar, place très-forte, que les généraux de Genghizkan vinrent assiéger aussitôt après avoir pris et pillé Nesa (Hist. de Ghenzisk. p. 344). Si l'on suppose que Siroc était à l'extrémité de la Parthyène (quod non ita esse ex Isidori verbis patet), son nom et sa position pourraient assez convenir à Sérakhs. » Eodem modo statuit Rennel (*Geogr. of Herodot.* p. 295), assentiente Lassenio l. l. p. 416. Præterea *Saphri* vicum in hodierno *Jafcri* (Rennel) sive *Dchoffri* (Lassen) sive rectius *Robat-Zafrâni* (Ritter, Kiepert) agnoscere sibi videntur. Quæ omnia vereor ne sint inania, quum ab Isidori via et distantiis abhorreant. Nam *Zafrâni* a *Nisapour* occasum versus sita est. *Carendar* vel *Caendar* (Rennel) ubi fuerit in recentioribus mappis non repperi; sin posita erat ubi posuit in Herodotea sua tabula Rennelius, ad urbem 6 schœnis a *Nisapour* dissitam referri nequit. Similiter *Serachs* urbs, quæ a *Nisapour* non 11, sed ultra 40 schœnos distat, non potest referri ad Siroc Isidoream, nisi omnia in Græcis nostris turbata esse finxeris. Ceterum Saphri vicum me-

(*) Ritter VIII, p. 316 : « Die Ebene, in welcher Nischapur die Stadt und die zahlreich sie umgebenden Dorfschaften, meist an den Ausgængen der Bergreihen, in den Thalvertiefungen liegen, gehört mit ihrem gesegneten Anbau zu den schönsten, reizendsten Landschaften die B. Fraser in Persien gesehen. Die Bergabhænge bestehen zwar alle aus nacktem Kies, aber sie sind reich an klaren Bæchen, fliessenden Wassern und künstlichen Bewæsserungsanstalten (Canats), welche die Felder und die schönsten Obstgærten befruchten, in denen alle jene Ortschaften am Fusse der Bergreihen hin ganz eingehüllt zu liegen scheinen. Die Felder sind in kleine Beete vertheilt, und prangen mit den mannichfaltigsten Farben ihrer Gewæchse. Die angebauten Terrassen am Fuss der Berge und auf ihren Vorhöhen, stehen durch ihre reichere Bewæsserung im schönsten Schmuck. » — P. p. 319 : « Der Ruhm der Landschaft Nischapur ist sprichwörtlich unter den Persern geworden und daher nicht wenig übertrieben, wenn die dortigen Bewohner damit prahlen, einst habe man in den verschiedenen Mahalehs (Districten) Nischapurs an 14000 Dörfer gezæhlt, die von 12000 Wasserleitungen und 18 kleinen Flüssen befruchtet gewesen, etc.

morari video ubi non exspectabam, in Æthici Cosmograph. p. 60 ed. Baudot, ubi hæc : *A Carris eivitate usque ad oppidum Catippi inter Hyrcanos et Bactrianos* (leg. *Barianos?*) *mons Menalius.., a quo proximum jugum Partas dicitur. Ab oppido Catippi usque ad vicum Saphrim, inter Daas et Auracas et Parthyenas mons Oschobaris.* Cum his conferenda est Tabula Peutingeriana, quæ in tractu inter *Catippen* et *Sapham* (*Saphat* G. R. II, 3; Σούφθα vel Σοῦπφα Ptol. p. 400) loca sito montem habet, cujus nomen desideratur, sed cui gentis nomen *Bariani* subscribitur, adeo ut dubium non sit, quin mons iste sit Æthici *Oschobaris, Sapham* vero *Saphri* vicus, post quem deinceps sequuntur *Oscanidati* mil. 35, *Asbana* mil. 22, *Alexandria* mil. 20, *Antiochia* mil. 60. Sunt igitur ab Antiochia (*Meroutchak*) ad Saphri milia 137 sive 1096 stadia sive 36 ½ schœni (quamquam auctoritas horum numerorum pæne nulla est); a Saphri autem et extrema Parthyene ad *Nisapour* urbem sec. Isidorum sunt schœni 19, adeo ut ab Antiochia ad *Nisapour* forent 55 ½ schœni. Quod a vero non longe recedit; nam in mappa Kieperti a *Meroutchak* ad *Nisapour* linea *recta* habes distantiam schœnorum 60. Jam Gathar urbs a Nisapour orientem versus 6 schœnos distans eo fere loco fuisse debet ubi nunc est *Djeroud;* post alios schœnos quinque Siroc ponenda est ad hod. *Dizar;* reliquis schœnis octo, qui ad *Saphri* vicum et fines Parthyenes pertinent, ducimur ad *Tedjend* fluvium omnium in his regionibus maximum (*Ochum* Strabonis), qui a meridie boream versus fluens Parthiæ et Ariæ montes dirimit, ideoque cum adjacente Saphri vico aptissimus sese obtulit, quo Parthicorum montium jugum, Oschobarin (*), auctores Æthici ab oriente determinarent. — Apud Ptolemæum montes qui a Parthia orientem versus inter Ariam et Margianam excurrunt, dicuntur Σάριφα ὄρη, qui versus meridiem Ariam a Parthia dividere perhibetur, Μασδωρανὸν ὄρος (VI, 5 p. 399) vocatur (**). Posterius nomen superest in hodierno loco *Masdoran*, non longe ad *Tedjend* fluvio in ipsis faucibus, per quas montes transit viator e Nisæa in Margianam proficiscens. Alterum nomen rectius foret Σάφρια ὄρη; nullus enim dubito quin sint montes ad Saphri vicum siti, quos Ptolemæus una cum accolis eorum Nisæis in Ariam transtulit (v. supra). Quid igitur de Saphri situ et Parthyenes termino orientali statuendum sit, satis jam patere existimo. Ceterum Isidori itinerarium nonnisi per partem Parthyenes orientalem ducit; occasum versus provincia pertinuit usque ad confinia Comisenæ (cf. Ptol.), usque ad Hecatompylon, puto, quippe quam urbem Parthyenes potius quam Comisenæ olim fuisse consentaneum videtur. Priscam hanc Parthicorum regum ditionem Strabo p. 514 innuit verbis : ἡ δὲ Παρθυαία... πρὸς τῇ σμικρότητι δασεῖα καὶ ὀρεινὴ καὶ ἄπορος, et Plinius VI, 29 § 113 : *Semper fuit Parthyæa* (sic codd. optt; *Parthia* vett. editt.) *in radicibus montium supra dictorum.* Postea addita Comisene et Chorene. Strabo l. l. : μέρη δ' ἐστὶ τῆς Παρθυηνῆς ἥ τε Κωμισηνὴ καὶ ἡ Χωρηνή, σχεδὸν δέ τι καὶ τὰ μέχρι Πυλῶν Κασπίων καὶ Ῥαγῶν καὶ Ταπύρων, ὄντα τῆς Μηδίας πρότερον. Eodem tempore aut postea orientem versus usque ad Margianam et versus meridiem usque ad Carmaniam fines prolati, ut ambitus sit is quem Plinius et Ptolemæus Parthiæ nomine describunt. Hæc ipsa rursus erat pars magni Parthorum imperii. Quod Lassenius putat Parthyenen Isidori a vetere Parthyæa Plinii et Strabonis diversam esse, non probavit vir doctissimus (***). Nomina Παρθυαία et Παρθυηνὴ apud optimos scriptores usurpantur promiscue.

153. Sequuntur Apauarcticenes schœni 27, qui metiendi sunt in via, qua versus *Scherachs* opp., et hinc ad *Meroutchak* sive *Merwrud* proficiscuntur. Eadem, ut videtur, regio apud Mosem Chorenensem (Geogr. p. 365 ed. Whiston.) vocatur *Apachtharia*, quam ab Aria septentrionem versus sitam dicit; nomen vero e lingua Zendica

(*) Fortassis *Oschobaris* nomen a fluvio, quem *Ochum* Strabo dicit, ductum est. *Baris* tanquam montis Armeniæ nomen e Josepho et Nicolao Dam. notum est. Ap. Ptolemæam VI, 17 p. 433 in Aria tenent τὰ παρὰ τοὺς Παροπανισάδας Παροῦται, ὑφ' οὓς Ὀβαρεῖς.

(**) Quodsi Ptolemæus VI, 17 p. 433 Μασδωρανοὺς gentem in Aria ad confinia Parthiæ et Carmaniæ desertæ memorat, id censeo eodem errore fieri, quo alia loca in meridionali tractu veteris Parthyenæ provinciæ posita transfert ad meridionalia ejus Parthiæ, quæ usque ad Carmaniam desertam extenditur.

(***) Lassen l. l. p. 416 : « Wir finden also bei Isidor, Plinius und Ptolemæus den Namen Parthyene für eine Provinz, deren Hauptbestandtheil (imo : *deren Bestandtheil;* nam ultra nihil proditur) das Land Nesæa war, in deren Hauptstadt die Arsaciden ihre Königsgræber hatten. Plinius und Ptolemæus unterscheiden es sehr bestimmt von Parthia, als einen Theil des Ganzen; das Parthiæa erwælnen sie eben so wenig wie Isidor (imo Plinius l. l. sec. optt. codd. memorat Parthiæam, et in eodem capite eodem sensu *Parthyenes regionem Nisiæam;* eodem modo Strabo l. l. in eodem

explicandum esse, in qua *apakhtaria* significet *septentrionalis* (ab *apak*, septentrio), censent Lassenius l. l. p. 416, Bournouf (*Mém. sur 2 inscriptions cunéiformes trouvées près d'Hamadan. Paris* 1836, p. 25. 132), Ritter VII, p. 824; VIII, p. 55. Præterea provinciam nostram, variante paullulum nomine, memorat Ptolemæus, sed perperam in meridionalem Parthiæ partem removet. Etenim postquam septentrionales Parthiæ provincias posuit Comisenen et juxta hanc Parthyenen, ita pergit : Εἶτα (i. e. ab his versus meridiem) ἡ Χοροανὴ (deb. Χοαρηνὴ) καὶ ὑπὸ ταύτην Ἀρκτικηνὴ (v. l. Ἀρτικηνὴ) vel, ut Wilbergus edidit, καὶ ἡ Παρταυτικηνή; in quibus verba ὑπὸ ταύτην haud dubie bene habent, nec erant negligenda; nam in meridionalem Parthiæ regionem ejici Articenen (Artacenen) produnt urbes huic tractui assignatæ Ῥαγαία et Ἀρταχάνα, quæ aperte respondent urbibus Ῥαγαὺ et Ἀπαυαρκτικῇ, quas in Apauarcticene habet Isidorus. Porro quum sæpius jam viderimus regiones de quibus agimus, a nonnullis Ariæ tribui, et hinc factum esse ut eadem loca tum in Parthia tum in Aria ap. Ptolemæum memorentur, vix erraverim si ad Ῥαγαῦ Apauarcticenes referam etiam Ῥάγαυρα oppidum quod in boreali Ariæ parte non longe a Sariphiis montibus Ptolemæus collocat. Quæ apud Plinium VI, 18 § 46 memoratur Apavortene (Aparvortene var. lect.) ad Isidori Apauarcticenen referri nequit (*). Ubinam sitæ fuerint Apauarctice et Rhagau (*Rhagauna* G, R. II, 4) oppida, parum liquet. In hodiernis *Radgan* et *Abiward* nomina habes similia, sed quæ in nostram viam minime cadunt. Secundum Tabulam Peut. ad hunc tractum pertineret *Oscanidati* (*Oscanibate* G. R. II, 3 An. hod. *Osseinabad?*) et *Asbana* (hod. *Masdoran?*), fortasse etiam *Alexandria* (*Scherachs?*), quam eandem esse puto cum Alexandropoli, quæ Nisææ regioni apud Plinium adscribitur. In Tabula P. quidem Alexandria nonnisi 60 milia ab Antiochia distat; sed parva est numeri auctoritas, nec urbem in medio deserto ab Alexandro conditam credideris.

154. Sequuntur Margianæ schœni 30 et Antiochia urbs et post Margianam Aria. Secundum mensuras Isidori Antiochia esse debet hod. *Meroutchak* sive *Merwrud,* non vero quæ ab ea boream versus 40 schœnos distat *Merw Schah Djehan,* ut plurimi statuunt, quos ipse p. 252 not. secutus sum. Ptolemæus quidem Antiochiam ita collocat, ut ad hod. *Merw Schahi Dehan* referenda videatur, cujus origines Arabum geographi ab Alexandro Magno repetunt (**) (cf. Plinii verba in annot. p. 252). At Alexander in expeditione sua ad Oasin istam, in qua *Merw* sita est, non penetravit, sed nonnisi meridionalem Margianæ partem adiit, quæ Ariæ montibus proxima est.

155. Ariæ schœni 30 priores ducunt usque ad *Herat* fluvium (Arium Ptolemæi); pars Ariæ meridionalis, quæ *Anauon* vel *Anabôn* dicitur nomine aliunde non noto, schœnis 55 usque ad *Farrah* urbem et paullo ultra pertinet. Ex urbibus ab Isidoro memoratis Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐν Ἀρείοις ad hod. *Herat* vel ejus viciniam recte refertur. Candac et Artacauan ubi sitæ fuerint, nescimus. Phra (Φαράζανα, 108°; 29° 40 Ptol.) hodie est *Farrah;* quæ urbs Anauon regionis primo loco affertur, utpote maxima; ex ordine autem itinerarii ultima fere esset debuit. Bis (Βίγις Ptolemæi? 108° 40'. 29° 20') ad hodiernum *Bist* vel *Bast* referri non posse, si distantiarum ratio habenda, luce clarius est (***); neque Nie (Ἴννα

capite Παρθυαίαν et Παρθυηνήν nullo discrimine dicit) und Parthyene hatte eine andere Lage (sc. Lassen Nisæam fuisse putat ad boreale latus montium Hyrcanorum. Quod aliter habere supra vidimus). Es müssen daher die parthischen Könige die geographische Nomenclatur verændert haben, das alte Parthyæa aufgehoben und dafür ein nördlicheres Parthyene errichtet haben; sie versetzten das nach ihnen selbst benannte Land in die Gegend, wo die Anfænge ihrer Herrschaft sich gebildet hatten und wo die Stifter des Reichs ihre Ruhestätte sich gewæhlt hatten. »

(*) Plinius l. l. : *A Caspiis orientem versus regio est Apavortene dicta in eaque fertilitatis inclutæ locus Dariæum; mox gentes Tapyri, Anariaci, Staures, Hyrcani.* Cf. Justinus XLI, 5: *Seleucus urbem quoque nomine Daram in monte Zapaortenon condit, etc.* Droysenius Hellenism. II, p. 413 situm loci a Plinio male definiri, et ad Apauarcticenen Isidori pertinere opinatur; Lassenius l. l. p. 417 nihil dijudicat. Indicatur haud dubie eadem regio, quæ ap. Ptolemæum Δαρεῖτις vocatur, quamquam non ab oriente portarum Caspiarum sed ab occasu in Media ponitur. Neque alio pertinet *Darathe* Tabulæ Peutingerianæ.

(**) Ritter VIII, p. 531 : « Die Eingebornen weisen auf die Ruinen von *Merw i mukan* hin, welches die von den Griechen erbaute Stadt (Antiochia) sein soll, worüber aber die Geschichte nichts weiss. Dasselbe ungefæhr ist es, was auch schon Ebn Haukal (*Oriental Geogr. ed. Ousely* p. 215 sq.) von *Meru Schahjehan* sagte, die von Tahmuras oder Dul Karnein (i. e. Alex. M.) erbaut sein solle, und dass man zu seiner Zeit noch Mauerreste und Bauten dieses alten Merw sehe. »

(***) Paullo supra *Farrah* urbem in *Farrah-rud* influit *Gizi* fluvius in mappa Burnesii (*Central Asia*); fort. ad hunc erat Βίγις vel Βίς.

Ptolemæi, 109°. 31° 30'.) pertinet ad hod. *Neh* sive *Nehbendan*, quæ 55 schœnos occasum versus a *Farrah* distat. Gari fortasse quærenda ad montes *Ghorat*, quibus nunc *Ghore* vicus adjacet.

156. Ab Anauôn regione quæritur an auctor noster orientem versus via recta sed molestissima (Ritter VIII, p. 155) Arachosiam petiverit, an primum meridiem versus juxta *Zareh* lacum, deinde orientem versus juxta *Hilmend* fluvium longiore quidem sed commodiore via perrexerit. Illud Droysenius et Lapieus statuunt; hoc nobis placet. Nimirum ex oppidis, quæ in seqq. memorantur, Βιὺτ, prima Arachosiæ urbs, aperte pertinet ad ruinas urbis *Bist* vel *Bost* (*Beste* Plinii, *Bestia* T. Peut.), ac nescio an pro BIYT ap. Isidorum reponendum sit BICT. Hucusque autem a *Farrah* linea recta nonnisi 40 schœni sunt, dum apud Isidorum 84 habes, qui multo longiorem viam produnt qualem modo designavi. Huc accedit quod Zarangiana aptissime refertur ad regionem prope *Zareh* lacum, et quod in *Palacenti* urbe facile agnoscis vastas urbis ruinas juxta *Hilmend* jacentes, quæ nunc vocantur *Poulki*.

157. Igitur Zarangianæ schœni 21 juxta *Zareh* vel *Zareng* lacum pertinent usque ad *Hilmend* fluvium. Πάρις urbs nescio an potius fuerit Ζάρις, lacui cognominis. Positam fuisse puto ubi nunc est *Djelalabad*, quæ ipsa quoque *Zarang* vocatur in mappa Burnesii, dum Kieperti mappa in propinquo urbis exhibet vicum *Dareng*. Altera Zarangianæ urbs Κόροκ fuerit *Koluk*, quam Burnesius inter *Djelabad* et *Pichawaran* urbis ruinas notat, Kiepertus vero non exhibet (*).

158. Sequitur Sacastane sive Scytharum regio, quæ tum planitiem juxta *Hilmend* fluvium tum vero montana complexa esse videtur; quatenus ad *montana* pertinebat vocabatur Παραιτακηνή, quandoquidem nomen hoc Lassenius (l. l. v. *Parætakene*) derivare censet a sanscrito *parvata*, Zendico *pourata*, persico *parouta*. Idem nomen produnt οἱ Παρυῆται vel Παροῦται, quorum montibus Paropanisadæ meridiem versus ab Aria et Arachosia apud Ptolemæum VI, 17 et 18 disterminantur. Aliam Parætacenen in Mediæ et Persidis confiniis, aliam inter Oxum et Jaxartem fluvios novimus. Ceterum itinerarium nostrum nonnisi eam Scytharum regionis partem spectat quæ est in planitie. Urbes ejus Barda (**), Min, Palacenti, Sigal (Σίγαρα Ptolemæi) et huic finitima Alexandropolis aliunde non notæ; Palacenti in ruinis, quæ *Poulki* nunc vocantur, quærenda est; de ceteris certius quiddam fortasse proferri posset, si de crebris in hoc tractu vett. urbium ruinis earumque situ bene constaret.

159. Schœni Sacastanæ sexaginta pertinent usque fere ad ruinas urbis *Bist* vel *Bost*, quæ in excerptis nostris est prima urbs Arachosiæ. De eadem ita Plinius VI, 25: *Amnis Erymanthus* (Hilmend) *præterfluens Parabesten Arachosiorum;* debebat *præterfluens Besten;* nimirum in græco suo fonte legit παραρρέων Παραβήστην pro παρὰ Βήστην. In Tab. Peutingerianæ itinerario, quod a Persepoli per Arachosiam in Indiam ducit, dicitur *Bestia deselutta* (leg. vid. *desolata*, adeo ut tum jam deserta fuerit), et corruptius etiam in G. Rav. II, 1, *Bestigia deselenga*. De sequentibus oppidis Pharsana, Chorochoad et Demetrias non liquet; Alexandropolis autem, Arachosiæ caput, in quam desinunt regionis schœni 36, hodierna est *Kandahar*, quam incolæ ab *Is Kandar* sive Alexandro Magno conditam etiamnum perhibent, et in vetustæ urbis ruinis ædificatam tradit Court in *Journal of As. Soc.* t. V, p. 389 (V. Ritter. VIII, p. 121). Præterfluens Arachotus (Zendice *Araqati* vel *Haraqaita* vel *Haraquand* (v. Ritter. l. l.) est hod. *Argund-Ab*. Sec. Ptolemæi tabulas Alexandria hæc (114° long., 31° lat.) ab Ortospana (118° long., 34° lat.) sive Cabura (hod. *Caboul*) distat stadia 2250. A *Caboul* ad *Kandahar* in novissima mappa habes lineam rectam stadiorum 2400.

160. Hæc fere sunt quæ de adornatione itinera-

(*) De ruinarum copia in hac regione cf. Ritter VIII, p. 152: « Von hier (inde a Palalak) nordwestwærts am Strom (Hilmend) hinab bis Jelalabad durchreisete Chriestie 16 geogr. Meilen weit ein Land mit einer erstaunlichen Menge Ruinen zerstörter Stædte bedeckt. In *Pulki* (Palacenti Isidori) nahmen sie einen Raum von 16 engl. Quadratmeilen ein und zeigten Gebæude, Wælle, Festen, Gærten; zwischen den Trümmern wohnten Schæfer. Belludschen und die gefürchtetsten Ræuberhorden des Landes, wie die Beduinen in der Thebais und um Palmyra. Die Ruinen von Duschak (jetzt Jelalabad) nehmen einen Raum ein so gross wie die von Ispahan; die Gebæude sind alle aus Backsteinen, oft zwei Stock hoch mit gewölbten Dæchern erbaut, und auf ihren Trümmern steht das neue Jelalabad mit 2000 Hæusern. Fünf geogr. Meilen im Norden von dort ist die Græuze zwischen Sejestan u Khorassan, und auch da liegen noch die Ruinen von Peschawurun in unausmesslicher Ausdehnung. Niemand kennt die Geschichte dieser Gegend, die noch zu Timurs Zeit in hoher Blüthe stand. »

(**) Nescio an cum Βάρδα (Βάδρα?) urbe componendi sunt Βάτριοι, quos in Drangiana memorat Ptolemæus VI, 19, p. 436: Κατέχουσι τὰ μὲν πρὸς τῇ Ἀρείᾳ Δαράνδαι, τὰ δὲ πρὸς τῇ Ἀραχωσίᾳ Βάτριοι· ἡ δὲ μεταξὺ χώρα καλεῖται Ταταχηνή.

rii nostri monenda putavi. Quantacunque sit excerptorum exilitas, distantiarum numeri, si duos exceperis, nihil vitii traxisse videntur aptamque admittunt explicationem, nec accuratioris aliquid de his regionibus in vett. scriptis traditur. Quæ in Tabula Peutingeriana per Parthici imperii provincias itineraria notantur, ob nominum obscuritatem et depravationem et ingentem numerorum corruptionem utilitatem habent perexiguam. Rationem eorum quum plerique parum assecuti esse mihi videantur, paucis perstringere liceat.

161. A Seleucia ad Ecbatana urbem hæc exhibentur :

Seleucia,	
Rache.	60
Rutarata (Ἄρραϐα Ptol.?)	40
Berdanna.	20
Ecbatanis.	120

De intermediis locis nihil constat. *Berdanna* fortasse est Baptana Isidori. Distantiæ ita comparatæ, ut summa earum ne rectam quidem lineam a Seleucia ad Ecbatana ductam exæquet. Pergit auctor tabulæ :

Ecbatanis	
Anarus	37 mil.
Sevavicina (hod. *Saweh*)	11
Thermantica	20
Orubicaria	18
Pyctis (h. *Peik*)	27
Ange	16
Rhages	10

In his viæ directionem indicant *Sevavicina* (*Sewah*) et *Pyctis* (hod. *Peik*). Apud Plinium, VI, 17 § 43 in codicibus legitur : *Reliqua Medorum oppida Phisganzaga* (vel *Fiscanzaga* vel *Fisacanga*) *et Apamea Rhagiana cognominata*. Pro dubiis illis Harduinus dedit : *Phazaca, Aganzaga;* mihi eadem oppida latere videntur quæ in T. P. vocantur *Pyctis et Ange*. Præ ceteris Plinium notasse loca in via ad portas Caspias ducente sita consentaneum.

162. Alterum itinerarium Tabula exhibet ab Ecbatanis ad Antiochiam Margianam et regiones Indicas :

Ecbatanis.
Onoadas.
Darathe 16.
Concobas 10.
Beltra 20.
Hecantopolis 9.
Spane 50.
Pascara 32.
Europus 10.
Nagæ 15.

Catippa 20.	Palitas 45.		
Fociana 20.	Parhe 15.		
Stai 10.	Propasta 75.		
Sapham 35.	Aris 25.		
Oscanidati 35.	Pharca 25.	Thubrassene 40.	
Asbana 22.	Arate 17.	Aspacora 52.	
Alexandria 20.	Bacinora 20.	Parthona 15.	Scobaru 70.
Antiochia 60.	Cetrora 35.	Magaris 50.	Carsania 55.
	Tazora 10.		

In his *Nagæ* (*Agæ* G. R.) Droysenius II, p. 715 ex *Rhagæ* corruptum esse censet; indeque probari putat falsum esse Strabonem qui Rhagas, Europum et Arsaciam tanquam ejusdem urbis nomina affert. Sane quidem Europum et Arsaciam diversas urbes fuisse e Ptolemæo et Plinio et ruinarum indiciis recte colligitur; at Europum etiam a Rhagis distinguendam esse non est cur putemus; nam quum alia sit Europus in orientali Parthiæ regione (Plin. VI, 29, § 113), hanc potius in Tabula indicari suadet præcedens *Hecantopolis*, quam ad notissimam Hecatompylum Parthorum recte retulit Lapieus. Porro quum *Œnoadæ* et *Darathe* apte componantur cum Οἰνουνία (95°; 38° 40′ Ptol.) in boreali regione Parthiæ occidentalis, et cum *Dura* Justini sive Plinii *Darieo a Caspiis portis orientem versus sito :* totum hoc itinerarium a Mediæ locis alienum esse, et, modo permisissent tabulæ dimensiones, priori ad Rhagas usque pertinente uno tenore jungendum fuisse censeo. De *Concoba, Beltra, Spane* locis nihil constat; *Pascara* fuerit Παρϐάρα Ptolemæi, a Hecatompylo orientem versus sito. *Nagas* ad *Nisapour*, Catippen ad *Kademga* probabiliter refert Lapieus. De *Sapham* (Σαφρὶ) vidimus supra. — Quæ a Nagis deflectitur via in Indiam ducit; *Palitas* (*Paligas* G. R.) ignota; *Parhe, Propasta, Aris* fuerint Φρὰ Isidori, Προφθασία, et Πάρις seu Ζάρις Isid.; *Pharca*, Βάρδα Isid.; *Cetrura*, Κάρουρα Ptolemæi, hod. *Caboul; Tazora*, hod. *Lahore*. — In altera via *Thubrassene* (*Thibrasene* G. R. II, 3 p. 42) fuerit Τριϐαζίνα Ptolemæi; *Aspacora* (*Aspapagora*. G. R. l. l.) ignota mihi; pertinuerit ad regionem τῶν Ἀσπίων seu Ἀσπασίων, ut ap. G. R. legi velim *Aspanagara*, i. e. Aspiorum urbs. *Scobaru* et *Carsania* in Geogr. R. p. 38 sunt *Scobarum* et *Carsamir* inter loca Indiæ. *Carsamir*, ni fallor, est antiquiorum scriptorum Κασπάπυρος, *Caspiria*, hod. *Cachmir*. De *Parthona* et *Magari* tu videas.

163. Tertium itinerarium ab Ecbatanis per Persepolin in Indiam ducit :

Ecbatanis.

Rapsa 30 (Ῥάψα 90° 10′. 35° 40′ Ptol.).

Bregnana 22 (Παραχάνα 87° 40′. 36° Ptol.).

Nisaci 10 (Νεσέργη 91°. 34° Ptol.).

Portipa 12 (Πορτοπάνα 89°. 35° 50 Ptol.).

Persepolis 12 (Περσέπολις 91° 15′. 33° 20′ Pt.)

Pantyene 60, i. e. Παρθυηνή.

Arciotis 30, i. e. Ἀρειῶτις.

Caumatis 20, i. e. Καυματίας s. Καυματώδης χώρα.

Aradarum 10, i. e. Δαρανδῶν χώρα Ptol.

Taharene 20, i. e. Ταταχηνὴ χώρα Ptol.

Bestia deselutta 20, i. e. *Beste desolata.*

Rana 20 (*Bainna* G. R. II, 1 ; leg. *Ramna*).

Bauterna 20 (apud Βατρίους Ptolemæi).

Cotrica 20 (Goriea, Γωρυαία?).

Ochirea 16 (*Achirea* G. R.; Ἀριγαῖον ap. Arrian. IV, 24, 6.).

Phara 20 (Βάζιρα Arriani IV, 27, 5. 28, 1, *Baziphara* in Itin. Alex. c. 107).

Ora 15 (Ora Arriani IV, 27, 5.).

Pileiam 20, i. e. Peucela.

Arni 20, i. e. Ἀόρνη (*).

Alexandria Bucephalos.

Mediæ et Persidis oppida Ptolemæus præbet omnia, quamquam non ita semper posuit, ut in eandem viam apte cadant. Deinde Tab. Peut. non oppida, sed regiones memorat, usque ad Besten. A Beste præter viam adscriptam habes alteram qua versus oram maritimam descenditur :

Bestia.

Rhana 20 (l. Rhamna).

Alcon 10.

Paricea 70.

Rhamna, quæ etiam in via per Arachosiam in Indiam ducente post Besten proxime sequitur, est regio τῶν Ῥαμνῶν, quos in Gedrosiæ parte Indo vicina ponit Ptolemæus. In *Alcon* latet Ἀρβίων. Similiter in G. Rav. II, 5 pro *Asción, Oritón* lege *Arbión, Oritón*. Juxta Arbios occasum versus degunt Parsires, quorum Parsis oppidum. Ptolemæus (VI, 21, p. 439) regionem dicit Παρισηνήν (rectius diceret Παρσιρηνήν), quam habes in *Paricea* Tabulæ, cujus distantiarum numeros licebat negligere. Ceterum quam diverso modo hæcce Tabulæ itineraria in tabulis geographicis vulgo disponantur, ipse videas.

164. *Editæ* sunt Isidori Characeni mansiones Parthicæ in geographis Hœschelii (an. 1600), Hudsoni (vol. II, an. 1703) Zosimadôn (Vindob. vol. 1. 1806). Nuper denique : *Isidori Characeni Stathmos Parthicos recensuit, brevi annotatione instruxit B. Fabricius. Dresdæ* 1849. Marciano Isidorum junxit E. Miller (Paris 1839). Cf. p. 137.

ANONYMI PERIPLUS MARIS ERYTHRÆI.

165. Negotiator quidam natione Græcus, primo post Christum natum seculo in Berenice, ut videtur, Ægypti emporio, sedem fixerat, inde que mercaturæ causa emporia tum oræ Libycæ ad Azaniam usque, tum Arabiæ usque ad Canen urbem frequentavit, nec non per altum etesiis ventis in Indicas stationes trajecit. His in itineribus quæ ipse viderat et quæ de reliquis oceani australis plagis aliunde acceperat, quatenus ad navigationis et commerciorum rationes pertinerent, literis consignata in usum mercatorum edere decrevit. Sic libellus noster exstitit, qui quum mercatorium, ut ita dicam, stylum, eumque Ἕλληνος αἰγυπτιάζοντος, præ se ferat, dictionis sane virtutibus non magnopere commendatur, totoque cœlo distat ab epidicticis illis quæ de Erythræo mari Agatharchides λογοδαίδαλος elaboraverat : rerum vero traditarum copia, varietate, fide, utilitate adeo præstat, ut pretiosissimi thesauri loco habendus sit. Nam quæ de longinquis Libyæ orientalis Indiæque emporiis et de veterum in hac orbis terrarum parte commerciis accuratiora novimus, eorum longe plurima uni nostro debentur periplo.

166. Nomen auctoris latet. In codice Heidelbergense, qui solus libellum nostrum servavit et post Arriani periplum exhibet, titulus legitur : Ἀρριανοῦ περιπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Cujus fide acquiescens Stuckius (**) periplum vindicavit Arriano Nicomedensi, Fabricius (***) vero alii

(*) Ἀόρνη pro Ἄορνος est apud Pseudocallisth. III, 4 p. 99 not.

(**) Titulum Stuckiana peripli editio præfixum habet huncce : *Arriani historici et philosophi maris Erythræi periplus ad Adrianum Cæsarem Augustum etc. Genevæ* 1577.

(***) *Arriani Alexandrini Periplus maris Erythræi recensuit et brevi annotatione instruxit B. Fabricius. Dresdæ* 1849. — « Auctor hujus peripli, ait p. 1, est *Arrianus*, mercator Alexandrinus, qui regnante Claudio imperatore vixit, quod, Vincentus, Anglus, in libro egregio *The periplus of the Erythrean sea* (Londini 1800-1805; II vol. 4)

cuidam Arriano, homini Alexandrino, inscripsit. Quamquam quæ res sit, vix quemquam veterum librorum usu paullo exercitatiorem latuerit. Videlicet quum non modo periplus maris Erythræi, sed etiam Anonymi periplus Ponti Euxini (cujus pars posterior ante Arrianeum Ponti periplum in cod. Heidelb. legitur) Arriano tribuatur, nec ullo titulorum indicio diversi Arriani distinguantur : nihil dubium est, quin notissimum nomen scriptoris Nicomedensis ad vicinos libellos librariorum arbitrio translatum sit. Ac omnino sæpius fit, ut minuta diversorum auctorum opuscula quæ in eodem argumento versantur in eodemque volumine conjunctim exhiberi solent, ad eundem etiam auctorem referantur. Nostrum vero libellum tanto promtius aliquis Arriano tribuere potuit, si de paraplo maris Erythræi, qui in Indica historia Arriani legitur, quædam inaudiverat. Bene hoc sensit Vincentus, et pro certo statuerunt Schwanbeckius ac Bernhardyus; nec aliter censuisse existimandi sunt ceteri qui periplum nostrum sub Arriani nomine circumferri passim monuerunt (*).

167. Auctorem in Ægypto vixisse patet. Ita habet § 29 p. 280, 5 : Τινὰ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ δένδρων δακρύει τὸ κόμμι. Nomina mensium cum romanis jungit ægyptia, ut § 6 p. 263, 6 : ἀπὸ μηνὸς Ἰανουαρίου μέχρι τοῦ Σεπτεμβρίου, ὅ ἐστιν ἀπὸ Τυβὶ ἕως Θώθ. § 39, p. 288, 5 : Περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὅς ἐστιν Ἐπιφί. Cf. § 49, p. 293, 36. § 56 p. 298, 28. Idem quum in describendis Libyæ et Asiæ paraplis a Berenice proficiscatur, alterumque litus τὰ δεξιὰ ἀπὸ Βερενίκης, alterum τὰ εὐώνυμα ἀπὸ Βερενίκης dicat, probabiliter in ipsa Berenice, celeberrimo tunc emporio, sedem habuit. Mercatorem fuisse totius libri ratio clamat. Non aliorum negotiatorum nautarumque ex narrationibus vel diariis totum opusculum consarcinatum esse, sed ipsum auctorem partem emporiorum, quæ describit, adiisse, tum per se probabile est, tum indicatur § 20 p. 273, 20, ubi contra morem veterum scriptorum Noster e sua ipsius persona loquitur : Διὸ καὶ εἰσπλέοντες τὸν μέσον πλοῦν κατέχομεν, καὶ εἰς τὴν Ἀραβικὴν χώραν μᾶλλον παροξύνομεν. Cf. § 48, p. 293, 12 : τὰ πρὸς τὴν ἐμπορίαν τὴν ἡμετέραν. Quænam vero ipse viderit et quæ aliorum ex fide tradat, ex commerciorum ratione et narrationis indole in aliis libri partibus alia infra colligemus.

168. De ætate scriptoris quæstio non tam vere impedita est quam recentiorum quorundam opinationibus obscurata. Primum liquet scripsisse Nostrum post tempora Augusti, quoniam imperatorum Romanorum mentio fit § 23, p. 274, 5 : Χαριβαὴλ, ἔνθεσμος βασιλεὺς ἐθνῶν δύο, τοῦ τε Ὁμηρίτου καὶ τοῦ παρακειμένου Σαβαΐτου, συνεχέσι πρεσβείαις καὶ δώροις φίλος τῶν αὐτοκρατόρων. Deinde autem Ptolemæo antiquiorem fuisse geographica probant. Nam de India extra Gangem sita nihil Noster sapit ultra ea quæ inde ab Eratosthene usque ad Plinium tradebantur, dum multo accuratius de his Ptolemæum edoctum esse constat (**). Scripsisse eum ante sublatum a Romanis regnum Nabatæorum (an. 105 p. C.) liquet ex § 19. Porro Plinius VI, 26 § 104 de navigatione ad Indiæ emporia per altum Hippalo vento instituenda expositurus ita habet : *Diuque ita navigatum est, donec compendia invenit mercator lucroque India admota est. Quippe omnibus annis navigatur, sagittariorum cohortibus impositis, etenim piratæ maxime infestabant. Nec pigebit totum cursum ab Ægypto exponere, nunc primum certa notitia patescente.* Apud Nostrum vero de his ita legitur § 57 p. 298 : Τοῦτον

studiose exposuit ac demonstravit. Hunc nuper Carolus Ritter in libro *Erdkunde* vol. XII, p. 245 sq. rectissime secutus est. » — Nescio an alia Vincentus in prima operis sui editione, alia in secunda senserit. In hac, quam solam manibus teneo (*The commerce and navigation of the ancients in the Indian ocean*. II, vol. in-4°. London 1807.), Vincentus de nomine auctoris nihil dijudicat, verum, *si forte genuinum neque fictum esset nomen Arriani*, referendum id esse censet ad mercatorem aliquem Alexandrinum. « Who the author was (ait, II, p. 4), is by no means evident, but certainly not Arrian of Nicomedia... It is not impossible, if the periplus of the Erythrean sea was found anonymous, that it was attributed to an author whose name on similar subjects was familiar. But if Arrian be the real name of the author now under contemplation, and not fictitious, he appears from internal evidence to have been a Greek, a native of Egypt, or a resident in that country, and a merchant of Alexandria. » Ritterus loco a Fabricio laudato de nostro scriptore non agit, verum XII, p. 14 ita habet :.... « in dem bekannten Periplus welcher einem sonst unbekannten Arrian im ersten oder wohl auch einem spætern Jahrhundert nach Ch. G. zugeschrieben wird. »

(*) Vid. Vincent l. l., Schwanbeck *Ueber den Periplus des Erythræischen Meeres* in *Rhein. Mus.* 1850 p. 350, Bernhardy Analecta in geogr. gr. min. p. 21; Gosselin *Géogr. systèm.* tom. III, p. 7; Mannert. tom. I, p. 131; Ukert tom. I, p. 209; Forbiger t. I, p. 443; Ritter XII, p. 209, alii.

(**) Quodammodo huc facit etiam quod Noster § 61 p. 301 dicit : νῆσος λεγομένη Παλαισιμούνδου, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις Ταπροβάνη, Ptolemæus vero, postquam duo hæc insulæ nomine memoravit, nunc eam Σαλικὴν vocari prodit. Monuit hoc Vincentus l. l. II, p. 53.

δὲ ὅλον τὸν εἰρημένον περίπλουν.. οἱ μὲν [πρότεροι?] μικροτέροις πλοίοις περικολπίζοντες ἔπλεον· πρῶτος δὲ Ἵππαλος κυβερνήτης... τὸν διὰ πελάγους ἐξεῦρε πλοῦν,.:. ἀφ' οὗ μέχρι καὶ νῦν... ὑψηλοὶ διὰ τοῦ ἔξωθεν γῆς παραπλέουσι τοὺς εἰρημένους κόλπους. Itaque quum hæc navigandi ratio Plinii demum ætate invaluisse videatur, Nostro autem periplum scribente per aliquantum certe temporis in usu jam fuisset: Plinium, qui an. 79 mortuus est et an. 77 opus suum absolverat, librum Historiæ Naturalis sextum composuisse censebis antequam sua scriberet Noster. — Denique certiorem temporis notam periplus præbet § 5, p. 261, ubi Nostri ævo Zoscales apud Auxumitas regnasse traditur: Βασιλεύει δὲ τῶν τόπων τούτων ἀπὸ τῶν Μοσχοφάγων μέχρι τῆς ἄλλης Βαρβαρίας (*) Ζωσκάλης, ἀκριβὴς μὲν τοῦ βίου καὶ τοῦ πλείονος ἐξεχόμενος, γενναῖος δὲ περὶ τὰ λοιπὰ καὶ γραμμάτων Ἑλληνικῶν ἔμπειρος. In annalibus autem regum Abyssiniæ hunc habemus laterculum (v. Salt. in Itin. Abyss. p. 460 sq. Cf. Ludolph. Histor. Æthiop. II, 4; Corp. Inscr. III, p. 513):

	An.	Mens.	A. C.
Za Bazen regnavit.	16	«	8 a.— 8 p. C.
Hujus anno octavo Christus natus.			
Za-Senatu.	26		9— 34 p.C.
Za-Les.	10		35— 44
Za-Maseuh.	6		45— 50
Za-Sutuwa.	9		51— 59
Za-Adgaba.	10	6	60— 70
Za-Agba.	«	6	70
Za-Malis.	6		71— 76
Za-Hakale.	13		77— 89
Za-Demahé.	10		90— 99
Za-Awtet.	2		100—101
Za-Elawda.	30		102—131
Za-Zigen et Rema.	40		132—171
Za-Gafale.	1		172
Za-Bæsiserk.	4		173—176
Za Elasguaga.	76		187—252
El-Herka.	21		253—273
Za-Bæsi Tsawesa.	1		274
etc. etc.			

Vides Zoscalem Peripli esse *Zahakalen* Annalium, qui regnavit an. 76-89 p. C., quo tempore apud Romanos imperaverunt Vespasianus (70-79), Titus (79-81) et Domitianus (81-96). Igitur Nostrum scripsisse paullo post mortem Plinii inter annos 80-89 p. C. existimamus.

169. Restat ut aliorum de sententiis moneatur. *Salmasius* (ad Solin. p. 835) Plinium et Peripli auctorem, quamquam de iisdem rebus sæpe diversa traderent, eodem tamen tempore scripsisse censuit. Nimirum Muziris statio Indica secundum Periplum § 54 p. 296 sq. in regno Κηπροβότρου erat; Plinius autem VI, 26 § 104 de eodem loco: *Regnabat ibi, quum proderem hæc, Cælobothras*; denique Ptolemæus in hac regione habet Κάρουρα, βασίλειον Κηροβόθρου. Hos omnes Salmasius putat eundem regem memorare, quem Plinius et Noster suis temporibus regnasse dixerint recte, Ptolemæus vero falso ad suam ætatem pertraxerit. Ac sane facile fieri potuit, ut idem rex Nostri et Plinii temporibus fuerit, Ptolemæus autem fonte usus sit qui eandem ætatem repræsentaret; sed nihil est incertius, quum nomen istud non sit certi alicujus regis proprium, sed cognomen omnibus hujus tractus regibus commune (**). Idem cadit in Pandionem Plinii et Nostri et Ptolemæi (v. not. ad p. 297, 10).

170. *Dodwellus* (in Hudson. G. M. I, p. 85 sqq.) periplum scriptum esse censuit post an. 161 p. C., sub Marco Aurelio et Lucio Vero impp. Scilicet quum de Eudæmone Arabia (hod. *Aden*), vico in Charibaelis ditione maritimo, Noster § 26 p. 277 dicat: νῦν δὲ οὐ πρὸ πολλοῦ τῶν ἡμετέρων χρόνων Καῖσαρ αὐτὴν κατεστρέψατο: Dodwellus Cæsaris nomine indicari vult Trajanum, de quo Eutropius VIII, 2: *Arabiam postea in provinciæ formam redegit*. Hæc enim verba quum emphatice dicta sint de Arabiæ particula Syriæ contermina, quam, ut Ammianus XIV, 8, 13 ait, *provinciæ imposito nomine et rectore constituto, obtemperare legibus nostris Trajanus compulit imperator, incolarum tumore sæpe contuso, quum glorioso Marte*

(*) Hunc fere regni Auxumitani ambitum primus constituit rex, qui insculpi jussit monumentum Adulitanum, nostro Zoscale antiquior. Idem vero rex quum in inscr. Adul. (C. I. tom. III, p. 512) de se prædicet: Καὶ πέραν δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης οἰκοῦντας Ἀρραβίτας (Κανραῖτας sec. codicem Peripli?) καὶ Κιναιδοκολπίτας, στράτευμα ναυτικὸν καὶ πεζικὸν διαπεμψάμενος καὶ ὑποτάξας αὐτῶν τοὺς βασιλέας, φόρους τῆς γῆς τελεῖν ἐκέλευσα καὶ ὁδεύεσθαι μετ' εἰρήνης καὶ πλέεσθαι, ἀπό τε Λευκῆς κώμης ἕως τῶν Σαβαίων χώρας ἐπολέμησα: haud diu tamen populi isti imperatis obtemperasse videntur. Certe Nostri temporibus latrociniis suis adeo famosi erant ut oræ eorum appropinquare nautæ non auderent.

(**) Ad ea quæ de hoc nomine in not. p. 297 monui, add. Lassen De Taprobane ins. p. 8 et *Indische Alterthumskunde* tom. I, p. 154 et Schwanbeck l. l. p. 350. Regium Pandionis nomen jam occurrit in *Açokæ* inscriptionibus multis annis ante C. n.

Medos urgeret et Parthos (Cf. not. ad. p. 271): Dodwellus suos in usus historiam Romanam ita constituit, ut Trajanus Arabiam universam ad Oceanum usque subegerit inque provincias distinxerit, quarum una dicta sit *Arabia prima*, quandoquidem meridionalis Arabiæ pars in Periplo § 16 p. 271, 7 ἡ πρώτη Ἀραβία vocatur. Qua in re parum curavit Dodwellus verba peripli ita habere ut de provincia Romana cogitari omnino nequeat. Nimirum dicit auctor Azaniam ex vetere instituto subjectam esse τῇ βασιλείᾳ τῆς πρώτης γινομένης (λεγομένης conj. Dodwell.) Ἀραβίας, et administrari a tyranno sive præfecto Mapharitidis regionis. Deinde vero quum Charibael rex p. 274, 5 crebris donis et legationibus amicitiam τῶν αὐτοκρατόρων colere perhibeatur, his verbis Dodwellus tempus indicari censet, quo duo simul imperatores essent, videlicet Marcus Aurelius et Lucius Verus (161-181) (*). Quam quidem interpretationem verba nequaquam flagitant, nihilque impedit quin οἱ ἀεὶ αὐτοκράτορες intelligantur (Vespasianus, Titus, Domitianus). — Reliquam Dodwelli disputationem imbecillis hisce fulcris innitentem non refero. Tortuosam ejus perversitatem fuse demonstrare operæ pretium duxit Schwanbeckius l. l. p. 338-351.

171. *Vincentus* l. l. II, p. 52 sq. ad Salmasii de scriptoris nostri ætate sententiam rediit. Ceterum voce Καῖσαρ § 26 Claudium indicari censet. Inde ab infausta Ælii Galli expeditione semper Romanos in ora Arabiæ loca quædam possedisse, certe in Leuce come præsidium habuisse et percepisse vectigalia putat. Nimirum, præeunte Dodwello, hæc nescio quo pacto elicuit e § 19 p. 272, ubi de Romanis ne verbum quidem est, ac sponte intelligitur præsidium et vectigalium exactores in Leuce come, Nabatæorum portu, non Romanorum fuisse, sed Malichæ regis. Ab hoc errore proficiscens Vincentus postea Romanos ad oceanum usque potestatem protulisse sub Claudio imp. suspicatur. Quum enim Plinius VI, 24 (v. not. ad per. p. 277) prodat Claudio imperante, Anni Plocami, qui maris rubri vectigal a fisco redemisset, libertum quendam circa Arabiam navigantem aquilonibus in Taprobanen esse delatum: navigationem istam vult a liberto illo non alio consilio susceptam esse nisi ut tributa Arabica colligeret; itaque Oceani oræ partem tum penes Romanos fuisse; haud dubie igitur tunc etiam Eudæmonem Arabiam a Romanis, ut suorum emporiorum negotia augerent, esse destructam (**). — Vides hæc omnia in meras conjecturas retrusa esse, quibus ex historia probabilitatem addere non licet. Quare vocem Καῖσαρ, quæ in tantas angustias interpretes conjecit, quum ad Ælii Galli expeditionem referri nequeat, corruptam (***) potius in libro corruptissimo esse quam historicos de re magni momenti siluisse maluimus.

172. *Schwanbeckius* (*Rh. Mus.* 1850 p. 350 sqq.), quamquam argumenta quibus Salmasius et Vincentus suam sententiam stabilire tentarunt, pondere carere recte intellexit, et ipse tamen Nostrum Plinii ætate vixisse et paullo ante Plinium scripsisse censuit (****), quoniam ea quæ de Indica navigatione Plinius sua demum ætate innotuisse

(*) Similiter Letronnius αὐτοκράτορας dici Septimium Severum et Caracallam (198-210) putavit.

(**) Vincent. l. l. II, p. 52: « The Romans, from the time they first entered Arabia under Elius Gallus, had always maintained a footing on the coast of the Red Sea. They had a garrison at Leuke Kome in Nabathea, where they collected the customs, and it is apparent that they extended their powers down the gulf, and to the ports of the ocean, in the reign of Claudius, as the freedman of Annius Plokamus was in the act of collecting the tribute there, when he was carried out to sea. If we add to this the discovery of Hippalus in the same reign, we find a better reason for the destruction of Aden at this time, than at any other. Aden had been one of the great marts for the Indian commerce, and if Claudius or the prefect of Egypt, was now disposed to appropriate this trade to the Romans, this was a sufficient cause for ruining Aden, in order to suppress rivals or interlopers. The jealousy or opposition of Aden to the new discovery would naturally afford ground for quarrel, and if not, the Romans knew how to provoke one whenever it suited their interest. »

(***) Pro ΚΑΙΣΑΡ fuisse ΕΛΙΣΑΡ in annotatione conjecimus, ubi addendum erat Schwanbeckium nomen Χαριβαὴλ reponi voluisse, quod quidem longius a traditis literis recedit.

(****) Similiter Mannert. I, p. 131: « Noch etwas ælter als Plinius ist der Verfasser eines Periplus des Erythræischen Meers, den man gewöhnlich dem Arrian zuschreibt, oder wenigstens sind die Schiffstagbücher, auch einige Reisebeschreibungen, aus denen er verfertigt wurde, in die Zeiten zu setzen, in welchen noch das Cæsarische Haus Rom beherrschte. Er hat von dem Erythræischen und Indischen Meere und den anstossenden Küsten und Hæfen die nemlichen Nachrichten, welche Plinius, meist in mehrerer Kürze und mit eignem Raisonnement gibt; er kennt den abgekürzten Weg von Arabien auf hoher See nach der Indischen Halbinsel, weiss wie Plinius, dass der Indus bei den Eingebornen Sindus heisse, und beide bestimmen die östliche Grænze der Erde gleich hinter dem Ganges bey der Stadt der Serer Thina: einzelner ganz genau miteinander übereinstimmender Angaben nicht zu gedenken. Ein Schriftsteller zu Zeiten des Ptolemæus, in welche Dodwell den Verfasser dieses Periplus versetzen will, müsste aus den damaligen Schiffernachrichten

dicit, ita comparata sint, ut ex periplo nostro Romanus scriptor desumsisse debeat. Quodsi de nonnullis Plinius diversa vel etiam contraria prodat, ea compilatoris festinantiæ vel oscitantiæ esse imputanda (*). Videamus quæ res sit. Plinius post ea quæ supra § 168 citavi, primum describit viam ab Alexandria ad Berenicen, deinde ita pergit : *Navigare incipiunt æstate media ante Canis ortum aut ab exortu potius.* Noster § 57, p. 298 nihil nisi : Πλέουσι δὲ εἰς αὐτὴν (τὴν Λιμυρικὴν) κατὰ καιρὸν ἀναγόμενοι ἀπ' Αἰγύπτου περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα. Plinius igitur accuratiora tradens non Nostra festinanter excerpsit. — Deinde Plinius : *Veniunt circiter XXX die Ocelin Arabiæ aut Canen turiferæ regionis* (Nihil Noster de XXX dierum itinere, quod tamen non finxit Plinius). *Est et tertius portus qui vocatur Muza, quem Indica navigatio non petit, nec nisi turis odorumque Arabicorum mercatores. Intus oppidum, regia ejus, appellatur Sapphar, aliudque Save. Indos autem petentibus utilissimum est ab Oceli egredi.* Memorantur apud Nostrum § 21 Muza et Sapphar et Save; at Muzam Indica navigatione non peti non dicitur, longeque petitum foret, si quis statueret excerptorem sua elicuisse ex § 24 p. 275, ubi Ozelin auctor narrat non tam emporium esse quam ὅρμον καὶ ὕδρευμα καὶ πρώτην καταγωγὴν τοῖς ἔσω διαίρουσι. Porro nihil Noster de *turis* mercatoribus; nonnisi myrrham et lygdum et Aduliticas merces e Muza exportari tradit. Illud quoque : *Indos petentibus utilissimum est ab Oceli egredi*, in Periplo quæris frustra. — Post hæc Plinius : *Inde vento hippalo navigant diebus XL ad primum emporium Indiæ Muzirim non expetendum propter vicinos piratas, qui optinent locum Nitrias, neque est abundans mercibus. Præterea longe a terra abest navium statio lintribusque adferuntur onera. Regnabat ibi, quum proderem hæc, Cælobothras.* In his, si regis nomen exceperis, nihil est, quod cum Nostri narratione componi possit. Neque quadraginta dierum navigationis in periplo mentio fit, neque Muziris primum Limyrices emporium est, sed Naura, post quam sequitur Tyndis et tum demum Muziris; neque Muzirin, sed loca circa Cænetarum chersonesum piratis infesta dicuntur; neque Nitriam piratæ tenent, sed Naura, quæ a Nitria aut non diversa aut ei proxima erat, ἐμπόριον vocatur; neque mercibus Muziris caret, sed ἀκμάζει τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀριακῆς εἰς αὐτὴν ἐρχομένοις πλοίοις καὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς. Quam narrationis diversitatem quo quis pacto ab excerptoris negligentia repetiverit? Immo vera Plinius tradiderit, quum rerum status viginti fere annorum spatio, quo Plinii fons a peripli nostri tempore distare videtur, facile mutari, piratæque armis Romanorum, qui quotannis huc navigabant *sagittariorum cohortibus impositis*, in angustiorem oræ tractum coerceri potuerint. Quod vero Plinius de *navium statione a terra longe remota* habet, id non ad Muzirim, sed ad Nelcyndam pertinere videtur, quum de hac statione tale quid rectissime Noster prodat. Præterea de navigatione per altum Hippalo vento instituenda Noster § 57 p. 298 nonnisi ἐν παρόδῳ tanquam de re omnibus nota paucis verbis monuisse satis habet, nec ita hoc facit ut apud Plinium legitur. Dicit enim proficisci nautas aut a Cane Arabiæ aut ab Aromatum in Libya promontorio, et petere aut Indoscythiam aut Barygaza aut Limyricen. — Pergit Plinius : *Alius utilior portus gentis Neacyndon* (quod ortum videtur e græco Νελκύνδων), *qui vocatur Becare* (perperam contra codd. auctoritatem editur *Barace*). *Ibi regnabat Pandion, longe ab emporio in mediterraneo distante oppido, quod vocatur Modura. Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becaren convehunt, vocatur Cottonara. Quæ omnia gentium aut oppidorum nomina apud neminem priorum reperiuntur, quo adparet mutari locorum status. Ex India navigant mense Ægyptio Tybi incipiente nostro Decembri, aut utique Mechiris Ægyptii intra diem sextum, quod fit intra Idus Januarias nostras; ita evenit, ut eodem anno remeent. Navigant autem ex India vento Volturno et, quum in-*

die Erde weiter gekannt haben. An der Ostküste Libyens gehen seine Nachrichten viel südlicher, als man um diese Zeit eine Küste vermuthete; und nach aller Wahrscheinlichkeit hat Plinius diesen oder mit ihm einerley Quellen bey der Stelle vor Augen, wo er bekennt, dass Seeleute schon viel südlicher gekommen waren, als man gewöhnlich die südliche Durchfahrt von Afrika ansetzte. »

(*) Schwanbeck. l. l. p. 367 : « Dass Plinius nicht ganz genau in allen Einzelnen mit dem Verfasser des Periplus stimmt, dass er sogar das Gegentheil von diesem sagt, ist bei seiner oberflæchlichen Art sehr begreiflich. » Cautius Vincent. l. l. p. 50; qui quum monuisset apud Plinium passim de Indicis locis et mercibus legi quæ etiam in periplo occurrunt, addit : « and yet there is no absolute proof that either copied from the other. But those who are acquainted with Pliny's method of abbreviation, would much rather conclude, *if one must be a copist*, that his title to this office is the clearest. »

travere rubrum mare, Africo vel austro. Noster memorat sane Nelcyndam emporium et Bacari (non *Becaren*) vicum et Pandionem in mediterraneis degentem nec non piper Cottonaricum, at nihil habet de gente Neacyndon, de Madura urbe, et quæ deinceps de navigationis tempore apud Plinium leguntur. Hæc igitur ita sunt comparata, ut ista de Plinio e periplo nostro sua mutuato sententia ne tunc quidem admittenda foret, si aliunde ætatem Nostri definire non liceret (*). Quonam fonte Plinius usus sit, non liquet. Index auctorum græcorum, quos in libro sexto adhibuerit, nonnisi nota nomina præbet, quorum nullum ad rem nostram pertinere potest. Omnino Plinius quæ *apud neminem priorum* reperiri dicit, non e periplo aliquo in publicum tunc edito sumserit, sed privato commercio accepisse videtur a negotiatore quodam, qui tunc in navibus sagittariorum manu instructis (de qua re nihil apud Nostrum legere est) stationes Indicas frequentavit.— Præter laudatos viros doctos neminem novi qui data opera de ætate nostri scriptoris inquisiverit. Qui verbo rem attingunt, ut plurimum Salmasii vel Vincenti sententias probant (**).

173. Argumentum peripli ita delineabo, ut primum geographica, deinde nautica, tum ea quæ commercia spectent, paucis comprehendam. A Berenice, ἐμπορίῳ ἀποδεδειγμένῳ, proficiscens auctor, post brevem Myoshormi, alterius emporii, mentionem, primum τὰ δεξιὰ ἀπὸ Βερενίκης sive Libycum litus describit (§ 1-18). Post Ægyptum igitur oram maritimam Ichthyophagi sparsim incolunt, mediterranea vero Barbari tenent, quos Agriophagi et Moschophagi excipiunt. Sequitur a Moschophagis ad alteros Aualitæ sinus Barbaros pertinens regnum Auxumitarum. Ibi in ora maritima quater mille a Berenice stadiis dissitum emporium portu carens, Ptolemais Venationum (§ 3); deinde post alia ter mille stadia Adulis ἐμπόριον νόμιμον in sinu profundo positum, in quod e mediterraneis per Cyenium et Auxumen et Coloen ebur confluit. Deinde præter Alalæi insulas aliumque sinum profundissimum, ad quem opsianus lapis reperitur, post alia quater mille stadia deducimur ad τὰ πέραν ἐμπόρια Barbariæ, Aualiten, Malao, Mundu, Mosyllum, post quæ occurrunt Niloptolemæum, Gaza, Elephas promontorium, Aromatum prom. et emporium, Tabæ prom., Opone emporium. Sequuntur Azaniæ Apocopa magna et parva, parvum et magnum litus, septem Azaniæ δρόμοι, quorum priores duo Serapionis et Niconis dicuntur, deinde Pyralaæ insulæ, Menuthias insula, denique Rhapta Azaniæ emporium ultimum. Post hæc ora versus occasum deflecti et orientalis oceanus juxta australe Æthiopiæ et Libyæ et Africæ litus mari occiduo misceri perhibetur. Hactenus τὰ δεξιὰ ἀπὸ Βερενίκης; in quibus quæ sunt usque ad Oponen, ipse Noster adiisse videtur; hucusque enim descriptio emporiorum accuratior testem oculatum prodit, et hucusque, non item in ulteriora, merces Ægyptias exportari videmus. Nimirum Azania pertinebat ad regnum Charibaelis Sabæorum regis, ab eoque demandata erat Chalæbo Mapharitidis regionis tyranno sive præfecto, cujus in præfectura Muzenses commercia Azaniæ a rege redemerant. Itaque Græci negotiatores Azaniæ portus non solebant frequentare, ac Noster sua ab Arabibus accepisse videtur. Ceterum quæ de Azania in periplo leguntur, in universum recte habent facilemque admittunt explicationem, dum Ptolemæi de eadem ora narratio vehementer laborat. Recte fortassis ille contra Marinum (cum quo Noster facit) contendit non esse inter magna et parva Apocopa distinguendum (v. not. p. 268), sed quæ idem de magnis Azaniæ sinubus, qui nulli sunt, deque eorum serie et de Menuthiadis insulæ situ habet, a vera oræ figura longissime recedunt et ex male mixtis fontibus conflata ad systema geographicum, secundum quod ultima Libyæ tunc notæ magis versus meridiem producenda erant, accommodata esse mihi videntur.

174. In altera peripli parte (§ 19 sqq.) τὰ εὐώνυμα ἀπὸ Βερενίκης exponens auctor primum memorat Leucen comen, Nabatæorum por-

(*) Idem Schwanbeckius censet periplo nostro usum esse Ptolemæum, nec non in Tab. Peutingeriana nonnulla ex eodem assumta esse. Quæ in hanc sententiam attulit, quam sint levidensia, non expono. Probent ista qui, si nomina quædam in duobus scriptoribus idem argumentum tractantibus eadem occurrant, alterum sua debere ex altero duxisse censent.

(**) V. Mannert. I, p. 131 (de quo cf. supra p. xcviii not.), Ukert *Geogr.* I, p. 209; Ritter loco supra p. xcvi laudato; Benfey in *Ersch u. Gruber*'s Encycl. v. Indien p. 90 (qui periplum circa an. 60 p. C. scriptum esse censet.); Lassen Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes IV, p. 198. Lucas Holstenius in epistola ad Peirescium (p. 17 in ep. Parisinis Bredovii) de nostro auctore hæc habet : « Certum est fuisse mercatorem Alexandrinum σύγχρονον Marino Tyrio aut Ptolemæo geographo. »

tum, quem *Arabes* frequentare indeque terrestri itinere in Petram Malichæ regiam onera transportare dicit, adeo ut hic portus ab Ægyptiorum commercio maritimo tunc alienus fuisse, ac merces Ægypti breviore via terrestri Petram transportatæ esse videantur. Nabatæorum ditionem excipit ἡ Ἀραβικὴ χώρα (modo recte id nomen habeat, neque legendum sit ἡ Ἀραβιτικὴ), quam præter ichthyophagos tenent gentes latrociniis deditæ, Κανραῖται (?) dicti (Ἀρραβῖται et Κιναιδοκολπῖται in mon. Adulit.). Quare Ægyptii oram istam vitantes a Berenice in medio sinu Arabico usque ad Combustam insulam navigant εἰς τὴν Ἀραβικὴν χώραν (*), ubi in Charibaelis Sabæorum et Homeritarum regis ditione occurrit Muza emporium, deinde Ocelis statio et Diodori insula et in meridionali litore Eudæmon Arabia. Sequitur in regione thurifera sub Eleaze rege Cane emporium, Avium et Trulla insulæ, sinus Sachalites in eoque Syagros promontium (*Cap Fartak*), cujus situm Noster rectius quam Ptolemæus indicat. Subjunguntur quædam de Dioscoridis insula. Jam ad Canen et Syagrum usque oræ descriptio accurata est et locuples; quæ vero sequuntur usque ad Indoscythiam paucioribus absolvuntur, in iisque falsa complura deprehendimus; porro ad Canen usque merces Ægyptias importari videmus, in reliquæ autem Arabiæ et Persidis et Carmaniæ portus nonnisi e Cane Arabicæ et e Barygazis et Limyrica Indicæ naves expediri solent : hinc igitur colligimus Nostrum non adiisse hunc tractum, sed pro more ætatis suæ per altum Hippalo vento stationes Indicas petiisse. In ea autem navigatione, nisi ab Aromatum promontorio proficiscebantur, a Cane Arabiæ solvebant, inde vero usque ad Syagrum prom. juxta oram navigabant, et hinc demum tendebant per altum : itaque ad Syagrum usque litus Arabiæ bene novit auctor, deinde vero aliena ex fide pendens parum accurata tradit. Quibus accensendum videtur quod post Syagrum in hod. *Dzofar* Moscham portum et Omanam regionem collocat (§ 32 p. 282), hodiernam *Mascatam* in *Oman* terra sita cum alio regionis thuriferæ portu (*Dzofar*, *Zafar*) confundens. Ptolemæus, qui cum Nostro hac de re fere consentit, ex eodem vel simili fonte hausisse videtur, quamquam is simul etiam hodiernæ *Mascate* situm indicat eo loco, in quo ponit κρυπτὸν λιμένα, pro nomine proprio usurpans appellativum, quod in *Mascate* portum quadrat optime. — Sequuntur in periplo Asich mons, Zenobii insulæ, regio Barbara Persis subjecta, Serapidis insula (**), de Ca-

(*) Quod si in antecc. verba ἡ Ἀραβικὴ χώρα recte habent, hoc loco fortasse legendum est εἰς τὴν Σαβαίτην χ. Cf. not. ad h. l. p. 273.

(*) Serapidis insulam (hod. *Massera* seu *Moseirah*) incolere dicuntur ἄνθρωποι ἱεροὶ ἰχθυοφάγων (§ 33 p. 283), pro quo scripsi ἄνθρ. πονηροὶ, quum eo nomine piratas auctor notare soleat, et ferocissimos in hoc tractu piratas degere constet. Fortasse tamen a mutanda vulgata abstinendum erat. Fieri enim potest, ut insulæ hujus memoria quædam subsit fabulis, quas de Sacra sive Panchæa insula ex Euemero refert Diodorus, utque similia etiam Noster acceperit. Narrat Diodorus VI, 2, 4 Euemerum ἐκπλεύσαντα ἐκ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ποιήσασθαι τὸν πλοῦν δι' ὠκεανοῦ πλείους ἡμέρας, καὶ προσενεχθῆναι νήσοις πελαγίαις, ὧν μίαν ὑπερέχειν τὴν ὀνομαζομένην Παγχαίαν, ἐν ᾗ τεθεᾶσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας Παγχαίους εὐσεβείᾳ διαφέροντας καὶ τοὺς θεοὺς τιμῶντας μεγαλοπρεπεστάταις θυσίαις. Idem V, 41, 4 postquam de Arabia Felici egerat, pergit : Ταύτης δὲ κατὰ τὰς ἐσχατιὰς τῆς παρωκεανίτιδος χώρας καταντικρὺ νῆσοι κεῖνται πλείους (*Moseira* et propinquæ minores), ὧν τρεῖς εἰσὶν ἄξιαι τῆς ἱστορικῆς ἀναγραφῆς, μία μὲν ἡ προσαγορευομένη Ἱερὰ, καθ' ἣν οὐκ ἔξεστι τοὺς τετελευτηκότας θάπτειν, ἑτέρα δὲ πλησίον ταύτης, εἰς ἣν κομίζουσι τὰ σώματα τῶν ἀποθανόντων ταφῆς ἀξιοῦντας (Hæc ficta ad similitudinem eorum quæ de Delo et Rhenæa scimus). Fert insula sacra thus, myrrham, alia aromata. Thuris arbor δένδρον ἐστὶ τῷ μὲν μεγέθει μικρὸν, τῇ δὲ προσόψει τῇ ἀκάνθῃ τῇ Αἰγυπτίᾳ τῇ λευκῇ παρεμφερές... Ὁ δὲ λιβανωτὸς ὁ γιγνόμενος ἐξ αὐτοῦ ὀπίζεται ὡς ἂν δάκρυον. Cum quibus confer quæ de eadem arbore in mediterraneis Arabiæ nascente apud Nostrum § 29 leguntur : Ἔστι δὲ τὰ δένδρα τὰ λιβανωτοφόρα οὐ μεγάλα λίαν οὐδὲ ὑψηλὰ,... ὥς τινα καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ δένδρων δακρύει τὸ κόμμι. Sed propius ad rem nostram pertinet quod Diodorus c. 42, 1 ait : τὸ δὲ πλάτος τῆς νήσου φασὶν εἶναι σταδίων ὡς διακοσίων : tot enim Serapidis insulæ, idque satis recte, in periplo tribuuntur; longitudinem insulæ Noster stadiorum 600 esse dicit, quum sit fere st. 450. — Incolunt Panchæam ins. Panchææ indigenæ, et advenæ Oceanitæ, Scythæ et Cretenses; mons Οὐρανοῦ δίφρος et Τριφύλιος Ὄλυμπος; urbs Panara, et alia tria oppida : Hyracia, Dalis, Oceanis. Noster vero tres vicos in Serapidis ins. esse narrat. *Massera* autem insulæ promontorium australe *Ras Bir-Rassas*, prom. boreale in mappa Arabiæ Berghausiana *Ras Alif*; cum quibus *Hyracia* et *Dalis* nomina componi possint. — Quod de incolis Panchææ e diversis gentibus mixtis Diodorus habet, non alienum est ab insula, quæ aptam nautis stationem præbebat. Similiter in Dioscoridis insula (*Socotra; beata insula*) et Arabes et Græcos et Indos habitasse e periplo nostro discimus. Nec non Agatharchides § 103 p. 191 de beatis insulis Arabiæ australi adjacentibus : Ἐν ταύταις ταῖς νήσοις, inquit, ἰδεῖν ἔστιν ὁρμούσας ἐμπορικὰς τῶν προσχώρων σχεδίας, πλείστας μὲν ἐκεῖθεν οὗ κατεστήσατο παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ὁ Ἀλέξανδρος ναύσταθμον, οὐκ ὀλίγας δὲ ἀπὸ τῆς Περσίδος καὶ Καρμανίας καὶ τῆς σύνεγγυς πάσης. Denique videant indicarum linguarum periti an non Ἱερὰ νῆσος apud Diodorum sit interpretatio nominis indici *Ma-sera* sive *Mo-seira*. Quæ quidem suspicio inde mihi subnascitur quod in regis indici nomine Σιρο·πτολεμαῖος (apud Ptolemæum VII, 1, 82) voculam Σιρο indice *sanctum* significare monet Benfeyus (v. not. ad peripl. § 50 p. 294).

læi insulis narratio falsissima (*), Calon mons, Asabon montes e regione montis Semiramidis, Apologi emporium prope Pasinu Characem, Omana aliud Persidis emporium; tum Parsidarum regio ad aliud regnum (Parthorum puto) pertinens et sinus qui corrupte, ut videtur, τῶν Τεράβδων(**) vocatur, in eoque promontorium (*Ras Arubah*) et Oræa emporium; post hæc Scythia Parthis tunc parens cum Sintho fluvio ejusque ad ostium emporio Barbarico. Indoscythiam excipit ἡ Ἰνδικὴ, in eaque primum quidem Ariace sub Mambane rege, deinde sub Ceprobothra Limyrice, tum regnum Pandionis. Novit Noster, quod non novisse videtur Ptolemæus, oram a Barygazis meridiemque versus exporrigi et hinc Indis eam terram dici Dachinabadam (*Dekan* hod.). Litoris ratio singulaque emporia accurate describuntur usque ad Nelcyndam; hucusque progressus auctor sistens paullulum periegesin, de ventis etesiis monet, quibus inde ab Hippali temporibus in Scythiæ et Indiæ hæc emporia navigari soleat. Ulteriora omnino rarius mercatores frequentaverint (***), neque Noster adiisse putandus est; nam quæ in sequentibus de oræ configuratione leguntur, a vero tam longe recedunt, ut αὐτοπτικὴ πίστις in his admitti nequeat. Quo accedit quod distantiarum mensuræ non amplius notantur, nec nisi perfunctorie regiones describuntur. Recte quidem auctor § 58 post Nelcyndam litus item versus meridiem exporrigi dicit, sed quum hæc oræ directio nonnisi usque ad Comori pr. (*cap Camorin*) pertineat, Noster multo longius eam producit usque ad Poducam (*Pondichery*) et Sopatmam (*Madras*), et hinc demum navigationem πρὸς ἀνατολὰς ἀπονεύειν (§ 61), et ibi demum objacere dicit Palæsimundu insulam, quam occasum versus usque fere ad Azaniam extendi opinatur. A Sopatma autem ortum versus navigari ait juxta Masaliam et Desarenen regiones, inde versus boream juxta gentes barbaras (quas ab oriente Gangis fl. Ptolemæus collocat), tum iterum ortum versus ad Gangem fluvium et emporium, a quo sequitur Chryse, ἡ ἐσχάτη τῆς ἀνατολῆς ἤπειρος, eique in alto objecta insula cognominis. Post hæc ora versus septentriones tendit usque ad Thinarum locum quendam, indeque occasum versus refluens oceanus cum Mæotide palude aquas miscere perhibetur.

Has igitur oras Noster describit et hanc quasi terrarum figuram periplo suo delineat. Quæ ipse vidit, nemo alius exponit accuratius, in ceteris inter multa egregia partim antiquiorum geographorum opiniones repetit, partim errores habet proprios.

175. Jam videamus quomodo nauta et mercator negotio suo fungatur. Ut a nauticis exordiar diligenter auctor notat, *quonam mense* ex Ægypto in certa aliqua emporia εὐκαίρως proficiscendum sit, ratione habita ventorum, qui in sinu Arabico et Oceano statis anni tempestatibus regnant. Ubi de navigatione hippalo vento instituenda verba facit, loca indicat unde solvere nautæ soleant, et quinam sit itineris modus, prout quis aut Indoscythiam aut Barygaza et Limyricam petat (§ 57). Neque negligit *signa* τοπικὰ, quæ in alto navigantibus nuntient terram propinquam, ut

Deinde vero huc facit quod *Socotra* quoque insulæ nomen indicum est (*dvipa sukhatara* i. e. *insula fortunata*). Quemadmodum ex hoc nomine tum Agatharchidis νῆσοι εὐδαίμονες, tum peripli Ptolemæique Διοσκουρίδος νῆσος derivant, sic forlasse ex *Mo-seirah* tum ἱερὰ νῆσος Diodori, tum Σεραπίδος vel Σαραπίδος νῆσος aliorum deducendæ sunt. Ptolemæus VI, 7 ita : Σεραπίδος νῆσος, ἐν ᾗ ἱερόν. Eandem notare videtur Ammianus Marcellinus XXIII, 6, 47 de Arabiæ insulis agens : *Insignior tamen aliis Turgana est, in qua Serapidis maximum esse dicitur templum*; in quibus *Turgana* est Ὄργανα Ptolemæi, qui insulam hanc a Serapidis insula distinguit, non procul tamen ab ea collocat. Quæritur an revera duæ insulæ distinguendæ sint, an duplex eidem nomen fuerit, an denique Ὄργανα nomen ex insula sinus Persici perperam huc translatum sit, ut cum aliis statui in not. ad Arrian. p. 358, ubi adde apud Plinium VI, 32 § 153 pro vulgata : *Ogyris distat a continente* CXX (vel *CXXV*) *m. p.* e codd. Voss. legendum esse *CCXXV* vel *CCXX* (2000 stad.).

(*) *Calæu insulæ* Plinii VI, 32 § 150 nihil huc pertinere dixi in not. p. 284. Adde illud *Calæu,* quod editiones exhibent, a Harduino e periplo nostro in Plinium temere illatum esse. Codices præbent. *Alieu* et *Alitæu* V. Prolegg. in Agatharchid. p. LXVII.

(**) Fort. sufficit manu lenissima corrigere Τεραβαίων. Ut Marcellinus pro Ὄργανα habet *Turgana*, ac Geographus Rav. eandem Gedrosiæ gentem et *Teritas* et *Oritas* dicere videtur : sic Noster Τεραβαίους dicere potuit pro Ἀραβαίους adeo ut Ἀραβαῖοι sint Ἀραβῖται Ptolemæi. De formis Ἀραβῖται, Ἀρβῖται, Ὀρβῖται, Ὠρεῖται monui in not. ad Arrianum — Oræa emporium probabiliter est Ἄρβις Ptolemæi ad Arabin fluvium, et quæ ab emporio septem dierum itinere distare dicitur metropolis, cujus nomen in codice peripli excidit, haud dubie est Πάρσις, Γεδρωσίας μητρόπολις, quæ in Ptolemæo tribus gradibus et dimidio ab ostio Arabis fluvii distat. — Ptolemæus enim quum ad Nostri geographica proxime accedere soleat, ex hoc incerta Peripli multo tutius explicaveris quam ex scriptoribus rerum Alexandri Magni.

(***) Cf. Strabo p. 686 : Καὶ οἱ νῦν δὲ ἐξ Αἰγύπτου πλέοντες ἐμπορικοὶ τῷ Νείλῳ καὶ τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ μέχρι τῆς Ἰνδικῆς σπάνιοι μὲν περιπεπλεύκασι μέχρι τοῦ Γάγγου καὶ οὗτοι δ' ἰδιῶται καὶ οὐδὲν πρὸς ἱστορίαν τῶν τόπων χρήσιμοι.

serpentes nigri prope sinum Irinum, virides in mari Barygazeno (§ 40); sin versus Indi ostia cursum tenueris, longe adhuc a terra semoto occurrit fluvii aqua alba (§ 38). Alia sunt indicia τοπικὰ impendentis tempestatis. Quodsi ad Aromatum promontorium aqua turbari cœpit mutatque colorem, tremens nauta ad Tabarum promontorii tutamen confugit (§ 12). Quibusdam in locis maris fluenta navigationem secundant, ut si quis Tabis Oponen petat (§ 13); in aliis summopere cavendum est; sic in Arabico sinu inter Nabatæorum et Sabæorum regiones ὁ παράπλους ἐπισφαλὴς καὶ ἀλίμενος ἡ χώρα καὶ δύσορμος καὶ ἀκάθαρτος, ῥαχίαις καὶ σπίλοις ἀπρόσιτος καὶ κατὰ πάντα φοβερά (§ 20). Inter Arabiam vero et Diodori insulam ῥοώδης, καταπνεόμενος ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν, ὁ διάπλους (§ 24). Alia pericula vitanda ad Irinum sinum (§ 40), alia in sinu Barygazeno, ubi cautium tæniæ, mare breve, litus humile ac summa repentini fluxus et refluxus vehementia adeo navigationem præpediunt, ut advenæ naves nonnisi remulco tractæ indigenarum piscatorum opera Barygaza attingere possint (§ 40). *Portus* commodi ubi suppetunt, rationem eorum non exponit Noster, contra vero monet ubinam boni quidem portus non sint, attamen stationes præbeantur modo securæ, modo periculosiores. Sic Barbariæ emporia insigniori portu carent, habent tamen ἀγκυροβολίαις καὶ σάλοις τοὺς ὅρμους κατὰ καιροὺς ἐπιτηδείους (§ 7). Ad Malao emp. ὁ ὅρμος ἐπίσαλος, σκεπόμενος ἀκρωτηρίῳ τῷ ἐξ ἀνατολῆς ἀνατείνοντι (§ 8). Ad Mundu emp. ἀσφαλέστερον ὁρμεῖ τὰ πλοῖα εἰς τὴν προσκειμένην ἔγγιστα τῆς γῆς νῆσον (§ 9). Mosyllum jacet ἐν αἰγιαλῷ δυσόρμῳ (§ 10). Prope Aromatum emporium ὁ ὅρμος ἐπίσαλος [καὶ] κατὰ καιροὺς ἐπικίνδυνος διὰ τὸ προσεχῆ τὸν τόπον εἶναι τῷ βορέᾳ (§ 12). Juxta Apocopa Azaniæ portus nullus, passim vero loca ἀγκυροβολίοις accommoda (§ 15). Muza emporium ἀλίμενον μὲν, εὔσαλον δὲ καὶ εὔορμον διὰ τὰ περὶ αὐτὴν ἀμμόγεια ἀγκυροβόλια (§ 24). Ptolemaidis τόπος ἀλίμενος καὶ σκάφαις μόνον τὴν ἐπιδρομὴν ἔχων (§ 3). Similiter Nelcynda Limyricæ onustis navibus adiri nequit, sed ad Bacaren vicum subsistendum ibique onera expromenda sunt (§ 55). In Adulitico autem sinu quum olim ad Diodori insulam litori proximam appellerent, nunc ad Orinen insulam naves sistunt, quoniam prior statio barbarorum incursionibus obnoxia sit. — Præterea *navigiorum genera* in aliis regionibus alia notare solet. Πλοιάρια ῥαπτὰ καὶ μονόξυλα ad Rhapta promontorium (cui hinc nomen est) et Menuthiadem insulam usurpant (§ 15. 16); σχεδίαις ἐντοπίαις δερματίναις ἐξ ἀσκῶν Arabes thus in Canen convehunt (§ 27); ἐντόπια ῥαπτὰ πλοιάρια τὰ λεγόμενα μαδάρα Omanis in Arabiam expediuntur (§ 36); μακρὰ πλοῖα ἃ λέγεται τράππαγα καὶ κότυμβα in sinu Barygazeno naves peregrinas remulco trahunt (§ 44); alia sunt τοπικὰ πλοῖα, quibus e Paduca et Sopatma in Limyricen navigant (§ 60); alia ibidem ἐξ μονοξύλων πλοίων μεγίστων ἀφαῖς ἐζευγμένων, λεγόμενα σάγγαρα, alia quæ hinc in Chrysen trajiciunt, κολανδιοφωντα (*) τὰ μέγιστα. Alibi magnitudines navium distinguuntur. Sic Arabes Leucen comen adeunt πλοίοις οὐ μεγάλοις, dum grandibus navibus utuntur Indi qui ligna aliasque res magni voluminis in Arabiam deportant.

176. Emporia, in regum ditionibus sita, aut ἀποδεδειγμένα, νόμιμα, ἔνθεσμα sunt, aut τοπικά. Hæc commerciis inserviunt quæ inter portus ejusdem regionis intercedunt; illa recipiendis mercibus peregrinis aut exportandis indigenis lex vel usus destinabat. In Ægypti ora emporia ἀποδεδειγμένα dicuntur Myoshormus et Berenice (§ 1), in Auxumitarum regno ἐμπόριον νόμιμον Adulis (§ 4), apud Sabæos Arabes Muza (§ 21) (**), apud Persas ἡ Ἀπολόγου (§ 35); in regione thurifera Moscha est ὅρμος ἀποδεδειγμένος τοῦ Σαχαλίτου λιβάνου (§ 32). In Ariaca Indica legitimum emporium est Barygaza; quod etsi expressis verbis non monet Noster, tamen inde patet quod reliqua hujus regni emporia, Suppara, Calliena, Mandragora, Palæpatmæ, Melizigara, Byzantium, Togarum, Tyrannosboas, vocantur τοπικὰ, in quæ si vel forte fortuna naves græcanicæ appellunt, imposita custodia Barygaza deducuntur. Ceterum ex his Callienam Saraganæ senioris temporibus ἐμπόριον ἔνθεσμον fuisse, sub Sandane autem imminutum esse traditur (§ 52). Similiter Eudæmon Arabia olim eximium fuit emporium, postea vero mutata navigationis ratione ad vici exilitatem redactum est, quem non ita multum ante Nostri ætatem Elisar destruxit (§ 26). In Limyrica Muziris, in Pandionis regno Nelcynda ἐμπόρια ἀποδεδειγμένα Nostri temporibus fuerint; certe hæ urbes dicuntur αἱ νῦν πράσσουσαι (§ 53),

(*) At vix sana vox κολ.., quæ in codice accentu caret. Fort. erat: κολάνδια ὄντα μεγ. vel πάντων τὰ μ., vel κόλανα διαφέροντα τῷ μεγέθει vel κόλανα λέγονται ὄντα μέγιστα.

(**) Probabiliter etiam Cane erat ἐμπόριον νόμιμον, quamquam id in codice nostro disertis verbis non dicitur.

i. e. *penes quas nunc res sunt,* quod Plinii ætate de Muziri nondum valuisse e supra allatis colligimus. In Barbaria, ubi suos singula loca principes (tyrannos Noster vocat) habebant, νόμιμον aliquod emporium non memoratur. Neque in Azaniæ emporia ejusmodi distinctio cadebat, quippe quæ Arabibus subjecta nonnisi Arabicis Muzensium navibus frequentabantur. Qui in Gedrosiæ ora unus memoratur locus, Oræa, dicitur ἐμπόριον μικρόν (§ 37), sicut Aualites (§ 7) et Ptolemais (§ 3). Leuce come in Nabatæorum ditione ἔχει ἐμπορίου τινὰ καὶ αὐτὴ τάξιν τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας ἐξαρτιζομένοις, ibique præsidium regium erat et quarta mercium pars vectigalis loco percipiebatur (§ 19). Denique Ocelis οὐχ οὕτως ἐμπόριον ὡς ὅρμος καὶ πρώτη καταγωγὴ τοῖς ἔσω (in Indicas stationes) διαίρουσι (§ 25).

177. Propter ea quæ de emporiis modo diximus, tum ob vectigalia et portitoria atque dona regibus vel præfectis destinanda plurimum mercatoris intererat bene nosse quorumnam imperio quævis regio esset subjecta. Ad hæc attendens Noster memorat regnum Auxumitarum sub Zoscale, Nabatæorum sub Malicha, Sabæorum Homeritarumque sub Charibaele, thuriferæ regionis sub Eleazo; regnum Persarum, aliud in Gedrosiæ ora, Parthorum in Indoscythia, Mambanæ in Ariace, Ceprobotræ in Limyrica, inque proximo hinc tractu Pandionis. Præterea in Sabæorum terra distinguit Mapharitidem regionem ejusque præfectum (τύραννον) Cholæbum, qui Charibaelis nomine etiam Azaniam administrabat. Ad eundem Charibaelem etiam Dioscoridis insulam pertinere, in Barbaria vero singulis emporiis suos esse principes narrat. Interdum de indole regis alicujus vel incolarum certi cujusdam emporii monet; sic Zoscales, Auxumitarum rex, avarus reique augendæ nimis intentus, ceterum probus vir nec literarum græcarum ignarus esse dicitur (§ 5); porro in Mundu emporio οἱ κατοικοῦντες ἔμποροι σκληρότεροι, in Aualite ἀτακτότεροι, in Málao εἰρηνικώτεροι (§ 7-9). His adde quæ de latronibus et piratis sinus Arabici et Indiæ leguntur § 20. 53.

14. Ceterum præter maritima passim etiam mediterranea loca, quibus cum portubus commercia intercedebant, auctor noster commemorat. Pertinent huc urbes regiæ vel principum sedes, ut Petra Nabatæorum (§ 19), Saphar et Save apud Sabæos (§ 21), Sabbatha in Arabia thurifera (§ 27), *Parsis* Gedrosiæ (§ 37), Minnagara Scythiæ metropolis, in Ariaca India Minnagara alia et Ozene, quarum illa Nostri tempore regis sedes erat, hæc ante fuerat; præterea tanquam præcipua Indiæ emporia memorantur Pæthana et Tagara, unde Barygaza merces longis itineribus devehuntur (§ 51, p. 294), in Pandionis autem regno Argalu locus, ubi margaritides sindones conficiuntur (§ 59), et apud Auxumitas Cyeneum, Axum et Coloe, per quæ ebur Adulin comportatur (§ 4). Eodem consilio § 47 auctor dicit Βαρυγάζοις ἐπικεῖσθαι Aratrios, Gandaræos, Poclaidem in eaque Alexandriam Bucephalum, et supra hos suis sub regibus Bactros. Quas regiones indoctus Noster non aliam ob causam memorat et Barygazis finitimas dicit quam quod merces inde in maritimum emporium confluere novit, sicut paullo post § 48, p. 293 dicit: Κατάγεται δι' αὐτῆς (Ὀζήνης) καὶ ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων ἡ διὰ Πωκλαΐδος καταφερομένη νάρδος καὶ ἡ Καττα6ουρίνη (leg. puto Κασπαπυρηνὴ, Caspapyri, *Cachmir,* regionis) καὶ ἡ Πατροπαπίγη (fuerit ἡ Παροπανισηνή) καὶ ἡ Καβολίτη (*Caboul* regionis). Similiter malabathri commercium narrationi de Thinarum et Sesatarum populis mediterraneis ansam dedit.

178. Præcipuam vero operam in eo ponit mercator, ut species (γένη) sive merces, quæ in singula emporia maritima navibus importentur (προχωρεῖ, εἰσάγεται, εἰσφέρεται) indeque exportentur (ἐξάγεται, ἐκφέρεται), accurate recenseat. Qua in re non satis habet nomina earum apposuisse, sed sæpius monet etiam de qualitate et minore vel majore mercis alicujus copia vel inferenda in certum aliquod emporium vel ex eo exportanda. Porro distinguit res mercaturæ causa (πρὸς ἐργασίαν) importandas ab iis quæ doni loco ad reges et præfectos mittendæ vel naucleris benevolentiæ captandæ causa distribuendæ sint.

179. Quodsi in his Ægyptiam mercaturam præ ceteris ob oculos habet, haud pauca tamen etiam de commerciis affert quæ peregrina emporia inter sese exerceant, sive quod de instituto (προηγουμένως, συνήθως) ab alteris ad altera naves expediantur, sive quod prætemavigantes negotiatores data occasione merces commutent. Sic Barygazeni in Omana emp. naves lignis onustas mittunt συνήθως (§ 36), et in Ægyptum navigantes e Moscha portu (§ 32) et Barbariæ emporiis (§ 14) obvias res in prætervectione assumunt. Similiter Muzenses συγχρῶνται τῇ τοῦ πέραν ἐργασίᾳ καὶ Βαρυγάζων

ἰδίοις ἐξαρτισμοῖς (§ 21), atque Cane ἔχει καὶ αὐτὴ σύγχρησιν τῶν τοῦ πέραν ἐμπορίων, Βαρυγάζων καὶ Σκυθίας καὶ Ὀμάνων καὶ τῆς παρακειμένης Περσίδος (§ 27), et si quæ alia ejusmodi leguntur.

180. Hæc sunt argumenti capita, in quibus ratio et indoles et pretium libelli eximii, quem unum ex hoc genere superstitem habemus, reposita sunt. Reliqua non adeo multa quasi πάρεργα intersperguntur. Quorum nonnulla et ipsa mercatorem virumque non ultra sapientem redolent. Ejusmodi est quod Barygazis narrat (§ 47) veteres drachmas in commercio occurrere signatas effigie Menandri vel Apollodoti; hos vero fuisse inter Alexandri successores, qui ad Gangem usque penetrasset, relictis a dextra Limyrice et India australi. In Gangetica vero regione auri metalla esse ac monetam auream, cui Caltis nomen, reperiri monet. Alia ad geographicas descriptiones pertinentia habes § 15 de Menuthiade, § 33 de Serapidis insula, § 30 de Dioscuridis ins., § 61 de Taprobane, § 29 et 32 de regione thurifera, thurisque collectione et custodia, § 50 de bestiis Dachinabadæ, § 63 de Gangis incrementis; quibus adde § 59 de Comari deæ cultu notitiam, et historica quædam de Ptolemaide Therôn (§ 3) nec non de Parthicis in Scythia regulis (§ 38).

181. Dictio auctoris, utpote hominis βαναύσου, paullo rudior et incultæ simplicitatis, angusto aliquot formularum giro sese continet. Quod ipsum, ut nunc res habet, non ingratum nobis venit, quum ad redintegranda verba in permultis locis corruptissima idoneum præbeat auxilium. Notanda sunt in mercium catalogo nonnulla vocabula Romana, ut λέντια (§ 6), σκοτουλάτος (§ 24), δηνάριον (§ 6. 8), quæ ante Nostrum a græco aliquo scriptore usurpata esse vix probaveris.

182. Appendicis loco subjicio MERCIUM, QUÆ IN PERIPLO MEMORANTUR, INDICULUM.

I. ANIMALIA: Παρθένοι εὐειδεῖς πρὸς παλλακίαν regi destinandæ importantur Barygaza (§ 49). — Δοῦλικα κρείσσονα, ἃ εἰς Αἴγυπτον προχωρεῖ μᾶλλον, in Opone reperiuntur (§ 14). — Σώματα θηλυκὰ ex Arabia et India in Dioscoridis insulam transportantur (§ 31). — Σώματα, *servi*, Omanis et ex Apologi emporio imp. Barygaza (§ 36); item ex Mundu et Malao, rarius tamen (§ 8. 9). — Ἵπποι regi Canen, tyranno Muzam importantur (§ 23. 24). — Ἡμίονοι νωτηγοὶ tyranno Muzam imp. (§ 34).

II. RES, QUAS ANIMALIA SUPPEDITANT: Βούτυρον (?) in Ariace (§ 41); Barygazis imp. in τὰ πέραν ἐμπόρια Barbariæ Libycæ (§ 14 (*)). — Δέρματα Σηρικὰ (**) exp. ex Barbarico ad Sinthum fl. emporio (§ 39). — Ἐλέφας exp. Aduli (§ 6); ὀλίγος Avalite (§ 8); ὀλίγος, ὅμοιος τῷ Ἀδουλιτικῷ, Ptolemaide (§ 3); σπανίως, Mossylo (§ 10); πλεῖστος, ἥσσων δὲ τοῦ Ἀδουλιτικοῦ, ex Azaniæ emporiis (§ 16. 17); præterea exp. Barygazis (§ 49), Muziri et Nelcynda (§ 56). Cf. Βωσαρὴ ἐλέφας in Desarene regione, § 62. — Ἔριον Σηρικὸν e Thinarum regione per Bactriam Barygaza, et per Gangem fl. in Limyricen imp. (§ 64). — Κέρατα (?) Barygaza in Omana et Apologi emporia imp. (§ 36, ubi v. not.). — Κοράλλιον imp. Canen (§ 28), in Barbaricum Indi emporium (§ 39), Barygaza (§ 49), Nauram, Tyndin, Muzirin, Nelcyndam (§ 56). — Λάκκος χρωμάτινος Adulin exportatur (§ 6) ἀπὸ τῶν ἔσω τόπων τῆς Ἀραβικῆς (ex locis quæ intus sunt ab Arabia sive ab Arabia orientem versus, i. e. ex India?

(*) Βούτυρον significare *oleum* censet Lassen. *Ind. Alterth.* I, p. 213, addens: « Die Butter muss so heissen Lændern wie Indien fremd sein ». Attamen de butyro (*Ghee* indice) in *Dekan* regione e lacte parato dicit Ritterus VI, p. 498. V, p. 895. Contra vero τὸ ἔλαιον, quod ex India in Moscham Arabiæ Noster deportari ait (§ 32), de butyro sive *Ghee* intelligendum esse suspicatur Ritterus XII, p. 335, præter necessitatem Intellige oleum sesaminum, quod ex India etiam alio exportari scimus. — Ceterum quum butyrum nonnisi in altioribus minusque calidis *Dekan* regionibus parari videamus, idque consentaneum sit, mireris hanc mercem caloris impatientem in torridam Barbariæ zonam navibus transferri. Quare nescio an § 42 (πολυφόρος δὲ ἡ χώρα σίτου καὶ ὀρύζης καὶ ἐλαίου σησαμίνου καὶ βουτύρου καὶ καρπάσου) et § 14 (σῖτος καὶ ὀρυζά καὶ βούτυρον καὶ ἔλαιον σησάμινον) pro βούτυρον legendum sit βόσμορον sive βόσπορον, quod cum ceteris cerealibus aptius componeretur, ut apud Strabon. p. 690: λίνον σπείρεται (in India) καὶ κέγχρον, πρὸς τούτοις σήσαμον, ὄρυζα, βόσμορον (cf. p. 692), et Diodor. II, 36: τὴν ὄρυζαν καὶ τὸ βόσπορον, ἔτι δὲ σήσαμον καὶ κέγχρον. Alibi nomen non occurrit; eandem fortasse plantam describit Theophr. H. Pl. IV, 4, 9. Quænam sit, inter herbarios non constat. Vide Ernest. Meier. *Botanische Erlæuterungen zu Strabons Geographie* (Königsberg, 1852) p. 64.

(**) Vocem δέρματα in not. ad. § 39 cum Vincento fortasse corruptam esse dixi. Perperam. Plinius 34, 41: *Seres hoc* (ferrum) *cum vestibus suis pellibusque mittunt.* Conferendus etiam est locus, quem ex *Mahâbhârata* II, c. 50, dist. 1847 affert Lassen l. l. I, p. 321 ubi dona quæ *Iudhishthiræ* afferunt gentes *Çaka, Tukhâra* et *Kanka* recensentur: lana (cf. ἔριον Σηρικὸν in peripl. § 64), *pelles, texta serica* (*kitaga*, i. e. quod a verme, ἀπὸ σηρός, κιός, provenit, μέταξα), texta e patta planta strata sive tapetes (« von *patta* gemachtes, i. e. aus der Pattapflanze, deckenæhnliche Matten » *Lassen*. Cf. τέρπονες ὠμαμπελίνοις παραπλήσιοι, quibus ὑποστρωμάτων loco Sesatæ utuntur in Peripl. § 64), mollia ovium vellera etc. Quæ quidem omnia ad Sericam regionem (quam sic de σηρὸς proventu apud peregrinos dici usus obtinuit) spectare vix dubium est.

Potius legendum est τῆς Ἀριακῆς, quod etiam § 41 in Ἀραβικῆς abiit). Laccus purpura est, quam indice dicunt *lâxâ*, vulgari lingua *lakkha* vel etiam *râxâ* (a *rang*, i. e. tingere), monente Lassenio l. l. p. 316, qui de insecto purpuram istam præbente laudat Guilielmum Roxburgh *On the Lac insect* in *Asiat. Res.* vol. III, p. 364 sqq. — Μαργαρίτης, ἱκανὸς καὶ διάφορος, exp. Muziri et Nelcynda (§ 56). Cf. πινικόν. — Νῆμα Σηρικὸν e Thinarum terra importatur Barygaza et in Limyrices emporia (§ 64); exp. Barygazis (§ 49) nec non ex Barbarico Indi emporio (§ 39). — Πινικίου κόγχου κολυμβήσεις πλεῖσται κατὰ τὸ στόμα τῆς Περσικῆς θαλάσσης (§ 35). Πινικόν, πολὺ μὲν, χεῖρον δὲ τοῦ Ἰνδικοῦ exp. ex Apologi et Omanis emporiis (§ 36). Πινικοῦ κολύμβησις ad Colchos in Pandionis regno prope Epiodori insulam; collectum transportatur in Argalu locum mediterraneum, ubi μαργαρίτιδες (?) σινδόνες conficiuntur (§ 59). Margaritas habet etiam Taprobane (§ 61). Importantur in Gangem emporium (§ 63). — Πορφύρα, διάφορος καὶ χυδαία, ex Ægypto imp. Muzam (§ 24) et Canen (§ 28) et ex Omanis et Apologi empp. Barygaza (§ 36). — Ῥινόκερως exportatur ex Aduli (§ 6) et Azaniæ emporiis (§ 7). — Χελώνη exp. Aduli (§ 6), Aualite (7); ἀληθινὴ καὶ χερσαία ὀλίγη, καὶ λευκὴ μικροτέρα τοῖς ὀστράκοις, Ptolemaidé (§ 3); χελωνάρια ὀλίγα, Mossylo (§ 10); χελώνη πλείστη καὶ διαφορωτέρα τῆς ἄλλης, Opone (§ 13); ὀρεινὴ e Menuthiade ins. (§ 15); πλείστη et διάφορος μετὰ τὴν Ἰνδικὴν, ex Azaniæ emporiis (§ 16. 17); ἀληθινὴ καὶ χερσαία καὶ ἡ λευκὴ, πλείστη δὲ καὶ διάφορος τοῖς ὀστράκοις μείζοσι ἡ ὀρεινή, ex Dioscuriadis ins. (§ 30. 31); ἱκανὴ e Serapidis insula (§ 33). Ἡ χελώνη τῆς Χρυσῆς νήσου πάντων τῶν κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν τόπων ἀρίστη, § 63. Ἥ τε Χρυσονησιωτικὴ καὶ ἡ περὶ τὰς νήσους τὰς προκειμένας αὐτῆς τῆς Λιμυρικῆς exportatur Muziri et Nelcynda (§ 56). Denique Taprobane testudinem habet (§ 61).

III. Plantæ et quæ ex plantis proveniunt. Ἀλόη exportatur e Cane (§ 28). — Ἀρώματα (εὐωδία, θυμιάματα) ex Aualite (§ 7), Mossylo (§ 10). Inter Tabarum species (§ 12) recensentur: ἀσύφη καὶ ἄρωμα, καὶ μάγλα, et similiter in Opones mercibus: κασσία καὶ ἄρωμα καὶ μότω; in quibus forsitan certum quoddam aromatum genus κατ' ἐξοχὴν vocatur ἄρωμα (an cinnamomum?); fortasse etiam pro ἄρωμα leg. ἀρηβῶ, ut in not. suspicatus sum. — Ἀσύφη, cassiæ genus, e Tabis (§ 12). — Βδέλλα (hanc formam pro vulgari βδέλλιον affert etiam Hesychius) nascitur in ora maritima Gedrosiæ (§ 37); exportatur e Barbarico ad Sinthum fl. emporio (§ 39); e mediterraneis fertur Barygaza (§ 48), unde auferunt peregrini mercatores (§ 49). Cf. Dioscorid. I, 80; Plin. XII, 9; Galen. therapeut. ad Glauc. II, p. 106, ubi Σκυθικὸν βδέλλιον ad Indo-Scythiam peripli pertinet. Apud Dioscod. pro Σαρακηνικοῦ βδελλίου Lassenius l. l. p. 291 probabiliter Χαρακηνικοῦ reponendum esse conjicit, quum Charax emporium Gedrosiæ propinquum sit, neque de Arabico bdellio certius constet. Bdellium indicum est gummi *Amyridis Agallochi.* De Gedrosiæ bdellio res incertior. Vide quæ congessit Lassen l. l. p. 490. Neque de nominis βδέλλιον etymo liquet; indicum esse Lassenius suspicatur. — Γίζειρ, cassiæ genus, e Tabis (§ 12). — Δόκοι Barygazis vehuntur in Omana et Apologi emporia (§ 36). — Δούακα (probabiliter ea cassiæ species quæ apud Dioscoridem I, 12 δάκαρ s. δακὰρ s. δάρκα vocatur) exportatur e Malao et Mundu empp. (§ 8. 9). — Ἐβένιναι φάλαγγες Barygazis exp. in Omana et Apologi empp. (§ 36). — Βόσμορον s. βόσπορον? V. not. pag. CV — Ἔλαιον, οὐ πολύ, ex Ægypto exp. Adulim (§ 6); ἔλαιον σησάμινον, in Ariace proveniens (§ 40), Barygazis exp. in Barbariæ empp. (§ 14) inque Moscham Arabiæ (§ 32). — Ἰνδικὸν μέλαν (*Indigo*) exp. e Barbarico Scythiæ (§ 39). Vid. Salmas. in Exercc. Plin. p. 181 veterum testimonia componens, ridensque quæ Plinius 35, 25 de *atramento* Indico tradit. — Κάγκαμον exp. e Malao et Mundu (§ 8 not. 9). — Καλάμινον μέλι. Vid. μέλι. — Κάρπασος (sanscr. *Karpâsi;* hebr. *Karpas*; *Gossypium arboreum*) in Ariace provenit (§ 41). — Κασσία seu κασία (hebr. *Kiddah* et *Keziah*) exp. e Tabis (§ 12); σκληροτέρα e Malao et Mundu (§ 8. 9); κασσίας χρῆμα πλεῖστον e Mosyllo et Opone (§ 10. 13). Peripli auctor certam quandam cassiæ speciem κατ' ἐξοχὴν cassiam dicere videtur, siquidem quæ cum cassia ab eo componuntur γίζειρ, ἀσύφη, μότω, δουάκα, aliis sunt genera cassiæ. Quodsi Strabo aliique in Barbariæ regione et cassiam et cinnamomum nasci dicunt, cinnamomi nomine item cassiæ genus signari videtur (*). Ipsum hoc cinnamo-

(*) Quum genuinum cinnamomum (*cinn. Zeilanicum*) quod nos novimus, nonnisi in Taprobane proveniat, plurimi credunt in Libya nusquam id nasci, sed quod ex Indiæ emporiis in Barbariam et hinc ad alios devehebatur, in

mum a Nostro cassiam dici censet Cooley Anglus. Quamquam quænam lauri species in hac regione proveniant, et cassiam præbeant, nondum constat. Ceterum laurus cassia fuerit arbor τῶν δαφνώνων, quos in ora Barbariæ Periplus memorat.

Κιννάβαρι, τὸ λεγόμενον Ἰνδικόν, ἀπὸ τῶν δένδρων ὡς δάκρυ συναγόμενον, in Dioscoridis insula (§ 30 ubi v. not.). — Κόστος (sanscr. *Kushtha*) exportatur e Barbarico ad Indum emporio (§ 39), et Barygazis, quo fertur ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων per Poclaidem etc. V. Plinius XII, 25 : *Radix costi gustu fervens, odore eximio, frutice alias inutili. Primo statim introitu amnis Indi in Patala insula duo sunt ejus genera; nigrum, et quod melius, candicans.* Lassen l. l. p. 287 duo nunc costi in India genera reperiri ait, alterum in *Multan* regione, alterum in *Kaboul* et *Kachmir*; in *Kachmir* regione nuper radicem plantæ denuo detectam esse (v. Royle ad Vigne travels II, p. 459). — Κρόκος ex Æg. fertur Muzam (§ 24) et Canen (§ 28). — Κύπερος, *juncus odoratus*, ex Ægypto in Muzam (§ 24). — Λέντια, lintea, exp. Adulin ex Ægypto (§ 6). — Λίβανος (hebr. *lebonah*, arab. *louban*), ὁ περατικὸς sive Libycus ἐν τοῖς πέραν τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου proveniens, exportatur e Barbariæ emporiis, Tabis (§ 12), Mossylo (§ 10), ὀλίγος e Malao et Mundu (§ 8. 9); ἐν Ἀκάνναις μονογενῶς πλεῖστος καὶ διάφορος γίνεται (§ 11). — Arabici thuris ἐκδοχεῖον in Eleazi regno est Cane emporium (§ 28); ad Sachaliten sinum λιβάνου ἀποθήκη prope Syagrum prom. (§ 30). Præterea Moscha dicitur λιβάνου τοῦ Σαχαλίτου ὅρμος ἀποδεδειγμένος, unde in Canen et Indiam (§ 32) et Indoscythiam (§ 39) transvehatur. In *Barbariæ* ora nuper thuris arborem denuo detexit Kempthornius (*Description of the Frankincence tree as found in Guardafui* apud Harris *The Highlands of Abyssinia, London,* 1844, Vol. I, App. III, p. 427), ex quo Ritterus XII, p. 360 refert arborem perfrequentem esse in jugo montano, quod mille pedes altum *Cassim* portui immineat; in nudis crescere saxis; aroma a pastoribus collectum vendi Banianis et Arabibus. Ceterum accuratius arborem Ritterus quidem non descripsit. Præterea ex Meiero l. l. p. 137 disco Richardum (*Tentamen Floræ Abyssinicæ* I, p. 148) in Abyssiniæ montibus et quater mille pedum altitudine reperisse *Boswellianam papyriferam*, ab indigenis *Makkar* seu *Makar* dictam (μάκειρ Peripli?), ex qua effluat liquor resinæ similem, pellucidam, flavam (zitronengelb), et, si cremetur, albo vapore emittens suavissimum odorem thuris Indici; denique Russeggerum (*Reisen* vol. II, t. II, p. 330) referre a meridie *Kordofan* regionis inde

ipsa Libya natum esse a veteribus putari, præsertim quum similiter de aliarum plantarum patria sæpenumero erratum sit. Alia sententia est viri docti, *Desborough Cooley* in dissertatione *On the Regio Cinnamomifera on the Ancients* in *Journal of the royal geogr. soc. of London* 1849. vol. XIX, p. 106 191). Cujus disputationis summam paucis comprehendit *Ernst Meyer* (in *Botanische Erlæuterungen zu Strabons Geographie, etc. Kœnigsberg.* 1852 p. 142): « Er beweist, inquit, dass der *Zeilanische* Zimmet vor dem sechsten Jahrhundert unserer Zeitrechnung gar nicht in den Handel gekommen, und dass ihm die Zingalesen selbst noch im dreizehnten Jahrhundert wenig Aufmerksamkeit schenkten. Weit früher, zeigt er, sei ein *Chinesischer* Zimmet überland durch Persien zu den Phœniziern gelangt. Daher der Name *Cinnamomum, chinesisches Amomum,* und der Persische Name *Darchini, chinesisches Holz.* Spæter hætten aber die Sabæer eine æhnliche Waare aus dem *œstlichen Afrika* unter demselben Namen zu Markt gebracht, und allmælig die ursprüngliche chinesische völlig verdrængt. Theophrastos, Dioscorides und Andere unterchieden zwar *Zimmet* und *Kassia,* doch keineswegs durch wissenchaftlich festgestellte Merkmale, woraus sich auf eine spezifische Verschiedenheit ihrer Mutterpflanzen schliessen lasse. Die Zimmetrinde sei nur mit, die Kassiarinde ohne das Holz zu Markt gekommen. Das habe sich indessen schon zu Galenos Zeiten geændert; damals wære beides, Zimmet und Kassia, in beiderlei Formen, als blosse Rinde und als Rinde mit dem Holze auf den Markt gekommen, die beste Kassia dem geringsten Zimmet so æhnlich dass Galenos (vol. XIV, p. 56. 63. 70. 73 ed. Kühn) sie nicht mehr habe unterscheiden kœnnen; ja derselbe erzæhle sogar, wie aus dem Kassiabaum zuweilen Zimmet werde, so dass das Ganze zwar einen Kassiabaum darstelle, einzelne Seitenzweige desselben aber Zimmet wæren. Spæter verschwinde der Name Zimmet unter den Handelsartikeln des rothen Meeres ganz. Schon der Verfasser des Periplus dieses Meeres, der nach Letronne nicht vor Septimius Severus und seinen Sohn Caracalla, also in den Anfang des dritten Jahrhnnderts unsrer Zeitrechnung zu setzen sei [perperum, utique], *scheine,* was man *vordem* Zimmet nannte, mit dem Namen *Kassia* zu bezeichnen, indem er die früher bekannten Kassiasorten, so weit sie noch im Gebrauch waren, mit ihren Eigennamen Gizi, Moto, Duaka und Asyphe nennt, und die Kassia als einen besondern Artikel an ihre Spitze stellt. Bei Philostorgius komme zwar der Zimmet noch einmal vor; Cosmas Indopleustes *scheine* aber wieder wie der Verfasser des Periplus *unter Kassia auch den Zimmet zu begreifen.* Sehr natürlich; denn Kassia sei das æcht semitische Keziah, der Name des arabisch afrikanischen Produkts, auf welches man den Namen des ursprünglich chinesischen Produkts im Handel nur übertragen hatte. Erst nach der Gründung Bassorahs durch die Sassaniden habe sich der Handel aus dem rothen Meer in den Persischen Meerbusen gezogen; nun erst habe man Zimmet aus Malabar und spæter noch die bessere Art aus Zeilon kennen gelernt, welche den arabisch-afrikanischen gænzlich verdrængte. Nach dem einstimmigen Zeugniss aller Schriftsteller müsse man aber den letztern als ein Erzeugniss des Landes der Somauli betrachten. Nur die irrige Voraussezung dass im Handel derselbe Name zu verschiedenen Zeiten immer dasselbe Object bezeichne, habe bisher die Anerkennung dieser Thatsache verhindert. »

a duodecimo latitudinis gradu silvas esse *Amyridis papyriferæ*, quæ dicatur *Luban*; indeque confirmari quod unus tradit Herodotus II, 8. — *Arabici* thuris arborem recentiores viatores oculis nondum usurpasse videri dixi in annot. ad § 29; at vidit eam in *Subahn* montibus *Hadhraumaut* regionis Purser Smyth (*Journal of the geogr. soc. of London* XV, p. 119), quamquam accuratior ejus descriptio adhuc desideratur. Ceterum duo thuris genera nunc in *Makalla* portu Wellstedius divendi narrat, alterum *louban*, alterum *louban mati;* hoc est *thus eximium*, quod quum suffitum minus suavem præbeat, tamen sic vocari ab *Arabibus* potuisse Meierus l. l. p. 135 censet, quoniam ad manducandum præferatur, et manducando potius quam suffiendo apud Arabes thus inserviat. — Thus *Indicum* (e *Boswellia serrata* et *Boswellia glabra* in *Bandelkand* regione inter *Çona* et *Nâgpur* proveniens), cujus jam Strabo p. 782 et Dioscorides I, 81 meminerunt, a Nostri commerciis alienum fuisse videtur. De thure Carmaniæ, quod e Juba Plinius XII, 31 memorat, et nonnullos omnium optimum dicere Strabo l. l. refert, inter recentiores parum liquet (V. Meier l. l. p. 132). — Λύκιον exportatur e Barbarico Scythiæ (§ 39) et Barygazis (§ 49). Plinius XXIV, 77: *Lycium præstantius e spina fieri tradunt, quam et pyxacanthum Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longe præstantissimum existimatur Indicum.* Cf. Dioscor. I. 133; Galen. vol. XIII, p. 204; Celsus V, 26, 30. VI, 7. — Μάγλα, aliunde non notum, fortasse cassiæ genus, exportatur Tabis (§ 12). — Μάκειρ exp. e Malao et Mundu (§ 8. 9). Plinio et Dioscoridi, aliis, est cortex Indicus; fortasse cassiæ species. De aromatifera Abyssiniæ arbore *makar*, cujus supra mentionem fecimus, cogitari vix potest. — Μαλάβαθρον (sanscr. *tamâlapatra*, i. e. lauri cassiæ folium; nunc vocari solet *tegpat*, quod ortum ex *tvak* (laurus cassia) et *patra* (folium), docente Lassenio l. l. p. 284) quomodo a Sesatis Thinæ accipiant proditur narratione fabulosa; hinc in Indiam deportatur (§ 65); per Gangem fl. in Gangem emporium devehitur (§ 63); ἐκ τῶν ἔσω τόπων φερόμενον exportatur Muziri et Nelcynda (§ 56). Ptolemæus VII, 2, § 16 optimum malabathrum esse dicit in Cirrhadia, circa hod. *Rangpur* (*). Plinius XII, 59: *Dat et malabathrum Syria, arborum folio convoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad unguenta; fertiliore ejusdem Ægypto. Laudatius tamen ex India venit.... Sapor ejus nardo similis esse debet sub lingua, odor vero in vino suffervefacti antecedit alios.* — Μέλι τὸ καλάμινον τὸ λεγόμενον σάκχαρι (sansc. *çarkara*, pracr. *sakkara*, arab. *sukkar*, pers. *chakar*) Barygazis exp. in Barbariæ emporia. Cf. Plinius XII, 17: *Saccharum... mel in arundinibus collectum gummium modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum usum.* — Μελίλωτον ex Ægypto importatur Barygaza (§ 49). — Μοκρότου, θυμίαμα, aliunde non notum (an de *makar* arbore collectum?), exportatur e Mundu emp. (§ 9); ἧσσον τοῦ Μουνδιτικοῦ e Mossylo (§ 10). — Μότω, cassiæ genus, exp. Tabis et Opone (§ 13). — Μύρον, οὐ βαρύτιμον οὐδὲ πολὺ, sed ἔξοχον, regis in usum, ex Æg. imp. Barygaza (§ 49). — Νάρδος (sanscr. *naladâ*, odorifera; pers. *narada*, *narda*, *nard;* hebr. *nerd.*) ἡ Γαγγητικὴ per fluvium in Gangem emp. defertur (§ 63), indeque Muzirim et Nelcyndam (§ 56). Porro in Barygaza emporium κατάγεται δι' Ὀζήνης ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων ἡ διὰ Πωκλαΐδος καταφερομένη νάρδος ἡ Κασπαπυρηνὴ καὶ ἡ Παροπανισηνὴ (**) καὶ ἡ Καβολίτη καὶ ἡ διὰ τῆς παρακειμένης Σκυθίας (§ 48). Barygazis nec non a Barbarico Scythiæ nardum exportant Ægyptii (§ 49. 39). Ceterum de nardo, e *Valerianca* proveniente et de forma plantæ etiam στάχυς νάρδου seu ναρδόσταχυς dicta, v. W. Jones *On the Spikenard of the Ancients* in *Asiatic Researches* tom. II, p. 416 sqq.; Roxburgh *Additional remarks on the Spikenard of the ancients* ib. tom. IV, p. 97 sqq., et *Botanical observations on the Spikenard* ib. p. 433. — Ναύπλιος (?) ὀλίγος exportatur ex Azaniæ emporiis (§ 17). « Obscuræ est significationis et suspectæ scripturæ. » L. Dindorf in St.

(*) « Nach Royle p. 320 wird das *Tegpat* in Rangpur und Silhet aus Cinnamomum Tamâla, und westlicher im Himâlaja aus Cinnamomum albiflorum gezogen. » Lassen. l. l. p. 281. n.

(**) Sic § 177 correxi vulgatam Πατροπαπίγη. Confer quæ de Dioscoridis loco monet Lassenius l. l. p. 288: « Dioscorides I, 6 sagt es gebe eine Indische und eine Syrische Art (der Narde); diese finde sich aber nicht in Syrien, sondern heisse so weil sie auf einem Berge wachse, der theils gegen Syrien, theils gegen Indien gewendet sei. Ein grossartiger Berg! Diese geographische Unwissenheit læsst sich nicht forstchaffen, auch wenn wir Assyrien für gemeint halten; es muss aber etwa der *Paropamisus* gemeint sein. »

Thes. v. ναύπλιος. Quod apud Plinium IX, 49 legitur : *in Propontide concham esse acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata : in hac condi nauplium, animal sepiæ simile*, id ad nos nihil facere videtur. Nescio an pro ναΥΠλιος fuerit ναΡΓΙλιος. Nimirum inter merces hodiernas *Zanguebar* regionis Guillain in *Annales maritimes* 1843 p. 818 recenset *huile de coco*. Apud Arabes vero Indica *cocos nucifera* vocatur *nargil* (sanscr. *nârikêla*. V. Ritter V, p. 836, Lassen. p. 267); *nargillus nux Indica* ap. Joannem de Marignola (an. 1340), monente Rittero; denique apud Cosmam Indopl. p. 336 quattuor locis nuces dicuntur ἀργέλλια, ubi num ναργέλλια (sicuti p. 337 ναρδόσταχυς pro ἀνδρόσταχυς) scribendum sit, an parum accurate nomen Cosmas noverit, in medio relinquo. Fieri igitur facile potuit, ut apud Nostrum cocos Azânica nucifera nomine indico appelletur νάργιλ vel ναργίλιος, adeo ut scribendum foret aut ναργίλιος ὀλίγος aut ναργίλιος ὀλίγον. — Ὀθόνιον τὸ Σηρικὸν e Thinis Barygaza et in Limyricen fertur (§ 64); Ἰνδικὸν χυδαῖον ἱκανὸν in Ariace (§ 41) ex Ozene deportatur Barygaza (§ 48); multum etiam e Tagaris (§ 51). Ex India Limyrica Serica othonia in Ægyptum feruntur (§ 56). Ὀθόνιον παντοῖον καὶ Σηρικὸν καὶ μολόχινον Barygazis in Ægyptum (49); ὀθόνιον Ἰνδικὸν τὸ πλατύτερον, ἥ τε λεγομένη (*) μοναχὴ (sc. ὀθόνη) καὶ ἡ σαγματογήνη (?), indidem in Barbariæ emporia (§ 14), nec non in Arabiam, si quidem ex Arabia transportatur Adulin (§ 6). Denique ὀθόνη Ἰνδικὴ fertur in Dioscoridis insulam. — Οἶνος, Λαοδικηνὸς καὶ Ἰταλικὸς, οὐ πολύς ex Ægypto fertur Adulin (§ 6), Aualiten (§ 7), Malao (§ 8), Muzam (§ 24), Canen (§ 28), in Barbaricum Scythiæ (§ 39); Ἰταλικὸς, Λαοδικηνὸς καὶ Ἀραβικὸς Barygaza (§ 49); οὐ πολύς Muzirim et Nelcyndam (§ 56). Vitem fert regio ab Oræa emporio mediterranea (§ 37) et Muzensis (§ 24), unde Arabes vinum portant in Azaniæ emporia, οὐ πρὸς ἐργασίαν, ἀλλὰ δαπάνης χάριν εἰς φιλανθρωπίαν τῶν βαρβάρων (§ 17). Barygaza mittitur etiam ex Omanis et Apologi emporio (§ 36). — Ὄμφακος Διοσπολιτικῆς χυλός ex Ægypto in Aualiten (§ 7). — Ὄρυζα (sanscr. *vrihi*) in Orææ regione et Ariace (§ 37. 41); fertur Barygazis in Barbariæ emporia (§ 14) et Dioscoridis insulam (§ 31). — Πέπερι (sanscr. *pippali*) πολὺ Κοττοναρικὸν export. Muziri et Nelcynda (§ 56) ; πέπερι μακρὸν Barygazis (§ 49). — Πυρὸς ὀλίγος ex Ægypto Canen mittitur (§ 28); modicam ejus copiam fert Muzensis regio (§ 24). — Σάκχαρι. Vid. μέλι. — Σανδαράχη ex Æg. Barygaza (§ 49), Muzirim, Nelcyndam (§ 56) vehitur. — Σαντάλινα et σασάμινα (?) ξύλα Barygazis in Omana et Apologi empp. (§ 36). — Σησάμινον ἔλαιον. Vid. ἔλαιον. — Σινδόνες διαφορώταται αἱ Γαγγητικαί (§ 63); aliæ in Taprobane (§ 61); μαργαρίτιδες (?) in Argalu loco (§ 59); παντοῖαι καὶ μολόχινοι ex Ozene mittuntur Barygaza (§ 48); (hinc in Arabiam,) ex Arabia Adulin (§ 6). — Σῖτος ex Ægypto importatur Adulin (§ 7), Malao (§ 8); οὐ πολὺς Muzam (§ 24) et Canen (§ 28); ὅσος ἀρκέσει τοῖς περὶ τὸ ναυκλήριον, διὰ τὸ μὴ τοὺς ἐμπόρους αὐτῷ χρῆσθαι, Muzirim et Nelcyndam (§ 56). E Limyrice et Ariace frumentum importatur in Barbariæ emporia (§ 14), Moscham (§ 32), Dioscoridis ins. (§ 32); et e Muza doni gratia in Azaniæ portus (§ 17). — Σμύρνη exp. e Malao, Mundu, Mosyllo (§ 8. 9. 10); ἐλαχίστη, διαφέρουσα δὲ τῆς ἄλλης, ex Aualite (§ 7); ἐκλεκτὴ καὶ στακτὴ, ἀβειρμιναία (leg. γαβειρμιναία vel Γαβειραία, Μιναία) e Muza (§ 24). — Στύραξ ex Ægypto importatur Canen (§ 28), Barbaricum (§ 39), Barygaza (§ 49). — Φοῖνιξ πολὺς ex Omanis et Apologi emporiis Barygaza mittitur (§ 36. 37).

IV. Metalla et Metallica. — Ἀργυρᾶ σκεύη, ἀργυρώματα ex Ægypto portantur Mosyllum (§ 10), Barbaricum Scythiæ (§ 39); τορνευτὰ sive τετορνευμένα Muzam tyranno (§ 24), Canen regi (§ 28); βαρύτιμα Barygaza regi (§ 49); τοπικῷ ῥυθμῷ κατεσκευασμένα Adulin regi (§ 6). — Ἀρσενικὸν ex Æg. Muzirim et Nelcyndam (§ 56). — Δηνάριον, ὀλίγον πρὸς τοὺς ἐπιδημοῦντας, ex Æg. Adulin (§ 6); χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν οὐ πολὺ in Barbariæ emporia (§ 8-13); ἔχον ἀλλαγὴν καὶ ἐπικέρδειάν τινα πρὸς τὸ ἐντόπιον νόμισμα, Barygaza (§ 49). Cf. χρῆμα. — Κάλτις, νόμισμα χρυσοῦν in Gangetica (§ 63). — Κασσίτερος (*kastîra* sanscr.) ex Æg. in Aualiten (§ 7), Malao (§ 8), Canen (§ 28), Barygaza (§ 49), Muzirim et Nelcyndam (§ 56). Ipsa quidem India stannum habet, non eæ tamen regiones quas Ægyptia mercatura adiit.

(*) De significatione vocum μοναχὴ et σαγματογήνη parum liquet. Vide not. ad § 6 p. 263. Addo § 6 in codice esse μονοχη et § 14 ἥ τε μοναχην (sine accentu). Unde fortasse elicias μολοχίνη, *malvarum colorem habens*. Sequuntur sane hæc § 6 : καὶ περιζώματα καὶ καυνάκαι καὶ μολόχινα καὶ σινδόνες; sed in his quoque corrigendum putem μολόχιναι σινδόνες, quum μολόχινα substantive positum offendat, et μολόχιναι σινδόνες § 48 memorentur.

— Μόλυβδος ex Æg. Barygaza, Muzirim, Nelcyndam (§ 49. 56). — Ὀρείχαλκος, ᾧ χρῶνται πρὸς κόσμον καὶ εἰς συγκοπὴν ἀντὶ νομίσματος, ex Æg. Adulin (§ 6). — Σίδηρος, σιδηρᾶ σκεύη, ex Æg. in Malao, Mundu, Tabas, Oponen (§ 8. 9. 12. 13); σίδηρος ὁ δαπανώμενος εἰς λόγχας, porro μάχαιραι καὶ σκέπαρνα, Adulin (§ 6); σίδηρος Ἰνδικὸς (*) καὶ στόμωμα ex Arabia Adulin (§ 6); λόγχαι αἱ τοπικῶς ἐν Μούζῃ κατεσκευασμέναι, πελύκια, μάχαιραι, ὀπήτια e Muza in Azaniam (§ 17). — Στίμμι ex Æg. Barygaza (§ 49), Muzirim, Nelcyndam (§ 56). — Χαλκὸς ex Æg. Canen (§ 28), Barygaza (§ 49), Muzirim et Nelcyndam (§ 56); χαλκουργήματα Muzam tyranno (§ 24); ποτήρια in Barbariæ emporia (§ 8-13); ποτήρια χαλκᾶ στρογγύλα μεγάλα Adulin (§ 6); μελίεφθα ὀλίγα in eadem (26); μελίεφθα χαλκᾶ εἴς τε ἕψησιν καὶ εἰς συγκοπὴν ψελίων καὶ περισκελίδων τισὶ τῶν γυναικῶν Adulin (§ 6). — Χρῆμα ex Æg. in Barbaricum Scythiæ (§ 39); ἱκανὸν Muzam (§ 24) et Canen (§ 28). — Χρυσὸς ex Omanis et Apologi emporiis Barygaza (§ 36); χρυσώματα ex Æg. Muzam tyranno (§ 24); τοπικῷ ῥυθμῷ κατεσκευασμένα Adulin regi (§ 6).

V. Lapides. — Λιθία διαφανής, gemmæ, in Taprobane (§ 63); διαφανὴς παντοία exportatur Muziri et Nelcynda (§ 56). — Ἀδάμας exp. Muziri et Nelcynda (§ 56). — Καλλεανὸς λίθος exp. e Barbarico Scythiæ. Quinam sit lapis nescio an constet. Lassenius *kaljâna* indice esse *aurum* dicit, ideoque Καλλεανὸν λίθον significare suspicatur χρυσόλιθον. Forsan recte. Quamquam χρυσόλιθον (*topazos?*) Noster in Indiam importari dicit. — Λύγδος exp. e Muza (§ 24). — Ὀνυχινὴ λιθία πλείστη ex Ozene et Pæthanis devehitur Barygaza (§ 48. 51), indeque exportatur (§ 49). — Μουρρίνη ex Ozene Barygaza, hinc in Ægyptum fertur (§ 49). Μουρρίνη λιθία ἡ γινομένη ἐν Διοσπόλει ex Æg. Adulin (§ 6). — Ὀψιανὸς λίθος (**) reperitur ad hod. *Baie d'Hauakil* (§ 5). Σάπφειρος exp. e Barbarico Scythiæ (§ 39). — Ὑάκινθος exp. Muziri et Nelcynda (§ 56). — Ὕαλος ἀργὴ ex Æg. Barygaza (§ 49), Muzirim, Nelcyndam (§ 56); ὑαλᾶ σκεύη in Barbaricum Scythiæ (§ 39); λιθίας ὑαλῆς πλεῖστα γένη ex Æg. Adulin, Aualiten, Mosyllon (§ 6. 7. 10); e Muza in Azaniam (§ 17). — Χρυσόλιθος ex Æg. in Barbaricum Scythiæ (§ 39), Barygaza (§ 49), Muzirim, Nelcyndam (§ 56).

VI. Vestimenta. — Ἱμάτια βαρβαρικὰ ἄγναφα τὰ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενα exp. Adulin (§ 6); βαρβαρικὰ σύμμικτα γεγναμμένα, in Malao et Aualiten (§ 8. 7); ἱματισμὸς Ἀραβικὸς χειριδωτὸς ὅ τε ἁπλοῦς καὶ ὁ κοινὸς καὶ ὁ σκοτουλάτος καὶ διάχρυσος, Muzam (§ 24); ἱματισμὸς πολυτελὴς Muzam tyranno (*ib.*); ἱματισμὸς Ἀραβικὸς κοινὸς καὶ ἁπλοῦς καὶ ὁ νόθος περισσότερος et regis in usum διάφορος ἁπλοῦς, Canen (§ 28); ἁπλοῦς ἱκανὸς καὶ νόθος οὐ πολὺς in Scythiam (§ 39); ἁπλοῦς καὶ νόθος παντοῖος, et regi ἁπλοῦς πολυτελὴς Barygaza (§ 49); ἱματισμὸς οὐ πολὺς Muzirim et Nelcyndam (§ 56); ἐντόπιος ex Omanis et Apologi empp. Barygaza (§ 36). — Ἀβόλλαι ex Æg. Muzam (§ 34), Canen (§ 28); νόθοι χρωμάτινοι et regi ἁπλοῖ οὐ πολλοῦ, Adulin (§ 6). — Δικρόσσια ex Æg. Adulin (§ 6). — Ζῶναι πολύμιτοι πηχυαῖοι ex Æg. Barygaza (§ 49), σκιωταὶ Muzam (§ 24). — Καυνάκαι ex Arabia Adulin (§ 6); ἁπλοῖ ex Æg. Adulin (*ib*). — Λώδικες οὐ πολλαὶ ex Æg. Muzam (§ 24) et Canen (§ 28). — Περιζώματα Barygazis Adulin (§ 6) et in Barbariam (§ 14). Πολύμιτα ex Æg. in Barbaricum (§ 39), Muzirim, Nelcyndam (§ 56). Cf. ζῶναι. — Σάγοι Ἀρσινοητικοὶ γεγναμμένοι καὶ βεβαμμένοι ex Æg. in Barbariam (§ 8-13). — Στολαὶ Ἀρσινοητικαὶ ex Æg. Adulin (§ 6). Χιτῶνες ex Ægypto in Malao, Mundu, Mosyllum (§ 8. 9. 10).

His adde artis opera, ἀνδριάντες inter dona Charibaeli regi destinanda (§ 48). Cf. Strabo p. 784, qui inter res quæ in Arabiam importantur, habet τόρευμα, γραφήν, πλάσμα. Denique Ariacæ regi donantur etiam μουσικά (§ 49).

183. Editiones Peripli. — 1. Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου πόντου. Τοῦ αὐτοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, etc. *Froben. Basileæ. Anno MDXXX.* 4°, (editore Gelenio (***)).

2. *Arriani historici et philosophi Ponti Euxini et maris Erythræi periplus ad Adrianum Cæsarem*

(*) V. J. M. Heath *On Indian iron and steel* in *Journal of the R. Soc. of Great Brit. and Irel.* V, p. 390. IV, p. 187.
(**) Cf. Caylus *De la pierre obsidienne* in *Mem.* de l'Ac. t. 36 p. 457 sqq.
(***) Editionem paraverat etiam Lucas Holstenius, qui an. 1628 ad Peirescium de ea ita scribit : « Græcum textum ex conjectura multis locis emendavi, quum alia non suppeterent auxilia præter ingenium, et maximo mihi adjumento fuere chartæ nauticæ sinus Arabici et topographica delineatio omnium portuum ad oram Ægyptiacam, quas in Anglia ex autographo Joannis de Castro proregis Indiæ orientalis depinxi. Interceperant eas Angli temporibus Elisabethæ cum accuratissima descriptione ejusdem auctoris, qui jussu regis Hispaniarum totum sinum accuratissime circumnavigando lustravit. Tum in Indiæ ora recte constituenda ad Arriani mentem et ex rei natura et veritate, unice mihi profuit *charta imperii magni Magor*, Indoscytharum regis, quam eques Anglus, legatus eo ab Jacobo rege missus, delineavit et Anglica lingua publicavit. »

Augustum. Nunc primum e græco sermone in latinum versus plurimisque mendis repurgatus. Accesserunt et Scholia, quæ luculentam Regionum, Gentium, Insularum, Oppidorum, Fluminum, Mercium cæterarumque rerum memorabilium utriusque Peripli descriptionem continent, ex accurata veterum ac recentiorum authorum collatione. Addita est præter loca, in quæ solers Lusitanorum penetravit navigatio, omnium cum Oppidorum, quæ Danubius irrigat, tum fluviorum qui in eum devolvuntur, diligens et jucunda observatio, præterea ipsius Ponti chorographica tabula. Io. Guilielmo Stuckio Tigurino authore. Cum gemino indice rerum scitu dignarum, quæ in utroque periplo explicantur. Lugduni, Barth. Vicentius. MDLXXVII. fol. Aliis in exempl. legitur : *Genevæ apud Eustathium Vignon. MDLXXVII.* — Editio neque verba scriptoris multo emendatiora præbet, neque rerum intelligentiam juvavit insulsa commentarii farragine.

3. Ἀρριανοῦ τέχνη τακτική, Ἔκταξις κατ' Ἀλανῶν, Περίπλους πόντου Εὐξείνου, Περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, Κυνηγετικός, Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον, τοῦ αὐτοῦ Ἀποφθέγματα καὶ ἀποσπάσματα τὰ ἐν τῷ Ἰωάννου Στοβαίου ἀνθολογίῳ καὶ ἐν ταῖς Ἀγελλίου ἀγρυπνίαις ἀττικαῖς σωζόμενα. *Arriani ars tactica, Acies contra Alanos, Periplus Ponti Euxini, Periplus maris Erythræi, Liber de Venatione, Epicteti enchiridion, ejusdem Apophthegmata et fragmenta, quæ in Joannis Stobæi Florilegio et in Agellii Noctibus Atticis supersunt. Cum interpretibus latinis et notis. Ex rec. et museo Nicolai Blancardi. Amstel. ap. Jansson. Wæsberg. MDCLXXXIII.* 8°. Versio est Stuckii, ex quo etiam in reliquis pendere solet Blancardus.

4. In *Hudsoni* Geogr. min. tom. I, an. 1798, cum Dodwelli dissertatione *De ætate peripli maris Erythræi ejusdemque auctore.*

5. In geographis edit. Vindobon. vol. I, p. 297 sqq.

6. *The voyage of Nearchus and the Periplus of the Erythrean sea, translated from the Greek by William Vincent. Oxford* 1809. Græca ex Blancardiana ed. repetuntur. Versio anglica Stuckii potius latina quam græca auctoris verba exprimit. Ceterum de interpretatione peripli optime Vincentus meruit opere quod inscribitur : *The commerce and navigation of the ancients in the Indian Ocean, by William Vincent, dean of Westminster. London* 1807, 2 vol. 4°. Secundum operis volumen titulum habet : *The periplus of the Erythrean sea.*

7. *Arriani Alexandrini periplus maris Erythræi, recensuit et brevi annotatione instruxit B. Fabricius. Dresdæ* 1849.

Codicem peripli Heidelbergensis post Gelenium denuo contulit Bernhardyus, selectamque ex eo lectionis varietatem dedit in Analectis in Geogr. min. Halæ 1852. Ego post impressam jam nostram editionem codicem nactus nonnulla ex eo notabo in Addendis.

ARRIANI NICOMEDENSIS PERIPLUS PONTI EUXINI.

184. Flavius Arrianus Nicomedensis, Epicteti discipulus, inter varia opera, quæ omnes novimus, condidit Indicam historiam et Periplum Ponti Euxini. Illa quasi supplementum est Historiæ Alexandri et in codicibus tanquam octavus Ἀναβάσεως liber exhiberi solet. Collegit eam scriptor ex Megasthene et Nearcho et his ipsis innitente Eratosthene: adeo ut omnis de eo opere disquisitio, si missam feceris excerptoris opellam, ad duces istos revocanda sit, de quibus dixi in Fragm. Hist. tom. II et in Scriptt. Rerum Alexandri. Proprio magis Marte rem gessit Arrianus in Periplo Ponti Euxini. Hunc vero ita instituit, ut primum a Trapezunte usque ad Sebastopolim procedat, deinde a Bosporo Thracio ad Trapezuntem oram legat, tum a Sebastopoli denuo exorsus reliquum Ponti litus describat. Quæ quidem rerum dispositio, ut perplexa est et a more geographorum recedit, sic ex ratione nostri libelli facile explicatur. Vel inscriptio : Ἀρριανοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊανὸν Ἀδριανὸν, ἐν ᾗ καὶ περίπλους Εὐξείνου Πόντου, prodit rem nobis esse cum epistola et periplum fundi libertate ista, quam commercii epistolici familiaritati concedimus. Res vero ita habet.

185. Arrianus quo tempore has ad Adrianum literas scripsit, præfectus erat Cappadociæ. Quæ provincia tunc præter alia Armeniam minorem complectebatur et in ora inde ab Amiso pertinebat usque ad Dioscuriadem sive Sebastopolim (*),

(*) Apud Ptolemæum V, 6 ora Cappadociæ juxta regionem Leucosyrorum et Pontos Galaticum, Polemoniacum et Cappadocicum pertinens desinit in *Sebastopolim*, ut apud Arrianum, ita tamen ut Sebastopolis a Dioscuriade diversa sit ponaturque 44° 45′ lat. inter ostia Apsorrhi fluvii (44° 40′) et Phasidis (45°), ubi alius nemo hujus nominis urbem me-

εἰς ὅπερ στρατόπεδον τελευτᾷ Ῥωμαίοις ἡ ἐπικράτεια (Arr. Peripl. § 26). Ab oriente autem raris Romanorum castellis gentes barbaræ imminebant, quarum impetus hostilis subinde retundendus erat. Sic Albani sub Pharasmane Ibere bellum intulerunt, quod ut in ipsis initiis exstingueretur, Arrianus noster incusso metu effecisse proditur. Etenim Dio Cassius LXIX, 15: Ὁ μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων πόλεμος, inquit, εἰς τοῦτο ἐτελεύτησεν· ἕτερος δὲ ἐξ Ἀλβανῶν (εἰσὶ δὲ Μασσαγέται) ἐκινήθη ὑπὸ Φαρασμάνου (*). Καὶ τὴν μὲν Μηδίαν ἰσχυρῶς ἐλύπησε, τῆς δ' Ἀρμενίας τῆς τε Καππαδοκίας ἁψάμενος, ἔπειτα τῶν Ἀλβανῶν τὰ μὲν δώροις ὑπὸ τοῦ Οὐολογαίσου πεισθέντων, τὰ δὲ καὶ Φλάβιον Ἀρριανὸν τὸν τῆς Καππαδοκίας ἄρχοντα φοβηθέντων, ἐπαύσατο. Tempus hujus motus, de quo accuratiora non accepimus, in vigesimum ultimumque Hadriani annum (136 p. C.) incidit; nam Judaicum bellum cœptum est imperatoris anno decimo sexto (Euseb. Chron.), ἤκμασε decimo octavo (Aristo Pellæus ap. Euseb. P. E. IV, 6), finitum autem anno undevicesimo (Euseb. Chron. (**), adeo ut subsecutum Albanorum bellum ad sequentem annum referendum sit, quo Arrianum Tactica sua composuisse ipse nos docet (***). Horum vero scribendorum occasionem dedisse curam ordinandæ in provincia disciplinæ militaris et tuendi contra hostem nominis Romani, sponte intelligitur (*). Pericula ista a barbaris impendentia quum nullo non tempore cavenda essent, cuique prætori munus ineunti hoc injunctum negotium, ut provinciæ partem hostium incursionibus obnoxiam obiret singulorumque castellorum muros, fossas, præsidia, arma, commeatum diligenter inspiceret. Id ipsum Arrianus fecit anno 131 vel 132 init., quo tempore Cotys II rex fato recens defunctus erat (**). Quid tunc in mediterraneis egerit, nescimus; in ora autem maritima loca munita inde a Trapezunte usque ad Sebastopolim cum classe lustravit. Rationes rei gestæ ex officio reddidit *literis latinis*, quarum bis in periplo fit mentio, primum § 7 p. 372, ubi hæc: Καὶ ἤλθομεν... εἰς Ἄψαρον, ἵναπερ αἱ πέντε σπεῖραί εἰσιν ἱδρυμέναι. Καὶ τὴν μισθοφορὰν τῇ στρατιᾷ ἔδωκα καὶ τὰ ὅπλα εἶδον καὶ τὸ τεῖχος καὶ τὴν τάφρον καὶ τοὺς κάμνοντας καὶ τοῦ σίτου τὴν παρασκευὴν τὴν ἐνοῦσαν. Ἥντινα δὲ ὑπὲρ αὐτῶν τὴν γνώμην ἔσχον, ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς γράμμασι γέγραπται: deinde § 13, p. 377: Ἐς Χῶβον ποταμὸν εἰσεπλεύσαμεν,.. ὧν δὲ ἕνεκα, καὶ ὅσα ἐνταῦθα ἐπράξαμεν, δηλώσει σοι τὰ Ῥωμαϊκὰ γράμματα. Simul vero de hoc itinere privatas literas græce scripsit ad Hadrianum familiarem, virum græce doctum et eruditulum; in quibus quæ ad publicum prætoris munus pertinebant, hic illic paucis attigisse satis habet, pluribus vero exponit de iis quæ Hadriani personam (ut § 2 ubi de statua ejus, et § 3 de votis pro imperatore in sacrificio nuncupatis) vel sua ipsius in navigatione ista pericula (§ 5 et 6) spectabant, vel si de singulis locis memorabilia quædam suppeterent (ut § 7 de Apsaro olim Apsyrto, § 10 de Phasidis aqua, § 11 de Argûs navis ancora, § 16 de Strobilo monte, in quo vinctus Prometheus). Denique singula quæ sunt a Trapezunte usque ad Sebastopolim loca, portus, fluvios, eorumque distantias, populos etiam barbaros eorumque regulos recenset, adeo ut tota narratio ad formam peripli geographici proxime accedat (§ 1-16). Deinde latius exspatiatus alterum his caput adjungit (§ 17-25) paraplum oræ a Bosporo Thracio usque ad Trapezuntem, qui classi Romanæ in ultimas imperii stationes mittendæ usui esse posset. Quibus absolutis, ut ultro etiam progrediendum reliquæque oræ de-

morat. Vix dubium est, quin merus error sit Ptolemæi, sive quod Cappadociæ terminum, qui erat ante Trajanum cum seriore male miscuit, sive quod Sebastopolim, potissimum tunc Colchidis locum, perperam ad Phasidem, præcipuam veteris famæ Colchicæ sedem, transtulit, sicut invicem *Æa*, Æetæ urbs, tanquam priscum *Dioscuriadis* nomen ex Nicanoris Metonomasiis memoratur apud Stephanum v. Διοσκουριάς. Ceterum in Ptolemæo error ille ab interpolatore proficisci possit videri. Nam in Colchidis descriptione (V, 9) sub 44° 45′ non Sebastopolis, sed Phasis urbs ponitur, Sebastopolis vero tanquam alterum Dioscuriadis nomen (Διοσκουριὰς ἡ καὶ Σεβαστόπολις) laudatur. Sic certe res habet in novissima Ptolemæi editione Lipsiensi. At Phasidis mentionem codices græci non habent, sed e latinis editores intulerunt; verba autem ἡ καὶ Σεβαστόπολις codices optimi (B. E. M. Palat. I ap. Wilb.) omittunt: adeo ut, si nostris copiis criticis res dijudicanda est, interpolatio in Colchidis descriptione locum habeat, et suus Ptolemæo error debeat relinqui.

(*) Pharasmanæ Iberum regis mentio fit in Peripl. § 15 p. 379.

(**) Cf. J. M. Flemmer De itineribus et rebus gestis Hadriani imp. sec. numorum et inscriptionum testimonia. Hauniæ 1836, p. 98 sqq.

(***) Arrian. Tact. c. 44 p. 286 ed. Didot.: ἐς τήνδε τὴν παροῦσαν βασιλείαν, ἣν Ἀδριανὸς εἰκοστὸν τοῦτ' ἔτος βασιλεύει.

(*) Pertinet huc etiam fragmentum Arriani, quod inscribitur Ἔκταξις κατ' Ἀλανῶν, in quibus Ἀλανῶν pro Ἀλβανῶν scripsit serioris ævi homo, nominum confusione sæpius obvia. V. Ammian. Marc. XXIII, 5, 16; Zonaras XVI, 1. Cf. Ukert. *Geogr.* III, 2 p. 565.

(**) Vid. Peripl. § 23 p. 392. Cotym II diem obiisse anno 428 æræ Bosporanæ (ab auctumno anni 297 a. C. sive 457 a. u. c. computandæ) sive an. 131 p. C. fide numorum constat. Cf. not. seq.

scriptionem addendam Arrianus putaret, movit Cotyis Bosporanorum regis obitus tum Arriano nuntiatus (*). Etenim quum Cimmerii Bospori (**) sicut regionis vicinæ reguli (***) tunc Romanorum fere arbitrio constituerentur, fortassis illuc quoque classis mittenda erat ad ordinandas res Bosporanorum. Itaque hanc quoque navigationem juxta Asiæ et Europæ litora Noster addidit (§ 27-37), adeoque totius Ponti periplum in epistola adumbravit.

186. Ceterum geographi munere, quod data occasione scriptor epistolæ susceperat, paucissimis defungitur. Oratione pressa, eleganti tamen et a sueta periplorum ruditate vehementer discrepante, litora Pontica raptim ut plurimum perstringit; nonnullis tamen locis fama claris immoratur diutius, ut jejunitatem narrationis scitis mitiget temperamentis. Sic § 32-34 sermo prolixus interponitur de Achillis insula (quam perperam non distinguit a Cursu Achillis); § 10 de Phaside fluvio pluribus exponit, et § 29 quæstionem de Europæ Asiæque termino versibus Æschyleis illustrat. In singulorum locorum recensione interdum plenior esse potuisset. Præ ceteris neglexit Ponti tractum borealem, qui a Bosporo Cimmerio ad Istrum pertinet. Utilissima pars libelli est, in qua ora a Trapezunte usque ad Bosporum Cimmerium describitur; de hac enim uberiore periplo nunc destituimur, quum Scylax nonnisi pauca præbeat, in Marciani autem et Anonymi periplis ea quæ huc faciunt, deperdita sint.

187. Arrianum, utpote Bithynum et Βιθυνιακῶν scriptorem et Cappadociæ præfectum, suis ipsius itineribus nosse Ponti oram meridionalem usque ad Dioscuriadem, in eaque describenda Marte proprio agere potuisse consentaneum est; idem vero num etiam reliqua Ponti circumnavigaverit, quærimus; sin fortasse hoc quoque iter peregerit, an ipse tum stadiasmum, quem nostro in libello profert, collegerit, dubitamus; id enim negotium ab Arriani ingenio videtur alienius, et haud pauci ante eum in hac re posuerant diligentiam, quorum copiis uti licebat. Accuratissimus autem et Arriani temporibus recentissimus periplus, quantum nos scimus, fuit Menippi Pergameni, qui Augusti et Tiberii temporibus floruit. Quare hunc maxime ab Arriano usurpatum esse facilis est conjectura. Accedit quod Marcianei peripli, e Menippo breviati, pars superstes, a Bosporo usque ad Amisum pertinens, de plerisque locorum distantiis, interdum etiam in singulis verbis adeo cum nostro libello consentit, ut vix dubium sit, quin vel in meridionalis oræ stadiasmo Arrianus Menippum adhibuerit (*).

188. Inter seriores scriptores Arriani Periplo

(*) Peripl. § 26 p. 392: Ἐπεὶ δὲ ἐπυθόμην Κότυν τετελευτηκέναι τὸν βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἐπιμελὲς ἐποιησάμην καὶ τὸν μέχρι τοῦ Βοσπόρου πλοῦν δηλῶσαί σοι, ὡς, εἴ τι βουλεύοιο περὶ τοῦ Βοσπόρου, ὑπάρχοι σοι καὶ τόνδε τὸν πλοῦν μὴ ἀγνοοῦντι βουλεύεσθαι. Successor Cotyis fuit Rhœmetalces, cujus hic est titulus in Panticapæa anno 1830 repertus et primum in Ephemeridibus Odessensibus, deinde a Bœckhio in C. I. II, p. 151 n. 2108 f. editus: [Αὐτοκρ] άτορα Καί[σ]αρα Τραΐ[ανὸν Ἀδριαν]ὸν Σεβαστόν, [ὕπα]τον τὸ [γ', τὸν τ]ῆ[ς οἰκουμένης? εὐεργέτ]ην καὶ ἴδιον κτίστην (h. e. statorem, qui regnum dederit), Τ[ιβέριο]ς Ἰού[λιος βασιλε]ὺς Ῥοιμητάλκης φιλόκ[αισα]ρ καὶ [φιλορώμαιος], εὐσεβής, εὐχαριστ[ῶν τῆς εἰ]ς [ἑαυτὸν καλοκα]γαθ]ί[ας] ἀνέστησε[ν, δι' ἐπιμελητοῦ...... Ἰου]λίου Φ[λαου]ιανοῦ?................ ... ἔτους λυ', Ἀπελλαίου... Ad hæc Bœckhius: « Titulus pertinet ad mensem secundum anni Bosporani 430, fere Novembrem p. Chr. 133, a. u. c. 886. Rhœmetalces res Cotyi II successit ep. Bosp. a. 428, imperante tum Hadriano; cui etsi Rhœmetalces biennio demum post statuam hanc dedicavit, tamen hoc ob receptum ab illo regnum fecisse videtur; et certe jam anno ep. Bosp. 428 nummi Rhœmetalcæ Hadriani capite signati sunt. Ceterum notavit editor, Cotym II sine certis et legitimis heredibus defunctum videri, quod Arrianus in Periplo Ponti Euxini imperatori nuntians regis hujus obitum, describat oram hujus terræ, si qua velit de hac dicione constituere; et Rhœmetalcæ jus aliquatenus fuisse dubium, inde patet, quod Antonino Pio imperatore inter Rhœmetalcem et Eupatorem lis orta est. Tamen audito negotio hic imperator Rhœmetalcæ imperium confirmavit (Jul. Capitol. Vit. Antonin. c. 9), Hadriani, ut videtur, judicium secutus. »

(**) Cf. Strabo VII, p. 312: καὶ νῦν ὑπὸ τοῖς τῶν Βοσπορανῶν βασιλεῦσιν, οὓς Ῥωμαῖοι ἂν καταστήσωσιν, ἅπαντά ἐστιν. Plinius Epist. X, 13. 14. 15.

(***) Cf. Peripl. § 28 p. 393: Ζιλχῶν βασιλεὺς Σταχέμφαξ· καὶ οὗτος παρὰ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔσχεν.

(*) Ex antiquioribus scriptoribus laudantur: Agathon ἐν τῷ τοῦ Πόντου περίπλῳ ap. schol. Ap. Rh. II, 1015; Alexander Polyhistor περὶ Εὐξείνου Πόντου ap. Steph. Byz. sæpius. Polemonem περὶ τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων scripsisse testatur Suidas (F. H. III, p. 125). Quamquam non liquet an his peculiaria de Ponto scripta, an partes operum majorum indicentur. Plurimum materiæ geographis præbuerunt Heracleotæ Argonauticôn et de Heraclea urbe scriptores, ut Herodorus, Nymphis, Promathidas, Callistratus, porro de Odesso scriptores Heraclides et Demetrius Odessenus, deinde Demetrius Callatianus historicus, quem accuratissime Pontum descripsisse testatur auctor periegeseos iambicæ; adde Bithyniacôn auctores Demosthenem, Asclepiadem, Artemidorum Ascalonitam, et qui Mithridatica condiderunt, ut Diophantus, et Theophanes Mytilenæus etc. Inter Romanos Sallustius in ea historiæ parte, ubi de Mithridaticis rebus sermo erat, (peculiari libro, ut Wernsdorf. ad Avien. præf. putat.) de Ponti situ exposuit, ut constat ex Avieno in Or. mar. 34 sq. et fragmentis in quibus Sallustius *in situ Ponti*, *de situ Pontico*, *de Ponto* laudatur. Tenuissima illa fragmina cum

præ ceteris usus est Anonymus Peripli auctor, in quem Arriani Nicomedensis nomen in cod. perperam transfertur. Præterea Nostrum laudat Stephanus Byz. v. Ἀθῆναι, Ἀλμήνη (quod in vitioso codice reperit pro Ἀρμένη, v. not. ad. p. 388,1) Ἀψίλαι, Ἴστρος (*), Κοτύωρα, Λαζοί, Τύανα, plura ille laudans ex Arriani Bithyniacis et Parthicis. Denique de Ponticis regionibus Arrianum citant Procopius De bell. Goth. IV, 14, p. 535 ed Bonn. et Leo Diaconus IX, 6. At quæ ab illis afferuntur, in nostro Arriano non exstant. Quare truncatum esse quem tenemus libellum complures existimarunt. Verumtamen quæ Leo Diaconus l. l. (not. ad p. 414) ex Arriani *Periplo* affert, Achillem in Myrmecione Bospori Cimmerici oppido (cujus in Pseudo-Arriano § 50 mentio fit) natum esse et hinc a Scythis crudelitatem ejus aversatis pulsum in Thessaliam abiisse, atque Scythicam hanc Achillis originem testari colorem capillorum et oculorum et ingenium et vestitum et alia quæ de Achille poetæ canant : ea longissime absunt a splendidissimo Achillis præconio, quod in nostro Arriani periplo (§ 34 p. 399) legitur, nec in eodem libello tam contraria tradi potuerunt, ut recte monet Bernhardyus in Analect. ad geogr. p. 21 (**). Cimmerius iste Achilles haud dubie eidem Byzantinorum fabulæ debetur ex qua apud Malalam p. 97 ed. Bonn. Achilles ducit στρατὸν τῶν λεγομένων Μυρμιδόνων τότε, νῦν δὲ Βουλγάρων. Bernhardyus Leonem censet fefellisse speciem scriptoris cognominis, cui de suo penu *Periplum* affinxerit. Quod si est, indicari putaveris Arrianum historicum, qui Dexippi fere æqualis fuisse videtur (Fr. H. III, p. 673, 12). At malim cogitare de periplo aliquo Ponti Euxini, qui sub Arriani nomine apud Byzantinos circumferebatur. Fortasse illum ipsum quem ex parte adhuc habemus periplum Pseudo-Arriani variis e fontibus conflatum (in quo Myrmecii mentio fit, sed de Achille fabula nondum legitur), postea novis additamentis auxerunt. Procopius vero Bell. Goth. IV, 14, p. 535 ed. Bonn. ita habet : Ταύτην παραρεῖ τὴν χώραν (τὴν Λαζικὴν) ποταμὸς, Ῥέων ὄνομα, οὗ δὴ τὸ φρούριον ᾠκοδόμησαν ἐκ παλαιοῦ Κόλχοι, οὕπερ ὕστερον αὐτοὶ τὸ πλεῖστον ἐς ἔδαφος καθεῖλον, ἐπεὶ ἐν πεδίῳ κείμενον ἐς ἄγαν ὑπτίῳ εὐέφοδον σφίσιν ἔδοξεν εἶναι. Κοτυάειον δὲ τότε τὸ φρούριον ὠνομάζετο τῇ Ἑλλήνων φωνῇ, νῦν μέντοι Κουτατίσιον (Κοτάϊν cod. Reg.) αὐτὸ καλοῦσι Λαζοὶ τῇ τῆς φωνῆς ἀγνοίᾳ τὴν τοῦ ὀνόματος διαφθείροντες ἁρμονίαν. Ταῦτα μὲν Ἀρριανὸς οὕτως ἱστόρησεν· ἕτεροι δέ φασι πόλιν τε γεγονέναι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις τὸ χωρίον καὶ Κύταϊν καλεῖσθαι· ἐνθένδε τὸν Αἰήτην ὡρμῆσθαι καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοὺς ποιητὰς αὐτόν τε Κυταϊέα καὶ γῆν τὴν Κολχίδα Κοταΐδα καλεῖν (Cf. not. ad Scyl. p. 62). Arrianus noster de his ne verbum quidem habet, etsi de Phaside fluvio multus est § 10 sq. Probabiliter eundem Procopius quem Leo Pseud-arrianum laudat; ex eodemque fluxerit quod de Phaside Europam et Asiam disterminante apud Procopium legitur (v. not. ad p. 394 et § 12 p. 412).

189. Editiones. Indica historia Anabasi tan-

ceteris omnibus quæ apud veteres scriptores græcos et latinos de Ponto accepimus, in narrationem continuam et quæ gallice stylum Sallustianum redderet, conflavit ediditque (in Mém. de l'ac. t. 32, p. 627-49. t. 35 p. 475-503) *De Brosses*, præfixo titulo : *Le périple de l'Euxin, tel qu'on peut présumer que Salluste l'avait écrit, vers la fin du troisième livre de son histoire; rétabli sur les fragments qui nous en restent, à l'aide des anciens écrivains que Salluste a pu consulter et de ceux qui ont eu son ouvrage entre les mains.* — Inter seriores historicos amplum de situ Ponti excursum historiis suis inseruerunt Ammianus Marcellinus XXII, 8 et Procopius Bell. Goth. IV, 2 sqq.

(*) Hunc Stephani locum (Ἴστρος.. Ἀρριανὸς δὲ Ἰστρίαν, ὡς Ὀλβίαν, αὐτήν φησι) non adscripsi in not. ad p. 399, 25.

(**) Aliter olim Bernhardyus ad Dionys. p. 941 statuerat : « *qui* (Arriani periplus) *copiosior olim ac luculentior exstabat.* », fortasse Vossium secutus, qui in præfat. ad periplum Pseudo-Arriani de genuino Arriani scripto dicit : « Compendium voco, quia revera sit. Multo enim locupletior fuit ille periplus, quam est hodie. Citat ex eo loca quædam Eustathius in commentariis ad Dionysium, quæ hodie tamen apud eum non reperiuntur. Unde non dubito, quin multum imminutum sit scriptum illud. » At quæ apud Eustathium de locis Ponticis leguntur aperte sumta sunt ex Bithyniacis Arriani, recteque Dodwellus (De auctore anon. peripl. Ponti Euxini § 3) : « Quæ habet (Eustathius), omnia ea istiusmodi sunt, ut in nullo fortasse periplo, sed in historiis ea scribere potuerit Arrianus. » Contra denuo Gailius in præfat. ad Arr. p. VII : « Scatent argumenta, quibus oratio apud Arrianum detruncata et imminuta cognoscitur, si illam cum Anonymo et Marciano comparaveris. » At quomodo ejusmodi comparatio rem probabit? Sane habet et Anonymus et Marcianus quæ in Arriano non leguntur; sed unde colligas hæc debuisse etiam apud Arrianum memorari? Res simplicissima hæc est : Arrianus habet quæ non legis apud Marcianum (Artanen fluvium, Rhoen, Lilæum, Lycum fl., Metroum, Tyndaridas, Nymphæum, Tium, Erythinos, Thymena, Zephyrium, Eusenen); contra Marcianus in servato fragmento præbet quæ non notavit Arrianus (Diam, Psillidem, Climaca, Timolaium, Callistratin, Garium, Euarchum fl., Zalecum fl., Lycastum fl., et Chadisium fl.); Anonymus vero et Marcianum et Arrianum in unum conflans habet quæ apud utrumque leguntur omnia, iisque de suo penu unum Gurzubandum locum addidit (Vid. tabula Stadiasmi Ponti Euxini). Ceterum Gailii de Arriano disputationem mire confusam attingere non erat operæ pretium. — Si quid in Arriani libello truncatum est, dixeris initium et finem epistolæ ab iis qui in geographica opuscula eam receperunt, omissa esse, utpote a proposito aliena. Fortassis etiam vocabulum aliquod hic illic in Arriani codice nostro excidit quod servaverit auctor anonymus.

quam octavus liber jungitur in editionibus *Gerbelii* (Basileæ 1539. 8) et *Vulcanii* (Genevæ 1575 fol.); a septem Expeditionis Alex. libris primum distinguitur in edit. *Blancardi* (Amstelod. 1668. 8). Deinde *Hudsonus* eam Indicæ hist. partem, qua Nearchi navigatio exponitur, dedit in Geogr. gr. tom. I (Ox. 1698. 8). Postea Indicam cum Exp. Alex. ediderunt *Gronovius* (Lugdun. Bat. 1704. fol.) et *Raphelius* (Amstelod. 1757. 8), et inter Arriani opera omnia *Borheck* (Lemgov. 1792 sqq. 8), separatim vero *Schmiederus* (*Arriani historia indica cum Bonav. Vulcanii interpretatione latina, permultis locis emendatiore, rec. et illustravit F. Schmieder. Halæ* 1798, 8). Hudsonum secuti Nearchi paraplum ex Indica hist. excerpserunt editores geographorum min. Vindobonenses (tom. I, an. 1807). Denique Indicam habes in Arriani opp. omn. quæ edidit Neophytus Ducas græcus (Vindobon. 1810. 8°), et in Arriani editione Didotiana (Paris 1846), in qua Indicam denuo recensuit sermonemque ionicum ad certam normam quandam exigere studuit Dübnerus.

190. Ponti Euxini periplum primus edidit Gelenius in Geographis Basileensibus (1533. 4°); deinde Stuckius (Genevæ 1577 fol.) et Blancardus (Amstelod. 1683. 8) una cum Pseud-Arriani periplo maris Erythræi (v. supra p. cxi), Hudsonus in Geogr. gr. tom. I (Oxon. 1698), Borheck in opp. Arriani (Lemgov. 1792 sqq.), editores Geogr. Vindobon. (1807), Neophytus Ducas in opp. Arr. (Vindob. 1810), Gailius in Geogr. min. tom. III (Paris 1831), Hoffmannus (*Arriani Periplus Ponti Euxini. Anonymi Periplus Ponti Euxini et Mæotidis paludis. Anonymi mensura Ponti Euxini. Agathemeri hypotyposes geographiæ. Fragmenta duo geographica. gr. et lat., cum aliorum selectis suisque notis ed. S. F. G. Hoffmann. Lips.* 1842. 8), nos denique in Arriano Didotiano (1846).

ANONYMUS AUCTOR PERIPLI PONTI EUXINI.

191. Præter Arriani de Pontica circumnavigatione epistolam alius exstat Ponti Euxini periplus ab incerto ævi serioris auctore Byzantino e variis fontibus collectus et eodem quo genuinus Arriani libellus modo inscriptus : Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου Πόντου... Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Σεβαστῷ Ἀρριανός (V. p. 402). Non tamen integrum habemus. Desideratur pars media, in qua ora describebatur ab Apsaro fluvio ad Mæotidem pertinens. Duarum vero quæ supersunt particularum priorem (§ 1-42), a Bosporo Thracio exordientem, e libro Vaticano Holstenius descripsit et ex Holstenii schedis primus edidit in tertio Geographorum volumine Hudsonus; altera, quæ paraplum a Mæotide palude usque ad Byzantium continet, initio legitur acephali codicis Heidelbergensis. Denique ejusdem libri excerpta quædam habet codex Vindobonensis 292, fol. 315–316, ut intelligitur ex loco mutilo (V. p. 402 not.) quem inde transcripsit Lambecius in Commentariis de bibl. Cæsar. Vindob. lib. V, p. 534 (*). Memorandum denique fragmentum de ambitu Ponti Euxini, quod inter miscellanea geographica præbent codex Hafniensis (V. p. 424) nec non, ut nunc video, codex Parisinus (**). Id enim quum singulas mensuras et in nonnullis etiam singula

(*) Lambecius, quum fragmentum anonymi ab Hudsono tom. III editum non nosset, locum istum ad genuinum Arriani libellum, qui nunc mutilus esse videretur, pertinere putavit; atque Hudsonus Geogr. tom. I, Lambecium secutus, Arrianeis locum inseruit. Condonandum hoc; at non debebant errorem hunc repetere seriores Arriani editores. Vid. not. ad pag. 402.

(**) In codice Parisino N : 83 Supplementi fol. 46 post breve de Dionysio Periegeta scholion, Περιηγητοῦ Διονυσίου γένος inscriptum, varia leguntur excerpta geographica. Ac primum quidem ventorum duodecim laterculus hicce : Ἰστέον δὲ ὅτι ἄνεμοι εἰσὶ δώδεκα. Ἐγείρονται δὲ ἐκ τῶν τεσσάρων περάτων, ἀνατολῶν, δυσμῶν, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. Πρῶτος ἀπηλιώτης, δεύτερος καικίας, τρίτος βορρᾶς ὁ καὶ θρὰξ, τέταρτος ἀπαρκτίας, πέμπτος θρασκίας, ἕκτος ἰάπυξ (ἄπαξ cod.), ἕβδομος ζέφυρος, ὄγδοος λὶψ, ἔννατος λιβόνοτος, δέκατος νότος, ἑνδέκατος εὐρόνοτος, δωδέκατος εὖρος. Deinde Ponti Euxini habes stadiasmum, in quo uncis inclusa supplevi, parentheseos signis ejicienda indicavi : Ἕως τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἤτοι στόματος [τοῦ Πόντου] ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ λεγομένου πενταστομίου (leg. πέμπτου στομίου) Ἴστρου τοῦ ποταμοῦ (τοῦ πόντου) στάδια ,γχμ', γινόμενα μίλια ὁμοῦ υπε'.

Ἀπὸ δὲ Βορυσθένους (Βοσπόρου cod.) ποταμοῦ τοῦ [καὶ] Δανάπρεως καλουμένου ἕως τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου στάδια ,εχ', γίνονται μίλια ψμς', ∠' ϛ' (Pro ∠' ς' codex ubique habet στ'; sed tertias miliarii partes numeratas esse, ut in anonymi periplo, patet e seqq. ubi μίλια χλα' γ').

Ἀπὸ δὲ Χερσῶνος ἕως τοῦ Ἱεροῦ Διὸς στάδια ,η[ϡ'], μίλια ,αρπς', ∠' ς'.

Ἀπὸ δὲ τῆς Πορθμίας κώμης τῆς ἐν τῷ τέλει [τῶν] τῆς Εὐρώπης τοῦ Πόντου μερῶν (cod. μέρους) [καὶ ἐν τῷ στομίῳ] τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἤτοι Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου [σταδία „α ,α ρ', μίλια ,αυπ'.

Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου] ἕως (ἔξω cod.) τῆς πόλεως Ἀμισοῦ στάδια ,δχξ', μίλια χκα', γ'.

Ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ ἕως τοῦ Φάσιδος ποταμοῦ στάδια ,γωδ', μίλια ,φζ'.

verba et vitia orationis eadem exhibeat quæ periplus Anonymi, ex hoc ipso repetendum est. Attamen quum ratio, qua stadia in miliaria Romana convertuntur, alia in fragmento isto, alia in periplo sit: quæritur an hæc discrepantia imputari debeat scribæ fragmenti, an plures fuerint ejus peripli recensiones, quarum singulæ sua quædam propria haberent. Hoc mihi verisimilius esse videtur. Quemadmodum Chronica nonnulla Byzantina et libri de antiquitatibus Constantinopolitanis et fabulosæ Alexandri M. historiæ et si quæ sunt similia, fundum quæque habent communem, quem deinceps scribæ pro arbitrio et ingenio vel servant, vel mutant, minuunt, augent: sic eandem sortem nacta sint Byzantina nostra de Ponto Euxino collectanea; indeque explicandum fuerit quod Procopius et Leo Diaconus ex Arriano afferunt, quæ in Arriano et nostro Pseud-arriano frustra quærimus (*).

192. Auctor hujus compilationis num ipse nomen suum celaverit, an alius quidam Arrianum ei substituerit, parum liquet. Opera autem, ex quibus conglutinatus periplus est, novimus hæc:

1. Marciani epitomen peripli Menippei.
2. Arriani periplum.
3. Anonymi periegesin iambicam.
4. Pseudo-Scylacis periplum.

193. Fundus libri est *Epitome Marciani*; ex hac enim sumsit ordinem peripli et argumenti indiculum. Singulis etiam capitibus olim tituli, ut apud Marcianum, præfixi erant, quorum in codice nostro nonnisi primus (**) superest, reliquos librarii omiserunt. Stadiorum summas particulares iisdem locis quibus Marcianus colligit. Loca in superstite Marciani parte memorata ad unum habet omnia; ut plurimum ipsa etiam verba Marciani reddit.

194. Quæ in *Arriani* periplo loca memorantur, item exhibet omnia (***); quæ in Arriano et in superstite Marciani parte non occurrunt, ea ex Marciani parte deperdita fluxisse censenda sunt. Præterea ex Arriano passim assumsit breves notitias geographicas et historicas vel mythologicas. Uberiora autem de originibus urbium et populis eorumque moribus quum neque Arrianus præberet neque Marcianus in excerpendo Menippo (quem scimus historiam non neglexisse) curasset: Noster ea assumsit ex Anonymi periegesi iambica, modo servatis versibus modo paullulum mutatis modo dissolutis prorsus et cum Arriani et Marciani verbis arcte conflatis (*).

195. E *Pseudoscylacis* periplo (§ 69) ducta sunt

Ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσιδος ποταμοῦ ἕως τοῦ στομίου (τῶν σταδίων cod.) τῆς Μαιώτιδος λίμνης στάδια ,δρν', μίλια φνγ', [γ'].

Γίνεται δὲ ὁ πᾶς περίπλους Εὐξείνου πόντου, τῶν δεξιῶν τῆς Ἀσίας μερῶν τοῦ Πόντου (τῶν τελευταίων) τῶν τε εὐωνύμων τῆς Εὐρώπης ἕως τοῦ Ἱεροῦ στάδια δισμύρια (τρισμ. cod.) φπζ', μίλια ,γρμε'.

Ὁ δὲ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης, εἰς ἣν τρέπει ὁ Τάναϊς ποταμὸς, στάδια ,θ', μίλια ,ασ'.

Ἔστι δὲ τὸ στάδιον ἔχον μῆκος ὁποῖόν ἐστι τὸ ἱπποδρόμιον (l. τὸ τοῦ ἱπ.). Τοιαῦτα δὲ ἑπτὰ μίλιον ἓν ποιοῦσιν.

Ὅτι εἰκοσιπέντε μυριάδων [add. foret καὶ δισχιλίων] σταδίων ἐστὶν ἡ περιήγησις (l. περίμετρος) τῆς γῆς, ὡς τῷ Ἐρατοσθένει δοκεῖ.

Deinde alia sequuntur fragmenta quæ ex scholiis ad Dionysium vel ex geographia aliqua ad Dionysii poema accommodata (ut illa Nicephori Blemmidæ) fluxerunt.

Jam quod Ponti stadiasmum attinet, stadiorum numeri in fragmento superstite cum periplo nostro bene quadrant, excepto eo qui pertinet ad distantiam a Phaside ad ostium Mæotidis. Ea enim quum in periplo p. 422, 45 sit stadiorum 4025, mil. 536 $^{2}/_{3}$, in fragmento exhibentur stadia 4150, milia 553 $^{1}/_{3}$. Qua de re nihil nunc dijudicare licet, quum peripli pars, qua singulæ hujus tractus distantiæ enumerabantur, jam deperdita sit. Summa totius peripli maris Pontici quum eadem sit in periplo et fragmento nostro, eaque bene quadrat in summas peripli particulares: consequitur in fragmento aut corruptum esse stadiorum numerum 4150, aut eam distantiam, quæ in antecc. excidit, a nobis autem ex periplo suppleta est, aliter habuisse quam in periplo.

(*) Nescio an similis sit sententia Kœhleri, cujus meminit Osannus in not. ad fragmentum codicis Hafniensis: « Neque nunc exploraverim, inquit, viri sagacissimi, Kœhleri puto, sententiam, qui periplo, qualis hodie feratur, nihil aliud quam *antiquiorem contractum periplum* contineri contendit in libro Petropoli an. 1808 vulgato: *Mémoire sur quatre médailles du Bosphore Cimmérien* p. XXII. »

(**) Βιθυνίας τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ περίπλους. In Marciano nonnisi Βιθυνίας περίπλους codex habet. Supplendum ex Nostro videtur τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ, præsertim quum in proxime antecc. Marcianus dicat: μέρος τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους τὸ πρὸς τῷ Πόντῳ κείμενον.

(***) Quod non memorat Ἠόνας, quod loci nomen apud Arrianum p. 396, 6 esse videtur, id indicat aut intellexisse Nostrum errorem Arriani aut aliter legisse. Fortasse pro ἐκ δὲ τῶν ἐκροῶν τῆς λίμνης ἐς Ἠόνας στάδιοι τπ' legendum :... λίμνης ἐστὶ, Ἠὼν ἐς σταδίους τπ' vel εἰσὶ τῆς Ἠόνος στάδιοι τπ'.

(*) Locis e peregesi poetica petitis addenda sunt quæ leguntur § 51, p. 415, 20: ἐν ταύτῃ δὲ τῇ Θεοδοσίᾳ λέγεταί ποτε καὶ φυγάδας ἐκ τοῦ Βοσπόρου οἰκῆσαι. Jambos refingere licet ita:

Ἐν τῇ Θεοδοσίᾳ ποτ' οἰκῆσαί φασι
Καὶ φυγάδας ἐκ τοῦ Βοσπόρου. . . .

aut: Ἐν τῇδε τῇ Θεοδοσίᾳ λέγεταί ποτε
Καὶ φυγάδας οἰκῆσαί τινας τοῦ Βοσπόρου.

Alia nonnulla in Anonymo leguntur quæ item fluxerint e Scymno, quamquam manifesta orationis metricæ vestigia non supersunt.

§ 44 p. 413, 28 : Ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται εἰς ἥμισυ εἶναι τοῦ Πόντου, quod parum concinit cum præcedentibus ex Arriano sumtis : Τῆς δὲ λίμνης, τῆς Μαιώτιδος περίπλους λέγεται σταδίων ἀμφὶ τοὺς Θ. Cum eodem Scylace (§ 92) faciunt hæc § 91 p. 422, 37 : Λέγεται δὲ τῆς Εὐρώπης ὁ παράπλους ἴσος εἶναι τῷ περίπλῳ τῆς ποντικῆς (*) τῶν τῆς Ἀσίας μερῶν, quæ parum apte cum suis ipsius mensuris auctor componit; debebat saltem : Ἐνίοις δὲ λέγεται κτλ. Denique § 46 p. 412, 41 verba : εἶτα Φαναγόρου πόλις, Κῆποι πόλις, ex eodem Scylace § 69 assumsit, ut colligitur tum e rariore nomine Φαναγόρου πόλις, tum ex ordine harum urbium, quem Noster e sui peripli ratione invertere debebat. Præterea in his quoque negligentem se præbet, quum easdem urbes mox denuo aliis nominum formis afferat ex periegesi iambica, Φαναγόρειαν et Κῆπον dicens. Quare nescio an Scylacis loca postea demum ab aliquo inserta sint. Certe si tollerentur, periplus foret concinnior.

196. Præter laudatos num alios fontes Noster adhibuerit quæritur. Artemidorum ad manus ei fuisse putari possit. Nam § 63 postquam a Chersone ad Tyram stadia 4110, a Tyra ad Cremniscos 240 stadia computavit, addit ex Artemidori sententia intervalla esse stadiorum 4420 et 480. Sed quum alias nusquam fontes suos laudet nec ulla auctorum nomina occurrant nisi ea quæ poeta in periegesi citaverat, hoc quoque loco Artemidori mentionem inde repetiverit. Fieri etiam potest ut Marcianus Artemidori mensuras cum Menippeis hoc loco composuerit. Contra vero ex ignoto nobis auctore fortasse petita sunt plurima eorum quæ de ditionibus populorum leguntur hæcce :

§ 32, p. 409, 15 : Ἀπὸ δὲ Πολεμωνίου ἕως πλησίον τοῦ Θερμώδοντος ποταμοῦ Χάλυβες ἔθνος ᾤκουν.

§ 33, p. 409, 28 : Ἀπὸ δὲ Κοτυώρου ἕως πλησίον Πολεμωνίου πρῶτον Τιβαρηνοὶ ᾤκουν.

§ 35, p. 410, 7 : Ἀπὸ οὖν Φαρνακίας τῆς καὶ πάλαι Κερασοῦντος (**) ἕως πλησίον Κοτυώρου πρῶτον ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Μοσυνοικοί.

§ 37, p. 410, 38 : Ἀπὸ οὖν Τραπεζοῦντος ἕως τῆς Ἀρητιάδος νήσου καὶ Φαρνακίας τῆς καὶ πάλαι Κερασοῦντος ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Μάκρωνες.

[§ 38, p. 411, 6 : Ἀπὸ οὖν Ὀφιοῦντος ποταμοῦ (occasum versus) τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων ἐστί· τὰ δὲ ἐχόμενα (ortum versus) βαρβάρων διαφόρων ἐστὶν ἐθνῶν. Hoc e Marciano sumsit, ut ex fragm. Menipp. p. 572, 2 colligis; parum apte tamen nunc memorat, quum in antecc. nulla *duorum Pontorum* facta sit mentio.]

§ 42, p. 412 1 Ἀπὸ οὖν Ἀρχάβεως ποταμοῦ εἰς Ὀφιοῦντα ποταμὸν πρῶτον ᾤκουν. ἔθνος οἱ λεγόμενοι Ἐχεχειριεῖς, νῦν δὲ Μαχελῶνες καὶ Ἡνίοχοι (Machelones et Heniochos in hoc tractu ponit Arrianus).

§ 50, p. 415, 3 : Ἀπὸ οὖν Ἀθηναιῶνος μέχρι Κυτῶν Σκύθαι κατοικοῦσιν.

§ 57, p. 416, 24 : Ἀπὸ οὖν Καλοῦ λιμένος μέχρι τοῦ Ἴστρου πάλιν Σκύθαι κατοικοῦσιν.

197. Fieri potest ut hæc fluxerint e periegesi iambica, quæ in Ponti periplo ab ora Europæa sumsit initium. Certe eandem adornationem fuisse peripli, unde nostra proveniunt, ex ratione qua termini *a quo* et *ad quem* designantur, intelligitur. In omnibus enim locis, excepto postremo, ita Noster loquitur quasi inversa directione circumnavigatio procederet. Sic post Cytarum mentionem dicit ab Athenæone ad Cytas Scythas pertinere, quum tamen Athenæonis in sequentibus demum mentio fieri possit, necdum situm ejus lector noverit. Porro poetæ periegesin subesse his ditionum definitionibus tanto facilius credideris, quum quæ de moribus populorum passim monentur, ex ea petita sint. Quodsi metrica orationis forma nunc non satis apparet, excerptor eam solvisse putetur. At quomodo poeta ille Polemonii mentionem facere potuit? Num hæc est excerptoris? Res incerta. Itaque etiam de fonte, ex quo hæc hausta sint, nihil dijudico. — Præterea alia quædam minora Noster habet, quorum origo dubia est; sed minimas quasque vermiculati operis tesseras scrutari nunc non vacat.

198. Congestam sic materiam neque subacto judicio auctor concinnavit, neque novis copiis de suo penu magnopere auxisse videtur. In ea peripli parte, de qua et Arrianum et Marcianum conferre licet, unum Gurzubanthum locum (p. 407, 29) inter Carusam et Zagoram interposuit. Sed hoc ipso additamento prodit negligentiam. Nam quum recte Arrianus a Carusa ad Zagoram stadia esse 150 tradat, ille a Carusa ad Gurzubanthum computat stadia 60, hinc vero ad Carusam stadia 150, non mutato numero Arriani. Similem oscitantiam in aliis nonnullis deprehendimus, de quibus in annot. ad Arrianum passim monui. Qua ratione stadiasmum Ponti Noster

(*) Verba τῆς π. vel post Εὐρώπης vel post Ἀσίας, vel potius post utramque vocem poni velis.

(**) Terminos Macronum, Mosynœcorum et Tibarenorum aliter definiunt Scylax et celeri scriptores antiquiores. Diversa Nostri narratio ex errore repetenda, qua duæ Cerasuntes confunduntur. Vide not. ad Scylac. § 86, p. 64.

instituerit, modo Arriani modo Marciani numeros assumens, modo neutrum secutus, ex subjecta tabula synoptica intelligitur, normam vero ac legem, cui in his auctor se addixerit, frustra circumspicis. Ceterum stadiorum numeris de suo addidit numerum miliariorum, quæ more Byzantinorum ita computavit, ut miliarium sit stadiorum septenorum et dimidii (*). Si quid gratum nobis fecit, id ponimus in notatis locorum nominibus recentioribus, sive quod a priscis ea prorsus differant sive populi ore paullatim in aliam formam abierint. Cujusmodi sunt quæ leguntur : § 3, p. 403 Μέλαιναν τὴν νῦν λεγομένην Καλὴν ἄκραν. § 6 Ἀπολλωνίαν νῆσον.. τὴν νῦν λεγομένην Δάφνην. § 11, p. 404 Ἀπολλωνίαν τὴν νῦν λεγομένην Σωζόπολιν. § 12 εἰς Τυνδαρίδας τὸ νῦν λεγόμενον (τὰ νῦν λεγόμενα?) Κυρσαῖτὰ (Κυρσαιτὸν?). § 13, p. 405, 13 Ψίλιδα ποταμὸν τὸν νῦν λεγόμενον Παπάνιον. § 19 p. 406, 20 Καλλίστρατιν τὴν καὶ Μαρσίλλαν § 23, p. 407 Εὔαρχον ποταμὸν τὸν ἤδη Εὔηχον λεγόμενον. § 24 Ζάγωρον χωρίον [τὸ] ἤδη Καλίππους λεγόμενον. § 26 εἰς Εὐσήνην τὴν καὶ Δαγάλην λεγομένην. § 38, p. 411, 1 Ὕσσου λιμένα τὸν νῦν λεγόμενον Σουσάρμια. § 51, p. 415, 18 νῦν δὲ λέγεται ἡ Θεοδοσία τῇ Ἀλανικῇ ἤτοι τῇ Ταυρικῇ διαλέκτῳ Ἀρδάβδα, τουτέστιν ἑπτάθεος. § 57 τοῦ Ἴστρου ἤτοι Δανούβεως. § 58 Βορυσθένην τὸν νῦν Δάναπριν. § 75, p. 420, 24 νῦν δὲ αἱ Καρίαι λέγονται (ἡ Καρία λέγεται?) Καρέα. Ibid. εἰς Τετρισιάδα ἤτοι Τίριζαν ἄκραν.. νῦν δὲ λεγομένην Ἄκραν. § 90, p. 422, 18 λιμένα Δάφνης τῆς μαινομένης τὸν νῦν λεγόμενον Σωσθένην, in quo diversa loca male confundit auctor. Sæpe etiam duplices nominis formas, quas in fontibus suis reperit, componit; quarum nonnullæ nonnisi prava librorum lectione niti videntur. Sic § 75 formam Τετρισιάδα ex Arriano, Τιρίζαν ex poeta assumsit. § 52, p. 415, 22 legis : εἰς Ἀθηναιῶνα λιμένα ἤτοι Σχυθοταύρων λιμένα, quorum hoc est Arriani, illud alterius fontis, cui in hoc tractu se addicit. Idem cadit in § 57, p. 416, 23 : ἀπὸ δὲ Κορονίτιδος ἤτοι Κερκινίτιδος, quorum hoc Arrianus habet, illud alter fons præbuit fortasse librariorum vitio. Similia hæc sunt : § 30, p. 409, 11 : εἰς Φαδισάνην ἤτοι Φάδισσαν. § 34, p. 410, 1 : εἰς Φαρμαχίαν ἤτοι Φαρναχίαν. § 39, p. 411, 15 : εἰς Ἀδινῆον τὸν ἤδη λεγόμενον Ἀδιηνὸν (quod in nostris libris habet Arrianus). § 90, p. 422, 12 : εἰς Κυανέας ἤτοι Κύλας. Ceterum non ubique ad mutata nomina attendit. Non monet Byzantium etiam Constantinopolim dici; vice versa § 36 Ἑρμύσαν affert, quæ Arriano aliisque vocatur Ἑρμώνασσα : adeo ut, nisi librorum vitium subest, dicendum fuisset : Ἑρμώνασσαν τὴν νῦν λεγομένην Ἑρμύσαν.

199. *Ætatem* auctoris sæculo quinto non esse priorem ex eo quod Marcianum exscripsit, colligimus. In eandem sententiam ducunt verba Ὕσσου λιμένα τὸν νῦν λεγόμενον Σουσάρμια (§ 38, p. 411, 1). Nam vetus nomen *Hyssi portus* reperitur adhuc in Tabula Peutingeriana et in Notitia imperii (p. 96 ed. E. Bœcking.), ubi : *Cohors Apuleja civium Romanorum Ysiporto;* apud Procopium vero (B. G. IV, 2) locus jam vocatur altero nomine Σουσούρμαινα (V. not. p. 371). Monuit hæc Mannertus VI, 2 p. 376, qui Anonymum ætate inter Notitiam imperii et Procopium media sive sæculo quinto scripsisse putat probabiliter (**).

200. Anonymi fragmentum secundum, quod codex Heidelbergensis præbet, primus edidit cum Scylacis periplo J. Vossius Amst. 1639. 4°, deinde Jac. Gronovius in *Geographicis antiquis* Lugd. Batav. 1697. 4°, et Hudsonus in Geogr. tom. I. (an. 1698). Idem Hudsonus alterum fragmentum primus edidit in Geogr. tomo tertio. Utrumque in eodem volumine non tamen tanquam partes ejusdem peripli, dederunt Gailius in Geogr. tom. III (1831) et una cum Arriano aliisque Hoffmannus (1842).

(*) Cf. Leo Tact. c. 17 : τὰ δὲ ἑπτὰ καὶ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον ἕν. Heron in Isagoge ms. : τὸ μίλιον ἔχει στάδια ἑπτὰ ἥμισυ ... πόδας Φιλεταιρίους ,δφ', Suidas et Photius v. στάδιον· ἑπτὰ γὰρ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον. Eadem schol. Lucian. Contempl. 8; schol. in Platon. Critiam p. 211 Ruhnk., Bachmann Anecd. I, p. 369. Basilius Seleucensis p. 373 : ἀπὸ δεκαπέντε σταδίων, ὅπερ ἦν μίλια δύο. V. plura in Thes. gr. v. μίλιον (Alii nonnisi septem stadii computant, minus accurate.) Cf. Ukert. I, 2, p. 76. Quomodo ortus sit hic computus certius quidem dicere non habeo; ni fallor, auctores nostri in stadium non Olympicos, sed Philetærios pedes 600 computabant, qui Olympicis erant majores. Itaque 7 ½ stadia forent Philetærii pedes 4500, quot milio tribuit Hero l. l. — Ubi miliarii partes exprimendæ erant, liberius in his versatur peripli auctor, nonnisi ⅓ et ⅔ miliarii notans; quamquam ne ad has quidem particulas accuratius stadiorum numeri ubique exiguntur, nescio an auctoris an librariorum culpa.

(**) Cf. Kœhler in *Mém. de l'acad. de Saint-Petersbourg* tom. X, p. 615 (citante Gailio præf. p. XXIV) : « Cet auteur donne des détails qui nous font connaître l'état de ces lieux dans le quatrième siècle de notre ère, temps où ce périple fut, à ce qu'il paraît, composé, au moins enrichi de nouvelles observations. » Ad Diocletiani tempora periplum pertinere opinabatur Dodwellus; quod recte improbat Osannus in not. ad fragm. De ponti ambitu, seriorisque ætatis scriptum esse censet.

STADIASMUS PONTI EUXINI.

	ARRIANUS.		ANONYMUS.		MARCIANUS.		
A Byzantio ad Fanum Jovis.	120		120				
A FANO JOVIS AD HERACLEAM.							
A Fano ad Rhebam fl.	90	. . . .	90	. . . .	90		
Inde ad Melænam s. Calen acram. .	150	240	150	240	150	240	
Artanen fl.	150	390	150	390	»	»	
Psilin fl.	150	540	150	540	290	530	
Calpen portum.	210	750	210	750	[210]	740	
Rhoen.	20	770	20	770	»	»	
Apolloniam s. Thyniadem i.	20	790	20	790	60	800	
Chelas.	20	810	20	810	»	»	
Sangarium fl.	180	990	180	990	200	1000	1000 stadia Strabo p. 543.
Hypium fl.	180	1170	180	1170	180	1180	
Diam.	. . .	. . . .	60	1230	60	1240	
Lilæum.	100	1270	40	1270	»	»	
Elæum.	60	1330	60	1330	90	1330	
Caletem empor..	120	1450	[120]	1450	120	1450	
Lycum fl.	80	1530	80	1530	»	»	
Heracleam.	20	1550	20	1550	80	1530	
In summa a Fano ad Heracleam. . .	. . .	[1550]	. . .	1550	. . .	1530	1500 st. Strabo p. 543; 1600 st. (200 m.) Plin. VI, 1.
Item linea recta.	. . .	. . . .	. . .	1200	. . .	. . . .	
Ab Heraclea ad Apolloniam Thraciæ.	. . .	. . . .	. . .	1000	. . .	1000	
AB HERACLEA AD AMASTRIM.							
Ab Heraclea ad Metroum s. Auliam.	80		80				
Inde ad Posidium.	40	120	40	120	110		
Tyndaridas s. Cyrsæta. . . .	45	165	45	165	»		
Nymphæum.	15	180	45	210	»		
Oxinam.	30	210	30	240	90	200	
Sandaracen.	*90	300	40	280	40	240	
Crenidas.	60	360	20	300	20	260	
			[60 ?]	[340]			
Psyllam emp.	30	390	30	330	20	280	
Tium.	90	480	90	420	»	»	304 (38 m.) Plin. VI, 1 ab Heraclea ad Tium.
Billæum fl.	20	500	20	440	90	370	
Psyllidem s. Papanium fl. .			60	500	60	430	
Parthenium fl.	100	600	70	570	70	500	
Amastrim.	90	690	90	660 [700]	90	590	
In summa ab Heraclea ad Amastrim.	. . .	[690]	. . .	700	. . .	590	
A Fano Jovis ad Amastrim.	. . .	[2240]	. . .	[2250]	. . .	[2120]	
AB AMASTRI AD SINOPEN.							
Ab Amastri ad Erythinos.	60		90				
Inde ad Cromnam.	60	120	90	180	150		
Cytorum.	90	210	90	270	90	240	
Ægialos	60	270	60	330	[60]	300	
Climacem.	»	»	50	380	50	350	
Timolaium.	»	»	40	420	60	410	
Thymena.	90	360	20	440	»	»	
Carambin.	120	480	120	560	100	510	1300 st. ab Heraclea ad Carambin Strabo p. 546.
Callistratin s. Marsillam. .	»	»	20	580	20	530	
Zephyrium.	60	540	40	620	»	»	
Garium.	»	»	30	650	80	610	
Abonutichos s Ionopolin. .	150	690	120	770	120	730	
Ægineten.	150	840	120	890	160	890	
Cinolin.	60	900	60	950	60	950	
Stephanen.	180	1080	180	1130	150	1100	
Potamos.	150	1230	150	1280	120	1220	
Lepten acram s. Syriadem.	120	1350	100	1380	120	1340	
Armenen.	60	1410	60	1440	50	1390	
Sinopen.	40	1450	40	1480	[60 ?] 50	[1400] 1440 [1450]	700 st. a Carambi ad Sinopen Strabo p. 546.
In summa ab Amastri ad Sinopen. .	. . .	[1450]	. . .	[1480]	. . .	1450	
A Fano Jovis ad Sinopen.	. . .	[3690]	. . .	[3730]	. . .	3570	3500 st. Strabo p. 546;

STADIASMUS PONTI EUXINI.

	ARRIANUS.		ANONYMUS.		MARCIANUS.		
A Sinope ad Amisum.							
A Sinope ad Euarchum fl.	...	....	80		80		
Inde ad Carusam.	150	»	70	150	70	150	
Gurzubanthum.	»	»	60	210	»	»	
Zagora s. Calippos.	150	300	150	360	120	270	
Zaleccn fl.	»	»	90	450	120	390	
Halym fl.	300	600	210	660	150	540	
Naustathmum.	90	690	40	700	120	660	
Conopium.	50	740	50	750	120	780	
Eusenen s. Dagalen.	120	860	120	870	»	»	
Amisum.	*160	1020	160 [60?]	1030 [930]	150 [170?]	930 [950]	
In summa a Sinope ad Amisum.	...	[1020]		[930]		950	900 st. Strab. p. 547; 1040 st. (130 m.)
A Fano Jovis ad Amisum.	...	[4710]		4660		4520	Plin. VI, 2.
Ab Amiso ad Trapezuntem.							
Ab Amiso ad Lycastum fl.	»	»	20		20		
Inde ad Chadisium fl.	»	»	40	60	150	270	
Anconen port. et Irin fl.	160	»	100	160	100	370	Reliqua Marciani desunt.
Heracleum.	360	520	360	520			Pro 360 codex An. habet 160.
Thermodontem fl.	40	560	40	560			
Berin fl.	*90	650	60	620			
Thoarin fl.	60	710	90	710			
Œnoen.	30	740	30	740			
Phigamuntem fl.	40	780	40	780			
Ameletum fl.	»	»	20	800			
Phadisanen.	150	930	130	930			
Polemonium.	10	940	*50	980			920 st. (120 m.) ab Amiso ad Polemonium, Plinius VI, 4.
Iasonium pr.	130	1070	130	1110			
Cilicum insulam.	15	1085	15	1125			
Genetem fl.	»	»	55	1180			
Boonem.	75	1160	20	1200			
Cotyora.	90	1250	90	1290			
Melanthium fl.	60	1310	60	1350			
Pharmathenum fl.	150	1460	150	1500			
Pharnaciam s. Cerasuntem.	120	1580	120	1620			640 st. (80 m.) a Polemonio ad Pharmaciam, Plinius VI, 4.
Arctiadem ins.	30	1610	30	1650			
Zephyrium.	120	1730	120	1770			
Tripolim.	90	1820	90	1860			
Argyria.	20	1840	20	1880			
Philocaleam.	90	1930	90	1970			
Coralla.	100	2030	100	2070			
Cerasuntem.	»	»	60	2130			
Hierum montem.	150	2180	90	2220			
Cordylen.	40	2220	*45	2265			
Hermonassam.	45	2265	45	2310			800 st. (100 m.) a Pharnacia ad Trapezuntem, Plinius VI, 4.
Trapezuntem.	60	2325	60	2370			
In summa ab Amiso ad Trapezunt.		[2325]		[2370]			2200 st. ab Amiso ad Trapezuntem, Strabo p. 548.
A Fano ad Trapezuntem.		[7035]		[7030]			
A Trapezunte ad Phasin.							
A Trapezunte ad Hyssi portum.	180		180				
Inde ad Ophiuntem fl.	90	270	90	270			
Psychrum fl.	30	300	30	300			
Calon fl.	30	330	30	330			
Rhizium fl.	120	450	120	450			
Ascurum fl.	30	480	30	480			
Adienum fl.	60	540	60	540			
Cordyla.	»	»	100	640			
Athenas.	180	720	80	720			
Prytanin fl.	40	760	40	760			
Armenen.	»	»	24	784			
Pyxiten fl.	90	850	66	850			
Archabim fl.	90	940	90	940			
Apsarum fl.	60	1000	90	1000			1120 st. (140 m.) a Trap. ad Apsarum, Pl. VI, 4.

STADIASMUS PONTI EUXINI.

	ARRIANUS.		ANONYMUS.		
Inde ad Acampsin fl.	*15	1015	»	»	
Bathyn fl.	75	1090	»	»	
Acinasen fl.	90	1180	»	»	
Isin fl.	90	1270	»	»	
Mogrum fl.	90	1360	»	»	
Phasin fl.	90	1450	»	»	560 st. (70 m.) ab Apsaro ad Phasin, Plin. VI, 4.
In summa a Trapezunti ad Phasin.		[1450]		[1432]	1400 st. circiter, Strabo p. 548.
Ab Amiso ad Phasin.		[3775]		3802	
A Fano ad Phasin.		[8485]		[8462]	8000 st. circiter, Strabo l. l.
A PHASI AD SEBASTOPOLIN.					
A Phasi ad Charientem fl.	90		»	»	
Inde ad Chobum fl.	90	180	»	»	
Singamen fl.	210	390	»	»	
Tarsuram fl.	120	510	»	»	
Hippum fl.	150	660	»	»	
Astelephum fl.	30	690	»	»	
Sebastopolin s. Dioscuriad.	120	810	»	»	
In summa a Phasi ad Sebastopolin.	.	[810]			800 st. (100 m.) Plin. VI, 4; 600 linea recta, Strab. p. 496.
A Trapezunte ad Sebastopolin.		2260			
A Fano ad Sebastopolin.		[9295]			
A SEBASTOPOLI AD OS BOSPORI.					
A Sebastopoli ad Pityuntem.	350		»	»	360 st. Strabo p. 497. a.
Inde ad Niticum.	150	500	»	»	
Abascum fl.	90	590	»	»	
Borgyn fl.	120	710	»	»	
Nesin et Herculeum pr.	60	770	»	»	560 st., 70 m., a Sebastopoli ad Heracleum, Plin. VI, 5.
Masaiticam.	90	860	»	»	
Achæuntem.	60	920	»	»	1000 stadia Heniochorum, Strabo l. l.
Heracleum pr.	150	1070	»	»	
aliud promontorium.	180	1250	»	»	
Veterem Lazicam.	120	1370	»	»	
Veterem Achaiam.	150	1520	»	»	500 stadia Achæorum, Strabo l. l.
Pagras portum.	350	1870	»	»	
Sacrum portum.	180	2050	»	»	1088 st. (136 m.) ab Heraclea ad Hieron, Plin. VI, 5.
Sindicam.	300	2350	»	»	850 stad. Cercetarum usque ad Bata, Strab. l. l.
Panticapæum.	540	2890	»	»	400 stad. a Batis ad Sindicum portum, Strabo l. l.
Os Bospori (Porthmium).	60	2950	»	»	180 stad. a Sindico p. ad Corocondama, Strab. l. l
In summa a Sebastopoli ad os Bosp.		[2950]			708 stad. (88½ m.) ab Hiero ad Bospori introitum, Plin. VI, 5.
A Phasi ad os Bospori.		[3760]		4025	
A Fano ad os Bospori.		[12245]		12487	
AB ORE BOSPORI AD CHERSONESUM.					
A Porthmio ad Myrmecium. 60 } lin. recta.					
Inde ad Panticapæum. 25 } lin. recta.	[60]		60		
Tyristacen.	»	»	60	120	
Nymphæum.	»	»	25	145	
Acras.	»	»	65	210	
Cytas.	»	»	30	240	
Cimmerium.	»	»	60	300	
Cazecam.	420	480	180	480	
Theodosiam.	280	760	280	760	530 st. a Panticapæo ad Theodosiam, Strabo p. 309.
Scythotaur. port. Atheniona.	200	960	200	960	
Lampadem.	600	1560	600	1560	
Criumetopon pr.	»	»	220	1780	
Symbolorum portum.	520	2080	300	2080	1000 st. a Theodosia ad Symbolorum port., Strabo p. 309.
Chersonesum.	180	2260	180	2260	
In summa a Porthmio ad Chersonesum.		[2260]		2260	2200 sec. fragm. Anon.
A Panticapæo ad Chersonesum.		[2200]		2200	

STADIASMUS PONTI EUXINI.

	ARRIANUS.		ANONYMUS.		
A Chersoneso ad Borysthenem.					
A Chersoneso ad Cercinitin.	600		600		
Inde ad Calon portum.	700	1300	700	1300	2600 st. ab Athenıone ad Calon port., Anonym.
Inde recta linea ad Tamyracen.	300	1600	300	1600	2250 stadia juxta oram Cercinitidis sinus, Anonym.
Inde ad Hecates ἄλσος.	»	»	1200	2800	
A Tamyrace ad ostium paludis.	300	1900	»	»	
Inde ad Eonas.	380	2280	»	»	
Inde ad ostium Borysthenis.	150	2430	»	»	
Ab Hecates luco ad ostium Borysthenis.	...	....	200	3000	
(Inde ad Olbiam ἀνάπλους.	...	....	240	3240)	
A Chersoneso ad Borysthenem		[2430]		3300	
A Panticapæo ad Borysthenen.		[4690]		[5200]	
A Borysthene ad Istri ostium sacrum					
A Borysthene ad ins. anonymam.	60		60		
Inde ad Odessum.	80	140	80	140	
Scopelos.	»	»	160	300	
Istrianorum portum.	250	390	90	390	
Isiacorum portum.	50	440	90	480	
	[90?]	[480]			
Niconium.	...	....	300	780	
Tyram fl..	...	....	30	810	600 st. a Borysthene ad Tyram, Strabo p. 306.
Neoptolemi (turrem).	...	....	120	930	4110 st. a Chersoneso ad Tyram, sec. Anonym.
Cremniscos.	...	....	120	1050	4420 » » » sec. Artem. ap. An.
Antiphili (turrem).	...	....	330	1380	4400 » » » sec. Strab. p. 308.
Psilon os Istri.	1200	1640	300	1680	
secundum ostium.	60	1700	60	1740	
Pulcrum ostium.	40	1740	40	1780	300 stad. a primo ostio ad Sacrum ost., Strabo p. 306.
Naracon ostium.	60	1800	60	1840	
Sacrum ostium.	120	1920	120	1960	900 stad. a Tyra ad Sacrum ost., Strabo p. 303.
		[1960]			
In summa a Borysthene ad Sacrum ost.		[1920]		1960	
A Panticapæo ad os Istri sacrum.		[6610]		7460	
Ab Istri ore sacro ad Jovis fanum.					
Ab ore Sacro ad Istriam.	500		500		500 st. etiam Strabo p. 319.
Inde ad Tomos.	300	800	300	800	250 st. ab Istria ad Tomos, Strabo l. l.
Callatim.	300	1100	300	1100	280 st. a Tomis ad Callatim, Strabo l. l.
Carum portum.	180	1280	180	1280	
Tetrisiadem.	120	1400	120	1400	
Bizonem.	60	1460	60	1460	
Diospolin.	80	1540	80	1540	
Odessum.	200	1740	200	1740	
Hæmi prom.	360	2100	260	2000	
	[260?]	[2000]			
Mesembriam.	90	2190	90	2090	
Anchialum.	70	2260	70	2160	
Apolloniam s. Sozopolim.	180	2440	180	2340	1300 st. a Callati ad Apolloniam, Strab. l. l.
Chersonesum.	60	2500	60	2400	
Aulæi tichos.	250	2750	250	2650	
Thyniadem.	120	2870	120	2770	
Salmydessum.	200	3070	200	2970	
Phrygiam s. Philiam.	330	3400	310	3280	
Cyaneas.	320	3720	320	3600	1500 st. ab Apollonia ad Cyaneas, Strabo l. l.
Fanum Jovis Urii.	40	3760	40	3640	4440 st. ab Istri ostio ad Ponti ostium, Plin. IV, 18.
		[3660]			
A Sacro ostio ad Fanum Jovis.		[3760]		3640	
A Borysthene ad Fanum Jovis.		[5680]		5600	
A Chersoneso ad Fanum Jovis.		[8110]		8900	
A Porthmio ad Fanum juxta Europ.		[10370]		11100	
A Porthmio ad Fanum juxta Asiam		[12245]		12487	E Strab. numeris colliguntur 22550 stad.; in quibus desideratur distantia a Corocondama ad Panticapæum et a Symbolorum portu ad Chersonesum.
Totius Ponti periplus.		[22615]		23587	

ANONYMI STADIASMUS MARIS MAGNI.

201. Devenimus ad libellum qui inscribitur Σταδιασμὸς ἤτοι περίπλους τῆς μεγάλης θαλάσσης, i. e *maris mediterrânei* (quod *magnum* serioris ævi scriptores passim vocant) *periplus et per stadia emensio.* Auctor ejus anonymus, geographum aliquem Alexandrinum præ ceteris secutus, sumto ab Alexandria initio primum legit oram Libycam ad columnas usque Herculeas; deinde iterum ab Alexandria exorsus Asiaticum litus descripsit usque ad Fanum Διὸς Οὐρίου, ut ego censeo, vel, ut codex habet, usque ad Dioscuriadem; post hæc Europæ paraplum exhibuit a Fano Byzantiorum (quod e regione situm erat Fani Jovis Urii) usque ad Herculis columnas. His inserta erant insularum descriptiones variaque diaplorum farrago.

202. Major ejus peripli pars nunc deperdita. Superstites in uno codice Matritense particulæ duæ vel tres; prima, peripli initium, loca maritima recenset ab Alexandria ad Uticam (§ 1-127). Hinc quæ sunt usque ad fretum Gaditanum et quæ deinceps in Asiatico litore sequebantur ab Alexandria ad Carnas Phœniciæ, ea omnia unius, ut videtur, folii jactura in codice aliquo absumsit. Servata pars altera præternavigationem Asiæ, multis insertis diaplis, præbet a Carnis usque ad Miletum. His denique abrupte præter ordinem subjiciuntur Cypri et Cretæ insularum peripli, quos tertiam fragmentorum partem dicere licet. Vides plurima interiisse; adde quod servatæ particulæ lacunis modo aperte hiantibus modo male tectis nec non singulorum ferme verborum depravatione laborant.

203. Jam ut indolem operis laceri quidem sed pretiosissimi exponamus, progrediamur a libro, cujus in codice pars est. Etenim codex Matritensis (de quo v. not. p. 427) post Nicephori patriarchæ Cp. Chronographiam habet incerti auctoris narrationem de orbe terrarum inter Noæ filios distributo et deinde laterculum maximorum montium duodecim fluviorumque quadraginta. Quibus absolutis, scriptor quendam in Jesu Christo fratrem alloquens, cui lucubrationem suam nuncupasse videtur, velle sese profitetur iis quæ modo exposuisset subjungere Magni maris periplum et de insulis notitiam variam. Dixit nostrumque profert periplum, adeo illum a prioribus quisquiliis discrepantem, ut seu margarita niteat in stercore. Videlicet quæ de terra inter Noæ prosapiam divisa ferebantur, ea Byzantinis pro geographia quadam compendiaria erant, quibus alia nonnulla selecta geographica in usum discentium addebantur. Sic illa de maximis montibus fluviisque in compluribus chronicis deprehenduntur; neque omnes in his substitisse docet Chronicon Paschale, in quo præterea urbes maximæ secundum septem orbis terrarum climata enumerantur. Simili igitur consilio Noster periplum dedisse censendus est.

204. Auctor iste Byzantinus quinam fuerit et quando scripserit, nescimus nec scire magnopere refert, quandoquidem de suo vix quidquam ad rem attulerit præter ignorantiam et supinam negligentiam, qua ducem vel duces suos occitanter exscripsit breviavitque; quamquam non omnia libri vitia ad eum refero, quippe quorum multa adeo sunt barbara (*), ut seculo decimo, quo scriptus codex est, nonnisi a librario prorsus rudi exarari potuerint. Majoris momenti quæstio est de ætate fontium ex quibus opusculum vel a Byzantino monacho vel ante eum ab alio conflatum sit. Nimirum non ex uno eodemque veteris alicujus scriptoris periplo ea quæ nunc legimus promanarunt. Ac primum quidem duas distinguendas dixeris partes narrationis indole dispares. Quarum altera (§ 148-296), Asiæ ab Oronte ad Miletum paraplus, nihil fere præbet nisi litoreæ navigationis stadiasmum, in sinubus etiam compendiorum mensuras et præterea insularum distantias, et a Rhodo et Delo ad urbes nobiliores trajectus, sicuti ab Asia per insulas in Græciam diaplos; altera autem pars, quæ de Libya et Phœnicia et Syria usque ad Orontem (§ 1-148) et de Cypro Cretaque insulis (§ 297-335) agit, non solum nomina locorum et distantias habet, sed in plurimis etiam doctrina nautica navigationis rationem illustrat, ut in his auctor noster opus aliquod in peculiarem nautarum usum compositum adhibuisse debeat. Credi sane possit hæc ex eodem fonte fluxisse unde reliqua ducta sint, narrationis vero discrepantiam ab excerptoris vel librarii alicujus arbitrio repetendam esse, quippe

(*) Hujusmodi est quod ἀπὸ præpositio locis plurimis accusativo jungitur. Forma novitia μελανὸν (pag. 450, 1) num ad auctorem Byzantinum an ad scribam referri debeat parum liquet. Idem valet de locorum nominibus depravatis.

qui in Libyæ paraplo (§ 1-127) notitias nauticas diligenter et plurimum enotaverit, in Phœniciæ autem et Syriæ litore (§ 128-153), quum ter duntaxat (§ 128. 134. 146) de rebus nauticis moneat, magnam jam festinantiam prodat, in sequentibus denique fatiscens vel tædio victus omnia quæ fugientem calamum inhiberent, abjecerit, post hæc tamen resumto spiritu in Cypri et Cretæ periplis ad pristinam diligentiam reversus sit. At non ita rem habere, sed complures Nostrum fontes usurpasse, si singula diligenter perpendas, veri fit similius. In ipsa Libyæ descriptione, in qua pars nautica præ ceteris conspicua est, auctor præter nauticum libellum etiam alium periplum (eundem, puto, cui in Asiæ minoris paraplo se addixit) ob oculos habuisse videtur. Id enim suadet quod in prima ejus parte (§ 1-9) notitiæ nauticæ nonnisi parenthetice inter nomina locorum et distantiarum notas inseruntur, ut in hisce : Ἀπὸ Ταποσίρεως ἐπὶ τὸ Χιμὼ (κώμη ἐστί· βράχη φαινόμενα) σοάδιοι ϛ'. Ἀπὸ Πλινθίνης ἐπὶ Ταπόσιριν (πόλις ἐστὶν ἀλίμενος· ἱερὸν τοῦ Ὀσίριδος) στάδιοι ϛ' et sic porro. Quam adornationem incommodiorem relinquit inde a § 10, ubi primo stadiasmum affert, deinde cetera subjungit. Prior ratio indicare mihi videtur stadiasmo alicui ex alio periplo notitias nauticas additas esse. Eodem facit quod interdum duplex ejusdem loci nomen tam inconcinno modo apponitur, ut non veteris scriptoris manum sed seri ævi compilatorem agnoscas. Sic § 56 : Ἀπὸ Πτολεμαΐδος εἰς Τεύχειρα στάδιοι σν'· πόλις ἐστὶ Πενταπόλεως ἀρχαία. Αὕτη καλεῖται Ἀρσινόη. Ubi ne putes voculam καὶ ante καλεῖται excidisse, vetant gemella hæc § 95 : Ἀπὸ Ἑρμαίου ἐπὶ Γάφαρα στάδιοι τ'... Καλεῖται Αἰνεόσπορα. § 93 : [Ἀπὸ Κεφαλῶν εἰς Νεάπολιν στάδιοι χν'].... αὕτη καλεῖται Λέπτις. His adde § 41 : Ἀπὸ τοῦ Βατράχου εἰς Πλατεῖαν στάδιοι σν'. Πρὸς τῷ πελάγει κεῖται νῆσος καλουμένη Σιδωνία (i. e. Ἀηδονία); nam Platea ab Aedonia vix fuerit diversa. Quæ quum in annotatione a glossatore profecta esse putavissem, nunc nihil video, quin ex fontium diversitate derivanda sint. Accensendæ videntur etiam ejusdem nominis formæ variæ, ut § 52 : εἰς Ἀπολλωνίαν et mox εἰς Ἀπολλωνιάδα. Deinde mira est confusio in titulis, qui singulis oræ Libycæ partibus præfiguntur, modo a barbaris accolis, modo a regnantium populorum ditionibus, modo a sinuum nominibus petiti. Tractus qui ab Alexandria ad Magnum Catabathmum pertinet (§ 1-33), inscriptione caret. Sequitur Marmarica usque ad Apolloniam. Proxima usque ad Berenicen inscribuntur Κυρήνης (voluit auctor πεντάπολις Κυρήνης). Quatenus ab Apollonia orientem versus ditio Cyrenaica pertinuerit, non notatur, quum tamen occidentalem terminum ad aras Philænorum ponendam § 84 memoret. Deinde a Berenice sequitur Σύρτις Κυρηναίων (§ 58) et mox (§ 62) post Boreum promontorium ex alio fonte novus titulus Σύρτις Κυρήνης; nimirum alios ad Berenicen, alios ad Boreum pr. Syrtis initium posuisse constat. Pertinet ea usque ad Aras; quibus memoratis, novus ponitur titulus (§ 85) Σύρτις μεγάλη, quasi antecedentia non essent pars ejusdem Syrtidis Magnæ. Sequitur § 100 Syrtis parva usque ad Thapsum (§ 113). Proximis titulus præfigitur : Λοιπὸν Φοινίκη, sive quod post finem Syrtidis novam inscriptionem flagitans auctor regionem Punicam eo nomine signare voluerit, sive quod sero demum titulus a librario additus est, qui truncatum jam codicem habens in seqq. (§ 128) Phœniciæ oppida recenseri videret. Hoc si est, ceteros quoque titulos indidem repetere licebit; sin minus, auctor e diversis libris hinc inde aliquid arripiens istam inscriptionum farraginem collegit.

205. Transeamus ad Asiæ minoris insularumque stadiasmum, quem esse opus vermiculatum facile cognoscimus. Ac primum qui leguntur diapli a Rhodo ad Scyllæum (§ 275), a Co in Delum (§ 280. 282), a Myndo ad Sunium (§ 281), quum mirum in modum laceri sint, vel hinc suspicari licet initio eos nonnisi margini adscriptos fuisse; quam conjecturam firmat quod non suis omnes locis nunc in verborum ordine exstant. Nam qui § 280 habetur diaplus per insulas a Co ad Delum, is manifesto quasi commentarius sive scholion est ad verba stadiasmi § 279 : Ἀπὸ Κῶ εἰς Δῆλον στάδιοι ͵ατ', ideoque his verbis statim fuisset subjungendus. Similiter diaplus a Myndo in Sunium (§ 281) post § 278, ubi de Myndo agitur, ponendus erat. Quo neglecto, factum est ut alter a Co in Delum diaplus (§ 282) a priore (§ 280) male divelleretur. — Deinde laterculum distantiarum quæ sint a Rhodo ad viginti Asiæ urbes insulasve (§ 271), non ex eodem fonte manare ex quo continentis ora describitur, colligimus e verbis Ἐκ Ῥόδου εἰς Φύσκον στάδιοι υν'. Nam Physcus urbs in oræ descriptione non exstat, sed quo loco Physcus situs erat, Samos memoratur, quod navale Physci fuisse videtur. Præterea a Samo ad Rhodum Stadiasmus satis recte computat sta-

dia 310, dum in laterculo isto a Rhodo ad Physcum 450 stadia numerantur perperam. Denique quum in oræ descriptione nihil offendam quod cogat ut auctorem ejus Augustea ætate juniorem fuisse putemus, laterculus ille mentionem habet Cæsareæ urbis, cui Herodes rex in honorem Augusti nomen indidit. — Pergamus ad diaplos, qui descriptioni Ciliciæ inseruntur. A Pyrami ostio ad Solos linea recta esse stadia 500 et Noster § 165 tradit et ex Artemidoro Strabo p. 675, quamquam reapse distantia stadiis quadringentis non major est. Similiter aliorum diaplôn mensuras, etsi falsissimas, eodem fere modo Noster et Strabo exhibent. Scilicet a Selinunte ad Acamantem Cypri promontorium Noster § 204 stadia 1006 (1060?), Strabo p. 682 stadia 1000 exputant, quum sint circiter 700. A Chelidoniis vero ad Acamantem et Marium Noster § 233 stadia 1800 numerat, Strabo l. l. stadia 1900, nos non ultra 1100. A Side ad Acamantem in Strabone l. l. sunt stadia 1600, in peripli codice 1006, qui numerus quamquam ad verum proxime accedit, tamen quum ob nimiam accurationem suspectus sit et de ceteris distantiis inter Cyprum et Ciliciæ oram intercedentibus Nostrum Straboni simillimum videamus, probabiliter corrigendus est in : 1600. Conferenda etiam hæc (§ 197) : Ἀπὸ Ἀνεμουρίου ἐπὶ τὰ τῆς Κύπρου ἔγγιστα, ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν, στάδιοι τ′ cum Strabonianis p. 667 : καθ' ἣν (τὴν Ἀνεμούριον ἄκραν) ἡ ἤπειρος ἐγγυτάτω τῆς Κυπρίας ἐστὶν, ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν ἐν διάρματι σταδίων τν′. Qui præter hos notatur § 186 ab Aphrodisiade in Achæorum acten Cypriam diaplus apud Strabonem non occurrit. Proclivis igitur conjectura utrumque auctorem in his eosdem vel simillimos fontes adhibuisse. Quominus autem idem de tota Asiæ minoris descriptione statuamus impedit varius de urbibus regionumque terminis dissensus quo Nostra a Strabonianis distinentur. Censendum potius est compilatorem nostrum diaplos modo laudatos oræ stadiasmo aliunde addidisse. Comprobatur hoc etiam eo quod § 233 una cum Acamante promontorio memoratur Marium urbs; quæ quum a Ptolemæo Lagi diruta, post restaurationem autem Arsinoe dicta sit (quo nomine recensetur in Cypri periplo § 309), sequitur diaplum § 233 allatum e fonte manare antiquiore quam ut in reliquam oræ Asiaticæ descriptionem cadat, in qua, ut alia mittam, Attalia, Attali Philadelphi opus, memoratur. Præterea in § 233 codex noster ordinem rerum turbatum habet, adeo ut pateat aut diaplum a Chelidoniis ad Acamantem postea demum additum esse aut titulum Λοιπὸν Λυκία non suum obtinere locum. Illud probabilius est. Quod denique attinet stadia 500, quæ a Pyrami ostio ad Solos linea recta esse dicuntur, ea Strabo ita exputat, ut ostium Pyrami prope Mallum ponatur; Noster autem suum Pyrami ostium multo magis versus occasum ponit, ab eoque usque ad Solos *juxta oram* nonnisi 360 fere stadia colligit. Liquet igitur stadia illa 500 lineæ rectæ, quum in nostrum periplum non quadrent, notari oscitanter aliunde arrepta.

206. Vidimus Asiæ minoris descriptionem variis auctam esse additamentis, quorum indagandorum copiam faciebat narrationis ordo turbatus rerumque traditarum ratio inconcinna. His resectis, qui restat Asiæ minoris stadiasmus num ex eodem totus fonte petitus sit, non dijudico. Neque de ætate fontis vel fontium accuratius certisque fultum argumentis proferre quidpiam habeo. Nihil equidem deprehendi, quod ætatem primo ante Christum seculo posteriorem prodat (*), nec refragor si de hac peripli parte statuas quod de toto Stadiasmo Gailius (**) sibi persuasit, geographica manare ex auctoribus Straboni coævis vel potius eo antiquioribus, quamquam firma ejus sententiæ argumenta non suppetere profiteor.

207. Antiquitatis indicium esse putarunt quod § 213, p. 488 Melas fluvius Pamphyliam a Cilicia dirimere proditur, quem *antiquum finem* fuisse tradit Plinius V, 22. Ac sane Scylax (§ 101 p. 76,

(*) Nam quæ serius ævum innuere videatur Ἰανουαρίας ἄκρας mentio (§ 160), vix dubium est quin debeatur librario genuinum nomen corrumpenti.

(**) Gail. Geogr. min. tom. II, p. 432 in Dissertat. de stadiasmo : « Unum autem speraverim [spe sane fallaci], non bene multa me latuisse, quibus auctoris ætas et geographicæ materiæ natura, quoad licet, dignosceretur. Ex his omnibus concludam : 1. prologi auctorem, quem Stadiasmi *editorem* haud immerito dixerim, fuisse Christianum, sed cujus ætatis, incertum : at illius orationem puram esse et corruptæ linguæ anteriorem ; 2. irrepsisse quidem nonnullas dicendi formas, quæ recentem græcismum et librariorum incuriam redolent, sed summam rerum geographicarum manare ex auctoribus Straboni coævis ; immo, ex quibusdam causam esse conjiciendi genuinum opus illud ante Strabonem potius conscriptum esse quam post Christum natum : quod obiter subodoratus cl. Mannertus sententiæ nostræ adstipulari videtur, quamquam in hac quæstione immorandi otium viro docto defuerit ; 3. hoc Stadiasmo adimpleri ea, quæ scripserunt Strabo et Ptolemæus de litoribus iisdem etc. »

ubi v. not.), etsi fluvii non meminit, tamen Pamphyliam ad Melanem usque pertinere statuisse debet, dum aliter sentiunt Artemidorus, Mela, Strabo, Plinius. At nihil his profligatur; nam Ptolemæus (V, 8, p. 333 ed. Wilb.) iterum Melane fluvio Pamphyliam a Cilicia Aspera disterminat. — In Cilicia Noster (§ 173) memorat *Elæussam*, quam Ptolemæus *Sebasten* vocat (Cf. St. B. : Ἐλαιοῦσσα ἡ νῦν Σεβαστή); nomen hoc Archelaus rex in honorem Augusti loco indidisse putandus est; at non inde sequitur periplum ante Archelai tempora scriptum esse; nam vetus Elæussæ nomen et Strabo et alii seriores usurpant. Similia dicenda forent si quis Solos (§ 170) non vero Pompejopolim in Stadiasmo memorari videns hinc temporis indicium petere vellet. Paullo aptius antiquitatis argumentum præbere videtur Coryci Lycii mentio (§ 228. 215). Etenim Strabo p. 666 in hujus oppidi regione nonnisi Κωρυκὸν αἰγιαλὸν novit, idem vero p. 671 Corycum inter oppida a Servilio Isaurico (an. 78) capta enumerat, ut deletam tunc esse credideris, præsertim quum *hujus* Coryci mentio apud seriores geographos, quantum scio, non recurrat. Quo concesso, periplum inter Attali Philadelphi, qui Attaliam (§ 223) condidit, et Servilii tempora sive inter an. 130-80 a. C. compositum diceres probabiliter. Reputandum tamen est Coryci mentionem redire § 271 in eodem illo Rhodio laterculo in qua *Cæsaream* Augusti ævo structam habes. Suspicari quidem licet antiquum laterculum, forsan ex Timosthenis Rhodii Stadiasmis repetendum, novitiis accessionibus auctum esse; sed nihil ejusmodi suspicione probatur, quam ipsam hodierna *Kourgos*, non semper jacuisse Corycum docens, labefactat. — Alia hujus generis argumenta, speciosa et inania tamen, proferre possem, quæ, ne sermo longus inutiliter trahatur, lubens omitto.

208. Ab Asiæ Minoris paraplo ad reliquam operis partem me converto, in qua librum nauticum, quamvis non eadem ubique diligentia, exscriptum esse patet. Num totius maris interni oram an, quod est verisimilius, solummodo partem ejus nauticus ille tractaverit, parum liquet; attamen præter Libyam, Ægyptum, Phœniciam, Syriam et Cyprum Cretamque etiam objectum insulis litus Asiaticum descriptum ab eo esse tum per se probabile est tum verbis nonnullis peripli nostri subindicatur. Nam quæ § 315 in Cypri periplo ab operis nostri adornatione prorsus aliena leguntur : Ἐντεῦθεν (ἀπὸ τῶν Ἄκρῶν) μετέβημεν εἰς τὸ Ἀνεμούριον, haud dubie ex nautico illo libro ducta sunt, in quo Cypri periplus junctus erat paraplo Ciliciæ. Similiter eundem auctorem e Caria per Rhodum et Carpathum et Casum insulas in Cretam transiisse e nostri Cretensis peripli initio (Ἀπὸ τοῦ Κάσου εἰς τὸ Σαμώνιον τῆς Κρήτης κτλ.) colligitur (*).

209. Ceterum ratio libri egregii hæc est. Præter nomina et distantias locorum notat auctor num ἀλίμενος locus sit (§ 3. 4. 70. 99. 116. 311), an habeat vel λιμένα vel ὅρμον vel ὕφορμον vel σάλον; sæpe accuratius etiam rem definit, addens portum aliquem esse ἐπίσημον (101), καλὸν (331), παραχειμαστικὸν (125. 345), μεγάλοις πλοίοις (125), πλοίοις μικροῖς (86. 314), φορτηγοῖς (2), τριπλοῦν (297), παντὶ ἀνέμῳ (16. 29. 297. 304); item ὅρμον vel ὕφορμον esse θερινὸν (8. 28. 38. 40. 48. 53. 66. 70. 84. 310), χειροποίητον (30), μακρὸν, παντοίοις ναυσὶν (14), πλοίοις μικροῖς (26. 57. 94), φορτηγοῖς (12. 14. 41), καλὸν ἀπὸ λιβὸς (32. 78), τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις (14), τοῖς ἐτησίαις (63). Præterea notantur σάλοι (7. 9. 126. 128), σάλος ἀνατείνων (51), ἀγκυροβόλια φορτηγοῖς (25), κοιτῶνες πλοίοις μικροῖς (128), promontoriorum ratio (ἀκρωτήριον ταπεινὸν 11; τραχὺ 18. 19; ὑψηλὸν 66; δασὺ 48; σκοπὰς ἔχον 40. 34), αἰγιαλοὶ (60. 82. αἰγιαλὸς βαθὺς 60. 71. 72), θῖνες λευκαὶ (67. 93), ἱερὰ in litore conspicua (49. 38. 14. 297. 307) et deserta castella (70. 78), arbores denique in Libyæ litoribus solitariæ (18. 30); deinde vero νῆσοι, νησία (72. 74. 38, etc.), σκόπελοι (28. 73), χοιράδες (304), πέτραι (46), βράχη (112. 114. 117, ὑψηλὰ 37, μετέωρα 57, ἐπιφαινόμενα 5, καταφανῆ 113). Multum etiam nautæ refert de aquatione doceri accurate. Noster itaque non modo monere solet num locus quidam ἄνυδρος (80. 81) sit an habeat aquam, sed plerumque etiam significat cujusnam aqua sit generis et ubi reperiatur (ὕδωρ καλὸν 324; πάνυ καλὸν 31; πολὺ 29, 30; πλατὺ 35. 42; γλυκὺ 32; ποτάμιον 96; ῥεύματα ἔχον 77; ἄνακτον, 75; πηγαῖον ἄνακτον 26; σύνακτον 43; λακκαῖον 12; ὄμβριον 29; ἐν τῷ αἰγιαλῷ 38. 54. 34; ἐν φάραγγι 12; ἐν τοῖς ἀγροῖς 26; ἐν τῇ νάπῃ 29. 40; ἐν τῇ ἄμμῳ 15. 28. 35. 51; ὑπὸ τὸ δένδρον 18; ὑπὸ τὴν συκῆν 30; παρὰ τὸ ἱερὸν 14; ἐν τῷ πύργῳ 41; ἐπὶ

(*) Hinc simul proclivis conjectura est Europæ paraplum a scriptore isto nautico alienum fuisse; alias enim periplum Cretæ insulæ, quæ non Asiæ, sed Europæ a geographis accensetur Europæ paraplo junxisset.

τοῦ πύργου 13; ἐπὶ τοῦ φρουρίου 63; ἀπὸ σταδίων ιε'). Huc accedunt quæ de navigandi ratione deque appellendis sistendisve navibus præcipiuntur. Cujusmodi sunt ista: Ἐντεῦθεν ἀναχθεὶς παράπλει· πέτραι εἰσὶν ὑψηλαί (46). Ἀπὸ σταδίων ὀκτὼ παράπλει· ἔχει γὰρ βράχη ὑψηλά (37). Τοῦτον τὸν τόπον παράπλει ἀπὸ τῆς γῆς σταδίους κ' (146). Ὁρμίζου ἐπ' αὐτὴν τοῖς ἄνωθεν ἀνέμοις (34). Ὁρμίζοι ἂν ὑπ' αὐτὸν τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις (53). Ἀσφαλῶς ὁρμίζου ἐπὶ τοῦ Ἑρμαίου (93). Ὁρμίζου ὑπὸ τὸ χῶμα (14). Ἐκ δεξιῶν τὴν ἄκραν ἔχων ὁρμίζου (13). Ταύτην ἔχων εὐώνυμον προσορμίζου (15). Εἰσάγου δεξιῶς εἰς τὸν πλαταμῶνα (11). Ταύτην ἔχων δεξιὰν κατάγου (16). Ἐν ἀριστερᾷ κατάγου (44). Καθορῶν τὸ βράχος κατάγου (23). Ἡ καταγωγή ἐστιν ἐπὶ τῇ πόλει δύσκολος πάνυ (113. 114). Ἐπίσαλός ἐστιν ὁ τόπος· ἀσφαλίζου (55). Φυλάσσου παραπλέων (57). Διαφυλάττου (204). Et quæ sunt similia.

210. Jam videamus quænam huic peripli parti nauticæ insint momenta chronologica. In Libyæ ora memorantur Castra Cornelii cum portu egregio in quo naves magnæ soleant hibernare (§ 125). Ejusmodi portum oppido vel vico destitutum fuisse vix quisquam crediderit. At Julii Cæsaris temporibus locum, ubi Cornelius olim castra metatus erat, nondum fuisse habitatum ex Bell. Civ. II, 24 (v. not. ad p. 472) facile intelligitur. Strabo Castrorum illorum non meminit. Pomponius Mela III, 7 habet quidem *castra Lælia* (*), *castra Cornelia*, non satis tamen liquet an oppidum an nihil nisi locum historia celebrem significare voluerit, præsertim quum Plinius V, 3 non oppidum vel vicum sed *locum Castra Cornelia* consignaverit (**). Tutius jam de oppido cogitare licet apud Ptolemæum IV, 3 § 6 (Κορνηλίου παρεμβολή), quippe qui loca inhabitata nec nisi priscis castris nobilia notare non soleat. Sed hoc ut ut est, dubitari nequit, quin vicus in Castrorum locum non successerit ante tempora Augusti; nec minus probabiliter statuas portum istum a nautis hibernandi causa tum demum frequentari cœptum esse quum proximus Uticæ portus luto et arena inutilis evaserat. Nam portum olim Uticam habuisse ex Livio (XXV, 31) et Appiano (Pun. c. 75) constat et testantur reliquiæ, quæ arte factum et clausum fuisse produnt. Apud Nostrum vero (§ 126) Utica λιμένα οὐκ ἔχει, ἀλλὰ σάλον ἔχει. Igitur tum portus jam erat obrutus; nondum vero fuerit Cæsaris temporibus, qui *Uticæ classem conscendit* (Bell. Afric. c. 98); nec proximis abhinc temporibus urbs, Cæsareæ familiæ favore pollens, artis opera, quæ portum tutarentur, neglexerit. Sed quando demum civium industriam vicerit Bagradæ fluvii vis lutifera aut antea jam fregerit vicinæ Carthaginis renascens potentia, propter testimoniorum penuriam dici nequit. Ipsa autem Carthago, sub cujus molem naves appellebant (***), Nostro vocatur πόλις μεγίστη (§ 124). Quæ quidem urbs tanta incrementorum celeritate usa est, ut jam Strabo de ea prædicet: εἴ τις ἄλλη καλῶς οἰκεῖται τῶν ἐν Λιβύῃ πόλεων, et Pomponius Mela *jam iterum opulentam* dicat. Ne tamen ad hæc novi splendoris primordia ætatem scriptoris nostri pertinere censeamus, impediunt quæ de aliis Libyæ oppidis in periplo referuntur. Videlicet quemadmodum Utica portu carere dicitur, sic Adrumetum quoque urbs est ἀλίμενος (§ 116). Igitur cothon ejus, quem Hirtius (Bell. Afric. c. 62. 63) memorat, jam evanuerat, sicuti qui postea ibi ab Arabibus constructus est portus egregius nunc ipse quoque adeo hominum incuria neglectus jacet, ut in salo navibus subsistendum sit. Similiter Leptis Magna λιμένα οὐκ ἔχει (§ 93); nimirum priscus portus tunc arenis obrutus erat, ut etiamnum videre est, dirutis molibus quæ fluxum maris et eluviem arcerent. Jam vero quum Leptis sub Romanis imperatoribus eximie floreret et a Septimio Severo maxime, cui ea urbs patria erat, splendidissimis monumentis ornaretur, portum, utilissimum divitiarum instrumentum, a Severo susque deque habitum undarumque ludibrio proditum esse nemo non cum Barthio, doctissimo Libyæ exploratore, negaverit. Itaque post annum 200 p. C. periplum scriptum esse persuasum est. Ab altera parte Leptis urbs Nostri temporibus nondum bellis Asturia-

(*) *Castra Lælia* (*Delia* codd., præter unum Paris.) aliunde non nota. Nescio an huc pertineat hodiernus locus *Aliah* (sic Smyth., *Kala* Barth in mappa), prope quem *Castra Cornelia* quærenda esse censent.

(**) Quod Barthius *Wanderungen* I, p. 211, not. 6 habet: « Plinius nennt an irgend einer Stelle die Castra ein *oppidum stipendiarium*, wie Morcelli anführt », frustra quæsivi in Plinio, qui Corneliorum castrorum, quantum equidem scio, nonnisi loco laudato meminit.

(***) Ὁρμίζου ὑπὸ τὸ χῶμα Noster ait. Admovendus his verbis erat locus Appiani in Pun. c. 123: ἐς τὸ χῶμα κατέφυγον, ὃν πρὸ τοῦ τείχους εὐρύχωρον ἐμπόροις ἐς διάθεσιν τῶν φορτίων ἐγεγένητο ἐκ πολλοῦ. Cf. Dureau de la Malle *Recherches sur la topographie de Carthage* p. 52.

norum barbarorum oppressa erat (c. 364 p. C.). Ptolemais vero quamvis adhuc esset πόλις μεγίστη (§ 55), portum tamen jam obrutum habuisse debet, quum nihil de loco auctor moneat nisi hæc : ἐπίσαλός ἐστιν ὁ τόπος, ἀσφαλίζου : adeo ut cogitandum sit de tempore inter florentem urbem et a Justiniano restauratam medio. Idem cadit in Berenicen, cujus portus hodie parvulis tantum navigiis patet, Nostri autem ætate pejus etiam habuisse videtur; nam signantur quidem brevia juxta Berenicen cavenda et promontorium ad quod naves sistendæ sint, de portu autem altum silentium. Denique animadvertas in Syrtis ora Eperum dici *castellum barbarorum*(§ 86), quod nisi labante jam in Africa Romanorum potentia locum habere vix potuit.

211. Transeamus in Cyprum. Memoratur ibi (§ 304) πόλις ἔρημος Ἀμμόχωστος λεγομένη, quæ quum in eodem tractu ponatur, in quo Strabo Leucollam et Arsinoen collocat, vel hæc, ut ego putem, vel illa tanquam urbs arenis obruta apud Nostrum significatur, ut primum hoc pateat periplum Strabonis ætate juniorem esse. Et quoniam Ptolemæus quoque neque Arsinoen hanc neque Leucollam novit, jam desertam tunc fuisse quam dicit Noster urbem conjicimus. Simul vero concedes ἀμμόχωστον non fuisse nomen urbis proprium, sed desertæ ruinis inditum, eamque appellationem serius demum, quum proprium nomen in oblivionem jam abiisset, usu communi esse receptam (*). Præterea citeriorem ætatem redolet quod Ἱεράπυτνα Cretica urbs apud Nostrum ut in Dione Cassio et Hierocle Ἱεράπυδνα vocatur. Adde § 302 et 311 formas Κουριακὸν et Κρομμυακὸν pro Κουριὰς ἄκρα et Κρομμύου ἄκρα, quorum hoc, etsi leviter corruptum, ipse Noster in Asiæ Minoris paraplo (§ 197) habet. Sed levioris hæc momenti sunt et fortasse in Κρομμύου ἄκρον, Κουριὰς ἄκρον refingenda. Ceterum inter Cypri urbes periplus Salaminem recenset, quam Constantini Magni anno 29 terræ motu dirutam et post restaurationem Constantiam dictam esse constat. — Quatenus igitur ex tenuioribus indiciis probabiliter aliquid colligi potest, peripli partem nauticam eum oræ maritimæ statum, qui erat inter regna Severi et Constantini, prodere et ex libro inter annos 250–300 p. C. scripto desumtam esse censeo. Nauticón auctorem antiquiores περὶ λιμένων libros Cleonis, Timosthenis, Timageti, Cratetis, aliorum in usus suos convertisse sumere licet. Quamquam de his non magis constat quam de temporibus quibus noster periplus seculo quarto vel quinto vel serius e variis, quos indicavimus, fontibus primum consarcinatus, deinde vario modo et auctus et truncatus sit.

212. Enumerandis vitiis quibus liber fœdatur innumeris non immoror. Paucas paginas lustranti abunde cuique res patebit. Sortem hanc iniquam tanto molestius ferimus quanto clarius vel in tanta labe pretium opusculi eximium cognoscitur. Nullum novi librum, qui in locorum maritimorum recensu copias expromat uberiores. Proxime accedit Ptolemæus, multo tamen inferior (**). Nauticus vero liber, qualem Libyæ et Cretæ descriptio ostendit, unicus est quem ex tota antiquitate habemus reliquum. Cujus quanta sit fides et in situ locorum definiendo utilitas, recentissimi maxime peregrinatores, in Creta Pashleyus, in Libya strenuissimus Barthius noster patefecerunt sæpiusque grati ac mirabundi professi sunt. Quare vehementer dolemus Smythium et Beecheyum, Anglos doctos diligentesque, quibus plurimum nos debemus, quum amplissimis copiis instructi Libyæ oram terra marique explorarent, Stadiasmi nostri fuisse immemores. Quem si nossent, haud pauca constituissent accuratius vitassentque errores quos Ptolemæo duci infido addicti cavere vix poterant.

213. Ediderunt periplum Iriarte et Gailius et Hoffmannus. Codicem denuo contulit E. Millerus. Vide not. ad pag. 427.

(*) Quod olim in Ptolemæi (V, 13) editionibus e codd. aliquot legebatur Ἀμμόχωστος, ubi meliores codd. Πηδάλιον ἄκρον habent, e nota marginali illatum est. Etenim quum postea in locum urbis desertæ nova urbs successisset, quæ nomen loci deserti, quod usu invaluerat, conservavit (hodierna *Famagusta*) : hanc librarius quidam Cyprius (cf. not. ad § 307) margini adscripsit, postea alius in textum recepit, et quum graduum numeri non adessent, in notæ urbis gratiam Pedalium prom. ejecit.

(**) In oræ Libycæ locis 127 supra triginta occurrunt, quorum mentio apud Ptolemæum non occurrit. Vide § 9. 20. 24. 30. 32. 42. 44. 58-61. 64. 66. 67. 69-71. 76-78. 80-82. 96. 97. 100. 101. 114. 110. 120. 124.

MARCIANUS HERACLEENSIS.

214. Marcianus ex Heraclea Ponticus, nomine Romanus, patria et lingua et studiis Græcus, Ptolemæo geographo, quem legebat, junior, Stephano Byzantio, a quo legebatur, antiquior, quonam potissimum tempore vixerit, veterum testimoniorum fide asseverari nequit. Salmasius in Exercc. Plin. p. 495 floruisse eum censet Synesii temporibus. Eadem sententia est Lucæ Holstenii in epistola ad Peirescium (an. 1628. Febr.), ubi de Marciano : « *Author hic,* inquit, σύγχρονος *fuit Synesio, qui Epistola C ad Pylæmenem rhetorem Heracleotam, Marciani meminit.* » Videlicet Synesius l. l. ad Pylæmenem rhetorem, quem Heracleensem fuisse ex epp. 103 et 149 patet, inter alia etiam hæc scribit : Πρόσειπε παρ' ἐμοῦ πάνυ πολλὰ τὸν σεβασμιώτατον Μαρκιανὸν, ὃν εἰ προλαβὼν Ἀριστείδην Ἑρμοῦ λογίου τύπον ἐν ἀνθρώποις ἔφην ἐληλυθέναι, μόλις ἂν ἔτυχον τῆς ἀξίας, ὅτι πλέον ἐστὶν ἢ τύπος· ἐπιστολὴν δὲ ἐξ εὐθείας πρὸς αὐτὸν ἐπιθεῖναι καίτοι προθυμηθεὶς ἐνάρκεσα, ἵνα μὴ εὐθύνας ὑπόσχω τοῖς πανδέκταις τοῖς ἀποσμιλεύουσι τὰ ὀνόματα· οὐ γὰρ μικρὸς ὁ κίνδυνος ἐν τῷ πανελληνίῳ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι· καλῶ γὰρ οὕτω τὸν τόπον, ἐν ᾧ πολλάκις ἐφρόντισα τὰς βαρείας φροντίδας τῶν ἁπανταχόθεν ἐλλογίμων συνιόντων, ἐφ' ᾧ τῆς ἱερᾶς ἀκοῦσαι τοῦ πρεσβύτου φωνῆς παλαιὰ καὶ νέα καταμαστευούσης διηγήματα. Habemus in his Marcianum quendam, quem fortasse in Heraclea Bithyniæ urbe vixisse, quoniam Pylæmenes Heracleensis erat, suspicari licet. Quamquam num eo tempore Pylæmenes Heracleæ artem suam exercuerit, et Heraclea vocetur Πανελλήνιον, an non Byzantium potius, ubi diutius Synesium versatum esse scimus; porro num Marcianus ille etiam scriptor et geographicus quidem scriptor fuerit; num tantum Synesius studio et oris rotunditati indulserit, ut Ἑρμοῦ λογίου τύπον appellet virum, quem nos non novimus nisi tamquam misellum alienorum librorum breviatorem ac dicendi genere anilem et impotentem ; num denique Christianus episcopus sanctam senis venerandi vocem in pagano nostro, Ptolemæi τοῦ θειοτάτου admiratore et θεοὺς λογίους obtestante (p. 567, 28), prædicaverit : hæc omnia mero nostro arbitrio dijudicanda relinquuntur. Itaque ex Synesii loco parum nos proficimus ; ac omnino, nisi disertiora testimonia suppetant, tanto majus est errandi periculum, quo frequentius nomen Marciani apud serioris ævi homines occurrit. A Ponticis id regionibus non alienum fuisse liquet ex Synesii epistola 191 ad Tryphonem, ubi : Μαρκιανὸν τὸν φιλόσοφον τὸν ἄρξαντα Παφλαγόνων προσεῖπε παρ' ἐμοῦ, sive hunc eundem cum Marciano epistolæ 100 (*), sive diversum ab eo esse putes. Adde titulum Amastris urbis Paphlagonicæ in C. Inscr. t. III, p. 385, n. 4151, ubi Αἴλιος Αὐρήλιος Μαρκιανὸς ὁ πρῶτος ἄρχων.

215. Paullo tutius de ætate scriptoris nostri judicare licet, si opera ejus in examen vocaveris. In quibus quum orationis indoles, quam e procemiis maxime cognoscimus, labentem græcitatem arguat, citerioris ævi auctorem cum Byzantinis scriptoribus componendum facile agnoscis. Geographia, qualem Marcianus adumbrat, quum ex antiquioribus libris ducta sit, nihil fere suppeditat unde id quod quærimus erui possit. Quamvis enim multa se acceptis de suo penu addidisse passim auctor profiteatur, indicia tamen hujus operæ in libris de Oceano, quos præ ceteris suæ ipsius diligentiæ opus (τῶν ἐμαυτοῦ πόνων ἐναργὲς γνώρισμα p. 567, 30) esse dictitat, tam exigua sunt, ac tam manifestum est longe plurima e Ptolemæo verbotenus fere exscripta esse, ut in his vaniloquentia hominis neminem lateat. Nec aliter res fuerit in compendiis ex Artemidoro et Menippo collectis. Si quid tamen in his mutavit vir

(*) Hoc placuit B. Fabricio (*Ueber Markianos aus Heraclea* in *Rhein. Mus.* II, 3, p. 369. 1843). Idem monet Grævium exemplari Geographorum Hœschelianorum in bibliotheca Heidelbergense asservato adscripsisse : *De Marciano Libanius agit in epistola quadam ad Modestum p.* 30.; id vero admitti non posse, quum hunc M. Antiochenum fuisse liqueat ex Liban. ep. 602 b et 1535, ejusdemque Marciani mentionem fieri epp. 51. 213. 305. 732. 1444. 1446. 1535. 1537 et 1196, ubi Wolfius : « Marcianum hunc esse credo, ad quem aliquot Symmachi nostro (Libanio) æqualis exstant epistolæ, v. c. lib. VIII, 9. 22. 52. 57. 72. Fuit is sub Valentiniano juniore Vicarius. V. Jac. Gothofredi Prosopographiam codicis Theodosiani p. 371. » Adde Eunapii fragm. 44 in Fr. Hist. IV, p. 33. Græcum scriptorem, cui Marciani nomen, memorat Photius in Bibl. cod. 158 p. 101, a. 18, ubi Phrynichus, Marci et Commodi impp. æqualis, in σοφιστικῆς παρασκευῆς libro decimo inter alia etiam hæc tradere dicitur : Καὶ Μαρκιανόν φησι τὸν κριτικὸν συγγραφέα ὑπερορᾶν μὲν Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους, τὰς δὲ Βρούτου τοῦ Ἰταλοῦ ἐπιστολὰς προκρίνειν καὶ κανόνα τῆς ἐν λόγῳ ἀρετῆς ἀποφαίνειν κτλ. Is fortasse est Marcianus quem inter præceptores suos nominat Marcus Aurelius.

Ponticus, præ ceteris id in Ponticorum descriptione quæsiveris. Invenisse autem hoc unum mihi videor. In Menippi Epitome § 9 p. 571 ita habes: Οὗτος ὁ ποταπὸς (Euarchus) ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ τὴν ἐχομένην Καππαδοκίαν· τινὲς δὲ αὐτοὺς Λευκοσύρους ἐκάλεσαν. Νυνὶ δὲ μετὰ τὴν Παφλαγονίαν τὰ ἐχόμενα μέχρι τῶν βαρβαρικῶν ὁρίων ἰδίως Πόντος καλεῖται· διῄρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δύο. Marcianus igitur, si ἐπαρχία vocem eo sensu usurpavit quo de regionibus Romanorum imperio subjectis adhiberi solet, Pontum ait in duas nunc dirimi *provincias*. Menippus, Strabonis fere æqualis, dicere id non potuit; ac duos Pontos (Galaticum, Galatiæ regni sub Dejotaro partem, et Polemoniacum, qui *Ponti* regnum constituit) et Ποντικὴν βασιλείαν, non vero provincias, eum memorasse constat e Stephano Byzantio (v. Fr. Menippi 1 p. 572). Pontus vero Polemoniacus sub Nerone demum (62 p. C.) in provinciæ formam redactus est. Deinde, nescio quando(*), adjectus est tertius Pontus, Cappadocius dictus, qui Ptolemæi ætate et deinceps una cum reliquis duobus pars erat unius Cappadociæ provinciæ. Diocletiani autem et Constantini temporibus quum veteres provinciarum rationes mutarentur, etiam magna ista Cappadocia in complures provincias ita est divisa, ut Pontica ejus pars, veteri Ponto Galatico et Polemoniaco respondens, distingueretur in Heleno-Pontum provinciam, de Helena matre Constantini († 328) dictum, et in Pontum Polemoniacum. Eaque divisio permansit usque ad Justinianum, qui duos hosce Pontos in unum, cui Helenoponti nomen, contraxit (Novell. 28 et 31). Itaque apud Marcianum Ponticæ provinciæ duæ nonnisi ad tempora inter Constantinum et Justinianum media referri possunt (327–527 p. C.). Etsi igitur quæ de Marciano Synesii coætaneo supra legimus, num ad Nostrum an alium pertineant, minime liquet, nihil tamen novimus quod impediat quominus geographus Synesii ætate (c. 400 p. C.) vixisse possit(**), sive in Heraclea patria sive Constantinopoli.

216. Scripta Marciani hæc sunt:

1. Ἐπιτομὴ τῶν ἕνδεκα τῆς γεωγραφίας Ἀρτεμιδώρου Ἐφεσίου (ἐν βιβλίοις ια').

2. Περίπλους τῆς ἔξω θαλάσσης ἐν βιβλίοις β'.

3. Περὶ τῶν ἀπὸ Ῥώμης πρὸς τὰς ἐπισήμους τῆς οἰκουμένης πόλεις διαστάσεων.

4. Ἐπιτομὴ τῶν τριῶν τοῦ τῆς ἐντὸς θαλάσσης περίπλου βιβλίων Μενίππου Περγαμηνοῦ (ἐν βιβλ. γ').

217. Artemidoreæ geographiæ epitome periit, nisi quod nonnulla ex ea servarunt Stephanus Byzantius et scholiasta ad Apollonium Rhodium(***), quorum ille vicesies, hic semel mentionem ejus injiciunt. Ipse Marcianus in Epitom.

(*) Id jam factum esse quo tempore Archelaus ab Antonio Cappadociam obtinuit, suspicari possis ex Dione LI, 2, ubi Lycomedes quidam ἐν μέρει τοῦ Καππαδοκικοῦ Πόντου regnasse dicitur. At quum Menippus nonnisi duos Pontos noverit, neque alius ejus ætatis scriptor tertium memoret, Dio regionem, ubi Lycomedes regulus erat, e sui ævi consuetudine indicasse videtur. Quod Mannertus VI, 2, p. 352 de origine nominis Ponti Cappadocici dicit, haud admittes, si tempora regni Cappadocici et Pythodoridis reputes.

(**) Ex Salmasii et Holstenii sententia Marcianus circa 400-410 p. Chr. poni solet in compendiis historiæ literarum, V. Saxe in Onomastico I, p. 477; Groddek. Init. histor. litt. II, 83. 91; Wolf *Vorlesungen über die gr. Lit.* p. 331; Schœll *Literat.* III, p. 325; Passow *Grundzüge*, etc. p. 46; Petersen *Handbuch d. gr. Lit.* p. 347; Bibliotheca Britannica *by R. Watt.* II, p. 643, citante Fabricio p. 368. Meinekius in Vindiciis Strabon. p. x: « Habuit (Straboniani) operis cognitionem Marcianus Heracleota, quinti seculi scriptor, quem Byzantii docuisse verisimile est. » Dodwellus (*De scriptis et ætate Marciani Heracleotæ* in Hudson. Geogr. t. I, p. 157) post longas perversissimarum disputatiuncularum ambages in hanc desinit sententiam: « Plane ergo nihil video quod Marciani ætatem multo inferiorem arguat ætate Ptolemæi. Nihil plane cur junior credatur tertio æræ nostræ Christianæ sæculo. » Addo aliorum quorundam sententias a Fabricio enotatas. Moreri in *Dictionnaire histor.* ita habet de Marciano: « Comme il ne parle point de la ville de Constantinople, il est à croire que c'est avant le règne de Constantin qu'il a écrit, et néanmoins après Ptolémée le géographe. » Similiter in *Biographie univ. anc. et mod.* (Paris 1826) t. XXVI, p. 615: « Il paraît avoir vécu au commencement du quatrième siècle, un peu avant la translation de l'empire à Constantinople. » Non reputarunt Constantinopolitanæ regionis descriptionem in Marciani libris periisse. Verum etiam si superstes esset in eaque nonnisi Byzantii nomen usurparetur, nihil certioris inde de ætate scriptoris colligi potuisse vix est quod viris doctis probetur. Denique apud Dureau de la Malle in *Géogr. physique de la mer Noire*, etc. p. 354 de Marciano legere est: « géographe du temps de Claude et par conséquent contemporain de Pline. » B. Fabricius l. l. nihil dijudicat. Vix enim quidquam tribuerit iis quæ scribit p. 374: « Stephanus ist es, und er allein, der den Marcianus sehr oft anführt, den Menippus Z. B. *nur* (?) nach dieser Epitome des Markianus; und *sehr natürlich war daher* (!) die von mir früher œffentlich (nescio ubi) schon geæusserte Vermuthung, dass Markianus ein Zeitgenosse des Stephanus war, wenn denn wirklich keine anderen Gründe gelten sollten. *Denn* (!) der Gedanke liegt allerdings nahe, dass dem Stephanus diese Auszüge erwünscht sein mussten, da er die Hauptsache hier vereinigt glaubte und für sein grœsseres Werk compendiarische Arbeiten den umfassendern Originalen selbst vorziehen musste. »

(***) Hic scholiastæ locus (III, 359) unus est ex iis, quibus evertitur opinio virorum quorundam doctorum, nullum in scholiis laudari scriptorem Augusteo ævo juniorem.

Menip. p. 566, postquam dixerat antiquiores periplôn auctores, quorum nomina recenset, quibusque legendis diu se insudasse contendit, rem parum accurate tractasse et minus instructos ad negotium accessisse, pergit hunc in modum : Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ἑξακοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα γεγονὼς, τὸ δὲ πλεῖστον μέρος τῆς ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς τυγχανούσης θαλάττης ἐκπεριπλεύσας, θεασάμενος δὲ καὶ τὴν νῆσον τὰ Γάδειρα καὶ μέρη τινὰ τῆς ἐκτὸς θαλάττης, ἣν ὠκεανὸν καλοῦσι, τῆς μὲν ἀκριβοῦς γεωγραφίας λείπεται, τὸν δὲ περίπλουν τῆς ἐντὸς Ἡρακλείου πορθμοῦ θαλάσσης καὶ τὴν ἀναμέτρησιν ταύτης μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἐν ἕνδεκα διεξῆλθε βιβλίοις, ὡς σαφέστατον καὶ ἀκριβέστατον περίπλουν τῆς καθ' ἡμᾶς ἀναγράψαι θαλάττης.... Ἐγὼ τοίνυν πάντων τῶν μνημονευθέντων προκρίνας Ἀρτεμίδωρον τὸν Ἐφέσιον, ἐπιτομὴν τῶν ἕνδεκα βιβλίων τοῦ μνημονευθέντος ἐποιησάμην, προσθεὶς καὶ ἐξ ἑτέρων παλαιῶν τὰ ἐλλείποντα, καὶ τὴν διαίρεσιν τῶν ια' βιβλίων φυλάξας, ὡς μετρίαν μὲν γεωγραφίαν, τελειότατον δὲ περίπλουν ἀπεργάσασθαι. Ibid. § 4, p. 567 : Τὴν ἔκδοσιν τῶν τριῶν βιβλίων (Menippi) ἐποιησάμην, οὐκ ἀφελόμενος τῆς προσηγορίας τὸν πατέρα τούτων, οὐδὲ εἰς ἐμαυτὸν μεταστήσας τοὺς ἀλλοτρίους πόνους, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ πᾶσι πεφροντισμένως ἐπεξελθόντος Ἀρτεμιδώρου, ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκείνων προσηγορίας ἐπιγράψας τοῖς βιβλίοις, ὡς ἂν μηδὲν εἰς τοὺς λογίους ἁμαρτάνειν δοκοίην θεοὺς, τὰς δὲ τούτων ἐπιτομὰς καὶ διορθώσεις τῶν ἐμαυτοῦ ποιησάμενος πόνων ἐναργὲς γνώρισμα, ὥστε τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδὲν μήτε τῶν παρ' ἐκείνων συγγραφέντων μήτε τῶν παρ' ἡμῶν προστεθέντων ἢ διορθώσεως ἐπιμελοῦς ἀξιωθέντων ἀγνοῆσαι. Peripl. maris ext. I, 1, p. 516 : Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος ἐν ἕνδεκα τοῖς τῆς γεωγραφίας βιβλίοις τὸν περίπλουν (sc. τῆς ἐντὸς θαλάσσης), ὡς ἂν ἦν μάλιστα δυνατὸν, συνέγραψεν· ἡμεῖς δὲ τῶν βιβλίων τούτων τὰς περιττὰς τοῦ μνημονευθέντος ἀνδρὸς παρεκβάσεις, προσέτι δὲ βαρβάρων Αἰθιοπικὰς πόλεις ἀφέντες, ἐν ἐπιτομῇ σαφέστατα μετ' ἀκριβοῦς τῶν ἐφευρεθέντων προσθήκης τὸν περίπλουν ἐποιησάμεθα, ὡς μηδὲν ἐνδεῖν πρὸς τελειοτάτην σαφήνειαν τοῖς περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γεωγραφίας σπουδάζουσι. Ibid. I, 3, p. 519: Τὸν μὲν οὖν περίπλουν τῆς θαλάσσης ταύτης (sc. τῆς ἐντὸς) διὰ τῆς ἐπιτομῆς τῶν ια' βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ γεωγράφου σαφῆ κατεστήσαμεν, ὡς προείρηται. Ibid. II, 2, p. 542 : Τῆς γὰρ ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἁπάσης θαλάσσης, ὥσπερ καὶ προειρήκαμεν, ἀκριβῆ τὸν περίπλουν (ὥς γε οἰόμεθα) πεποιήμεθα ἐν ταῖς ἐπιτομαῖς τῶν ἕνδεκα βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἐφεσίου γεωγράφου, ὃν νομίζομεν τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης ἐπιμελέστατον ἐν τοῖς τῆς Γεωγραφίας τὸν περίπλουν πεποιῆσθαι.

218. Ex allatis facile colligitur opus hoc non tam justum fuisse Artemidoreæ geographiæ compendium quam periplum maris interni, ex Artemidoro eadem fere ratione collectum, qua Oceani periplum e Ptolemæi et Protagoræ geographiis Marcianus elicuit. Videlicet quæ ad oræ maritimæ descriptionem pertinerent loca ex Artemidoro assumsit omnia et passim etiam aliunde petitis auxit, mediterranea autem vix obiter attigit. Fragmenta omnia ad loca maritima vel non longe a mari distantia pertinent, præter fr. 21 et 22, p. 574, quibus Themisonii Phrygiæ urbis et maris Caspii mentio fit.

219. PERIPLUS MARIS EXTERI libris constat duobus, quorum priore oceanus orientalis, occiduus altero describuntur. In illo post præmissum de instituto suo et ducibus quos secutus sit et causis variarum in periplis mensurarum et totius orbis terrarum dimensionibus deque aliis rebus ad propositum parum pertinentibus procemium auctor ab Ælanitico recessu exorsus primum Libyæ oram usque ad Prasum promontorium, deinde Asiaticam ad Cottiarim usque, Sinarum fluvium, recenset. Liber posterior post procemium exhibuit oceani occidentalis partem borealem, ab Herculis columnis sive a Calpe usque ad Sarmatiam, et deinceps partem australem usque ad Hypodromum Æthiopicum. In singulis ita rem Marcianus instituit. Primum fines uniuscujusque regionis indicat; tum urbes, vicos, fluvios, montes oræ maritimæ, eorumque distantias recenset; deinde quæ sit longitudo et latitudo regionis docet; post hæc apponit numerum gentium, provinciarum, urbium, vicorum, montium, fluviorum, etc., in unum collectis et maritimis et mediterraneis; postremo loco habet summam stadiorum quæ e paraplo regionis efficitur. Hæc constans ratio est in libro utroque; ceterum Europæi oceani paraplus eo præstat, quod locorum maritimorum intervalla non uno stadiorum numero significantur, sed duobus, ita scilicet ut ex numeris quos varii peripli suppeditabant auctori, et maximus et minimus apponatur. Præterea in hac operis parte non modo longitudinem latitudinemque singularum regionum exhibet, sed τῆς μεσογείας quoque τὸν περιορισμὸν sive summam stadiorum quæ ex longitudine omnium laterum mediterraneorum conflatur.

220. Periplum hunc non habemus integrum, sed, codicis Parisini quaternionibus tertio et sexto deperditis, ἀκέφαλον et μείουρον. In libro

primo desunt procemii initium capitumque indiculus, in altero paraplus Libyæ occiduæ. Deinde vero majus etiam damnum intulit scribæ cujusdam festinantia, qui opus nostrum excerpsit potius quam transcripsit. Initio rem egit strenue, sed mox fatiscens in generali regionum descriptione ut plurimum acquievit, missaque fecit τὰ κατὰ μέρος (*). Sic in libro primo nonnisi oræ a Tigri ad Indum pertinentis, in secunda autem nihil nisi Bæticæ, Lusitaniæ, Aquitaniæ, Germaniæ et Sarmatiæ peripli particulares supersunt, adeo ut ea quæ præ ceteris servata velis, per majorem operis partem jam desiderentur. Huc accedunt minores lacunæ, ac nominum numerorumque depravationes frequentissimæ.

221. Sed ne dolori indulgeas temporisque crepes injuriam. Jacturam ferre licet levius. Periplus ille bonam partem ex opere selectus est quod habemus integrum (**). Etenim de fontibus suis Marcianus in procemio libri primi ita habet : Τῶν δὲ ὠκεανῶν ἑκατέρων τοῦ τε ἑῴου καὶ τοῦ ἑσπερίου (ὧν τὴν εἴδησιν ἐς ὅσον ἐφικτὸν ἀνθρώποις ἡ τῶν πολλῶν σπουδὴ καὶ φιλομαθία σαφῆ κατέστησεν) ἐκ τῆς γεωγραφίας τοῦ θειοτάτου καὶ σοφωτάτου Πτολεμαίου ἔκ τε τῆς Πρωταγόρου τῶν σταδίων ἀναμετρήσεως, ἣν τοῖς οἰκείοις τῆς γεωγραφίας βιβλίοις προστέθεικεν, ἔτι μὴν καὶ ἑτέρων πλείστων ἀρχαίων ἀνδρῶν, τὸν περίπλουν ἀναγράψαι προειλόμεθα. Inter hos quinam fuerint ἕτεροι πλεῖστοι, ne Marcianus quidem dicere potuerit. Protagoræ meminit etiam II, 5, p. 543, ubi hæc : Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τῶν ταῦτα τὰ μέρη περιπλευσάντων περὶ τὸν τῶν σταδίων ἀριθμὸν διεσφάλησαν,... διπλοῦν ὡς ἐπίπαν τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων προσγράψαι προειλόμεθα, τό τε μὴ πλεῖον καὶ τὸ μὴ ἔλαττον... Τοῦτο γὰρ σαφῶς καὶ Πρωταγόρας ἐν τῇ Γεωγραφίᾳ ποιήσας δοκεῖ τὴν περὶ τοὺς σταδίους πλάνην ἐκπεφευγέναι. Et II, 38, p. 558 : Τὰ δὲ κατὰ μέρος τῆς Σαρματίας κεφαλαιωδέστερον ἐτάξαμεν, μὴ προσθέντες τῶν σταδίων τὸν ἀριθμὸν τῷ τὸν ἀκριβῆ περίπλουν τοῦ ἀρκτικοῦ τούτου ὠκεανοῦ σχεδὸν ἄγνωστον τυγχάνειν... μάλισθ' ὅτε καὶ ὁ Πρωταγόρας παραλελοιπέναι τούτων τῶν σταδίων τὸν ἀριθμὸν δοκεῖ. Præterea Photius cod. 188, postquam de volumine in quibus Alexandri (Polyhistoris) Θαυμασίων συναγωγὴ legebatur, nonnulla retulit, subjicit hæc : Ἐν ταὐτῷ (in eodem volumine) δὲ καὶ Πρωταγόρου γεωμετρίας (γεωγραφίας e Marciano legi jubet Casaubon.) τῆς οἰκουμένης ἐπιγραφὴν ἔχον, λόγοι ϛ', ὧν τὰ μὲν ε', εἰ καὶ μὴ σπουδαίως καὶ ὡς οἱ ὕστερον ἀκριβῶς, ἀλλ' οὖν τὴν τῆς Ἀσίας καὶ Λιβύης, ἀλλὰ καὶ Εὐρώπης περιήγησιν ποιεῖται· τὸ δὲ ἕκτον σύστοιχόν πώς ἐστι τῇ Ἀλεξάνδρου συναγωγῇ· τῶν γὰρ κατὰ τὴν οἰκουμένην παραδοξολογουμένων ἀναγράφει τὴν ἱστορίαν, ὧν τὰ μὲν εἰς ἀρχαιοτέρους ἀναφέρει, πολλὰ δὲ καὶ εἰς αὐτοψίαν ἕλκει, οὐκ ἔλαττον τῶν ἄλλων προβαλλόμενα τὸ παράδοξον. Σαφὴς δὲ καὶ οὗτος καὶ κεφαλαιώδης κατὰ τὸ ἕκτον τὴν φράσιν μάλιστα. Mirabilium collectionem spectat Tzetzes in Chil. VIII, 647, ubi inter auctores qui mirabilia multa et mendacia tradiderint, cum Ctesia, Jambulo, Rhegino, Alexandro, Sotione, Antigono, Eudoxo, Hippostrato, aliis recensentur ὁ Πρωταγόρας αὐτός τε ἅμα καὶ Πτολεμαῖος. In ejusdem Tzetzæ scholiis ad. h. versum ap. Cramer. Anecd. Ox. III, p. 370, 2 legitur : Πρωταγόρας ὁ περιηγητὴς καὶ Πτολεμαῖος Διονύσιος, in quibus, modo recte Cramerus codicis lectionem exhibeat, latet mendum. Si ignotus nobis Ptolemæus quidam indicatur, legi possit ὁ Διονυσίου ; sed nescio an scribendum sit Χέννος, nam Ptolemæus Alexandrinus grammaticus, Hephæstionis filius, προσαγορευθεὶς δὲ Χέννος; scripsit περὶ παραδόξου ἱστορίας, teste Suida v. Πτολεμαῖος, sive περὶ τῆς εἰς πολυμαθίαν καινῆς ἱστορίας λόγους ἕξ, secundum Photium bibl. cod. 190 (***).

222. Jam ut illuc revertar, Marcianus fontibus suis ita usus est, ut quæ ad regionum divisionem, fines, loca, fluvios, montes, insulas pertinerent, e Ptolemæo assumeret, eumque in multis verbotenus exscriberet (adeo ut manca sæpe possint Ptolemæi verbis resarciri), stadiasmum vero e Protagora mutuaretur. Quodsi exceperis quæ in procemio de orbis terrarum et trium continentium mensuris ex Eratosthene, Artemidoro

(*) Holstenius Ep. laud. ad Peiresc. : « Lacunæ ingentes singulorum ferme capitum. » Pluribus de his dixit B. Fabricius in libello quem inscripsit : *Lectiones Marcianeæ* Dresdæ 1848. 8.

(**) Gosselin *Rech. sur la geogr. systém.* III, p. 161 : « Nous ne faisons pas usage des distances données par le périple de cet auteur, parce que son texte est plein de lacunes, de transpositions, et d'erreurs dans les chiffres. Marcien (?) paraît avoir réduit la graduation de Ptolémée en stades, et il ne serait pas impossible de rétablir avec une sorte d'exactitude une grande partie de son texte : mais le travail qu'exigerait cette operation surpasserait beaucoup l'utilité qu'on pourrait en retirer, parce qu'en dernière analyse, on n'obtiendrait guères d'autres résultats que ceux que nous donnent les tables de Ptolémée. »

(***) Vixit Trajani et Hadriani temporibus, ut Suidas ait v. Πτολεμαῖος, vel potius ἐπὶ Νέρωνος καὶ μέχρι Νέρβα, ut idem habet v. Ἐπαφρόδιτος. Ceterum Ptolemæum istum non alium esse a Claudio Ptolemæo, qui una cum Protagora apud Marcianum componitur, putabat Fabricius l. l. p. 371.

et fortasse aliis affert et cum Ptolemæi geographia inepte miscet, nonnisi rarissima quædam occurrunt a Claudii verbis aliena, ex iisque nonnulla non tam ad alios fontes quam ad Marciani vel librariorum negligentiam referenda sunt. Novi ne hilum quidem e Marciano discimus. Nam quem Stephanus ex eo laudat Λαδισανίτην Arabiæ sinum (v. p. 528, 26) sumsisse debet e codice depravato, in quo literæ ΛΑΔΙ in ΜΑΙ mutandæ erant. Unicum, ni fallor, locorum nomen, quod in Ptolemæo nostro non legimus, habes p. 523, 29, ubi οἱ δρόμοι τῆς Ἀζανίας memorantur, quos accuratius novimus ex Anon. periplo maris Erythræi, Marcianus vero e Protagora habuerit, sicuti quæ de magnitudine Taprobanes insulæ (p. 534) et de sinus Magni et aliorum nonnullorum mensuris a Ptolemæi computo diversa deprehenduntur. Ceterum Protagoræ quoque geographia, quam de parte mathematica γεωμετρίαν Photius dicere potuit, in plerisque Ptolemæi operi superstructa fuisse videtur, adeo ut quæ gradibus ille, hic stadiorum numeris definiret, et præterea locorum maritimorum distantias e variis periplis colligeret. Quamquam accuratius quidpiam de hoc scriptore, cujus ne de ætate quidem constat, nequit asseverari.

223. Tertio loco inter scripta Marciani posui titulum : Περὶ τῶν ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς ἐπισήμους τῆς οἰκουμένης πόλεις διαστάσεων, qui quum in indiculo capitum peripli maris exteri locum ultimum obtineat, non opus particulare, sed appendicem periplo subjectum prodere videtur. Ipsum scriptum una cum extrema peripli parte in codice periit; semel memoratur a Stephano Byzantio v. Ἄμισα (v. p. 565). Auctorem in distantiis illis fuisse miliarii aurei et itinerariorum publicorum fidem secutum censet Lucas Holstenius in Ep. ad Peirescium supra jam laudata (*) Similiter alii. Ego ita existimo. Quemadmodum Ptolemæus libro ultimo in πινάκων indice tradit quænam sit præcipuorum orbis oppidorum ab Alexandria distantia (**), similiter in sua γεωμετρίᾳ sive γεωγραφίᾳ fecerit Protagoras, nisi quod calculis suis a Roma urbe, in qua vitam egerit, proficisceretur et astronomicum Ptolemæi computum ad stadiorum numerum revocaret. E Protagora deinde etiam hæc corrasit Marcianus. Oppida, quorum mentio fiebat, eadem haud dubie erant quæ apud Ptolemæum habes. Certe quam unam ex hoc scripto Marciani Stephanus laudat Amisam Germaniæ, eandem etiam Ptolemæus præbet VIII, 6, 3, ubi hæc : Τῶν δὲ ἐν τῇ Γερμανίᾳ διασήμων πόλεων ἡ μὲν Ἀμισία τὴν μεγίστην ἡμέραν ἔχει ὡρῶν ις′ ∠′, καὶ διέστηκεν Ἀλεξανδρείας πρὸς δύσεις δυσὶν ἔγγιστα. Scripsi Ἀμισία pro Ἀμάσεια, quod editiones et hoc loco habent et II, 10, p. 154 ed. Wilberg. At libro secundo l. l. codex editionis Argentinæ p. 18 præbet Ἀμισία (Ἀμεισία, Ἀμεσία, Ἀμεσύα alii codd. ap. Wilb.), quod apud Stephanum quoque reponendum fuerit pro Ἄμισα vel Ἄμισσα, sicut *Amisia* legitur ap. Tacitum (***) Ann. II, 8, et fluvius propinquus (hod. *Ems*) vocatur *Amisius* vel *Amisia* ap. Tacit. Ann. I, 60. 63. 70, Melam II, 3 et Plinium IV, 14. Strabo p. 290 et 291 qui urbis non meminit, fluvium vocat Ἀμασίαν, fortasse patriæ nomine seductus. E Strabone autem nescio an fluminis nomen Ἀμασίας jam pridem in Ptolemæum II, 11, p. 148, 2 illatum sit, quum consentire de eo codd. videantur (nisi quod Ἀμάσου pro Ἀμασίου præbet editio Argentina), nec dissentiat Marcianus p. 555, 11.

224. Hæc quum ita habeant, facilis conjectura est Marciani periplum, e Ptolemæi maxime centonibus collectum, etsi copias geographicas non augeat, tamen non ut prorsus inutilem projiciendum esse. Nam constat nostros Ptolemæi codices cunctos ævi esse citerioris, ac verba auctoris toties descripti locis innumeris librariorum culpa corrupta et doctorum arbitrio curtata, aucta, transposita vel alio modo esse mutata. Haud contemnendus igitur auctor qui circa quintum post Chr. seculum suos Ptolemæi codices verbotenus sæpe exscripsit. Spem quidem utilitatis in Ptolemæum hinc redundaturæ fore minimam credideris, quod Marciani codex Parisinus mendorum copia laborat, adeo ut e Ptolemæo sæpius Marcianus quam hic ex illo corrigendus sit; eandem-

(*) Wesselingius in præfat. ad Itin. p. 2 : « Hadrianus Junius *Bataviæ* suæ pag. 263 Marcianum Itinerario auctorem dedit, qui, Stephano in Ἄμισα teste, Itinerarium ab urbe Roma ad nobilia oppida scripsit; quam conjecturam vir egregius sine dubio damnasset, si Marciani reliquias cum hoc Itinerario contendisset. Diversum enim genus et discrepans utriusque institutum est. » Dodwelli hariolationes legere est apud Hudsonum tom. I, p. 144.

(**) Ptol. VIII, 2 init. : Ὑποτάσσοντες δὲ τῶν καθ' ἑκάστην χώραν διασήμων πόλεων τὰ μὲν ἐξάρματα μετειλημένα εἰς τὰ μεγέθη τῶν ἐν αὐτοῖς μεγίστων ἡμερῶν, τὰς δὲ κατὰ μῆκος ἐποχὰς εἰς τὰς ἀπὸ τοῦ δι' Ἀλεξανδρείας μεσημβρινοῦ διαστάσεις κτλ.

(***) Haud enim diversa fuerit Taciti urbs ab Ptolemæi urbe, cui non suum locum Ptolemæus assignavit.

que ob causam etiam locis non manifesto corruptis ubi in urbium nominibus aliisque rebus Marcianus a nostro Ptolemæo recedat, nihil inesse auctoritatis videatur. At falsam hanc esse opinionem ac perperam a Ptolemæi editoribus Marcianum negligi eo demonstratur quod de nominibus geographicis Marcianus cum certis quibusdam Ptolemæi codicibus in universum conspirat; unde sequitur quæ hoc consensu a vulgata Ptolemæi lectione recedunt, ea non posse recentioribus librariis imputari, sed ex antiquissimis codicibus esse repetenda.

225. Inter codices vero Ptolemæi omnium maxime ad Marcianum is accedit quem Joannes Franciscus Picus Mirandulæ dominus Concordiæque comes transmisit ad Jacobum Æzlerum, hic vero adhibuit ad adornandam latinam Ptolemæi editionem, quæ prodiit Argentinæ an. 1513 (*Claudii Ptolemæi... Geographiæ opus novissima traductione e Græcorum archetypis castigatissime pressum, ceteris ante lucubratis multo præstantius : pro prima parte continens Cl. Ptolemæi Geographiam per libros octo partitam... una cum collatione dictionum Græcarum, e regione ad latinas, certissima graduum calculatione*, etc.) Num codex ille adhuc superstes alicubi lateat, nescio (*). Neque magis constat num Æzlerus omnia sua ad hujus codicis fidem exegerit, an, quod probabilius est, aliis quoque libris mss., ubi visum fuerit, locum concesserit. Alteri duo codices cum Marciano componendi apud Wilbergium sunt Palatinus I (a Sylburgio olim collatus) et Parisinus E (N. 1403); quos ambos exaravit Μιχαὴλ Ἀποστόλιος Βυζάντιος πενίᾳ συζῶν, Byzantii haud dubie, qua in urbe Marcianum quoque scripsisse statuas probabiliter. Cognationem quæ intercedat his Ptolemæi codicibus cum iis, quos Marcianus adhibuit, probabo exemplis nonnullis ex posteriore libri secundi parte petitis.

226. Marcianus p. 552, 11 et Ptol. edit. Arg. Κανετέλλου; vulgo ap. Ptol. Κανετέλου. — Marc. p. 553, 17 et ed. Arg. Γαβαίου; vulgo ap. Ptol. Γοβαίου. — M. p. 556, 21 et ed. Arg. Σύηβον; vulg. ap. Pt. Σούηβον. — M. p. 557, 4 et ed. Arg. et alii complures codd. Ἀξόνων; vgo ap. Pl. Σαξόνων. — M. p. 561, 24 et ed. Arg. et alii codd. nonnulli Ὄχριον; vgo ap. Ptol. Ὄχρινον. — M. p. 559, 12 et codd. Pal. 1 et Par. E Ῥούδωνος, vulgo ap. Pt. Ῥούβωνος (quod habet etiam ed. Arg.). — M. p. 559, 17 et codd. Pal. et Par. Χέσυνος; vgo Χέσινος (Χέσηνος ed. Arg.) — Aliis locis Marciani et editionis Argentinensis et cod. Palat. differentia nonnisi scribarum negligentiæ imputanda. Sic Marcianus p. 551, 28 Κουρίαννον, cod. Pal. Κουρίανον, ed. Arg. Κουριάνον, vulgo ap. Pt. Κουριανόν. — Marcian. p. 552, 21 : Αὐαριχὸν, ed. Arg. Ἀναριχόν, vulgo Ἀνάριχον. — Marcian. p. 551, 27 Σιγνάτιος, ed. Arg. Σιγμάτιος, vulgo Σίγμανος. — Marc. p. 553, 21 Καβυλλίνου, ed. Arg. Καβουλλίνον, vulgo Καβαλλίνου. — Marc. p. 554, 10 Ἀβρίκκα, ed. Arg. Ὀβρίκα, vulgo Ὀβρίγγα. — Marc. p. 561, 30 Νοουαντῶν, ed. Arg. et cod. Pal. Νεουαντῶν, vulgo Νουαντῶν. — Marc. p. 559, 21 sec. codicem ἀγαφοσοὶ, sec. Stephanum (**) σιαγαθουρσοὶ; lege utroque loco οἱ Ἀγαθουρσοὶ, uti est in edit. Arg., dum vulgata habet correctam nominis formam Ἀγαθυρσοί. — Jam ut a nominibus ad majora transeam, Cimbricæ chersonesi descriptio alia est apud Marcianum p. 555, alia in editt. Ptolemæi, quarum rationes quam sint incertæ, e codicum dissensu intelligitur; genuinam Ptolemæi sententiam procul dubio præbet Marcianus; ex editione vero Argent. colligimus quomodo quæ nunc in Ptolemæo exhiberi solent orta sint. Aliud exemplum peto

(*) Mannertus *Geogr*. II, 2, p. 175 : « Für wichtiger..: halte ich die Strasburger Ausgabe von 1513 et 1520, schon desswegen, weil sie für die erste griechische gehalten werden darf. Picus von Mirandula schickte dem D. Jak. Æssler in Strasburg zu seiner Ausgabe einen alten griechischen Codex, von dessen ferneren Schicksalen ich nichts weiss; dieser benutzte ihn zu sehr vielen Umænderungen der bisher geführten Lesarten, und setzte des kræftigen Beweises wegen immer das griechische Wort dem lateinischen zur Seite. Wirklich werden dadurch nicht wenige Namen in das Reine gebracht, welche die Erasmische Ausgabe and folglich alle spætern verfælscht liefern; aber Schade ist es, dass er uns nicht den ganzen Codex, sondern nur die Eigennamen griechisch giebt, und den übrigen Text nebst den Zahlen aus ihm verbessert. Mehrere Aufklærung würde gewiss der Abdruck der ganzen Handschrift gewæhren. » Usus hac editione inde a secundo libro Pt. est Wilbergius, non omnem tamen ex ea lectionis varietatem enotavit. Ego in annotatione ad Marc. ex copiis Wilbergianis pendeo, quum editione Ptol. Argentina, quam nunc manu teneo, tunc carerem. Ceterum ad affinitatem quæ Marciano cum hac editione intercedit, non attendi nisi inde a Marciani lib. II, c. 21. Nunc ne idem faciam in cetera parte, temporum angustiæ impediunt.

(**) Stephanus Marciani codicem mendis laborantem ob oculos habuisse debet. In paucis illis quæ ex Marciano affert præter hocce σιαγαθουρσοὶ pro οἱ Ἀγαθουρσοὶ habemus p. 561, 20 ed. Marc. Λινδόνιον pro Λονδίνιον, p. 528, 26 Λαδισακίτην pro Μαισανίτην, p. 562 Ἄμισα pro Ἀμισία.

ex Lusitaniæ paraplo. In Ptolemæo II, 4 (p. 40 Berth., p. 115 Wilb.) ita legi solet :

Ὀλιοσειπὼν 5° 10′ long., 40° 15′ lat.
Τάγου ἐκβολαὶ 5° 50′ , 40′ 10′

adeo ut Olisipo a Taji ostio sit versus boream; quod tanto facilius admiserunt, quum nomen respondeat hodierno *Lisabon*. Nos vero ut quæramus, an non recentiores ipsum Ptolemæum correxerint, facit editio Argentinensis, ubi sic :

Ὀλισείπων 5° 10′ long. 40° 15′ lat.
Τάγου ἐκβολαὶ 5° 40′ , 40° 30 »

et cum his consentiens Marcianus p. 547, 14, qui a meridie versus boream progrediens ab Olisipone ad Tagum 150 stadia, a Tago ad Lunæ promontorium alia 150 stadia esse prodit. Huc accedit quod hunc Olisiponis situm in Ptolemæo, item a meridie boream versus pergente, flagitat series nominum, et quod apud Melam quoque III, 1, 6 et Plinium IV, 35 § 116 series locorum ita habet, ut Olisipo a meridie Tagi ostii ponenda sit. Vix igitur dubium, quin e Marciano et codice edit. Arg. Ptolemæus noster corrigendus sit. Aliis in locis Ptolemæus unius Marciani auctoritate emendandus est. Sic ubique pro Βρεταννία, Βρεταννικαὶ νῆσοι e Marciano reponendum est Πρεττανία, Πρεττανικαὶ νῆσοι, quam veterem nominis apud græcos scriptores formam (in Diodori quoque et Strabonis codicibus melioribus obviam) paullatim expulerunt librarii Romanæ nominis formæ addicti (v. not. p. 428 sq.). — Ceterum Marcianus vel potius Protagoras codices Ptolemæi passim jam corruptos adhibuisse debet. Sic p. 549, 18 Marcianus ait Tarraconensis longitudinem a Nerio prom. (5° 15′ long., 45° 10′ lat. sec. Ptol.) ad Veneris templum (20° 20′, 42° 20′) esse stadiorum 7230, quum sec. Ptolemæum nonnisi circa 6000 stadia exputari possint. Ne tamen numerum Marciani corruptum esse putemus, impedit Ptolemæi editio Argentinensis, qui Veneris templum collocat non 20° 20′ long. sed 23°, quod cum Marciani computo quadrat, quamquam ipse Ptolemæus ita statuere omnino non potuit.

227. Ultimum Marcianus opus scripsit *periplum maris interni, quem e Menippo breviavit.* Floruit Menippus ὁ Περγαμηνός (p. 566, et 42) Augusti et Tiberii temporibus, æqualis Strabonis. Marcianus quidem ætatem scriptoris non indicat, nisi quod p. 566 inter geographos loco postremo memorat Artemidorum, Strabonem et Menippum; e qua nominum serie vel coætaneum Strabonis vel juniorem eo Menippum fuisse conjicias. Porro quum Diogenes Laertius VI, 101 inter sex Menippos, qui ad calcem vitæ Menippi Cynici recensentur, nostrum geographum non memoret, istos autem virorum cognominum indiculos Diogenes repetere soleat ex opere Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων Demetrii Magnesii, qui Ciceronis æqualis et Attici familiaris erat : hinc probabiliter colligas Pergamenum geographum floruisse post Demetrium Magnesium. Certiora suppeditat epigramma (*) Crinagoræ poetæ Mytilenæi, quem Augusto et Tiberio temporibus vixisse poematia docent, cujusque Strabo p. 617 inter sui ævi Mytilenæos illustres meminit. Crinagoras igitur ex Italia in patriam reversus ibique aliquamdiu commoratus quum redire tandem Romam ad amicos vellet, familiarem suum Menippum, geographum et peripli auctorem, rogat ut itineris maritimi ipsi dux sit :

Πλοῦς μοι ἐπ' Ἰταλίην ἐντύνεται · ἐς γὰρ ἑταίρους
στέλλομαι, ὧν ἤδη δηρὸν ἄπειμι χρόνον.
Διφέω δ' ἡγητῆρα περίπλοον, ὅς μ' ἐπὶ νήσους
Κυκλάδας ἀρχαίην τ' ἄξει ἐπὶ Σχερίην.
Σύν τί μοι ἀλλὰ, Μένιππε, λαβεὺ, φίλος ἵστορα κύκλον
γράψας, ὦ πάσης ἴδρι γεωγραφίης.

Quæ ita reddidit Wesselingius in Itin. p. 538 :

Currere in Italiam, veteresque invisere amicos,
a quibus ah! longum cogor abesse, libet :
Quæro ducem, prudens qui me maria omnia circ-
Cycladas, antiquam ducat et ad Scheriam. [cum
Care Menippe, juva, tabulis positusque locorum
inscribe, o totam docte geographiam.

Quamquam postrema verba ἵστορα κύκλον intelligenda potius videntur de scripto ab Menippo periplo, quem mitti sibi velit Crinagoras.

228. Scripsit Menippus τῆς ἐντὸς θαλάσσης περίπλουν libris tribus. Adornationem operis Marcianus docet p. 568 § 6. Sumto a fano Jovis Urii

(*) Primi epigramma ediderunt Salmasius in Exercc. Plin. p. 597; Holstenius ad Stephan. Byz. v. Σχερία; Wesselingius in Itin. p. 538. Cf. Brunk Anal. tom. II, p. 146. Jacobs in Antholog. t. II, 134, cujus vide annot.; Hudson tom. I p. 75 ad calcem Marciani ante fragmenta Menippi; S. F. W. Hoffmann *Menippos der Geograph aus Pergamon, dessen Zeit und Werk* in libro *Die alten Geographen*, etc. *Eine Zeitschrift in zwanglosen Heften. Erstes Heft.* p. 14. *Leipzig* 1841, ubi disputat contra B. Fabricium, qui epigrammatis nostri immemor ætatem Menippi incertam esse dixera in *Archiv für Philologie und Pædagogik*, 1840 t. VI, fasc. 4.

initio primum auctor Pontum universum, deinde ab eodem Fano Propontidis et Hellesponti litora circumnavigavit. Et hæc quidem librum primum absumsisse videntur. Sequebatur (libro II) Europæ paraplus ab Hellesponto ad fretum Herculeum Gadesque. Unde in oppositam continentem transiens (libro III) legit Libyam, Ægyptum, Syriam ac reliqua litoris Asiatici usque dum ad Hellespontum descriptionis orbe reduceretur. Præterea Menippus dicitur p. 566, 7 scripsisse διάπλους, i. e. navigationes ab altera ad alteram continentem sive linea recta per altum nullisque stationibus interruptas (διάπλους διὰ πόρου) sive viâ per insularum stationes delineatâ (διάπλους διὰ νήσων). Qui quidem διάπλοι non diversum a periplo opus, sed inserti ei et subjuncti fuisse videntur. Sic διάπλους ab Heraclea Pontica ad Apolloniam Thracicam in Epitome Marciani memoratur p. 569, 25. Denique de insulis eorumque ambitu dixisse Menippum rei consentaneum est, ut vix egeamus teste Agathemero I, 5, qui, ἐροῦμεν, inquit, τῶν καθ' ἡμᾶς νήσων τὰς περιμέτρους, λαβόντες παρ' Ἀρτεμιδώρου καὶ Μενίππου καὶ ἑτέρων ἀξιοπίστων. Haud omittendus autem Constantinus Porphyrogenitus (Them. I, 2, p. 18) qui τὸ θέμα Ἀρμενιακὸν, quod ipsius tempore dicebatur, sub Heraclio demum imperatore hanc appellationem sumsisse censet, quum neque Justinianei ævi scriptores ejus meminerint neque antiqui geographi, Strabo, Menippus ὁ τοὺς σταδιασμοὺς τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀπογραψάμενος, Scylax Caryandensis, Pausanias Damascenus. Quæ si recte habent, non notum aliunde Menippi opus indicant. Quamquam, quum Scylacem peripli auctorem parum accommodate citet Constantinus de themate mediterraneo agens, fortassis haud majore jure laudatur Menippus, neque τῆς ὅλης οἰκουμένης σταδιασμοὶ, quos ille dicit, a peripli stadiasmis diversi erant.

229. Ceterum Menippus non totus versabatur in locorum nominibus et distantiis, sed geographica illustravit historicis. Testis est Marcianus p. 566, 42: Μένιππος δὲ ὁ Περγαμηνὸς inquit, ὃς αὐτὸς τῆς ἐντὸς θαλάττης περίπλουν ἐν τρισὶν ἤθροισε βιβλίοις, ἱστορικήν τινα καὶ γεωγραφικὴν ἐποιήσατο τὴν ἐπαγγελίαν. Idem colligitur ex iis quæ de Sicilia ex integro Stephano transcripsit Constantinus. Vid. Menippi fr. 5, p. 573.

230. Hujus igitur peripli epitomen quidem sed nova quoque vel correctiora præbentem confecit Marcianus, quam Amphithalio (*) cuidam amico inscripsit. De opera sua exponit p. 567, 16, ubi postquam de prioribus suis lucubrationibus, Artemidori epitome et Oceani periplo, dixit, pergit hunc in modum: Καταμαθὼν δὲ καὶ Μένιππον μετρίαν μέν τινα τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐκ τῶν οἰκείων βιβλίων παρεχόμενον εἴδησιν, μὴ πᾶσι δὲ ἀκριβῶς ἐπεξελθόντα, τὰ ἐλλείποντα πλεῖστα ὄντα προσθεὶς καὶ προσέτιγε τὴν περὶ τοὺς τόπους καὶ τὰς διαιρέσεις τῶν ἐθνῶν σαφήνειαν, ἥτις τὸ τέλειον τῆς γνώσεως τοῖς ἐντυγχάνουσι παρέχειν εἴωθε, τὴν ἔκδοσιν τῶν τριῶν βιβλίων ἐποιησάμην, οὐκ ἀφελόμενος τῆς προσηγορίας τὸν πατέρα τούτων, οὐδὲ εἰς ἐμαυτὸν μεταστήσας τοὺς ἀλλοτρίους πόνους, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ... Ἀρτεμιδώρου, ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκείνων προσηγορίας ἐπιγράψας τοῖς βιβλίοις,... τὰς δὲ τούτων ἐπιτομὰς καὶ διορθώσεις τῶν ἐμαυτοῦ ποιησάμενος πόνων ἐναργὲς γνώρισμα. — Quæ de suo adjecerit Marcianus vereor ne multo minora fuerint quam esse videri auctor voluit; confidentius tamen nihil pronuntiare licet, quum præter indiculi capita postrema et proœmium ipsiusque peripli initium a Fano Jovis Urii usque ad Amisum et Chadisium fluvium pertinens nos nihil habeamus superstes (**). Pauca quædam e Menippo affert Stephanus, qui ut Artemidori, sic etiam Menippi tum integrum opus tum epitomen ad manus habuisse videtur (Vid. not. ad. p. 572 sq. p. 570, 6. 571, 9. 20. 572, 4).

(*) Aliud hujus hujus nominis exemplum non invenio; attamen Ἀμφιθαλὴς quidam, Antiochenus, ut videtur, memoratur ap. Malalam p. 287 ed. Bonn.

(**) Titulus et argumentum operis deperditi quum ex superstite parte facile erueretur, mire in his cæcutivit primus editor Hœschelius, qui titulum præfixit: Τεμάχιον τῆς ἐπιτομῆς τῶν ια' βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἐφεσίου. Putarunt viri docti hæc sic reperisse Hœschelium in apographo Vaticano; at nihil habet apogr. præter ea quæ sunt in codice Parisino; margini autem fol. 211 Hœschelii, ut videtur, manu adscripta leguntur: *Artemidori Epitome, ut cognoscere licet ex secundo abhinc folio. A Marciano autem compilatam esse hanc epitomen patet ex ejusdem Marciani libro II, init. fol.* 198 et 202. Locis laudatis mentio sane fit epitomes Artemidori, sed ad nostram rem nihil pertinens. Hœschelii errorem iterarunt Hudsonus et Millerus. Quamquam Menippi epitomen esse vel ex collatis inter se fragmento nostro et Stephano Byzantio v. Ψύλλα, Τίος, Χαδισία intelligere erat. Mitto quod sæpius quæ res esset viri docti monuerunt, ut Holstenius in epist. p. 51 ed. Boiss. et in notis ad Steph. Byz., Dodwellus de Marciano § 6. Post Milleri editionem denuo de his dixit Hoffmannus *Die Iberer in Osten u. Westen und Artemidor der Geograph* p. 215 sq. (*Leipzig*. 1838), et in editione Marc. præf. p. V. (1841), ac Fabricius in *Archiv. f. Philologie u. Pædagogik* tom. VI, p. 611 sq. 1840.

Præterea in Arriani periplo Pontico ea quæ aliunde auctor assumsit, e Menippo nostro petita esse ex comparato Marciano viri docti collegerunt. Anonymum autem Peripli Ponti Euxini auctorem non ipsum Menippum sed Marciani epitomen usurpasse censemus.

Editus Marcianus in Geographis Hœschelii (1600), Hudsonianis (tom. I, cum Dodwelli diss.; 1798), Vindobonensibus (t. II, 1807); deinde a Millero : *Périple de Marcien d'Héraclée*, *epitome d'Artémidore, Isidore de Charax, etc... d'après un manuscrit grec de la bibliothèque royale avec une carte par E. Miller. Paris.* 1839. 8° gr. et lat. cum notis gallice scriptis. Novissima denique Hoffmanni editio : Μαρκιανός. Μένιππος. Σταδιασμός. *Marciani periplus. Menippi peripli fragmentum quod Artemidori nomine ferebatur, etc... ed. S. F. G. Hoffmann. Lipsiæ.* 1841. 8. De Anonymi periegesi iambica a nonnullis sub Marciani nomine edita vid. supra § 107.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

In *præfatione* inter eos qui Corpus geographorum meditati sint, nominandus erat Fridericus, Aug., Guil. Spohn, qui de consilio suo exponit in editione Nicephori Blemmidæ (Lips. 1818) p. 1, ubi hæc : « Mors prohibuit quominus ille (Bredovius sc.) tunc hanc editionem tum alia multa absolvere posset. Post ejus mortem librariæ Weidmannianæ præfectus, vir bonas literas honorifice promovere studens, quæcunque Bredovius edendorum Geographorum minorum causa collegerat, redemit eademque mihi, ut perficiatur editio, tradidit. ».

Scylax. Pag. 37, l. 9, ἡμ. δύο] V. Prolegg. p. 39. — P. 51 § 63. De Magnesiæ oppidorum situ post Leakium denuo egit Alfredus Mezières in *Mémoire sur le Pélion et l'Ossa* (*Paris* 1853). Methone probabiliter fuit ubi nunc est *Gennitzaro kastro*, inter *Lefocastro* et *Milies* (Mez. p. 36). Coracæ quærendæ à septentrione hodierni *Argalasti*, ubi *Lefokastri* ruinæ, nec procul inde turris rupi imposita, quam vocant *Korakai-pyrgos* (Id. p. 80). Spalauthra sita fuerit in hod. *Khortokastro*, a meridie vici *Lafkos*, inter hunc et *Milina* vicum (Id. p. 21 sqq.). Olizonem in angusta peninsulæ cervice cum aliis ponit Mezierus p. 15. Melibœæ ruinas esse censet (p. 76) eas quæ non longe a *Sciti* distant et a Leakio Thaumaciæ Homericæ vindicantur. Eurymenas a *Karitza* versus septentrionem sitas suspicatur (p. 96), quo loco nunc est monasterium S. Demetrii. Myras Scylacis componit (p. 65) cum hodierno *Muresi*, quod admitti nequit, nisi ordinem oppidorum Scylaceum nihil curandum esse dixeris. — P. 61 § 79 Αἰγίπιος] Vivien de Saint-Martin *Géographie anc. du Caucase* (Paris. 1847) p. 25 nomen hoc ortum censet ex *Aig-hippios*, *l'eau de cheval* vel *l'eau-cheval*, « par allusion à la rapidité des courans alpins. C'est un composé tout à fait dans le génie des langues iraniennes, où le mot *açp*, cheval, est en effet si fréquent dans la composition des rivières; et il est d'autant plus présumable que le mot grec n'est que la traduction d'un nom local, que le nom *Tskeni-Tsquali*, que porte aujourd'hui chez les Mingreliens le principal affluent de la droite du Phase, et qui est très-probablement l'Hippos des anciens, signifie aussi *l'eau-cheval.* » Quod de *Hippo* fluvio dictum est probabiliter; *Ægipium* vocem e barbara et græca lingua conflatam minus crediderim. Ceterum legi velim quæ in eodem libro p. 27 sqq. vir doctissimus de nominibus populorum Ponti orientalis accolarum disputat. Achæos agnoscit in tribu Abasæa quæ nunc vocatur *Chakhe* vel *Sakhi;* Heniochos autem in hodiernis *Hhannoatche;* sic enim Lesghos hodie a Tcherkessis vocari. Confer ejusdem librum *Sur les populations primitives du Caucase* (*Paris* 1847) p. 57 sqq., ubi cum Bocharto *Tibarenos* et *Moschos* apud Ezechielem *Toubal* et *Meschekh* nominari docet. — P. 60 § 74. Τορικός] Fuerit: πόλις ἑλληνὶς καὶ λιμὴν Τορετικός. — P. 61 not. col. 1 l. 18 post verba : *Ptolemæo* Χάριστος, adde : vel, uti est in Wilbergi codicibus, Χαριοῦστος. — P. 63 § 83. Ἐχεχειριεῖς] Cf. not. ad Arrian. § 15, p. 370 init. — P. 69 § 96 : Πιτύεια] Fortasse est Καλὴ πεύκη, de quo loco ita schol. Hom. Il. 12, 20 : Ῥεῖ δὲ (ὁ Ῥῆσος) πρὸς ἄρκτον ἀπὸ Καλῆς πεύκης, ἥτις ἀπέχει ἀπὸ Ἀδραμυτείου σταδίους ρπ', in quibus si cetera recte habent, falsus est numerus stadiorum; sin hic incorruptus, fontes Rhesi cum Æsepi fontibus confundi putes. — P. 74, lin. pen. pro Φασηλίς rectius scripseris Φάσηλις. In latinis l. 8 post v. *Chelidoniæ* insere : *tum Gagæ urbs.* — P. 75 § 101. Σύλλειον] V. not. ad Stad. § 217 p. 489. — P. 76 § 102.

Σητὸν, Σαλὸν] V. not. ad Stad. § 192 sq. p. 485. — P. 78, lin. 1. Μάριον] V. not. ad Stad. § 233 p. 491. — P. 78 § 104 l. 5 ab ima : Βηρυτὸς πόλις καὶ λιμὴν, Βορινός] Legendum esse καὶ λιμὴν βορεινός censent etiam viri doctissimi Saulcyus (*Voyage autour de la mer morte*, etc.) et Isambertus (*Bulletin de la soc. de géogr. tom. VI*, p. 202, 1853), quum portus ab urbe boream versus situs sit. Quem tamen portus situm si præter morem sic significare Scylax voluit, insolita id ratione fecisse mihi videtur. Quare etiamnum hæret dubitatio. Introducere possis usitatum in periplis vocabulum, leni manu pro βορινὸς scribens θερινός. Sed hæc omnia tanto incertiora sunt, quum majoribus turbis locus noster laboret. Nam patet post Beryti mentionem desiderari Leontonpolin, cujus paullo post auctor meminit loco item lacero, ubi notavit aut quæ fuerit oræ longitudo a Leontonpoli ad Ornithonpolin, aut quousque pertinuerit ager Sidoniorum; adeo ut scribendum sit aut : Ἀπὸ Λεόντων πόλεως μέχρι Ὀρνίθων πόλεως στάδια *. Εἶτα Τυρίων πόλις κτλ., aut : Ὀρνίθων πόλις· (Σιδωνίων [δὲ τὰ] ἀπὸ Λεόντων πόλεως μέχρι Ὀρνίθων πόλεώς [ἐστι])· Τυρίων πόλις Σάραπτα κτλ. In antecc. vero vox Λεόντων π. facillime a librario omitti potuit post vocem λιμὴν ob literarum similitudinem. Deinde autem Βορινὸς vox in codice supraducta linea rubra notatur tamquam nomen proprium. Hinc facilis conjectura est olim in codice fuisse Βο[στ]ρινὸς pro Βοστρηνὸς, quum Bostrenus fluvius memoretur a Dionysio periegeta v. 913; cujus quidem si verba premenda sunt veraque tradunt, fluvius ille Sidonem urbem præterlabebatur, adeoque Scylax eum non ante sed post Porphyreon polin memorare debebat. Quo errore non magnopere offendimur, quoniam sæpius ordinem locorum geographicum in Nostro negligi constat. Vox ποταμὸς, quæ in codice scribi solet ποτ, ob sequentes literas πορ fugit scribam. Quod situm Leontopolis attinet, de quo alii aliter statuunt, acu rem tetigisse mihi videtur doctissimus Isambertus l. l. p. 207 : « Il n'y a aucune difficulté, inquit, à reconnaître avec M. de Saulcy et les voyageurs antérieurs, l'ancien Tamyras dans la rivière *el Damour*. Mais pourquoi n'avoir pas reconnu la ville de Leontonpolis ou ville de Lions et le bois sacré d'Esculape dans cette belle vallée? C'est à moitié chemin [μεταξὺ] de Berytus et de Sidon, comme l'indique Strabon. Avec le Tamyras, il devait y avoir une ville dans une position aussi favorable. Eodem ducit Ptolemæus V, 14, p. 364 ed. Wilberg., apud quem Leo fl. exit 33° 35′, medius inter Berytum (33° 40′) et Sidonem (33° 30′); qui quidem fluvius a Tamyra non fuerit diversus. Certe quod Robinsonus Leonem (qui illi perperam Leontes vocatur) quærit in hodierno *Kasimiyeh* sive *Kasmieh*, prope Tyrum exeunte, id ut veterum testimoniis indiciisque repugnat, sic debili nititur argumentatione. Scilicet quum *Kasimiyeh* apud Edrisium (I, p. 349 Jaubert) *Lanta*, et in superiore sui parte etiamnunc *Lantani* sive *Liettani* appelletur, componendum cum eo putavit *Leonem*. Ceterum quas de Scylacis loco conjecturas Saulcyus protulit, jure merito rejecit Isambertus. — Porphyreôn oppidum refer ad *Ras Nebbi Yunes* e mensura Itinerarii p. 583. Ornithonpolis (*el Ourby?*) nequit esse statio *ad Nonum* Itinerarii, l. l., ubi pro *IV mill.* scribendum *IX mill.*, ut jam Wesselingius suspicatus est, aut intermedia Sarepta statio omissa est, monente Isamberto. — P. 78, l. 10 ἐστὶ Τρίπολις Φοινίκων.] Nisi e marginis notula verba Τρ. Φ. irrepserunt, ita intelligenda sunt ut significent Phœnicum regionem Tripolitanam sive ditionem Aradi, Sidonis et Tyri. — P. 78, lin. ult. Verba laborant; ἄλλη vocem in annotatione suspicatus sum a librario proficisci; vix recte. Legam : ἄλλη (vel potius Ἄδλη) πόλις, [νῆσος καὶ πόλις] Τύρος. Quod pro ΑΛΛΗ mutatione fere nulla ΑΔΛΗ scribendum conjiciam, inducit hodiernus *Adloun* vicus, qui post Sareptam (*Sarfand*) sequitur, et Isamberto p. 214 statio *Ad nonas* Itinerarii esse videtur. In propinquo exstant ruinæ. Simili modo in Peripl. Maris Magni § 157 p. 479 correxi εἰς κώμην Ἀλάς pro εἰς κώμην ἄλλην. — Ib. l. 7 pro η′ στάδια leg. videtur κ′ στάδια. Cf. not. ad Stad. § 136 p. 472. — P. 82 § 108 lege Τυνδαρείους. Cf. not. ad § 25, p. 436. De Plyno portu cf. not. ad § 29, p. 438. Pro Πέτραντος leg. Πετράντος. Omnino de Libyæ paraplo conferenda sunt quæ pluribus in not. ad Stadiasmum exposuimus. — Ibid. lin. ult. pro Ἀντίπυγος e Ptolemæo et Stadiasmo lege Ἀντίπυργος. — P. 83, lin. 6, ἄνω δὲ ἐνταῦθα κτλ. Vide not. ad Stad. p. 450 sq. — P. 84, l. 5 leg. vid. : Ἄμπελος, Ἄπιος, ἀπὸ θαλάσσης στάδια λ′ aut Ἄμπελος ἀπὸ θαλάσσης, etc. — Ib. l. 7 Ἐχκειός] ἐχχεῖται? — Ib. l. ult. Πόντιαι] v. not. ad Stad. § 75, p. 454. — P. 85, 1 leg. : ἐν δὲ τῷ κοιλοτάτῳ τῆς Σύρτιδος (glossa : ἐν τῷ μυχῷ ὅλης τῆ

Σύρτιδος) Φιλαίνου βωμοί, ἐπίνειον Ἄμμωνος. V. not. ad Stad. § 84 p. 456. — Ib. l. 10. Vide not. ad Stad. § 93 p. 461. — P. 86 not. col. 1, lin. 28 pro : *hinc* Σαβράτα *ap. Ptol.* lege : *apud Ptol. in mediterraneis* Σαβράτα, *in ora maritima* Σάβαθρα *s.* Σαβάθρα *s.* Σαβάτρα. Cf. not. ad Stad. § 99 p. 464.

Dicæarchus. Pag. 106. Pelium montem nuperrime exploravit et descripsit Alfred Mezières (*Mémoire sur le Pélion et l'Ossa. Paris* 1853). Enotabo quæ ad verba Dicæarchi proxime pertinent. Pag. 106 § 1 : Τοῦ δ' ὄρους ἡ μεγίστη καὶ λασιωτάτη ῥίζα τῆς πόλεως κατὰ μὲν πλοῦν ζ' ἀπέχει στάδια, πεζῇ δὲ κ'] Mezières p. 37 : « Plus loin, sur le bord de la mer, commence la plaine de Lekhonia : c'est la seule qu'on rencontre depuis l'extremité de la presqu'île [*Trikéri*]. Sur toute la côte la plage est très-resserrée; la montagne arrive jusqu'à la mer, et l'on ne peut donner le nom de plaine aux vallées peu profondes que creusent les lits des torrents... C'est de Lekhonia que parle Dicæarque, quand il dit que la partie la plus grande et la mieux boisée qui s'étende au pied du Pélion est à cinq stades par mer et à dix de la ville Demetrias (auj. *Goritza*). Lekhonia est précisément à la même distance de Goritza. » At Dicæarchus non decem, sed viginti stadia habet. In meis mappis Lekhonia vicus non notatur. Leakius et Kiepertus ad hunc vicum referunt Neliam Strabonis (p. 436), quæ in tabulis Kieperti a Demetriade distat viginti fere stadia. — Idem p. 40 : « Au dessus de Lekhonia, on aperçoit sur la montagne les villages de Saint-Laurent et de *Drakhia* que dominent les plus hauts sommets du Pélion. Un torrent rapide, ombragé de beaux platanes, qui coule au pied de l'acropole, doit être ce fleuve Crausindon, cité par Dicæarque, « qui arrose les champs cultivés au pied du Pélion. » La riche plaine de *Lekhonia* répond bien mieux à cette indication que l'étroite vallée *Zervokhia*. » Idem p. 35 : « Le large torrent qui descend des hauteurs de la montagne et passe près de *Milies*, ne peut pas être, comme le pense M. Leake, l'un des deux fleuves nommés par Dicæarque; il n'arrose pas, comme l'un, les champs cultivés qui sont au pied du Pélion, et il ne sort pas, comme l'autre, d'une forêt pour se jeter dans la mer. Leake l'appelle à tort *Zervokhia;* on ne donne ce nom qu'à une petite plaine qu'il traverse pour arriver à la mer. Les habitants le nomment simplement Ῥεῦμα (le torrent). — Idem p. 58 : « Les bois du Pélion « aux arbres agités par les vents (*Il.* 2, 757) » étaient renommés dans toute la Grèce; Hésiode (fr. 83) l'appelle ὑλῆεν et Dicæarque ὑλῶδες. Les arbres les plus variés y croissaient en abondance; on y trouve surtout, dit Dicæarque, des hêtres et des sapins. Aujourd'hui encore le sommet de la montagne est couvert de hêtres qui couronnent de verdure toutes les crêtes. Ceux qu'on aperçoit du rivage, au dessus de Makrinitza et de Miliès, sont petits, peu touffus et couvrent à peine de leur ombre les rochers gris. Mais sur les dernières cimes, à l'endroit où se découvrent les deux mers, on se trouve tout à coup dans une forêt de hêtres à la tige élancée, aux branches énormes, qui descend sur les pentes abruptes du versant oriental jusqu'aux premiers jardins de Zagora... Les sapins dont parle Dicæarque, ces arbres si communs sur les hautes montagnes de Grèce, qui poussent au milieu des neiges et couvrent les sommets du Taygète, du Cyllène et du Parnasse ont disparu de la cime du Pélion. Il n'y en a pas un seul dans la montagne. Le vaisseau *Argo* n'eût pu être construit de nos jours. Ovide (Fast. 5, 381) couvre de pins les hauts sommets et le reste de chênes. Il est impossible d'être plus mal inspiré; ce sont les deux arbres qu'on y trouve le moins. Dicæarque dit qu'outre les hêtres et les sapins on trouve dans le Pélion des érables, des ζύγια (l. ζυγίαι), des cyprès et des cèdres. Le ζύγια est parfaitement inconnu; les érables et les cèdres sont rares; le cyprès, l'arbre des Turcs, croît en abondance près des villages qu'il couvre d'un rideau de verdure. Le géographe grec oublie le frêne et la lance de Pélée (Il. 16, 142). Néoptolème, lui aussi porte une lance de frêne cueillie sur les plus hauts sommets du Pélion (Quint. Posth. 8, 161), où l'on en trouve encore. Les ornes de Valérius Flaccus (II, 6) n'existent pas plus que les pins et les chênes d'Ovide. — Les arbres fruitiers de toute espèce, dit Dicæarque, croissent en aussi grand nombre sur le Pélion que dans les pays où on les cultive. Aujourd'hui encore on en voit qui poussent naturellement : mais c'est surtout auprès des villages et dans les jardins qu'ils abondent. Sur les bords du golfe Pagasétique, dans les vallées, à Milina, à Lekhonia, à Perivolia, on rencontre de préférence les arbres du Midi, l'oranger, le citronnier, le figuier; plus

haut, à Makrinitza, à Miliès et sur le versant glacé de Zagora, les arbres du nord ou d'un climat plus froid, le pommier, le cerisier, le châtaignier. Je ne parle pas de l'olivier, qui pousse partout. — Les fables populaires ont leur part dans la description de Dicæarque. Je n'ai pas essayé de retrouver cette aubépine, semblable aux myrtes blancs, qui avait la vertu de rendre le corps insensible au froid de l'hiver et aux rayons ardents du soleil... Je n'ai pas non plus découvert cette racine d'arbre qui guérissait de la morsure des serpents. Mais un vieillard de Miliès semble avoir retrouvé la plante merveilleuse que Dicæarque recommande comme un remède souverain contre la goutte et contre les ophthalmies : seulement elle a perdu avec le temps une de ses propriétés, et ne sert plus qu'à guérir les goutteux. Ce vieillard, qui rappelle aux Grecs lettrés de Miliès le souvenir de Chiron, a découvert dans la montagne une plante connue de lui seul, et dont il n'a jamais voulu révéler le secret. Il en compose un breuvage très-fort qui produit, pendant quelques jours, une espèce de folie. Après cette crise violente dont le malade ne garde aucun souvenir, la goutte est guérie. Le moderne Chiron est en grand honneur dans la montagne, et on vient le consulter de toutes les parties de la Thessalie. — Sur le sommet le plus haut du Pélion se trouvaient, dit Dicæarque, l'antre de Chiron et un temple de Jupiter *Acræus*. La montagne a deux sommets principaux rapprochés l'un de l'autre et qui forment un col au-dessus de Makrinitza. Le plus élevé est celui qui domine le village de Drakhia; c'est un mamelon sec et escarpé; pas un arbre n'y pousse et pas une source n'en découle. Les hêtres s'arrêtent à son pied. Dans les flancs de ce pic isolé, du côté qui regarde le golfe Pagasétique, s'ouvre en effet une caverne fermée par un bloc énorme qui a roulé du sommet de la montagne. On ne peut y pénétrer, et l'on n'aperçoit, par une étroite ouverture, qu'une descente rapide qui se perd dans l'obscurité. C'était une triste demeure; on y cherche en vain les beautés dont parle Quintus de Smyrne (Posth. 4, 153). Mais si la tradition locale confinait sur le rocher sans verdure et sans eau le maître d'Achille, les poëtes, plus libéraux, lui donnent pour séjour la montagne entière. « Il règne dans les vallées ombragées du Pélion (Pindar. P. 3, 5). » Il avait dans son domaine d'autres grottes plus belles, mieux situées, plus accessibles. La plus remarquable se trouve sur le versant oriental, à une heure et demie au-dessus de Zagora. — Quant au temple de Jupiter *Acræus*, il n'en reste pas une seule pierre; il était sans doute au sommet du mamelon du *Plessidhi*, comme cet autel consacré à Apollon sur le plus haut pic du Taygète. Chaque année, les plus illustres citoyens de Démétrias et les hommes à la fleur de l'âge choisis par le prêtre y montaient au plus fort de l'été, pendant la canicule, « enveloppés de fourrures nouvelles, tant était vif le froid qui régnait sur ces hauteurs. » J'ai pu me convaincre que cette précaution n'était pas exagérée. Je traversai le Pélion par une chaude journée d'automne, avant que les premières neiges fussent tombées, et la température s'abaissa tellement, quand nous fûmes arrivés sur les dernières cimes, que ce brusque changement me donna la fièvre. Les Albanais qui nous accompagnaient, plus prudents que nous, portaient, comme les anciens Grecs, le vêtement de circonstance, la peau de mouton jetée sur les épaules. L'air le plus vif règne une partie de l'année sur le versant oriental du Pélion, sans cesse balayé par le vent du nord qui arrive du fond du golfe de Salonique, tout chargé encore des neiges de la Macédoine. Un Allemand qui traversait le canton de Zagora, pendant l'hiver, y retrouvait le climat de sa patrie. La différence de température des deux versants est bien marquée par la différence des arbres qu'ils produisent : du côté de Volos, c'est l'olivier toujours vert; au dessus de Zagora, c'est le châtaignier du Nord qui domine. » Ad calcem opusculi bonæ frugis pleni Mezières quattuor adjecit inscriptiones mutilas; harum tertia in *Makrinitza* vico ex muro ecclesiæ descripta memorat sacerdotem Jovis Acræi (.... σιας Ἐπιτέλους, ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ Ἀκραίου); nec non in quarto titulo prope *Calanera* in litore sinus Pagasæi reperto inter alia leguntur : τῶν προγεγραμμένων ἀρχόντων συμπαρόντων καὶ τ[οῦ ἱερέ]ως τοῦ Διὸς τοῦ Ἀκραίου.

De plantis Pelii a Dicæarcho memoratis exponit Ernestus Meier in *Botanische Erlæuterungen zu Strabon's Geographie und einem Fragment des Dicœarchus* (*Kœnigsberg* 1852) p. 186 sqq. Ὀξύη ei non est *quercus Cerris* sed *fagus silvatica*, quæ arbor in cetera Græcia rarior in Pelio et Pindo montibus frequens sit. — Ἐλάτη, « die Fichte, hier sicher nicht unsere Edeltanne, *pinus*

picea du roi. » — Σφένδαμνος, *Acer campestre* aut *monspessulanum* aut *obtusatum* aut *tataricum* aut denique complures harum specierum. — Ζυγία *carpinus betulus, Hainbuche;* eam arborem in boreali Græcia provenire, non item in meridionali, ubi quum τὰ ζυγὰ ex acere campestri fabricarentur, ζυγία vox etiam de acere usurpata sit. — Κέδρος, *juniperus oxycedrus, Wachholder.* — Ἄγρια λείρια, *lilium candidum* et *Carneolicum, Feldlilien.* — Λυχνίδες, *Lichtnelken, agrostemma cononarium.* § 3 pro δένδρου Meier conjicit θύμβρου (*Saturejæ Tymbræ*), collato Nicandro Theriac. 533. Τὸ πανακὲς Χειρώνιον Dioscoridis. (*Hypericum Olympicum?*) componendum suspicatur cum planta quam § 10 sq. describit Dicæarchus. Ego nescio an § 3 scribendum sit (καὶ ῥίζα δὲ) ἡ ἄρου, adeo ut inclusa sint glossema. — § 4 καρπὸν ἀκάνθης M. dici censet *Ruscum aculeatum*, τὴν ὀξυμυρσίνην sive μυρτάκανθαν Dioscoridis IV, 144.

Agatharchides. P. 141, l. 1 in not. dele: *Quæ apud Diodorum... interposita.* — P. 168, col. 2, l. 11 ab ima, pro *Artemidorus... memoret* lege: *Plinius et Artemidorus memorent.* — P. 170, l. 5. τοπάζιον] De topazo lapide Agatharchides laudatur in scholio ad Clement. Alex. Pædag. II, 12, p. 241, quod edidit Bastius in epist. crit. p. 134 ed. Lips.: Ἐκψήγματα γῆς πάντες οἱ λίθοι οἱ τίμιοι· οἵ τε γὰρ λυχνῖται τοιοῦτοι καὶ οἱ ἄνθρακες καὶ οἱ ἀμέθυστοι, πρὸς τούτοις καὶ οἱ βήρυλλοί τε καὶ σμάραγδοι καὶ ὑάκινθοι καὶ πάντες σχεδόν. Οἵ γε μὴν τόπαζοι, εἴ τι χρὴ πείθεσθαι Ἀγαθαρχίδῃ τῷ τὰ περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς ἱστορήσαντι θαλάσσης, μέσον ἀνευρίσκονται τῶν παραλίων ταύτῃ πετρῶν. Quamquam hæc non ex eo loco, ubi de topazôn insula Agatharchides dixit, desumta esse videntur. — P. 176, l. 1. Φοινικῶνος] Palmetum hoc non ad hodiernam *Tor* urbem, sed in *Wadi Firan,* et aram Neptuni probabiliter ad *Ras Zelimar* pertinuisse suspicatur Lepsius, *Briefe aus Ægypten* p. 443. — P. 184, l. 2, ubi de fluvio aurifero. Wellsted *Travels* II, p. 154, non longe a Magna esse narrat *Mersa Dahab*, i. e. portum aureum, « from the circumstance of the sand in its vicinity containing yellow, shining, micaceous particles, exactly resembling that precious metal. » De auro quod in Arabia reperiri perperam traditur, cf. Ritter XIV, p. 408. 416. — Debæ (sive Dedebæ in Phot. codd.) Forstero (*Geogr. of Arabia* II, p. 131 sq. sunt « the tribe of the *Zebeyde*, one of the numerous branches of the great *Harb* nation. Burkhardt represents the *Zebeyde* as occupants of the country between Yembo and Leith... The territory of the Zebeyde.. will be found, like that assigned to the Dedebæ by Diodorus, to be accurately bisected by the *Bardilloi*, whose real, or supposed, stream, falls into the Arabian gulf at Djidda. »

Anonymi Periegesis. P. 224 vs. 710 adde in not.: στενωποῦ] στενωτάτου codex; em. Meineke in Vindic. Strabon. p. 250. — P. 228 vs. 790. Cf. not. ad Anon. § 68 p. 420. — P. 229 vs. 806. Quodsi verba Ὀλβία Σαβία ex dittographia orta esse nolueris, Olbiam a vicinis Saiis sive Saviis Σαβίαν dictam esse putes. — P. 231 post vs. 834 alii duo versus ponendi, quos ex Anonymo elicui in Prolegg. p. CXVI. — P. 232 vs. 862 sq. « Hæc neque cohærent et misere juncta arguit tam interpunctio vs. 862 quam contortus ille verborum positus εἶναί φησι δὲ: quamquam majora ausus Letronnius: καλοῦσιν. ἔθνος εὐσημότατον δέ φησι τὸ. At utraque membra seorsim stare docet Palatini prima lectio εὐσημότατον εἶναί φησι τῶν Σαυροματῶν: nam δὲ et τὸ inter versus altera manus posuit. Periit igitur senarius unde pendent genitivi; voluit autem Anonymus (p. 413 lin. 33): ἔθνος εὐσημότατον εἶναί φησι τῶν. Σ. κτλ. » *Bernhardy* Analect. p. 27.

Dionysius. P. 238 in not. post verba: *eruit Lehrsius* adde: *in Rhein. Mus.* II, 3, p. 354 (*an.* 1843).

Isidorus. P. 248, l. 7: κϛ'] Debebat excerptor ιβ'. V. Prolegg. p. LXXXVII. — P. 251, l. 7 ἀπὸ σχοίνων ζ'] Ante hæc aut nonnulla desiderantur, aut corruptus est numerus.

Periplus Maris Erythræi. P. 257 § 1, l. 4 ἀπὸ χιλίων ὀκτ.] Cf. Prolegg. p. LXIX, not. 1. — P. 258, l. 6. Codex inter voces μερῶν et σῆς μικρόν habet spatium vacuum 8-10 literarum. — P. 259, l. 9 πρόκειται] πρόσκειται man. prim. cod. — P. 261, 1 vox ἀμμεναὶ in codice expuncta est. — P. 262, l. Ἀραβικῆς] leg. puto Ἀριακῆς. Eadem confusio p. 289 l. 17. — P. 263, 1 μονοχη codex sine acc. An μολοχίνη? — P. 263, 2 καυνάκαι] γαυνάκαι cod.; deinde pro καὶ μολόχινα καὶ σινδόνες leg. puto μολόχιναι σινδόνες. P. 264, 1. Αὐαλίτης] αὐείτης cod.; l. 12 αὐαλείτην; l. 22 δουάκα sine acc. — P. 265, l. 7 et 16 μοχροτου sine acc.; l. ἄλλα εὐοδια sine acc.; an ἄλλα εὔοσμα? — P. 265 § 10 sqq. Usque ad Mundu insulam de situ locorum satis constat. Quæ deinde sequun-

tur usque ad Oponem ex tabulis, quæ annotationem scribenti præsto mihi erant, certius definire non poteram; scilicet fides tabularum, quæ ante illam Carlessii (*Trigonometrical survey of the North-east coast of Africa by Lieut. T. G. Carless, Indian navy*. 1838) prodierunt, in hac oræ parte pæne nulla est; neque quæ post an. 1838 in publicum editæ sunt, quantum equidem scio, Angli istius operam in usus suos converterunt. Nunc demum Carlessii mappis potitus quæ ad situm horum emporiorum pertinent melius quam in annotatione feci explicare tentabo. — Plinius VI, 34 § 174 e sinu Arabico in Aualiten progrediens primum memorat *oppidum Gazam*, deinde *promontorium et portum Mossyliten*. Gaza vero aperte est hodiernum *Bunder Gazim* (47° long.), caput gentis, quæ vocatur *Mijjerthaine Somaulys*. Quinque locus constat munimentis, quæ singula puteos habent, et centum fere tuguriis. Proxime hinc versus orientem montes altissimi ad ipsam oram accedunt, *Djibel Antarah* (5000 ped.) in *Ras Antarah* exiens, et post 60 stadia aliud jugum (4600 ped.), quod desinit in *Ras Gori;* juxta id adjacet *Djibel Haismah* (3800 ped.). Summa montium plana sunt thurisque arboribus tecta. In altero horum promontoriorum Mossyliticum nostrum quærendum est. Altitudo ejus in caussa fuisse videtur ut insignem ei Ptolemæus locum in tabulis concederet longeque in mare projiceret. Portus autem et emporium fuerit hodiernum *Bunder Barthe*, ab *Ras Antarah* 70 fere stadiis occasum versus distans, puteum habens et castellum et vicos duos. Alius vicus *Borah* nomine occurrit ad *Cap Gori*, minus ille ad navigationem commodus. Gaza, quam e Juba Plinius memorat, quum a Nostro non nominetur, mercaturæ frequentia ab illa Mossylum paullatim transducta esse videtur, quippe quod ipsis montibus thuriferis subjacebat. Distat a Mundu 1300 fere stadia, secundum periplum δύο δρόμους ἢ τρεῖς. — Τὸ λεγόμενον Νειλοπτολεμαῖον (l. Νειλοποτάμιον vel Νειλοποταμία?) pertinet ad fluvium satis amplum, qui minoribus quibusdam auctus post 130 a *Ras Gori* stadia occurrit. De eo ita in tabula Carlessius : « River with a stream of salt water 5 miles from the sea, navigable for small boats up to the town at high water; discharges a large quantity of water during the rainy season. » Ostio adjacet munimentum; paucis hinc stadiis occasum versus ruinæ exstant. In mediterraneis 40 ab ostio stadiis ad ipsum fluvium oppidum est *Bunder Khore*. Huc pertinet Κόϐη ἐμπόριον (80°) quod Ptolemæus medium ponit inter Mossylum (79°) et Elephantem montem (81°). Quum in hoc tractu nonnisi integris gradibus distantias locorum distinguat, non premendas esse mensuras intelligitur. Melius sane distantiæ quadrarent, si Κόϐην referre velis ad *Yibour Kubir*, at hoc nonnisi promontorium est habitatione vacuum, idque *Kubir* (*Kebir*) sive *magnum* vocatur ut a proximo *Yibour Sughir* (*Seghir*) sive *parvo* distinguatur. — Deinceps memorantur Ταπαπηγη (sic) et δαφνὼν μικρός. Utrumque nomen ad eundem locum pertinere puto, ut mox Ἀκάνναι et δαφνὼν μέγας; alterum est vici, alterum adjacentis laureti. Apud Carlessium post minorem vicum, *Ourbah* nomine, mox sequitur amœnum viretis fruticibusque oppidum, *Bunder Muriyah*, cui superjacent celsissimi montes (5000 ped.) thuriferi. Prope notatur aquæ fluentum in paludem exiens. « Bunder *Muriyah* is the principal town on this part of the coast, and contains 5 forts. » Carless. Hunc igitur locum Peripli auctor indicaverit. Apud Strabonem vocatur Δαφνοῦς λιμὴν καὶ ποταμία Ἀπόλλωνος καλουμένη. Vocabulum ταπατηγη in ipso codice tamquam corruptum exhibetur; quæ quidem nominis corruptela et græcissans illud Ἀπόλλωνος ex eodem fonte manaverint. — Ἐλέφας ἀκρωτήριον est *Ras el Fil*, 48° 28′ (*Ras Feeluk*, 800 feet high, shaped like an elephant, generally called by the natives Ras Belmook » Carless). Quamquam hoc nomen ab indigenis transfertur ad promontorium humile et arenosum, quod ab illo est occasum versus (48° 23′), et in propinquo habet locum *Bunder Filuk*. Is locus, etsi ancoris jaciendis commodus, emporium habuisse non videtur; memoratur tamen apud Strabonem (ex Artemidoro) verbis Ἐλέφας τὸ ὄρος καὶ διῶρυξ. Nimirum quum ad *Bunder Filuk* per angustas fauces mare intret in paludem longe patentem, id ipsum voce διῶρυξ indicatur. Sensit rem Letronnius ad Strabon. vers. gall. : « Strabon, ait, entend, je crois, un de ces enfoncements étroits où la mer entre et penètre à la marée haute assez avant dans les terres, et qu'on appelle *creeks* en Angleterre et en Amérique. » *Elephas fluvius* in Periplo memoratus ab oriente promontorii labitur in alveo profundissimo (« bed of a river 250 f. deep et 900 wide. In the dry season the river is navigable for boats 3 or 4

miles, and further inland there are pools of fresh water in its bed. » CARLESS.), inque paludem (*Khore Gulwainie*, i. e. lacus magnus) diffunditur, quæ ipsa quoque angusto ostio in mare exit prope *Ras Uloulah*, omnium maxime versus boream porrectum. Vicus fluvio appositus, *Bunder Uloulah*. Paucis stadiis orientem versus prope litus 3 putei aquam habentes optimam. Ad hæc igitur loca vix dubium est quin referenda sint ex Strabone Ψυγμὸς λιμὴν καὶ ὕδρευμα τὸ κυνοκεφάλων καλούμενον, e Periplo autem δαφνὼν μέγας λεγόμενος Ἄκανναι. Inter vocabula Ἄκανναι et Κυνοκέφαλαι cognationem intercedere suspicor. Quod olim in Strabone contra codd. auctoritem legebatur ἵδρυμα κυνοκ., et ad Sesostridis quædam monumenta ibi posita ab interpretibus referebatur, id rejiculum est. — Ultimum versus ortum Barbariæ promontorium et emporium dicitur τὸ τῶν Ἀρωμάτων. Ponendum igitur ad *Ras Jard Afoun* (900 p.) præruptis petris in mare descendens Ab indigenis vocatur *Ras Asair*, et nomen *Jard Afoun* sequenti promontorio quod Carlessius Ras *Shenarif* vocat, inditur. Navium statio in boreali promontorii latere. Quodsi tempestas imminebat, veteres nautæ, teste Periplo, confugiebant ad magnum promontorium, cui *Tabæ* nomen. Hoc esse debet *Ras Schenarif*, Aromatum promontorio longe altius (2500 p.), prope quod est vallis fertilis *Tohum* dicta, nomine ad *Tabas* Peripli prope accedente. Quod deinceps in Periplo legitur a Tabis prom. ad Oponem esse 400 stadia, cum aliis me induxerat, ut Tabas ad *Bannas* promontorium referrem; sed ferri id nequit. Distat enim ab Aromatum promontorio 400 stadiis sive diei fere navigatione, ut eo confugere imminente tempestate non liceret. Aut igitur pro υ′ (400) in Periplo erat ω′ (800), aut (quod malim) lacuna locus laborat hunc in modum refingendus : Ἀπὸ δὲ Τάβαι μετὰ σταδίους τετρακοσίους [Πανὼν κώμη· ἐντεῦθεν δὲ μετὰ σταδίους τετρακοσίους] παραπλεύσαντι Χερσόνησον... Ὀπώνη. Panon vicum (hod. *Banna* vel *Bunna*) ad *Ras Banna* sive *Ras Ally Bech-Quail*, novimus e Ptolemæo. Opone ad Chersonesum promontorii *Hafoun* sita erat. Trahere huc etiam fluxum marinum auctor noster monet; Carlessius vero fluxum non ita longe ab ora a meridie boream versus tendentem in tabula significat. Probabiliter ita res habet ut in sinu inter *Ras Ally-Bech* et *Ras Hafoun* juxta ipsam oram fluxus sit contrarius ei qui in alto regnat.

— P. 266, l. 8 : ὁ δὲ ὅρμος ἐπὶ σαλι (ος superscr.) κατὰ codex, in quo ος superscriptum manu secunda. Licebit : ὁ δὲ ὅρμος ἐστὶ σάλοις κατὰ καιροὺς ἐπικίνδυνος, collato loco gemello p. 263, 14. —. P. 267, l. 2 et 8 κασία; l. 17 ἥ τε μοναχην cod. sine acc. — P. 269, l. 5 πλείους cod. — P. 270, 5, l. 1. ειτενηδιων cod. — P. 272 l. 3 ναύπλιος] V. Prol. p. CVIII; — l. 15 ναβαταίων] αναβαταιὼς codex. Leg. puto : δι' ἧς ἐστιν εἰς Πέτραν πρὸς Μαλίχαν βασιλέα Ναβαταίων [ἀνάβασις]. — P. 275, 12 ἀπὸ τοῦ πέραν cod. — P. 277 l. 3 : Εὐδαίμων Ἀραβία. Εὐδαίμων δὲ ἐπεκλήθη cod., expunctis verbis Εὐδ' Ἀρ. Apud Melam III, 8 pro *Cana et Arabia et Gaudamus* leg. videtur *Cana et Arabia Eudæmon*. — *Elisari* Ptolemæi et *Ilisar* Strabonis secundum Forsteri sententiam (*Geogr. of Arabia* II. p. 147 sqq.) nomen habent de regione *El Asyr*, cujus gentem numerosam et bellicosissimam in vicinos magnam exercere vim refert Burckhardt. Ptolemæi igitur ætate videri eam totum occupasse tractum qui Elisaris attribuitur. Habent hæc quo se commendent. — P. 278, not. col. 1, lin. 17. Avium insulam nunc vocari dixi *Sikkah* vel *Djibus*. Forsterus l. l. II, p. 189 scribit *Sekah*, quod significare ait *stercoraceous or birds' mute island;* Djibus autem (*Gibboose* Forstero) sonare *White island*. Sita insula 48° 28′ 20″ long. Greenw., 13° 14′ 40″ lat. Altera Peripli insula, Τρούλλα, nunc audit *Burrugghur* (48° 32′ 40″ long., 13° 58′ lat.); vetus illud nomen e Romanorum lingua derivare et significare *Spoon island* prodit Forsterus. « In Captain Haines Chart, inquit, the form of this island is, as neerly as possible, that of the bowl of an egg-spoon, or that of the old fashioned horn or sugar-spoon. » — Sabbatha urbs, cujus situm in annotatione definire nondum poteram, pertinere videtur ad *Saba* locum in novissima Arabiæ tabula Kiepertiana. — P. 280, 13. Σύαγρον pr. esse *Cap Fartak* vel ipsum nomen probare videtur, siquidem Forsterus l. l. II, p. 171 : « Syagros, inquit, is simply the Greek rendering of the Arabik name *Fartask*, literally, *the boar's or wild boar's snout.* A glance at the map may suffice to indicate the origin of the name in the form of the Cape, which terminates in a point strikingly resembling the nose of the savage animal whose name it bears. » Addit : « The town seated under it preserves to this day the memory of the Syagrian promontory, and of the Arabian commerce of the Greeks, in

its actual name of *Suggar.* » — P. 280, l. 18 lege Διοσκουρίδου cum codice. — P. 281, l. 14 τὰ ἐγχρήζοντα codex, ita ut inter ἐγ et χρ aliquid erasum sit; non vero expunctæ sunt literæ εγ. — P. 282, l. 11 Μόσχα λιμήν.] Forsterus II, p. 174 vocem μόσχα ait arabice idem sonare quod græcis sit ἀσκός; jam quum Ptolemæus ad Syagrum pr. Ἀσκίτας habeat et indigenæ in Sachalite sinu ἐπ' ἀσκῶν navigare dicantur : ab hoc more portui nomen inditum esse statuit probabiliter (Conferre licet Rhapta Libyæ promontorium de ῥαπτοῖς indigenarum πλοιαρίοις dictum). Idem censet pluribus portubus id nominis fuisse, quandoquidem Peripli auctor Μόσχα portum ab occasu Syagri, Ptolemæus autem ab oriente ejus collocet. Cui quidem argumento non multum tribuerim. — P. 283, l. 11. ἀνθρώποις ἱεροῖς] V. not. ad Prolegg. p. CI — P. 285, l. 5 et 16 Ὄμανα.. ἀπ' Ὀμάνων] Ὄμμανα... ἀπ' Ὄμμανα codex. Assumenda μ litera duplicata, collato Ptolemæo. Ceterum p. 286, l. 3 codex habet Ὀμανιτικήν. — P. 285, 8 σανταλίνων] σαγαλινο cod. sine acc. — P. 288, 1 λύκιον] λύκον cod. — ib. l. 2. δέρματα] V. Prolegg. p. CVI not. — P. 289, 1 : ἐμπεριλαμβάνων αὐτὸν τὸν κόλπον λεγόμενος Βαράκης νήσοις ἑπτὰ ἐμπεριειλημμένος codex. — Ib. l. 17. Μαμβάρου] legend. cum codice Μαμβάνου. P. — 290, l. 1 Συνραστήνη; l. 6. Μινναγάρα cod. — P. 293, l. 16. Καττυβουρίνη, etc. Locum emendavi in Prolegg. p. CIV. — P. 293, l. 28. μουσικὰ καὶ παρθένοι] Non instrumenta musica intelligenda videntur, sed μουσικὰ παιδισκάρια, qualia Eudoxus quoque in Indiam navigaturus secum dixisse perhibetur. V. Posidonius ap. Strabon. p. 82, 13 ed. Didot. — P. 295, 4 καὶ γὰρ] Velim καὶ γὰρ καὶ. — P. 298, l. 9. τραχηλίζοντες]. Eo verbo de navigiis loquens utitur Strabo p. 268 : βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς (φυσικῶς conj. Meineke; an κατάγουσιν [ὡς ἂν] τυφῷ?) τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δινῆς μεγάλης. — P. 288, l. 30. Ἵππαλος] De mari Hippalo vid. Alexandri Itinerarium c. 110. — P. 299, l. 14 codex ita habet : πυρρὸν ὄρος ἄλλη παρῆκε χώρα τη.......... κης, ἡ παοαδια λεγομένη. Fort. igitur fuit : Πυρρὸν ὄρος [ᾧ vel ὅθεν] ἄλλη παρήκει χώρα τῆ[ς ὑπὸ Πανδίονι Ἰνδι]κῆς, ἡ λεγομένη Παραλία, deletis in sequente linea verbis ὑπὸ τὸν Πανδίονα βασιλέα. Possis etiam : χώρα τῆ[ς καλουμένης Κοττοναρι]κῆς. Apud Ptolemæum hic tractus est τῶν Ἀΐων, quod ipsum fortasse post v. παραλία excidit. Ceterum montes rubros occurrere in tractu quem Bacaræ assignavimus ex Cornwalli *Remarks of the coast of India* monet Vincentus II, p. 483 : « They are red hills or land both to the nord and south of it (sc. a *Djilli* monte prope Bacaren sito); the red hill to the south lying near the sea, is that which we must prefer for the ruddy mountain of the Journal. » — P. 300, l. 2. Vincent e Paolino refert p. 486 : « The convent still exists, and the same superstition is practised at a mountain, three leagues inland, where they still preserve the tradition of Cumari's bathing in the sea. The sanscreet name is Canyamuri, *Cape Virgin,* but contracted by the natives themselves into Comari or Cumari. » — P. 301, 1. παρ' αὐτὴν τὴν ἠπιοδώρου] An fuit π. αὐτὴν τὴν ἤπειρον? — Ib. l. 7 Καμάρα est Ptolemæi Κάρμαρα, quam ab oriente Chaberis fluvii ponit. Situs locus fuerit ad *Coleroun* fluvii ostium. — Ib. l. 12 post εἰς τοὺς τόπους adde τούτους e codice. — P. 302, l. 1 codex ita : πάλαι σιμούνδου, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις αὐτῶν χαρηρις προδάνη, in quibus serior manus expunxit χαρηρις et ante προδάνη scripsit τα. Subesse codicis literis videtur lectio diversa : παρὰ δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις. — P. 303, not. ad § 63. Quod de Thinis utpote ab Eratosthene memoratis dixi, deleas. Nam recte, opinor, Cramerus ap. Strabonem pro ὁ διὰ Θινῶν κύκλος ubique scripsit ὁ δι' Ἀθηνῶν κύκλος. V. not. Crameri ad Strabon. tom. I, p. 100. — P. 305, l. 5 lege : τὰ δὲ μετὰ τοὺς τόπους τούτους διά τε ὑπερβολὰς χειμώνων καὶ πάγους μεγίστου δυσβάτων τε τόπων, εἴτε καὶ etc.; sic enim codex habet, nisi quod voci μεγίστου superscriptum est ς, unde μεγίστους exhibent editiones.

Arrianus et Anonymus. P. 399, l. 25. Ἰστρίαν] Hanc nominis formam, laudato Arriano affert Stephanus Byz. v. Ἴστρος. — P. 395, in not. colum. 1, lin. 17 ab ima post verba : *nihil affert difficultatis*, adde : modo teneas numeros stadiorum ut in antecc., sic etiam in his esse justis paullo majores. — P. 408, l. 35. Λαμυρῶν] Fuisse suspicor Δαμυρῶν. Cf. Δαμυρίας Siciliæ fluvius ap. Plutarch. Tim. 31, Δαμούρας Phœniciæ fl. ap. Polyb. V, 18, 9 (nunc *Damour*), quem Strabo p. 756 Ταμύραν vocat. Ταμυριακὴν ἄκραν in Ponto habemus prope Cursum Achillis. — P. 408, l. 36. ὑδροστόλος] Legerim ὕδωρ στόλοις. — P. 415, l. 27. Κριοῦ μέτωπον] sec. mensuras Anonymi est *Cap Aitodor,* ut Lapieus expu-

tat, vel *Cap Kerkines*. Tailbout de Marigny (*Portulan de la mer notre* p. 62) componit *Cap Saritch;* Muraview Apostol. (*Reise durch Taurien* p. 118) *Karadcha Bouroun* vel *Aja Bouroun;* Clarke (*Voy. en Russie* II, p. 446) et Dubois II, p. 9, 23 *Cap Aioudagh*, quod a peripli rationibus longe recedit. Indigenis Κριοῦ μέτωπον dici Βρίξαβα refert Pseudoplutarch. De fluv. c. 28. — P. 416, l. 34 διήκουσα] διήκων cod. m. pr. — P. 426, l. 5 lege ἐν [τῷ] τέλει.

Stadiasmus. P. 429 not. lin. pen. lege : *In seqq. codex* λιμὴν ἐστιν ἀγωγῆς. — P. 433, l. 11. αὐτὴν] ταύτην? — P. 459, § 224 et 225 vocem χωρίον verte *castellum*. — P. 470, l. 4 σταδίων μ′] Distantia postulat ρμ′. — P. 473 § 135 ἀπὸ Παλτηνῶν] Debebat : ἀπὸ τοῦ λιμένος : nam sic demum distantia quadrat. In § 137 stadia 170 computanda sunt linea recta, adeo ut post εἰς Βαλανέας exciderit vox εὐθυδρομοῦντι, quæ omissa etiam est § 138. — P. 488 § 211. Κίϐυρα nomen derivare a כבירא (i. e. magna) censet Movers. *Phæniz. Colonien* p. 247, ubi etiam de aliis locorum in hoc tractu nominibus phœnicicis monet. Sic Μυγδάλη (p. 489 § 222) est מגדל *turris*, frequens locorum nomen; Μάσουρα (§ 221) מצורא, castellum. Φάσηλις (§ 226) פסאל, *manus dei;* idem nomen Palæstinæ loco (Reland Palæstina p. 953). — Μάλλος (p. 480 § 326) est מצלה, utpote ἐφ' ὕψους κειμένη (Strabo p. 675); habuitque urbs cultum Tyrium (Movers. l. l. p. 167). — P. 488 § 215 vox ἐμπόριον corrupta esse videtur e Κωρύκιον. — P. 489. Dele notam ad § 218. — P. 494 post § 225 excerptor Glauci fluvii mentionem omiserit. Fuisse puto : Ἐκ Τελμησσοῦ [εἰς Γλαῦκον ποταμὸν στάδιοι ν′. Ἀπὸ Γλαύκου ποταμοῦ εἰς Δαίδαλα] στάδιοι ν′. — P. 497, l. 1. Ἄγνην] Ἄχνην, Casi insulæ nomen, teste Plinio, reponi vult Hoffmann. in Præfat. p. xxv. Refragatur tum series locorum tum nota distantiæ. — P. 502, § 300. Treti promontorium cum Phrurio pr. Ptolemæi (*C. Blanc*) vix recte componitur. — P. 502 § 302 pro μ′ legi velim ρμ′, adeo ut Κραγαῖαι ponendæ sint ad fluvium quem *Kreigsimeone* vocat Pokoke. — P. 503 § 307. Lacunæ indicium post τὰ Ἄκρα delendum est. Ἄκρα tamquam urbs Cypri memoratur apud Steph. s. v. — Ib. in not. : *Dinaretum* vocabulum, quod Plinii editiones ante Silligium exhibebant, recte habere possit videri, siquidem non ita longe a promontorio dissita *Dinares* sive *Zinariton* insula, nisi ex hac potius recentiores nomen istud in Plinium intulerint. — P. 505 § 320 Βίενον] leg. Βίεννον ut § 335 sq. — P. 513 § 346 in not. adde: Ceterum a Pantomatrio ad Eleutherna non 50 sed minimum 80 stadia esse debebant. — Ib. in not. ad § 335 dele verba ultima : nisi ipse... stadia 50.

Marcianus. P. 528 in not. ad § 19 lin. 21 longitudo et latitudo Arabiæ confunduntur. — P. 539 l. 40 ὅθεν et p. 543 l. 42 ὑφ' ante me correxerat Piccolous meus. Idem vir doctissimus p. 538 l. 14 leg. conjicit σαφῶς τῷ φιλομαθεῖ ἀναγνώστῃ. — P. 558, l. 31 ἐτάξαμεν] ἐπάξομεν cum Piccoloo legi velim. — P. 560, l. 39 περαιοῦται δὲ εἰς τὸ Ῥοϐόγδιον] Mensura stadiorum 1834 satis quadrat; ceterum aptius pro Rhobogdio memoraretur τὸ βόρειον ἄκρον, — P. 565, 10 pro ἐγγεγραφέναι Piccolo conjicit συγγεγραφέναι.

GEOGRAPHI GRÆCI
MINORES

ΑΝΝΩΝΟΣ

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΩΝ ΥΠΕΡ ΤΑΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΤΗΛΑΣ ΛΙΒΥΚΩΝ ΤΗΣ ΓΗΣ ΜΕΡΩΝ,

ὂν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει, δηλοῦντα τάδε.

Ἔδοξε Καρχηδονίοις Ἄννωνα πλεῖν ἔξω Στηλῶν Ἡρακλείων καὶ πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων. Καὶ ἔπλευσε πεντηκοντόρους ἑξήκοντα ἄγων, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν καὶ σῖτα καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν.

2. Ὡς δ' ἀναχθέντες τὰς Στήλας παρημείψαμεν καὶ ἔξω πλοῦν δυοῖν ἡμερῶν ἐπλεύσαμεν, ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥντινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον· πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν.

HANNONIS

CARTHAGINIENSIUM REGIS

PERIPLUS

EARUM QUÆ SUNT ULTRA HERCULIS COLUMNAS LIBYCARUM TERRÆ PARTIUM,

quem etiam dedicavit in Saturni delubro, exhibentem hæcce.

Placuit Carthaginiensibus Hannonem navigare extra Columnas Herculeas et urbes condere Libyphœnicum. Navigavit igitur naves quinquagenum remorum ducens sexaginta et virorum mulierumque multitudinem ad triginta millia et annonam ceterumque apparatum.

2. Postquam evecti Columnas superavimus et extra eas biduum navigavimus, primam condidimus urbem, quam nominavimus Thymiaterium; campus ei magnus suberat.

Βασιλέως] *Rex* Hanno noster apud Solinum quoque Polyh. § 56 appellatur; *imperator* ap. Plinium VI, 31; *dux* ap. eundem V, 1, 1. Intellige unum ex duobus Carthag. *sufetis* (v. Festus s. v.; Livius XXXVIII, 37), quos Græci vocare solent βασιλεῖς vel πρωτεύοντας, Romani modo *reges*, modo *consules*, modo *dictatores*. V. Kluge ad Aristotel. De Carthagin. rep. c. 2 et 7. || — τῶν... μερῶν] In his dictionem colore Punico tinctam auctorem prodere mediocriter græce doctum censet Klugius, recte fortassis; quamquam jure quæris num hæc Peripli inscriptio ad ipsum græcæ versionis auctorem sit referenda. Nam plerumque longiores id genus inscriptiones citerioris ævi scribis debentur. || — ἀνέθηκεν] V. Prolegomena. || — Κρόνου] Gorillarum pelles, quas ex itinere Carthaginem asportaverat Hanno, apud Plinium V, 36 et Solinum l. l. dedicasse dicitur non in templo Saturni (sive Baali), sed Junonis (sive Astartæ), « quum huic deæ, ut Klugius suspicatur, ejusmodi spolia tanquam itineris primitiæ dedicarentur. » At quum omnia quæ de Hannonis itinere apud Plinium Solinumque leguntur, ex impuris fluxerint fontibus, in hac quoque re pæne nulla eorum est auctoritas. || — τεμένει] Hannonis navigationem ita in templo dedicatam fuisse, ut tabulæ vel columnæ inscriptam quilibet consulere posset, jure licet addubitare, quum satis constet celare potius Carthaginienses studuisse quæcumque spectarent longinqua eorum commercia emporiaque. Quare Letronnius (*Poëmes géogr.* p. 230) : « Rien n'empêche, ait, que cette circonstance, relatée uniquement dans le titre, ne soit une addition de celui qui aura traduit en grec l'original ou qui en aura donné un extrait. » Id tamen cur statuamus nihil video, quum de ratione qua monumentum nostrum in τεμένει asservatum fuerit, omnino nihil constet, et ipsa illa ἐν τεμένει verba late pateant. Fieri igitur potuit, ut in templi ὀπισθοδόμῳ non cuivis patente vel etiam in alio ædificio ad templi τέμενος pertinente id genus tituli sepositi essent.

§ 1. κτίζειν] Hæc vox hoc loco adhibetur sensu laxiore; nam unam tantum urbem, Thymiaterium, Hanno *condidit*, ἔκτισε; reliquas novis incolis frequentavit, κατῴκισεν || — πεντηκοντόρους] « Bougainvillius (*Mém. de l'Acad. d. Inscr.* t. XXVIII, p. 288) ex Thucydide probare studet hanc navigationem 703 annos a. C. factam esse. Docet enim Thucydides triremes 300 annos ante bellum Peloponnesiacum inventas esse; ergo naves quinquaginta remis instructas certe centum quinquaginta annos post conditam Carthaginem in usu fuisse. Verum hæc ratio facile refutatur. Tali enim expeditioni maritimæ conducebant naves onerariæ, minores quidem, sed latæ ac planæ et ita comparatæ, ut nautæ non solum oram maritimam legere, sed vada et cæca saxa leviter supervehi possent, quibus triremes ceteræque naves magnæ molis illisuræ forent. Apud Strabonem (I, p. 99) Eudoxus eadem structura utitur ad simile consilium exequendum. » Kluge. || — μυριάδων τριῶν] Apud Græcos ad coloniam deducendam quinque vel etiam ad decem millia hominum colligi ut plurimum solebant. Non nimius igitur triginta millium numerus ad sex vel septem colonias rite instituendas et contra hostem in longinquis plagis tuendas.

§ 2. Θυμιατήριον] Meminerunt hujus urbis Sc

lax § 112 et Stephanus Byz.; apud utrumque vocatur Θυμιατηρία. Quodsi in bidui navigationem, quæ fuisse dicitur in mari extero usque ad Thymiaterium, ex vulgari calculo computantur stadia mille, inde a promontorio *Spartel* deducimur usque ad ostia Suburis (hod. *Sebu*) fluvii. Ac revera ad hunc fluvium, in hoc tractu omnium maximum eumque navigabilem, urbem illam conditam fuisse omnia suadent. Primum huc facit Scylax l. l., qui : Μετὰ δὲ Λίξον, ait, Κράβις ποταμὸς καὶ λιμὴν καὶ πόλις Φοινίκων Θυμιατηρία. Fluvius vero post Lixum proximus, qui quidem momenti alicujus sit, Subur est paullo infra *Merdja* seu *Murza* lacum in mare exiens, ut hunc ipsum Crabis nomine Scylax signare videatur. Mnaseas apud Plinium XXXVII, 11 pro *Crabi* ponit *Crathin*, idque nescio an rectius habeat, quoniam cum græco hoc nomine quadrant græca nomina *Sicyonis* urbis et *Cephesiadis* lacus (*Merdja*), quæ una cum *Meleagridibus* avibus græci geographi in hæc loca transtulerunt. Nihil igitur mirum eidem fluvio diversa plane nomina tribui. Mnaseas quidem Crathin fluvium non infra lacum, sed ex ipso lacu in Oceanum exire dicit, adeoque diversum a Subure amnem indicare videtur. Verum quum nonnisi rivuli quidam in lacum illum incidant, nullus vero inde in mare exiens in mappis nostris accuratissimis conspiciatur, vix dubium est quin notus Subur fluvius sit ille quem perperam e lacu profluere Mnaseas refert. Hoc si recte dixi, consentaneum est Sicyonem illam, quam cum Crathide Mnaseas componit, ipsum nostrum esse Thymiaterium. Hodie ad Suburis ostia jacet *Mamora* sive *Mehedia*. Situs ejus urbis talis prorsus est, qualem fuisse Thymiaterii ex Hannone colligitur. Quemadmodum enim sub Thymiaterio planities patuisse dicitur, sic *Mamora* loco sublimi imposita peramplæ dominatur planitiei, quæ usque ad Salam (h. *Buragrag*) fluvium pertinet. V. J. Windu *Travels* p. 64; Barth. *Wanderungen* t. 1, p. 29; Jackson *An account of the empire of Marocco* (ed. tert. 1814) p. 6; Movers *Das phœnizische Alterthum* t. II, p. 541 sq.; qui viri docti situm hujus loci ad commercia et dominationem tam insignem in modum accommodatum esse monent, ut mirum foret Carthaginienses urbis ibi condendæ opportunitatem prætermisisse. Quod attinet nomen Θυμιατήριον, Bochartus de eo ita habet : « Notum græce Θυμιατήριον esse acerram vel thuribulum, quo nomine cur Phœnices urbem appellaverint nemo facile dixerit. Sed quod a Græcis passim fieri jam alibi notavimus, Hannonis interpres barbaram vocem ita mollivit, ne læderet aures Atticas. Nempe verum urbis nomen erat דמאתריה *Dumatiria*, quasi πεδιάδα dixeris, id est, campestrem urbem. Arabice saltem in Giggeis דמאתיר, *dumathir*, et דמתר, *dumthor*, est *terra plana*; unde petitum urbis nomen docent ipsa verba Hannonis : ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥντινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον· πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν. Δὲ pro γὰρ hoc loco sumimus, ut passim apud Homerum; quia nulla apparet causa cur Hanno addiderit Thymiaterio magnum subesse campum, nisi ut sciremus quorsum oppidum ita nominaverit. » Moversius l. l. p. 543 nomen Θυμιατήριον, quoad formam vocis, non phœnicium sed libycum esse, et quod significationem vocis attinet, componendum suspicatur cum *Themetra* nomine loci in Zeugitana siti (v. Inscr. ap. Maffei Mus. Ver. p. 472. Orelli Inscr. n. 3056); *Themetra* autem formam libycam habet phœnicii *Medera* (cujus nominis locus in Phœnicia memoratur in Tab. Peutingeriana), ita ut *The* syllaba libycum sit præfixum. Quæ quidem, quantum ego de his judicare possum, paullo longius petita videntur. Contra Klugius : « Sed et græci verbi significatio, inquit, defendi potest. Θυμιατήριον est thuribulum, acerra, qua voce, si græca denominatio vera est, nihil aliud indicatur quam consecratio urbis, urbs diis consecrata. Quum enim hæc *prima* esset colonia, initium ex sacris rite faciundis sumendum erat, eamque ob causam hoc emporium thuribulum, i. e. urbs thuris sive sacrorum appellabatur. Hæc dicendi ratio Hebræorum sermoni respondet. » Idem jam Mannertus (X, 2, p. 512) statuerat, qui Punicum urbis nomen fortassis esse putavit Ποντιῶν Scylacis (§ 112). Parum hæc probabilia sunt. Ego quidem non græcam punicæ vocis versionem, sed punicam vocem in græcum vocabulum corruptam subesse cum Bocharto et Moversio statuo. Facere huc mihi videtur locus Itinerarii Anton. p. 2, ubi inde a Sala urbe juxta Salam fluv. sita usque ad *Thamu-sida* (*Tamu-sida, Tiamu-sida* var. lect., Ταμουσίγα *Ptolem.*) esse dicuntur millia 32. Hinc colligitur urbem fuisse ad Subur fluvium, adeo ut a *Thymiaterio* non diversa fuerit. Accedit, quod nominis compositi (cf. urbes Africæ *Tocola-sida; Sida*) pars prior cum Hannonei vocabuli initio componi apte potest; non item altera; sed fieri potuit ut eadem urbs duplici nomine composito efferretur, ut passim. Porro quemadmodum Græci et Θυμιατήριον et Θυμιατηρία dicebant frequentissima illa formarum varietate, sic etiam Θαμου-Σίδιον dictum esse facile largieris. Hinc vero, ni fallor, nata est Σικυὼν urbs Mnaseæ Græculi. Plinius V, 1 Thamusidam oppidum non memorat, contra vero Banasam urbem ad Subur fluvium ponit : *At in ora a Lixo* 50 *mill. amnis Subur, præter Banasam coloniam defluens, magnificus et navigabilis. Ab eo totidem M. pass. oppidum Sala, ejusdem nominis fluvio impositum.* Hæc parvi sunt facienda. Tota enim Africæ occidentalis descriptio mira ap. Plinium rerum perturbatione laborat; hoc vero loco quam parum accuratus auctor sit, vel ex distantiis quas inter Lixum et Subur et Salam fluvios esse dicit, luce clarius est. Itinerarii auctor qui ad Subur fluv. Thamusidam ponit, inde ad Banasam (hod. *Vetus Mamora* sec. Lapieum, aut *Basra* sec. Graberg di Hemso) triginta duo millia esse dicit. Quare miror Mannertum (X, 2, p. 471), qui numeros Itinerarii mutando ad perversas Plinii rationes accommodare studet. Magis etiam turbatus est Ptolemæus IV, 1, p. 252 ed. Wilb., qui et Banasam et Tamusidam a meridie Subur fluvii ponit. Quod recentiores attinet, Heerenius Thymiaterium esse putavit hodiernam *Larache*, errore manifesto; Mannertus idem quæsivit in *Vieille Mamora*, paullo minus errans; Bougainvillius urbem transtulit ad *Cap Cantin*, quousque non duorum sed quinque dierum navigatione opus fuisset.

3. Κἄπειτα πρὸς ἑσπέραν ἀναχθέντες ἐπὶ Σολόεντα, Λιβυκὸν ἀκρωτήριον λάσιον δένδρεσι, συνήλθομεν.

4. Ἔνθα Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρυσάμενοι πάλιν ἐπέβημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας ἥμισυ, ἄχρι ἐκομίσθημεν εἰς λίμνην οὐ πόρρω τῆς θαλάττης κειμένην, καλάμου μεστὴν πολλοῦ καὶ μεγάλου· ἐνῆσαν δὲ καὶ ἐλέφαντες καὶ τἆλλα θηρία νεμόμενα πάμπολλα.

5. Τήν τε λίμνην παραλλάξαντες ὅσον ἡμέρας πλοῦν, κατῳκίσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ καλουμένας Κα-

3. Hinc vesperam versus vecti ad Soloentem, Libyæ promontorium arboribus horrens, convenimus.

4. Ibi Neptuni sacello exstructo, denuo orientem versus tenuimus per diei dimidium, donec pervenerimus ad stagnum non procul a mari situm, junco repletum multo altoque. Inerant et elephantes et aliæ feræ pascentes permultæ.

5. Stagno ad iter diei præterito, novis incolis frequentavimus urbes maritimas, quæ nominantur Cari-

---

In contrarium peccavit Gosselinus (*Recherches sur la Géogr. systém.* I, *p.* 71 *sqq.*), quem si audias, tota illa navigatio, inde ab Herculis Columnis usque ad Soloentem promontorium (quam quinque dierum esse Scylax ait), in freto versatur Gaditano usque ad promontorium *Spartel*. Thymiaterium igitur putat in promontorio quod *Mallabat* dicitur, situm fuisse. Quas quidem ineptias a multis jam explosas verbo tetigisse satis est superque. Gosselinum presso pede sequitur Gailius.

§ 3. πρὸς ἑσπέραν] Usque ad Subur fluvium navigatio erat fere meridiem versus; hinc versus occasum (*sud-ouest*) ora flectitur usque ad *Cap Cantin*. Gosselinus p. 70 commentis suis inserviens vertit : « *continuant de naviguer à l'ouest*, etc. » || — Σολόεντα] Duo in hoc tractu occurrunt promontoria, *Cap Blanc* et *Cap Cantin*. De illo cogitarunt Heerenius, Klugius et alii; at posterius nostro loco est intelligendum, ut recte monet Mannertus X, 2 p. 495. Nam hocce, non alterum, silvis horret; ab hocce, non ab altero, orientem versus ora retorquetur, id quod sequentia § 4 flagitant. Porro quæ § 5 leguntur, tum demum quadrant, si ad sinum qui *baie de Safi* dicitur, referre licet. Denique promontorium *Cantin* longissime in mare procurrens præ ceteris memorabile videri debebat, nautisque erat periculosissimum, dum alterum illud nonnisi albo litoris colore animos advertebat. Nomen *Solois* ductum a סלע (*sela*) et pluraliter סלעים (*selaïm*), i. e. *rupes*. Frequens nomen de Phœnicum urbibus quæ in altis sitæ erant rupibus. Sic Σολόεις sive Σολοῦς in Sicilia, Σόλοι vel Σόλος ἡ αἴπεια in Cypro insula (cf. Suidas σόλος, ὁ βουνός), Σελινοῦς in Cilicia. V. Movers. II, p. 174. 243. 337. 332. Nostrum promontorium memorant Scylax § 112 : ἀπὸ Θυμιατηρίας εἰς Σολόεντα ἄκραν, ἣ ἀνέχει μάλιστα εἰς τὸν πόντον, Herodotus II, 32 : Σολόεντος ἄκρης, ἣ τελευτᾷ τὰ τῆς Λιβύης, Crinagoras in Antholog. IX, p. 419 : ἐς πύματον Σολόεντα, Hesychius : Σολουντὶς ἄκρα τῆς Λιβύης. Plinius ex Polybio sua referens V, 1 appellat *promontorium Solis*; allatæ ibi mensuræ probant nonnisi de prom. *Cantin* posse cogitari. Ex latino auctore Ptolemæus suum fecit Ἡλίου ὄρος (30° 15′). [Miror Lapieum qui in mappa sua distinguit inter Soloentem prom. (*c. Blanc*) et Solis prom. (*c. Cantin*); simili errore in Ponto duo scribit promontoria, alterum *Criumetopon*, alterum *Frontem Arietis* vocans.] Mentionem distantiæ, quæ a Thymiaterio usque ad Soloentem prom. 1800 circiter stadiorum est, abbreviator vel librarius omisit. Tres vel quattuor navigationis dies notati fuerint. Scylax ab Hermæo prom. usque ad Soloentem exputat navigationem tridui. Bougainvillius Soloentem prom. cum prom. hod. *Bojador* composuit. || — συνήλθομεν] « Igitur singulæ naves diversum cursum tenebant, et promontorium Solois classi communis erat conveniendi locus. » Kluge.

§ 4. Ποσ. ἱερὸν ἱδρυσάμενοι] « Postquam Pœni promontorio Soloente superato pericula vicissent, quæ etiam Lusitanis nautis decimo quinto seculo vehementem terrorem injecerunt, Neptuno, deo marino ab Afris Herodoto teste (II, 50) potissimum in honore habito, ob secundam navigationem sacra fecerunt. In sacelli ara, postea [*id nemo tradit*] a colonis exstructa, ut Scylax (§ 112) tradit, tam artificiose expressæ erant virorum imagines, leones, delphines, ut hæc a Dædalo ficta viderentur. Ob hunc deorum cultum tota regio sacra nominabatur, imo hoc epitheton in promontorium ipsum transferebatur [*id per se non improbabile, sed teste caret*], quod in extremo et incognito mari situm propter imminentia pericula non sine singulari deorum auxilio circumnavigari posset. Qua de causa Æthiopes hanc terram incolentes dicebantur *sacri* (Scylax l. l.); fortasse etiam quod extremis terrarum finibus solis cubili propinqui adjacerent. » Kluge. || — πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα κτλ.] Nauta a promontorio Soloente orientem versus flectens in sinum intrat, qui ab adjacente urbe nunc vocatur *baie de Safi*. Regio hæc a borea et austro et oriente montibus includitur; ita ut etiam nunc pluviali anni tempestate aquæ et colluvies undique in hanc cavitatem descendant (V. Jackson l. l. p. 45. Riley. l. l. p. 476). Priscis igitur temporibus quum deserta adhuc regio nec ullam hominum industriam experta esset, multo magis paludosa fuerit, monente Moversio l. l. p. 545.

§ 5. παραλλάξαντες] Sic recte codex habet, notante Bernhardyo Analect. in Geogr. min. p. 18; παραλλάξαντος edit. Gelenii. || — ὅσον ἡμέρας πλοῦν] Regio illa montibus undique intercepta et juncosa pertinet usque ad *Tensift* fluvium (quem veteres appellant Phthuth s. Fut) per trecenta fere stadia, quæ si communem unius diei navigationem non prorsus exæquant, probe tenendum est quam vagum sit et inæquale hoc mensuræ genus, quod sæpe temporis potius quam spatii est; deinde vero rectissime viri rerum maritimarum periti, ut Rennelius, alii, monuerunt Hannonem magnam classem ducentem in mari parum noto haud ita multum itineris singulis diebus emetiri potuisse; quanquam etiam ne nimis brevia spatia faciamus cavendum est, quum maris fluenta quæ juxta Africæ oram meridiem versus feruntur, accelerare cursum debuerint. || — κατῳκίσαμεν] κα-

τωκήσαμεν codex ; em. editt. Apposite Klugius notat hæcce : » Supra Hanno dixit ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, hoc loco κατῳκίσαμεν. Κτίζειν est condere, κατοικίζειν est urbem colonis frequentare. Igitur hæc oppida jam condita erant a Phœnicibus (qui olim in his regionibus sedes collocaverant), et nunc ab Hannone novis tantum advenis implebantur. Utraque enim res vocabulo κτίζειν exprimitur, ita tamen ut Hanno initio Peripli hoc vocabulo generale quasi consilium constituendorum oppidorum indicet, hoc autem loco voce κατοικίζειν restitutas esse antiquas Phœnicum urbes novis colonis immittendis. Ex Periplo patet unum tantum novum oppidum, Thymiaterion, esse conditum, ceterasque urbes non in condendis sed in conditis numerandas, quem sensum verborum accurata interpretatio flagitat. Quum enim Hanno primam urbem exstrueret, dicit : ἥντινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον. Quum in recessu cujusdam sinus parvam insulam reperisset incolisque frequentasset, item dicit : ἥντινα ὠνομάσαμεν Κέρνην. At hoc loco quem tractamus legitur : κατῳκίσαμεν πόλεις καλουμένας Καρικόν τε τεῖχος καὶ Γύττην κτλ.; et paulo infra : ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον, Θεῶν ὄχημα καλούμενον, et in extremo Periplo : ἀφικόμεθα εἰς κόλπον Νότου κέρας καλούμενον. Hoc non est : mons cernebatur quem *appellabamus* Theôn ochema, sed qui *appellabatur*, cui hoc nomen jam erat; ideoque κατῳκίσαμεν πόλεις καλουμένας Καρικόν τε τεῖχος κτλ. nihil aliud significat quam : incoluimus, i. e. invenimus et novis incolis frequentavimus urbes quibus jam nomen erat Καρικόν τε τεῖχος etc. (Nunc egregie Carthaginiensium artificium intelligitur, quod non germanos Pœnos, sed Libyphœnices ad hunc finem exsequendum elegerint, qui tam Phœnicibus has urbes habitantibus quam Libyæ populis inprimis essent accepti atque affines.) Non video cur non verba § 1 memorata, πόλεις κτίζειν, ad hæc quoque oppida et *coloniam* in insula Cerne fundatam referri possint, licet una tantum nova urbs sit condita et Libyphœnices modo cum veteribus Phœnicibus in unum coaluerint. Quam callidum Carthaginiensium fuerit ingenium elucet ex hoc consilio navigationis capto, quo ad commercium amplificandum et tutandum tanta hominum multitudine veteres colonias in his regionibus frequentarent et quasi subigerent. Accedit quod Ælius Aristides tom. II, p. 474 ed. Dindf. : Καρχηδόνιοι δὲ ἐκπλεύσαντες ἔξω Γαδείρων καὶ τὰς ἐν τοῖς ἐρήμοις τῆς Λιβύης πόλεις οἰκίσαντες. Sic enim habet codex Γ et Canterus pro vulgata lectione οἰκήσαντες. Egregie hæc interpretatio probatur Plinii verbis, qui (V, 1) illas urbes, quas supra memoravimus, *incultas* [*hæc vox non est in Plinii loco*] et ab Hannone conditas esse narrat. Ex tota autem descriptione evidenter demonstrari potest hanc navigationem, quum via locorumque situs Hannoni usque ad Cernen non incognita fuerint, non primam fuisse, sed potius repetitam, novum vero iter inceptum ab insula Cerne et ad extremum promontorium versus austrum esse continuatum. Narrationis brevitas et Pœnorum cauta prudentia omisit omnia quæ singularem locorum naturam et mercaturæ fontes detegere possent. » Kluge. Jam quod urbes illas attinet, ex Peripli nostri verbis hoc tantum patet, sitas fuisse inter juncosam regionem et Lixum fluvium. Uterque terminus satis accurate potest definiri. Alter ponendus est in montibus qui paludosam regionem a meridie claudunt, quosque proxime excipit *Tensift* fluvii, a vett. Phthuth vel Phut vel Fut (Ptolem., Joseph. Ant. J. I, 6, Plin. V, 1) nominati, ostium. Lixum vero hodiernum esse *Draa* fluvium ad *Saharæ* initium in mare exeuntem ipso Periplo luculentissime demonstratur. Oræ longitudo a *Tensift* ad *Draa* sive Lixum fluvium stadiorum est circiter 2600, quibus permetiendis quinque vel sex navigationis dies classis Punica consumere debebat. Convenienter Scylax a Soloente prom. ad Lixum fluvium septem dies exputat. Prima igitur urbs, Καρικὸν τεῖχος, si verba Peripli premas, ad *Tensift* fluvium vel certe haud longe inde foret collocanda. Novit urbem Ephorus ap. Stephan. Byz. : Καρικὸν τεῖχος, πόλις Λιβύης ἐν ἀριστερᾷ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, ὡς Ἔφορος πέμπτῃ. De nomine Bochartus : « Fallor an Καρικὸν τεῖχος, *murus Caricus*, Pœnis erat קיר חרס *Kir chares, murus Solis;* cujus nominis urbem in Moabitis memorat Isaias 16, 11. » Sed hæc respuenda esse censemus cum aliis plurimis. Nomen mere græcum est, neque in his locis offendit. Cares, notissimum nautarum et mercenariorum vulgus, cum Phœnicum navigationibus coloniisque multifariam conjuncti sunt, ut prisco ævo una cum illis in diversissimis maris mediterranei Pontique regionibus occurrant. De quibus multa passim exponit Moversius l. l. p. 17. 78. 212. 227. 241. 246. 258. 263. 288. 306. 318. 550 sqq. Eosdem etiam in occiduas terras delatos esse sive nautas sive mercenarios, quos undique conscribere Phœnices solebant, consentaneum est, præsertim postquam prioribus sedibus crescente Græcorum potentia ejecti essent. Proxime vero ad nos pertinet quod Ptolemæus IV, 6 p. 295 Wilb., habet : Ἐλάσσονα δὲ εἰσιν ἔθνη καὶ κατέχουσι τὰ μὲν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ μετὰ τὴν Γαιτουλίαν Αὐτολάλαι καὶ Σιράγγαι καὶ Μαύσωλοι μέχρι τοῦ Μάνδρου ὄρους. Igitur regionibus in quibus nos jam versamur *Mausolos* vindicari vides, quo nomine Cares significari testatur Stephanus Byz. s. v. Porro Μάνδρας nomen esse dei Carici, et in regionibus, ubi Cares habitabant, sæpius deprehendi Moversius notat laudato Letronnio in *Journal des savants* 1846, p. 112 sqq. 118 sqq. Quare Καρικὸν τεῖχος hoc loco non magis miramur quam Καρικὸν in Memphide Ægyptia (v. Steph. Byz. s. v.). Sita esse urbs debet, ut jam monui, prope *Tensift* sive Phthuth fluvium. In Ptolemæo IV, 1, p. 250 inter ostium hujus amnis perampli (30° 30′ latit.) et Soloentem prom. (31° 15′) unus tantum locus ponitur Μυσοκάρας λιμήν (30° 50′), quem eundem esse cum Caricoticho vel nomen suadet. Eduardus Renou in mappa imperii Marocani ad ostii latus boreale notat : *Agouz ruine*. Moversius p. 549 Καρικὸν τεῖχος esse censet hodiernam *Agader* urbem, quæ paullo post promontorium *Agader* sive *Geer* in alto Atlantis vertice sita est inexpugnabilis. Argumentum sententiæ affert quod *agader* in lingua Berberica (Paradis, *Dictionnaire Berbère* p. 110) significat *murum septum;* idque nomen ex phœnicia lingua

ρικόν τε τεῖχος καὶ Γύττην καὶ Ἄκραν καὶ Μέλιτταν καὶ Ἄραμβυν.

6. Κἀκεῖθεν δ' ἀναχθέντες ἤλθομεν ἐπὶ μέγαν ποταμὸν Λίξον, ἀπὸ τῆς Λιβύης ῥέοντα. Παρὰ δ' αὐτὸν

cus murus et Gytte et Acra et Melitta (*Melita*) et Arambys.

6. Hinc evecti ad Lixum flumen magnum devenimus, quod e Libya fluit. Juxta id nomades homines

---

servatum esse docet sæpiusque inter locorum nomina occurrere, ut in *Geder* (Jos. 12, 13), *Gedera* (Id. 15, 36), *Gedor* (Id. 15, 58), *Gadara*, *Gadir* sive *Gadira*. Verum admitti hæc nequeunt, quum Peripli narrationi repugnent. Nam inde a *Safi* urbis sinu ad *Agader* stadia sunt supra mille et ducenta, quæ vix duorum dierum, nedum unius, navigatione emetiri Hanno poterat. Cf. not. ad v. Ἄκρα || — Γύττη] De hac aliunde non constat, nisi forte eadem est quæ *Gudda* dicitur in Geogr. Ravenn. p. 769, ubi : *Tamusida, Sala, Gentiano, Boballica, Bobiscianis, Aquis Baticis, Bada, Tocolosion, Bobabili, Bonivrias, Gudda, Bati, Argenti*. De nomine Bochartus : « Gytta nomen habet a pecu, ut Cretæ urbs Πολυρρηνία, quam sic appellari scribit Stephanus ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥῆνεα, τουτέστι πρόβατα ἔχειν. Nempe Syris גת, *geth*, est pecus, cujus plurale גתין, *gitthin*. Sed veteres sine adspiratione scripserunt. Inde *Gath* Philistæorum in Polybio, Josepho et Stephano *Gitta* dicitur, et a Plinio *Gettæ*. Ejus nominis fuit etiam Samariæ vicus, e quo Simon apud Justinum, Epiphanium et Zonaram. » || — Ἄκραν] « Ἄκρα est חקרא *Hakra*, id est *arx*, *munitio* ». Bochartus, exempla etiam addens e libris sacris desumpta, quæ afferre longum est nec attinet. Nomen urbis, sive versio, ut puto, sive corruptio vocis phœniciæ sit, egregie quadrat in situm *Agader* urbis, cujus paullo supra memini. Locorum natura ab omni vi tuta est; portum habet et navium stationem in tota hac ora longe optimam; circumjacet et ad desertum usque patet regio vitibus, olivis, aliis arborum generibus abundans, argenti, ferri, cupri venis dives, cœlo beata, commerciis cum interioris Africæ populis nectendis accommodatissima, eoque nomine olim apud Portugallos clara, et nuper a Jacksono Anglis suis commendata (V. Jackson. l. l. p. 18. 20. 52 sqq. 226. Movers. l. l.). Fugisse multiplicem hanc opportunitatem Phœnices et Carthaginienses quis demum crediderit? Hodie regio ista vocatur *Suse*. || — Μέλιτταν] Ejus jam Hecatæus meminit ap. St. Byz. : Μέλισσα, πόλις Λιβύων, Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ὁ οἰκήτωρ Μελισσαῖος· ἡ χώρα Μελισσαία. « *Melitta* vel מליטא *Melita* proprie significat calicatam urbem, si verbo datur venia, id est, in qua condenda multum calcis sit adhibitum vel in structuras vel etiam in tectoria. Radix מלט *melet* reperitur Jerem. 43, 9 pro cæmento ex arena et calce. » Bochart. Non arrident hæc. Fortasse a colore albicante litoris, in quo sita urbs, nomen nacta est. Ceterum rectius scribi *Melite* puto, collato nomine Melitæ insulæ (*Malte*), quæ item Phœnicum erat colonia. || — Ἄραμβυν] Hanc aliunde non novimus. « Arambyn a situ puto vocasse Phœnices הר־ענבין *har-anbin*, montem uvarum, vel הר־ענב *har-anbi*, montem racemiferum; vites fuisse in illis locis constat ex Periplo Scylacis § 112, qui de vicinis [Cernæ ins. sc.] Æthiopibus ita habet : οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων.

Quibus consona hæc Plinii V, 1 : *Ibi fama exsistere certa vestigia habitati quondam soli vinearumque reliquias*. Sed Strabone nihil expressius, qui in Mauritania refert, ex aliorum fide, nasci vitem tam crassi caudicis, ut eam duo homines vix amplectantur, racemos cubitales nonnunquam producentem. » Bochartus. Moversius p. 552 (qui pleraque Bocharti conamina etymologica, tanquam temeraria, rejicit) Ἄραμβυς idem esse nomen censet quod Κάραμβυς; literam K in nostro nomine vel periisse vel abjectam esse. Κάραμβυς autem, notum Ponti promontorium, quum in regione sit in qua Cares consedisse constet, ab ipsis Caribus sic dictum esse Κάρ-αμβυν, quemadmodum alia Ponti loca sint Κάρ-ουσα (Scylax § 89), Καρῶν λιμήν (Arrian. Peripl. Pont.), Καρ-οία (Ptol. III, 5 p. 199). Idem igitur etiam de nostro loco statuendum esse, idque tanto tutius, quum Cares jam in Καρικῷ τείχει deprehenderimus. Hæc quam sint probabilia tu videas.

§ 6. Λίξον] Notissimus est alter hujus nominis fluvius, qui ad hod. urbem *Larache* in Oceanum exit. Vide not. ad Scylac. § 112. Nostrum quoque fluvium idem Scylax memorat, nisi quod codex pro Λίξος habet Ξιῶν, nescio an errore librarii. Heerenius, Mannertus, Klugius esse censent hodiernum fluv. *Tensift*, quem Phthuth sive Phut sive Fut Ptolemæus, Josephus et Plinius vocant; Bougainvillio est *Rio d'Ouro*, qui e medio deserto in mare egreditur; Gosselinus denique Hannonis Lixum non diversum esse opinatur ab illo qui est apud urbem *Larache*. Hæc omnia temere dicta, neque digna quæ refutentur. Dubitari nequit quin Lixus hodie sit aut *Ouad Noun*, ut Moversius p. 548 statuit, aut, quod malim, *Ouad Draa*, qui in hod. provincia *Noun* ad ipsum limitem deserti in mare se eructat. Primum enim Scylax a Soloente promontorio ad Lixum fluvium navigationem esse dicit dierum septem, id est, sec. Scylacis computum, stadiorum 3500. Jam si oræ longitudinem a promontorio *Cantin* ad *Draa* fluvium in mappis maritimis metiaris, stadia habebis 3300 et quod excurrit. Deinde Hanno a Lixo solvens τὴν ἐρήμην præternavigavit; desertum vero incipit a *Draa* fluvio. Porro unum Lixum fluvium hucusque Peripli auctor nominavit et voce μέγας distinguit, adeo ut præ ceteris notatu dignus fuisse debeat. Ac sane *Draa* fluvius inter omnes, qui a deserto sunt boream versus, longe maximus est, adeo ut cursus longitudine vel Rhenum superet. In interiore Libya ex Atlante orsus meridiem versus fertur usque ad regionem deserto proximam; hinc flexo versus occasum cursu lacum *Debaiam* transit, indeque juxta solitudines labitur. Præterea Hanno quum dicat Lixum ἀπὸ τῆς Λιβύης ῥεῖν e montibus, quos Æthiopes Troglodytæ incolant : innuit se in regione versari, quæ Libyæ arctiore vocis sensu sic dictæ non amplius accensenda esse videri poterat; quæ ipsa quoque ad deserti accolas

νομάδες ἄνθρωποι Λιξῖται βοσκήματ' ἔνεμον, παρ' οἷς ἐμείναμεν ἄχρι τινὸς, φίλοι γενόμενοι.

7. Τούτων δὲ καθύπερθεν Αἰθίοπες ᾤκουν ἄξενοι, γῆν νεμόμενοι θηριώδη, διειλημμένην ὄρεσι μεγάλοις, ἐξ ὧν ῥεῖν φασι τὸν Λίξον, περὶ δὲ τὰ ὄρη κατοικεῖν ἀνθρώπους ἀλλοιομόρφους, Τρωγλοδύτας· οὓς ταχυτέρους ἵππων ἐν δρόμοις ἔφραζον οἱ Λιξῖται.

8. Λαβόντες δὲ παρ' αὐτῶν ἑρμηνέας, παρεπλέομεν τὴν ἐρήμην πρὸς μεσημβρίαν δύο ἡμέρας· ἐκεῖθεν δὲ

Lixitæ pecora pascebant; apud quos mansimus aliquamdiu, quum amici essemus.

7. Supra hos habitabant Æthiopes inhospitales, terram colentes feris refertam, montibus magnis interceptam, e quibus Lixum fluere dicunt, circa montana autem habitare homines formæ diversæ, Troglodytas, quos equis esse cursu velociores Lixitæ narrabant.

8. Acceptis interpretibus a Lixitis, desertum legimus meridiem versus per dies duo (*duodecim*), hinc

---

referuntur aptissime. Eodem adducere licet Pausaniam qui Lixitas Λιβύων τοὺς ἐσχάτους dicit, I, 33, 5 : Μαύροις προσοικοῦσι Αἰθίοπες ἄχρι Νασαμώνων παρήκοντες. Νασαμῶνες γὰρ, οὓς Ἄτλαντας Ἡρόδοτος, οἱ δὲ μέτρα φάμενοι γῆς εἰδέναι, Λιξίτας καλοῦσι, Λιβύων οἱ ἔσχατοι, πρὸς Ἄτλαντι οἰκοῦσι, σπείροντες μὲν οὐδὲν, ἀπὸ δὲ ἀμπέλων ζῶντες ἀγρίων. Similiter Æthiopes, quos et Hanno et Scylax Lixitarum regioni vicinos ponunt, nonnisi in extremis Libyæ partibus ap. vett. memorantur. Denique Lixitæ norunt linguam populorum qui trans desertum habitant, ex iisque interpretes Hanno assumpsit. Quo item deserti accolæ indicantur, quibus cum iis, qui ab altera solitudinis parte erant, commercia intercedebant, fortasse etiam cognatio; certe mirum est Pharusios apud Ptolemæum cis desertum, apud Polybium (in Plin. H. N. V, 1) trans desertum collocari. Hæc igitur de loco quo Lixus ponendus sit sufficiant. Hodiernus *Noun* fl. apud Ptolemæum vocatur *Nuius* vel *Nunius*, quem deinceps sequitur a meridie Soloentii promontorii (*Cap Bajador*) in mare exiens Massa fluvius, quem Portugalli vocant fluvium Album (v. Mannert. X, 2, p. 528). Idem Polybio l. l. dicitur *Masatat*. Proximus vero a Masatat fluvio boream versus Polybius memorat *Cossenum*, qui respondere debet aut Nuio Ptolemæi, aut hodierno *Draa*. Illud probabilius, si recte habet, quod apud Moversium lego, hodiernum *Noun* etiam *Acasse* vocari.

§ 7. Αἰθίοπες... ἄξενοι] Scylax l. l. : Περὶ τοῦτον τὸν ποταμὸν (τὸν Λίξον) περιοικοῦσιν Αἰθίοπες ἱεροί. || — ἀλλοιομόρφους] Troglodytas istos Gosselinus non homines quales Mela I, 8, Herodotus IV, 183, Diodorus III, 8, 41, alii describunt, sed simias (*Orang-outangs*) fingit. || — ταχυτέρους ἵππων] Cf. Solinus Polyh. c. 70 : *Troglodytæ tanta pernicitate pollent, ut feras quas sagittant, ipsi cursibus persequantur.* Herodot. IV, 183 : Οἱ γὰρ Τρωγλοδύται Αἰθίοπες πόδας τάχιστοι ἀνθρώπων πάντων εἰσὶ κτλ. Leo Africanus p. 13 de Rucheis nomadis : « *Sunt cursu velocissimi, adeo ut turpissimum illis habeatur, si quis pedes a duobus equitibus superetur. Neque inter hos vix quemquam reperias, qui non cursu quemlibet etiam equum quantumvis velocem antevertat, sit quamvis longum peragendum iter.* » Inepte vero ad montanos nostros Troglodytas nonnulli retulerunt verba Agathemeri II, 5 : Πρὸς μὲν τῷ Αἰθιοπικῷ Ἱπποδρόμῳ (Ὑποδρόμῳ Ptolemæus et Marcian.) ἱπποφάγοι Αἰθίοπες κτλ.

§ 8. παρεπλέομεν τὴν ἐρήμην κτλ.] A Lixo profectus Hanno τὴν ἐρήμην, i. e. notissimam *Saharam* solitudinem, præternavigavit meridiem versus; deinde orientem versus tenens in sinum intravit, cujus in intima parte sita erat Cerne insula. Jam si in mappam oculos conjeceris, patet navigationem meridiem versus pertinuisse usque ad promontorium Album, *cap Blanc*; nam ibi demum ora versus ortum flectitur magnumque efficit sinum cujus terminus meridionalis est promontorium *Mirik*. Prætenditur sinui arenarum quædam quasi tænia, quæ maris impetum frangit, neque tamen introitum nautis intercludit. In sinus hujus parte interiori terræ continenti proxime adjacet parva insula, nunc *Ile d'Arguin* dicta, quæ, quum Portugalli has regiones adire cœpissent, ob situs opportunitatem sedes et quasi arx commerciorum evasit quæ cum *Sudan* regionis populis exercebant. Hanc igitur *Arguin* insulam Cernen esse Pœnorum, quam prisci nominis corruptione indigenæ hujus tractus *Ghir* vocant, statuerunt quicunque ex ipso nostro Periplo, non vero e Plinio et Ptolemæo, navigationem Hannonis explicandam esse censuerunt, uti Ramusio (*Hannone, navigatione de' Cartaginesi* in *Raccolte delle navigationi e viaggi*, Venet. 1588. t. I, n. 3), Danvillius (*Géogr. anc.* t. III, p. 118), Rennelius (*Geogr. syst. of Herodot.* p. 719 sqq.), Ukertus (*Geogr. d. Gr. u. R.* I, p. 65), Moversius (*Phœniz. Alterth.* II, p. 529), alii. Huc accedit quod etiam sequentia tum demum recte computari possunt, si ab hocce termino progrediaris. Dubitare tamen liceat an non potius de una alterave insularum perexiguarum cogitandum sit, quæ mediæ inter *Arguin* et continentem sitæ sunt; nam in has quadraret quod de *quinque* stadiorum ambitu legitur. Verum, ni fallor, pro ε' cum Bocharto scribendum est ιε'. Id enim reperisse videtur Cornelius ap. Plin. VI, 35, qui Cernen insulam dicit *non ampliorem circuitu duobus millibus*. Quanquam hic quoque numerus justo minor est. A continente insula abest stadiis octo, ut e Polybio et Cornelio refert Plinius l. l. Præterea Periplus noster in distantiarum notatione mendam traxit. Bene habet quod a *cap Blanc* usque ad *Arguin* ἡμέρας δρόμος esse dicitur (lineâ rectâ vix 400 sunt stadia); at falsum est quod a *Lixo* ad *cap Blanc* numeratur biduum. Hoc in causa erat cur Bougainvillius et Rennelius Lixum fluvium in medium desertum detruderent, ille de *Rio do Ouro*, hic de *Rio S. Cypriano* cogitans. At ferri tale quid non posse ex antecc. patet. Adde quod Lixitæ, utpote *pastorum* populus, non arenas sed herbosam terram sibi postulant. Quare numeri notam in codice nostro corruptam

πάλιν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας δρόμον. Ἔνθα εὕρομεν ἐν μυχῷ τινος κόλπου νῆσον μικρὰν, κύκλον ἔχουσαν σταδίων πέντε· ἣν κατῳκίσαμεν, Κέρνην ὀνομάσαντες. Ἐτεκμαιρόμεθα δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ περίπλου κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος· ἐῴκει γὰρ ὁ πλοῦς

denuo orientem versus unius diei cursu. Ibi in sinus cujusdam recessu insulam parvam reperimus stadiorum 5 (15?) ambitu; quam colonis frequentantes Cernen nominavimus. Conjiciebamus e periplo eam ex adverso sitam esse Carthaginis : nam similis erat

---

esse censeo. Emendari vero potest manu lenissima. Etenim a *Draa* fluvio usque ad *cap Blanc* stadia fere sunt 5700 quorum si 500 in diem numeres, navigatio efficitur dierum undecim vel duodecim. Igitur pro β' ἡμέρας scribendum est ιϐ' ἡμέρας. De nomine insulæ Bocchartus : « Cerne, ait, Phœnicibus erat חרנאה *Chernaa*, postremum habitationis, id est ultima habitatio. Plene scriberetur אחרנאה *achernaa* ab arabico אחר, *acher* vel *achir*, quod respondet hebræo אחרון *acharon*. Sed prima radicalis sæpe excidit... Nempe Phœnices ultra Cernen nullam deduxere coloniam. » Ego confero Κάρνην, phœnicium Antaradi nomen, de quo v. conjecturam Moversii l. l. p. 67. Fama quædam de Cerne ins. et de Carthaginiensibus in hac regione aurum merce commutantibus jam in Herodoti (IV, 195 sq.) notitiam pervenerat (V. Prolegom.). Complura de commerciorum ratione exhibet locus memorabilis in Scylacis Periplo § 112. Hausta sunt ex narrationibus nautarum vel mercatorum, qui latentes ibi auri divitias prudenti presserunt silentio. Neque aliunde ex vett. scriptis de hac re aliquid ad nos transpiravit, nisi quod Palæphatus Incred. c. 33 Cernæos σφόδρα χρυσοῦς appellat. Præter hos Cernes ins. meminerunt Eudoxus vel Clitarchus, Ephorus, Lycophron, Eratosthenes, Polybius, Cornelius, Diodorus, Strabo, Plinius, Ptolemæus, Dionysius ejusque paraphrastæ, Nonnus et Eustathius. Plinius VI, 35 (ex Eudoxo vel Clitarcho, quos in antecc. laudavit) : *Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula adversa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo neque intervallum a continente constat, Æthiopes tantum populos habere traditur. Ephorus auctor est a Rubro mari navigantes in eam non posse propter ardores ultra quasdam columnas (ita appellantur parvæ insulæ) provehi. Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodit Cernen. Nepos Cornelius ex adverso maxime Carthaginis a continente passus mille, non ampliorem circuitu duobus millibus.* Idem X, 9 : *In insula Africæ Cerne in Oceano accipitres totius Massyliæ humi fœtificant : nec alibi nascuntur, illis adsueti gentibus.* Scylax l. l. Cernen insulam ad Xionem sive Lixum fluvium ponit. Ptolemæus IV, 6, p. 298 ed. Wilberg., eandem in alto mari collocat e regione fere Atlantis majoris sive *cap Geer*. Strabo I, p. 47, de Eratosthene loquens : Πεπίστευκε δὲ καὶ περὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων πολλοῖς μυθώδεσι, Κέρνην τε νῆσον καὶ ἄλλους τόπους ὀνομάζων τοὺς μηδαμοῦ νυνὶ δεικνυμένους. Lycophron Cass. 16 : Τιθωνὸν ἐν κοίτῃσι τῆς Κέρνης πέλας Λιποῦσα. Nonnus Dionys. XXIII, 190 : Ἀμφὶ δὲ Κέρνῃ κυκλώσας πτερὰ κοῦφα βολαῖς ἀντώπιος Ἠοῦς Ἵπτατο μειδιόων. Tzetzes ad Lyc. l. l. : Κέρνην] ἥτις ἐστὶ νῆσος ὠκεανῖτις. Dionysius Perieg. 219 : Ἐν δὲ μυχοῖσι Βόσκοντ' ἠπείροιο πανύστατοι Αἰθιοπῆες Αὐτῷ ἐπ' Ὠκεανῷ πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης. Cf. Eustath. ad h. l. et schol., nihil novi afferentes. Palæphatus Incred. c. 33 : Φόρκυς ἦν ἀνὴρ Κερναῖος· οἱ δὲ Κερναῖοι κατὰ γένος μέν εἰσιν Αἰθίοπες, οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κέρνην ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, ἀροῦσι δὲ Λιβύην περὶ τὸν Ἄννωνα (Ἄννονα, Αὔνωνα var. lect., Λάδωνα conj. Vœlcker.) ποταμὸν κατὰ Καρχηδόνα· εἰσὶ δὲ σφόδρα χρυσοῖ. Diodorus III, 51 Gorgones ait ἐν τοῖς πέρασι τῆς οἰκουμένης insulam Hesperiam ad Atlantem habitare, et prœlio vixisse Atlantios τοὺς τὴν Κέρνην καλουμένην οἰκοῦντας. Cf. III, 68, 1, ubi Κεραύνια (l. Κερναῖα?) ὄρη memorantur. Hæc loca paucis indicasse nunc satis habeo, fusius de iis dicturus in Prolegomenis. Nihil fere iis inest quod Periplo nostro explanando inserviat, nisi forte etiam e Pseudocallisthene Arrianum illustrari posse putes. Causæ vero quæ turbas istas creaverint, partim quærendæ sunt in licentia poetarum qua extremæ Orientis et Occidentis plagæ misceri solent, partim in præoccupatis Græcorum de Libyæ forma et magnitudine opinionibus, partim in studiis mythologorum; partim denique inde fluxerunt, quod Africæ occidentalis cognitio ap. Græcos et Romanos semper perexigua nautarum mercatorumque Punicorum narratiunculis de industria obscurata est, nec ut plurimum ultra desertum processit. Sic apud Scylacem ultra Lixum fluvium mare algis obstructum non amplius est navigabile, ut necessario ad hunc ponenda esset ultima illa Cerne, quamvis nulla ibi insula reperiatur. Idem valet de simili opinione Polybii et Ptolemæi. Quam qui temere amplexi sunt, Cernen insulam vel *Maderam* vel *Porto Santo* vel unam ex Canariis insulis, plurium dierum navigatione a continente remotis, intelligi voluerunt, aut, si hoc ineptum esse perspexerunt, ad terræ motus et inundationes confugerunt, qui e conspectu insulam absumserint, aut denique nullam unquam exstitisse Cernen putarunt, quæ de ea traduntur fabulis accensentes Milesiis. Singulas sententias diductius exponere, quum longum et inutile sit, supersedeo. || — κατῳκίσαμεν] κατῳκήσαμεν codex; em. Gessner. « Græcus interpres iterum verbo κατοικίζειν utitur ad indicandum in hac insula non urbem esse conditam, sed stationem tantum colonis suis constitutam. » Kluge. || — κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος] Idem expressit Cornelius ap. Plin. VI, 35 verbis : *ex adverso maxime Carthaginis*. Ad eandem rem alius pertinet Plinii locus (V, 1, 1), ubi hæc : *Prævalidam hanc urbem* (sc. Lixum, hodiernam *Larache*) *majoremque Carthagine, præterea ex adverso ejus sitam et prope immenso tractu ab Tingi, quæque alia Cornelius Nepos avidissime credidit.* Patet Plinium festinantem diversa confudisse : nam Lixus urbs a Tingi distat diei fere itinere, non *tractu prope immenso*; neque de hac urbe Cornelius dixit, sed de Lixo fluvio meridionali et de Cerne insula, quam vel cum Hannone nostro statim post Lixum commemoravit,

ἔκ τε Καρχηδόνος ἐπὶ Στήλας κἀκεῖθεν ἐπὶ Κέρνην.

9. Τοὐντεῦθεν εἰς λίμνην ἀφικόμεθα, διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, [ᾧ ὄνομα] Χρετης·

navigatio a Carthagine ad Columnas et hinc ad Cernen.

9. Hinc per magnum fluvium cui Chretes (*Chremetes?*) nomen, navigantes in lacum venimus. Lacus ille

---

vel, sicuti Scylax, ad ipsum hunc fluvium sitam esse putavit. Præterea cf. Palæphati locus supra laudatus, ubi in verbis Κέρνην.. κατὰ Καρχηδόνα Hannoneæ sententiæ, de qua jam agitur, supersunt vestigia. Quomodo autem intelligendum sit illud κατ' εὐθὺ, liquet ex sequentibus : ἐῴκει γὰρ ὁ πλοῦς κτλ. Nimirum si quis lineis inter se junxerit Carthaginem et Herculis columnas et Cernen insulam, triangulum ἰσοσκελὲς effici statuit, in quo lineæ a Columnis in Cernen itemque Carthaginem ductæ ejusdem fere sint longitudinis ; Cernen igitur et Carthaginem eodem modo ex adverso jacere, quo baseos extremitates in triangulo ἰσοσκελεῖ sibi oppositæ sint. Ceterum Cerne ins. multo longius quam Carthago a Columnis distat, siquidem rectas lineas duxeris; sin oræ flexus sequaris, computus Hannonis a vero non ita multum abhorret. « Ce calcul, Bougainvillius inquit, est juste. Selon l'Itinéraire d'Antonin, la distance de Carthage au détroit est de 1502 milles romains, en rangeant la côte de près : ces 1502 milles romains font 1200 milles ou 20 degrés; et si l'on reporte cette distance de l'autre côté du détroit, sur des cartes de marine exactes, on verra que c'est celle du cap Spartel au cap Blanc, situé seize ou dix-sept lieues à l'ouest de l'île d'Arguin. » Sane quidem nautæ non ita oram emetiebantur, uti fecit itinerariorum mensor, sed variis viæ maritimæ utebantur compendiis, adeo ut reapse major sit differentia quam Bougainvillio visum est, etiamsi concesseris Hannonem, quum in Oceano oram proxime legisset, eandem navigationis rationem etiam in mari Mediterraneo intelligi voluisse. At omnino in ejusmodi computationibus ad vivum nihil resecandum est. Neque id voluisse Hannonem ex voce ἐῴκει, *similis* (non vero prorsus æqualis) *erat*, colligitur. At quanto longius a vero Hanno Noster aberrasset, si Cerne insula eo loco sita fuisset, quo Ptolemæus opinatur ejusque pedissequi ! Inter hos non defuerunt quidem qui contenderent Hannonem in suo computo non ad spatiorum intervalla, sed nonnisi ad tempus in utraque via percurrenda consumtum respexisse. Atqui nemo negabit ejusmodi ineptias, quum ab interpretibus quos Hanno perpessus est non alienæ sint, navarcho tamen Carthaginiensi affingi non posse. Ceterum sponte intelligitur Hannonem, quippe qui veram oræ maritimæ directionem ignorare non potuit, triangulum illum ita sibi cogitasse, ut ad Herculis columnas obtusus esset angulus; Græci autem geographi, quum terræ figuram ita sibi efformarent, ut occiduum Africæ latus paullo post Herculis columnas orientem versus declinaret, hunc angulum acutum esse opinari debebant. Hinc vero facilis est suspicio eosdem verba κατ' εὐθὺ Καρχηδόνος ita intellexisse, quasi Cerne sub eodem fere quo Carthago sita esset meridiano.

§ 9. Χρετης] sic sine accentu codex, uti fieri solet in vocibus corruptis vel dubiis. In margine codicis legitur λίμνη Χρέτης. At non lacus nomen sed fluvii est, quem Græci vocant Χρεμέτην; quod Hannoni quoque restituendum erit. Præterea recte monuerunt viri docti supplendum esse ᾧ ὄνομα ἦν vel καλούμενος. Chremetem memorat Aristoteles Meteorol. I, 13 : Οἱ δὲ μέγιστοι τῶν διωνομασμένων (τῆς Λιβύης ποταμῶν) ὅ τε Χρεμέτης καλούμενος ὃς εἰς τὴν ἔξω ῥεῖ θάλατταν, καὶ τοῦ Νείλου τὸ ῥεῦμα τὸ πρῶτον. Hinc Basilius Hexaemer. Hom. 3 : Ὁ καλούμενος Χρεμέτης καὶ πρός γε ἔτι ὁ Νεῖλος. Nonnus Dionys. XIII, 347 : Οἵ τε ῥόον Χρεμέταο καὶ οἱ παρὰ Κίνυφος ὕδωρ. Id. XXXI, 163 : Αὐτὴ δὲ Χρεμέταο μετήϊεν ἕσπερον ὕδωρ. Hesychius et Suidas : Χρεμέτης, ὄνομα ποταμοῦ. De nomine Bochartus : « Fluvius Chremetes punice [illegible] נהר כרמאת *naar cheremat*, id est, fluvius vinearum ; nam Arabibus כרמאת *chermath* idem quod Hebræis כרמים *cheramim*. » Firmare sententiam studet verbis Scylacis qui de Æthiopibus ad Cernen insulam in continente habitantibus narrat : οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων. Similiter Bochartus *Arambyn* interpretatur *montem uvarum*, ut supra monui. Jam quum vitis in Africa non nascatur nisi ubi importata sit olim a Phœnicibus, postea a Portugallis : sequeretur ex hac etymologia jam ante Hannonis ætatem in his regionibus Phœnices consedisse. Quod fieri potuisse etsi negare non ausim, tamen Bocharti suspicione firmari rem minime dixerim. Kœnigsmannus in libro De geogr. Aristotelis Chremetes nomen græcum esse putat, notareque fluvium *strepentem* (a voce χρεμέθειν vel χρεμετᾶν). Equidem in Χρεμέτης agnoscere mihi videor formam græcissantem nominis peregrini. Hodie fluvius est *Rio de Guaon* sive *Riv. de S. Jean*, quem alii etiam *Rio de S. Antonio* vocant In ipsum Cernæ insulæ sinum egreditur. Eundem fluvium Ptolemæus IV, 6 p. 292, 8 post Rysadium promontorium (*cap Blanc*) memorat : Στάχειρος (Σταχείρου et Τράχιρος var. lect.) ποταμοῦ ἐκβολαί (9° 30' long.; 11° lat.). Oritur ex Rysadio monte, ποιῶν πρὸς αὐτῷ λίμνην Κλονίαν (17° long.). Polybius denique ap. Plin. l. l. fluvium hunc appellat *Salsum* (*Palsum* var. lect.); nam Salsum recenset ante Bambotum sive Hippopotamorum fluvium, qui hodiernus est *Senegal;* utrumque autem collocat in magno sinu 616 millium pass., qui pertinet a *Surrentio* prom. (*c. Blanc.* vel *Corveiro*) usque ad hodiernum *cap. Vert.* [Pro *Surrentium* ap. Plinium nescio an scrib. sit *Soloentium*, quæ vox phœnicia significat *saxum, promontorium.* Quo concesso, nomen componi potest cum *Rysadio* Ptolemæi, quod item significat altum promontorium (v. Movers. *Ph. Colon.* II, p. 516)]. Jam ut ad Hannonem redeam, λίμνη ista putari potest eadem esse, quæ Κλονία Ptolemæo vocatur et ex computo ejus ad quattuor millia stadiorum ab ostiis fluvii distat. Sed, præterquam quod aliunde de ejusmodi lacu nihil constat, dubitare licet Hannonem tam longe in mediterranea penetrasse. Deinde vero quum in sinu Cernæo antequam ad ostia fluvii *S. Jean* pervenias, præter alias parvulas insulas etiam majores tres longe porrectæ oc-

εἶχε δὲ νήσους ἡ λίμνη τρεῖς μείζους τῆς Κέρνης. Ἀφ' ὧν ἡμερήσιον πλοῦν κατανύσαντες, εἰς τὸν μυχὸν τῆς λίμνης ἤλθομεν, ὑπὲρ ἣν ὄρη μέγιστα ὑπερέτεινε, μεστὰ ἀνθρώπων ἀγρίων, δέρματα θήρεια ἐνημμένων, οἳ πέτροις βάλλοντες ἀπήραξαν ἡμᾶς, κωλύοντες ἐκβῆναι.

10. Ἐκεῖθεν πλέοντες εἰς ἕτερον ἤλθομεν ποταμὸν μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων. Ὅθεν δὴ πάλιν ἀποστρέψαντες εἰς Κέρνην ἐπανήλθομεν.

11. Ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ μεσημβρίαν ἐπλεύσαμεν δώδεκα ἡμέρας, τὴν γῆν παραλεγόμενοι, ἣν πᾶσαν κατῴκουν Αἰθίοπες φεύγοντες ἡμᾶς καὶ οὐχ ὑπομένοντες· ἀσύνετα δ' ἐφθέγγοντο καὶ τοῖς μεθ' ἡμῶν Λιξίταις.

12. Τῇ δ' οὖν τελευταίᾳ ἡμέρᾳ προσωρμίσθημεν ὄρεσι μεγάλοις δασέσιν. Ἦν δὲ τὰ τῶν δένδρων ξύλα εὐώδη τε καὶ ποικίλα.

13. Περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα ἡμέρας δύο ἐγινόμεθα

insulas habebat tres Cerne majores. Ab his diei navigatione perfecta interiorem lacus recessum attigimus, supra quem montes maximi assurgebant silvestribus hominibus referti, pelles ferinas indutis, qui saxorum conjectu depellentes nos quominus egrederemur navibus impediverunt.

10. Hinc navigantes in alium venimus fluvium magnum latumque, qui plenus erat crocodilorum et equorum fluviatilium. Inde denuo reversi Cernen repetivimus.

11. Hinc meridiem versus navigavimus per duodecim dies, oram legentes, quam omnem tenebant Æthiopes fugientes nos nec exspectantes. Linguam eorum vel Lixitæ qui nobiscum erant, non intelligebant.

12. Ultimo autem die ad magnos et silvosos montes appulimus. Ligna arborum odorata erant generisque varii.

13. His montibus bidui navigatione circuitis in im-

---

currant, proclivis suspicio est illas ipsas in Periplo nostro designari. Obstare videtur quod Hanno per magnum fluvium navigans ad eas pervenit. Verum quum multæ in hoc sinu sint arenarum tæniæ, quæ aliis temporibus aliæ esse solent, ad ostia præsertim magnorum fluviorum : probabiliter statuere licet arenas olim partem sinus paullo infra Cernen multo magis quam nunc obstruxisse, ita ut inter arenas et continentem nonnisi modicum spatium relinqueretur, quod Hanno pro ostio Chretis fluminis habere poterat. Ab insularum parte boreali usque ad intimum sinus recessum in mappa oris maritimæ quam ante oculos habeo (*Carte de la côte occidentale d'Afrique depuis le cap Bojador jusqu'aux îles de Los, publiée par ordre du roi, etc.* 1829), trecenta fere sunt stadia; quod in Peripli ἡμερήσιον πλοῦν satis quadrat. Quodsi enim in antecedentibus, ubi vel nota vel deserta litora præternavigabantur, quingenta fere stadia in dies singulos computare licebat, alia ratio est inde a Cerne insula, quum singulæ litoris partes et fluviorum ostia et insulæ, etc., accurate perscrutanda essent; unde fit ut unius diei navigatio jam inter 300 et 400 stadia se contineat. || — μεστὰ] sic codex; Gelenius dederat μετὰ. || — δέρματα θήρεια ἐνημμένων] Cf. Diodor. III, 49, 3; Varro De re rust. II, 11; Hippocrates De morbo sacro p. 302; Mela I, 8; Movers l. l. II, p. 466. 568. 580. || — λίθοις βάλλοντες] Diodor. l. l. : εὐθετώτατοι πρὸς δρόμον καὶ λιθοβολίαν. Cf. quæ de Libybus Balearidum inss. narrat idem V, 18 et Florus III, 8, sicut quæ de *Guanchis* leguntur apud Glas, p. 25. 71. 32 et Riley *Schicksale u. Reisen an der Westküste und im Innern Afrika's*, p. 171, 194, citante Moversio p. 582.

§ 10. ἕτερον ποταμὸν] *Bambotum* Polybius ap. Plin. V, 1 vocat : *Flumen Bambotum crocodilis et hippopotamis refertum*. Eadem ex Plinio Solinus c. 27. « Sed legendum *Bamothum*, nomine facto ex *Bamoth*. *Bamoth* seu בהמות *behemoth* esse hippopotamum, Job. 40, 10, iis argumentis probavi in libro De animalibus, quæ viros undecunque doctos traxerunt in assensum. Ergo fluvius Bamoth seu Behemoth est fluvius hippopotami. » Hæc Bochartus optime. Idem fluvius Ptolemæo p. 292, 17 dicitur Νία. Hodie est *Sanagal* sive *Senegal*, uti recte statuunt Bougainvillius, Heerenius, Mannertus, Klugius, Ukertus, Moversius, alii. Ne de *Gambia* cum Bocharto cogites, reliqua Peripli narratio impedit. Gosselini Gailiique sententiæ non est cur recenseantur.

§ 11. μεσημβρίαν] μεσημβρίας cod.; ut accusativum pluralis Gesner., ut genitivum singularis Klugius vulgatam male tuentur. || — ἀσύνετα δ' ἐφθέγγοντο] « Alia igitur gens sermone moribusque dissona hanc oræ partem jam tum temporis incolebat. Quum Æthiopum nomen his nigris commune sit, mirum non est quod græcus interpres hoc loco eadem voce utitur. Interpretes quoque Cadamosti, qui hanc oram prætervectus est, horum nigrorum linguam non intellexerunt. » Klugius.

§ 12. ὄρεσι μεγάλοις δασέσιν] Montes silvis virentes intellige *cap Vert*. A Cerne insula hucusque oræ longitudo est stadiorum circiter 4200, adeo ut in singulos dies computanda sint stadia 350. Inde a *cap Corveiro* stadia sunt ad 5000; quem tractum Polybius ap. Plin. l. l. memorat tanquam *sinum magnum* 616 *mill. pass.* (4928 stad.), qui a borea clauditur Surrentio promontorio (*cap Blanc* vel potius *c. Corveiro*). Idem sinus apud Ptolemæum p. 292, 6 vocatur Ἑσπέριος κόλπος, quippe quem meridiem versus claudit Ἑσπέρου Κέρας ἄκρον; sic enim vocat promontorium Viride, dum apud Hannonem Ἑσπέρου Κέρας, sicuti Νότου Κέρας, non promontorii est nomen, sed sinus, de quo mox videbimus.

§ 13. ἐγινόμεθα] γινόμεθα editt. et codex, ut videtur. Dies duo quum non in ipso circumflectendo promontorio consumti sint, sed pertineant usque ad Gambiam fluvium : vox περιπλεύσαντες laxiore sensu adhibetur, et περίπλουν promontorii et sequentem montium παράπλουν comprehendens. Quamquam nescio an scriptum fuerit παραπλεύσαντες δὲ ταῦτα ἡμ. δύο, aut περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα, [μετὰ] ἡμ. δύο ἐγ.

ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ, ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ πεδίον ἦν· ὅθεν νυκτὸς ἀφεωρῶμεν πῦρ ἀναφερόμενον πανταχόθεν κατ' ἀποστάσεις, τὸ μὲν πλέον, τὸ δ' ἔλαττον.

14. Ὑδρευσάμενοι δ' ἐκεῖθεν ἐπλέομεν εἰς τοὔμπροσθεν ἡμέρας πέντε παρὰ γῆν, ἄχρι ἤλθομεν εἰς μέγαν κόλπον, ὃν ἔφασαν οἱ ἑρμηνέες καλεῖσθαι Ἑσπέρου Κέρας. Ἐν δὲ τούτῳ νῆσος ἦν μεγάλη καὶ ἐν τῇ

mensum venimus maris hiatum, cujus ab altera parte in continente planities erat; unde noctu prospeximus ignes undique emicantes per intervalla, tum magis, tum minus.

14. Inde aquati ulterius navigavimus juxta litus per dies quinque, donec in magnum sinum venimus, quem interpretes vocari dicebant Hesperi Cornu. In eo insula erat magna, et in insula lacus marinus, in

— ἧς ἐπὶ θάτερα κτλ.] Concinnius foret οὗ ἐπὶ θ. Ingens ille hiatus quem mare in terram se insinuans efficiebat, cujusque ab altero latere in continente planities erat, dum ad alterum latus montes modo memorati pertingebant: is hiatus, inquam, intelligi debet late effusum ostium Gambiæ fluvii (Μασιθόλου ap. Ptolem. p. 292, 13), ut recte censet Rennelius (*Geogr. syst. of Herodot*. p. 719), vir rerum maritimarum peritissimus, qui de postrema Peripli nostri parte egregie meruit, cujusque rationes Ukertus quoque probavit. Latitudinem Gambiæ ad exitum 60-80 stadiorum esse tradit Cadamosto. Ac tanto facilius accidit ut ostium fluvii pro maris hiatu haberetur, si prœternavigasse Hannonem statuamus mense Octobri, seu sicca anni tempestate, qua fluvius purus fluit placidusque. Hoc autem tempus itineris fuisse ex eo etiam concluditur, quod herbæ exsiccatæ tunc incendi solent; cujus incendii flammas agnoscimus in fluminibus illis igneis, quæ prætereuntes Carthaginienses conspexerunt. ‖ — νυκτὸς ἀφεωρῶμεν πῦρ] Cf. § 14: ἡμέρας μὲν οὐδὲν ἀφεωρῶμεν ὅτι μὴ ὕλην. νυκτὸς δὲ πυρά τε πολλά κτλ., ibique not.

§ 14. κόλπον Ἑσπέρου Κέρας] Κέρας vocabulum plerumque de montium verticibus vel de promontoriis in mare excurrentibus usurpant; nonnunquam vero etiam fluviorum ostia tanquam Oceani cornua, nec non maris sinus tortuose in terram penetrantes eadem voce describuntur. Sic Apollonius Rhod. IV, 282 de Istro: ὕπατον κέρας Ὠκεανοῖο, ubi scholiasta: Κέρατα λέγουσι τοῦ Ὠκεανοῦ πάντας τοὺς ποταμοὺς τοὺς ἀπ' αὐτοῦ καταφερομένους. Hesiodus ap. Apollon. Lex. Hom. s. v. Φοῖβος· Φοῖβον ὕδωρ ἐπάγων κέρας Ὠκεανοῖο ῥοῇσι. Cf. Thucyd. I, 110, qui Mendesium Nili ostium appellat τὸ Μενδήσιον κέρας. Strabo p. 458. Eustath. ad D. 431. Maris vero sinus Κέρας nomine erat ad Byzantium: κόλπος... ἐοικὸς ἐλάφου κέρατι· εἰς γὰρ πλείστους σχίζεται κόλπους, ὡς ἂν κλάδους τινάς (Strabo VII, p. 320). Eodem igitur sensu Peripli auctor vocem adhibet. Sinum vero Rennelius, suffragante Ukerto, intelligi jubet eum qui nunc vocatur *Bissago* sive *Bissao*; insulam autem ab Hannone memoratam esse putat hodiernam *Bulam*. Nam primum huc conducere distantias; sinum istum ab ostio Gambiæ abesse 190 millia maritima (1900 stadia), *Bulam* insulam millia 200; id spatii intervallum cadere in quinque dierum navigationem, quum 38 fere millia (380 stad.) in singulos dies dinumeranda sint; deinde autem κέρας nomine apte designari figuram sinus tortuosi. *Bulam* atque reliquas hujus archipelagi insulas arboribus virere, ceterum humiles esse, quippe quæ magnorum fluviorum (*rio Geba* et *rio Grande*) alluvie sint aggestæ. Id vero genus insulæ quum varias subinde mutationes pati soleant, nihil esse mirandum, si insula talis, qualem Hanno viderit, hodie non amplius exstet. Hæc Rennelius. Interpretationem viri doctissimi ex accuratioribus nostri ævi mappis maritimis confirmabo simul et emendabo. Nimirum insula ista singularis plane formæ, quæ aliam insulam includebat, etiam nunc, sicuti Hannonis ætate, exsistit. Hodie appellatur *Harang*. Hanno magnam dicit, ac revera in hoc archipelago omnium maxima est. Mare in eam per fauces intrans amplum sinum vel potius λιμνοθάλασσαν (λίμνην θαλασσώδη Periplus habet) efficit, quæ ipsa alteram haud exiguam insulam continet. Hæc igitur ita comparata sunt, ut de loco cui sinus Ἑσπέρου κέρας assignandus sit, omnis præcidatur dubitatio. Errarunt Bougainvillius, Danvillius, Mannertus, alii, qui Ἑσπέρου κέρας non sinum sed promontorium esse putarunt, quia seriores geographi ad promontorium nomen hoc transtulerunt. His adde Klugium qui, « Manifestum est, inquit, si Diodori et Plinii narrationem cum Periplo conferas, hanc oram (prope *cap Vert*) versus occidentem ita esse in mare projectam et promontorium cum sinu ita eminere, ut extremum idque ultimum Libyæ caput navigantibus putaretur, supra quod versus occidentem nullum amplius inveniretur. Ab hac parte ora versus meridiem flectitur et novum anfractum efficit usque ad promontorium in Periplo Νότου κέρας nominatum [*In Periplo non promontorium, sed item* κόλπος *appellatur*], quod extremum Africæ australis credebatur, quum ex veterum opinione ora tunc ad Ægyptum et Asiam inclinaret, inter septemtriones et orientem extenta. Et profecto ora hinc statim versus orientem flectitur, ut omnino extremum caput versus austrum situm videatur. Ergo totus hic terræ tractus qui a promontorio Hesperio (Ἑσπέρου κέρας) incipit et ingentem anfractum usque ad promontorium Australe (Νότου κέρας) format, recte cum figura cornu comparatur, cujus extremæ partes sint Ἑσπέρου κέρας et Νότου κέρας. Illud autem est *caput Viride* (*capo Verde*), alterum vero *caput Rubrum* (*capo Roxo*) cum sinu suo. » Hæc probabiliter disputata esse videri possent, si ipso Periplo nostro careremus et serioris tantum ævi testimoniis res profliganda esset. Nam quantopere hæc ab Hannonis verbis abhorreant, satis patet. Ut unum afferam, quomodo a promontorio Viridi ad prom. Rubrum septem dierum iter esse potuit, quum intervallum illud nonnisi 1800 stadiorum sit? Quinam erit mons Θεῶν ὄχημα? Quinam montes illi silvosi, qui septem

νήσῳ λίμνη θαλασσώδης, ἐν δὲ ταύτῃ νῆσος ἑτέρα, εἰς ἣν ἀποβάντες ἡμέρας μὲν οὐδὲν ἀφεωρῶμεν ὅτι μὴ ὕλην, νυκτὸς δὲ πυρά τε πολλὰ καιόμενα, καὶ φωνὴν

quo insula alia. In hanc egressi interdiu nihil conspiciebamus nisi silvas, noctu autem multos ignes ardentes, et sonos tibiarum audiebamus et cymbalorum tym-

---

diebus antequam in sinum Hesperium classis veniret, circumflectendi erant? Nos igitur non miscere incongrua, sed recte distinere in seqq. studebimus. Constat *Hesperi ceras* ap. Ptolemæum, Plinium, Philostratum (V. Ap. IV, init.) non sinum esse, sed *promontorium*. Atqui eo loco, quo Hanno sinum Ἑσπέρου κέρας ponit, promontorium memorabile exstat nullum; optime autem quadrat nomen in hodiernum *cap Vert*, quippe quod reapse omnium maxime occasum versus procurrit. Indicat id promontorium Hanno, sed neque nomen ejus affert, neque de figura docet, adeo ut Ptolemæus ceterique aliunde accuratiora de eo accepisse debeant. Huic igitur promontorio nomen Ἑσπέρου κέρας indiderunt. Id translatum eo esse ab cognomine sinu Hannonis, non improbabile, etsi non certior res sit, quam si quis Νότου κέρας, in ora Libyæ orientali promontorium, ab cognomine sinu Peripli nostri denominatum esse dicat. Transferri tamen tanto facilius potuit, quum ex Græcorum loquendi usu κέρας vox de promontorio potius quam de sinu intelligi soleret. Ptolemæus præter promontorium Ἑσπ. κέρας etiam κόλπον Ἑσπέριον memorat, at non a meridie, sed a borea dicti promontorii situm, de quo supra jam monui. A meridie prom. Viridis Ptolemæus nihil nisi Masitholum (*Gambia*) fluv. et Æthiopiæ Hypodromum et in mediterraneis (sub eadem fere qua Masitholum fluvium latitudine) Theôn ochema montem collocat. His igitur nihil fere cum Hannonis Periplo commune esse satis liquet. Polybius vero apud Plin. V, 1. refert a Theôn ochemate usque ad *promontorium* Hesperium navigationem esse decem dierum noctiumque; in medio eo spatio esse Atlantem. In his quoque Hesperium promontorium respondet hod. *cap Vert*, inde a cujus parte meridionali usque ad Theôn ochema sec. Hannonem est decem dierum navigatio et quod excurrit; Polybius totidem dies noctesque numerat; quod non calculis sed errori et confusioni passim obviæ deberi videtur. In medio fere hoc spatio Hanno insulam sinus Hesperii, Polybius Atlantem collocat. Jam quæ de insula illa narrat Hanno, eadem de Atlante refert Plinius (v. not. seq.). Nimirum mythologi Hannonis narratione usi, Atlantem et adjacentem ei Atlantidem insulam huc collocaverant. Quod ut magis pateat, alter facit Plinii locus, V, 36, ubi ab Atlante et Atlantide insula dicit quinque dierum navigationem esse usque ad Æthiopes Hesperios et promontorium Hesperion ceras, unde primum se circumagat terrarum frons in occasum et mare Atlanticum. Quinque illos dies vides eosdem esse quos Hanno ab insula sinus Hesperii numerat usque ad maris hiatum qui post montes silvosos promontorii *Viridis* sequitur. Quodsi alio loco Plinius (V, 35) refert quattuor dies esse ab Theôn ochemate usque ad promontorium Hesperion ceras, eandem distantiam Hanno exputat a sinu Hesperio ad Theôn ochema, Plinius vero, ut constaret sibi, dicere debebat, quattuor istos dies esse a Theôn ochemate usque ad Atlantiadem insulam. Vides igitur Polybium et Plinii (V, 36) auctorem, quamvis Hesperium ceras hodiernum *cap Vert* intelligant, minime tamen ea quæ Hanno de suo Hesperi cornu narrat ad promontorium illud referre, sed eodem loco ponere quo posuit Hanno, ideoque haud censuisse apud Hannonem nomine Ἑσπέρου κέρας significari *cap Vert*. Eo tantum ab Hannonis narratione recedunt, quod Atlantem ad sinum illum ponunt, insulamque appellant Atlantiadem, mythologorum secuti commenta, de quibus fusius exponit Diodorus III, 53. Narrat enim esse in his regionibus Atlantem, et prope eum in Tritonide palude (quæ cum sinu Ἑσπέρου κέρατι Hannonis componenda est) fuisse Amazonum insulam, Ἑσπέραν dictam, quum versus occasum sita esset. Idem in hac Atlantiorum terra ait μυθολογεῖσθαι τὴν τῶν θεῶν γένεσιν, idque c. 68 pluribus docet. Nempe Saturnum, πλησίον τῶν Κεραυνίων καλουμένων ὀρῶν regnantem, ex Amalthea Bacchum suscepisse, atque uxori dedisse imperium τοῦ σύνεγγυς τόπου παντὸς, ὄντος τῷ σχήματι παραπλησίου κέρατι βοὸς, ἀφ' ἧς αἰτίας Ἑσπέρου κέρας προσαγορευθῆναι; quod nomen deinde mutatum sit in Ἀμαλθείας κέρας. Diodorus igitur nomen a sinu Hannoneo ad adjacentem terram transtulit; certe nihil quidquam video cur ad regionem promontorii Viridis potius referendum sit, quum Atlantem et Hesperiam insulam spectare ad sinum illum e Plinio et Polybio constet. || — πυρά τε πολλὰ κτλ.] Cf. Aristoteles Mir. c. 37 ed. Westerm.: Λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καίεσθαι, τὰ μὲν διὰ παντὸς, τὰ δὲ νύκτωρ μόνον, ὡς ὁ Ἄννωνος Περίπλους ἱστορεῖ. Eadem poeticis figmentis aucta Plinius V, 1 de Atlante monte narrat (quem huc posuerunt nonnulli, Plinius vero cum Mauritaniæ monte confundit): *E mediis hunc arenis in cœlum attolli prodiderunt, asperum, squalentem, qua vergat ad litora Oceani, cui nomen imposuit... Incolarum neminem interdiu cerni; silere omnia, haud alio quam solitudinum horrore; subire tacitam religionem animos propius accedentium, præterque horrorem elati super nubila atque in viciniam lunaris circuli. Eundem noctibus micare crebris ignibus, Ægipanum Satyrorumque lascivia impleri, tibiarum ac fistulæ cantu, tympanorumque et cymbalorum sonitu strepere. Hæc celebrati auctores prodidere præter Herculi et Perseo laborata ibi.* Mela III, 9: *Ultra montem* (sc. Θεῶν ὄχημα) *viret collis longo tractu longis litoribus obductus, unde visuntur patentes magis campi quam ut perspici possint, Panum Satyrorumque. Hinc opinio causæ fidem cepit, quod quum in his nihil culti sit, nullæ habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo in diem vasta et silentium vastius, nocte crebri ignes micant, et veluti castra late jacentia ostenduntur, crepant cymbala et tympana, audiunturque tibiæ sonantes majus humanis.* Cf. Solin. c. 27 et Diodor. III, 53, qui Hesperam ins. πυρὸς ἐκφυσήματα μεγάλα habere narrat. Quomodo ignes

αὐλῶν ἠκούομεν κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων πάταγον καὶ κραυγὴν μυρίαν. Φόβος οὖν ἔλαβεν ἡμᾶς, καὶ οἱ μάντεις ἐκέλευον ἐκλείπειν τὴν νῆσον.

15. Ταχὺ δ' ἐκπλεύσαντες παρημειβόμεθα χώραν διάπυρον θυμιαμάτων μεστ[ήν· μέγιστ]οι δ' ἀπ' αὐτῆς

panorumque strepitum et clamorem ingentem. Tum terror nos invasit et vates relinquere insulam jusserunt.

15. Celeriter igitur enavigantes prætervehebamur regionem ignitam suffimentorum plenam, e qua ma-

---

quos Hanno vidit, explicandi sint, sæpius viri docti monuerunt. Verba adscribo Klugii : « Petrus Cintræus (*Piedro de Cintra* in Cadamosti itinere) hanc oram prætervectus nocturno tempore frequentes ignes inter arbores et in ripa conspexit, quos incolæ accenderant, ut popularibus suis prodigium quoddam spectari indicarent. Quum enim Lusitani navigia litori promontorii Viridis appulissent, Azamaghi vicinarum terrarum incolæ vehementer terrore percussi fugerunt, quod naves Europæorum putabant volucres esse bestias, albis alis instructas, quæ paullo post contractis navium velis in nova monstra mutatæ viderentur (*V. Abrégé de l'Histoire générale des voyages*, tom. II, p. 9. Gosselin l. l. p. 95.) » Idem : « Nostris quoque temporibus hac oræ parte aliisque regionibus magnum est interdiu silentium; appropinquante autem nocte ignes incenduntur, et aer tympanorum et cymbalorum strepitu percutitur. Nigri enim propter nimium solis calorem in silvis casisque quiescentes incipiente frigida nocte demum exsurgunt et cœna, saltationibus, cantu ludisque tumultuosis delectantur. Idem Bruceus de Shangallis tradit, quo Hannonis narratio bene illustratur, et aliam causam addit, cur nocturno tempore imprimis tot ignes incendantur. Quum enim feroces Africæ bestiæ noctu ex antris et speluncis prædam capturæ egrediantur, nulla alia re a gregibus Nigrorum et pastorum tentoriis arceri possunt quam flammis undique micantibus. »

§ 15. Μεστήν· μέγιστοι] μεστοὶ codex. Fortassis leniori manu corrigi putes scribendo θυμιαμάτων δὲ μεστοί. Ego legere malim διαπύρων. Improbandi autem videntur qui cum Hugio phœnicissantem græcitatem odorantes jungi volunt διάπυρον θυμιαμάτων (*eine von Rauchdæmpfen durchglühte Gegend* Klugius vertit), atque μεστὸν absque genitivo in prosaico scriptore ferri posse vel certe ex Phœnicum loquela excusandum esse statuunt. At h. l. sicut § 4, 16, 18 μεστὸς vox genitivo nequit carere. Θυμιάματα non de fumo tantum, sed de fumo odorifero plantarum fragrantium intelligas. Denique ῥύακας illos igneos, quos per quattuor dies præternavigantes Carthaginienses conspiciebant, non esse montis ignivomi, ut nonnulli opinati sunt, sponte patet. Ac omnino nemo unquam montes ignivomos vel eorum vestigia in his regionibus commemoravit. Quæ res sit multi monuerunt; inter quos ita habet Klugius : « Bruceus (v. *Reisen zur Entdeckung d. Quellen des Nils mit Anm. v. Blumenbach.* tom. II, p. 545) hæc refert : « Æthiopes Shangalli Africæ gramina a solis radiis exusta incendunt, et hi ignes incredibili celeritate atque impetu supra Africæ latitudinem extenduntur, et loca quæque invadunt, ubi exsiccata inveniantur gramina et fruticeta. Postquam flammæ omnia quæ sunt arida in campis consumserunt, ad montium cacumina escendunt et reliquas plantas in terræ faucibus, hiatibus et canalibus crescentes statim corripiunt. Tunc ab altera clivorum parte per eosdem canales devolvuntur, in quibus aqua delapsa erat, et eo demum loco exstinguuntur, ubi montanus fluvius in mare effunditur. Ego (Bruceus) sæpe hoc spectaculum vidi et viatori et peregrino has flammas procul intuenti earumque causam plane ignoranti sine dubio ardentes torrentes appareant necesse est. » — Idem in occidentali Africæ ora fieri accurate narrat *Adansonus* in itinere ad Senegam facto (ed. Germ. p. 193). Eandem rem refert *Mungo Parkius* (*Reise aus dem Engl. Berlin* 1799, p. 233) : « Crematio graminum apud Mandingos spectaculum præbet pariter horridum ac magnificum. Ego media nocte planitierum et clivorum tractum, quoad oculorum acies penetrare posset, igneo fulgore illuminatum vidi, et flammarum repercussus effecit, ut cœlum quoque flagrare videretur. Interdiu vaporum fumorumque columnæ undique conspiciebantur, et aves rapaces cum impetu circa incendia volitabant, ut serpentes, lacertas ceterosque vermes captarent, si qua ex flammis effugere conarentur. » Huc pertinet quoque memorabilis narratio, quæ in Winterbottomi descriptione Sierræ Leonæ (p. 70 vers. Germ.) legitur : « Auctumnali tempore undique ignei vapores columnarum instar cœlo exsurgunt et noctu nubes fulgore rubro relucent. Sæpe gramina octo pedes alta et solis ardore perarida facta vel ab incolis incenduntur vel sua sponte ignem concipiunt, cujus flammæ incredibili velocitate atque impetu late effunduntur. Quum igitur viator tales igneos torrentes sibi obviam fieri videt, hoc periculum nulla alia ratione effugere potest, quam ut ignem conflictu lapidum eliciat et ab adversa parte gramina incendens flammas flammis depellat viamque sibi muniat. » Ex hac explicatione etiam intelligitur qua tempestate hoc iter susceptum sit, quum auctumno Æthiopes gramina incendant ad agros impendente tum pluvia fertiliores reddendos; quod tempus coloniis condendis opportunissimum erat. Ceterorum commentatorum explicationes dijudicandi hic non est locus. Plures enim πυρώδεις ῥύακας maris splendorem esse putant, qui a lucentibus partim vermibus marinis et animalibus, partim ab affectibus qui ab electro et phosphoro nomen habent, oriatur. Vid. *J. R. Forsters Bemerkungen* p. 52 sqq.; Kant *Phys. Geogr.* ed. Vollmer. tom. I, p. 11 sqq.; Spixii et Martii Itin. Brasil. At tunc Hanno torrentes marinos igneos transnavigare debebat, quod non ita est. Malte-Brunius putat hos πυρώδεις ῥύακας aeris fuisse phantasmata, aeria phænomena, et magnos illos effectus aeris sole inflammati, quibus tonitrua et fulgura orirentur in montibus, qui ignivomorum montium speciem tunc præbuissent; θυμιάματα autem significare odores florum fragranter spirantium et *thymo* simillimorum, quorum in his regionibus magna copia

πυρώδεις ῥύακες ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν. Ἡ γῆ δ' ὑπὸ θέρμης ἄβατος ἦν.

16. Ταχὺ οὖν κἀκεῖθεν φοβηθέντες ἀπεπλεύσαμεν. Τέτταρας δ' ἡμέρας φερόμενοι, νυκτὸς τὴν γῆν ἀφεωρῶμεν φλογὸς μεστήν· ἐν μέσῳ δ' ἦν ἠλίβατόν τι πῦρ, τῶν ἄλλων μεῖζον, ἁπτόμενον, ὡς ἐδόκει, τῶν ἄστρων. Τοῦτο δ' ἡμέρας ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον, Θεῶν ὄχημα καλούμενον.

17. Τριταῖοι δ' ἐκεῖθεν πυρώδεις ῥύακας παραπλεύσαντες ἀφικόμεθα εἰς κόλπον Νότου Κέρας λεγόμενον.

18. Ἐν δὲ τῷ μυχῷ νῆσος ἦν, ἐοικυῖα τῇ πρώτῃ, λίμνην ἔχουσα· καὶ ἐν ταύτῃ νῆσος ἦν ἑτέρα, μεστὴ ἀνθρώπων ἀγρίων. Πολὺ δὲ πλείους ἦσαν γυναῖκες, δασεῖαι τοῖς σώμασιν· ἃς οἱ ἑρμηνέες ἐκάλουν Γορίλλας. Διώκοντες δὲ ἄνδρας μὲν συλλαβεῖν οὐκ ἠδυνή-

gni torrentes ignei in mare effundebantur. Terra propter calorem inaccessa erat.

16. Confestim igitur etiam hinc metu perculsi discessimus. Post cursum dierum quattuor noctu terram conspiciebamus flammis refertam. In medio autem erat excelsus quidam et ceteris major ignis, ipsa, uti videbatur, tangens astra. Is interdiu apparuit esse mons altissimus, qui Theôn Ochema vocatur.

17. Hinc tridui navigatione torrentes igneos prætervecti in sinum venimus, qui Noti Ceras dicitur.

18. In sinus recessu insula erat priori illi similis; nam lacum habebat, in quo insula erat altera, referta hominibus silvestribus. Erant autem multo plures mulieres hirsutis corporibus, quas interpretes Gorillas vocabant. Nos persequentes viros quidem ca-

---

esset. » His adde Mannertum (X, 2, p. 509), qui ῥύακας istos revera fluvios esse censet, qui ignitorum speciem præbuissent non aliam ob causam nisi quod ignes in montibus accensi aquarum superficiem igneo splendore illuminassent.

§ 16 et 17. Θεῶν ὄχημα... Νότου κέρας] De his hunc in modum exponit Rennelius : Ab Hesperi cornu usque ad montem Theôn ochema sunt quattuor, hinc ad sinum Noti ceras tres dies navigationis. Jam si per septem dies pergamus, ita ut in singulos millia triginta octo computentur, perducimur ad insulam *Plantain*, quæ quadraginta fere millibus post montem *Sierra Leone* occurrit. Hæc vero insula cum iis quæ sunt ad promontorium *Ste-Anne*, introitum efficiunt sinus, qui vocatur *golfe de Sherboro* (*Sherbro sound*), forma et figura cum sinu Hesperi cornu comparandus. Mons autem qui medius inter utrumque sinum memoratur, Θεῶν ὄχημα, is est qui nunc dicitur *Sagres*. A parte occidentali sinus *Bissago* 180 millibus distat, quod intervallum cum quattuor dierum navigatione bene quadrat. Etenim ora inter *Rio Nunez* et *Sherboro* in 200 mill. longitudinem porrecta, in universum perhumilis est; triginta demum vel quadraginta ab ora millibus in mediterraneo tractu altum jugum assurgit; duobus tamen locis bracchia quædam hujus jugi usque ad mare procurrunt; quorum alterum est mons *Sierra Leone*, alterum ab hoc 50-55 mill. distans mons *Sagres*, qui quum e depresso litore in auras attollatur, hujus oræ quasi dominus et custos apparet, et a mari advenientibus singularis quidam vertex esse videtur, quum colles, quibus cum mediterraneo montium tractu cohæret, oculos lateant. Denuo montem detexit Piedro de Cintra (an. 1462), cujus socii altissimum omnium, quos unquam vidissent, esse credebant. Sagres nomen habere fertur a castello, quod exstruxit Henricus princeps Portugallus. A Theôn ochemate usque ad sinum *Noti ceras* quum tres fuerint itineris dies, facile colligitur non posse cogitari de sinu Sierræ Leonæ (quippe qui quinquaginta duntaxat millibus distans, nimis foret propinquus), sed in *Sherboro* sinum mensuras nos deducere. Introitum ejus si inter *Plantain* insulam et insulas Sanctæ Annæ statuas, distantia a *Sagres* monte est millium 92; sin ad ipsum S. Annæ promontorium initium sinus posueris, millia sunt 112, adeo ut in diem numeranda sint millia 37. Inde a Gambia in summa sunt 482 millia, quæ inter duodecim dies divisa singulis diebus tribuunt millia circiter quadraginta. — Insula ab Hannone memorata Ukerto (tom. I, 1, 66) esse videtur *Plantain island*. Id vero minus mihi probatur. Nam Hannonis insula non in introitu, sed ἐν τῷ μυχῷ τοῦ κόλπου sita erat, et, sicuti prior illa, lacum in eoque alteram insulam habebat. Hæc si comparaveris cum accurata sinus delineatione, qualem in mappis exhibui (secundum : *Plan de la rivière de Sherboro, levé en* 1826 *par les officiers de la corvette Lewen, capitaine W. F. W. Owen*, insertum in : *Carte de la côte occid. d'Afrique; partie comprise entre les îles de Los et le cap Lopez. Dépôt général de la marine,* 1833), dubium esse nequit Hannonis insulam nunc vocari *Macauley*. Hæc enim in ipso sinus recessu insulæ *Sherboro* proxime adjacet, et in occiduo latere tres habet sinus, quorum unus aliam insulam continet. Hactenus de ratione itineris Hannonei. — Ignes quorum hoc quoque loco Hanno meminit, in causa fuerunt, cur ignivomum montem dicerent posteriores. Mela III, 9 : *Ultra hunc sinum* (in quo Gorillarum insula) *mons altus, ut Græci vocant* Θεῶν ὄχημα *perpetuis ignibus excelsus flagrat*. Plinius VI, 35 : *A media ejus* (meridiani Æthiopiæ lateris) *parte imminens mari mons æternis ardet ignibus, Theôn ochema dictus*. Cf. idem V, 1.

§ 18. Γορίλλας] « Sine dubio ea est simiarum species, quæ *Orang-Outang* vocatur. Ex tota descriptione id liquet; nam hirsutæ erant, mordebant, lacerabant. Quid? num hominibus tam facile pellis detrahitur, quam bestiis? Hæ simiæ silvestribus hominibus forma gressuque similes sunt, et propter indolis sollertiam ad servilia ministeria institui possunt. Quam ob causam indigenæ existimant mutos homines, qui propterea loqui nolint, ne ad labores suscipiendos cogantur. Hanc opinionem inprimis Mandingi, Nigrorum gens, amplectuntur, qui has simias *Toorallas* vocant. Ingeniosa est Hugii conjectura, hoc nomen idem esse ac *Gorillas*, quum nihil facilius in scriptura permutari possit quam Τοραλλα et Γοριλλα. Mannertus (X, 2, p. 510) feros incolas insulæ [quam *Bussy* fuisse

θημεν, ἀλλὰ πάντες (μὲν) ἐξέφυγον, κρημνοβάται ὄντες καὶ τοῖς πέτροις ἀμυνόμενοι, γυναῖκας δὲ τρεῖς, αἳ δάκνουσαί τε καὶ σπαράττουσαι τοὺς ἄγοντας οὐκ ἤθελον ἕπεσθαι. Ἀποκτείναντες μέντοι αὐτὰς ἐξεδείραμεν καὶ τὰς δορὰς ἐκομίσαμεν εἰς Καρχηδόνα. Οὐ γὰρ ἔτι ἐπλεύσαμεν προσωτέρω, τῶν σίτων ἡμᾶς ἐπιλιπόντων.

pere non potuimus; omnes enim effugiebant, quum per præcipitia scanderent et saxis se defenderent; sed feminas cepimus tres, quæ mordentes et lacerantes ductores sequi nolebant. Atqui occidimus eas et pelles detractas asportavimus Carthaginem. Neque enim ulterius navigavimus, quum annona deficeret.

---

putat in sinu *Bissago*] Gorillas fuisse opinatur. Fieri enim non potuisse quin Pœni simias pro hominibus haberent. Recte quidem, si de vulgaribus simiarum speciebus ageretur; quæ autem dicuntur *Orang-Outangs,* ab ipsis incolis homines esse etiam nunc putantur, et Carthaginiensibus tum temporis notæ non erant. Tum vero descriptio omnino non ad homines, sed ad bestias quadrat. » Klugius. Hannonis narratio postea multifariam adulterata est. Mela III, 9 ita habet : *Grandis litoris flexus grandem insulam includit, in qua tantum feminas esse narrant, toto corpore hirsutas et sine coitu marium sua sponte fecundas, adeo asperis efferisque moribus, ut quædam contineri ne reluctentur vix vinculis possint. Hoc Hanno retulit, et quia detracta occisis coria pertulerat, fides habita est.* Alii ex Gorillis fecerunt Gorgones, quas ex boreali Africæ ora mythologi una cum Atlante monte huc transtulerunt, iisque Amazonum muliebre vulgus adjunxerunt. De sedibus tamen inter se non consentiunt. Palæphatus c. 33 tres suas Gorgones in Cernæorum insulis collocat; Diodorus Amazonum et Gorgonum gentes in iis fere regionibus habitasse fingit, quas Hannonis narratio indicat. Insulas quæ ad Hesperium promontorium (*cap Vert*) jacent, Xenophon Lampsacenus et Statius Sebosus iis assignant ap. Plinium VI, 36 : *Contra hoc quoque promontorium Gorgades insulæ narrantur, Gorgonum quondam domus, bidui navigatione distantes a continente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetravit in eas Hanno, Pœnorum imperator, prodiditque hirta feminarum corpora; viros pernicitate evasisse; duarumque Gorgadum cutis argumenti et miraculi gratia in Junonis templo posuit, spectatas usque ad Carthaginem captam. Ultra has etiamnum duæ Hesperidum insulæ narrantur. Adeoque omnia circa hoc incerta sunt, ut Statius Sebosus a Gorgonum insulis prænavigatione Atlantis dierum quadraginta ad Hesperidum insulas cursum prodiderit, ab iis ad Hesperu ceras unius.* ‖ — πέτροις] μετρίοις codex; em. Gessner. Cf. § 9. ‖ — σίτων ἐκλιπόντων] Mela III, 9 : « *Hanno Carthaginiensis, exploratum missus a suis, quum per Oceani ostium exiisset, magnam partem ejus circumvectus, non se mari, sed commeatu defecisse memoratu retulerat.* Arrianus Indic. c. 43, 11 : Ἄννων δὲ ὁ Λίβυς ἐκ Καρχηδόνος ὁρμηθεὶς ὑπὲρ μὲν Ἡρακλείους στήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν πόντον, ἐν ἀριστερῇ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος αὐτῷ ἐγένετο τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας· ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημβρίην ἐξετράπετο, πολλῇσιν ἀμηχανίῃσιν ἐνετύγχανεν, ὕδατός τε ἀπορίῃ καὶ καύματι ἐπιφλέγοντι καὶ ῥύαξι πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσιν. Hæc Arrianus non ex ipso Hannone habet, sed ex auctore, apud quem Hannonis iter ad Græcorum geographorum opiniones accommodatum erat. Navigavit igitur Hanno non occidentem versus, sed orientem versus usque ad Hesperi promontorium sive *cap. Vert,* ubi in meridionale Libyæ latus ora circumagitur. Hucusque sec. Arrianum erant dies 35; ex nostro computo sunt dies 37. Cf. Prolegomena.

ΣΚΥΛΑΚΟΣ

ΚΑΡΥΑΝΔΕΩΣ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ ΚΑΙ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ

καὶ ὅσα καὶ ὁποῖα ἔθνη ἕκαστα, ἑξῆς καὶ χῶραι καὶ λιμένες καὶ ποταμοὶ καὶ ὅσα μήκη τῶν πλῶν, καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ αἱ οἰκούμεναι, καθότι ἑκάστη κεῖται τῆς ἠπείρου.

SCYLACIS

CARYANDENSIS

PERIPLUS

MARIS AD LITORA HABITATA EUROPÆ ET ASIÆ ET LIBYÆ,

item quot et quales gentes quæque; deinceps etiam regiones et portus et fluvii et quantæ navigationum longitudines; item (septem) habitatæ insulæ, prout quæque adjacet continenti.

ΕΥΡΩΠΗ.

Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ *μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ μέχρι Αἰθιόπων τῶν μεγάλων. Εἰσὶ δὲ ἀλλήλων καταντικρὺ αἱ Ἡράκλειοι στῆλαι, καὶ ἀπέχουσιν ἀλλήλων πλοῦν ἡμέρας. [Καὶ νῆσοι ἐνταῦθα ἔπεισι δύο, αἷς

EUROPA.

Incipiam ab Herculeis Columnis quæ sunt in Europa, [ac progrediar] usque ad Herculeas Columnas quæ in Libya sunt, et usque ad Æthiopes magnos. Sunt vero sibi ex adverso Herculeæ Columnæ, distantque inter se diei itinere. [Et insulæ ibi adjacent duæ,

---

Periplus noster exstat in *codice Parisino* N. 443 Suppl. p. 62-107 et in apographis hujus duobus, quorum alterum est in *codice Palatino-Vaticano*, N. 142, fol. 216 *r.*-236 *r.*, alterum in *codice Hervortiano sive Monacensi* N. 556, fol. 34 *r.*-59 *vso*. In Monacensi postrema Peripli pars desideratur; nam desinit codex in verba καὶ λιμὴν Μυρίανδρος (p. 40 ed. Hudson.). Titulus ita habet in Parisino : Σκύλακος Καρυανδέως Περίπλους τῆς οἰκουμένης. Deinde sequitur scholium : Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς ἀρχαιότατος μέν ἐστιν ἀνήρ κτλ., quod in Prolegomenis inter veterum de Scylace testimonia apposuimus. Post hæc p. 63, lin. 5 alter titulus sequitur : Περίπλους τῆς θαλάσσης τῆς οἰκουμένης κτλ., uti supra legere est. In Palatino codice primum habes inscriptionem : Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς, deinde scholium illud et libri titulum, ut in Parisino. Eodem modo habet cod. Monacensis, nisi quod ea quæ ante scholium in codd. Par. et Palat. leguntur, videtur omisisse. || — ἑξῆς] ἐξ ἧς cod. Paris. || — αἱ ἑπτὰ] Indiculi hujus auctor tralaticium istum maximarum insularum numerum septenarium de suo intulit incaute, quandoquidem quam plurimarum situm insularum Scylax in Periplo notavit, neque usquam septem earum tanquam præcipuas distinxit. In subjecto autem insularum catalogo (§ 114) non septem, sed viginti maximæ recensentur. Frustra Dodwellus scr. proposuit : αἱ ἑπτὰ αἱ μέγισται καὶ αἱ λοιπαὶ αἱ οἰκ.

§ 1. αἱ Ἡράκλειοι] αἱ Ἡρακλεῖαι h. l. codex. Initio auctor debebat : ἀπὸ Ἡρακλείου στήλης τῆς ἐν Εὐρ. κτλ.; nam duas tantum columnas esse statuit § 111. Quanquam variæ de numero earum sententiæ erant. Hesychius : Στήλας διστόμους τινὲς τὰς Ἡρακλείους στήλας, ἔνιοι αὐτὰς νήσους εἶναί φασιν, οἱ δὲ προσχώματα, οἱ δὲ τῶν ἠπείρων ἄκρας, οἱ δὲ πόλεις, καὶ οἱ μὲν δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ μίαν, οἱ δὲ τέσσαρας. Cf. Gosselin. *Rech. sur la géogr. systèm.* t. IV, p. 3 sqq. Ukert. *Geogr.* II, 1, p. 249. || — πλοῦν ἡμέρας] Eadem distantia denuo memoratur § 111 : αὗται δέ εἰσιν ἄκραι καταντικρὺ ἀλλήλων· διέχουσι δὲ αὗται ἀπ' ἀλλήλων πλοῦν ἡμέρας. Ex altero loco in alterum translata esse videntur. Ceterum noli putare hæc, uti sunt falsissima, sic etiam corrupta esse. Etenim si comparaveris quæ infra de opposito Libyæ litore leguntur, facile intelligas parum accurate de his Peripli auctorem edoctum fuisse. Ut alii scriptores antiquiores sic Noster quoque nullum novisse videtur fretum Gaditanum, sed ab ipsis Herculis columnis usque ad Hermæum promontorium sinum curvari censet, quem Cotes vocat (a cognomine prom., hod. *cap. Spartel*). Idem Gades ex adverso collocat Columnarum tum hoc loco tum infra § 111, ubi : ἀντίον αὐτῆς, sc. τῆς Ἀβιλύκης ἄκρας, τὰ Γάδειρα. Nihil mirum igitur si Herculeas Columnas inter se tanto fere intervallo distare dicit, quanto ab Africæ litore Gadira distare acceperat. Error tanto facilior, quum ipsas Columnas nonnulli ad Gadira transferrent. In contrariam partem peccarunt Damastes et *Scylax Caryandensis* apud Avienum in Or. mar. 370 : *Sed ad columnas quidquid interfunditur Undæ æstuantis stadia septem vix ait Damastes esse. Caryandæus Scylax Medium fluentum inter columnas adserit Tantum patere quantus æstus Bosporo* (Cf. Tzetzes Lyc. 649 : Εὐρώπης δὲ καὶ Λιβύης ἄκραι, πορθμὸς σταδίων ἑπτά). In his memoriam fefellisse Avienum, quum longe alia in Periplo nostro legantur, censuit Clausenius. Assentirer, si constaret vel si modo probabile esset Periplum nostrum revera pertinere ad Scylacem Caryandensem; nunc Avieni

ὄνομα Γάδειρα. Τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει ἀπέχουσαν ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν.] Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων καὶ πηλὸς καὶ πλημμυρίδες καὶ πελάγη.

quibus nomen Gades. Harum altera urbem habet, quæ diei itinere ab Herculeis Columnis ábest.] Extra Herculis Columnas Europæas multa sunt Carthaginiensium emporia et cœnum et æstus et vasta maria.

2. ἸΒΗΡΕΣ. Τῆς Εὐρώπης εἰσὶ πρῶτοι Ἴβηρες, Ἰβηρίας ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἴβηρ... Εἶτα Ἐμπόριον (πόλιν Ἑλληνίδα ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον)· εἰσὶ δὲ οὗτοι Μασ-

2. Iberes. Europæ primi sunt Iberes, Iberiæ gens, fluviusque Iberus..... Postea Emporium (*Urbem Græcam dicit, cui nomen Emporium. Gloss.*). Sunt autem hi

---

locus reliquis addendus est indiciis, quæ contrarium arguunt. Letronnius (*Poëmes géogr.* p. 241) Avienum confuse locutum esse opinatur : « Au lieu de dire que, selon Scylax, la largeur du détroit des Colonnes est égale à celle du Bosphore, il aurait dû dire que la largeur de ce détroit, selon Damastès, était égale à celle que Scylax donnait au Bosphore. » Verum quum ipse Letronnius censeat eam certe Peripli partem, de qua nos jam agimus, a vetere Scylace probabiliter alienam esse, nihil cogit, ut tam artificiosa sententia Avieno obtrudatur. Quid genuinus Scylax de Bospori latitudine statuerit, num quattuor eam vel quinque an septem stadiorum fecerit, nescimus. In nostro Periplo (§ 67) septem ei dantur stadia. Potuit idem etiam Scylax dicere, et nihilominus tamen Avienus scribere quæ scripsit, quum putare liceat Scylacem de freto Columnarum loquentem ea ipsa tantum dixisse quæ dicit Avienus. Ceterum de latitudine hujus freti vera vel vero proxima tradunt Strabo II, p. 122 (60 stad.) et XVII, p. 827 (70 stad.); Agathemerus I, 5 (70 stad.); Marcianus p. 5 Hudson. (80 stad.); Cornelius Nepos et Livius ap. Plin. III, procem. et Mela I, 4 (6-10 mill. pass.); Turranius Gracilis ap. Plinium l. l. (5 mill.) Cf. Euctemon ap. Avien. Or. m. 340 (3 mill. sive 24 stad.); Scymnus v. 149 (120 stad.; nisi hæc potius ad longitudinem pertinent. V. Gosselin. IV p. 28, Mannert. X, 2, p. 400). Obiter moneo de Gailii sententia, qui verba Peripli ἡμέρας πλοῦν laxiori sensu accipienda esse putat, quum ventorum reflatu aliisque obstaculis transitus freti adeo interdum præpediri potuerit, ut per diem integrum duceretur. Quæ nollem excidissent viro diligenti. || — Καὶ νῆσοι ἐνταῦθα] Hæc et quæ sequuntur uncis inclusa, huc transposui ex § 2, ubi post v. ποταμὸς Ἴβηρ præter ordinem geographicum sunt inserta, haud dubie ex § 111, ubi eadem fere recurrunt. || — νῆσοι.. Γάδειρα] i. e. Gades insula cum urbe notissima et ἡ παραβεβλημένη ταύτῃ τῇ πόλει νῆσος, πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένη, quam nonnulli Ἐρύθειαν dixerunt (Strabo III, p. 169). Cf. Plinius IV, 36 : *Ab eo latere, quo Hispaniam spectat* (Gadir), *passibus fere centum altera insula est longa, III mill. pass. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit* (Hinc liquet cur utramque insulam Γαδείρων nomine recenseat auctor Peripli). *Vocatur ab Ephoro et Philistide Erythia, a Timæo et Sileno Aphrodisias, ab indigenis Junonis.* Nunc *isla S. Pedro.* Gades ab Herculis columna sive Calpe prom. distat 750 stadia; πλοῦν ἡμέρας cum Scylace ponit Scymnus v. 150. Ceterum v. Mannert. I, p. 299; Ukert. II, 1 p. 385. || — ἐμπόρια πολλὰ] Horum loco in cod. Paris. primum scriptum erat μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν, quod deinde scriba erasit. De re v. Strabo III, p. 149 ; Justin. XLIV, 5. Nostra ex eodem Himilcone fluxerint ex quo eadem narrat Avienus 375 : *Ultra has columnas propter Europæ latus Vicos et urbes incolæ Carthaginis Tenuere quondam : mos at ollis hic erat, Ut planiore texerent fundo rates, Quo cymba tergum fusior brevius maris Prælaberetur ; porro in occiduam plagam Ab his columnis gurgitem esse interminum, Late patere pelagus, extendi salum, Himilco tradit. Nullus hæc adiit freta.* Cf. idem 117 sqq. et 364 : *Circum atque juxta* (insulas quæ Herculis columnæ dicuntur) *manare tradit* (Euctemon Atheniensis) *tenue prolixe mare. Navigia onusta adire non valent locos Breve ob fluentum et pingue litoris lutum.* Cf. Movers. *Das phœnizische Alterthum* II, p. 659. || — πελάγη] τενάγη scribi voluit Ukert, II, 1. p. 251, not. 76, scripsit Gailius. Lenissima mutatio, at opus ea non est; loca cœnosa jam indicantur voce πηλός; vocem πελάγη tuetur Himilco Avieni. Intellige magnos Oceani sinus. Cf. Avien. 394 : *Plerosque* (oceanus) *extrinsesus curvat sinus... Prima hujus ergo in cespitem insinuatio est Hesperius æstus atque Atlanticum salum.*

§ 2. Πρῶτοι Ἴβηρες] Cf. Polyb. III, 37 : Καλεῖται δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἕως Ἡρακλείων στηλῶν Ἰβηρία· τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην προσαγορευομένην, κοινὴν μὲν ὀνομασίαν οὐκ ἔχει διὰ τὸ προσφάτως κατωπτεῦσθαι, κατοικεῖται δὲ πᾶν ὑπὸ βαρβάρων ἐθνῶν καὶ πολυανθρώπων. Charax ap. Constantin. De adm. imp. c. 24 (Fr. Hist. III, p. 637, fr. 5); Ukert. II, 1, p. 255. Apud Scymnum v. 199 Iberes excipiunt Tartessios; Hecatæus inde a columnis primum Mastienorum populum, deinde Iberes recensuisse videtur. Verba Ἰβηρίας ἔθνος sic posita claudicant; nam Iberiæ paraplus nonnisi usque ad Emporium pertinuisse dicitur. Potuit tamen latiori sensu Iberiæ nomine etiam sequens regio mixtorum Iberum Ligurumque comprehendi. || — Ἴβηρ] Post hanc vocem intrusa sunt quæ ordinis geographici causa in § 1 transposui. Hæc vero in causa fuisse videntur, cur in genuino verborum contextu nonnulla exciderent, siquidem excidisse aliqua probabiliter statuerunt Ukertus (II, 1, p. 80), Gailius, Clausenius. Certe græcæ urbes, Mænace et Alone, Massiliensium coloniæ, post Herculis columnas recensendæ erant. || — πόλιν Ἑλλ... Ἐμπόριον] Glossa est, quæ cur adjecta sit neminem latet, monente Ukerto II, 2, p. 21. Post πόλιν fort. excidit φησίν; sin nominativum reponi velis, per me licet; similiter § 49 codex habet Τίρυνθα pro Τίρυνς. || — εἰσὶ δὲ οὗτοι] « Hoc de Emporitis dictum pariter ac Liv. XXVI, 19 : *Emporiis, urbe Græca* (*oriundi et ipsi a Phocæis sunt*), *copias exposuit.* Sæpius negligentius a Scylace junguntur sententiæ, ut pluralis

σαλιωτῶν ἄποικοι. Παράπλους τῆς Ἰβηρίας ἑπτὰ ἡμερῶν καὶ ἑπτὰ νυκτῶν.

3. ΛΙΓΥΕΣ ΚΑΙ ΙΒΗΡΕΣ. Ἀπὸ δὲ Ἰβήρων ἔχονται Λίγυες καὶ Ἴβηρες μιγάδες μέχρι ποταμοῦ Ῥοδανοῦ. Παράπλους Λιγύων ἀπὸ Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανοῦ ποταμοῦ δύο ἡμερῶν καὶ μιᾶς νυκτός.

4. ΛΙΓΥΕΣ. Ἀπὸ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ ἔχονται Λίγυες μέχρι Ἀντίου. Ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ πόλις ἐστὶν Ἑλλη-

Massiliensium coloni. Præternavigatio Iberiæ est septem dierum septemque noctium.

3. Ligures et Iberes. Post Iberes sequuntur Ligures et Iberes mixti usque ad Rhodanum fluvium. Præternavigatio Ligurum ab Emporio usque ad Rhodanum fluvium duorum dierum et unius noctis.

4. Ligures. Post Rhodanum fluvium sequuntur Ligures usque ad Antium. In hac regione urbs est

---

ponitur, ubi singularem exspectamus. Cf. § 24. 31. » Clausen. Urbem Ἐμπόριον cum Scylace dicunt Scymnus 204, Appianus Hispan. c. 7 et 40, Steph. Byz. s. v.; reliqui scriptores aut Ἐμπορεῖον vocant (Polyb. III, 39, 7. 76, 1; Strabo III, p. 159. 150, quo tamen loco etiam Ἐμπόριον in var. lect.), aut Ἐμπορίας (Ptol. II, 5, p. 120; Livius XXI, 60. XXVIII, 9; Mela II, 6, 5; Plinius III, 4; Silius III, 369. XV, 176). Nunc *Ampurias*. Iberiæ extremæ urbs adscribitur ap. Polybium et Strabonem; Ligurum oræ primam esse urbem Scymnus 204 dicit; Celtica vocatur ap. Stephanum. A columnis ad eam Polybius exputat stadia 7200; revera sunt fere 6600; itaque in diem noctemque dinumeranda forent 940 stadia; quod satis quadrat cum computo Scylaceo, quo mille stadiorum est navigatio diei noctisque. [Semel monuisse sufficiat stadia nos ita computare, ut 600 gradum efficiant geographicum.]

§ 3. Λιγύων ἀπὸ] ἀπὸ Λίγυος codex Par.; em. Vossius. Ad Rhodanum usque sunt circa 1550 stadia; Polybius III, 39, 7 ad 1600 numerat. Ceterum Iberiam ὑπὸ τῶν προτέρων πᾶσαν τὴν ἔξω τοῦ Ῥοδανοῦ dictam esse testatur Strabo III, v. 166. Rhodanum Iberiæ fluvium dicit Æschylus ap. Plin. XXXVII, 11; tanquam terminum ponit ex antiquis scriptoribus Avienus Or. mar. 608: *Hujus* (Rhodani) *alveo Ibera tellus atque Ligyes asperi intersecantur*. Ab altera autem parte probari etiam potest Ligures olim usque ad Pyrenæos pertinuisse. Nam Hecatæus tamquam Ligysticam gentem memorat Ἐλισύκους (v. St. Byz. s. v. Cf. Herodot. VIII, 165; Theognost. in Cramer. Anecd. II, p. 60, 14; Zonar. p. 682). Horum vero caput Narbonem fuisse docet Avienus 584: *Gens Elesycum prius loca hæc tenebat, atque Narbo civitas erat ferocis maximum regni caput*. Quæ de feroci regno Avienus habet, id pluribus exponit Silius Italicus III, 442; at gentem *Bebryces* vocat, quos in Narbonensi habitasse tradit. Dio Cassius ap. Tzetzem ad Lyc. 516: Δίων δὲ Κοκκειανὸς τοὺς Ναρβωνησίους Βέβρυκας λέγει, γράφων οὕτως· « Τῶν πάλαι μὲν Βεβρύκων, νῦν δὲ Ναρβωνησίων ἐστὶ τὸ Πυρηναῖον ὄρος. » Id. 1305: Βέβρυκες, ἔθνος Γαλατῶν, μεταξὺ Πυρήνης καὶ Κεραυνίων (Κερρητανῶν conj. Gail. ad Scymn. 200, Κεμμένων Letronne in *Journ. d. Sav.* 1829 p. 112, probante Ukerto II, 2, p. 375) καὶ Ἰβηρίας κείμενον, οἳ καλοῦνται Ναρβωνήσιοι (Cf. Zonar. VIII, 21). Stephanus ambigue loquens Bebryces esse dicit παρὰ τοῖς Ἴβηρσιν. Avienus autem v. 485 Bebryces in Iberiæ montibus ab ora remotioribus supra Tyrin fluvium septentriones versus collocat (Cf. Ukert. II, 1 p. 483). Scymnus quoque 200 sqq. Bebryces in mediterraneis ἐπάνω τῶν Ἰβήρων ponit; in ipsa autem ora post Iberes recenset Ligures, quorum prima urbs sit Emporium. Idem tamen paullo post narrat Massilienses ἐλθόντας εἰς Ἰβηρίαν condidisse Agathen et Rhodanusiam, ut eandem regionem modo Ligurum modo Iberiam dicat. Hæc igitur omnia quomodo concilianda sint Scylax noster docet, mixtos ibi habitasse dicens Liguribus Iberes. Eodem ducunt quæ Thucydides VI, 2 aliique narrant de *Liguribus*, qui Sicanos Sicani fluvii accolas ex *Iberia* pepulerint, sive cum Ukerto (II, 1, 244. 483) statuas Ligyes vel ultra Pyrenæos sedes habuisse Sicanosque ad Iberum fluvium vel ad hod. *Xucar* (coll. Avieno 483) quærendos esse, sive putes Iberiæ nomine indicari regionem inter Pyrenæos et Rhodanum interjectam, Sicanumque fluvium non diversum esse a Sequana, uti haud improbabiliter censent Gailius ad Scymn. 203, Grotefend *Alt-Italien* I, p. 6. IV, p. 4 sqq. Forbiger *Geogr.* III, p. 5, etc. Quodsi denique Polybius, I, 17, 4. III 34, 17, dicit Carthaginienses olim (ante expedit. Hannibalis) mercenarios habuisse Iberes, Celtas et *Ligures*: vix dubium est quin id de Liguribus, qui ab occidente Rhodani fl. erant, intelligi voluerit, monente Letronnio, *Poëmes géogr.*, p. 185.

§ 4. μέχρι Ἀντίου] « Vocabulum Ἀντίου nullo pacto hic subsistere potest. Scribo igitur ubique Ἄρνου. » Cluverius. Quod merito respuens Gronovius: « Ipsæ literæ, inquit, offerunt Ἀλπίου, sive ita vocaverit extremum maritimarum Alpium sive ipsum Albium Intemelium (hod. *Ventimilla*). » Id probarunt Gailius ad h. l., Clausenius et in mappis suis Kiepertus. Valckenarius in *Géogr. anc. de la Gaule*, tom. I, p. 33, Antium codicis nostri esse Genuam suspicatus est; locum aliquem haud longe a Genua dissitum indicari censuit Letronnius (*Journ. d. Sav.* 1826, p. 84). Haud ita sensissent viri docti, si Scymnum Chium comparassent, qui ex similibus ejusdemque ætatis fontibus hauriens proxime ad Nostrum solet accedere. Is igitur v. 216 postremam Ligysticæ regionis urbem Græcam esse ait Ἀντίπολιν. Hoc ipsum in Scylace reponi vult Ukertus, scripturæ compendio quo vox πόλις exarari solet, factum esse censens ut ex Ἀντιπόλεως oriretur Ἀντίου. Ego cum Gailio ad Scymn. l. l. vulgatam reliqui intactam; nam notissimum illud compendium, in quavis linea obvium, nostro potissimum loco ter esse neglectum haud credo; immo quæ vulgo dicitur Ἀντίπολις, eam Ἄντιον Noster dixit, sicuti v. c. Ἀθηνόπολις, Massiliensium colonia (Plinius III, 5; Mela II, 5), ab aliis vocabatur Ἀθῆναι (Varro De ling. lat. VII, 18. Stephan. Byz. v. Ἀθῆναι· Τετάρτη, Λιγύων). In eodem Galliæ tractu similia urbium nomina habes:

νὶς Μασσαλία καὶ λιμήν **. Ἄποικοι αὗται Μασσαλίας εἰσί. Παράπλους δ' ἐστὶ ταύτης ἀπὸ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ μέχρι Ἀντίου ἡμερῶν δ' καὶ νυκτῶν τεσσάρων. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείων στηλῶν μέχρι Ἀντίου ἡ χώρα πᾶσα αὕτη εὐλίμενος.

5. ΤΥΡΡΗΝΟΙ. Ἀπὸ δὲ Ἀντίου Τυρρηνοὶ ἔθνος μέχρι Ῥώμης πόλεως. Παράπλους ἡμερῶν τεσσάρων καὶ νυκτῶν τεσσάρων.

6. ΚΥΡΝΟΣ. Κατὰ δὲ Τυρρηνίαν κεῖται νῆσος Κύρνος. Ἔστι δὲ ἀπὸ Τυρρηνίας ὁ πλοῦς εἰς Κύρνον ἡμέρας καὶ ἡμίσεως· καὶ νῆσος ἐν μέσῳ τῷ πλῷ τούτῳ οἰκουμένη, ᾗ ὄνομα Αἰθαλία, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἔρημοι νῆσοι.

7. ΣΑΡΔΩ. Ἀπὸ δὲ Κύρνου νήσου εἰς Σαρδὼ νῆσον πλοῦς ἡμέρας τρίτον μέρος. Καὶ νῆσος ἐρήμη ἐν τῷ

Græca Massilia cum portu, [*porro Taurois, Olbia, Antium,*] Massiliensium coloniæ. Præternavigatio a Rhodano fluvio ad Antium quattuor est dierum (noctiumque). Totus hic ab Herculeis Columnis usque ad Antium tractus portus habet commodos.

5. Tyrrheni. Post Antium sequitur Tyrrhenorum gens usque ad urbem Romam. Præternavigatio dierum noctiumque quattuor.

6. Corsica. Contra Tyrrheniam sita est Corsica insula. Navigatio a Tyrrhenia in Corsicam est diei unius ac dimidiæ. In media hac navigatione occurrit insula habitata, cui nomen Æthalia; aliæque complures desertæ insulæ.

7. Sardinia. A Corsica insula in Sardiniam insulam tertiæ diei partis navigatio. In medio deserta insula

---

Anteis (h. *Ampits*) et Antheæ (hod. *Aunaie?*) in Tab. Peuting. Ceterum Antipolis (hod. *Antibes*, ap. indigenas etiam *Antiboul*) 60 stadiis a Varo fluvio occidentem versus sita est, colonia Massiliensium. V. Strabo IV, p. 178. 180. 184; Mela II, 5, 3; Plinius III, 5, etc. A Rhodani ostiis usque ad Antipolin oræ longitudo vix 1500 stadiorum est; quare falsissimum est quod codex habet : παράπλους ἡμερῶν δ' καὶ νυκτῶν τεσσάρων; id enim oram 4000 fere stadiorum postularet. Error non est auctoris, ut equidem censeo, sed librarii; nam quum in antecc. mensuras bene habere viderimus, et sequentes etiam satis accurate constitutæ sint, idem de hoc quoque loco valebit. Quemadmodum igitur in codicibus siglum numerale δ et vox δύο sæpius confunduntur, sic etiam nostro loco pro δ' ἡμερῶν καὶ δ' νυκτῶν olim fuisse puto δύο ἡμερῶν καὶ δύο νυκτῶν (Eadem numerorum confusio § 66, ubi v. not.). Hoc si paullo majus esse videtur quam pro communi computo exspectaveris, reputes navigationem juxta oram illam haud esse facilem. Apud Polybium (II, 16, 1. III, 41, 5) Ligures pertinent inde a regione quæ circa Massiliam est, usque ad Pisam, primam urbem Etruriæ; oræ ejus præternavigationem quinque dierum esse dicit. Strabonis vero et Plinii ætate sedes eorum a Varo fluv. usque ad Macram erant, adeo ut ex ea regione quam Scylax iis assignat, prorsus tum expulsi essent. || — ἄποικοι αὗται] Nulla in codice notatur lacuna. E Scymno 215 supplere licet : καὶ Ταυρόεις καὶ Ὀλβία. || — πᾶσα εὐλίμενος] « Scribit tamen Strabo III, p. 159 : καὶ ἡ σύμπασα δ' ἀπὸ τῶν Στηλῶν σπανίζεται λιμέσι μέχρι δεῦρο (ad Tarraconem)· ἐντεῦθεν δ' ἤδη τὰ ἑξῆς εὐλίμενα. Hæc igitur ex parte saltem falsa sunt. » Gailius.

§ 5. Quæ hoc segmine leguntur de Tyrrhenia usque ad Romam pertinente, sicuti quod sequitur de Latio haud ultra Circeium promontorium porrecta : ea Gailius (Dissert. De Scyl. § 17) manifesto illud tempus arguere statuit, quo regibus parens Roma *paucissimis urbibus, immo nullis stabiliter imperitabat, usque ad an.* 507 *a. C.* Qua ipsa ætate Periplum nostrum scriptum esse opinatur. Contra hæc Clausenius : « Quin sub Tarquiniis late patuerit regnum, cujus caput erat Roma, dubitari non potest, si ingentia hujus ætatis opera spectantur. Sed post regifugium sane exiguus erat Romanorum ager, neque tamen minor eo, quem post urbem a Gallis incensam tenebant (387 a. C.), quum Latini defecissent nulloque cum Romanis vinculo juncti manerent, usque dum an. 355 a. C. fœdus Latinum restitutum est. Scylacem vero eum adumbrare contendimus statum Italiæ, qui erat annorum 370-360 a. C. Itaque ex his nihil efficitur. Sed majus est quod nulla sit mentio urbium Tuscarum quæ mari adjacebant, quum tamen satis accurate describantur urbes Carthaginiensium, qui multo magis alieni erant a Græcis quam Tyrrheni. Medio sæculo quarto urbis Romanæ maxime florebat Tyrrhenorum commercium et potentia maritima; exeunte sæculo quarto eadem hæc erat in his regionibus auctoritas Carthaginiensium; Tuscos jam an. 278 U. c. (474 a. C.) debellaverat Hiero; 299 a. U. Æthaliam ceperant Syracusani; 357 a. U. Veios Romani; 366 a. U. Pyrgos diripuerat Dionysius; neque quidquam in mari pollebant, nisi ut piratæ. Itaque jure omittuntur eorum urbes a Scylace, ut quas parum eo tempore mercatores adierint. Æthaliam Tyrrhenorum esse tradidit Hecatæus; nihil de ea re in Scylace, quia hujus ætate Tyrrhenis erepta erat hæc insula. » Ceterum quam ignari rerum Romanarum Græci Philippi adhuc et Alexandri M. temporibus fuerint, satis constat. Vid. Plinius III, 9; Theopompus fr. 144, tom. I, p. 303; Clitarchus fr. 23 in Scriptt. rer. Alex. p. 83. || — ἡμερῶν τεσσάρων κτλ.] Plinius III, 7 et 8 ab Antipoli ad Varum millia 7, hinc ad Macram millia 211, hinc ad Tiberim 284 millia exputat; unde summa conficitur mill. 502 sive stadiorum 4016, quæ explent navigationem quatridui et quatrinoctii.

§ 6. Αἰθαλία] Αἰθάλη (*Ilva* tusce) vocatur ab Hecatæo. Ab Italia distat 90 stadia (ὡς ἑκατόν, Diodor. V, 31, 1); inde in Corsicam sunt 300. Hæc minus accurate in Periplo traduntur. Strabo quoque V, p. 223 de Æthaliæ distantia erravit.

§ 7. Κύρνου] Κύρου cod. || — ἡμέρας τρίτον μέρος] 60 stadia sec. Strabon. V, p. 223; 72 stad. sec. Plin. III, 6. || — νῆσος ἐρήμη] « Forsan una est ex hodie dictis *de la Magdalène* » Gail. E Sardinia in Africam via brevissima non excedit 115 mill. sive

μεταξύ. Ἀπὸ Σαρδοῦς δὲ εἰς Λιβύην πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτὸς, εἰς δὲ Σικελίαν ἀπὸ Σαρδοῦς πλοῦς ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν εἰς τὴν Κύρνον ἐξετραπόμην.

8. ΛΑΤΙΝΟΙ. Τυρρηνίας ἔχονται Λατῖνοι μέχρι τοῦ Κιρκαίου. Καὶ τὸ τοῦ Ἐλπήνορος μνῆμά ἐστι Λατίνων. Λατίνων παράπλους ἡμέρας καὶ νυκτός.

9. ΟΛΣΟΙ. Λατίνων δὲ ἔχονται Ὀλσοί. Ὀλσῶν δὲ παράπλους ἡμέρας μιᾶς.

10. ΚΑΜΠΑΝΟΙ. Ὀλσῶν δὲ ἔχονται Καμπανοί. Καὶ εἰσὶ πόλεις Ἑλληνίδες αὗται ἐν τῇ Καμπανίᾳ· Κύμη, Νεάπολις. Κατὰ ταῦτά ἐστι Πιθηκοῦσσα νῆσος καὶ πόλις Ἑλληνίς. Παράπλους δὲ τῆς Καμπανίας ἐστὶν ἡμέρας μιᾶς.

11. ΣΑΥΝΙΤΑΙ. Καμπανῶν δὲ ἔχονται Σαυνῖται· καὶ παράπλους ἐστὶ Σαυνιτῶν ἡμέρας ἥμισυ.

12. ΛΕΥΚΑΝΟΙ. Σαυνιτῶν δὲ ἔχονται Λευκανοὶ μέχρι Θουρίας. Ὁ πλοῦς δέ ἐστι παρὰ Λευκανίαν ἡμερῶν ϛʹ καὶ νυκτῶν ϛʹ. Ἡ δὲ Λευκανία ἐστὶν ἀκτή. Ἐν ταύτῃ πόλεις εἰσὶν Ἑλληνίδες αἵδε· Ποσειδωνία,

est. A Sardinia in Libyam diei noctisque est navigatio, in Siciliam vero a Sardinia navigatio bidui noctisque. Sed redeo ad continentem unde in Corsicam digressus sum.

8. Latini. Tyrrheniam sequuntur Latini usque ad Circæum. Elpenoris quoque tumulus in ditione est Latinorum. Præternavigatio Latinorum diei noctisque.

9. Volsci. Latinos sequuntur Volsci. Volscorum præternavigatio diei unius.

10. Campani. Volscos autem excipiunt Campani. Et Græcæ in Campania urbes hæ sunt : Cyme et Neapolis. Quarum in conspectu jacet Pithecussa insula cum urbe Græca. Præternavigatio vero Campaniæ est diei unius.

11. Samnites. Campanis contigui sunt Samnites. Præternavigatio Samnitum est diei dimidiati.

12. Lucani. Samnites sequuntur Lucani usque ad Thuriam. Præternavigatio Lucaniæ est dierum sex (et noctium sex). Est autem Lucania peninsula. In ea Græcæ urbes hæ sunt : Posidonia, Elea, Laus Thu-

---

1020 stadia. Sec. Plinium III, 13 Sardinia *abest ab Africa Caralitano promontorio* 200 *mill. pass.* Pro 200 Strabo V, p. 225 habet 300 mill. pass., modo incorruptus sit numerus. || — Σαρδοῦς πλοῦς] Σαρδῶ πλ. codex.

§ 8. Cf. Strabo V, p. 231 : Νυνὶ μὲν οὖν ἡ παραλία μέχρι πόλεως Σινουέσσης ἀπὸ τῶν Ὠστίων Λατίνη καλεῖται· πρότερον δὲ μέχρι τοῦ Κιρκαίου μόνον ἐσχήκει τὴν ἐπίδοσιν. Plinius III, 9 : *Latium antiquom a Tiberi Circeios servatum est mille quinquaginta passuum longitudine.* Clausenius contra Gailium disputans (v. § 5) : « Id quoque, inquit, quod Latinorum et Volscorum terminus dicitur urbs Circei, posterioris ætatis statum arguit, quum tempore regifugii usque ad Cumas pertinuerit nomen Latinum (Niebuhr. *Rœm. Gesch.* I, p. 593). Postea exorta est Volscorum potentia, qui Antium, quod medium inter Romam et Circeios situm est, occupaverunt et perpetuo tenebant, qui etiam Circeios tenebant ab anno Urbis 266 usque ad an. 362. Ne postea quidem Latinorum erat Antium ; at quum Circeios hi recuperavissent, consentaneum erat his omnem oram adscribere, etsi una ejus urbs Volscis parebat, quum continuæ Volscorum ditionis initium post Circeios esset. » — De Elpenore in Circes insula sepulto v. Homer. Odyss. 12, 10 sqq.

§ 9. Ὀλσοί] « Ὄλσκοι reponentem Vossium rationem fugisse animadvertit Gronovius. Nec tamen vidit hanc esse primitivam nominis formam, ut *Graius* est primitiva formæ *Græcus*, quod aliis exemplis ostendit Niebuhrius *Rœm. Gesch.* I, p. 79. » L. Dindorf. in Steph. Thes. s. v.

§ 10. Sec. Diodorum XII, 31, 1, τὸ ἔθνος τῶν Καμπανῶν συνέστη Olymp. 85, 3, 438 a. C. Sic etiam Eusebius in Chronicis. Livius IV, 37 rem ponit in an. Urb. 331 sive 423 a. C. Cuma urbe Campani potiti sunt circa Ol. 89, 4. 421 a. C., teste Diodoro XII, 76, 5, vel anno 334 U. c., 420 a. C. secundum Livium IV, 44. Haud igitur scribi hæc poterant Herodoti temporibus vel Thucydidis, qui Κύμης τῆς ἐν Ὀπικίᾳ meminit VI, 4, 4. Monuerunt de his Clausenius et Letronnius. || — Πιθηκοῦσσα] Πιθηκοῦσα cod. Palat.

§ 11. Samnitibus ad mare Tyrrhenum Scylax eandem regionem tribuit, quam Ptolemæus III, p. 173 ed. Wilb. Picentinis assignat, a Sarno fluvio usque ad Silarum.

§ 12. Σαυνιτῶν δὲ ἔχονται Λευκανοί] Λευκανοὶ ἔχονται Σαυνιτῶν cod. Palat. Jam novit auctor noster Lucanos ubi Hecatæus et Herodotus Œnotrios noverant, sed nondum novit Bruttios (sicuti Antiochus quoque Syracusanus inter Lucanos et Bruttios nondum distinxit. V Strabo VI, p. 255), qui Ol. 106, 1, 356 a. C. e fugitivorum colluvie in nationem conflari cœperunt (Diodor. XVI, 15. Strabo VI, p. 256). Igitur cum Italiæ statum Periplus exhibet, qui erat ante Olymp. 106. || — ἡμερῶν ϛʹ καὶ νυκτῶν ϛʹ] Hoc nimium est. A Silaro fl. usque ad Thurios sunt ad 3700 stadia, quæ 6 vel 7 diebus percurri poterant. Similiter Iapygiæ paraplus sex dierum noctiumque esse dicitur, quum oræ longitudo sit stadiorum circiter 3200. Nescio an utroque loco sigla ϛʹ et Γʹ confusa sint. || — Θουρίας] Forma Θουρία utitur etiam Thucydides VI, 61. 104. VII, 33, de urbe loquens, non de agro, ut Poppo vult. Eadem forma, juxta vulgarem Θούριοι, in numis occurrit. V. Mionnet *Descr. des méd.* t. I, p. 170, n. 865, et *Supplem.* t. I, p. 324, n. 867. Cf. Steph. Byz. s. v. et schol. Aristoph. Nub. 331 : Λέγεται καὶ Θούριον καὶ Θουρία. Th. Müller. De Thur. rep. p. 13 sq. || — Ποσειδωνία] Ποσειδῶ· ἴαι codd.; em. Cluverius Ital. IV, 14 p. 1252. Posidonia, Sybaritarum colonia, in Lucanorum potestatem venit inter an. 438-424. V. Strabo VI, p. 252. Niebuhr. *R. G.* I, p. 95 sq. || — Ἐλέα, Λᾶος Θουρίων ἀπ.] καὶ Ἐλεὰ

Ἐλέα, Λᾶο; Θουρίων ἀποικία, Πανδοσία, Πλατεεῖς, Τερίνα, Ἱππώνιον, Μέσμα, Ῥήγιον ἀκρωτήριον καὶ πόλις.

riorum colonia, Pandosia, Plateenses (*leg. Clampetia*), Terina, Hipponium, Mesmæ, Rhegium promontorium et urbs.

Θουρίων ἀπ. codices, quæ scriptura conflata e compendiis Ἐλ˜ et Λα˜; em. O. Müller *Etrusk*. I, p. 159 et *Gœtting. Gel. Anz*. 1832 n. 203, postquam Ἐλέα reposuerat Cluverius, et Λᾶος in Eleæ locum sufficere voluerat Gailius. Scilicet Elea fuit Phocæensium colonia (Herodot. I, 167; Strabo VI, p. 252; Scymnus 247; Suidas s. v.); Laus autem, quamquam ne ipsa quidem Thuriorum colonia, sed a Sybaritis post amissam patriam condita esset (Herodot. VI, 20; Strabo p. 252; Plinius III, 10; Steph. B. s. v.), facilius tamen Thuriorum colonia dici poterat, quod sæpenumero Sybaritæ et Thurii confunduntur, ac omnino probabile est Thurios eas colonias quas Sybaritæ ad mare Tyrrhenum constituerant, Posidoniam, Laum, Scidrum, hereditario quodam jure fecisse suas. Summopere Thurios elaborasse in imperio ad mare Tyrrhenum dilatando, colligas etiam e Polyæno II, 10, 1, qui cum Terinæis eos bella gessisse testatur. V. Th. Müller. l. l. p. 30. Ceterum quum Thurii Ol. 84, 1. 444 sint conditi, Gailius, ut summam antiquitatem Scylacis sui tueretur, urbis hujus mentionem bis repetitam interpolatori vindicavit. Quod inepte statui ostendit Letronnius l. l. Eleam Herodotus suo tempore Ὑέλην dictam esse narrat, ut hinc quoque Noster Herodoto junior esse coarguatur. De nomine urbis v. Dindorf. in St. Thes. || — Πανδοσία] De situ hujus urbis recentiores varia admodum opinantur. In mediterraneis sitam fuisse ad Acherontem quendam fluvium vel torrentem, qui pervadi facile poterat, dubium non est. Scylax occidentalem oram legens inter Laum et Clampetiam vel certe Terinam, Scymnus 306 orientalem oram legens inter Crotonem et Thurios eam collocat. Propiorem vero fuisse litori occidentali inde colligo, quod una cum hujus oræ urbibus Strabo quoque VI, p. 256 Pandosiam, et Plinius III, 10 Acherontem recensent. (Ceterum Plinius (III, 15) de ipsa Pandosia certum nihil novisse videtur, nisi fuisse eam Lucanorum urbem mediterraneam, testante Theopompo.) Deinde in arctius contrahere limites licet ex Livio VIII, 24. Is enim de Alexandro Epirota ad Pandosiam necato exponens ita dicit : *Haud procul Pandosia, urbe imminente Lucanis ac Bruttiis finibus, tres tumulos insedit*. In antecedentibus vero dixerat Cosentiam urbem esse Lucanorum, Terinam Bruttiorum. Inde igitur consequitur Pandosiam Lucanorum urbem (cf. Theopomp. fr. 233) in finibus Bruttiorum sitam, in eo ponendam esse tractu, qui inter Cosentiam et Terinam medius interjacet. Porro quum Scylax ante Terinam et post Pandosiam memoret Clampetiam ex verisimillima Gronovii conjectura, accuratius etiam dici potest Pandosiam in angusto illo tractu fuisse qui inter Cosentiam et Clampetiam est mediterraneus. Eaque cum sententia probe concinunt quod Livius l. l. narrat corpus Alexandri Cosentiæ crematum esse, et quod Strabo VI, p. 256 Pandosiam esse refert μικρὸν ὑπὲρ Κωνσεντίας, et quæ apud Plinium leguntur III, 10 : *Terina sinusque ingens Terinæus; oppidum Consentia intus in peninsula; fluvius Acheron, a quo oppidani Acherontini*. Acheron esse debet unus ex fluviis, qui in Crathin Cosentiam præterlabentem incidunt. Hæc igitur omnia ita inter se concinunt, ut nemo, puto, unam Scymni vocem dissonam potius audiendam esse contenderit. Mannertus, haud excussis vett. testimoniis, arbitraria prorsus ratione ad alterum Italiæ latus Pandosiam ponit; nimirum *Cirenza*, urbis hodiernæ nomen, sonare adhuc *Acherontinos* Plinii censet. Hæc sententia in mappas Kiepertianas migravit. Reichardus Pandosiam mediam ponit inter Cosentiam et Thurios; Lapieus eandem paullo infra Laum notat. Aliam Pandosiam non longe ab Heraclea et Siri fluvio sitam memorat Plutarchus Pyrrho c. 16, quem cur errasse et nostram Pandosiam in illas regiones falso transtulisse cum Forbigero (in *Pauly's Realenc*. s. v. *Pandosia*) censeamus, causa nulla est. Eandem enim urbem etiam Aristoteles Mir. c. 97 ed. Westerm. affert, qui Iapygiæ esse et prope eam Herculis vestigia monstrari narrat. || — Πλατεεῖς] Sic codex Par., non Πλαταιεῖς, uti editt. Cluverus scribi voluit Πανδοσία Πλαταιέων, Pandosia Platæensium colonia. Mazochius (Tabb. Heracl. p. 101 sq.) : « Fieri potest, ut sicuti in vicino Pandosiæ [*De hac vicinia nihil traditum*] Thebas Lucanas (a Thebanis utique conditas) exstitisse Cato apud Plinium (III, 15) memorat, sic Platæenses Bœoti Pandosiam, quæ olim regum Œnotriæ regia fuerat, immigrarint. Id fieri quidem potuit. Tamen nihil necesse est in textu mutari quidquam. Haud raro vox eadem urbis simul ac populi fuit... Itaque nihil prohibet, quominus aliquando Bœoti in vicinia Pandosiæ tum Thebas tum Πλαταιεῖς, *Platæas*, condiderint. At verisimile est neutram diu perdurasse. » Commendare hæc licet iis quæ de Bœotis in Iapygia (Strabo IX, p. 405), de Platæensibus in Sicilia (Polyæn. V, 5, 1), de Arne, Bœoti et Æoli matre, Metapontum abducta (Diodor. IV, 67. Valckenar. ad schol. Eurip. Phœn. 1186) collegit O. Müllerus in *Min*. p. 401. Sed codicis Parisini scriptura minus jam favet huic opinioni. Verum tetigerit Gronovius : « Ordo, inquit, quo in enumerando utitur Scylax, et literæ, prout edidit Hœschelius, clamant auctorem scripsisse : Πανδοσία, Κλαμπετία; » nisi quod scribendum potius Κλαμπέτεια. Urbs ad mare paullo supra Terinam sita (Mela II, 4; Plinius III, 10; Livius XXIX, 38. XXX, 19), *Clampeia* in Tab. Peuting., Λαμπέτεια ex Polybio ap. Steph. Byz. Cf. Lycophron 1068 : ἔνθα Λαμπέτης Ἱππωνίου πρηῶνος εἰς τηθὺν κέρας σκληρὸν νένευκεν. || — Τερίνα] Sic etiam Strabo; Τέρινα Scymnus 306, ubi cum Salmasio leg. Τέρεινα, uti habet Lycophron 726. || — Μέσμα] Μέσα codex; Μέσμα Apollodor. ap. St. Byz. s. v. et Etym. M. p. 581, 15 : Μέσμα, πόλις κτισθεῖσα ὑπὸ Λοκρῶν, ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ (κρήνη μεγάλη sec. Strabon. VI, p. 256). Hecatæo ap. St. Byz. vocatur Μέδμη, quam formam etiam

13. ΣΙΚΕΛΙΑ. Κατὰ δὲ Ῥήγιόν ἐστι Σικελία νῆσος ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἀπέχουσα στάδια ιϐ′ εἰς Πελωριάδα ἀπὸ Ῥηγίου. Ἐν δὲ Σικελίᾳ ἔθνη βάρϐαρα τάδε ἐστίν· Ἔλυμοι, Σικανοὶ, Σικελοὶ, Φοίνικες, Τρῶες. Οὗτοι μὲν βάρϐαροι, οἰκοῦσι δὲ καὶ Ἕλληνες. Ἀκρωτήριον δὲ Σικελίας Πελωριάς. Πόλεις δ᾽ εἰσὶν ἀπὸ Πελωριάδος Ἑλληνίδες αἵδε· Μεσσήνη καὶ λιμὴν, Ταυρομένιον, Νάξος, Κατάνη, Λεοντῖνοι· εἰς τοὺς Λεοντίνους δὲ κατὰ Τηρίαν ποταμὸν ἀνάπλους κ′ σταδίων· Σύμαιθος ποταμὸς καὶ πόλις Μεγαρὶς καὶ λιμὴν Ξιφώνειος. Ἐχομένη δὲ Μεγαρίδος πόλις ἐστὶ Συράκουσαι, καὶ λιμένες ἐν αὐτῇ δύο· τούτων ὁ ἕτερος ἐντὸς τείχους, ὁ δ᾽ ἄλλος ἔξω. Μετὰ δὲ ταύτην πόλις Ἕλωρον καὶ Πάχυνος ἀκρωτήριον. Ἀπὸ Παχύνου δὲ πόλεις Ἑλληνίδες αἵδε· Καμάρινα, Γέλα, Ἀκράγας, Σελινοῦς, Λιλύϐαιον ἀκρωτήριον. Ἀπὸ δὲ Λιλυϐαίου

13. SICILIA. In conspectu Rhegii est Sicilia insula, ab Europa distans stadia duodecim, quæ sunt (a Rhegio) ad Pelorum promontorium. In Sicilia gentes barbaræ sunt Elymi, Sicani, Siculi, Phœnices, Trojani. Verum præter barbaros hos etiam Græci incolunt. Promontorium Siciliæ est Pelorus. A Peloro urbes Græcæ sunt: Messana cum portu, Tauromenium, Naxus, Catana, [Symæthus fluvius et] Leontini; ad Leontinos vero per Teriam flumen sursum navigatur per stadia viginti; tum Megaris urbs et portus Xiphonius. Post Megaridem sequitur urbs Syracusæ cum duobus portubus, quorum unus intra murum, alter extra est. Post hanc urbs Helorum et Pachynus promontorium. Inde a Pachyno autem urbes græcæ sunt: Camarina, Gela, Agrigentum, Selinûs; tum Lilybæum promontorium. Post Lilybæum est urbs Græca Himera,

---

Theognost. Can. p. 112, 4 exhibet. Codices Strabonis l. l. Μέδμα et Μέδαμα, quorum illud recepit Cramerus (tom. I, p. 407), assentientibus numis (Mionnet *Suppl.* t. I, p. 316) et Plinio III, 10 et Mela II, 4, 9. Apud Scymnum 308 codex perperam Μέδνα. In Diodoro XIV, 78, 5 codices pro Μεδναίους corrupte Μεδιμναίους. Ceterum Μέδμα et Μέσμα differunt ut ὀδμὴ et ὀσμὴ, ἴδμεν, et ἴσμεν, etc. Moversius *Phœniz. Alterth.* II, p. 344 urbis nomen phœnicium esse suspicatur, conferens Palæstinæ locum *Medba* seu *Medaba* (Num. 21, 30. Jesaia 15, 2), i. e. *aqua quietis*. Idem ad priscas Phœnicum colonias in Italia inferiori similiter refert urbes *Tempsam, Hipponem* seu *Vibonem, Malacam*, et fluvios *Sybarin, Crathin, Sabatum*.

§ 13. Ἀπὸ τῆς Εὐρώπης] « Insulæ non pro parte Europæ censentur a pluribus geographis, sed adjacere dicuntur. Sic et infra Scylax de Creta (§ 47) loquens : ἐγγυτάτω γὰρ Λακεδαίμων κεῖται τῆς Εὐρώπης. » Vossius. || — στάδια ιϐ′] Sic recte etiam Polybius I, 42, 6 et Plinius III, 14. Timæus ap. Diodor. IV, 22, 6 habet 13 stadia; Agathemerus (ex Timosthene) undecim. Falsus Strabo VI, p. 257 et schol. Apoll. Rhod. IV, 825, de sex vel septem stadiis loquentes. Fuisse videntur qui freta celeberrima, Hellesponticum, Gaditanum et Siculum, eodem heptastadii nomine celebrarent. || — εἰς Πελωρ.] ἐ πελωρ. codex; ἐς Πελ. editt. vgo; εἰς ex more Scylaceo scripsit Fabricius. Litera σ compendio juncta fuerit literæ π; quamquam possis etiam leg. ἐπί. Verba ἀπὸ Ῥηγίου interpolata esse recte statuit Gailius; nam a Rhegio ad Pelorium ad 80 sunt stadia; brevissimus vero a Rhegio trajectus 50 fere stadiorum. || — Ἔλυμοι] Ἐδυνοὶ cod. Nota Elymos distingui a Trojanis, quum plurimi tradant Trojanos, qui in Siciliam venerint vel Laomedontis temporibus vel post Ilii excidium, Elymos dictos esse. Fabulas huc pertinentes vide apud Thucyd. VI, 2; Dionys. Halic. I, 52 sq.; Strabon. XIII, p. 608; Lycophron. 953. 964 ibique Tzetzem; Servium ad Æn. I, 550; Etymol. M. p. 333, 31; Tzetz. ad Lycophr. 1232; Apollodor. II, 5, 10, 10 et Antiochum ap. Pausan. X, 12, 3. Noster haud dubie cum Hellanico (fr. 53) statuit Elymos ex Italia ab Œnotris pulsos tertia ante bellum Trojanum generatione in Siciliam migrasse (Cf. Elymum Tyrrhenorum regem ap. Steph. Byz. v. Αἰάνη et Ἐλίμεια); Troes autem post excisum Ilium huc venisse. Urbes Elymorum in Sicilia laudantur Eryx, Entella, Segesta et Asca. Cf. Clausen *Æneas u. die Penaten* I, p. 479, et Movers *Phœniz. Alterth.* II, p. 319 sqq. De Siculis et Sicanis, inter quos distinguere solent historici, quanquam nec nomine nec genere diversi sunt, v. Grotefend. *Alt. Ital.* II, p. 6. IV, p. 4. De Phœnicibus Siciliæ uberrime exponit Movers. l. l. || — Μεσσήνη] Pal.; Μεσίνη Par. || — Νάξος] Naxus an. 403 a Dionysio capta dirutaque; cives per insulam dispersi anno demum 358 in Tauromenium paullo infra Naxi urbis locum Andromachi opera collecti sunt. V. Diodor. XIV, 15. 87. In pleniore Periplo, ex quo Noster sua excerpsit, etiam de Naxo, quamvis tunc jam diruta, sermo institutus fuerit. Hinc nudum nomen excerptor assumsisse satis habuit. Similiter de aliis locis, qui ejusdem generis negligentiam testantur, statuendum est. || — Ταυρομένιον] Initia Tauromenii ad Ol. 96, 1. 394 pertinent (Diodor. XIV, 59, 2); aucta urbs est congregatis in eam Naxiis, Ol. 105, 3. 358 (Diodor. XVI, 7, 1). || — κατὰ Τηρίαν] κατὰ τὴν ῥίαν codd.; emendavit Cluverus ex Thuc. VI, 50, 3. 94, 2; Diodor. XIV. 14, 3; Plin. III, 14. || — κ′ σταδίων] μ′ legi voluit Cluver. || — Σύμαιθος] Fluvius exit inter Catanæ et Leontinorum ditiones, quas disterminabat (Thuc. VI, 65). Igitur ordo geographicus neglectus. De nomine fluvii cf. Movers. p. 341. || — Ξιφώνειος] Ξιφωνεῖος codex. Strabo VI, p. 267 memorat τὸ τῆς Ξιφωνίας ἀκρωτήριον (*Capo della S. Croce*). Urbem Ξιφωνίαν novimus ex Theopompi fr. 207 et Diodor. XXIII, 4. Portum fortasse habes in Hesychio : Ξιφίφου (Ξιφωνίου?) λιμήν. Αἰσχύλος Γλαυκῷ Ποτνιεῖ· « Ὁ πορθμὸς *** » Ταῦτα γὰρ πάντα (τὰ) περὶ Ῥήγιον. Ὠρίων. || — Μεγαρίδος πόλις] πόλις Μεγαρὶς cod.; em. Cluver.; πόλις μεγάλη conj. Gronovius. || — ὁ ἕτερος ἐντὸς] Hic est portus magnus, inter Ortygiam et Plemmyrium prom.; alter exterior parvus est, sive Laccius. Cf. Göller. De situ

πόλις ἐστὶν Ἑλληνὶς Ἱμέρα, μετὰ δὲ Ἱμέραν πόλιν Λιπάρα νῆσός ἐστι, καὶ πόλις Ἑλληνὶς Μύλαι καὶ λιμήν. Ἔστι δὲ ἀπὸ Μυλῶν ἐπὶ Λιπάραν νῆσον πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ [Ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος· τὸ δὲ κῶλον ἕκαστον αὐτῆς ἐστὶ μάλιστα σταδίων ͵αφ'.]

Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην. Ἀπὸ γὰρ Ῥηγίου πόλεις εἰσὶν αἵδε· Λοκροὶ, Καυλωνία, Κρότων, Λακίνιον ἱερὸν Ἥρας καὶ νῆσος Καλυψοῦς, ἐν ᾗ Ὀδυσσεὺς ᾤκει παρὰ Καλυψοῖ, καὶ ποταμὸς Κρᾶθις καὶ Σύβαρις καὶ Θουρία πόλις. Οὗτοι ἐν τῇ Λευκανίᾳ Ἕλληνες.

14. ΙΑΠΥΓΙΑ. Μετὰ δὲ τὴν Λευκανίαν Ἰάπυγές εἰσιν ἔθνος μέχρι Ὠρίωνος ὄρους τοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τῷ

et post Himeram urbem Lipara insula est, et Mylæ, urbs Græca cum portu. A Mylis autem in Liparam insulam diei dimidiati navigatio. [Ceterum Sicilia triangularis est, ac quodque ejus latus est stadiorum circiter mille et quingentorum.]

Sed redeo rursum ad continentem, unde diverteram. Post Rhegium urbes hæ sunt : Locri, Caulonia, Croton, Lacinium fanum Junonis et Calypsûs insula, in qua Ulysses habitabat apud Calypso, porro fluvius Crathis et Sybaris et Thuria urbs. Hi sunt in Lucania Græci.

14. Iapygia. Post Lucaniam est Iapygum gens usque ad Orionem montem, qui est in sinu Adriatico.

---

et orig. Syrac. p. 67 sqq. || — Ἔλωρον] Ἔλωρον cod. || — Ἱμέρα] Ἰμέρα codex. Post v. Ἱμέρα in cod. sequuntur : ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος κτλ., quæ ad finem hujus segminis relegavi; nam patet ex margine in ordinem verborum male irrepsisse. || — μετὰ δὲ Ἱμέραν] κατὰ περαν codex, in quibus vocem περαν corruptam esse omisso accentu librarius indicavit. Vossius scribi voluit καθ' Ἱμέραν, idque verisimile foret, nisi falsissimum esset. Fabricius transposuit et mutavit hunc in modum : καὶ πόλις Ἑλληνὶς Μύλαι καὶ λιμὴν κατὰ πέραν (sic) ταύτης Λιπάρα. At Scylax ubique eadem utitur formula, κατὰ ταῦτα dicens vel κατὰ ταύτην ἐστί κτλ. Accedit quod ipse scriba vocem περαν ut corruptam notavit. Gailius proposuit : κατὰ περάτην πόλιν, *circa ultimam insulæ urbem*, quod sic nihili est. Potuisset in hanc sententiam : κατὰ τὰ περαιτέρω Λιπάρα ἐστίν. Putare etiam licet fuisse in codice : Ἱμέρα κατὰ Ἱμέραν πο. (i. e. ποταμὸν)· Λιπάρα νῆσος· ἔστι καὶ πόλις Ἑλληνὶς Μύλαι, vel etiam : Ἱμέρα καὶ τὰ Θέρμα πόλις· Λιπάρα νῆσος· ἔστι καὶ κτλ. Himera urbs an. 409 a Carthaginiensibus solo æquata ad Diodori usque ætatem ἀοίκητος permansit (Diodor. XI, 49, 4. XIII, 62, 4), verum ad oppositam Himeræ fluvii ripam an. 407 nova urbs, τὰ Θέρμα, exstructa et superstitibus Himeræis frequentata est. Igitur Himeræ mentio in Periplo nostro offendit; Therma memorari debebant; fortasse memoravit Noster utramque, sicuti juxta ponit Naxum et Tauromenium, Sybarin et Thurios, Trachinem et Heracleam. || — πόλις Ἑλληνὶς Μύλαι] Thucydides VII, 58 et VI, 62 in septentrionali Siciliæ litore unam tantam urbem Græcam, Himeram, agnoscit; Mylas commemorat quidem, sed addit τὰς τῶν Μεσσηνίων, adeo ut tum nondum sui juris urbs, sed Messaniorum castellum (φρούριον Diodor. XII, 54, 5) fuerit. Cf. Theophrast. De plant. VIII, 3 : τῆς Μεσσηνίας ἐν ταῖς καλουμέναις Μύλαις. Strabo VI, p. 272 : τὴν Ἱμέραν.. οἱ ἐν Μυλαῖς ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι. De accentu (Μύλαι et Μυλαί) v. Dindorf. in Thes. || — κῶλον] κωλον sine accentu codex. || — σταδίων] στάδια editt.; στᾶ codex. || — ͵αφ'] ͵βφ' cod.; ͵μφ' olim editt.; em. Gailius. 3 × 1500 = 4500. Posidonius ap. Strabon. p. 266 exputat stadia 4400; eundem secutus Diodorus (V, 2, 2) stad. 4360; Timosthenes ap. Agathemerum I, 5 stadia 4740 (vel 4337); minus accurate Agrippa apud Plinium III, 14 stadia 4944. Nostra aliunde illata esse etiam stadiorum mentio probat, quum in reliqua hac Peripli parte secundum dies noctesque navigationis distantiæ indicentur, sicuti Siciliæ Periplus ap. Thucydidem est ὁλκάδι οὐ πολλῷ τινι ἔλασσον ἢ ὀκτὼ ἡμερῶν. Ephorus apud Strabon. l. l. nonnisi quinque dies posuit, si vera lectio, neque η' pro ε' scribendum est. || — Λακίνιον] Junonis templum in Lacinio promontorio (*capo delle colonne* vel *di nau*, i. e. ναοῦ) adjacensque ei Calypsûs insula (Ogygia ap. Plin. III, 15. Cf. Procop. H. Goth. IV, 22 p. 375 ed. Dind.) ante Crotonem memoranda erant. De Lacinio promontorio ejusque templo, dea, panegyri, v. Stephan. Byz. et Suidas s. v.; Mela II, 4, 8; Tzetzes Lyc. 1006. 857; Plinius III, 6 et 15; Aristotel. Mirab. 96; Diodor. XIII, 3; Livius XXIV, 3. XLII, 3. XXVIII, 46 et passim; Cicero De div. I, 24; Servius Æn. III, 552; schol. Theocrit. IV, 22; Pausan. VI, 13, 1; Plutarch. Mor. p. 557, C. — || Καλυψοῦς] Καλυψώ et mox παρὰ Καλυψῶ codex. || — Κρᾶθις] Κράσις cod. || — Θουρία] Τυρία cod.; em. Cluver. || — Σύβαρις] ποταμοὶ Κρᾶθις καὶ Σύβαρις conj. Cluver., probante Gail. ad Scymn. 325; καὶ Σύβαρις ἢ καὶ Θουρία E. Miller in *Marcien*. p. 199, suffragante Letronnio *Poëm. g*. p. 188. Quodsi Scylacis morem probe teneas, a mutando abstinueris. Fieri sane potest, ut fluvium intelligi voluerit auctor; sin urbem Sybarin, dudum deletam, memoravit, fecit quod fecit haud semel. Thurii in Sybaris locum successerunt quidem, non ita tamen ut starent ubi steterat Sybaris.

§14. Ἰαπυγία] Ἰαπηγία codex; Ἰάπυγες editt. || — εἰσιν ἔθνος] μέσον ἔθνος cod.; em. Cluver. || — Ὠρίωνος ὄρος] e conjectura scripsi pro Ἀρίονος quod codex habet. Gronovius legi jussit Δρίονος. « Voce Ἀρίονος, ait, qua Garganum intelligi statuit Cluverius, nequit esse dubium, quin resideat Δρίων memoratus Straboni VI, p. 284. » Adoptarunt hoc Gailius, Clausenius, Fabricius; et in mappis Kiepertianis Drion tamquam alterum Gargani nomen pictum est. Ac Gailius quidem de Gronovii conjectura : « Sat mihi arridet, inquit, quum reperiam in Tzetz. Lyc. 604 locum τὸν Δίωνα, quem juxta Apuli Peucetiique habitabant. » Eundem locum Clausenius quoque citat. Quod sane miror. Nam Tzetzæ verba κατὰ τὸν Δίωνα ibi significant : *secundum Dionem Cassium* (lib. I, c. 4, p. 6 ed.

Ἀδρίᾳ. Παράπλους παρὰ τὴν Ἰαπυγίαν ἓξ ἡμερῶν καὶ ἓξ νυκτῶν. Ἐν δὲ τῇ Ἰαπυγίᾳ οἰκοῦσιν Ἕλληνες, καὶ πόλεις εἰσὶν αἵδε· Ἡράκλειον, Μεταπόντιον, Τάρας καὶ λιμὴν Ὑδροῦς ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀδρίου ἢ τῷ τοῦ Ἰονίου κόλπου στόματι.

Præternavigatio juxta oram Iapygiæ est dierum sex (et noctium sex). In Iapygia vero habitant Græci, urbesque eorum sunt hæ : Heraclea, Metapontium, Tarentum et Hydruntum portus in ore sinus Adriatici sive Ionii.

E. Gros.). Unus igitur restat Strabo l. l, qui postquam de Sipunte Dauniæ oppido dixerat, pergit : Δείκνυται δὲ τῆς Δαυνίας περὶ λόφον, ᾧ ὄνομα Δρίον, ἡρῷα, τὸ μὲν Κάλχαντος.., τὸ δὲ Ποδαλειρίου. Hinc de situ collis certius nihil definire licet. Sed faciamus collem cohæsisse cum Gargani montis ramo aliquo meridiem versus patente : nemo tamen inde colligat quem *collem* Strabo dicit, eundem a Scylace dici ingentem istum Garganum montem qui ad triginta stadia in mare procurrit. Cui opinioni ne nomen quidem favet. Nam collis ille non Δρίων, sed Δρίον audit. Et ne hoc corruptum esse putes; nam ut τὸ δρίον et τὸ δρίος dicitur, sic etiam montes, quibus hinc nomen est, aut Δρίον, ut ap. Strabon. l. l., aut Δρίος, ut apud Diodorum IV, 50, 4 et 51, 4, vocantur. Ceterum verba Scylacis de Gargano intelligenda esse dubitari nequit. *Iapygiæ montem Garganum* diserte dicit Servius ad Virg. Æn. IX, 247. Nomen autem in Periplo restituendum indicatur eo quod ad borealem Gargani partem fuit urbs *Urium* (Strabo VI, p. 284) sive *Uria* (Plin. III, 17) sive *Hyrium* (Ptolem. III, 1. Dionys. Per. 379), atque *sinus Urias* (Mela II, 4). Fuit etiam altera ejusdem nominis urbs in mediterraneis Iapygiæ, quam Οὐρίαν vocat Strabo VI, p. 282, Ὑρίαν Herodotus IV, 99. VII, 170 (Cf. Müller. *Min.* p. 99). Illud vero Hyrium Iapygiæ terminum esse claris verbis canit Dionysius 379 : φῦλά τ' Ἰηπύγων τετανυσμένα μέσφ' Ὑρίοιο Παραλίης, Ὑρίου, τόθι σύρεται Ἀδριὰς ἅλμη Πόντον ἐς ἀγχίπορον. Jungendam cum hisce urbis sinusque nominibus Ἀρίονα montem recte jam Mannertus (IX, 2, p. 23) censuit. Ac nescio an vetus nomen etiamnum supersit in *Monte Origone* ; sic enim unum ex præcipuis Gargani verticibus, nescio quemnam, nuncupant. Sed hoc utut est, nullus dubito quin ap. Scylacem reponendum sit Ὠρίωνα, quod facillime abiit in Ἀρίονα, sicut apud Firmicum *Orion* sidus vocatur *Arion* (Ideler, *Ursprung der Sternnamen* p. 219). Quemadmodum enim cum Hyria Bœotiæ urbe arctissime junctus erat heros Orion (Ὀαρίων Pindar. et Callimach.), sic idem de Iapygiæ urbe statuas probabiliter. Nam præter Cretenses vel insulanos vel Crissæos etiam Bœotos in Iapygiam migrasse, ac Messapiam a Messapo Bœoto nomen habere tradit Strabo IX, p. 405. Cf. Stephan. Byz. s. v. Μεσσάπιον; Müller. l. l. Porro, ut Orion in Siciliam venit, ibique Zanclo regi portum exstruxit ingensque Pelorum promontorium posuit (Hesiod. ap. Diodor. IV, 85) : sic similia de Gargano promontorio Bœoti accolæ fabulati fuerint. Hæc hactenus. Ceterum de ambitu, quem Iapygiæ Scylax tribuit, cf. Polybius III, 83, 3 : ἧς (sc. τῆς Ἰαπυγίας) διῃρημένης εἰς τρεῖς ὀνομασίας, καὶ τῶν μὲν προσαγορευομένων Δαυνίων, [τῶν δὲ Πευκετίων,] τῶν δὲ Μεσσαπίων. || — τῷ Ἀδρίᾳ] Post hæc verba Niebuhrius interponenda censet, quæ § 15 leguntur : ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἔθνει... Πευκετιεῖς. || — Ἡράκλειον] ceteris est Ἡράκλεια. Similiter § 66 Macedoniæ urbs quæ aliis Heraclea, Scylaci Heracleum vocatur. Iapygiæ urbs Olymp. 84, 4. 433 condita a Tarentinis, qui Siris oppidi incolas et proprios colonos eo traduxerunt (Diodor. XII, 36, 3; Strabo VI, p. 264). Herodotus (VIII, 62) Sirin adhuc memorat; Heracleæ mentionem nusquam injicit. || — Ὑδροῦς] Ὕδρος codex. || — ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀδρίου ἢ τῷ τοῦ Ἰονίου κ. στ.] Adriatici maris terminum ad Garganum, ubi Hyria urbs, cum Nostro ponit Dionysius 379, nec non Ptolemæus III, 1, p. 175, 18 Wilb. Letronnius *Poëmes géogr.* p. 197, nostri loci mentione facta, notat hæc : Cet auteur étend le nom de *mer Adriatique* jusqu'à la côte d'Iapygie. J'ai eu occasion de remarquer ailleurs (*Recherches sur Dicuil.* p. 173 sqq.), que ce nom a été primitivement borné à la partie septentrionale et moyenne, et que le nom de golfe ionien s'étendait plus au nord : Scymnus de Chio (368, ubi vide), qui, dans sa composition poétique, reproduit quelquefois des notions fort anciennes, donne la côte des Ombriens pour limite à l'Adriatique. Je persiste à croire que l'extension de ce nom est due à la fondation de la seconde Adria par Denys. Si le temps et l'espace me le permettaient, je tâcherais d'établir que la description des côtes de l'Italie dans notre Périple est un résumé des principaux faits géographiques consignés dans les histoires de Théopompe et d'Ephore. » Apud antiquiores scriptores nomen sinus Ionici non modo magis quam postea versus septentriones pertinebat, sed usque ad intimum sinus recessum, adeo ut totus sinus ille pars esset maris Ionii. Sic Hecatæus Istros et Caulicos habitasse refert ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ; sic Dionysius A. Rom. I, 28, ubi Hellanici narrationem reddere jure censetur, dicit : ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ (ad Padi ostium Spineticum) ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Adrias sinus his temporibus nonnisi exigua quædam sinus Ionici particula, quæ ad ipsam Adriam urbem fluviumque adjacebat. Nam hoc sensu Hecatæum ap. Steph. : Ἀδρία πόλις καὶ παρ' αὐτὴν κόλπος Ἀδριὰς καὶ ποταμὸς ὁμοίως, ὡς Ἑκαταῖος, intelligendum esse patet ex reliquis Hecatæi fragmentis modo allatis, atque inde quod neque Herodotus neque Thucydides norunt sinum Adriaticum. Scylacis vero ætate quum nomen hoc jam usque ad Garganum pertineret, nondum tamen distinguebatur inter Ionium et Adriaticum sinum, sed promiscue utroque nomine uti licebat; id enim et noster locus probat et disertius etiam § 27, ubi : τὸ δὲ αὐτὸ Ἀδρίας ἐστὶ καὶ Ἰόνιος. Quodsi Bernhardyus ad Dion. p. 548 nihil his inesse putat quod recedat a sententia Strabonis (VII, p. 316. II, p. 123) aliorumque posteriorum, qui Ionium sinum nonnisi meridionalem hujus maris partem vocant, id haud perspicio. — De paraplo Iapygiæ cf. not. ad § 12.

15. ΣΑΥΝΙΤΑΙ. Μετὰ δὲ Ἰάπυγας ἀπὸ Ὠρίωνος Σαυνῖται ἔθνος ἐστίν [Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἔθνει γλῶσσαι ἤτοι στόματα τάδε· Λατέρνιοι, Ὀπικοί, Κραμόνες, Βορεοντῖνοι, Πευκετιεῖς], διήκοντες ἀπὸ τοῦ Τυρσηνικοῦ πελάγους εἰς τὸν Ἀδρίαν. Παράπλους τῆς Σαυνίτιδος χώρας ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός.

16. ΟΜΒΡΙΚΟΙ. Μετὰ δὲ Σαυνίτας ἔθνος ἐστὶν Ὀμβρικοί, καὶ πόλις ἐν αὐτῇ Ἀγκών ἐστι. Τοῦτο δὲ τὸ

15. Samnites. Post Iapyges et Orionem montem Samnitarum gens est [In hac gente linguæ sive dialecti hæ sunt : Laternii, Opici, Cramones, Boreontini, Peucetii], a Tyrrheno mari ad Adriaticum pertingens. Præternavigatio Samnitis regionis duorum est dierum noctisque.

16. Umbri. Post Samnites est Umbrorum gens, in eaque Ancona urbs. Hæc gens Diomedem colit, bene-

---

§ 15. Σαυνῖται] Δαυνίται, et mox Δαυνίτιδος et § 16 Δαυνίτας codex; em. Niebuhrius H. R. I, p. 104. 165. Corrupisse hæc videtur sciolus qui quousque pateret Iapygia Scylacis haud considerans, ideoque non intelligens Daunios in ea comprehendi, mutando eos introduxit. || — ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει... Πευκετιεῖς] Hæc uncis inclusi, quippe quæ e margine illata existimo. Nam præterquam quod ejusmodi de barbarorum populorum dialectis excursus a reliqua Peripli sterilitate abhorret, verba γλῶσσαι ἢ στόματα seri ævi hominem produnt, quum στόμα vox apud casti oris Græcos eo sensu non usurpetur; scripta sancta, in quibus στόμα de oratione verbisque pronuntiatis interdum intelligendum, nemo vocarit auxilio. Deinde vero intrusa nostra esse hinc quoque colligas, quod post vocem διήκοντες codex distinguit pergitque: Ἀπὸ δὲ τοῦ Τυρσ. πελ. εἰς τ. Ἀδρ. παράπλους κτλ., qua ratione aliquis ruptam glossemate invadente orationem resarcire voluit. Quod attinet ipsum glossema, quærunt num ad Samnitum regionem referendum, an cum Iapygiæ descriptione jungendum sit. Illud suadet Opicorum mentio, hoc flagitare videntur Peucetii; nam reliqua nomina conjecturarum ludibrio relinquuntur. Niebuhrius censet locum huc translatum esse ex § 14, ubi post verba τῷ Ἀδρίᾳ inserendus sit; enumerari populos Iapygiæ a meridie boream versus; Liternios esse Λευτερνίους Strabonis VI, p. 281, qui Leuternios gigantes olim e Phlegra Campaniæ [in qua Linternum] in extremam Iapygiæ partem confugisse, ibique terra absorptos narrat, unde παραλία illa dicatur Λευτερνία [Nomen hoc citat etiam St. Byz. v. Ἀχυληία]; pro Ὀπικοὶ scribendum esse Ἀπουλοί; de Cramonibus nihil constare [Ad *Grumentum* urbem Cramones refert Grotefendus *Zur Geogr. von Alt-Italien* fasc. I, p. 48. Trahi huc possit etiam *Carbina* urbs quam a Tarentinis eversam dicit Clearch. fragm. t. II, p. 306, 9. et *Carminianum* Calabriæ urbs in Notit. imp.]; Βορεοντίνους cum Gronovio censet esse Βρεντεσίνους [Forma Βρεντεσῖνος in vet. lapide occurrit. Grotefendus indicari putat Forenti oppidi incolas]; de Peucetiis constare. Hæc Niebuhrius; cujus rationes violentiores habet Theod. Mommsen (*Iscrizioni Messapiche* in *Annal. dell' istit. di corrisp. arch.* 1848, p. 115). Nomina populorum ad Samniticam regionem pertinere statuit, auctoremque in recensendo a Tyrrheno mari pergere ad Adriaticum; Laterniorum nominis vestigium præbere *Liternum* seu *Linternum* Campaniæ, vel *Nuceriam Alfaternam;* sequi Opicos; deinde ignotos Cramones; Boreontinos græcissato nomine dici *Frentanos*, uti jam Vossius statuit. Quod Peucetios attinet, quos vulgo litus a Brundusio ad Barium incoluisse dicunt (Polyb. III, 88. Strabo VI, p. 277), eos vel ultra Garganum usque ad fines Frentanorum habitasse ex ipso Peripli loco colligit; videri Græcos antiquiores Πευκετίαν sive *pinuum terram* vocasse totum illum oræ tractum qui inde a Leuce promontorio sive extrema Iapygia est usque ad Tifernum fluvium, sicuti meridionalis regio de vitibus nominata sit Œnotria. — A vero propius hæc abesse Niebuhrianis persuasum est. Sed quod de Peucetiis censet Mommsenius, non credo. Quodsi enim Peucetios usque ad Tifernum pertinere auctor noster statuisset, hucusque etiam protulisset fines Iapygiæ, quum Dauni, Peucetii et Iapyges geographice et mythologice a Græcis scriptoribus conjungantur. Præferenda Cluveri sententia, ex qua Πευκετιεῖς nostri sunt Πίκεντες, Πικεντῖνοι seu Πικηνοί. Hi sequuntur post Frentanos boream versus usque ad Umbrorum terram, quam deinceps Periplus recenset. Adjectivum Πευκεντῖνος pro Πικ. præbet Dionys. Per. 361; nec mirum gentem istam Πευκετιεῖς a Græcis dictam, quum *Picenorum* nomen non a *pico* ave, ut fabula fert, sed a *pinearum* silvis vel a πεύκαις derivare recte nunc censeatur. Ante Frentanos sive Βορεοντίνους Periplus habet Κράμονες (Καρακῶνες?), Ptolemæus vero III, 1, p. 184 Καρακήνους; neutri aliunde noti; sed utroque nomine eosdem indicari puto. Urbs iis Aufidena ap. Ptol. assignatur ad Sarum vel Sagrum fluvium, ut probabiliter Καρακῆνοι censeantur esse in Σαρακῖνοι mutandi. In Laternios *Linterni Campaniæ* male quadrant. Subsunt potius Aternii ad Aternum fluvium, uti jam Gailius suspicatus est. Indicavit auctor Vestinorum populum, cujus Aternum caput erat. Certam populorum seriem in hoc glossemate non desidero. || — Τυρσηνικοῦ] Sic h. l. codex; in sqq. Τυρρηνικοῦ. || — ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός] Sic recte codex, non vero ἡμερῶν δύο καὶ νυκτῶν, uti est in editt.

§ 16. ἐν αὐτῇ] quasi præcederet ἡ Ὀμβρική. Similiter § 17, ἐν αὐτῇ, sc. τῇ Τυρρηνίᾳ, quamquam præcedit Τυρρηνοί. Ancona a Dionysio tyranno condita est circa Ol. 98, 4. 385 a. C., quo tempore Adriaticum sinum colonis frequentans maris imperium sibi vindicare instituit (Diodor. XV, 13). Vide Strabon. VI, p. 241, collato Plinio III, 18 : *Numana a Siculis condita; ab iisdem Ancona.* Vanos esse, qui majorem Anconæ antiquitatem asserere studeant, ipso Peripli loco pro testimonio utentes (v. du Theil ad vers. gall. Strabon. tom. II, p. 235), bene monet Letronnius l. l. p. 194. Samnitum regio usque ad oræ cubitum, in quo sita Ancona, pertinuisse putanda est. Distat a Gargano Ancona 183 mill. pass. (sec. Plin. III, § 18)

ἔθνος τιμᾷ Διομήδην, εὐεργετηθὲν ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ἱερόν ἐστιν αὐτοῦ. Παράπλους δὲ τῆς Ὀμβρικῆς ἐστιν ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός.

ficiis ab eo affecta, et fanum Diomedis habet. Prænavigatio autem Umbriæ est duorum dierum et noctis unius.

17. ΤΥΡΡΗΝΟΙ. Μετὰ δὲ τὸ Ὀμβρικὸν Τυρρηνοί. Διήκουσι δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους ἔξωθεν εἰς τὸν Ἀδρίαν· καὶ πόλις ἐν αὐτῇ Ἑλληνὶς [Σπῖνα], καὶ ποταμός· καὶ ἀνάπλους εἰς τὴν πόλιν κατὰ ποταμὸν ὡς κ' σταδίων. Καί ἐστιν ἐπὶ αὐτῆς ἀπὸ Πίσης πόλεως ὁδὸς ἡμερῶν τριῶν.

17. Tyrrheni. Post Umbricum populum Tyrrheni: pertinent autem hi quoque a mari exteriore Tyrrheno usque ad Adriaticum; urbsque apud illos Græca est [*Spina*] et [*Spines*] fluvius, et navigatio adverso flumine ad urbem est viginti fere stadiorum. Ad eandem inde a Pisa urbe iter est trium dierum.

18. ΚΕΛΤΟΙ. Μετὰ δὲ Τυρρηνοὺς εἰσὶ Κελτοὶ ἔθνος, ἀπολειφθέντες τῆς στρατείας, ἐπὶ στενῶν μέχρι Ἀδρίου [διήκοντες]. Ἐνταῦθα δέ ἐστιν ὁ μυχὸς τοῦ Ἀδρίου κόλπου.

18. Celtæ. Post Tyrrhenos autem est Celtarum gens, qui ibi relicti ab expeditione Celtica pertingunt angusto tractu usque ad Adriam. Est ibi Adriæ recessus intimus.

---

sive 1464 stadiis; quibus respondet § 15 παράπλους ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός (= 1500 stad.). Quodsi vero eandem longitudinem oræ Umbricæ assignat auctor, aperte erravit, quum ab Ancona ad Spineticum Padi ostium vix octingenta sint stadia. Scilicet usque ad Anconam sinus Adriaticus rebus Dionysii patefactus erat, multusque in eo describendo fuisse videtur Theopompus, e quo sua habent Diodorus, Justinus et Scymnus Chius; quæ vero ad interiorem sinus partem spectant, etiam tunc vaga admodum plenaque errorum. || — Διομήδην] De Diomedis in Italia cultu Gailius laudat Strabon. IV, p. 215; Heynium ad Æn. XI, excurs. I; Bœckh. Expl. Pindar. p. 463; Raoul-Rochette *Etabliss.* II, p. 306 sqq., Tzschucke ad Melam II, 7, 5, 13. || — ἱερὸν αὐτοῦ] « Cujus Strabo (V, p. 215) quoque meminit τὸ Τιμάϊον appellans, et Theophrastus H. Pl. IV, 7. » Gail. At illud fanum apud Venetos erat ad Timavum fluvium inter Tergesten et Aquilejam. Scylax igitur aliud intellexerit. Aliud etiam fuerit in Spina urbe, quippe quam Diomedes condidisse ferebatur (Plin. III, 20).

§ 17. τὸ Ὀμβρικὸν] sc. ἔθνος. Cluverius voluit τοὺς Ὀμβρικούς, Gailius τὴν Ὀμβρικήν. || — τὸν Ἀδρίαν] τὸν Δαφνίαν cod.; em. Cluver. Post Δαφνίαν codex addit vocem διήκοντες, quam h. l. abundantem inserui in § 18. Ceterum eadem mox perperam repetuntur. || — ἐν αὐτῇ] V. not. ad § 16. Pro πόλις codd. πόλεις. || — Σπῖνα] Sic recte procul dubio supplerunt vv. dd. Cf. Strabo V, p. 214: Ἡ Σπῖνα, νῦν μὲν κωμίον, πάλαι δὲ Ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος... Φασὶ δὲ καὶ πάλαι ἐπὶ θαλάσσῃ ὑπάρξαι, νῦν δ' ἐστὶν ἐν μεσογαίᾳ τὸ χωρίον περὶ ἐννενήκοντα τῆς θαλάσσης σταδίους ἀπέχον. Alluvione ostia fluvii paullatim prolata sunt. Cf. Plinius III, 20. Justinus XXI, 1 habet *Spinam in Umbris* (*Spinambris* codd.). Ostium Padi Spineticum ap. Stephanum s. v. vocatur Σπῖνος ποταμός. Apud Dionys. Hal. I, 28 legitur ἐπὶ Σπινήτι ποταμῷ. Alterutrum vocabulum nostro loco supplendum erit. Grotefendus (*Zur Geogr. u. Gesch. v. Alt-Italien* fasc. I, p. 49) urbem fluviumque n. l. memoratum esse putat Adriam; urbem errore Scylacis Græcam vocari; fluvium Adriam vero esse Padum, adeo ut Eridanus, quem paullo post Scylax recenset, ad ignobilem quendam fluvium referendus sit. || — καί ἐστιν ἐπ' αὐτῆς ἀπὸ Πίσης κτλ.] Pro his in cod. legitur: Καὶ Τυρρηνία ἐστὶν διήκουσα ἀπὸ τῆς ἔξωθεν θαλάττης ἕως εἰς τὸν Ἀδρίαν κόλπον· ἀπὸ πόλεων πόλεως· καὶ ἔστιν ὁδὸς ἡμερῶν τριῶν. Retinuerunt hæc interpretes, nisi quod pro corruptis ἀπὸ πόλεων πόλεως Cluverius scribi voluit: ἀπὸ πόλεως Πίσης μέχρι Σπίνης πόλεως; Gronovius barbaram urbem inferens: ἀπὸ Ποπλωνίου πόλεως; Clausenius parum apte: ἀπὸ πόλεων Ῥώμης καὶ Ἀγκῶνος μέχρι Σπίνης πόλεως. Grotefendus conj.: εἰς τὸν Ἀδριατικὸν κόλπον ἐπώνυμον πόλεως, « um dadurch nachzuholen, was er vorher zu sagen vergessen hatte, dass Stadt und Fluss gleichnamig mit dem Busen Adrias sei. » Ego primum ejicienda putavi verba καὶ Τυρρηνία... κόλπον, utpote ex antecc. repetita; deinde vero revocavi huc et post καί ἐστιν inserui verba: ἐπ' αὐτῆς ἀπὸ Πίσης πόλεως, quæ § 19 leguntur loco inepto, dum nostro loco antecedentibus junguntur commodissime. Verba ὁδὸς ἡμερῶν τριῶν Clausenius ad Tyrrhenici litoris longitudinem retulit inepte, quum huic regioni nonnisi brevissima oræ pars, quæ proxime ad Spinam urbem pertinet, assignari possit.

§ 18. ἀπολειφθέντες] « Celtæ relicti prope Padum amnem ab expeditione ea, quæ per Italiam profecta Romam cepit (364 a. U. 390 a. C.). Certum est antea nusquam pertinuisse Gallos ad mare Adriaticum, quum Herodotus eos in extremi Occidentis regionibus habitare tradiderit, II, 33. IV, 49. V. Niebuhr. H. Rom. II, p. 577 sqq. » Clausen. De iisdem monuit Ukert. *Geogr.* I, 2 p. 294, contra quem quæ Gailius protulit p. 221 et p. 554 ex Argonautarum historia, pondere carent. || — ἐπὶ στενῶν] sc. in perangusto tractu qui est inter Spineticum Padi ostium atque illud quod *Olana* vocatur. Maximum fluvii ostium (*Padoa*) tanquam ipse Padus sive Eridanus jam est in Venetorum ditione. Vocem διήκοντες (*ex mediterraneis pertinentes usque ad sinum Adriaticum*) ex § 17 huc revocavi. || — ὁ μυχὸς τοῦ Ἀδρίου] Letronnius l. l. p. 196: « Les anciens n'ont jamais bien connu la configuration de cette partie des côtes du golfe. Il suffit, pour s'en convaincre, de jeter les yeux sur les cartes de la Méditerranée, dressées par M. Gosselin, pour représenter les idées de Polybe, de Strabon et de Ptolémée. On voit que les deux premiers, croyant que la direction générale de la péninsule Italique était de l'E. à l'O. ou tout au plus de l'E. au S. à l'O. 1/4 N., supposaient que la côte orien-

19. ΕΝΕΤΟΙ. Μετὰ δὲ Κελτοὺς Ἐνετοί εἰσιν ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἠριδανὸς ἐν αὐτοῖς. Ἐντεῦθεν δὲ παράπλους ἐστὶν ἡμέρας μιᾶς.

20. ΙΣΤΡΟΙ. Μετὰ δὲ Ἐνέτους εἰσὶν Ἴστροι ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἴστρος. Οὗτος ὁ ποταμὸς καὶ εἰς τὸν Πόντον ἐκβάλλει ἐνδιεσκευνῶς * εἰς Αἴγυπτον. Παράπλους δὲ τῆς Ἰστριανῶν χώρας ἡμέρας καὶ νυκτός.

21. ΛΙΒΥΡΝΟΙ. Μετὰ δὲ Ἴστρους Λιβυρνοί εἰσιν ἔθνος. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἔθνει πόλεις εἰσὶ παρὰ θάλατταν Λιὰς, Ἴδασσα, Ἀττιενίτης, Δυύρτα, Ἀλουψοὶ,

19. Veneti. Post Celtas Venetorum est gens, apud eosque fluvius Eridanus. Ab eo autem præternavigatio est diei unius.

20. Istri. Post Venetos sunt Istri et fluvius Ister. Hic fluvius etiam in Pontum Euxinum delabitur, *spectans* Ægyptum versus. Præternavigatio Istrianorum regionis est diei noctisque.

21. Liburni. Post Istros Liburnorum gens est. Ea in gente urbes sunt juxta mare : Lias, Idassa, Attienites, Dyyrta, Alupsi, Olsi, Pedetæ, Hemioni (*Alos,*

---

tale formait un coude très-sensible, un peu au sud de l'embouchure du Pô, parce qu'à partir de là ils faisaient courir la côte droit au N. C'est ce *coude* qu'on prenait pour le μυχὸς ou *fond du golfe*. Voilà l'explication géographique du passage de notre Périple qui met l'Éridan au delà du μυχός; c'est ce que ne paraît pas avoir compris Niebuhr (H. R. I, p. 171, 2e édit.), qui a cru que l'auteur du Périple portait les embouchûres du Pô à l'orient de la mer Adriatique. » Similiter Mannertus tom. VII, p. 374 Eridanum dici putavit non Padum, sed eum fluvium, qui nunc *Isonzo* vocatur in intimum sinus recessum egrediens.

§ 19. Ἐνετοὶ] sic Paris. cod.; eddit. Ἐνετοί. Ceterum § 20 codex Ἐνέτους. De hac accentus fluctuatione v. Dindorf. in Thes. v. Ἐνετίς. || — Ἠριδανὸς] Quod Padum auctor Eridani nomine introducit, eo vetustatem Peripli coargui putavit Gailius. Contra Letronnius l. l. monet quovis tempore Eridani nomen usurpatum esse non a poetis modo, sed etiam a geographis et historicis, v. c. ab Agathemero (II, 10), Appiano (B. C. I, 109), Dione Cassio (XXXVII, 9). Ceterum Scylax non est antiquissimus eorum, qui certum notumque aliquem fluvium Eridani nomine designarunt, uti contendit Forbiger *Geogr.* III, p. 509. Padum esse jam dixerat Pherecydes (fr. 33, c.) ap. German. ad Arat. 264. Cui loco addendus est Hyginus fab. 154, ubi : *Fulmine ictus* (Phaethon) *in Padum cecidit. Hic amnis a Græcis Eridanus dicitur, quem Pherecydes primus vocavit.* Welckerus in *Trilog.* p. 569 hanc rem vel ad Hesiodum referre voluit, quod fabula 154 Hygini inscribitur *Phaethon Hesiodi;* quod quidem imbecillum est argumentum. || — παράπλους ἐστὶ] Post hæc in cod. leguntur : ἐπ' αὐτῆς ἀπὸ Πίσης πόλεως. Quæ in § 17 transposui. Mire verba hæc interpretes torserunt. Cluverius et Vossius conj. : ἐπ' αὐτοὺς ἀπὸ Σπίνης; Gronovius : ἐπ' αὐτῆς Ἀκουλίης πόλεως, quod omnium absurdissimum est; Gailius : ἀπὸ τῆς Σπίνης πόλεως vel ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως, ejectis verbis ἀπὸ Πίσης vel Σπίνης. Ineptam h. l. esse Spinæ urbis mentionem monuit Mannert. IX, 1, p. 106. Mira etiam sunt quæ Grotefendus l. l. conjecit : ἀπ' ἐκείνης vel ἀπὸ τῆς ἴσης (pro ἰσωνύμου) πόλεως; intelligi autem vult Adriam urbem. Bene verba omisit Fabricius.

§ 20. Ἴστροι ἔθνος] codd. ἔθνος Ἴστροι; transposuit Fabricius. || — ἐνδιασκευνῶς] Sic codex. Quid potissimum reponendum sit, dicere non habeo. Vossius conjecit : πενταστόμως ὡς Νεῖλος κατ' Αἴγυπτον. Quod improbans Gronovius : « Scylaci, inquit, satis factum dices, si afferam : ἐν Δτα σκευῇ ὡς; sic enim scriptum fuit, quum significaretur ἐν Δέλτα σκευῇ, *in literæ Delta habitu*, prout contigit ad Ægyptum. » Bene ad sententiam, non item quoad verba. Alii quid sibi velint illa εἰς Αἴγυπτον eruerunt ex Herodoto II, 34, qui non longe ab ostiis Istrum putat in meridiem cursum vertere, ita ut hinc ducta per Sinopen et Ciliam linea recta Ægyptum Nilumque tangat. (Similiter aliis Tanais fluvius κατὰ διάμετρον ἀντίρρους τῷ Νείλῳ, teste Strabon. X, p. 493.) Quare Scylacis locum Holstenius vertit : *exit fluvius ad Pontum, fronte quasi in Ægyptum conversa.* Græce hanc in sententiam Gailius edidit : ἐνδιασκοπεύων; quæ vox vereor ne nihili sit. Potuisset : εὐθυσκοπῶν εἰς, *recta spectans versus Ægyptum*, vel εὐθείᾳ νενευκὼς, vel [ἐπ'] εὐθείας νεύων. Proxime a codicis literis absunt quæ Clausenius edidit : ἐν διασκευῇ ὡς εἰς Αἴγ. Vertit *in directione adversus Ægyptum.* Id vero quomodo Græcis insit, neque Letronnius perspexit l. l. p. 236, neque mihi liquet. Præterea Gailius : « Valde pronus forem, inquit, ad imaginem τοῦ Δ in Scylace restituendam, si recentior scriptor esset; nam res est usitata apud geographos posteriores, ut in Danubii exitu plurima ostia et triangularem insulam nomine Πεύκην celebrent (V. Strab. VII, p. 405; Steph. B. v. Πεύκη; Apoll. Rhod. IV, 329 ibiq. schol.; Ptolem. III, 10; Dionys. 302; Plin. IV, c. 12; Avien. Descr. Orb. 440;). Immo bis reperitur ap. Xenophontem (An. VII, 1 et 5) τὸ Δέλτα καλούμενον τῆς Θράκης. Sed quum illud peculiare habeat Herodotus, ut Danubii conversionem ad meridiem diserte expresserit, et similia Scylax coævus dicere videatur, sese ambo scriptores veterrimi tuentur. » Ætas Scylacis non amplius impedimento est. Utramque virorum doctorum sententiam conjunctim exprimere licet scribendo : ἐν διισσῇ εὐνῇ, vel ἐν διπλεῖ εὐνῇ (sicut κοίτη de alveo fluvii), ὡς εἰς Αἴγυπτον [διακόπτων s. σκοπῶν s. νεύων]. Sed vereor ne nugemur. — De Istro in Pontum simul et Adriaticum sinum exeunte nihil habet Herodotus. Postea vero communis hæc opinio erat fere omnium, ut Theopompi, Aristotelis, Timageti, Cleonis, Apollonii Rhodii, Eratosthenis, Scymni Chii, aliorum. Vide diligenter de his exponentem Ukertum *Geogr.* tom. III, 1, p. 146. Pro Istri ostio Adriatico veteres habuisse fluvium hod. *Quiedo*, ex Diodor. IV, 56 et Plin. III, 18 probabiliter eruit Mannert. IX, p. 46.

§ 21. Λιὰς, Ἴδασσα κτλ.] Difficile de nominibus his barbaris nec facilibus, ut Plinius ait, est judicium. Liburnia ap. Plinium III, 25 incipit ab Arsia fluvio, cui adjacet urbs cognominis. Idem Liburniæ initium quominus Noster statuerit, nihil refragatur. Hinc juxta

Ὀλσοὶ, Πεδῆται, Ἡμίονοι. Οὗτοι γυναικοκρατοῦνται καὶ εἰσὶν αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν ἐλευθέρων· μίσγονται δὲ τοῖς ἑαυτῶν δούλοις καὶ τοῖς πλησιοχώροις ἀνδράσι. Κατὰ ταύτην τὴν χώραν αἵδε νῆσοί εἰσιν, ὧν ἔχω εἰπεῖν τὰ ὀνόματα (εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ἀνώνυμοι πολλαί)· Ἴστρις νῆσος σταδίων τι', πλάτος δὲ ρκ'· Ἠλεκτρίδες, Μεντορίδες. Αὗται δὲ αἱ νῆσοί εἰσι μεγάλαι.

Tarsatica, Senites, Dyyrta, Lupsi, Ortopeletæ, Hegini?). Hi reguntur a mulieribus, quæ sunt virorum ingenuorum uxores, coeunt vero (*etiam*) cum servis suis virisque regionis vicinæ. Ante hanc regionem hæ sunt insulæ, quarum quidem nomina dicere habeo (nam sunt etiam aliæ multæ, quæ carent nomine) : Istris insula longitudine stadiorum 310, latitudine stad. 120, Electrides, Mentorides.

---

oram proficiscenti occurrit urbs, quam Artemidorus (ap. St. B. v. Φλάνων) vocat τὴν Ἄλωον (*Alvona* Plin., *Albona* hodie); deinde Φλάνων (nunc *Fianona*). Illa fortasse latet in voce Λιὰς (sic codex ; editt. Λίας); an Ἄλως? Quamquam hoc tanto incertius dixerim, quum ap. Stephanum pro Ἄλωον scribendum mihi videatur Ἄλβον. Quæritur etiam an huc pertineat Stephanus : Ἰάς, Ἰλλυρίας μέρος· οἱ οἰκοῦντες Ἰᾶται. Sin nullum subest civitatis nomen, cum Gailio pro ΛΙΑΣ lege ΑΙΔΕ, πόλεις εἰσὶ παρὰ θάλατταν αἵδε. Deinde in ora sequuntur urbes : Ταρσατίκα (Ptol. II, 17, p. 165 et Plin.; nunc *Tersat*) et Σένια (nunc *Segna*). Harum memoriam ex Peripli verbis Ἴδασσα Ἀττιενίτης excitat Gronovius, rescribendum putans Δασσάτικα, Σενίτης. Recte, ut puto. Holstenius, qui pro Ἴδασσα legi voluit Ἰάδερα, erravit manifesto, quum Ἰάδερα (nunc *Zara*) in Hyllica sit peninsula, de qua § 22 sermo erit. Post hæc in Liburnia sequuntur oppida Λοψίκα (Ptol. et Plinius, qui incolas *Lopsos* dicit), *Ortopula* (sic Plin.; Ὀρτόπλα Ptol.; *Ospela* in Geogr. Rav.; nunc *Ortpla* ruinæ ad *Starigrad*) et *Vegia* sive *Vegium* (Plin. Ptol.; nunc *Vezzo*). In periplo autem primum habemus urbem Δυύρτα, de qua aliunde non constat; deinde Ἀλουψοί (sic enim cod. Par.; in edd. Ἀλουψοί) gentile respondet urbis nomini Λοψίκα; tum pro Ὀλσοὶ Πεδῆται fuisse puto Ὀρτοπελῆται vel Ὀλσοπελῆται (Ὀλσοπολῖται?), incolæ *Ortopulæ*. (Gailius illud Ὀλσοί de Volscorum Italicorum aliqua colonia intelligendum esse suspicatur, alteramque ejusmodi coloniam latere putat in v. Πεδῆται, allato Stephano : Πέδα, πόλις Αὐσονική· τὸ ἐθνικὸν Πεδανός.. Quæ longissime sunt arcessita.) Supersunt in Periplo Ἡμίονοι. Muli isti fuerint sequentis urbis *Vegii* incolæ, Ἡγῖνοι. Putari etiam possit intelligendos esse quos *Hymanos* Plinius dicit, III, 25 : *Pars ejus* (gentis Liburnorum) *fuere Mentores, Hymani, Encheleæ* (Scyl. § 25) *Buni* (Bulini Scyl. § 22), *et quos Callimachus Peucetias appellat*. At quum apud Nostrum Encheleas præcedant *Manii*, hos potius *Hymanos* a Plinio dici puto. Apud Scymnum 401 Ἴσμενοι καὶ Μέντορες inter Istriam et Liburniam habitasse feruntur. || — γυναικοκρατοῦνται etc.] Apud Liburnos uxores communes fuisse, aliaque huc pertinentia tradit Nicolaus Damascenus fr. 111 (Hist. fragm. tom. III, p. 458). Quæ de his disputat Welckerus in *Æsch. Trilog.* p. 587 nondum persuasit mihi. Ceterum post μίσγονται inseri velim v. καί. || — καὶ ἄλλαι.. πολλαί] Strabo VII, p. 315 : αἱ Λιβυρνίδες (νῆσοι) περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμόν. || — Ἴστρις] εἴστρις codd. Eam intellige insulam, quæ hodie est *Cherso*, apud veteres appellari solet Ἄψωρος (Ἄψορρος, *Absarus* var. script.), quod nomen deinde cum Argonautarum per Istrum in Adriaticum sinum profectorum historia conjunctum, abiit in Ἄψυρτος (Artemidor. ap. St. B.), *Absyrtis* (Mela), *Absyrtium* (Plin.) et Ἀψυρτίδες (i. e. Apsyrtis et ponte juncta ei insula exigua, quæ nunc *Ozora*. Strabo III, p. 124). Illud Ἀψυρτίς nomen n. l. pro Εἴστρις reponendum esse censuit Holstenius : nam vertit : *Sunt enim Apsyrtis insula... Electrides, Istria, Mentorides*. Quod violentius est. Huc accedit quod hæc insula Ἴστρος vocatur in Chron. Paschali p. 541 ed. Bonn., ubi Gallus a Constantio interfectus esse narratur ἐν Ἴστρῳ (ἴσῳ cod. P.) νήσῳ. Quibus verbis nostram insulam significari colligitur ex comparatis Socrate II, 34, et Sozomeno, qui id factum esse ajunt in *Flanona* insula; sic enim h. l. insula vocatur, quod Flanonæ urbi proxime adjacet. Quanquam putari etiam possit et Peripli auctorem et Chron. Pasch. auctorem Istriam, acten in mare procurrentem, insulam dixisse. V. Meineke ad Scym. p. 133. || — νῆσος σταδίων τι'] Post νῆσος excidisse v. μῆκος suspicor. Longitudo recte definitur; latitudo nimia est. || — Ἠλεκτρίδες] Κλείτρει λιτρία codex. Præter Istrin sive Apsyrtidem tres sunt ad oram Liburnicam insulæ majores : *Curicta* (Plin. et Ptol.) sive Κυρακτική (Strabo p. 124. 325), nunc *Veglia* sive *Karek* ; *Arba* (Plin.), nunc *Arbe*; *Pamodus* (Tab. Peuting.), nunc *Pago*, quam Plinius *Portunatam* dicere videtur. Scylax num duas an tres insulas nominaverit, dubitare licet, siquidem fieri potest, ut illa κλείτρει et λιτρία ex dittographia ejusdem nominis orta sint, monente Gailio. Holstenius scribi jussit : Ἠλεκτρίδες, Ἰστρία. Quodsi ita scriptum in codice erat, tamen Ἰστρία nihil foret nisi Ἴστρις nomen male repetitum ; Electridas vero a Nostro memoratas esse colligas e collato Scymno 372 : τὰς μὲν λεγομένας Ἀψυρτίδας Ἠλεκτρίδας τε, τὰς δὲ καὶ Λιβυρνίδας. Cf. Plinius III, 30 : *Juxta eas Electrides, vanitatis Græcæ certissimum documentum ; adeo ut quas earum designent haud unquam constiterit*. Vid. etiam Strabo V, p. 215 ; Aristot. Mir. 82. Initio Electridas ad Eridani ostia finxisse videntur; deinde accuratius de his regionibus edocti transtulerunt ad oram Liburnicam. Intelligenda aut Cyractice aut Arbe Plinii cum parvulis insulis quæ his adspersæ jacent. Mentorides vero esse debent *Pago* hodierna cum proxime adjacentibus. Has præter Scylacem nemo memorat; at Mentores populum novimus ex Hecatæo ap. Steph. s. v., Plinio, Aristot. Mir. 111, ubi Delphius mons esse dicitur μεταξὺ τῆς Μεντορικῆς καὶ τῆς Ἰστριανῆς, et Apollonio Rhod. IV, 551, qui quum Hyllum greges defendentem a Mentoribus occisum dicat, Scylax vero Mentorides ins. loco postremo ponat : jure hinc colligo insulam ad confinia Liburniæ et Chersonesi Hyllicæ sitam fuisse. ||

Καταρβάτης ποταμός. Παράπλους τῆς Λιβυρνίδος χώρας ἡμερῶν δύο.

22. ΙΛΛΥΡΙΟΙ. Μετὰ δὲ Λιβυρνούς εἰσιν Ἰλλυριοὶ ἔθνος, καὶ παροικοῦσιν οἱ Ἰλλυριοὶ παρὰ θάλατταν μέχρι Χαονίας τῆς κατὰ Κέρκυραν τὴν Ἀλκινόου νῆσον. Καὶ πόλις ἐστὶν Ἑλληνὶς ἐνταῦθα, ᾗ ὄνομα Ἡράκλεια, καὶ λιμήν. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ λωτοφάγοι καλούμενοι βάρβαροι οἵδε· Ἱεραστάμναι, Βουλινοὶ (Ὑλλινοί)· Βουλινῶν δμοτέρμονες Ὕλλοι. Οὗτοι δέ φασιν Ὕλλον τὸν Ἡρακλέους αὐτοὺς κατοικίσαι· εἰσὶ δὲ βάρβαροι. Κατοικοῦσι δὲ χερρόνησον ὀλίγῳ ἐλάσσω τῆς Πελοποννήσου. Ἀπὸ δὲ χερρονήσου παραστόνιον * ὀρθόν· ταύτην παροικοῦσι Βουλινοί. Βουλινοὶ δ' εἰσὶν ἔθνος Ἰλλυρικόν. Παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Βουλινῶν χώρας ἡμέρας μακρᾶς ἐπὶ Νέστον ποταμόν.

Hæ insulæ magnæ sunt. Tum fluvius Catarbates. Præternavigatio Liburniæ dierum duorum.

22. Illyrii. Post Liburnos sequitur Illyriorum gens, habitantque Illyrii secundum mare usque ad Chaoniam, quæ est ex adverso Corcyræ, Alcinoi insulæ. Estque ibi urbs Græca, cui nomen Heraclea, cum portu. Sunt ibi etiam lotophagi qui vocantur barbari hi : Hierastamnæ, Bulini; Bulinorum vicini Hylli. Hi Hyllum Herculis filium sedes ipsis assignasse ferunt; sunt autem barbari, incolentes peninsulam paullo minorem Peloponneso. Post peninsulam vero [* *insula*] *oræ prætenditur quasi tænia* recta; juxta quam accolunt Bulini. Bulini autem sunt gens Illyriorum. Præternavigatio regionis Bulinorum usque ad flumen Nestum est longi diei unius.

— Καταρβάτης] « Videtur hoc flumen idem esse atque Plinianus *Titius*. Ita sentit Mannert. *Geogr.* VII, p. 286. » Gail. Id vero ferri nequit. Nam Scylacis Liburnia nonnisi usque ad Chersonesum Hyllicam pertinet; Titius vero fluvius, quo apud Plinium Liburnia finitur, a meridie est hujus Chersonesi. Quodsi Catarbates terminus fuit Liburniæ et Chersonesi Hyllicæ, uti videtur, idem est fluvius cum eo quem Tedanium vel Tidanium vocant Plinius et Ptolemæus; nunc *Kermanja* dicunt. Eo secundum Plinium finiebatur ditio Iapydum, qui e mediterraneo imminebant Liburnis. Holstenius vertit : *Juxta est Arbates fluvius*, quasi in græcis esset : κατὰ ταύτας Ἀρβάτης ποταμός. Quod ut statueret vir doct., movit haud dubie *Arba* insula apud Plinium; verum prope eam nullum mappæ fluvium exhibent.

§ 22. Χαονίας] em. Voss; Χλωνίας codd. — καὶ πόλις ἐνταῦθα κτλ.] Hæc, sicuti complura in hoc segmine, mirum in modum sunt hiulca. Heracleæ urbis mentio fort. illata est ex glossa ad verba : φασὶν Ὕλλον τὸν Ἡρακλέους αὐτοὺς κατοικίσαι. De urbe hac aliunde non constat, ac probabiliter merum est commentum. ‖ — λωτοφάγοι] Theopompus de his regionibus dixit libro XXI; in quo quum de paliuro et connaro, ejusdem cujus lotus Libyca est generis arboribus, sermo fuerit (fr. 145) : hinc lotophagos Illyriæ dictos suspicor. Cf. Hesychius et Zonaras : Λωτόβοσκος, ἡ Θράκη ἢ Αἴγυπτος. ‖ — Ἱεραστάμναι] ignoti. Præcipua urbs inde a Tedanio fluvio erat Ἰάδερα vel *Iader* (*Iadertini* incolæ), quam deinde excipit *Blanona* vel *Blandona*. Prioris certe urbis memoria nostro loco inest. Fort. erat Ἰαδερατῆναι. ‖ — Ὑλλινοί] Ejice vocem natam ex dittographia nominis præcedentis. ‖ — δμοτέρμονες] Clausen.; codex βουλλιν λιν οτέρμονες; Voss. conj. ἀγχιτέρμονες. Contermini vero ita erant, ut Bulini a meridie essent Hyllicæ regionis. V. infra. Bulini ap. Dionys. Perieg. 387 vocantur Βουλιμεῖς; ubi Eustathius annotat hæc : Φησὶ Βουλιμεῖς, οὓς τινες διὰ τοῦ ν Βουλινεῖς ἢ Βουλινούς. Βουλινούς etiam Scymnus 404 dicit. Cf. St. Byz. : Βουλῖνοι, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν, Ἀρτεμίδωρος δὲ οὐχ ἔθνος, ἀλλὰ Βουλίνην πόλιν φησίν, ἧς τὸ ἐθνικὸν Βουλῖνος. ‖ — Ὕλλοι] Sic etiam Apollodorus (fr. 119. Fr. Hist. I, p. 451) et Scymnus 408, ubi vide. Ap. Dionysium 386 nunc legitur Ὑλλείων χθόνα; sed Eustathius reperit Ὑλλήων (poet. pro Ὑλλέων); Bernhardyus in Ὑλλείων jure offendens, leg. proponit Ὑλλείην χθόνα. ‖ — αὐτοὺς κατοικίσαι] Alii legerunt αὐτοῦ κατοικῆσαι; hinc codex : αὐτοὺς τοῦ κατοικῆσαι. ‖ — εἰσὶ δὲ βάρβαροι] Scymnus l. l. : ἐκβαρβαρωθῆναι δὲ τούτους τῷ χρόνῳ τοῖς ἤθεσι ἱστοροῦσι τοῖς τῶν πλησίον. Haud dubie ad Pelasgicam stirpem Hylli pertinent. V. Niebuhr. *R. G.* I, p. 53; Müller. *Dor.* I, p. 11. Κελτικὸν ἔθνος dicit Etym. M. p. 776, 39. ‖ — ὀλίγῳ ἐλάσσω] Formâ similis aliquatenus, sed ambitu cum Peloponneso non comparanda Chersonesus Hyllica. ‖ — παραστόνιον ὀρθόν· ταύτην] Corrupta. Gronovius conj. : παρὰ τὸν ὄχθον ταύτῃ. Id contra Scylaceum loquendi usum. Holstenius vertit : *Post Chersonesum litus directum accolunt Bulini*. Ac sane hæc oræ pars usque ad Titium fluvium lineam rectam refert, quum reliqua laciniata sit et sinuosa. Holstenii sententiam Græce sic extulit Fabricius : παράκτιον ὀρθόν· ταύτῃ κτλ. At vox παράκτιος nonnisi ap. poetas additoque substantivo occurrit. Quum juxta hanc oram insula perlonga et tenuissima quasi tænia porrecta sit, ceterasque insulas majores accurate Scylax recenseat, tentari possit tale quid : ἀπὸ δὲ Χερρονήσου [Σίσσα νῆσος] παρα[τείνει] ὡς ταινίον ὀρθόν· ταύτην κτλ. Sissam ins. petivi e Tab. Peuting., coll. Mannert. VII, p. 376. Ceterum videant acutiores. ‖ — Βουλινοί. Βουλινοὶ] Semel hanc voc. habent apographa Vatic. et Mon. ‖ — Νέστον ποταμόν] em. Gail.; Νεστὸν κόλπον codd. Voces κόλπος et ποταμὸς in codice nostro (in Marciano maxime) sæpissime confunduntur. Νέστον dedi ex præcepto Arcadii De acc. p. 79, 20. De re cf. St. Byz. : Νέστος, πόλις καὶ ποταμὸς Ἰλλυρίας, ὡς Ἀρτεμίδωρος β' Γεωγραφουμένων. Schol. Apollon. Rh. IV, 1215 : Τοὺς Νεσταίους Σκύλαξ φησὶν ἔθνος Ἰλλυρικόν· « Ἀπὸ τούτων περίπλους ἐστὶν εἰς τὸν [Μάνιον?] κόλπον. » Καὶ Ἐρατοσθένης ἐν γ' Γεωγραφουμένων φησί· « Μετὰ Ἰλλυριοὺς Νεσταῖοι, καθ' οὓς νῆσος Φάρος, Φαρίων (l. Παρίων) ἄποικος. Vides Scylacem ap. schol. Apollon. et populi nomine et verbis ceteris cum Periplo nostro haud ita concinere, ut in genuino opere exspectes. Nestus fluvius esse debet is quem *Titium* vocant Plinius III, 24

23. ΝΕΣΤΟΙ. Ἀπὸ δὲ Νέστου πλοῦς ἐστὶ κολπώδης. Καλεῖται δὲ Μανιὸς ἅπας οὗτος ὁ κόλπος. Παράπλους δέ ἐστιν ἡμέρας μιᾶς. Εἰσὶ δὲ ἐν τούτῳ τῷ κόλπῳ νῆσοι, Προτερὰς, Κρατειαὶ, Ὀλύντα. Αὗται δὲ ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχουσι στάδια β', ἢ ὀλίγῳ πλέον, κατὰ Φάρον καὶ Ἴσσαν. Ἐνταῦθα γάρ ἐστι νέος Φάρος, νῆσος Ἑλληνὶς, καὶ Ἴσσα νῆσος, καὶ πόλεις Ἑλλη-

23. Nesti. A Nesto autem navigatio est sinuosa. Universus hic sinus vocatur Manius. Præternavigatio ejus est diei unius. Insulæ hoc in sinu sunt : Proteras (*Tragyras?*) Cratiæ, [*Brattia,*] Olynta. Hæ stadia duo (8 *vel* 12?) vel paullo plus inter se distant, contra Pharum et Issam sitæ. Istic enim est nova Pharus, insula Græca, et Issa insula, in iisque urbes Græcæ.

---

et Florus II, 5; *Titum* Ptolemæus; nunc *Kerka* dicitur. Ne sequentem fluvium, *Tilurum* in Itin. Ant. p. 337, 5 et Tab. Peuting. (nunc *Czettina*), qui infra Salonam in mare exit, intelligas, obstat quod a Nesto proficiscentes in sinum venire Scylax ait; Tilurus vero fluvius in ipso est sinu. Apollon. Rhod. IV, 336 Colchos ait in Adriam ex Istro devenientes sub Absyrto duce et illam occupasse insulam in qua postea cæsus est Absyrtus, et alias vicinas insulas μέσφα Σαλάγχωνος (sive Σαλάγγωνος) ποταμοῦ καὶ Νέστιδος αἴης. Quibus verbis eam indicare videtur insularum farraginem, quæ pertinet usque ad Titium fluvium. Inde a Catarbate sive Tedanio usque ad Nestum sive Titium stadia sunt fere 700, sive ἡμέρας μακρᾶς παράπλους. Comprehenditur in Bulinorum paraplo etiam Chersonesus Hyllica, de qua superest ut pauca quædam subjungamus. Etenim, si Plinium III, 26 audias, Hylli habitarunt a meridie Titii fluvii ad introitum sinus Manii. *Liburniæ*, ait, *finis et initium Delmatiæ Scardona in amne eo* (sc. Titio).. *Dein Autariatarum* (sic em. Wesseling.; *aut tariatarum* cod. Vat.; *Tariatarum* vgo. V. Sillig. ad h. l.) *antiqua regio et castellum Tariona; promontorium Diomedis vel, ut alii, peninsula Hyllis, circuitu CM pass. Tragurium.* Is merus est error. Recte quidem cum antiquioribus scriptoribus post Liburniam memorat regionem Hyllicam; sed in eo peccat, quod hanc Liburniam cum serioribus usque ad Titium producit, ideoque Hyllicam peninsulam in eam regionem detrudit, quæ non habet peninsulam. Quo animadverso plurimi recentiorum (ut etiamnum Forbiger. Geogr. III, p. 846) Hyllidem peninsulam etiam multo magis meridiem versus removerunt, in eam sc. peninsulam, quæ hodie dicitur *di Sabioncello*, et a Scylace in § 23 memoratur. Id a Scylace alienissimum esse bene monet Gailius, sed fallitur idem si Apollonii auctoritatem in errorem duxisse credit. Nam Apollonius Rhodius de Hyllorum regione eodem quo Scylax modo statuisse debet. Liquet hoc ex IV, 563 sqq., ubi Argonautæ ex Hyllide terra meridiem versus profecti in Issam, deinde in Corcyram Nigram, tum in Meliten insulam venisse dicuntur. Immo peninsula *di Sabioncello* propterea pro Hyllica Chersoneso venditatur, quod præ ceteris veræ peninsulæ formam exhibet. — Quod *Bulinos* attinet, Scymnus Chius 404 ita eos commemorat, ut inter Liburnos et Hyllos medii habitasse videantur. Cum Scylace consentit Dionysius 385, qui ex ordine recenset Liburnos, Hyllos, Bulimenses. Cf. etiam quæ de Mentoribus Liburnis in finibus Hyllorum supra ex Apollonio Rhodio attuli. Ceterum Bulini Scylacis, Apollonii Rhodii et Scymni haud diversi stirpe fuerint ab iis qui inter Apolloniam et Ceraunios montes habitabant, dicti vel *Bullini* (Liv. 44, 30) vel *Bylliones* (Strabo 7, p. 326) vel *Bulliones* (Cic. Ad div. 13, 42) vel *Buliones* (Plinius 3, 26) vel *Bullienses* (Cic. in Pis. 40), quorum urbs *Bullis* vel *Byllis* (Plin. 3, 13, 4. Steph. B.) ad Aoum fluvium sita erat ea in regione, quam Amantiis assignat Scylax. Scilicet quum Illyrica stirps late patens in plurimas gentes esset distincta, suam cuique sedem recte tribuere Ephori et Scylacis temporibus difficillimum erat. Idem prorsus est de Enchelensium regione dissensus. Vide infra.

§ 23. Νέστοι] Νεστοὶ codex. Exspectaveris Νέστιοι vel Νεσταῖοι, uti est apud Scylacem in schol. Apoll., cujus verba paullo supra apposuimus. Nihil tamen mutandum, nisi forte etiam § 27 Ὀρίκιοι scribi volueris pro Ὀρικοί. || — Μάνιος κόλπος], hodie *golfe de Spalatro.* Manii ex uno Periplo nostro noti; nomen habebant ab emporio. Eosdem Plinius III, 35 *Hymanos* dicere videtur, simul recensens : *Mentores*, *Hymanos* (Ἰσμένους Scymni 401 ?), *Encheleos*, *Bunos* (Bulinos?). || — παράπλ. ἡμέρας μιᾶς.] Inde a Titio fluvio usque ad Narum fl. ad 850 stadia sunt. Similiter in sequentes dies duos (a Narone ad Buthoam) computanda sunt supra 1600 stadia. || — κόλπῳ] τόπῳ codd.; em. Salmasius. || — Προτερὰς] Nomen aliunde non notum. Lapieus insulam indicari putat quæ nunc vocatur *Zirona piccola.* Mihi Scylax scripsisse videtur Τραγυρὰς, atque sic appellasse insulam, ad quam vel in qua Τραγύριον vel Τραγούριον (h. *Trau* s. *Troghie*) oppidum erat, quamque aggere perangusto junxerunt terræ continenti. V. Constant. Porphyr. De adm. imp. c. 29, p. 138 ed. Bonn. : Τὸ Τετραγγούριν (sic) μικρόν ἐστι νησίον... ἔχον καὶ τράχηλον ἕως τῆς γῆς στενώτατον δίκην γεφύρας. Concinit pictura in Tabula Peutingeriana. Strabo II, p. 124 et VII, p. 315, nec non Ptolemæus II, 15 p. 168 ed. Wilberg. Tragurium una cum Issa, Pharo, aliis, inter insulas recensent. Insula ubi ab oppido Tragurio distinguitur, appellatur *Buas*, ut ap. Ammian. XXII, 3. XXVIII, 1, vel *Bavo*, ut ap. Plinium III, 30 (*Contra Tragurium est Bavo*); nunc *Boa*. Cf. Mannert. VII, p. 337. 379. || — Κρατειαὶ] *Crateæ* ap. Plin. l. l.; hodie *Crato* cum inss. adjacentibus. || — Ὀλύντα] *Solentii* Tab. Peuting. et Itin. Anton. p. 254 ed. Parthey.; *Solenta* Geogr. Rav.; nunc *Solta* vel etiamnum *Olunta*. Ceterum post v. Κρατειαὶ exidisse videtur Βραττία (h. *Brazza*), quæ quum inter insulas Pharo et Lissæ objacentes sit longe maxima, Scylax eam non neglexerit, scriba vero facile omiserit, præcedente Κρατειαὶ nomine simillimo. || — στάδια β'] Numerus justo minor. Fortasse : στ. η'. || — Ἴσσα] nunc *Lissa*. Syracusanorum coloniâ frequentata, teste Scymno 424. || — Φάρος νέος νῆσος] Φ. ν. μέσος cod. Nunc *Lesina*; slavonice *Huar*. Nova adhuc urbs erat quo tempore Peripli auctor scripsit;

νίδες αὗται. Πρὶν ἐπὶ τὸν Νάρωνα ποταμὸν παραπλεῦσαι πολλὴ χώρα ἀνήκει σφόδρα εἰς θάλασσαν. Καὶ νῆσος τῆς παραλίας χώρας ἐγγὺς, ᾗ ὄνομα Μελίτη, καὶ ἑτέρα νῆσος ἐγγὺς ταύτης, ᾗ ὄνομα Κέρκυρα ἡ μέλαινα· καὶ ἐκτρέχει τῷ ἑνὶ τῶν ἀκρωτηρίων νῆσος αὕτη τῆς παραλίας χώρας σφόδρα, τῷ δὲ ἑτέρῳ ἀκρωτηρίῳ καθήκει ἐπὶ τὸν Νάρωνα ποταμόν. Ἀπὸ δὲ τῆς Μελίτης ἀπέχει στάδια κ', τῆς δὲ παραλίας χώρας ἀπέχει στάδια η'.

24. ΜΑΝΙΟΙ. Ἀπὸ δὲ Νέστων ἐστὶν ὁ Νάρων ποταμός· ὁ δὲ εἴσπλους ὁ εἰς τὸν Νάρωνά ἐστιν οὐ στενός· εἰσπλεῖ δὲ εἰς αὐτὸν καὶ τριήρης, καὶ πλοῖα εἰς τὸ ἄνω ἐμπόριον, ἀπέχον ἀπὸ θαλάσσης στάδια π'. Οὗτοι δέ εἰσιν Ἰλλυριοὶ ἔθνος Μανιοί. Λίμνη δ' ἐστὶ τὸ εἴσω τοῦ ἐμπορίου μεγάλη, καὶ ἀνήκει ἡ λίμνη εἰς Αὐταριάτας, ἔθνος Ἰλλυρικόν. Καὶ νῆσος ἐν τῇ λίμνῃ ἔνεστι σταδίων ρκ'· ἡ δὲ νῆσος αὕτη ἐστὶν εὐγέωργος σφόδρα. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς λίμνης ὁ Νάρων ποταμὸς ἀπορρεῖ. Καὶ ἀπὸ τοῦ Νάρωνος ἐπὶ τὸν Ἀρίωνα ποταμὸν ἡμέρας ἐστὶ πλοῦς· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ [ἐπὶ τὸν Ῥιζοῦντα ποταμὸν] πλοῦς ἡμέρας

Antequam vero ad Naronem fluvium perveniatur, longus terræ tractus multum in mare prominet. Et insula maritimæ huic regioni propinqua est, cui nomen Melita; tum alia insula huic vicina, nomine Corcyra nigra, quæ altero suo promontorio ab ora maritima longe recedit, altero autem spectat versus Naronem fluvium. A Melita abest Corcyra stadiis viginti; ab ora autem maritima distat stadiis octo.

24. Manii. Post Nestos est Naro fluvius. Introitus in Naronem non est angustus; innavigat in eum vel triremis, et naves onerariæ usque ad emporium, quod sursum situm abest a mari stadiis octoginta. Incolunt autem Manii gente Illyrii. Porro lacus vastus est ab interiore emporii parte, qui pertinet usque ad Autariatas, gentem Illyricam; et insula in lacu est stadiorum centum viginti, agriculturæ perquam commoda. Ex hoc lacu Naro fluvius profluit. A Narone ad Arionem fluvium diei navigatio est. Ab Arione vero fluvio [*ad Rhizuntem seu Rhizonem fluvium*] navigatio diei dimidiati. Suntque ibi Cadmi et Harmoniæ

---

scilicet condita c. Ol. 98, 4. 385 a. C. V. Diodor. XV, 13, 3 : Πάριοι.. ἔκτισαν νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Φάρον, συμπράξαντος αὐτοῖς Διονυσίου τοῦ τυράννου· οὗτος γὰρ ἀποικίαν ἀπεσταλκὼς εἰς τὸν Ἀδρίαν οὐ πολλοῖς πρότερον ἔτεσιν, ἐκτικὼς ἦν τὴν πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Λίσσον. Cf. Ephorus fr. 150 (Fr. H. I, p. 274); Scymnus 427; Strabo VII, p. 315. Vanæ sunt dubitationes Mannerti VII, p. 381. Apud Diodorum l. l. *Lissum* intelligunt Illyriæ urbem ad Drilonem situm. Sed vereor ne pro Λίσσον scribendum sit Ἴσσαν. Idque etiam Niebuhrius sensisse videtur, qui (*Kl. Schriften*. I, p. 117) Issam a Dionysio conditam esse dicit. || — πολλὴ χώρα κτλ.] Hæc est peninsula *di Sabioncello*, de qua dixi supra. || — Κέρκυρα (nunc slavonice *Karkar*) item Græcam urbem habebat, Cnidiorum coloniam (Scymnus 428; Strabo p. 315; Plinius III, 30), quæ non recentior Scylacis ævo fuisse putanda est, sed omisit ejus mentionem vel excerptor vel librarius. Deducta colonia esse videtur circa Ol. 50. Cf. Fragm. Hist. IV, p. 396, 13. || — ἐκτρέχει] em. Cluver.; ἐρρέχει codd. — τῷ ἑνὶ τῶν ἀκρ.] περὶ τὸ ἀκρωτήριον codd. || — τῷ δὲ ἑτέρῳ] In his Corcyra cum Pharo confundi videtur Mannerto (VII, p. 383). At reapse hoc Corcyræ promontorium versus Naronem directum est, quanquam interpositâ inter utrumque peninsulâ. || — στάδια κ'] Fuerit στάδ. π'.

§ 24. τριήρης] sic cod.; non vero τριήρις, ut in ed. Hœsch., unde Voss. scr. τριήρεις. || — οὗτοι δὲ κτλ.] « Οὗτοι dictum de incolis emporii, ut § 2. » Clausen. || — ἐμπόριον], ubi nunc castellum *Opus*, ut Lapieus censet. || — λίμνη], nunc palus *d'Utovo* vel *Popovo*. || — Αὐταριάτας] αὐγαριάτας codd.; em. editt. || — Ἀρίωνα] Arion ab uno Scylace memoratur. Nunc *Ombla*. Pouquevillius *Voyage dans la Grèce* I, p. 25 : « Dans la province de Breno, l'une de celles qui composent les États de Raguse, est la vallée d'*Ombla*, traversée par l'*Arion*, le prince des fleuves souterrains, qu'on voit avec surprise sortir du mont Bergat... Les habitants du pays assurent, sans le prouver, que l'Arion est un écoulement des eaux du lac de Popovo. » Accolæ hujus regionis quum Autariatæ fuisse dicantur, suspiceris cum Arione (*Tarione?*) fluvio componendum esse *Tarionam* castellum Autariatarum apud Plin. III, 26 (v. not. ad § 22); quamquam series locorum Pliniana huic sententiæ refragatur. || — ἐπὶ τὸν Ῥιζοῦντα ποτ.] Hæc supplevi. Deinde bis scripsi Ῥιζοῦντος pro Ἀρίωνος. Ne præferrem formam Ῥίζωνος vel Ῥίζονος (utramque licebat), quæ ad corruptum illud Ἀρίωνος propius accedit, impediri mihi videbar verbis § 25. Verba ἄπωθεν τ. Ῥιζοῦντος ex seqq. ἀπὸ δὲ τοῦ Ῥιζ. nata videri possint. Sin genuina sunt, scribendum esse videtur οὐκ ἄπωθεν. In postremis denique lacunam notavi. Fuisse videtur : εἰς Βουθόην ὁ πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ, ὅσος καὶ εἰς τὸ ἐμπόριον. Nam tale quid situs locorum requirit. Fabricius ita locum adornavit : ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ εἰς Βουθόην καὶ τὸ ἐμπόριον ὁ πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ· καὶ Κάδμου... ἱερὸν, ἄπωθεν τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ Ἰλλυριῶν ἔθνος εἰσὶν οἱ Ἐγχελεῖς κτλ. Quæ quum nihil lucis afferentes mutationes sint, silentio præterire licet. Sed de Clausenio dicam, qui totum locum talem qualem codex exhibet, tueri instituit : « Rupibus Cadmi et Harmoniæ, inquit, vicina est Buthoa; itaque quum modo rupes illas ut terminum navigationis posuerit, altero jam loco iis vicino eundem terminum designat. Rupium mentio peregrinatoris, Buthoæ mentio mercatoris gratia facta est. Posterior navigationis terminus eodem modo, quo hoc loco (non per μέχρι c. gen., sed per καὶ ἐνταῦθα vel κατὰ δὲ ταῦτα) significatur § 110. Falsum est, quod numerum post Βουθόην ὁ πλοῦς excidisse contendunt interpretes, quum in mentione rupium dictum sit, quantum hæc regio distet ab Arione. Ejus.

ἥμισυ· καὶ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας οἱ λίθοι εἰσὶν ἐνταῦθα, καὶ ἱερὸν [οὐκ] ἄπωθεν τοῦ Ῥιζοῦντος ποταμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ῥιζοῦντος ποταμοῦ εἰς Βουθόην ὁ πλοῦς** καὶ τὸ ἐμπόριον.

23. **ΕΓΧΕΛΕΙΣ.** Ἰλλυριῶν ἔθνος εἰσὶν οἱ Ἐγχελεῖς, ἐχόμενοι τοῦ Ῥιζοῦντος. Ἐκ Βουθόης δὲ εἰς Ἐπί-

rupes atque fanum [*non*] procul a Rhizunte fluvio. A Rhizunte autem fluvio usque ad Buthoam navigatio est [*diei dimidiati, sicuti etiam ad Rhizuntem*] emporium.

25. **Encheleí.** Illyriorum gens sunt Enchelei, qui inde a Rhizone habitant. Ex Buthoa autem in Epi-

---

dem igitur regionis est emporium, quod post Buthoam commemoratur, neque dubium est, quin hoc sit emporium Rhizon, situm ad amnem Rhizuntem in intimo sinu, cui adjacebat Buthoa. Solet vero Scylax omittere emporiorum nomina (§ 2 et 24). Amnem et oppidum prope Buthoam memorat Stephanus. Quod per amnem Encheleorum regio, per Buthoam terminus navigationis designatur (§ 25), bene se habet, quoniam Encheleorum sedes in media terra, Buthoa ad mare sita fuerit. » Hæc Clausenius, haud feliciter. Nam mirum commentum est navigationem ab Arione ad Rhizuntem fl. semel in peregrinatorum, deinde iterum in mercatorum usum expressam esse; magis miraris Rhizuntem fluv., quum cardo sit horum locorum, ne nominari quidem, adeo ut ex § 25 demum conjectura colligendum sit, fluvio illi ad quem emporium, et infra quem Buthoa urbs sita fuerint, nomen fuisse Rhizunti; maximum vero est quod ad situm locorum non attendens Clausenius falsissima Scylaci affingit. Res ita habet: Ab Arione ad ostium Rhizuntis stadia sunt circiter 300, id est, πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ. Deinde ab ostio Rhizuntis juxta oram maritimam usque ad Buthoam (*Butuam* sec. Plin.; hodie *Budua*) stadia sunt ad 200. Totidem vero stadia sunt si per ostium fluminis ad emporium Rhizuntem (nunc *Risano*) naviges. Has distantias item diei dimidiati navigatione Scylax notavit. — Rhizon vel Rhizûs non est sane *fluvius*, sed ita vocatur tum a Scylace tum a Polybio II, 11 et Philone (ap. Steph. Byz. v. Βουθόη) sinus perangustus longeque et multifariam in terram penetrans (hod. *golfe de Cattaro*). Ostium adeo est coarctatum, ut ipse sinus lacus speciem præ se ferat. Saxa quæ introitum sic quasi claudebant, Cadmi et Harmoniæ dicta esse suspicor. Ἀμφοτέρωθεν ἐρηρέδαται δύο πέτραι, Αἵτ' ἄμφω συνίασι δονεύμενοι, εὖτέ τις ἀρχὴ Γίνεται... κακοῖο. Verba sunt Dionysii 395, quanquam is petras sicuti τὸν τύμβον (i. q. nostro loco ἱερὸν) Cadmi et Harmoniæ ad sinum prope montes Ceraunios collocat. Est vero ibi quoque sinus vel lacus nostro simillimus, ille scilicet qui infra Aoum fluvium inter Apolloniam et Oricum situs angustissimo ostio, cui *Aulon* urbs adjacet, cum mari cohæret. Apollonius Rhodius, qui in multis cum Scylace nostro consentit, probabiliter de Rhizone cogitari voluit ubi dicit (IV, 516) : Οἱ δ' ἄρ' ἐπ' Ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο, Τύμβος ἵν' Ἁρμονίης Κάδμοιό τε, πύργον ἔδειμαν, Ἐγχελέεσσιν ἐφέστιοι. Alii denique Cadmi monumenta ad Drilonem fl. ponebant, ut refert Eratosthenes (ap. Stephan. Byz. v. Δυρράχιον) : Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Ἀῶος, περὶ οὓς οἱ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας τάφοι δείκνυνται. Jam vero uti sub Aoo est λιμνοθάλασσα, cui saxa Cadmi Dionysius tribuit, sic etiam paullo supra Drilonem magnus est lacus Labeatis cum parvulis insulis, centum fere stadiis a mari distans, eique junctus Banasa fluvio, quem haud semel veteres cum ipso Drilone videntur confudisse (V. Plinius III, 56 et Livius XLIV, 31, ubi pro *Oriundi flumini* leg. vid. *Driloni fl.*). Regionem aut Driloni aut Rhizoni proximam indicare videtur Phylarchus (fr. 40) sepulcrum Cadmi esse dicens in loco Illyrico, cui Κύλικες nomen. Jam ut ad Scylacem revertar, proxime ad eum pertinet, quod *Rhizon Cadmi filius* fuisse dicitur apud Chœroboscum in Theodos. p. 76, 24 et Theognost. Can. p. 33, 11, sicuti Illyrium Cadmi filium a serpente nutritum habes ap. Steph. B. v. Ἰλλυρία et Interpret. Vatican. Virgil. Æn. I, 243, p. 311. Rhizon ille haud dubie ferebatur conditor emporii cognominis (Ῥιζοῦς vel Ῥίζων cett.), quod in ditione Buthoæorum fuisse testatur Stephanus v. Βουθόη : Ἔχει δ' (ἡ Βουθόη) ἐπὶ τοῦ μυχοῦ Ῥίζονα πόλιν καὶ ποταμὸν ὁμώνυμον. Ipsam Buthoam Cadmus condiderat (Steph. l. l.; Etym. M. p. 207, 13), qui etiam Lychnidum Illyriæ urbem ad lacum cognominem condidisse fertur ap. Christodor. in Anthol. VII, p. 697 : Λυχνιδὸν, ἣν Φοῖνιξ Κάδμος ἔδειμε πόλιν. Denique duos locos Cadmi cultu celebres miscet nescio quinam Sophocles ap. Etym. M. l. l. : Βουθοίη, πόλις τῆς Ἰλλυρίας. Σοφοκλῆς Ὀνομακλεῖ (?)· Βουθοίη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν. Unde aliquis conjicere possit nostro quoque loco pro Ἀρίωνος fuisse Δρίλωνος, nisi sequeretur Ῥιζοῦντος et alius Ἀρίων præcederet. Ceterum de Cadmo in Illyriam profecto ibique regnante et mortuo v. Apollodor. III, 5, 4; Strabo I, p. 46. VII, p. 326; Herodot. IX, 43. V, 61; Pausan. IX, 5, 1, 7; Diodor. XIX, 53; Nicander Ther. 607; Nonnus IV, 417. XLIV, 116. XLVI, 364; Tzetz. Chil. IV, 708; Parthen. c. 32. || — καὶ ἱερὸν] Ceteris est τάφος vel τύμβος. Quare καὶ ἠρίον scribi vult Unger. Theban. Paradox. p. 51, quum sæpius ἱερὸν et ἠρίον confusa sint. Sed vox poetica in Scylacem non cadit; ac ἱερὸν vocabulum late patet.

§ 25. Ἐγχελεῖς] Secundum Scylacem οἱ Ἐγχελεῖς sive Ἐγχελέαι sive Ἐγχέλειοι sive Ἐγχελᾶνες (v. Stephan. Thes. s. v.) juxta oram pertinuisse videntur usque ad Drilonem fl. vel paullo ultra; nam Epidamnus jam sita est in regione Taulantiorum (§ 26). Cum Scylace faciunt quicumque Buthoam vel Rhizonem vel Drilonem in Cadmi historia commemorant, quippe quæ cum Encheleis arcte conjuncta est. Hecatæus vero et Strabo et Scymnus Chius, alii, Encheleorum regionem a meridie Taulantionum sive ab Aoo fere fluvio ad montes usque Ceraunios et Chaoniam, et in mediterraneis prope Lychnidum lacum, fuisse statuebant. Nam Hecatæus (fr. 73) Dexaros tanquam ἔθνος Χαόνων τοῖς Ἐγχελείαις προσεχὲς memorat, sicuti Strabo VII, p. 326 Dasarethios sive Sesarethios (Dexaros Hecatæi) juxta Echelenses recenset. Scholiasta Apoll. Rh. IV, 507 : Οἱ Ἐγχέλυες (sic) περὶ τὰ Κεραύνια ὄρη. Scymnus Chius

δαμνον, πόλιν Ἑλληνίδα, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ὁδὸς δὲ τριῶν ἡμερῶν.

26. ΤΑΥΛΑΝΤΙΟΙ. Ταυλαντίων δέ ἐστι τὸ Ἰλλυρικὸν ἔθνος, ἐν ᾧ ἡ Ἐπίδαμνός ἐστι, καὶ ποταμὸς παρὰ τὴν πόλιν παραρρεῖ, ᾧ ὄνομα Πάλαμνος. Ἐκ δὲ Ἐπιδάμνου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν Ἑλληνίδα ὁδὸς ἡμερῶν δύο. Ἡ δὲ Ἀπολλωνία ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀπέχει στάδια ν', καὶ ποταμὸς Αἴας παραρρεῖ τὴν πόλιν. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Ἀμαντίαν ἐστὶ στάδια τκ'. [Καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραρρεῖ]. Πρὸς [δ' Ἀμαντίας] εἴσω

damnum, urbem Græcam, navigatio est diei noctisque, iter vero pedestre trium dierum.

26. Taulantii. Taulantiorum ea est gens Illyrica, in qua Epidamnus urbs; et fluvius urbem præterfluit, cui nomen Palamnus. Ab Epidamno autem in Apolloniam, urbem Græcam, duorum dierum iter pedestre. Apollonia abest a mari stadiis 50, et fluvius Æas urbem præterlabitur. Ab Apollonia autem ad Amantiam sunt stadia 320. [Et Æas fluvius e Pindo monte labens Apolloniam præterfluit]. Ab [*Amantia*] autem magis intus ad Ionium sinum Oricus urbs est. Oriciæ di-

---

439 eosdem prope Apolloniam habitasse refert [Ea igitur in regione ubi sunt Oricus et Bulis urbes. Quare apud Apollodorum II, 7, 8, 6 in Thestiadarum ex iisque natorum nominibus undique conquisitis pro Ἐλευχείας Βουλεύς, corrigo Ἐγχελείας Βουλεύς]. Polybius V, 108 8 Enchelanes urbem ad Lychnidum lacum a Philippo subactam dicit. Recentiores de his sentiunt varie. Mannertus VII, p. 389 vera habet quæ de sedibus gentis tradit Scylax; hunc enim antiquissimum esse testem opinatur; ceterorum testimonia rejicit. Moversius (*Phœn. Alt.* II, p. 91) Phœnices olim in Illyriæ ora consedisse et religionis suæ reliquisse ibi vestigia; Müllerus (*Min.* p. 231) Enchelenses censet in Epiri finibus habitasse, gentem prædatoriam, quæ olim in Bœotiam invasisset; ea quæ de Cadmi monumentis deque variis locis, ubi esse credebantur, feruntur, nullius videri momenti. De quibus disputare longum foret. Ego in antecc. de industria accuratius inquisivi de locis, quibus Cadmi cultus et Enchelenses vindicantur. In his enim cardinem rei versari existimo. Vidimus autem veterum testimonia nos ad quattuor illos qui in inferiori Illyria sunt lacus majores deducere, quorum unus Aoo proximus, alter supra Drilonem Labeatis, tertius Rhizonicus, quartus Lychnidus. Cur ad hunc habitasse, ad alterum non habitasse Enchelenses putemus, causa est nulla. Priores innotuerunt, Hecatæi ætate, ii Enchelenses qui Græciæ propiores erant; deinde alteri, patefacto Scylacis temporibus mari Adriatico. Reliqua sponte sequuntur. Nam lacus illi admodum sunt piscosi (λίμναι αἱ περὶ Λυχνιδὸν ταριχείας αὐτάρκεις ἔχουσαι, Strabo VII, p. 327); gentis vero nomen aperte Græcum est vocabulum, non tam certam quandam stirpem indicans, quam ad vitæ genus istorum hominum pertinens. Quare nomen apud posteriores geographos, ut ap. Ptolemæum et historicos, non occurrit. Ἐγχελέαι itaque sunt *anguillarii* seu piscatores. Deos eorum tutelares sive genios ad victum gentis quæstumque accommodatos fuisse sponte patet. Non modo, sicuti Bœoti Copaidis accolæ, anguillas prægrandes coronis ornatas sacrificarint (Agatharchides in fr. hist. t. III, p. 192 1), sed ipsi etiam genii anguinam formam induere debebant (cf. schol. Lucan. III, 189: *Encheliæ dracones dicuntur a Græcis*). Tales vero apud Illyrios in fabulis exhibentur Cadmus et Harmonia. Cur horum potissimum nomina a Græcis ad barbaras illas Illyriæ gentes translata sint, id partim ex fabularum quæ de Cadmo sunt ratione interiore, partim a dispersis late post varia patriæ fata Bœotis repetendum esse videtur. || — Ῥιζοῦντος] Hanc nominis formam de nostro sive sinu sive emporio alius nemo exhibet; Ῥίζων est ap. Polyb. II, 11; Strabon. VII, p. 316; Livium XLV, 26; Steph. Byz.; Ῥιζάνα opp. ap. Ptolem. II, 17. p. 167 ed. W.; *Rhizinium* ap. Plin. III, 22. Sinus dicitur Ῥιζονικὸς vel Ῥιζωναίων. Contra Ῥιζοῦς Thessalica Magnesiæ urbs vocatur ap. Strab. p. 436. 443. || — πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός] Circa 850 stadia sunt.

§ 26. Ταυλάντιοι] Ἰλλυριοί codex. Sc. quum Taulantiorum nomen in sqq. corruptum esset, librarius, qui titulos singulis capitibus præfixit, inepte scripsit Ἰλλυριοί || — Ταυλαντίων] κατ' ἀντίον codex; em. Gronovius. Cf. Ptolemæus: Ταυλαντίων Δυρράχιον. Euphorion ap. Steph. v. Δυρράχιον· Ἄστεα Δυρραχίης τε καὶ ἔθνεα Ταυλαντίνων, et Eratosthenes ibid. || — Πάλαμνος] nunc *Lizana*. « Puto eundem esse ac illum qui Ptolemæo est Πανύασις. » Voss. Ex mensuris Ptolemæi patet Panyasin esse potius *Genusum* (Cæs. B. G. 3, 75. Liv. 44, 33, etc.), sive *Genesin* (Vib. Seq.), fluvium multo majorem eo qui Dyrrachium præterfluit. V. Mannert. VII, p. 397. Corrigendus etiam Forbiger. *Geogr.* III, p. 847. || — ὁδὸς ἡμ. δύο] Circa 500 stadia. || — Αἴας] Δίας cod.; em. Voss. Sic Hecatæus quoque (fr. 71) fluvium dixit, qui vulgo Ἄωος vocatur. Cf. Plinius III, 26: *Flumen Aous a quibusdam Æas nominatum.* Nunc *Viosa, Vuissa, Vovussa.* || — στάδια ν'] Plinius l. l.: *Apollonia quondam Corinthiorum colonia* VII, (v. l. IV) *M. passuum a mari recedens;* 60 stad. sec. Strabon. De conditoribus coloniæ v. Thucyd. I, 26; Strabo VII, p. 316; Scymnus 438; Dio Cass. XLI, 45. Ruinæ urbis ap. monasterium *Polonia* sive *Pollina.* || — Ἀμαντία] Ruinæ urbis prope *Nivitza Masiliotes*, ad Polyanthem fl., qui a meridie in Æantem influit. A monasterio *Pollina* ad hunc locum Lapieus exputat stadia 270. V. Pouqueville. *Voy.* I, p. 274; Leake *Northern. Gr.* I, p. 375 sqq. Sec. Tab. Peuting. ab Apollonia ad Amantiam sunt 30 mill. pass. || — καὶ ὁ Αἴας... παραρρεῖ] « Hæc valde suspicor margini adscripta fuisse, ut præcedentibus καὶ ποταμὸς Αἴας παραρρεῖ τὴν πόλιν, adjiceretur fluvium a Pindo delabi. Illud nempe supra prætermisit Noster; sed prorsus in tantam verborum repetitionem non incidisset, ut Pindi mentio hic fieret. » Gail. Recte. Irrumpens in verborum ordinem glossema turbavit sequentia. || — πρὸς δ' Ἀμαντίας εἴσω μᾶλλον εἰς τὸν Ἰό-

μᾶλλον εἰς τὸν Ἰόνιον Ὠρικός. Τῆς Ὠρικίας καθήκει εἰς θάλατταν στάδια π', τῆς δὲ Ἀμαντίας στάδια ξ'. Ἅπασιν ὅμοροι ἐν μεσογείᾳ Ἀτιντᾶνες ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας καὶ Καρίας* μέχρι Δωδωνίας. [Ἐν τῇ Κέστριδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον, ὄνομα Ἐρύθεια. Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἥκειν, καὶ τοὺς βοῦς βουκολεῖν.] Κατὰ ταῦτά ἐστι τὰ Κεραύνια ὄρη ἐν τῇ Ἠπείρῳ, καὶ νῆσος παρὰ ταῦτά ἐστι μικρὰ, ᾗ ὄνομα Σάσων. Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρικὸν πόλιν ἐστὶ παράπλους ἡμέρας τρίτον μέρος.

27. (ΩΡΙΚΟΙ. Οἱ δὲ Ὠρικοὶ κατοικοῦσι τῆς Ἀμαντίας χώρας.) Οἱ δὲ (Ἀμαντιεῖς) εἰσὶ μέχρι ἐνταῦθα

tionis ad mare pertinent stadia octoginta, Amantiæ autem sexaginta. Omnibus contermini sunt in mediterraneo tractu Atintanes, supra Oriciam et *Chaoniam* usque ad Dodoniam. [In Cestride regione esse campum dicunt, cui nomen Erythia. Eo Geryon venisse bovesque ibi pavisse perhibetur.] Circa hanc regionem sunt montes Ceraunii in Epiro, et insula parva juxta est, cui nomen Sason. Ab ea ad Oricum secundum oram maritimam navigatio est tertiæ dici partis.

27. Hi sunt Illyrii pertinentes hucusque inde a Bulinis (Οἵδε εἰσὶ μέχρι ἐνταῦθα Ἰλλυριοί.). Os vero Ionii

---

νιον Ὠρικός] Codex : πρὸς Ὠρίκου εἴσω μᾶλλον εἰς τὸν Ἰώνιον (sic)· τῆς Ὠρικίης κτλ. Quæ sunt nihili. Possis etiam : πρὸ δ' Ἀμαντίας Ὠρικός, εἴσω κτλ. Ceterum sic fere scripsit non auctor Peripli, sed is qui irrumpente glossemate turbata verba in ordinem redigere studuit. Ipse auctor ita dederit : Οἱ δὲ Ὠρικοὶ κατοικοῦσι τῆς Ἀμαντίας χώρας εἴσω μᾶλλον εἰς τὸν Ἰόνιον. Etenim verba οἱ δὲ... χώρας leguntur § 27, ubi, nisi mutaveris, ferri nequeunt. Probabile igitur est in margine exemplaris adulterati priscam lectionem adscriptam esse, hanc vero deinceps inepto loco in textum receptam novas excitasse turbas. Vulgatæ sensum intorquere studet Clausenius, interpretans hunc in modum : Æas defluit *a meridie* e monte Pindo, unde *boream versus delatus* Apolloniam præterlabitur. *Qua regione si nosmet in litore pariter ac fluvius Æas per mediam terram progredimur, itaque in exhibendo litore* ab Orici parte *incipimus, ita ut ab hac* intus per oram sinus Ionici *pergamus, tractu* 80 stadiorum per Oriciam, 60 stadiorum per Amantiam proficiscimur. » Quæ afferre est refellere. Bene autem Clausenius monet τῆς Ὠρικίας.. στάδια dictum esse, ut § 51 : Καθήκει εἰς τὸν κόλπον τοῦτον στάδια λ' (τῆς Ἐπιδαύρου χώρας). Hoc non perspicientes priores editores in explicando loco frustra desudarunt. || — ἅπασι] sc. Apolloniatis, Oriciis, Amantiis. || — Ἀτιντᾶνες] Ἀγίντανες codex ; em. Voss. V. Polyb. II, 5 ; Liv. XXVII, 30. XXIX, 2 ; Thucyd. II, 80 (Ἀντιτᾶνες) ; Strabo p. 326 ; Steph. s. v. || — Καρίας] Corruptum. Χαονίας em. Voss. ; Δεξαρίας conj. Clausen., quum Hecatæus (fr. 73) Dexaros finitimum Chaoniæ populum commemoret. || — Δωδωνίας] Ἰδονίας codex Paris. ; Ἠδωνίας Palat. ; em. Palmer. || — Κέστριδι] Κάστιδι cod. ; em. Holstenius. *Cestria* urbs Thesprotiæ ap. Plin. IV, 1 ; Κεστρίνα Thesprotiæ vel Chaoniæ regio ap. Thucyd. I, 46 et Rhianum ap. St. B. v. Χαόνων. Celeberrimi erant boves Κεστρῖνοι. Vid. Lycus Rheginus fr. 2 (Fr. H. tom. II, p. 370) ibiq. laudata, quibus adde Hesych. v. Κεστρινικοὶ βόες. Cf. de Cestrine Pausan. II, 23, 6. I, 11, 1. Ceterum verba ἐν τῇ Κέστριδι usque ad βουκολεῖν, inepto loco interposita sunt ex margine. || — πεδίον] em. Vossius. Codex : δὲ διὸς ὄνομα... (6 litt. spatium) ἐρυθεῖα. Deinde ἐνταῦθα primam literam miniatam habet, quasi vox Ἐρύθεια novi segminis titulus esset. Quod fabulam attinet, cum Scylace facit Hecatæus fr. 349. Cf. Aristot. Mirab. c. 145.

|| — ἐν τῇ Ἠπείρῳ] Hæc interpolata esse censebat Gailius, quod *Epiri* nominis usus Scylacea ætate recentior esset, neque in sequentibus *regio* Epirus, sed singuli tantummodo populi hunc tractum incolentes commemorarentur. Contra Letronnius (*P. Géogr.* p. 205) postquam attulit examinavitque verba Hecatæi (fr. 349) ap. Arrian. An. II, 16, 6 (τῆς Ἠπείρου τῆς περὶ Ἀμβρακίαν καὶ Ἀμφιλόχους) et Pindari Nem. IV, 51 (Νεοπτόλεμος δ' Ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ sc. κρατεῖ) et Nem. VII, 38 (Μολοσσίᾳ ἐβασίλευσεν sc. Νεοπτόλεμος) : recte docet hæc : « Ainsi, dès le temps de Pindare, de même qu'aux époques plus récentes, nous voyons l'expression générique *Epire* employée simultanément avec les noms des peuples qui se partageaient cette contrée. Ces peuples étant restés fort tard indépendants les uns des autres, et soumis à des princes particuliers, l'usage se conserva de désigner l'Épire par les noms de ces parties ; et c'est pour cela que le nom même d'*Epire* se rencontre si rarement chez les anciens : car, jusqu'au temps de Philippe, je n'en connais que trois exemples. Thucydide (III, 2), dans un seul passage, désigne l'ensemble des habitants de l'Epire par le mot τὸ Ἠπειρωτικόν ; partout ailleurs (I, 46. II, 80) il ne nomme que les divisions et les peuples. Xénophon (Hell. VI, 1, 4) parlant d'Alcétas, roi des Molosses, le qualifie *chef de l'Épire* ; et l'orateur Lycurgue (in Leocrat. p. 156 ed. R.) se sert aussi du nom d'Épire en parlant de Cleopâtre, veuve d'Alexandre, roi des Molosses. » || — Σάσων] Σασῶν codex ; Σασών editt. Memorant insulam (nunc *Sasena* v. *Sassoso* v. *Sassa* dictam) Polybius V, 110, 2 ; Strabo p. 281 ; Ptolemæus III, 13, ubi Σασώ ; Plinius III, 30, ubi *Sasonis*, ut in Itin. Ant. p. 489 (sed *Saso* Itin. p. 520, 3) ; Silius Ital. VII, 481 (*Sasson*) ; Mela II, 7, 13. Cf. Pouqueville *Voy. en Grèce* I, p. 41. || — ἡμ. τρίτον μέρος] *tria mill. pass.* sec. Plinium III, 3 ; 90 stadia ex mensuris Lapiei.

§ 27. τῆς Ἀμαντίας χώρας] Sic codex ; in editionibus legitur τῆς Ἀμαντίας χώραν. Totum hunc locum jure suspectum habuit Vossius. Gailius in sequentibus vocem Ἀμαντιεῖς expungi jussit. Clausen omnia sana habet, nisi quod post εἰσί excidisse Ἰλλυριοί censet ; adeo ut sensus sit : « Oricii habitant in Amantia regione (!) ; Amantienses vero Illyrii sunt. » Mihi verba οἱ δὲ Ὠρικοὶ... χώρας ex antecc. male huc translata esse videntur, ut supra § 26 monui. Nihil hoc loco fuit

Ἰλλυριοὶ ἀπὸ Βουλινῶν. Τὸ δὲ στόμα τοῦ Ἰονίου κόλπου ἐστὶν ἀπὸ Κεραυνίων ὀρῶν μέχρι ἄκρας Ἰαπυγίας. Ἐπὶ δὲ Ὑδρόεντα πόλιν ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ ἀπὸ τῶν Κεραυνίων στάδια τοῦ διάπλου ὡς φ', [δ] ἐστι τὸ στόμα τοῦ κόλπου· τὰ δὲ ἐντὸς ὁ Ἰόνιος. Λιμένες εἰσὶ πολλοὶ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ· τὸ δὲ αὐτὸ Ἀδρίας ἐστὶ καὶ Ἰόνιος.

28. ΧΑΟΝΕΣ. Μετὰ δὲ Ἰλλυριοὺς Χάονες. Ἡ δὲ Χαονία ἐστὶν εὐλίμενος· οἰκοῦσι δὲ κατὰ κώμας οἱ Χάονες. Παράπλους δ' ἐστὶ Χαονίας ἥμισυ ἡμέρας.

29. ΚΟΡΚΥΡΑ. Κατὰ δὲ Χαονίαν νῆσός ἐστι Κόρκυρα, καὶ πόλις Ἑλληνὶς ἐν αὐτῇ, λιμένας ἔχουσα τρεῖς κατὰ τὴν πόλιν· τούτων ὁ εἷς κλειστός. Ἐπιβάλλει δὲ Κόρκυρα καὶ ἐπὶ τὴν Θεσπρωτίαν πλεῖον ἢ ἐπὶ τὴν Χαονίαν. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

30. ΘΕΣΠΡΩΤΟΙ. Μετὰ δὲ Χαονίαν Θεσπρωτοί εἰσιν ἔθνος. Οἰκοῦσι δὲ καὶ οὗτοι κατὰ κώμας· ἔστι δὲ καὶ αὕτη εὐλίμενος. Ἐνταῦθά ἐστι λιμὴν, ᾧ ὄνομα Ἐλαία. Εἰς τοῦτον τὸν λιμένα ποταμὸς ἐξίησιν Ἀχέρων· καὶ λίμνη Ἀχερουσία, ἐξ ἧς ὁ Ἀχέρων ῥεῖ ποταμός. Παράπλους δὲ τῆς Θεσπρωτίας ἥμισυ ἡμέρας.

sinus patet a Cerauniis montibus usque ad Iapygiæ promontorium. Ad urbem autem Hydruntum in Iapygia a Cerauniis montibus stadia trajectus sunt circiter quingenta. Hoc est os sinus; quidquid intus est, Ionius sinus vocatur. Portus sunt in Adria multi; idem vero est Adriaticus ac Ionius sinus.

28. Chaones. Post Illyrios sunt Chaones. Chaonia vero habet portus commodos; habitant Chaones vicatim. Præternavigatio Chaoniæ est diei dimidiati.

29. Corcyra. E regione Chaoniæ Corcyra insula est, et urbs Græca cum tribus ad urbem portubus, quorum unus clausus. Objecta autem Corcyra est etiam Thesprotiæ, idque magis etiam quam Chaoniæ. Sed rursus ad continentem me confero, unde digressus eram.

30. Thesproti. Post Chaoniam sequitur Thesprotorum natio. Habitant hi quoque vicatim, et hæc quoque regio commodos portus habet. Portus ibi est, cui nomen Elæa, in quem Acheron fluvius egreditur; ibidem est etiam palus Acherusia, ex qua Acheron amnis profluit. Præternavigatio autem Thesprotiæ est diei dimidiati.

---

nisi: Οἵδε εἰσὶ μέχρι ἐνταῦθα Ἰλλυριοὶ ἀπὸ Β. — Oricus vel Oricum (nunc *Ericho*) ab Eubœis Troja redeuntibus tempestateque huc delatis condita est sec. Scymnum 441 sqq. (Cf. Lucan. III, 187: *Dardanium Oricon*). Item Amantes esse Abantes Eubœæ post Trojam captam huc profectos refert Etym. M. p. 75, 54. Cf. Pausanias V, 22, 3. Plinius l. l. Oricum a Colchis conditam dicit, Argonautica quædam secutus. Græcam urbem fuisse vel ex Cæsare B. C. III, 11 liquet. || — Ἰονίου] em. Vossius; ὀνέου codd. || — φ'] Strabo VI, p. 281 et Itin. Ant. p. 489 a Sasone ad Hydruntum computant stadia 400, minus accurate. || — τὸ στόμα τοῦ κόλπου] Hæc quasi titulum hujus loci ad marginem adscripta fuisse censet Gailius. Inserui δ; quamquam etiam vulgatam tueri licet.

§ 28. οἰκοῦσι δὲ κατὰ κώμας]. « Chaones, Thesprotos, Cassopos, Molossos vicatim habitare Scylax refert, quod necessario ad ætatem Philippo antiquiorem referendum esse contendit Gailius, quum jam ab Herodoto ibi memoretur urbs Posidium (III, 91), ab aliis aliæ. Posidium Herodotus non in Epiro sed in Cicilia situm dicit. Sed jam Hecatæus ibi cognovit Buthrotum et Bæacen (fr. 75. 76): itaque nisi Scylacem nostrum Dario Hystaspis antiquiorem facis, fatendum est urbes Hecatæi a vicis Scylacis haud esse diversas, et vixisse hos populos pariter atque Arcades. A Thucydide (II, 80) Chaones et Thesproti dicuntur vivere sine regibus, quum vicini eorum Molossi, Parauæi, Atintanes, Orestæ regibus obtemperaverint. Eandem reperimus conditionem in ætate Philippi; manserat antiquus ille status usque ad tempora Macedonica. » Clausen. — ἥμισυ ἡμέρας] Hoc justo minus. Nam Chaonia e Scylacis sententia minimum pertinet usque ad fretum Corcyræum prope Posidium prom. vel Buthrotum urbem, uti liquet ex § 29, collato Ptolemæo III, 14, qui Thesprotiæ initium ponit ad Posidium. Hucusque autem inde a Cerauniis sunt stadia circiter 600.

§ 29. Λιμένας ἔχ. τρεῖς], sc. portum Alcinoi orientalem (Thuc. III, 72. Eustath. ad Dionys. 494), Hyllicum meridionalem et tertium portum borealem e regione situm insulæ Ptychiæ (*Scoglio di Vido*). Quem postremum nominavi, eo præ ceteris nunc utuntur; Hyllicus, hodie arenis obstructus, olim tutissimus esse debuit, quum in terram longe penetret ostiumque habeat angustissimum, quod claudi facile possit. V. Dodwell Itin. I, p. 38; G. Müller De Corcyr. rep. (Götting. 1835) p. 4. || — κλειστός] κάλλιστος codex; em. Fabricius. || — ἐπὶ τὴν Θεσπρωτίαν πλεῖον] Quare solam Thesprotiam nominasse satis habet Scymnus 445: Κόρκυρα νῆσος δ' ἐστὶ κατὰ Θεσπρωτίαν.

§ 30. Ἐλαία] Ἐλεδ codex, em. Vossius. Olim in cod. fuerit Ἐλέα, quum Ἐλέα et Ἐλαία sæpe confundantur. Vid. Steph. Thes. tom. III, p. 657, C. Apud Ptolemæum III, 14, 5 post Acherontis ostium memoratur Ἐλαίας λιμήν. Cf. Thucyd. I, 46, 4: ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι τῆς Θεσπρωτίδος Ἐφύρη. « Etiamnum suum nomen retinet locus, Pouquevillio (*Voyage* tom. II, c. 33. p. 2) dictus *port d'Elia.* » Gail. Vereor ne Pouquevillius nomen ex veteribus geographis desumpserit. Apud Strabon. VII, p. 324 Acheron exit in Γλυκὺν λιμένα (*Clycis limen* in Itin. Anton. p. 325), qui a nostro non diversus fuerit. Ipsum hoc nomen in Scylace reponi voluit Palmerius. Nunc *porto Tanari* sec. Leake *Northern Greece* I, p. 185. 232. — ἥμισυ] νήσου cod.; em. editt. A Posidio prom. ad Eliam portum quingenta fere sunt stadia. Igitur hoc quoque loco integri potius diei navigationem exspectaveris.

31. ΚΑΣΣΩΠΟΙ. Μετὰ δὲ Θεσπρωτίαν Κασσωπία ἐστὶν ἔθνος. Οἰκοῦσι δὲ καὶ οὗτοι κατὰ κώμας. Παροικοῦσι δὲ οὗτοι ἕως εἰς τὸν Ἀνακτορικὸν κόλπον. Παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Κασσωπῶν χώρας ἥμισυ ἡμέρας. Μικρῷ δὲ ἐλάττων ὁ Ἀνακτορικὸς κόλπος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος ἕως εἰς τὸν μυχὸν σταδίων ρκ'. Τὸ δὲ στόμα εὖρος σταδίων δ'.

32. ΜΟΛΟΤΤΙΑ. Μετὰ δὲ Κασσωπίαν Μολοττοί εἰσιν ἔθνος. Οἰκοῦσι δὲ οὗτοι κατὰ κώμας· καθήκουσι δὲ κατὰ μικρὸν ἐνταῦθα ἐπὶ τὴν θάλατταν, εἰς μεσογείαν δὲ πολλῇ. Παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Μολοττίας χώρας σταδίων μ'·

33. ΑΜΒΡΑΚΙΑ. Μετὰ δὲ Μολοττίαν Ἀμβρακία πόλις Ἑλληνίς· ἀπέχει δὲ αὕτη ἀπὸ θαλάττης στάδια π'. Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ θαλάττης τεῖχος καὶ λιμὴν κλειστός. Ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ἑλλὰς συνεχὴς εἶναι μέχρι Πη-

31. Cassopi. Post Thesprotiam sequuntur Cassopi. Habitant hi quoque vicatim. Litus accolunt usque in sinum Anactorium. Præternavigatio Cassoporum regionis est diei dimidiati. Sinus autem Anactorius ab ore usque ad intimum recessum paullo minor est stadiis centum viginti. Os vero est stadiorum quattuor latitudine.

32. Molossi. Cassopiam excipit Molossorum gens. Habitant pagatim. Pertingunt ibi ad mare exiguo tantum spatio, majori autem ex parte mediterranei sunt. Præternavigatio Molossiæ est stadiorum quadraginta.

33. Ambracia. Post Molossiam Ambracia est, Græca civitas. A mari distat stadia octoginta. Habet etiam ad mare munimentum et portum clausum. Hinc Græcia continua esse incipit usque ad flumen Peneum et

---

§ 31. Apud Strabonem VII, p. 324 Cassopi, quos Κασσωπαίους dicit, pars erant Thesprotorum, qui ideo usque ad Ambraciam pertinebant, ut apud Herodotum VII, 47. || — ἐλάττων] ἐλάττω codex. || — Ἀνακτορικὸς] « Solus est Scylax qui eum sinum sic appellaverit; Thucydidi I, 55 et omnibus aliis Ἀμβρακικὸς dicitur. » Palmerius. Probabiliter vero auctor ex quo hæc petita sunt, id nomen non nisi de eo sinu adhibuit in quo situm Anactorium, quique interioris sinus Ambracici quasi πρόθυρον est. || — ρκ'] Ab Actio ad intimum sinus recessum linea recta sunt ad 200 stadia. Polybius trecenta dicens nimium dicit. Nostro autem loco auctoris aut scribæ negligentia erratum esse vel inde liquet, quod paullo post Ambraciæ paraplus 120 stadiorum esse dicitur, consentiente Dionysio in Anagraph. Hellad. 44. His igitur in computanda sinus longitudine addenda erant ab altera parte stadia 40 oræ Molossicæ, ab altera parte id quod ab Ambraciæ finibus excurrit usque ad Argos Amphilochicum. || — ἀπὸ τοῦ στόματος] « Liquet aperturam hujus sinus a Scylace collocari, non in ore illo quod mari propius est et urbem hodiernam *Prevesa* alluit, sed in ulteriore ore illo quod promontorio *Scaphidi* et *della Madonna* coarctatur. Nempe versus sinum Anactorium navigantibus transeundum est per alterum sinum, nunc dictum *bassin de Prevesa*. Sic intelligitur cur extra sinum Anactorium Scylax (§ 34) urbem Anactorium recte ponit. » Gailius. Hæc ferri nequeunt, nec quidquam ea ratione expeditur. Os sinûs Scylax illud intellexit, quod Polybius IV, 63, 3 intellexit et alius quisque designari existimaverit, id inquam, per quod prope Actium mare Siculum vel Ionium irrumpit. Hoc enim quattuor est stadiorum, ut Scylax satis recte ait, sicuti Polybius de ejusdem latitudine dicit: λείπει τῶν πέντε σταδίων. Alterum os duplo latius est. Quod autem § 34 in codice legitur, Anactorium urbem extra sinum Anactoricum sitam esse, adeo ut Anactoricus sinus diversus foret ab illo in quo urbs cognominis erat, id nonnisi librariorum stupori vel negligentiæ imputari potest. V. infra.

§ 32. Μολοττία] sic codex; Μολοττοί editt. || — οὗτοι] Fort. fuit καὶ οὗτοι. « Quod ad mare Molossos pertinere dicit Scylax, antiquioris ætatis testimonium esse contendit Gailius p. 210. At Dicæarchus [i. e. Dionysius Calliphontis f.] Anagr. Hellad. 45 Orestas prope Arachthum amnem ad sinum Ambracium habitare refert, Hecatæus (fr. 77.) Orestas populum Molossorum dicit: itaque tum Hecatæi tum Dicæarchi ætate Molossorum Orestarum ditio extendebatur usque ad hunc sinum, sed haud dubie exiguo tantum tractu, quum in media terra latiore habitarent ambitu. » Clausen. At hæc demonstratio nulla est. Nam Dionysius ille Orestas non ad Arachthum fluvium, sed ad intimum sinum inter Ambraciæ ditionis fines et Argos Amphilochium habitasse dicit. Tale autem aliquid de Molossis Hecatæus dicere non potuit. Hos vel belli Peloponnesiaci tempore nondum ad oram usque pertinuisse colligitur ex Herodoto VIII, 47, qui Thesprotos Ambraciæ finitimos dicit (Cf. O. Müller *Zur Karte des nördlichen Griechenlands* p. 25). Contra vero Philippi temporibus, quibus Periplum nostrum scriptum esse aliunde satis constat, potentia Molossorum eximie aucta est; tum igitur ad oram marit. ditio pertingere cœperit; posteaque ipsam Ambraciam Pyrrhus regiam constituit.

§ 33. στάδια π'] Ex iisdem fontibus hauriens Dionysius 27: Σταδίους δ' ἔχει ἀπὸ τῆς θαλάσσης ὀγδοήκοντ'. ἐπιφανὲς δ' ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐστ' ἐν αὐτῇ καὶ λιμὴν κλειστός. Parum distincte Strabo VII, p. 325 ad Ambraciam ἀνάπλουν esse dicit ὀλίγων σταδίων. Urbs nunc *Arta* vocatur. || — τεῖχος] Intellige Ἄμβρακον castellum, de quo Polybius IV, 61, 7: Ὁ γὰρ Ἄμβρακός ἐστι μὲν χωρίον εὖ κατεσκευασμένον καὶ προτειχίσματι καὶ τείχει· κεῖται δ' ἐν λίμναις, μίαν ἀπὸ τῆς χώρας στενὴν καὶ χωστὴν ἔχων πρόσοδον. ἐπίκειται δ' εὐκαίρως τῇ τε χώρᾳ τῶν Ἀμβρακιωτῶν καὶ τῇ πόλει. Cf. ib. c. 63. Situm ad ripam fluvii sinistram prope *Fido castro*. V. Leake I, p. 214. || — κλειστός] Sic Dionysius; κάλλιστος codex. Cf. Lucan. V, 651: *oræque malignos Ambraciæ portus*. || — ἐντεῦθεν ἄρχεται κτλ.] Hæc quoque eadem habet Dionysius 31 sqq., fontem laudans *Phileam Atheniensem*, Peripli auctorem. Cf. infra § 65. || — συνεχής], continua, non amplius interrupta, ut in antecedentibus, ubi sparsas in barba-

νειοῦ ποταμοῦ καὶ Ὁμολίου Μαγνητικῆς πόλεως, ἥ ἐστι παρὰ τὸν ποταμόν. Παράπλους δὲ τῆς Ἀμβρακίας σταδίων ρκ΄.

34. ΑΚΑΡΝΑΝΙΑ. Μετὰ δὲ Ἀμβρακίαν Ἀκαρνανία ἔθνος ἐστὶ, καὶ πρώτη πόλις αὐτόθι Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ Ἀνακτόριον καὶ λιμὴν, καὶ ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου αἵδε· Ἀκτὴ καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν· αὕτη ἀνέχει ἐπὶ τὸν Λευκάταν, ὅ ἐστιν ἀκρωτήριον πόρρωθεν ἐν τῇ θαλάττῃ*. Αὕτη ἡ πόλις τὸ πρὶν καὶ Ἐπιλευκάδιοι ὠνομάζοντο. Ἀκαρνᾶνες δὲ στασιάσαντες ἔλαβον ἐκ Κορίνθου ἐποίκους χιλίους· οἱ δὲ ἔποικοι ἀποκτείναντες, τούτων τὴν χώραν αὐτοὶ ἔχουσιν. Αὕτη δ' ἐστὶ νῦν νῆσος τὸν ἰσθμὸν ἀποτεταφρευμένη [[Εὔριπος Διόρυχτος ἐν τῷ ἰσθμῷ]]. Μετὰ

Homolium Magnesiæ civitatem, quæ est juxta fluvium. Præternavigatio Ambraciæ est stadiorum centum viginti.

34. Acarnania. Post Ambraciam Acarnaniæ regio est, ac prima ibi urbs Argos Amphilochicum, deinde Anactorium cum portu, et extra Anactoricum sinum (hæ :) Acte et urbs Leucas cum portu. Acte hæc desinit in Leucatam, quod est promontorium procul e mari [*conspicuum*]. Leucas urbs olim etiam Epileucadii vocabatur. Acarnanes autem dissidiis intestinis laborantes, mille a Corinthiis colonos accepere, qui quum *Acarnanes* interfecissent, ipsi illorum regionè potiti sunt. Peninsula hæc nunc insula est, fossa per isthmum ducta [[Euripus Dioryctus sive manu fossus in

---

rorum ditionibus Græcas civitates præ ceteris auctor recensuit.

§ 34. Ἄργος τὸ Ἀμφ.] Dionysius Anagr. 46 et Scymnus 455 Argos Amphilochicum tanquam peculiarem ditionem ab Acarnania distinguunt. Acarnaniæ eam accenset Plinius IV, 2. Cf. Strabo X, p. 450. 462. Scilicet Amphilochi quum ab Ambraciotis, quos in civitatis societatem acciverant, urbe ejecti essent, ad Acarnanes transierunt. Utrique auxilio advocant Athenienses, qui Phormione duce Ambraciotas debellarunt. Ejecto sic hoste, Argos urbem Amphilochi et Acarnanes incoluere communiter. V. Thucyd. II, 68. De situ urbis (hod. *Filoki*) prope *Neokori* v. Leake IV, p. 238, Pouqueville II, p. 116. || — καὶ Ἀνακτόριον κτλ.] Sequentia mire turbata sunt in codice, qui ita habet :.... Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν· καὶ εὔριπος καὶ οὐριτὸν ἐν τῷ ἰκονίῳ καὶ ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου αἵδε· Ἀνακτόριον καὶ λιμήν· Ἀκτήν· (sic) καὶ πόλις Λευκὰς κτλ. In his verba εὔριπος... ἰκονίῳ e glossemate ad Leucadiæ descriptionem pertinente inepto loco illata sunt, ut rectissime monuit Mannert. VIII, p. 73, qui e καὶ οὐριτὸν bene elicuit Διόρυχτος ; quod sequitur, non minus corruptum, ἐν τῷ ἰκονίῳ, intactum reliquit, quamquam lenissima manu sanari poterat. Nimirum ΙΚΟΝΙῼ librarius scripsit pro ΙΣΘΜῼ. Igitur verba Διόρυχτος ἐν τῷ ἰσθμῷ infra suo loco uncinis inclusa inseruimus. Reliqui interpretes voce εὔριπος fretum aliquod sinus Ambracici vel etiam urbem Εὔριπον ad euripum aliquem sitam intelligi voluerunt. Sic Lapieus Euripum urbem sitam fuisse suspicatur ubi nunc est monasterium S. Georgii, « sur la partie étroite de la baie de Caravanserail, qui forme un euripe. » Sed neque hæc neque alia sinus pars *euripus* recte dici poterat, nisi forte angustissimum sinus ostium, de quo hoc loco cogitari nequit. Gronovius putavit εὔριπον corruptum esse ex Ἐχῖνος, collato Plinio qui ad sinum Ambracicum urbes recenset : *Heraclium, Echinum, Actium,* et St. Byz. v. Ἐχῖνος. Porro pro οὐριτὸν ἐν τῷ ἰκονίῳ Vossius, Gailius, Osannus, Fabricius dedere : Θύριον ἐν τῷ κόλπῳ (ἐν τῷ Ἰονίῳ Gronovius). Quod admitti nequit ; nam, si veterum de hac urbe testimonia excusseris, intelligitur Thyrium non ad sinum, sed in mediterraneis situm fuisse. Sic Livius XXXVI, 11 narrat Acarnanes ut mediterranea suæ regionis contra Ætolos tutarentur, Thyreo et Medeoni præsidia imposuisse. Cf. Liv. XXXVIII, 9. Polyb. IV, 25, 4. IV, 6, 2, passim, et plura ap. Forbiger. *Georg.* III. p. 896. et in Steph. Thes. s. v. Errasse Reichardum, qui urbem a Medeone meridiem versus ponit, inde colligas quod Antiochus a Strato urbe profectus primum Medeonem venit, deindè Thyrium aggressus est. Sed hæc missa faciamus. Quæ deinde in codice leguntur, monente Osanno, ita transposuimus, ut Anactorium e sinu cognomine non expelleretur. || — Ἀκτή] Reliquis omnibus est Ἄκτιον. Neque aliter dixerit Scylax. Fuisse olim putes hunc in modum :.. αἵδε· [Ἄκτιον, καὶ μετὰ ταύτην] ἀκτὴ καὶ πόλις Λευκὰς κτλ., nisi forte librarius vel excerptor vocem αἵδε de suo intulit, quia voce ἀκτὴ urbem designari putavit, quum Scylax nonnisi de *acte* locutus esset. Quod tanto magis crediderim, quod nemo alius Romanis temporibus antiquior scriptor Actii loci mentionem fecerit. Peninsulam vero Leucadicam Ἀκτὴν dictam esse docet Stephanus, qui postquam de *Acte* Attica et Magnesia dixerat, pergit : Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἀκαρνανίας, ἧς μέμνηται Δημάγετος ; dein alias actas addit ; urbem vero hujus nominis nescit, nec usquam reperiri puto. || — αὕτη ἀνέχει] sc. acte Leucadia. Pro ἀνέχει nescio an fuerit ἀνήκει. Ceterum totum hoc caput laceros uberioris olim narrationis centones exhibet. || — Λευκάταν ὅ] λευκαταιῶ codex ; em. editt. || — πόρρωθεν ἐν] ἐν inserui e conj. Gronovii ; post θαλάσσῃ excidisse videtur ἄποπτον vel ἐκφαινόμενον vel tale quid ; πέτρα τηλεφανὴς dicitur a Menandro ap. Strabonem X, p. 452, ubi vide. Sin malis πόρρω εἰς τὴν θάλασσαν, nihil refragor. || — Ἐπιλευκάδιοι] Sic Hecatæus. ap. Stephan. s. v.; ἐπιλευκαδιοστῶν ὠνομάζοντο codex. || — ἀποκτείναντες, τούτων vel ἀπ. τούτους,] ἀπ., τοῦτον codex. Hiulcam orationem ne quis miretur. De Leucadiis Corinthiorum colonis verbo monent Herodotus VII, 45, Thucydides I, 30, Scymnus 464, Dionys. Hal. A. R. I, 40, Plutarch. Themist. 24. Timol. c. 15. Strabo X, p. 452: Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γόργου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν, καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον. Nicolaus Dam. in Exc. Escor. (Fr. Hist. III, p. 392, § 57) : Ἔπεμψε δὲ (ὁ Κύψελος) εἴς τε Λευκάδα καὶ Ἀνακτόριον, οἰκιστὰς αὐτῶν Πυλάδην καὶ

δὲ ταῦτα πόλις Φαρὰ καὶ κατὰ ταῦτα νῆσός ἐστιν Ἰθάκη, καὶ πόλις καὶ λιμήν· μετὰ ταῦτα νῆσος Κεφαληνία. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἀπέλιπον. Μετὰ ταῦτα πόλις Ἀλυζία, καὶ κατὰ ταύτην νῆσος Κάρνος, καὶ πόλις Ἀστακὸς καὶ λιμὴν καὶ ποταμὸς Ἀχελῷος καὶ Οἰνιάδαι πόλις· καὶ εἰς ταύτας (τὰς πόλεις) ἀνάπλους ἐστὶ κατὰ τὸν Ἀχελῷον. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Ἀκαρνάνων ἐν μεσογείᾳ. Παράπλους δὲ Ἀκαρνανίας ἐστὶν ἡμερῶν δύο*. Ἡ δὲ Ἀκαρνανία ἐστὶ πᾶσα εὐλίμενος· καὶ κατὰ ταῦτα νῆσοι παράκεινται πολλαί, ἃς ὁ Ἀχελῷος προσχωννύων ἤπειρον ποιεῖ. Καλοῦνται Ἐχινάδες αἱ νῆσοι· εἰσὶ δὲ ἔρημοι.

35. ΑΙΤΩΛΙΑ. Μετὰ δὲ Ἀκαρνανίαν Αἰτωλία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· Καλυδών, Ἀλίκαρνα, Μολύκρεια· καὶ ὁ Δελφικὸς κόλπος· στόμα δὲ τοῦ κόλπου ἐστὶ στάδια ι', καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἱερόν· καὶ Ναύπακτος πόλις· καὶ ἐπ' αὐτῇ πόλεις εἰσὶν ἄλλαι

isthmo est. *Gloss.*]. Deinceps est urbs Phara; his opposita Ithaca insula, in qua urbs cum portu; postea insula Cephalenia. Sed rursus ad continentem redeo, unde abieram. Sequitur inde urbs Alyzia, cui opposita Carnus insula; tum Astacus urbs cum portu et fluvius Achelous et urbs Œniadæ; ad Œniadas navigatio est sursum per Acheloum. Sunt etiam aliæ Acarnanum civitates in mediterraneis. Prætervectio autem Acarnaniæ est dierum duorum [*et noctium duarum*]. Omnis vero Acarnania commodos habet portus; et multæ ibi insulæ adjacent, quas Achelous, dum humum aggerit, continentem reddit. Vocantur hæ insulæ Echinades; desertæ sunt.

35. Ætolia. Post Acarnaniam Ætolia est regio, et in ea urbes hæ: Calydon, Halicarna, Molycria; tum sinus Delphicus; os hujus sinus est stadiorum decem; adjacet ei fanum; tum Naupactus urbs, et pone hanc multæ aliæ Ætolorum civitates sunt in mediterraneis.

Ἐχιάδην (?) τάξας, παῖδας αὐτοῦ νόθους. — Mox codex ἀποτεταφρουμένη. De re v. Strabo l. l.; Plinius IV, 2; Livius XXXIII, 17; Polybius V, 5, 12; Dionys. A. R. I, 50; Thucydides III, 81. IV, 8. Usus hujus fossæ perexiguus fuit, quum justa profunditate careret arenisque sæpe obstrueretur. Quare Leucas promiscue modo insula modo peninsula dicitur. V. Mannert VIII, p. 72, et in universum Kendrik *The Ionian isl.* p. 64 sqq., Grandisson *Essay upon the islands of Corfu, Leucadia* etc. p. 85 sqq., Leake *N. Gr.* III, p. 11 sqq., Kruse *Hellas* II, p 360 sqq., Bœckh C. Inscr. II, N. 1919. || — Φαρά] Vossius et Gailius scripserunt Φεραί, absque causa idonea. Locus aliunde non notus. Ruinas ejus esse putant ad oram meridionalem in campo *Vasilichi*, prope ostium *Granada* fluvii, e regione Ithacæ insulæ. || — Μετὰ ταῦτα] Μετὰ δὲ ταῦτα scriba apographi Vaticani. || — Ἀλυζία] Σαλυττία cod.; Ἀλυζία Thucyd. VII, 31, 2, Xenopho Hellen. V, 4, 65 (ubi codd. Αἰλυζία), Strabo X, p. 459, Cicero Ep. ad Fam. XVI. 2; Ἀλύζεια ap. Steph. Byz. s. v.; *Alyzea* ap. Plin. IV, 2; Λύζεια (codd. Λύξεια) Hecatæus ap. Steph. B. s. v. (cf. Diodor. XVIII, 11, 1, ubi codd. Λυζαῖοι, edd. Ἀλυζαῖοι); corrupte *Halyssus* in Tab. Peuting.; Ἀζυλία ap. Ptolem. Ruinæ urbis prope hod. *Candili.* || — Κάρνος] Ex Artemidoro insulam memorat Stephan. s. v. Nunc *Calamo.* || — Οἰνιάδαι] Οἰνιάδα codex, quod tueri studet Clausenius, allata altera singularis numeri forma, Οἰνιάς, ex schol. Thuc. II, 102. Sed refutatur sententia sqq. κατὰ ταύτας, quæ verba ad solas Οἰνιάδας referenda, non simul ad Astacum, ut cum Gailio Clausenius credidisse videtur; nam Astacus non jacet ad Acheloum fluvium. Plerumque scribitur Οἰνειάδαι; Οἰνιάδαι in numis occurrit, et ap. Sophocl. Trachin. 509, Stephan. v. Ἐρυσίχη et Strabon. X, p. 459 (ap. eund. p. 434 codd. Οἰνειάδαι). || — κατὰ ταύτας τὰς πόλεις] Verba τὰς πόλεις inclusi, quum a librario profecta videantur; nisi in antecedentibus putes fuisse Οἰνιάδας πόλεις. || — ἡμερῶν δύο] Dionysius An. Hell. 56: ἡμερῶν δὲ καὶ νυκτῶν δύο ἔσθ' ὁ παράπλους αὐτῆς. Oræ longitudo stadiorum 1200 vel 1300; quibus percurrendis vulgo dies duo sufficiunt; at ora Acarnaniæ tam multifariam torta, ut circumnavigatio eo ipso duceretur. Quare noctium mentionem excidisse puto. || — Ἐχινάδες] Αἰχινάδες codex.

§ 35. Ἀλίκαρνα] Μύχαρνα codex. Ἀλίκυρνα Strabo sec. Stephanum (Strabonis codd. X p. 459 Λικύρνα et Λικίρνα), quod ipsum reponi voluit Salmasius. Apud Plinium IV, 3 codices bibl. Barberinæ præbent *Halycarna*, ceteri *Halisarna, Halysarna, Halysorna, Alisorna*. Editores inde ab Harduino ediderunt ex Stephano *Halicyrna*, quum scrib. esset *Halicarna*. Plinius locum in mediterraneis recenset; sec. Strabonem, qui ait: εἶθ' ἡ Πλευρών, εἶθ ἡ Ἀλίκυρνα κώμη, ἧς ὑπέρκειται Καλυδών, non ita longe ab ora remota esse poterat, ut ex ipso etiam nomine colligas. Ceterum Gronovius pro Μύχαρνα scribi voluit Μαχυνία, Gailius autem Μαχρύνεια (prava lectio nonnullorum codd. Steph. Byz. pro Μαχύνεια). Longius hoc ab acceptis recederet. — || Μολύκρεια] Plinius quoque et Mela III, 2 Molycriam et Naupactum Ætoliæ accensent. Terminum Ætoliæ Scylax statuerit (Hylaethum?) fluvium, qui paullo post Naupactum in mare exit. || — Δελφικὸς κόλπος] Hæc sinus denominatio alias, quantum scio, non occurrit. || — σταδίων ι'], septem stad. sec. Thucyd. II, 86 et Agathemer. I, 5; idem voluit Plinius IV, 3 verbis: *minus mille passuum latitudine*. Scylacis mensura bene habet. Græcos fretis angustis heptastadii latitudinem sæpius attribuere supra monui (not. § 13). || — ἱερὸν] Neptuni sc.; Palmerius legi voluit Ῥίον. || — Ναύπακτος] Plinium quoque et Melam urbem Ætoliæ vindicare modo dixi; his adde Ephorum apud Scymnum 478. Attendere ad hoc debebant qui ætatem Peripli nostri definire certius instituerunt. Etenim Ætoliæ Naupactus data est a Philippo, teste Strabone IX, p. 426: ἔστι δὲ νῦν Αἰτωλῶν, Φιλίππου προσκρίναντος. Anno 341 nondum dederat Ætolis Philippus, sed jam promiserat (cf. Diodor. XVI, 69), uti liquet e Demo-

πολλαὶ Αἰτωλοῖς ἐν μεσογείᾳ. Παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Αἰτωλίας ἡμέρας μιᾶς. Ἡ δὲ Αἰτωλία παρήκει τὴν Λοκρίδα πᾶσαν ἀπὸ μεσογείας μέχρι Αἰνιανῶν.

36. ΛΟΚΡΟΙ. Μετὰ δὲ Αἰτωλοὺς Λοκροί εἰσιν ἔθνος, ἐν οἷς εἰσιν Ὀζόλαι καλούμενοι, καὶ πόλεις αἵδε· Εὐάνθις, Ἄμφισσα. Εἰσὶ δὲ καὶ τούτοις πόλεις ἐν μεσογείᾳ. Παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Λοκρῶν χώρας τὸ ἥμισυ ἡμέρας.

37. ΦΩΚΕΙΣ. Μετὰ δὲ Λοκρούς εἰσιν Φωκεῖς ἔθνος κατὰ τὸ Κιρραῖον πεδίον, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Δελφοὶ πόλις καὶ Ἀντίκυρα πόλις, οὗ βέλτιστα ἐλλεβορίζονται. Παράπλους δὲ τῆς Φωκέων χώρας ἥμισυ ἡμέρας.

38. ΒΟΙΩΤΟΙ. Μετὰ δὲ Φωκεῖς Βοιωτοί εἰσιν ἔθνος, καὶ πόλεις αἵδε· Κορσιαὶ, Σίφαι καὶ λιμὴν, Εὔτρητος καὶ τεῖχος Βοιωτῶν. Παράπλους δὲ τῆς Βοιωτίας ἥμισυ ἡμέρας ἔλαττον.

39. ΜΕΓΑΡΕΙΣ. Μετὰ δὲ Βοιωτοὺς Μεγαρεῖς εἰσὶν ἔθνος, καὶ πόλεις αἵδε· Αἰγόσθενα, Πηγαὶ, τεῖχος Γεράνεια, Ἄρις. Παράπλους δὲ τῆς Μεγαρέων χώρας στάδια ρ'.

Prætervectio Ætoliæ diei unius. Ætolia vero contermina est toti Locridi per mediterraneos locos usque ad Ænianes.

36. Locri. Post Ætolos sequitur Locrorum gens, in quibus sunt qui dicuntur Ozolæ, urbesque hæ: Euanthis, Amphissa. Habent autem hi quoque urbes mediterraneas. Prætervectio vero Locrorum regionis est diei dimidiati.

37. Phocenses. Post Locros est Phocensium gens juxta Cirrhæum campum, et Apollinis fanum et Delphi urbs et Anticyra urbs, ubi optime purgantur helleboro. Prætervectio Phocensium regionis est dimidiati diei.

38. Boeoti. Post Phocenses sequitur Bœotorum gens, quorum urbes: Corsiæ, Siphæ cum portu, Eutretus (*Eutresis?*) et munimentum Bœotorum. Præternavigatio Bœotiæ minor est quam diei dimidiati.

39. Megarenses. Post Bœotos sequitur Megarensium gens, cujus urbes: Ægosthena, Pegæ, munimentum Gerania, Aris (*Ægirus?*). Præternavigatio Megarensium regionis est stadiorum centum.

---

sthen. Or. Philipp. III, p. 120, 1: Οὐ Κορινθίων ἐπ' Ἀμβρακίαν ἐλήλυθε καὶ Λευκάδα; οὐκ Ἀχαιῶν Ναύπακτον ἀφελόμενος ὀμώμοκεν Αἰτωλοῖς παραδώσειν; οὐχὶ Θηβαίων Ἐχῖνον ἀφῄρηται, καὶ νῦν ἐπὶ Βυζαντίους πορεύεται; Promissum Philippus ratum habuerit, postquam Byzantio redux Amphictyonum dux et Græcarum rerum arbiter constitutus est, sive anno pugnæ Chæronensis, 338. Quodsi Periplus scriptus esset quo tempore Naupactus in Achæorum potestate erat, auctor una cum Locridis urbibus eam recensuisset, quum antea Locri urbem tenuissent. || — ἐπ' αὐτῇ], e conj. Gailii; ἐπ' αὐτὴν codex. || — ἡμέρας μιᾶς], vix 400 stadiorum.

§ 36. Εὐάνθις] Ceteris est Οἰάνθεια, ut Hellanico ap. Steph., Polyb. IV, 57, 2, Strabon. IX, p. 427, Pausan. X, 38, 5 (cf. Οἰανθεῖς ap. Thucyd. III, 101), vel Οἰάνθη, ut ap. Steph. B. s. v.; Εὐανθία legitur ap. Ptolem. III, 15, 3. Cf. Εὐάνθης ap. Strabonem VI, p. 259, qui e Locride Crissæa in Italiam Locrorum Epizephyr. coloniam duxit. De situ urbis prope *Galaxidhi* v. Leake II, p. 594. Ulrichs *Reise in Gr.* I, p. 5. || — Λοκρῶν χώρας] χώρ. Λοκρ. apogr. Palat. || — ἥμισυ ἡμέρας], 320 fere stadiorum; οὐδ' ὅλης ἡμέρας Dionys. An. Hell. 59.

§ 37. Φωκεῖς ἔθνος] Fabricius; ἔθν. Φ. codd. || — Κιρραῖον] Palmer.; Κούραιον codd. Mox cod. Paris.: Δελφὶς καὶ ἐν τῇ χύρᾳ. || — δὲ τῆς Φωκ.] δ' ἐστὶ τῆς Φ. apogr. Palat.

§ 38. Κορσιαί] Sic etiam Diodor. XVI. 58. Ap. Demosth. p. 385, 4 codices Κορσιαὶ et Κορσίαι. Harpocratio, laudato Demosthene et Theopompo, Κορσίαι. Κορσεία (var. lect. Κορσία) Pausanias IX, 24, 5 (Χορσία Pausan. sec. Steph. Byz. s. v.). *Thebæ quæ Corsiæ cognominatæ sunt juxta Heliconem*, Plinius IV, 3. Situs locus est ad fines Phocidis prope *Khosia*. V. Leake II, p. 521. Forbiger. III, p. 926. || — Σίφαι] Σφάσις codd.; em. Voss. V. Thucyd. III, 15. IV, 76; Ptolem. III, 15, 5; Plin. IV, 4; St. Byz. s. v.; Pausan. IX, 32, 3 (ubi Τίφαι). Locus qui Thespiensium navale erat, collocandus videtur ad portum *Aliki*, ubi ruinæ. || — Εὔτρητος] Sic cod. Pal.; εὔτριτος cod. Par. Fuerit Εὔτρησις, de quo v. Homer. Il. II, 502, ibique Eustath.; Strabon. IX, p. 411; Stephanus s. v.: Εὔτρησις, κώμη· κεῖται δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ Θεσπιῶν εἰς Πλαταιὰς ἀπάγουσαν, ἣν ἐτείχισε Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, κτλ. Eusthatius: Ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν ῥυμοτομίαις οἱονεὶ συντετρῆσθαι τεμνομένην εἰς ἀμφόδους συχνάς. In Periplo plerique distinguebant: Σιφαὶ, καὶ λιμὴν Εὔτρητος. Quod mutavimus, suadente Gailio, quum Siphis portus esset, Eutresis vero in mediterraneis vicus; cui vico parum probabiliter navale tribueretur, si cum Müllero *Dor.* II, 432 scriberes λιμὴν Εὐτρήσεως; unde Fabricius minus etiam apte fecit λ. Εὐτρήσιος. Quod loquendi usum attinet, cf. infra p. 35 Huds.: Ὀλβία καὶ λιμήν, Καλλίπολις καὶ λιμήν et similia. Quamquam putare possis fuisse olim: καὶ Εὔτρητος, τεῖχος Βοιωτῶν. || — τεῖχος Βοιωτῶν] τεῖχος ὁ βοηθῶν codd.; em. Salmasius. Alibi hocce munimentum, in ora ad fines Atticæ, ut videtur, collocandum, non memoratur; nomen ejus proprium excidisse videtur. Pegarum s. Pagarum e regione fortasse situm fuisse suspicatur Müller. *Min.* p. 492. || — ἔλαττον] ἐλάττων Fabric.

§ 39. Αἰγόσθενα] Αιγόθθεναι cod. Par., Αιγόσθεναι Palat.; em. Salmasius. V. Xenoph. Hell. V, 4, 18. VI, 4, 26. Pausan. I, 44, 6. Plutarch. Q. Gr. c. 7. Plinius IV, § 11. Ruinæ prope *S. Basilio*, sec. Kruse; locus hodie *Mazi* dictus sec. Pouqueville IV, p. 134; *Porto Germano* sec. Lapieum. || — Πηγαί] sive Παγαί, *Psatho* portus hodie, ut videtur. Certe ruinæ ibi exstant. V. Kruse II, 1 p. 400; Leake II, p. 407; Forbiger III, p. 960, qui præterea laudat Reinganum (*Das alte Megaris* p. 100) aliter statuentem. Lapieus cum Pegis componit *Alepochori*. || — Γεράνεια] Castellum est

40. ΚΟΡΙΝΘΟΣ. Μετὰ δὲ Μεγαρεῖς ἡ Κόρινθος πόλις καὶ ἱερὸν, Λέχαιον, Ἰσθμός. Ἐντεῦθεν ἤδη ἄρχεται ἡ Πελοπόννησος. Ἔστι δ' ἀπὸ θαλάσσης ἡ ὁδὸς πρὸς τὴν ἐπὶ ἡμῶν θάλασσαν διὰ τοῦ ἰσθμοῦ στάδια μ'. Ταῦτα κολπώδη πάντα. Παράπλους δὲ τῆς Κορινθίων χώρας ἥμισυ ἡμέρας.

41. ΣΙΚΥΩΝ. Μετὰ δὲ Κόρινθον Σικυὼν πόλις. Ταύτης παράπλους σταδίων ρκ'.

42. ΑΧΑΙΟΙ. Μετὰ δὲ Σικυῶνα Ἀχαιοὶ ἔθνος, καὶ πόλεις εἰσὶν ἐν αὐτοῖς αἵδε· Πελλήνη, Αἴγειρα, Αἰγαὶ, Αἴγιον, Ῥύπες, ἔξω δὲ Ῥίου Πάτραι, Δύμη. Παράπλους δὲ τῆς Ἀχαΐας χώρας στάδια ψ'.

43. ΗΛΙΣ. Μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς Ἦλίς ἐστιν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Κυλλήνη καὶ λιμὴν, καὶ ποταμὸς Ἀλφειός· ἔστι δὲ καὶ ἄλλη συνοικία πόλεων Ἦλις ἐν μεσογείᾳ. Κατὰ ταύτην τὴν χώραν ἐστὶ νῆσος Ζάκυνθος, ἐν ᾗ καὶ πόλις καὶ λιμήν. Παράπλους δὲ τῆς Ἠλείων χώρας ἄχρι ἐπὶ τοὺς Λεπρεατῶν* στάδια ψ'.

44. ΑΡΚΑΔΙΑ. Μετὰ δὲ Ἦλιν Ἀρκαδία ἔθνος ἐστί. Καθήκει δὲ ἡ Ἀρκαδία ἐπὶ θάλατταν κατὰ Λέπρεον ἐκ

40. Corinthus. Post Megarenses est Corinthia civitas et fanum [*Junonis*], Lechæum, Isthmus. Inde jam incipit Peloponnesus. A mari usque ad nostrum mare iter est per isthmum quadraginta stadiorum. Tota hæc ora sinuosa est. Præternavigatio regionis Corinthiorum est diei dimidiati.

41. Sicyon. Post Corinthum Sicyon civitas. Hujus prætervectio stadiorum 120.

42. Achæi. Post Sicyonem est Achæorum gens, in qua hæ sunt urbes : Pellene, Ægira, Ægæ, Ægium, Rhypes ; et extra Rhium promontorium : Patræ, Dyme. Prætervectio Achajæ regionis est stadiorum 700.

43. Elis. Post Achæos est Elis regio, urbesque in ea sunt hæ : Cyllene cum portu, et fluvius Alpheus ; est etiam altera ex pluribus oppidis conflata urbs Elis in mediterraneis. Huic regioni est opposita Zacynthus insula, in qua urbs cum portu. Præternavigatio vero regionis Eleorum usque ad Lepreatarum *terminos* est stadiorum 700.

44. Arcadia. Post Elin sequitur Arcadia. Pertinet autem Arcadia a tractu mediterraneo ad mare apud

---

ad montem cognominem (Pausan. I, 44, 8, ubi vlgo Ἐρένεια; Plinius IV, § 11), situm, ut vid., prope *Porto Germano,* ex sententia Krusii II, 1, p. 401 et W. Gellii p. 7. Ad Cerata montem prope *Kundura* locum collocat Leake *N. Gr.* II, p. 408. Γεράνεια ἄχρις vel ἄκρα conj. Palmerius ; similiter Gailius scripsit Γεράνεια ὄρος, quoniam Ἄρις locus non notus sit. Verum quum Γεράνεια locus notus sit, montium autem perrara in Periplo mentio, locum, non montem, memorari probabile est. || — Ἄρις] « Videtur vox Ἄρις esse contracta ex Αἴγειρος. » Gronovius, citato Stephano : Αἰγείρουσα, πόλις τῆς Μεγαρίδος, ὡς Στράβων (p. 494 ex Homer. Il. 2, 558). Λέγεται καὶ Αἴγειρος, ὡς Θεόπομπος πεντηκοστῇ ἕκτῃ. His addo locum Plutarchi in Qu. gr. 59, ubi Peloponnesii ad Delphicum oraculum proficiscentes καταυλισθῆναι perhibentur ἐν Αἰγείροις παρὰ τὴν λίμνην, ibique a Megarensibus nonnullis in aquam detrusos periisse. Haud recte Müllerus (*Dor.* II, p. 432), Theopompi immemor, ap. Plutarchum pro ἐν Αἰγείροις scribi voluit ἐν Αἰγοσθένιαις. Ceterum lacus ille est ἡ Γοργῶπις λίμνη, quam Æschylus Agam. 309 inter Cithæronem et Ægiplanctum (Geranei montis verticem, quem mare alluebat) interjectum esse dicit, sive recessus intimus maris Alcyonii. Eadem etiam Ἐσχατιῶτις dicebatur, θαλάσσης ἀπόσπασμα ; illud vero nomen nacta esse dicitur a Gorge Megarei f. et Corinthi uxore. Vide Hesych. v. Γοργ. et Etym. M. p. 381, 32, qui in Corinthia vel μετὰ τὸν ἰσθμὸν mare illud ponunt perperam. Nos igitur hoc certe nacti sumus, Ægyrum vel Ægyros ad oram maritimam sitam esse, potuisseque n. l. commemorari. Ne violentiam mutationis crepes, coll. § 42, ubi codex Ἄσπρα pro Αἴγειρα.

§ 40. πόλις καὶ ἱερὸν] π. ἐστὶν ἱ. cod. Palat. || — Λέχαιον] αἴγνον codd. ; emend. Gronovius ; recepit Gailius ; ἅγιον Ἥρας vel Ἡραῖον Voss. ; ἅγιον etiam Letronnius reponendum putavit, reposuitque Fabricius. Quamquam ejusmodi epitheta a more auctoris nostri aliena sunt. Neptuni templum intellexit Letronnius, itemque Clausenius, qui adeo scripsit ἱερὸν Αἰγεῖον, i. e. Neptuni Ægæi, utpote undarum numinis. Sed ut mittam αἰγεῖον illud ex mythologiæ penetralibus arcessitum, omnino nihil constat de Neptuni fano in hac ora ; celeberrimum Neptuni Isthmii fanum in opposita erat Isthmi parte, ibique etiam a Nostro (§ 55) memoratur. Hoc autem loco intelligendum est templum Junonis Acrææ in promontorio cognomine, etsi ipsum hoc nomen inferre et pro αἴγνον corrigere ἀκραῖον (ut Müllerus *Dor.* II, p. 432 proponit) noluerim. Simplex ἱερὸν vocabulum, nulla adjecta mentione numinis, etiam supra vidimus (§ 35). Lechæum vero h. l. memoratum fuerit, uti alter Cor. portus, Cenchreæ, memoratur § 55. || — ἐντεῦθεν] Ante hanc vocem vlgo titulus ponitur Πελοπόννησος, qui in cod. Par. non est. Cf. Dionys. An. Hell. 108 : Ἐντεῦθεν ἀρχὴ τοῦ Πελοποννήσου etc. || — πρὸς τὴν ἐπὶ ἡμῶν θ.] « Cette expression, pour désigner le golfe Saronique, annonce assez clairement un Athénien. » Letronne p. 243. || — στάδιοι μ'] Sic etiam Strabo I, p. 54 et Agathem. I, 5. Palatinus cod. στάδιοι ; in Paris. quum semper fere scriptum sit σταδ., parum liquet, num στάδιοι an στάδια auctor dederit. || — πάντα] om. cod. Palat.

§ 41. ταύτης] ταυτῇ cod. || — § 42. Αἴγειρα κτλ.] Codd. : ἄσπρα, αἴγειον, αἰγειὰς, ῥῦπος, ἐξωχερίου ; emend. Voss. Palmer. Gail. Müller. (*Dor.* II, p. 432). Nota nullam Buræ et Helices mentionem fieri, quippe quæ auctoris nostri ætate absorptæ erant.

§ 43. Ἦλις ἐν μεσογ.] ἠλιεῖς ἐν μ. cod. ; corr. Letronne ; Ἠλείοις Gail. De Elide urbe post bella Persica ex octo pagis conflata v. Strabo. VIII, p. 336. || — Λεπρεατῶν] ὅρους excidisse videtur.

§ 44. κατὰ Λέπρεον] e conj. Gailii, κ. Λεπρέων codex. Lepreum (ruinæ prope *Strovitzi*) 40 stadiis a mari distabat. De Arcadia ad mare pertinente cf. Cicero

μεσογείας. Εἰσὶ δὲ αὐτῶν πόλεις ἐν μεσογείᾳ αἱ μεγάλαι αἵδε. Τέγεα, Μαντίνεια, Ἡραία, Ὀρχομενὸς, Στύμφαλος. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις. Παράπλους δὲ τῆς Λεπρεατῶν χώρας στάδια ρ′.

45. ΜΕΣΣΗΝΗ. Μετὰ δ' Ἀρκαδίαν ἐστὶν ἔθνος Μεσσήνη, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· (πρώτη Μεσσήνη καὶ λιμήν·) Κυπάρισσος ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάττης στάδια ζ′, Ἰθώμη ἐν μεσογείᾳ ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάττης στάδια π′. Παράπλους δὲ τῆς Μεσσηνίας χώρας στάδια τ′.

46. ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ. ** Λακεδαίμων ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· Ἀσίνη, Μοθώνη, Ἀχίλλειος λι-

Lepreum. Mediterraneæ vero Arcadum urbes majores hæ sunt : Tegea, Mantinea, Heræa, Orchomenus, Stymphalus. Præter has etiam aliæ in ea sunt urbes. Prætervectio Lepreatarum regionis stadiorum est 100.

45. Messenia. Post Arcadiam est Messene regio, et urbes in ea hæ sunt : Cyparissus, distans a mari stadia 7; [*Prote insula cum portu;*] Ithome in mediterraneo tractu a mari dissita stadiis 80. Prætervectio Messeniæ est stadiorum 300.

46. Lacedæmon. [*Post Messeniam est*] Lacedæmon regio, et urbes in ea sunt hæ : Methone, Asine, Achil-

---

ad Att. VI, 2, ubi *Dicæarchi* (fr. 73) dictum affertur, *Peloponnesias civitates omnes maritimas esse;* quod demirantem Ciceronem Dionysius docet : *Arcadiæ esse Lepreon quoddam maritimum*. Lepreum, Triphyliæ caput, olim contra Arcades auxilio Eleorum usa, tributaria Eleis evasit. Deinde (Ol. 89, 2) ad Lacedæmonios defecit (Thucyd. V, 31). Sed Ol. 91, 2 (quo anno Aristophan. Aves fabula commissa) jam redierat in Eleorum potestatem, uti liquet ex Aristophan. Av. 149. Non ita multo post (Ol. 95, 1) denuo urbs in Lacedæmoniorum manus devenit (Xenoph. III. 2, 30, ubi pro Λεπρίνους leg. Λεπρίους), apud eosque permansit usque ad pugnam Leuctricam (Ol. 103, 4). Tunc enim Triphylii cum aliis multis se Arcadibus adjunxerunt (Xenoph. VII, 1, 26 : Ἀρκάδες ἔφασαν εἶναι), ideoque ditio eorum a Peripli hujus auctore Arcadiæ tribuitur. Docet hæc Niebuhrius *Kl. Schften* p. 117. Plinius IV, 6 Lepreum inter Elidis, et c. 10 iterum inter Arcadiæ oppida recenset. || — ἐν μεσογείᾳ] om. cod. Palat. « Mirum est inter Arcadicas urbes non memorari Megalopolim. Sed facile mentio ejus excidit, quum paullo ante ejus locum dictum sit πόλεις αἱ μεγάλαι. » Clausen.

§ 45. Messenia inde a bellis Messeniacis usque ad Epaminondam nulla erat, regioque Laconiæ accensebatur; urbs Messene ab Epaminonda condita Ol. 102, 4, uti constat. V. Niebuhr. l. l. p. 118. || — πρώτη Μεσσήνη καὶ λιμήν] uncis inclusi, ut corrupta et non suo posita loco. Quæ viri docti protulerunt, parum placent. Palmerius leg. censuit : πρώτη Μεσσήνης Πύλος καὶ λιμήν. At non Pylus, sed Cyparissia a borea proficiscenti prima occurrit. Sainte-Croix (in *Mém. de l'acad.* tom. 42, p. 573) legit : πρώτη Κυπάρισσος καὶ λιμήν· Πύλος Μεσσήνη (sic dici posse opinatur pro ἡ Μεσσηνιακή), ἀπέχουσα κτλ. At Pylus quæ erat Scylacis tempore, ad ipsum mare sita erat. Gailius inde a priscis temporibus urbem aliquam Messenen exstitisse censet, eamque an. 500 a. C. sive Scylacis ætate nondum deletam fuisse. Quamquam etiam tum omnino nulla Messenia, sed Lacedæmoniorum erat regio. Ipsa denique Peripli verba Gailius artificiose distinguenda putat : πρώτη Μεσσήνη (καὶ λιμὴν Κυπάρισσος,) ἀπέχουσα κτλ. Tzschuckius (ad Melam II, 3, 4) duas Messenas ap. vett. distingui suspicatur, in eamque sententiam utitur Ptolemæo (III, 16, 8), qui errore manifesto Messenen inter maritimas recenset urbes sinus Messeniaci. Error probabiliter inde fluxit, quod ad introitum hujus sinus in ora Laconiæ erat Μέσσα urbs cum portu. Clausenius opinatur Epaminondam ad Nedam amnem, qui Messeniam a Lepreatis distermi-nat, portum exstruxisse in usum Messenes urbis. Quod quisque respuet, qui situm locorum perpenderit. Mannertus (*Geogr.* VIII, p. 550) verba de quibus agitur, glossatoris esse censet. Idque ceteris commentis probabilius est. Messenes mentio ex seqq. huc inepte transferri poterat, sive quod auctor scripserat Ἰθώμη καὶ Μεσσήνη, sive quod ad vocem Ἰθώμη in margine adscriptum erat Μεσσήνη. Sed datur etiam altera ratio. Paullo infra Cyparissum oræ adjacet Πρωτὴ insula cum oppido cognomine (Thuc. IV, 13, 3; Strabo VIII, p. 324; Plinius IV, 12, 19; Ptolem. III, 16, 23; Steph. s. v.; Cedrenus p. 687, A; Leo Diacon. p. 99, 6; Joan. Curop. p. 844). Proclivis igitur conjectura est fuisse pro πρώτη Μεσσήνη : Πρωτὴ νῆσ. ἐν ᾗ καὶ λιμήν, eaque extra ordinem geographicum irrepsisse, quum non ante sed post Cyparissi mentionem ponenda essent. || — Κυπάρισσος] Sic etiam Mela II, 3, 4; Κυπαρισσία ap. Strabon. VIII, p. 345. 348, etc.; Pausan. IV, 36, 5; Plinium IV, 7; Livium XXXII, 21; Κυπάρισσαι et Κυπάρισσοι codd. Ptolemæi III, 16, 7. Jacet locus a meridie Cyparissi fluvii; nunc ruinæ *Arkhadiæ*. V. Leake, *Travels in the Morea* I, p. 68. *Expedition scientifique de Morée* I, p. 84. || — ἀπέχουσα] post ἐν μεσογείᾳ om. cod. Palat. || — π′] Consensit Pausanias. τ′] Igitur usque ad Pylum Messenia tunc pertinuisse videtur.

§ 46. Λακεδαίμων] « Forsan legendum μετὰ δὲ Μεσσήνην Λακεδαίμων, quod suadet usitata series rerum. » Gail. || — Ἀσίνη, Μοθώνη,] Dicendum erat : Μοθώνη, Ἀσίνη. Ceterum quum Asine et Methone accenseantur Laconicæ, recte hinc Niebuhrius (*Kl. Schften*, p. 118) colligit Messenios post instauratam patriam (Ol. 102, 4) non statim ea omnia obtinuisse quæ postea Messeniæ nomine comprehendebantur. Scilicet post pugnam ad Mantineam fœdus solutum, et paullo post (Ol. 106, 4) aucti rursus potentia Lacedæmonii sunt adeo, ut in Megalopolim urbem invaderent, verendumque esset, ne ipsam quoque Messenen aggrederentur (v. Demosth. Pro Megalopol. p. 202 sqq.). Sed Agide ad Mantineam devicto, fractisque ea clade viribus Lacedæmoniorum (Ol. 112, 3), tum demum Messenii periculo exemti ea ditione, quam postea tenebant, potiti sunt. Quibus addo Asinen et Methonen tanto facilius Lacedæmonios initio retinuisse, quum ipsi earum urbium incolæ non Messenii essent, sed Argivi et Naupactii, qui Lacedæmoniorum beneficio has sedes acceptas habebant. || — Ἀχίλλειος λιμὴν

μὴν καὶ ἀντίπυγος τούτου Ψαμαθοῦς λιμήν. Τούτων ἀμφοτέρων ἐν μέσῳ προέχον εἰς θάλασσαν ἱερὸν Ποσειδῶνος, Ταίναρος· καὶ Λᾶς πόλις καὶ λιμὴν, Γύθειον ἐν ᾧ νεώριον, καὶ τεῖχος, καὶ ποταμὸς Εὐρώτας, καὶ Βοία πόλις, καὶ Μαλέα ἄκρα. [ΚΥΘΗΡΑ.] Κατὰ ταύτην κεῖται Κύθηρα νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμήν. Κατὰ δὲ ταύτην ἐστὶ Κρήτη νῆσος. Μετὰ δὲ ταύτην τὴν προειρημένην ἄκραν Μαλέαν Σίδη πόλις καὶ λιμὴν, Ἐπίδαυρος πόλις καὶ λιμὴν, Πρασία πόλις καὶ λιμὴν, Μέθανα πόλις καὶ λιμήν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ πόλεις Λακεδαιμονίων. Ἐν μεσογείᾳ δ' ἐστὶ Σπάρτη καὶ ἄλλαι πολλαί. Παράπλους δὲ τῆς Λακεδαιμονίων χώρας ἡμερῶν τριῶν.

47. ΚΡΗΤΗ. Κατὰ Λακεδαίμονα νῆσος κεῖται Κρήτη· ἐγγυτάτω γὰρ Λακεδαίμων κεῖται τῆς Εὐρώπης. Διάπλους δὲ ἀπὸ Λακεδαίμονος ἕως ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, ἐφ' ᾧ ἐστὶ πόλις Φαλάσαρνα, ἡμέρας δρόμος. Ἀπὸ δὲ Φαλασάρνων Κριοῦ μέτωπόν

leus portus et huic obversum tergum habens Psamathûs portus. Medius inter utrumque portum in mare procurrit Tænarus cum templo Neptuni; deinde Las urbs cum portu, Gythium in quo est navale, tum munimentum, tum Eurotas fluvius, tum Bœa urbs et Malea promontorium. [CYTHERA.] Huic vicina est Cythera insula cum urbe et portu, cui opposita est Creta insula. Post supra memoratum promontorium Maleam Sida urbs cum portu, Epidaurus urbs cum portu, Prasia urbs cum portu, *Anthana* urbs cum portu. Præterea aliæ multæ sunt Lacedæmoniorum civitates; in mediterraneo tractu est Sparta aliæque multæ. Prætervectio regionis Lacedæmoniorum est dierum trium.

47. CRETA. Ex adverso Lacedæmonis insula jacet Creta; nam Lacedæmon ex Europæ regionibus ei proxima est. Trajectus a Lacedæmone ad Cretæ promontorium, juxta quod sita Phalasarna urbs, iter est diei. Post Phalasarna sequitur Criû metopon sive

---

κτλ.] Achilleum portum memorat Pausanias III, 25, 4: Τευθρώνης δὲ ἀπέχει πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους... ἄκρα Ταίναρον, καὶ λιμένες ὅ τε Ἀχίλλειός ἐστι καὶ Ψαμαθοῦς. Deinde a Tænaro pr. lectorem ducit ad Thyrides. Hinc de situ utriusque portus accuratioris aliquid colligi nequit. Quamquam in mappis uterque ad sinum Laconicum collocari solet ita, ut viator Teuthrone proficiscens primum ad Achilleum, deinde ad Psamathuntem veniat. Scylax igitur hoc quoque loco ordinem periegeseos reliquisset; nam Psamathuntem ante Achilleum debebat memorare. In eamque sententiam verba Peripli transposuit Fabricius. At quum Psamathuntem portum ad sinum Laconicum fuisse certum sit, alterum a parte opposita fuisse inde colligas, quod Scylax medium inter utrumque procurrere Tænarum dicit. Eodemque ducit etiam Stephanus Byz., qui Achilleum esse ait vicum et portum Μεσσήνης. Vix enim dubium est hæc de ipso nostro portu, Messeniaco sinui obverso, intelligenda esse; certe de Messeniæ portu Achilleo aliunde non constat. Atque sic recte Leakius I, p. 302 et Forbiger III, p. 990. Achilleus p. nunc *Vathy* sive *Cisternes*; Psamathûs (de quo cf. Strabo p. 363; Plin. IV, 8; Æschin. Epist. 1) hodie *porto Quaglio* sive *Kaio*. V. Leake. l. l. || — Γύθειον] γιθείων cod. || — καὶ τεῖχος] Hæc vulgo cum verbis Γύθειον ἐν ᾧ ν. jungunt; ego interpunctione separavi. Indicatur v. τεῖχος quod deinceps sequitur castellum, Trinasus. Pausanias III, 22, 3: Ἐν ἀριστερᾷ δὲ Γυθείου στάδια προελθόντι ὡς τριάκοντά ἐστιν ἐν τῇ ἠπείρῳ Τρινασοῦ καλουμένης τείχη, φρουρίου ποτὲ, ἐμοὶ δοκεῖν, καὶ οὐ πόλεως. Cf. Ptolem. III, 16, 9, ubi Τρινασσός (sic codd.) ἐπίνειον post Gythium ponitur. Etiamnum *Trinisa* (Leake. I, p. 232). || — Βοία] Βοιαί Pausanias III, 21, 6 et alibi, Polybius V, 19, 8; Βοαί Ptolem. III, 16, 9; Βοία Strabo VIII, p. 364; *Bœa* Plin. IV, 5. || — Μετὰ δὲ ταύτην τὴν κτλ.] Codex: Μετὰ δὲ ταύτην ἡ προειρημένη ἄκρα Μαλέα; mutavi cum Fabricio, dubitans tamen; nam parum accurata est locorum descriptio. Dicere debebat: καὶ Βοία πόλις καὶ Ὄνου γνάθος ἄκρα· κατὰ ταύτην κεῖται Κύθηρα... Μετὰ δὲ τὴν προειρημένην ἄκραν ἑτέρα ἄκρα Μαλέα, κτλ. — Σίδη] Hanc præter Nostrum unus Pausanias III, 22, 9 memorat; sita ad portum Sancti Georgii secundum Boblaye *Recherches géogr. sur les ruines de la Morée* (Paris. 1826.) p. 89. || — Ἐπίδαυρος] sc. Ἐπ. ἡ Λιμηρά. || — Μέθανα] « Transposuit situm hujus urbis, si ita scripsit, Scylax. Nam Methana fuit inter Trœzenem et Epidaurum Sacram dictam, quod fefellit Scylacem, qui supine et inadvertenter Methanam transtulit ad alterum litus, ubi fuit alia Epidaurus Limera dicta. » PALMERIUS (Exerc. p. 273). — « Hic ego Scylacem a Palmerii vituperatione tueri tentabo. Nempe, tenui emendatione facta, legimus pro Μέθανα, Ἀνθάνα ex urbe Plinii (IV, 8) *Anthane*, vel Ἀνθήνη ex Thucydide (V, 41). » GAIL. Cf. Stephan. Byz. v. Ἀνθάνα; Harpocrat. v. Ἀνθήνη. Pausan. II, 38, 6. Quamquam Anthana non maritima sed mediterranea urbs fuisse videtur. Leake II, p. 494 et Boblaye p. 69 sitam fuisse putant ubi nunc sunt ruinæ *Hellenico* dictæ; Ross. *Reisen* I, p. 163 locum *Palæocastrum* apud *Hagio Triada* Anthanæ assignat.

§ 47. Quæ de Creta insula auctor affert non ex Periplo fluxerunt, sed ex periegesi quæ ab occidua parte proficiscens potiorum urbium ditiones, sitaque in singulis oppida recensebat. Ex eodem fonte sua petivit Dionysius in An. Hell. 110 sqq. At centones quosdam attulisse satis habuit uterque. || — Φαλάσαρνα] Sic neutro genere nomen effert etiam Dionys. An. Hell. 119; Steph. B. s. v. et Strabo X, p. 474 (ubi codd. περὶ Φάλαρνα); quamquam idem p. 479 habet etiam Φαλασάρνης, genere fem., ut apud Polyb. XXIII, 15, 3, Ptolem. III, 15, Plinium IV, 20. Trahi huc quoque possit, quod infra in codice legitur ἡ προειρημένη Φαλασάρνα (accentu in penultima). Ruinæ urbis prope hodiernum *Kutry*. V. Pashley. *Travels in Crete* (Lond. 1837), II, p. 69. Hœck. *Kreta* I, p. 26. || — ἡμέρας δρόμος] Strabo X, p. 475: Ἀπὸ δὲ Κιμάρου [ἐπὶ Ταίναρον] εἰσὶ στάδιοι ἑπτακόσιοι. Id. VIII,

ἐστιν ἀκρωτήριον. Πρὸς νότον δὲ ἄνεμον πλοῦς εἰς Λιβύην, ἐπὶ Χερρονήσου δὲ τὰς Ἀλιάδας τὰς Κυρηναίων πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός. Ἔστι δὲ ἡ Κρήτη μακρὰ στάδια βφ', στενὴ δὲ, καὶ τέταται ἀπὸ ἡλίου δυσμῶν πρὸς ἡλίου ἀνατολάς. Οἰκοῦσι δὲ ἐν Κρήτῃ Ἕλληνες, οἱ μὲν ἄποικοι Λακεδαιμονίων, οἱ δὲ Ἀργείων, οἱ δὲ Ἀθηναίων, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἄλλης ὁπόθεν ἔτυχεν. Εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν καὶ αὐτόχθονες. Πόλεις πολλαὶ ἐν Κρήτῃ. [ΚΡΗΤΗΣ ΘΕΣΙΣ.] * ὡς ἀκρωτηρίῳ ἐστὶ πρώτη πόλις πρὸς ἥλιον δυόμενον ἡ προειρημένη Φαλασάρνα καὶ λιμὴν κλειστός· Πολυρρηνία,

Arietis frons promontorium; hinc meridiem versus navigatur in Libyam, et ad Chersonesi *Achilides* Cyrenaicas navigatio est diei noctisque. Longitudinem Creta habet stadiorum 2500; angusta vero est et ab occasu solis in ortum extenditur. Incolunt Cretam Græci, quorum alii Lacedæmoniorum coloni, alii Argivorum, alii Atheniensium, alii denique ex ceteris profecti Græciæ regionibus undecumque tulit sors. Pars vero incolarum etiam indigenæ sunt. Urbes multæ in Creta. [CRETÆ SITUS] *Ad Corycum* (?) promontorium prima urbs versus solem occidentem

---

p. 363 : Εἰς δὲ Κώρυκον ἄκραν τῆς Κρήτης ἐγγύτατα πλοῦς ἐστὶ σταδίων διακοσίων (ἑξακοσίων?) πεντήκοντα. Plinius IV, 20 Cretam a Malea abesse dicit 75 mill. (= 600 stad.), quod vero proximum. || — ἄνεμον] ἀνέμου cod. Gronovius legi jubet :.... ἀκρωτήριον πρὸς νότον ἄνεμον. Πλοῦς δὲ ἐπὶ Χερσ. κτλ. Ac sane magis referebat Criumetopi quam Libyæ situm indicare. || — ἐπὶ Χερρονήσου τὰς Ἀλιάδας τὰς Κυρηναίων] τῶν Κυρ. apograph. Palat. *Chersonesus* Cyrenaicæ, Criumetopo opposita, memoratur ap. Strabo. XVII, p. 838 et Stadiasm. mar. magn. § 45. Apud Ptolem. IV, 5 p. 275 vocatur Χερρόνησος μεγάλη, quo epitheto distinguitur a Chersoneso parva ad Alexandriam. De eodem loco Stephanus Byz. v. Χερρόνησος· Ἔστι πέμπτη πόλις Λιβύης Χέρρουρα καλουμένη, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ· « Ἔχεται Χερρόνησος, ὄνομα Χέρρουρα » (nunc *Ras-el-Tyn* vel *Raxatin*). Quod nostro loco legitur Ἀλιάδας, edd. mutarunt in Ἁλιάδας. « Ceterum sexies hæc Cyrenæorum Chersonesus memoratur a Scylace, ubique obscurius, tum hoc loco, tum § 108 : χερρόνησοι Ἀχιτίδες, λιμήν; tum ib. : Πέτραντος καὶ χερρονήσου... παράγει δὲ ἀπὸ χερρονήσων ... πλοῦς ἀπὸ χερρονήσου... ἀπὸ χερρονήσων τῶν Ἀντίδων. Patet igitur tum plurali tum singulari numero hunc locum esse designatum. Mihi pro ΑΧΙΤΙΔΕΣ et ΑΝΤΙΔΕΣ, in quo utroque nullus inest sensus, facili mutatione restituendum videtur ΑΛΙΑΔΕΣ, et ipse locus dictus fuisse χερρόνησοι Ἁλιάδες vel χερρονήσου Ἁλιάδες, *Chersonesi piscatoriæ* et *Chersonesi piscatoria*. Literas χ et λ permutatas habes etiam in Νωχίαρος pro Ὠλίαρος (§ 48). » CLAUSEN. Quodsi ante omnia vox græca circumspicienda esset, illud Ἁλιάδες probarem. At non hæc res est. Regio quæ Chersoneso orientem versus adjacet ex adverso insulæ Platææ, ab Herodoto IV, 157. 169 Ἄζιρις, a Callimacho in Apoll. 89 Ἄζιλις vocatur (Cf. St. Byz. s. v.); porro versus occidentem centum a Chersoneso stadiis Ἄζαρις locus notatur in Stadiasm. maris magni § 45. Ab hac autem regione vel ab oppido in cujus ditione sita erat Chersonesus, cognominata esse jure merito censebitur. Apud St. Byz. pro ὄνομα Χέρρουρα scribendum puto ὄνομα Ἀχέρρουρα, quod ad Herodoteam vocis formam Ἄζιρις propius accedit (Quanta in Libycis nominibus apud græcos auctores sit formarum fluctuatio nemo nescit). Apud Scylacem denique ex Ἀχιτίδες, Ἀντίδες, Ἀλιάδες eliciendum Ἀχιλίδες (vel fortasse Ἀχιλιτίδες), quod nomen quasi locum medium tenet inter ea quæ Alexander Polyhistor et Callimachus Stephanusque præbent. || — ἡμέρας καὶ νυκτὸς], i. e., si Scylacis computum sequimur, stadiorum 1000. Consentit Agrippa apud Plinium IV, 20 et V, 5, qui a Phycunte promontorio Cyrenaico ad Criumetopon esse ait 125 mill. pass. At vera distantia a Creta ad Chersonesum est stadiorum 1750, quæ potuerunt quidem unius diei noctisque, at nonnisi faustissima navigatione percurri. Strabo VIII, p. 475 : Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς (Hæc in Scylacis Periplum intulit Fabricius)... Ἐρατοσθένης δ' ἀπὸ τῆς Κυρηναίας μέχρι Κριοῦ μετώπου δισχιλίους φησί.. Idem XVII, p. 838 :.. καὶ ἄκρα Χερσόνησος λιμένα ἔχουσα· κεῖται δὲ κατὰ Κύκλον (sic codd.; Κώρυκον scrips. vv. dd.; vix recte, quum Corycus sit boreale Cretæ promontorium) τῆς Κρήτης ἐν διάρματι χιλίων καὶ πεντακοσίων (δισχιλ. κ. π. Groskurd., parum feliciter) σταδίων. || — βφ'] Sic etiam Dionysius. Non adeo falsus est hic numerus, si in metiendo oram insulæ meridionalem ejusque flexus sequaris. Idemque redit § 112, ubi tamen omnes fere numeri mire corrupti sunt. Linea recta Cretæ longitudo nonnisi 1500 est stadiorum, quem numerum præbet Agathemerus I, 5. II, 14. Idem tamen I, 5 etiam 2300 stadia affert, ex sententia Sosicratis, ut colligitur e Strabon. X, p. 474. Hieronymus ap. Strabon. computat stad. 2000, ac minorem etiam longitudinem statuit Artemidorus, qui ambitum insulæ 4000 stad. esse censebat. || — Κρήτης θέσις ὡς ἀκρωτηρίῳ ἐστί.] Sic verba exhibet jungitque cod. Parisinus. In apogr. Vat. est ἀκρωτέρω. Locus corruptus, probabiliterque ex margine quædam illata sunt. Quid lateat certius dici vix potest. Verti quasi Κρήτης θέσις olim margini adscriptus titulus esset eorum quæ in antecc. de situ insulæ leguntur; deinde vero irrumpente glossemate ipsa Peripli verba turbata essent, in hanc illa sententiam refingenda : ἐπὶ Κωρύκῳ ἀκρωτηρίῳ ἐστὶ πρώτη πόλις κτλ.; similiter Salmasius, Vossius, Osannus (V. Fuhr. ad Dicæarch. p. 448). Clausenius voluit : Κρήτης θέσις ὡς ἀκρωτηρίων, « Cretæ situs est sicut promontoriorum, i. e. Cretæ ea est figura quasi e meris multis promontoriis composita sit. » At quis tale quid tam ineptis verbis efferret! Ceterum comparari fortasse situm Cretæ cum aliqua re, non nego. Tu videas. || — Πολυρρηνία] Πολύρρηνα codex; em. Gailius. Πολυρρηνία Ptolem. III, 15, p. 245, 10 Wilberg. (ubi cod. A. Πολυρηνία, probante Spanhemio De præst. num. p. 902) et Stephan. Byz. (ubi 3

καὶ διήκει ἀπὸ βορέου πρὸς νότον· Δικτυνναῖον Ἀρτέμιδος ἱερὸν πρὸς βορέαν ἄνεμον, τῆς χώρας Περγαμίας· πρὸς νότον δὲ Ὑρτακίνα· Κυδωνία καὶ λιμὴν κλειστὸς πρὸς βορέαν· ἐν μεσογείᾳ δὲ Ἔλυρος πόλις· πρὸς νότον δὲ Λίσσα πόλις καὶ λιμὴν παρὰ Κριοῦ μέτωπον· πρὸς βορέαν δὲ ἄνεμον ἡ Ἀπτεραία χώρα· εἶτα ἡ Λαμπαία, καὶ διήκει αὕτη ἀμφοτέρωθεν, καὶ ποταμὸς Μεσάπιος ἐν αὐτῇ ἐστί· ** μετὰ δὲ Ὀσμίδαν Ἐλεύθερναι πρὸς βορέαν· πρὸς νότον δὲ Σύβριτα· ** καὶ λιμήν· πρὸς νότον Φαιστός· πρὸς βορέαν Ὀαξὸς καὶ Κνωσσός· πρὸς δὲ νότον Γόρτυνα, Ῥαῦκος· ἐν μεσογείᾳ

est Phalasarna cum portu clauso; tum Polyrrhenia, cujus ditio a boreali insulæ latere ad meridionale pertingit; Dictynnæum Dianæ fanum boream versus situm in Pergamia regione; notum versus Hyrtacina; Cydonia cum portu clauso boream versus; in mediterraneis Elyrus urbs; ad notum Lissa urbs cum portu prope Criumetopum; ad boream Apteræa regio; deinde Lampæa regio ad utrumque mare pertingens, in eaque fluvius Mesapius; [*deinde Osmida*]; post Osmidam Eleutheræ ad boream; ad notum Sybrita; [*ad boream Panormus urbs*] et portus; ad notum Phæstus; ad bo-

---

codd. Πολύρρην et Πολύρην); Πολυρρήνιον Zenob. V, 50; *Polyrrhenium* Plinius IV, 20. Cives Πολυρρήνιοι ap. Polyb. IV, 53, 6. 55, 5 et Strabon. X, p. 479. Situm urbis accurate definit Strabo l. l. Cf. Pashley l. l. II, p. 46. Hœck. l. l. I, p. 26. II, p. 440. || — Δικτυνναῖον] Cf. Dionys. An. Hell. 122. Templum erat in Tityro monte (Strabo X, p. 479), qui a fano etiam *Dictynnæus* vocatur (Dionys. 129; Plin. IV, 20; Solin. c. 17 ed. Stephan.), sicut Psacium Tityri promontorium vocatur Dictynnæum prom. ap. Strabon. X, p. 484. || — Ὑρτακίνα] Ὑρσακίνα codd.; em. Meursius Creta. p. 40. Vid. numos ap. Mionnet. II, 277 et alios. Stephano urbs vocatur Ὕρτακὸς ἢ καὶ Ὑρτακῖνος. Apud Ptolem. l. l. codd. Ἀρτακίνα. Ruinæ ap. *Teminia*. V. Pashley II, p. 116. Aliter de situ hujus et aliarum urbium statuit Hœck *Creta* I, p. 391. || — Κυδωνία], hodie *Khania* sec. Pashley I, p. 11. || — Ἔλυρος] Σάλυρος codd.; em. Meursius. V. Pausanias X, 16, 3; Xenion, Creticorum auctor, ap. Steph. Byz. v. Ἔλυρος (Idem v. Συία refert Syiam fuisse navale Elyri); Suidas v. Θαλήτας; Hierocles p. 650 Wess.; numi ap. Eckhel. Num. anecd. p. 148; Pellerin. III, p. 63; Mionnet. *Supplem.* IV, p. 319. Ruinæ ap. *Rhodhovani*. V. Pashley II, p. 107. Hœck. I, p. 27. — δὲ Λίσσα] vel μὲν Λίσσα, Vossius; codd.: μέλισσα. Apud reliquos scriptores urbs vocatur Λισσός. V. Ptolem. l. l.; Hierocles p. 650; Stadiasm. mar. magn. § 316; Tab. Peuting.; Herodian. Περὶ μονηρ. λέξ. p. 38, 26. Quod apud Strabon. X, p. 479 legitur Ὀλυσσής, et Λισσής apud Stephan. B. (s. v. Φαιστός), quum Phæstiadis oppidum fuisse dicatur, ab eo loco de quo nos jam agimus, alienum esse debet. Ceterum v. Pashley II, p. 91. || — παρὰ Κριοῦ μέτωπον] Post hæc in codice leguntur : πρὸς βορέαν δὲ ἄνεμον ὄρος κάλλιστον καὶ λιμὴν ἐν αὐτῷ ὅλους καὶ πᾶν. Hæc non suo loco legi et Oluntis urbis situs et verba seqq. πρὸς βορέαν δὲ ἡ Ἀπτ. coarguunt; transposuit Clausenius et post vocem Ῥαῦκος inseruit. Ego hæc inter Lycti et Præsi mentionem media posui. || — ἡ Ἀπτεραία] ἄνηα πτερέα codex; em. Vossius. Cf. Dionys. An. Hell. 122 : εἶτεν Ἀπτεραίαν (Ἀγγαραίαν cod.) λεγομένην ἐν μεσογείᾳ. Diodor. V, 64, 5 : τῆς Ἀπτεραίων χώρας (ubi codd. plurimi τῆς ἀντισαπτερέων vel ἀντισαπτεραίων; τῆς ἀντίας Ἀπτεραίων probabiliter conj. Vossius). De urbe Ἀπτέρα v. Strabo X, p. 479; Steph. B. et Suidas s. v.; Plinius IV, 20 (ubi *Apterum*); Ptolemæus p. 245, 11; Hierocles l. l.; Pashley l. l. I, p. 36, qui nunc esse censet *Palæocastron* ad *Suda* sinum); Hœck. I, p. 380. || — Λαμπαία] De *Lampe* vel *Lappe* vel *Lappa* urbe cf. Fragm. Hist. tom. IV, p. 364, 4. 529, 9. Sita prope hod. *Polis*. V. Pashley. I, p. 84. || — Μεσσάπιος] Μεσσάπος codex; em. Meineke ad Dionys. An. Hell. 128, ubi fluvius absurdo nomine Μεσσάπολις appellatur. Ille ipse fuerit qui prope Lappen urbem notatur, nisi forte eundem habere malis cum Massalia (hod. *Megalopotamos*) Ptolemæi. || — Ὀσμίδαν] Vossius voluit : Μετὰ δὲ, Ὀσμίδα. Num recte nomen habeat aliunde non liquet. Pashley locum hunc collocat ad fontes Massaliæ fluvii. Ceterum lacunam notavi. || — Ἐλεύθερναι] Sic et eo accentu codex; Plinius (IV, 20) quoque : *Eleutherna*. Stephanus Ἐλεύθερνα (codd. Ἐλευθέρνα, quod emend. Meineke, laudato Lobeckio Pathol. p. 280); item Polybius IV, 53. 55 et Hierocles p. 650; Ἐλευθέραι corrupte codd. Ptolemæi III, 15, p. 245, 15; quam formam reperit etiam Stephan. v. Ἐλευθεραί; Ἐλευθέρα est in Stadiasm. § 329 et Dion. Cass. XXXVI, 1. Etiamnunc *Eleutherna*. V. Pashley I, p. 145. || — Σύβριτα] Sic codex; Συβρίτα editt. Σύβριτα etiam Ptolemæus p. 245, 13. *Subrita* Tab. Peuting.; Σούβριτος Hierocles; Σίβυρτος Steph. Byz. Urbis incolæ Σιβρύτιοι in C. Inscr. II, p. 637. Urbs inter mediterraneas recensetur a Ptolemæo, nec occurrit in Stadiasmo; ab Eleutheris 8 mill. pass. distabat sec. Tab. Peuting. Prope hod. *Veni* notatur in mappa Pashleyi. Quæ quum ita sint, simulque iterum ap. Nostrum sequatur πρὸς νότον, lacunam indicavi post v. Σύβριτα. Excidit : πρὸς βορέαν δὲ Πάνορμος (vel Παντομάτριον vel Ἀστάλη) πόλις. Panormum in hac ora ponunt Pashley I, p. 157 et Kiepertus et Forbiger III, p. 1036 ex Plinio IV, 20, eamque urbem agnoscunt in ruinis quæ hodie vocantur *Mylopotami*. Sec. Ptolemæum p. 244, 1 in eo tractu Pantomatrium, secundum Stadiasm. mar. magn. Astale urbs maritima erat. || — Ὀαξός] vel Ἄξός; codd. Πάξος; emend. Vossius. Ἄξός ap. Herodot. 4, 154. E digamma æolico natæ formæ Ὀαξός ap. Xenion. in St. Byz. et Hieroclem, Οἴαξος ap. Apollon. Rhod. I, 1130. Denique Faῦξος in C. Inscr. II, n. 3050. Numos vide ap. Eckhel. D. N. II, 305. Mionnet II, 90. Pellerin. III, 72. || — Κνωσσός] Κνώσσος cod. Vatican., Κνῶσις Paris., in quo haud raro ejusmodi formæ in ις ex sequioris ævi more occurrunt. || — Ῥαῦκος] Βαῦχος codex; emend. Holstenius e Polybio XXXI, 1, 1. XXXIII, 15; Ælian. N. An. XVII, 35 (V. Fragm. Hist. IV, p. 305, 1); Steph.

δὲ Λύκτος, καὶ διήκει αὕτη ἀμφοτέρωθεν· πρὸς βορέαν δὲ ἄνεμον ὄρος Κάδιστον καὶ λιμὴν ἐν αὐτῷ Ὀλοῦς καὶ πᾶν. * · Πραισὸς διήκει ἀμφοτέρωθεν · Γρᾶνος ἀκρωτήριον Κρήτης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις ἐν Κρήτῃ · λέγεται δὲ εἶναι ἑκατόμπολις.

ream Oaxus et Cnossus; ad notum Gortyna, Rhaucus; in mediterraneis Lyctus, ditione sua mare attingens utrumque; versus boream Cadistus mons ad eumque Olûs portus et Pan (?); Præsus deinde ad utrumque mare pertinet; Granus (*Itanus?*) Cretæ prom. versus ortum. Sunt etiam aliæ in Creta urbes; nam centum urbibus instructa esse perhibetur.

48. ΚΥΚΛΑΔΕΣ ΝΗΣΟΙ. Κυκλάδες δὲ αἵδε εἰσὶ κατὰ τὴν Λακεδαιμονίαν χώραν οἰκούμεναι · Μῆλος καὶ λιμήν, κατὰ δὲ ταύτην Κίμωλος, κατὰ δὲ ταύτην Ὠλίαρος, κατὰ δὲ ταύτην Σίκινος, αὕτη καὶ πόλις · κατὰ δὲ ταύτην Θήρα, κατὰ δὲ ταύτην Ἀνάφη, κατὰ δὲ ταύτην Ἀστυπάλαια. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

48. Cyclades insulæ. In conspectu Lacedæmonis regionis Cyclades insulæ sunt habitatæ hæ : Melus cum portu; ad eam Cimolus; ad hanc Oliarus; ad hanc Sicinus, quæ et civitas; juxta hanc Thera; prope quam Anaphe; prope eam vero Astypalæa. Sed redeo ad continentem, unde digressus eram.

49. ΑΡΓΟΣ. Μετὰ δὲ Λακεδαίμονα πόλις ἐστὶν Ἄργος, καὶ ἐν αὐτῇ Ναυπλία πόλις καὶ λιμήν· ἐν μεσογείᾳ δὲ Κλεωναὶ καὶ Μυκῆναι καὶ Τίρυνς. Παράπλους τῆς Ἀργείας χώρας κύκλῳ (ἔστι γὰρ κόλπος ὁ Ἀργολικὸς καλούμενος) στάδια ρν΄.

49. Argos. Post Lacedæmonem est Argos civitas, et in ea urbs Nauplia cum portu; mediterraneæ vero Cleonæ, Mycenæ et Tiryns. Prætervectio Argivæ regionis per orbem (est enim ibi sinus dictus Argolicus) stadiorum 150.

50. ΕΠΙΔΑΥΡΟΣ. Μετὰ δ' Ἄργος ἡ Ἐπίδαυρος χώρα·

50. Epidaurus. Post Argos sequitur regio Epidau-

Byz. : Ῥαῦκος, ἐν μεσογείᾳ τῆς Κρήτης. Lycophron 1304 habet gentile Δραύκιος, ad quod Tzetzes : Δραύκη, πόλις Κρήτης. Sita ad radices orientales Idæ montis prope *Hagio Myro*, sec. Pashley. I, p. 235. Mireris igitur eam a Nostro πρὸς νότον poni; debebat certe ἐν τῇ μεσογείᾳ. Fortassis in his quoque negligentia excerptoris aliquid peccavit. Ceterum pro Βαῦκος Meursius scribi voluit Καῦνος, quæ Cretæ urbs a Stephano s. v. memorata, aliunde non nota est. || — πρὸς βορέαν δὲ ἄνεμον... καὶ πᾶν] Hæc codex in antecc. habet post verba παρὰ Κριοῦ μέτωπον, nisi quod pro Κάδιστον et Ὀλοῦς legitur Κάλλιστον et Ὅλους (hoc et in Ptolem. codd. nonnulli). Illud correxit Slothouverus (v. Gail. ad Scylac. p. 578), hoc jam Vossius. De situ Oluntis v. Stad. mar. m. § 332, collato Ptolemæo III, 15, p. 244, 11 ; Pausan. IX, 40, 3; Steph. Byz. s. v.; Bœckh. C. I. II, n. 2554. Cadistus mons memoratur ap. Solinum c. 17, p. 42 ed. Steph. : *Albet* (Creta) *jugis montium Dictynnæi et Cadisti*. Hoc loco, ut videtur, usi Forbigerus et Kiepertus Cadistum et Dictynnæum unum eundemque habent, falso utique. Contra Mannertus VIII, p. 722 Cadistum refert ad Albos montes sive τὰ Λευκὰ ὄρη, quorum jugum est in meridionali et occidentali insulæ parte (Strabo X, p. 475). Nititur hæc sententia loco Plinii IV, 20, ubi : *Montes : Cadistus, Idæus, Dictynnæus, Corycus. Ipsa* (*Creta*) *abest promontorio suo, quod vocatur Criumetopon,.. a Cyrenæorum promontorio Phycunte CXXV mill. passuum ; item Cadisto; a Malea Peloponnesi LXXV*. Sane si in his distantia a Libya ad Cadistum notatur, sequitur Cadistum montem in meridionali Cretæ ora collocandum esse. Sed fugit geographos nostri Scylacis locus, ubi Cadistus boreali lateri vindicatur, et aperte maximum illud promontorium intelligendum est, quod supra Oluntem in mare procurrit. Hunc vero locum ei assignat etiam series montium ap. Plinium, qui ab oriente occasum versus pergens primum ponit Cadistum nostrum. Quod si repugnant deinde verba : *Item Cadisto*, id non fit culpa Plinii, sed librariorum : nam locus mutilus est; suppleri jubeo : *item Cadisto* [*ab Astypalæa; et Coryco*] *a Malea Peloponnesi* etc. Probatur hoc altero Plinii loco IV, 23, ubi : *Astypalæa... abest a Cadisto Cretæ CXXV mill. pass*. Eaque distantia bene habet. Quod attinet Peripli verba καὶ πᾶν, quid in iis lateat nescio; καὶ πόλις conj. Vossius, vix recte. In Stadiasmo et Ptolem. juxta Oluntem recensetur quindecim stadiis distans urbs Καμάρα; num hæc indicatur? an alia? an revera fuit locus Πᾶν, sicuti erat Παννόνα urbs inter Lyctum et Cnossum sita? || — Πρασός] πράσις codex; emend. Meursius. Fort. satis erat scripsisse Πρᾶσος. De variis hujus nominis formis v. Hœck. *Creta* I, p. 413. Bœckh. C. I. II, p. 405; Dindorf. in St. Thes. v. Πραισός. || — Γρᾶνος] « Ejus nemo meminit, nisi forte leg. Ἴτανον ex Plinio IV, 20. » Vossius. — « Sed forsan in hoc sedet memoria Γραμμίου urbis, ut vocat Stephanus et collegit Meursius. » Gronovius. Steph. Byz. Γράμμιον (Γράμιον cod. Vossianus), πόλις ἐν Κρήτῃ. || — ἑκατόμπολις] ἑκατὸν πόλεις codd. Vid. Homer. Il. II, 649. Strabo X, p. 479, Plinius, alii.

§ 48. Κυκλάδες] Scylax igitur Cyclades Cretici maris aliasque maris Ægæi distinguere videtur. Vulgo insulæ ad Cretam sitæ Sporadibus accensentur. Unum laudasse sufficiat Strabonem X, p. 485 : Αὗται μὲν οὖν ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει· ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ μᾶλλον αὐτή τε ἡ Δῆλος καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες, καὶ αἱ ταύταις προσκείμεναι Σποράδες, ὧν εἰσὶ καὶ αἱ λεχθεῖσαι περὶ τὴν Κρήτην. || — Ὠλίαρος] νωχίορος cod.; em. Salmasius. Oliarus quum Paro insulæ proxime adjaceat, hoc loco parum apte nominatur. Contra vero Pholegandrus insula memoranda erat. || — Σίκινος] κίνες codex; em. Salmasius. || — καὶ πόλις] ἡ πόλις codex; em. Vossius. || — Ἀστυπάλαια] Ἀστυπάλη codex; em. Bentley.

§ 49. Ἄργος] Ἄρσος codex, ut mox Ναυπλία... Καθῶναι.. Τίρυνθα. || — ρν΄] Hic numerus, si sinum legeris, justo minor est.

§ 50. Μετὰ δὲ Ἄργος κτλ.] ἡ Ἐπίδαυρος δὲ χώρα

καθήκει γὰρ εἰς τὸν κόλπον τοῦτον στάδια λ'. Μετὰ δὲ τὴν Ἐπιδαυρίαν χώραν Ἁλία καὶ λιμήν. Αὕτη ἐστὶ ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀργολικοῦ κόλπου. Περίπλους ταύτης ἐστὶ σταδίων ἑκατόν.

51. **ΕΡΜΙΩΝ.** Μετὰ δὲ ταύτην Ἑρμιὼν πόλις ἐστὶ καὶ λιμήν. Ταύτης δὲ περίπλους σταδίων π'. Μετὰ δὲ Ἑρμιόνα Σκύλλαιόν ἐστιν ἀκρωτήριον τοῦ κόλπου τοῦ πρὸς ἰσθμόν· ἔστι δὲ τὸ Σκύλλαιον τῆς Τροιζηνίας. Καταντικρὺ δὲ αὐτοῦ ἐστὶ Σούνιον ἀκρωτήριον τῆς Ἀθηναίων χώρας. Κατὰ δὲ τοῦτό ἐστι νῆσος Βέλβινα καὶ πόλις. Τούτου τοῦ κόλπου ἀπὸ τούτου τοῦ στόματος εἴσω εἰς τὸν ἰσθμὸν στάδιά ἐστι ψμ'. Ἔστι δὲ ὁ κόλπος οὗτος αὐτὸς κατὰ στόμα εὐθύτατος.

52. **ΤΡΟΙΖΗΝΙΑ.** Μετὰ δὲ Ἑρμιόνα Τροιζηνία πόλις καὶ λιμήν. Παράπλους δ' ἐστὶν αὐτῆς στάδια λ'. Μετὰ δὲ ταῦτα νῆσός ἐστι Καλαυρία καὶ πόλις καὶ λιμήν. Παράπλους δ' ἐστὶν αὐτῆς στάδια τ'.

53. **ΑΙΓΙΝΑ.** Κατὰ δὲ ταύτην νῆσός ἐστι καὶ πόλις Αἴγινα καὶ λιμένες δύο. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

54. **ΕΠΙΔΑΥΡΟΣ.** Μετὰ δὲ Τροιζηνίαν πόλις Ἐπίδαυρος καὶ λιμήν. Παράπλους δὲ τῆς Ἐπιδαύρου χώρας στάδια [ρ] λ'.

55. **ΚΟΡΙΝΘΙΑ.** Μετὰ δὲ Ἐπίδαυρον ἡ Κορινθίων χώρα ἐστὶν [ἡ] πρὸς ἠῶ, καὶ τεῖχος Κεγχρειαὶ καὶ ἰσθμὸς, οὗ ἱερὸν Ποσειδῶνος. Ἐνταῦθα ἡ Πελοπόννησος λήγει. Ἔστι δὲ καὶ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ χώρα Κορινθίοις, καὶ τεῖχος Σιδοῦς καὶ ἕτερον τεῖχος Κρεμ-

ria. Pertinet enim ad hunc quoque sinum spatio stadiorum 30. Post Epidauriam regionem Halia cum portu. Sita hæc est in ore sinus Argolici. Prætervectio ejus est stadiorum centum.

51. Hermion. Deinceps est Hermion civitas cum portu. Hujus præternavigatio est stadiorum 80. Post Hermionem est Scyllæum, promontorium sinus ad isthmum pertingentis. Est vero Scyllæum in Trœzenia; ex adverso ejus est Sunium promontorium Atticæ regionis. E regiône etiam est Belbina insula cum urbe. Hujus sinus ab hoc ore intus usque ad isthmum sunt stadia 740. Est vero hic sinus in ore rectissimus.

52. Trœzenia. Post Hermionem Trœzenia civitas cum portu. Prætervectio ejus est stadiorum 30. Post hæc est insula Calauria cum urbe et portu. Prætervectio (reliquæ Trœzeniæ) est stadiorum 300.

53. Ægina. E regione Trœzeniæ est Ægina insula cum urbe et duobus portubus. Sed redeo ad continentem, unde diverteram.

54. Epidaurus. Post Trœzeniam est civitas Epidaurus cum portu. Præternavigatio regionis Epidauri stadiorum 130.

55. Corinthia. Post Epidaurum est Corinthiorum regionis ea pars, quæ orientem spectat, et munimentum Cenchreæ, et isthmus, ubi fanum Neptuni. Hic est finis Peloponnesi. Est vero etiam extra isthmum Corinthiis territorium, et Sidûs munimentum et aliud munimentum Cremmyon. Præternavigatio Corin-

---

μετὰ Ἄργος codex Palatin. || — Ἐπιδαυρίαν] Ἐπιδαυρείαν codex. || — Ἁλία] Ἁλιεῖς ap. Strabon. VIII, p. 373, Diodor. XI, 78, Stephan. s. v., nec non ap. Thucyd. I, 105, 1, ubi : ἐς Ἁλιᾶς (vgo ἐς Ἁλιάς). Pausanias II, 36, 1 Ἁλικὴν dicit.

§ 51. Ἑρμιόνα] Ἑρμιῶνα cod. et mox iterum. — || σταδίων π'] Numerus procul dubio corruptus est. || — Βέλβινα] Meminerunt ejus insulæ Strabo VIII, p. 375. IX, p. 398, et Steph. B. v. Ἑρμιών, et Plinius IV, 19. Nunc *S. Georgio d'Arbori*. || — ψμ'] Non nimium esse numerum, si oræ anfractus legeris, exputavit Lapieus. Fabricius scripsit υμ', 430. || — εὐθύτατος] id est: litora utrinque non statim flectuntur et convergunt, sed eandem distantiam servantia recta procedunt.

§ 52. Τροιζηνία] Τροίζην cod. Pal. || — παράπλους... στάδια λ'.] « Bis recensetur, quantum Trœzenia fuerit extensa, per triginta et per trecenta stadia. Triginta illa pertinent a promontorio Scyllæo quod initium facit Trœzeniæ, usque ad eum terminum qui e regione Calauriæ situs est, trecenta inde ab illo usque ad fines Epidauriæ. Propterea dictum est : μετὰ δὲ ταῦτα (τὰ στάδια) νῆσός ἐστι Καλαυρία. » Clausen. Ceterum Scyllæum promontor. Scylax in Trœzeniorum ditione situm dixit, non vero etiam ejus esse initium. Quodsi vero sic rem intelligi voluit (ut ipse quoque puto), 80 stadiorum numerus Hermiones oræ attributus falsus est; sin numerus ille recte habet, in Trœzeniæ paraplo erratum est, omissa ea parapli parte, quæ ab Hermioniæ finibus erat usque ad Scyllæum. || — Μετὰ] Κατὰ scr. Fabricius.

§ 54. ρλ'] λ' codex; illud Lapieus posuit, probabiliter. Etenim a Scyllæo promontorio usque ad Isthmum Scylax stadia esse ait 740. Trœzeniis vero tribuit stadia 330; Corinthiis usque ad Cremmyonem 300, adeo ut iisdem usque ad Isthmum tribuenda sint circiter 260. Hinc summa efficitur stadiorum 590. Desiderantur igitur 150, siquidem Trœzeniorum stadia inde a Scyllæo promontorio exputata sunt; sin minus, fortasse scribendum est σλ' (230).

§ 55. Κορινθία] Κεγχρεία codex. Titulos codicis, utpote a librariis profectos sæpeque ineptos, parum curamus. || — ἡ πρὸς ἠῶ] Articulum addidi e conjectura Gailii. || — Κεγχρειαὶ] Κεγχρείας cod. || — Σιδοῦς] Cf. Xenophon. Hell. IV, 13 : Αἱρεῖ πρῶτον μὲν Σιδοῦντα, ἔπειτα Κρομμυῶνα, et ibid. IV, 5, 19. Steph. Byz. : Σιδοῦς, Κορίνθου ἢ Μεγαρίδος ἐπίνειον. Euphorio et Nicander ap. Athen. III, p. 82, ubi Sidûs κώμη Κορίνθου dicitur. Hesychius : Σιδουντιάς, κώμη τῆς Κορινθίας. Ruinæ prope *Sousaki* sec. Boblaye *Sur les ruines de la Morée*, p. 35; prope *Cassidhi* inter *Kineta* et *Kalamaki* sec. Leake *Travels in the Morea*, III, p. 308. || — Κρεμμυὼν] Κρεμμύων codex; Κρεμμυὼν, κώμη Κορίνθου ex Eudoxo citatur ap. Stephan.; Plinius quoque *Cremmyon*. De formis Κρεμυὼν, Κρομυὼν, Κρομμυὼν, v. Steph. Thesaur. v. Κρομμυόνησος.

μυών. Παράπλους δὲ τῆς Κορινθίων χώρας μέχρι τῶν ὁρίων τῶν Μεγαρέων στάδια τ'.

56. ΜΕΓΑΡΑ. Ἀπὸ δὲ τῆς Κορινθίων χώρας Μέγαρα πόλις ἐστὶ, καὶ λιμὴν καὶ Νίσαια τεῖχος. Παράπλους δὲ τῆς Μεγαρέων χώρας μέχρι Ἰαπίδος (ἔστι γὰρ οὗτος ὅρος τῆς Ἀθηναίων χώρας), στάδια ρμ'.

57. ΑΤΤΙΚΗ. Μετὰ δὲ Μεγαρεῖς εἰσὶν Ἀθηναίων πόλεις. Καὶ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς Ἐλευσὶς, οὗ ἱερὸν Δήμητρός ἐστι, καὶ τεῖχος. Κατὰ τοῦτό ἐστι Σαλαμὶς νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμήν. Ἔπειτα ὁ Πειραιεὺς καὶ τὰ σκέλη καὶ Ἀθῆναι. Ὁ δὲ Πειραιεὺς λιμένας ἔχει γ'. Ἀνάφλυστος τεῖχος καὶ λιμήν· Σούνιον ἀκρωτήριον καὶ τεῖχος· ἱερὸν Ποσειδῶνος· Θορικὸς τεῖχος καὶ λιμένες δύο· Ῥαμνοῦς τεῖχος. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι λιμένες ἐν τῇ Ἀττικῇ πολλοί. Περίπλους τῆς Ἀθηναίων χώρας στάδια ͵αρμ'· ἀπὸ Ἰαπίδος χώρας ἐπὶ Σούνιον στάδια υϞ'· ἀπὸ Σουνίου μέχρι τῶν ὅρων τῶν Βοιωτίων στάδια χν'.

58. ΝΗΣΟΙ ΚΥΚΛΑΔΕΣ. Κατὰ δὲ τὴν Ἀττικήν εἰσι νῆσοι αἱ Κυκλάδες καλούμεναι, καὶ πόλεις αἵδε ἐν ταῖς νήσοις· Κέως (αὕτη τετράπολις· [Ποιήεσσα πόλις] καὶ λιμὴν, Κορησσία, Ἰουλὶς, Καρθαία)· Ἑλένη·

thiorum regionis usque ad terminos Megarensium, stadiorum est 300.

56. Megara. Post Corinthiorum regionem est Megara urbs cum portu et Nisæa munimentum. Præternavigatio Megarensium regionis usque ad Iapidem (est enim hic terminus Atheniensium regionis), stadiorum 140.

57. Attica. Post Megarenses sunt Atheniensium civitates. Et primum Atticæ est Eleusis, ubi fanum Cereris et munimentum. Circa hoc est insula Salamis et urbs cum portu, Deinceps est Pyræeus ejusque crura et Athenæ. Piræeus vero portus habet tres. Anaphlystus munimentum cum portu; Sunium promontorium; templum Neptuni; Thoricus munimentum cum duobus portubus; Rhamnûs munimentum. Sunt etiam alii complures in Attica portus. Circumnavigatio Atheniensium regionis est stadiorum 1140; ab Iapide regione usque ad Sunium stadia 490; a Sunio usque ad terminos Bœotiæ stadia 650.

58. Insulæ cyclades. Ad Atticam sunt insulæ quæ Cyclades appellantur, urbesque in iis hæ sunt: Ceos in qua urbes sunt quattuor, [*Pœessa*] cum portu, Coressia, Iulis et Carthæa; Helena; Cythnus insula

---

Situs locus prope *Hagios Theodoros* sec. Boblaye l. l. Paullo aliter Leake l. l.

§ 56. Μέγαρα] Μεγαρέων cod.; em. eddit. || — Νίσαια] Μεγαία codex; em. Voss. || — Ἰαπίδος] Ἄπιδος codex h. l. et mox iterum; em. Berkelius e Stephano: Ἰαπίς, χαράδρα Ἀττικὴ εἰς Μέγαρα ἀπάγουσα, ὡς Καλλίμαχος Ἑκάλῃ. « Quam Stephanus χαράδραν, recte Scylax in sqq. χώραν vocat, intelligens vallem sic appellatam ab perfluente fluviolo ejusdem nominis. Erat ibidem locus quem Aristophanes (Acharn. 803) vocat Φίβαλαν, cujus scholiastæ propterea dicitur τόπος Μεγαρίδος, οἱ δὲ Ἀττικῆς, laudatus ob ἰσχάδας. » Gronovius. Fluit Iapis ad radices meridionales montis Κέρατα dicti, quem Strabo Atticæ et Megaridis terminum esse dicit.

§ 57. καὶ τεῖχος] Munitam fuisse Eleusinem constat e Demosthene De coron. p. 238, 15 sqq. Cf. Livius XXXI, 25: *Eleusinem profectus spe improviso templi castellique, quod et imminet et circumdatus est templo, capiendi.* Post vocem τεῖχος in codice leguntur: καὶ νῆσος Σάλαμις; quæ ejeci. Quamquam ejecta voce καὶ retinere possis verba νησ. Σ., tamquam titulum iis quæ de Salamine sequuntur a librario præfixum. || — τὰ σκέλη] Structa illa Ol. 84, 4. 451 a. C. Quare hæc, utpote a Scylacis ætate aliena, ab interpolatore profecta putavit Gailius. Idem etiam quæ de Piræeo portu sequuntur, condemnare debebat, quum Darii ætate ante Themistoclem solo Phalereo Athenienses uterentur (Pausan. I, 1, 2), notante Clausenio. || — λιμένας ἔχει γ'] sc. τὸν Κανθάρου λιμένα, deinde τὸ Ἀφροδίσιον et in intima Piræei parte τὸ ἐμπόριον. V. Menecles ap. Schol. Aristoph. Pac. 145 (Fr. Hist. IV, p. 450, 4); Pausan. I, 1; Thucyd. I, 93. Ζέα portus frumentarius, qui (ex Hesychio s. v. Ζέα) Piræei pars fuisse putabatur, isthmo a Piræeo separatus, orientem versus situs erat, atque hodie *Pashalimani* vocatur, uti demonstravit Ulrichs (Οἱ λιμένες καὶ τὰ μακρὰ τείχη τῶν Ἀθηνῶν in Diario Atheniensi quod Ἐρανιστής inscribitur, 1843, et germanice in *Abhandlgen d. Bayer. Acad. d. Wiss.* 1843, III, p. 645 sqq.) Aliorum de hac re sententias recenset Forbiger. *Geogr.* III, p. 946. || — Ἀνάφλυστος τεῖχος] V. Xenophon. De vectig. 4, 43 p. 707 ed. Didot.: Ἔστι μὲν γὰρ δήπου περὶ τὰ μέταλλα ἐν τῇ πρὸς μεσημβρίαν θαλάττῃ τεῖχος ἐν Ἀναφλύστῳ· ἔστι δ' ἐν τῇ πρὸς ἄρκτον τεῖχος ἐν Θορικῷ· ἀπέχει δὲ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ἀμφὶ τὰ ξ' στάδια. Cf. Strabo IX, p. 398; Pausan. II. 30, 8; Ptolem. III, 15; Steph. B., Suidas, Harpocrat. s. v.; schol. Arist. Eccles. 902. || — Σούνιον τεῖχος] Hæc quoque interpolatori vindicare debebat Gailius. Nam Sunium munitum est Ol. 91, 1. 416 a. C., teste Thucydide VIII, 4. Porro Thoricum, cujus deinceps mentio fit, muris Athenienses instruxerunt Olymp. 92, 3. 410, uti Xenophon. Hell. I, 2, 1 docet. — Verba ἱερὸν Ποσειδῶνος· Θορικὸς (εἰρικὸς cod.; em. Miller) τεῖχος omisit cod. Palatinus. Neptuni templum ad Sunium fuisse alibi me legere non memini. Lapieus nescio quibusnam ductus indiciis locum hujus templi his indicat verbis: « Tour sur un petit cap au sud du port Mandri. » || — Ῥαμνοῦς] Ῥάμνος codex. || — υϞ'] στᾶ ξ' cod. Parisin., ubi α ita scriptum, ut ductus ad αυ proxime accedant. Apographum Palatinum habet μμϞ.

§ 58. Νῆσοι Κυκλάδες] Huc transposui titulum, qui in cod. legitur ante vocem Κέως. || — Ποιήεσσα πόλις] supplevit Vossius e Strabone X, p. 486. Dionysius quoque v. 135 tetrapolin fuisse insulam dicit. Ptolemæus III, p. 235, 1 nonnisi tres urbes, Coressum,

Κύθνος νῆσος καὶ πόλις· Σέριφος νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμήν· Σίφνος· Πάρος λιμένας ἔχουσα δύο, ὧν τὸν ἕνα κλειστόν· Νάξος· Δῆλος· Ῥήνη· Σῦρος· Μύκονος (αὕτη δίπολις)· Τῆνος καὶ λιμήν· Ἄνδρος καὶ λιμήν. Αὗται μὲν αἱ Κυκλάδες νῆσοι. Ὑπὸ δὲ ταύταις ἕτεραι νῆσοι αἵδε πρὸς νότον· Ἴος καὶ λιμήν (ἐν ταύτῃ Ὅμηρος τέθαπται)· Ἀμοργὸς, αὕτη τρίπολις καὶ λιμήν· Ἴκαρος, δίπολις.

Μετὰ δὲ Ἄνδρον Εὔβοια νῆσος· αὕτη τετράπολις· εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῇ Κάρυστος, Ἐρέτρια καὶ λιμὴν, Χαλκὶς καὶ λιμὴν, Ἑστίαια καὶ λιμήν. Ἡ δὲ Εὔβοια ἀπὸ Κηναίου Διὸς ἱεροῦ ἐπὶ Γεραιστὸν, Ποσειδῶνος ἱερὸν, ἔχει στάδια ατν'· τὸ δὲ πλάτος στενή ἐστιν ἡ Εὔβοια.

Ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ πελάγει εἰσὶ νῆσοι αἵδε· κατ' Ἐρέτριαν Σκῦρος καὶ πόλις· Ἴκος, αὕτη δίπολις· Πεπάρηθος, αὕτη τρίπολις καὶ λιμήν· Σκίαθος, αὕτη δίπολις καὶ λιμήν. Μετὰ ταῦτα ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

59. ΒΟΙΩΤΟΙ. Μετὰ δὲ Ἀθήνας εἰσὶ Βοιωτοὶ ἔθνος· καθήκουσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐπὶ ταύτην τὴν θάλασσαν. Καί ἐστιν ἐν αὐτῇ πρῶτον ἱερὸν Δήλιον, Αὐλὶς ἱερὸν, Εὔριπος, τεῖχος, Ἀνθηδὼν τεῖχος, Θῆβαι, Θεσπιαὶ,

cum urbe; Seriphus insula cum urbe et portu; Siphnus; Parus cum duobus portubus, quorum unus clausus; Naxus, Delus, Rhene, Syrus, Myconus cum duabus urbibus; Tenus cum portu; Andrus cum portu. Hæ quidem sunt Cyclades insulæ. Sub his vero sunt aliæ insulæ meridiem versus: Ios cum portu, in qua Homerus sepultus est; Amorgus, quæ tres habet urbes portumque; Icarus cum duabus urbibus.

Post Andrum vero est Eubœa insula, in qua urbes sunt quattuor, Carystus, Eretria cum portu, Chalcis cum portu, Hestiæa cum portu. Eubœa a Cenæi Jovis fano usque ad Geræstum Neptuni fanum est stadiorum 1350; latitudine vero angusta est.

In Ægæo autem pelago insulæ sunt hæ: circa Eretriam Scyrus cum urbe; Icus in qua urbes duæ; Peparethus, cui tres urbes cum portu; Sciathus, cui duæ urbes cum portu. Post hæc redeo ad continentem, unde deverteram.

59. Bœoti. Post Athenas sunt Bœoti: pertingunt enim hi quoque ad hoc mare. Primum apud eos est fanum Delium, tum Aulis fanum, Euripus ad eumque munimentum, Anthedon munimentum, Thebæ, Thespiæ,

---

Iulidem et Carthæam recenset, quum jam Strabonis ætate Pœeessa et Coressus non amplius exstarent. Cf. Plinius IV, 12. || — Κορησσία] Κορησία codex. V. Strabo l. l. et Stephan. v. Κορησσός. || — Καρθαία] αἶρα codex; em. Vossius. || — Ἑλένη] Quum in ceteris insulis recensendis certus quidam ordo sit, mireris Helenam, quæ Sunio proxime adjacebat, post Ceum collocari, ne dicam hanc insulam omnino non solere Cycladibus accenseri, ac secreta demum Helena, tralaticium Cycladum numerum duodenarium erui. Auctor ex quo hæc fluxerunt, eodem modo rem instituerit, quo Artemidorus fecit, qui ab Attica proficiscens primum nominavit Helenam, deinde vero ad Cyclades se convertit. Vide Strabon. X, p. 485. || — κλειστὸν] κάθιστον codex; em. Gronovius; κάλλιστον scripsit Vossius aliique, falso utique, nam ΛΕ et ΑΘ confusa esse, ut in Καθῶναι pro Κλεωναὶ etc., non est dubium. — || Ῥήνη] Sic etiam Menander Rhet. ap. Walz. Rh. gr. tom. IX, p. 191 et Ptolemæus III, 14, p. 235, 15 et Stephanus: Ῥήνη, νῆσος μικρὰ πλησίον Δήλου· λέγεται καὶ Ῥηνὶς (cujus formæ exemplum desideramus) et « Ῥηναία (Ῥηνέα cod. Vat.). De usitatis formis Ῥηνεία et Ῥηναία v. Steph. Thes. s. v. et Meineke ad St. Byz. s. v. Rhenen inter Cyclades non enumerat Artemidorus, contra vero Melam iis accenset, nec non parvulas illas tres: Gyarum, Oliarum et Propesinthum, quæ quamvis in gyro isto sitæ sint, ab antiquioribus tamen omnino non in censum vocabantur. || — Σῦρος] σκῦρος codex; em. Harduinus ad Plin. l. l, et Tzschucke ad Melam II, 7, p. 540. || — Μύκονος δίπολις] Unius urbis meminit Ptolemæus p. 235, 18, alterius nemo. || — πρὸς νότον] πρὸς πόντου codex; em. Vossius; πρὸς νότου, « a meridie in septentrionem eundo. » Gailius et Clausen, parum apte et contra usum scriptoris. Mitto Palmerii conjecturam: ὑπὸ δὲ ταύτας ἕτεραι νῆσοι αἵδε Σποράδων· Ἴος κτλ. ||

— Ὅμηρος] Cf. Aristot. fr. 274 (Fragm. Hist. II, p. 186); Strabo X, p. 484; Plinius IV, 23; Pausanias X, 24, 2; Welcker *Zeitschrift f. Alterth.* 1841, N. 37-41. || — τρίπολις] Urbes erant Arcesine, Minoa et Ægiale, ut Stephanus v. Ἀμοργός et Ptolemæus V, 2 tradunt. Ceterum ignotæ urbes. || — Ἴκαρος δίπολις] Plinius l. l.: *Icarus... cum oppidis duobus, tertio amisso.* Urbes Œnoen et Dracanum et ὕφορμον, cui Ἰστοί nomen, memorat Strabo XIV, p. 639. De Œnoe v. Eparchides in Fragm. Hist. tom. IV, p. 404. || — Ἑστίαια] « Histiæa a Scylace memoratur nomine antiquo, ut ap. Herodot. VIII, 23, Thucyd. I, 114. 37, nondum Oreus, quod nomen accepit quo tempore Eubœam debellavit Pericles Olymp. 83, 3. 445 a. C., qui Histiæenses in Macedoniam ejecit, urbem Atticis tradidit colonis, a quibus dicta est Oreus (Theopomp ap. Strabon. X, p. 445.). Tamen non antiquior habendus est Scylax, quum post hoc tempus factum sit quod narrat Thucydides, et Pausaniæ etiam ætate sæpius antiquo Hestiææ nomine dicta sit Oreus (VII, 26, 4). » Clausen. Cf. Scym. v. 578.

§. 59. Βοιωτοί] Βοιωταί codex, Βοιωτία edd. || — Εὔριπος, τεῖχος] codex: Εὔρυπος τεῖχος. Ἀνθηδὼ τεῖχος· Θῆβαι· Θεσπεσιαί· Ὀρχόμενος. Post vocem Εὔριπος interpunxi; nam τεῖχος sic nude positum in antecedentibus jam vidimus; sin corrigere velis, scribe Εὐρίπου τεῖχος; nam Εὔριπος τεῖχος dicere vix licebat. De re cf. Strabo X, p. 403: πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν, ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δὲ ἐκ τῆς Βοιωτίας. Letronnius legi voluit: Εὔριπος, τεῖχος Ἀνθηδὼν, τεῖχος [Σαλγανεὺς], Θῆβαι. Præstabat quod hinc dedit Fabricius: Εὔριπος, [Σαλγανεὺς] τεῖχος, Ἀνθ. τεῖχος; hanc enim seriem situs locorum flagitat (v. Dicæarch. fr. 60. tom. II, p. 260). At falsum est utrumque. Nam vicus qui ad tumulum Salganei Bœoti post Per-

Ὀρχομενὸς ἐν μεσογείᾳ. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις. Παράπλους δὲ τῆς Βοιωτίας χώρας ἀπὸ Δηλίου μέχρι τῶν Λοκρῶν ὁρίων στάδια σν'.

60. ΛΟΚΡΟΙ. Μετὰ δὲ Βοιωτούς εἰσι Λοκροὶ ἔθνος. Καί εἰσι κατ' Εὔβοιαν αὐτοῖς πόλεις αἵδε· Λάρυμνα, Κῦνος, Ὀποῦς, Ἀλόπη· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ Λοκροῖς. Παράπλους δὲ τῆς χώρας αὐτῶν στάδια σ'.

61. ΦΩΚΕΙΣ. Μετὰ δὲ Λοκρούς εἰσι Φωκεῖς· διήκουσι γὰρ καὶ οὗτοι εἰς τὴν θάλασσαν ταύτην. Καὶ πόλεις αὐτοῖς εἰσὶν αἵδε· Θρόνιον, Κνημὶς, Ἐλάτεια, Πανοπεύς. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις αὐτοῖς ἐν μεσογείᾳ. Παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Φωκέων χώρας στάδια σ'.

62. ΜΗΛΙΕΙΣ. Μετὰ δὲ Φωκεῖς εἰσὶ Μηλιεῖς καὶ ὁ κόλπος ὁ Μηλιεύς. (Ἐν τούτῳ [τῷ] κόλπῳ εἰσὶν οἱ Λιμοδωριεῖς καλούμενοι οἵδε· Ἐρινεὸς, Βοῖον, Κυ-

Orchomenus in mediterraneo tractu. Sunt etiam aliæ urbes. Præternavigatio vero Bœotiæ regionis, a Delio usque ad Locrorum terminos, stadiorum est 250.

60. Locri. Post Bœotos sunt Locri. Urbes eorum Eubœæ objectæ sunt : Larymna, Cynos, Opûs, Alope; habent vero Locri etiam alias urbes multas. Prætervectio eorum regionis est stadiorum 200.

61. Phocenses. Locros sequuntur Phocenses : nam hi quoque ad hoc mare pertingunt. Urbes eorum sunt hæ : Thronium, Cnemis, Elatæa, Panopeus. Habent quoque alias civitates in mediterraneo tractu. Prævectio Phocensium regionis est stadiorum ducentorum.

62. Melienses. Post Phocenses sunt Melienses sinusque Meliacus. (Ad hunc sinum sunt qui dicuntur Limodorienses, quorum urbes sunt Erineus, Bœum,

---

sica tempora conflatus est (Strabo IX, p. 403), a Ptolemæo demum, Antigoni duce, mœnibus est instructus, Olymp. 117, 1. 312 a. C. Vid. Diodor. XIX, 77, 4. Ante Gailium jungebant τεῖχος Θῆβαι, ex eoque Dodwellus demonstrare studebat scriptorem nostrum post eversas Thebas vixisse. ‖ — Λοκρῶν ὁρίων] λευκῶν ὁρίων codex; em. Palmerius.

§ 60. Κῦνος, Ὀποῦς] Κυνοσοῦρος codex; em. Gronovius. Ceterum Opus ante Cynum memoranda erat. ‖ — σ'] A Larymna ad Alopen linea recta sunt ad 250 stadia, sin anfractus litoris sequaris, vel supra 350. ‖ — Λάρυμνα] sc. ἡ ἄνω Λάρυμνα, quæ Locridis erat : καὶ γὰρ ἑτέρα ἐστὶν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, ἡ Βοιωτικὴ, ᾗ προσέθεσαν Ῥωμαῖοι τὴν ἄνω (Strabo IX, p. 406 extr., ubi v. Groskurd.). Cf. Plinius IV, 12; Pausanias IX, 23, 7; Gell *Itin. of Greece* p. 117; Ulrichs *Reisen in Griechenland* I, p. 229 sqq.

§ 61. Θρόνιον, Κνημὶς] Debebat : Κνημὶς (Κνίμις cod.), Θρόνιον. Ac Thronium quidem, quamvis 20 stadia ab ora dissitum, sed portu tamen cum mari junctum, inter maritima loca recenseri poterat; reliquis duobus præmittenda erant verba : ἐν μεσογείᾳ δέ. Ceterum Cnemis, Thronium ceteræque urbes Locrorum Epicnemidiorum in potestatem Phocensium venerant tempore belli sacri. Ejus anno tertio (Ol. 106, 4. 353) Onomarchus Thronium expugnavit incolasque in servitutem abegit (Diodor. XVI, 33, 3); anno sequenti Phayllus reliquas urbes cepit diruitque (Diod. XVI, 30, 3 sqq.). Cf. Æschines De fals. leg. p. 45, 33 sqq. Hinc jam Palmerius (Græcia ant. p. 566 sq.) rectissime collegit Periplum nostrum non esse istis temporibus antiquiorem. Respondit Sancto-Crucius, vir ἀκριτικώτατος (*Mém. de l'Acad.* t. XLII, p. 366), haud ex Æschine documenta sua petivisse Scylacem, posseque Thronii expugnationem ad priora tempora removeri. Attamen belli Peloponnesiaci tempore Thronium non erat Phocensium, sed Locrensium, teste Thucydide II, 26, coll. Diodoro XII, 44, 1 : adeo ut bis Locride Phocenses petitos esse fingi deberet. Gailius vero ut probet verba Scylacis διήκουσι γὰρ οὗτοι εἰς τὴν θάλασσαν ταύτην vetustissimam prodere geographiam, Strabonem affert, qui (IX, p. 416) : Ἡ Φωκίς ἐστι, inquit, πρὸς ἄρκτον παραβεβλημένη τῇ Βοιωτίᾳ παραπλησίως ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν, τό γε παλαιόν. Sane quidem priscis temporibus Phocenses ad oram borealem pertinuerunt, Daphnuntem ibi urbem possidentes, cujus ditione Locrenses Epicnemidii ab Opuntiis dirimebantur (Cf. Plinius IV, 13 : *Phocidis in litore unum Daphnûs*); deinde vero Daphnunte diruta, hæc regio Locrensium facta est. Sed quid hæc ad Scylacem? qui non hanc modo regionem, ad totam oram, quæ Locrensium fuerat, Phocensibus attribuit. — *Cnemis* urbs etiam Plinio vocatur (IV, 12); reliquis Κνημῖδες. V. Strabo p. 246; Ptolem. III, 15; Mela II, 3, 6. ‖ — Φωκέων] Φωκαίων codex.

§ 62. Λιμοδωριεῖς] Hesychius : Λιμοδωριεῖς· οὕτω ἐκλήθησαν οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου, ἀφορίας χαλεπῆς ἐκεῖ γενομένης, ἀποικισθέντες διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, καὶ κατοικήσαντες περὶ Ῥόδον καὶ Κνίδον. Δίδυμος δὲ τοὺς περὶ τὴν Οἴτην (ὀτην cod.) κατοικοῦντες οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ λιμώττειν καὶ μοχθηρὰν ἔχειν ταύτην [τὴν γῆν]. Priorem nominis explicationem Suidas quoque et Photius s. v. exhibent, quibus adde Plutarchum in Proverb. I, 34 p. 326 ed. Schneidew. et Leutsch. : Λιμοδωριεῖς. Σιτοδείας ποτὲ γενομένης ἐν Πελοποννήσῳ, ἐφόδιά τινα λαβόντες ἀπῆραν· πλανομένους δὲ αὐτοὺς ἀπεδέξατο ἡ ἐν Ῥόδῳ τρίπολις. Ἐκλήθησαν δὲ διὰ τοῦτο Λιμοδωριεῖς. Severior historia non novit hanc populi denominationem, quæ comicorum dicteriis vel populari facetiarum studio deberi videtur. Neque in nostro libello mentio earum ab ipso Peripli auctore profecta esse possit existimari. Certe ratione introducuntur inepta, quum tripolis Dorica in mediterraneis pone Malienses sita esset, minimeque ad oram maritimam pertineret, id quod ex verbis ἐν τούτῳ [τῷ] κόλπῳ rerum ignari colligere debebant. Clausenius quidem hæc recte habere censet : « Scylax, ait, a Phocensibus ad enarrandum sinum Maliensem pergit, ideoque populum a quo nomen is acceperit, commemorat. Tum meminit Doriensium, *quorum ditio angusto tractu usque ad hunc sinum excurrit* (Herodot. VIII, 31); quibus descriptis de ipsis dicit Maliensibus. Horum enim ditionis sunt Thermopylæ, Trachis, Œta, Heraclea et amnis Sperchius. » At Herodoti loco nihil

τίνιον). Ἐνταῦθα Θερμοπύλαι, Τραχὶς, Οἴτη, Ἡράκλεια, Σπερχειὸς ποταμός. ΜΑΛΙΕΙΣ. Μετὰ δὲ Μηλιεῖς [Μαλιεῖς] ἔθνος. Ἔστι δὲ Μαλιεῦσιν ἡ πρώτη πόλεις Λάμια, ἐσχάτη δὲ Ἐχῖνος· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Μαλιεῦσι, μέχρι οὗ ὁ κόλπος ἐπιθίγῃ. Καὶ τῇ

Cytinium.) Illic Thermopylæ, Trachis, Œta, Heraclea, Sperchius fluvius. MALIENSES. Post Melienses vero sunt [*Malienses*], primaque Maliensium urbs Lamia, postrema Echinus est. Ceterum aliæ quoque civitates Maliensibus sunt quousque sinus pertingit. Regioni Maliensium finitimi sunt ex superioribus me-

---

inest, quo doceamur Dores ad mare pertinuisse. Pendet Clausenius non ex Herodoto, sed ex Mülleri sententia in *Dor.* I, p. 40 exposita et in mappa Græciæ ab eodem delineata. Nimirum quum apud schol. Pindar. P. I, 121 sex tribuantur Doriensibus oppida, Erineus, Cytinium, Bœum, Lilæum, Carphæa et Dryope: Carphæam eandem esse censebat cum Scarphæa, Locrorum Epicnemidiorum urbe maritima, a Thermopylis stadia 56, a Thronio stadia 80 distante, adeoque recte habere credebat ea quæ in Scylace nunc leguntur. At ipse Müllerus sententiam retractavit in libello: *Zur Karte des nördlichen Griechenlands* p. 31 sq., ubi Carphæam scholiastæ intelligendam esse monet de ea urbe quam Τάρφην Homerus Il. 2, 532 et Stephanus s. v. vocant, Σκάρφην vero Strabo I, p. 60 et IX, p. 426 dicit, posteaque Φαρύγας denominatam esse docet. Hæc enim urbs haud longe dissita a Dorica tetrapoli erat inter Œtam et Parnassum montes. Idem Müllerus ad infringendam nostri loci auctoritatem Ciceronem laudat (De rep. II, 4): *Extra Peloponnesum Ænianes et Dores et Dolopes soli absunt a mari.* Quod quidem testimonium tanto majoris faciendum est, quum ex Ep. ad Att. VI, 2 liqueat Ciceronem in Geographicis suis præ ceteris secutum esse Dicæarchum (v. Fragm. Hist. II, p. 267, 73), virum Scylaceo ævo proximum, quem supra § 44 de re satis recondita cum Periplo nostro composuimus. Denique Phocensium oram, sive veterem Locrorum Epicnemidiorum ditionem, usque ad ipsas Thermopylas pertinuisse etiam inde colligo, quod Nicæa urbs, quæ vix viginti a Thermopylis stadia distat, una cum Thronio ceterisque Locridis urbibus a Phocensibus occupata est, testante Æschine De fals. leg. § 132, p. 45, 33. || — καλούμενοι οἵδε] καλούμενοι, καὶ πόλεις αἵδε proposuit Vossius, recepit Fabricius, præter necessitatem. || — Ἐρινεός.. Κυτίνιον] ἔρινος.. τὸ γούνιον codex; em. Vossius. Omisit auctor vel non agnovit quartam urbem, Pindum (Strabo IX, p. 427; Mela, Plinius, schol. Pind. P. I, 121) vel Acypham (Theopomp. ap. St. Byz. s. v). V. Müller. l. l. || — Τραχὶς, Οἴτη, Ἡράκλεια] Inepte Œta mons inter Trachinis et Heracleæ mentionem intruditur. Heraclea an. 426 a Lacedæmoniis condita, sex tantum stadiis a prisca Trachine dissita. V. Thucyd. III, 92; Scymnus 598; Strabo p. 428; Diodor. XII, 59, 3 minus accurate loquens: Λακεδαιμόνιοι τὴν Τραχῖνα καλουμένην ᾤκισαν καὶ μετωνόμασαν Ἡράκλειαν. Inde ab hoc tempore Trachis deperiisse fere videtur. || — Μηλιεῖς Μαλ. ἔθνος] Μιλιεῖς ἔθνος codex; fuerat Μηλιεῖς Μαλιεῖς ἔθνος, ut patet ex sqq. Ceterum Μηλιεῖς et Μαλιεῖς nonnisi ejusdem nominis formas esse diversas jam Palmerius monuit (v. St. Thes. s. v. Μῆλος). Quod apud Diodorum (XVIII, 11) olim legebatur: Μηλιεῖς δὲ πλὴν Μαλέων, id non in Μαλιέων, sed in Λαμιέων mutandum esse recte vidit Eckhel. et Müllerus *Dor.* I, p. 43 et *Z. Karte d. n. Gr.* p. 11. Hæc nominum confusio quum haud infrequens sit (e. g. ap. Strabon. X, p. 446, ubi v. Cramer.), simulque jure offendat apud Nostrum Melienses a Maliensibus distingui, Vossius (not. ad Catull. p. 257, 287), Hudsonus et Müllerus l. l. in Periplo Lamienses Maliensibus substituendos esse censuerunt, suffragante in mappa harum regionum Kieperto. Id vero quamtumvis primo adspectu arrideat, haud tamen admittendum est. Nam primum de Lamiensibus totius oræ inde a Spercheo fl. usque ad Echinum urbem dominis aliunde non constat; contra vero Lamienses Alexandri Magni temporibus partem fuisse Maliensium e Diodoro habemus compertum. Eundem rerum statum etiam Philippi annis postremis fuisse cur negemus, causam idoneam non video. Quid, quod vel fabulæ pro nobis militant. Ita enim Stephanus: Λαμία, πόλις Θεσσαλίας τῶν Μηλιέων, ὡς Πολύβιος (IX, 29). Οἱ μὲν ἀπὸ Λάμου τοῦ Ἡρακλέως φασίν· οἱ δὲ ἀπὸ Λαμίας γυναικός, ἣ ἐβασίλευσε Τραχινίων. Cf. Plutarch. De Pyth. orac. p. 398, C: Λέγεται τὴν πρώτην Σίβυλλαν ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος παραγενομένην ὑπὸ τῶν Μουσῶν τραφεῖσαν· ἔνιοι δέ φασιν ἐκ Μαλιέων (sic em. Meinekius ad Steph. vulgatam εἰς Μαλεῶνα) Λαμίας οὖσαν θυγατέρος τῆς Ποσειδῶνος. Deinde quod Echinum attinet, Scymnus 602: Κόλπος δὲ κεῖται Μαλιακὸς ἐν τῷ μυχῷ, Ἐχῖνος οὗ πόλις ἐστὶ, τοῦ Σπαρτοῦ κτίσις Ἐχίονος, καὶ Μαλιέων ἄλλαι πόλεις· ἔπειτ' Ἀχαιοί κτλ. Vides hæc cum nostris ad verbum fere concinere. In eadem ora etiam Ἅλος urbs fuisse videtur, ab ea Alo quæ in Achaia Phthiotica erat diversa. Nam Parmeniscus (ap. St. B. v. Ἅλος) δύο Ἅλους ἱστορεῖ, τὸν μὲν Μαλιακὸν ὑπὸ Ἀχιλλεῖ, τὸν δὲ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ. Ceterum ad Echinum usque Maliensium ditionem non ante Philippi tempora pertinuisse existimo. Nam uti fabula Echionem, Spartum Thebanum, conditorem urbis celebrat, sic revera urbs in Thebanorum potestate fuit, usquedum a Philippo iis adimeretur (Demosthen. Philipp. III, p. 120, 3: Οὐχὶ Θηβαίων Ἐχῖνον ἀφῄρηται; sc. Φίλιππος). Philippus igitur, uti Naupactum Ætolis dedit, sic Echinum Maliensibus attribuerit. — Hujus ætatis geographia quum Periplo delineetur, haud multum curamus si diversa a nostris apud antiquiores scriptores deprehenduntur. Sic Herodotus VII, 193, ait: οὔρια ὑψηλὰ καὶ ἄβατα περικλῄει πᾶσαν τὴν Μηλίδα γῆν, Τρηχίνιαι πέτραι καλεύμεναι. Πρώτη μέν νυν πόλις ἐστὶ ἐν τῷ κόλπῳ ἰόντι ἀπ' Ἀχαΐης Ἀντικύρη, παρ' ἣν ποταμὸς Σπερχειὸς ῥέων ἐξ Αἰνιήνων εἰς θάλασσαν ἐκδιδοῖ. Hæc antiquiore vel certe arctiore vocabuli sensu Μηλὶς γῆ dicta sit. Num iisdem finibus circumscripti fuerint Μηλιῆς οἱ ξύμπαντες, quorum tres erant partes, Παράλιοι, Ἱερῆς (leg. v. Ἰερῆς) et Τραχίνιοι, ut Thucydides III, 92 ait, non discerno. Nam de Irensium vel Iriensium urbe Iro vel Ira

Μαλιέων χώρᾳ ἐποικοῦσιν ἄνωθεν ἀπὸ μεσογείας Αἰνιᾶνες, καὶ δι' αὐτῶν ῥεῖ ὁ Σπερχειὸς ποταμός.

63. ΑΧΑΙΟΙ. Ἔξω δὲ τοῦ Μαλιαίου κόλπου εἰσὶν Ἀχαιοὶ Φθιῶται ἔθνος· εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ἐπ' ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι, ὡς ἐπὶ τὸ ἥμισυ τοῦ κόλπου. Ἀχαιῶν πόλεις αἵδε· Ἀντρῶνες, Λάρισσα, Μελιταία, Δημήτριον, Θῆβαι· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Ἀχαιοῖς ἐν μεσογείᾳ.

64. ΘΕΤΤΑΛΙΑ. Μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς Θετταλία καθήκει ἐπὶ θάλατταν ἐκ μεσογείας κατὰ στενὸν εἰς τὸν Παγασητικὸν κόλπον στάδιοι λ'. Καί εἰσι Θετταλίας πόλεις αἵδε ἐπὶ θαλάττῃ· Ἀμφαναῖον, Παγασαί· ἐν δὲ μεσογείᾳ Φεραί, Λάρισσα, Φάρσαλος, Κίερον, Πε-

diterranei tractus partibus Ænianes, per eosque Sperchius amnis labitur.

63. Achæi. Extra sinum vero Maliacum sunt Achæi Phthiotæ, quæ gens etiam Pagasetici sinus partem intranti sinistram usque ad medium sinum obtinet. Urbes Achæorum hæ sunt : Antrones, Larissa, Melitæa, Cereris fanum, Thebæ. Præter has aliæ Achæis urbes sunt in mediterraneis.

64. Thessalia. Post Achæos Thessalia est, quæ e mediterraneis ad mare sinumque Pagaseticum descendit angusto tractu stadiorum 30. Civitates autem Thessaliæ ad mare sunt hæ : Amphanæum, Pagasæ; mediterraneæ vero Pheræ, Larissa, Pharsalus, Cierum,

---

Steph. v. Ἶρα et Ἶρος; Lycoph. 903 : οἱ δ' Ἐχῖνον, οἱ δὲ Τίταρον, Ἶρόν τε καὶ Τρηχῖνα), non magis constat quam de Αἰγωνείᾳ Maliensium urbe (Lycophron. l. l., Tzetzes ibid., Hecatæus, Rhianus ap. St. B. s. v.) et de Κολακείᾳ, quam Thessali Maliensibus eripuisse dicuntur (Theopomp. f. 188). De his plura dederit Kriegh. De Maliensibus diss. Francof. ad M. 1833, quo libro uti non licebat. Jam ut ad Periplum revertar, Gailius et Fabricius per totum hoc segmen ubique scripserunt ille Μαλιεῖς, hic Μηλιεῖς. Scilicet censet Gailius omnia quæ usque ad Sperchium fluv. nominantur, pertinere ad Limodorienses, et hinc denique incipere descriptionem Maliensium. Quare Fabricius etiam h. l. scripsit : Μετὰ δὲ [τούτους, sc. τοὺς Λιμοδωριεῖς] Μηλιεῖς ἔθνος. At mira emendandi ratio est, quæ ut pravam opinionem expellat, non modo mutat scripturam codicis, sed multa majorem etiam errorem geographo nostro affingit. Severior critica præfracte jubet, ut auctorem Peripli inter Melienses et Malienses distinxisse statuamus, sicuti distinxit inter Syrmatas et Sauromatas. Improbare hoc, at non tollere licet. || — Αἰνιᾶνες] De sedibus eorum v. Strabo p. 441 ; Müller. *Dor.* I, p. 44 et *Zur Karte d. n. Gr.* p. 16.

§. 63. Ἔξω κτλ.] Codex ita habet :.. ὁ Σπερχειὸς ποταμὸς ἔξω τοῦ Μαλιαίου κόλπου. Ἀχαιοί. Εἰσὶ δὲ Ἀχαιοί, κτλ. Quæ mutavi præeunte Gronovio. Nam illud ἔξω κτλ., aptam explicationem non admittit. Clausenius ita : « Lamiæ ditionem fuisse non plane exiguam, sed pertinuisse usque ad sinum eo probatur, quod Lamiacum sæpius eum sinum appellat Pausanias (I, 4, 3. VII, 15, 2. X, 1, 2), quum tamen in media terra sita sit Lamia quinquaginta ferme stadia ab eo distans. Sed quod ditio Lamiensium sinum tangebat, vindicabant hi Meliaco cognomen tum Maliaci tum Lamiaci, quod simillime sonabat, proprie fortasse ita appellantes partem ejus borealem, in cujus ora Phalara et Echinus jacebant : ex qua re id interpretor, quod extra sinum Maliensium effluere Sperchium dicit Scylax, quem in sinum Meliacum effluere nemo possit negare. » Infelicius etiam Gailius putavit scribendum esse : εἴσω τοῦ κόλπου M., quod significare posse finxit : *exit in intimam partem Maliensium sinûs.* || — Μαλιαίου] Hæc adjectivi forma alibi, quantum scio, non occurrit. Vulgo Μαλιακός, uti constat. Μαλιέων Gailius, Μηλιέων Fabricius. || — καὶ ἐν τῷ] καὶ omittit apogr. Vatican. Dein Παγασιτικῷ codex. || — ὡς ἐπὶ τὸ ἥμισυ], sc. usque ad Pyrrhum promontorium paullo supra Thebas situm, uti Strabo IX, p. 435 docet. V. Müller. *Zur Karte d. n. Gr.* p. 10. || — Ἀντρῶνες] Ἀλίτροπες codex; em. Palmerius optime. Vulgo urbs Ἀντρὼν (nisi quod *Antronia* ap. Melam II, 3, 4), sed pluraliter etiam dici docet Strabo IX, p. 432 : πόλεως Ἀντρῶνος, ἣ νῦν πληθυντικῶς λέγεται. Vossius conjecerat Ἀλόπη; Gailius παλιντροπὲς, *retro eundo*, ineptum in Scylace vocabulum, quod ineptius etiam conjector explicat; Fabricius legit Ἀλίτροπες, ejusmodi nominis locum aliquem exstitisse putans. || — Λάρισσα] Hæc Larissa Cremaste, urbs mediterranea, ante Antrones memoranda erat; sæpius sic ordinem geographicum negligi multis docemur exemplis. ||— Μελιταία] Μελιτιάδες codex; em. Palmer. V. Thucyd. IV, 78; Strabo IX, p. 432. 434; Plinius IV, 16; Ptolemæus II, 12, p. 226, 12; Polybius V, 97, 5; Diodor. XVIII, 15. De formis Μελιταία et Μελίτεια cf. St. Thesaur. s. v. || — Δημήτριον] Strabo IX, p. 435 : Τὸ δὲ Δημήτριον Δήμητρος εἴρηκε τέμενος (Homerus Il. 2, 695), καὶ ἐκάλεσε Πύρασον· ἦν δὲ πόλις εὐλίμενος ἡ Πύρασος ἐν δυσὶ σταδίοις ἔχουσα Δήμητρος ἄλσος καὶ ἱερὸν ἅγιον, διέχουσα Θηβῶν σταδίους εἴκοσι. Ὑπέρκεινται δὲ Πυράσου Θῆβαι. Cf. Leake *N. Gr.* IV, p. 358 sqq. || — Θῆβαι] Θῆραι codex.

§ 64. Ἀμφαναῖον] Sic codex; Ἀμφίναιον apogr. Vaticanum V. Steph. Byz. : Ἀμφαναί, πόλις Δωρική· Ἑκαταῖος ἐν α' Γενεαλογιῶν. Θεόπομπος Ἀμφαναίαν αὐτὴν καλεῖ ἐν ε' Φιλιππικῶν. Ἔστι καὶ χωρίον Θεσσαλίας ὡσαύτως. Müllerus *Dor.* I, p. 38, eumque secutus Meinekius ad St. Byz. Thessalicam urbem a Dorica non esse diversam censent. Nimirum suspicatur Müllerus Amphinæam in ea tetrapoleos Doricæ parte sitam fuisse, quæ mare versus tendebat, adeo ut a nonnullis urbs etiam Thessaliæ adscribi potuisset. Hæc falsa esse nostro docemur loco, cum quo conferri velim Euripidem in Herc. fur. 392 p. 542 ed. Didot, ubi Cycnum, quem Hercules interfecit, poeta dicit Ἀμφαναίας οἰκήτορα. Jam vero quum Cycnus ad Itonum in Thessalia Phthiotica interfectus sit (Apollodor. II, 7, 7), vix dubium est quin Amphanæa illa Euripidis in eadem regione collocanda sit. Aliunde de hac urbe non constat. || — Κίερον] ἱερὸν codex; emendavi e Strabone IX, p. 435, ubi Κίερος, præeunte Müllero

λινναῖον, Σκοτοῦσα, Κραννών. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Θετταλῶν ἐν μεσογείᾳ. Ἡ δὲ Θετταλία παρήκει ἐν μεσογείᾳ ὑπὲρ Αἰνιάνων καὶ Δολόπων καὶ Μαλιέων καὶ Ἀχαιῶν καὶ Μαγνήτων μέχρι Τεμπῶν. Τοῦ δὲ Παγασητικοῦ κόλπου μῆκός ἐστιν ἀπὸ στόματος εἰς τὸν μυχὸν Παγασῶν πλοῦς προαριστίδιος. Τὸ δὲ στόμα αὐτοῦ ἐστὶ στάδια ε'. Ἐν δὲ τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ἐστὶ νῆσος Κικύνηθος καὶ πόλις.

65. ΜΑΓΝΗΤΕΣ. Ἔθνος ἐστὶ Μαγνήτων παρὰ θάλατταν, καὶ πόλεις αἵδε· Ἰωλκὸς, Μεθώνη, Κορακαὶ, Σπάλαυθρα, Ὀλιζὼν, Ἴσαι λιμήν. Ἔξω δὲ τοῦ κόλπου Παγασητικοῦ Μελίβοια, Ῥιζοῦς, Εὐρυμεναὶ, Μύραι. Ἐν μεσογείᾳ δὲ ἐποικοῦσιν ἔθνος Περραιβοὶ, Ἕλληνες. Μέχρι ἐνταῦθά ἐστιν ἀπὸ Ἀμβρακίας συνεχὴς ἡ Ἑλλάς· ἐπιεικῶς δὲ καὶ [ἡ] ἐπὶ θαλάττῃ πᾶσα [ἐν] Ἑλλάδι ὁμοίως ἐστί.

Pelinnæum, Scotussa, Crannon. Sed etiam alias Thessali civitates mediterraneas habent. Thessalia vero in mediterraneo tractu extenditur supra Ænianes et Dolopes et Malienses et Achæos et Magnetas usque ad Tempe. Sinus autem Pagasetici longitudo, ab ore usque ad intimum recessum, est navigationis antemeridianæ. Os ejus patet stadiis quinque. In sinu Pagasetico est insula Cicynethus cum urbe.

65. Magnetes. Deinceps Magnetum gens ad mare habitat, urbesque in ea sunt hæ : Iolcus, Methone, Coracæ, Spalauthra, Olizon, *Tisæ* portus. Extra sinum Pagaseticum : Melibœa, Rhizûs, Eurymenæ, Myræ. In mediterraneo finitimi accolunt Perrhæbi, natio Græca. Ad hæc usque inde ab Acarnania Græcia est continua. [*Nonnulli tamen Magnesiæ oram eximunt*]. Quanquam probabiliter etiam totus hic Magnesiæ litoralis tractus Græciæ accensendus est.

(*Zur Karte d. n. Gr.* p. 37. 21), qui Κιέριον scribi voluit ex Stephano : Ἄρνη... πόλις Θεσσαλίας, ἣ Κιέριον καλεῖται. Nunc ibi *Mataranga* vicus. V. Leake *Transactions of the Royal society* 1827. vol. I, p. 154 et *North. Gr.* IV, p. 498. || — Πελινναῖον] Πελληναῖον apogr. Vatican.; hoc si codex Parisinus haberet, scribere liceret Πεληναῖον, quod in nummis occurrit (Eckhel. D. N. vol. II, p. 146); scriptores aut Πελινναῖον dicunt (Pindar. P. X, 4; Strabo IX, p. 437; Arrian. Anab. I, 7; Livius XXXVI, 10) aut Πέλινναν (St. Byz. s. v.; Plinius IV, 15). V. Leake IV, p. 288. || — Κραννών] Κράνον codex; em. Vossius. || — Κικύνηθος] Κικυνθὸς codex; em. Voss. e Strabon. IX, p. 936.

§ 65. ἔθνος ἐστὶ] ἔθνος δὲ apogr. Vatican. Pro more auctor dixerit : Μετὰ δὲ Θετταλίαν ἔθνος ἐστὶ κτλ. || — Μεθώνη] Μοθώνη codex; em. Vossius. V. Thucyd. VI, 7; Strabo IX, p. 436; Plinius IV, 16; Steph. v. Μεθώνη. || — Κορακαί] Κόρακαι codex; urbs aliunde non nota. || — Σπάλαυθρα] Sic codex; Plinius IV, 16 : *Spalathra*. Stephanus : Σπαλέθρη, πόλις Θεσσαλίας. Ἑλλάνικος δὲ Σπάλαθραν (Σπάλαθρον cod. Vossianus) αὐτήν φησι· τὸ ἐθνικὸν Σπαλαθραῖος. Ni fallor, urbis hujus mentio fit apud Lycophron. 899, ubi Teuthredonis filius Prothous, qui Magnetum dux in Iliade est, ὁ ἐκ Παλαύθρων (Σπαλαύθρων?) vocatur. Müllerus *Zur Karte des n. Gr.* p. 9 Πάλαυθρα Lycophronis Magnetum dialecto idem fuisse censet, quod vulgo dicitur Πελεθρόνιον ad Pelium montem (V. Virgil. Geogr. III, 115, ibique Servius et Philargyrius; Plinius VII, 57; Hygin. fab. 274; Strabo VII, p. 299; Steph. Byz. s. v. || — Ἴσαι λιμὴν] Sic codex. « Lege Ὀλιζὼν καὶ λιμήν, ut Salmasius. » Vossius, quem sequuntur Gail., Clausenius et Fabricius. « Fortasse leg. Ἰπνοὶ λιμὴν, de quo v. Herodot. VII, 188 et Strabo IX, p. 443. Sed tamen nihil definio. » Palmerius. « Ἰπνοὺς ille ponit manifeste istic in Pelio, quod non pertinuit ad sinum Pagasæum. Sed notissimus in eodem sinu fuit portus Ἀφέται, de quo idem Herodotus VII, 193 et ample Stephanus Byzantius. Inde priores literæ forsan exciderunt. » Gronovius, qui certe regionem ubi urbs sita esse debeat, recte indicavit. Nam nomen proprium in Ἴσαι voce latere, supraducta lineola rubra librarius indicavit. Apollonius vero Rhodius Argonautas dicit e portu (quem vulgo Aphetas dicunt) solventes, Τισαίην δολιχὴν ἄκρην prætervectos esse. Ad hujus montis radices septentrionales Olizonem urbem collocat Leakius IV, p. 384; ego autem ad eundem montem etiam Τίσας portum situm fuisse, eumque in Periplo nostro reponendum duco. || — Ῥιζοῦς] Cf. Strabo IX, p. 436. 443; Stephanus s. v. Situs loci incertus. || — Εὐρυμεναί] Ἐρυμέναι codex; em. Vossius. V. Stephan. v. Εὐρυμεναί; Plinius IV, 20; Livius XXXIX, 25; Apollon. Rhod. I, 597; Strabo IX, p. 443. || — Μύραι] « Puto ex similitudine vocis præcedentis id vocabulum in textum irrepsisse. » Vossius. Inclusit nomen Gailius. Certe aliunde non nota urbs est. Μύλαι, Thessaliæ urbs, quam Stephanus memorat, huc non pertinet; nam ex Livio XLII, 54 constat eam fuisse in Hestiæotide ad Titarum montem. Ἄμυρον urbem Magnesiæ ad Bœbeidem lacum ne huc traham, ordo geographicus vetat. Perrhæbos *Græcos*, Scylax dicit eam populi hujus Pelasgici partem quæ a Doribus Æolibusque non expulsa, cum iisque in unius populi compaginem quodammodo erat conflata; Græcos catenus dicere licebat, quatenus fœderis Amphictyonici sive τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων συνεδρίου erant socii. || — καὶ ἡ ἐπὶ θαλάττῃ (vel ἡ ἐπιθαλασσία) πᾶσα ἐν Ἑλλάδι ὁμοίως ἐστί] Codex : καὶ ἐπὶ θαλ˜ (sic) πᾶσα Ἑλλάδι ὁμοίως ἐστί. Possis etiam : πᾶσα Ἑλλάδι ὅμοιόν τί ἐστι vel ὁμοιωτέος ἐστί vel simile quid. Gailius et sequentes editores scripserunt : καὶ ἐπὶ θάλατταν πᾶσαν Ἑλλάδι ὅμοιόν ἐστι, quæ vel grammatice male habent. Vertit Clausenius : « *juxta maria vero omnia Græciæ plerumque similitudo est.* » Eodem modo Gailius interpretatur : « Hic desinit Græcia non interrupta, quæ ab Ambracia incipiebat; sed haud immerito dicas omne fere litus pro Græcia usque haberi posse. Scilicet nunc agitur de tot Græcorum coloniis ». Ultro hæc se sententia offert, fateor; attamen aliud voluisse auctorem, idque excerptorem vel obscurius extulisse vel parum assecutum esse probat Dionysius (An. 31 sqq.), quem sæpius jam cum Nostris contulimus. Ait ille v. 32 : Ἡ δ' Ἑλλὰς ἀπὸ τῆς

66. Μακεδονια. Ἀπὸ δὲ Πηνειοῦ ποταμοῦ Μακεδόνες εἰσὶν ἔθνος, καὶ κόλπος Θερμαῖος. Πρώτη πόλις Μακεδονίας Ἡράκλειον· Δῖον, Πύδνα πόλις Ἑλληνίς, Μεθώνη πόλις Ἑλληνὶς καὶ Ἁλιάκμων ποταμός, Ἀλωρὸς πόλις καὶ ποταμὸς Λυδίας, Πέλλα πόλις καὶ βασίλειον ἐν αὐτῇ καὶ ἀνάπλους εἰς αὐτὴν ἀνὰ τὸν Λυδίαν· Ἄξιος ποταμός, Ἐχέδωρος ποταμός, Θέρμη πόλις, Αἴνεια Ἑλληνίς, Παλλήνη ἄκρα μακρὰ εἰς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα, καὶ πόλεις αἵδε ἐν τῇ Παλλήνῃ Ἑλληνίδες· Ποτίδαια ἐν τῷ μέσῳ τὸν ἰσθμὸν ἐμφράττουσα, Μένδη, Ἄφυτις, Θραμβηΐς,

66. Macedonia. Post Peneum fluvium Macedonum gens est, et sinus Thermæus. Prima Macedoniæ urbs est Heraclium; deinde Dium, Pydna civitas Græca, Methone urbs Græca, et Haliacmon fluvius, Alorus urbs et fluvius Lydias, Pella urbs et regia in ea, navigaturque in eam per Lydiam; tum Axius fluvius, Echedorus fluvius, Therma urbs, Ænea civitas Græca, Pallene promontorium longe in mare prominens et Græcæ in Pallene civitates hæ : Potidæa isthmum in medio obstruens, Mende, Aphytis, Thrambeis, Scione, Canastræum sacrum Pallenes promontorium. Extra

---

Ἀμβρακίας εἶναι δοκεῖ μάλιστα συνεχής· τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔρχεται ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνειόν, ὡς Φιλέας γράφει, ὅρος τε Μαγνήτων Ὁμόλην κεκλημένον (Cf. Scyl. § 33). Τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν τῆς Ἑλλάδος λέγουσιν εἶναι, τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν ἀποχωρίσαντα, τοῦτο δ' εἶναι συμφανὲς τοῖς φιλομαθεῖν μάλιστα φιλοτιμουμένοις. Ex his nostra explicanda esse ipse etiam Gailius in not. ad Dionys. intellexit (tom. II, p. 149 et 200), ubi modo appositam sententiam retractat. Igitur dicere Noster debebat Græciam pertinere usque ad Homolen montem, vel, ut supra Scylax dixit, usque ad adjacentem monti urbem Homolium. Nonnullos tamen excludere litoralem Magnesiæ tractum. Sed probabilius hanc quoque oram universam Helladi accensendam esse. Ceterum mira hæc sententia. Cf. fr. Phileæ et Dicæarchi.

§ 67. Ἡράκλειον] *Heracleum* etiam Livius XLIV, 8; *Heraclea* Plinius IV, 17. Sita urbs ad Aspilæ fl. ostium, nunc *Platamona*. ‖ — Πύδνα] Urbem rebellem subegit, non tamen diruit Philippus Olymp. 105, 3. 358. Paullo post Potidæa capta. ‖ — Μεθώνη Ἑλληνίς] Ab Eretriis condita sec. Plutarch. Qu. gr. c. 11; a Philippo solo æquata Ol. 106, 4. 353; postea fortasse restaurata, quum inter Macedoniæ urbes nominetur ap. Strabon. VII, p. 330. Nunc ibi *Eleuthero-Khori*. V. Leake *N. Gr.* III, p. 435. ‖ — Ἀλωρός] Ἀλωρὶς codex. Cf. Strabo VII, p. 303; Mela II, 3, 1; Plinius IV, 17; St. Byz. s. v. Nunc *Paleokhora* prope *Kapsokhori* sec. Leake l. l. ‖ — Λυδίας] Lydias (hod. *Karasmak* vel *Mauronero*) sec. Herodotum VII, 127 in Haliacmonem (hod. *Vistriza*) incidit. Non ita statuisse videtur Scylax, qui fluvios in alios se fluvios effundentes nunquam memorat. Nunc Lydias cum Haliacmone non congreditur, sed ostium ejus confunditur cum ostio Axii fluvii. Quare Herodotus Axium cum Haliacmone confudisse censetur (V. Forbiger. *Geogr.* III, p. 1055) : idque probabile sane est. Quamquam, quum terram ad ostia horum fluminum aggestam esse constet, regioque paludosa, ideoque alveorum mutatio perfacilis fuerit, lubricum etiam de his rebus est judicium. Ceterum quæ apud Strabon. VII, fr. 20 de Haliacmone leguntur, aperte falsa sunt, nisi forte duos Haliacmones cum Passovio (Ind. schol. univers. Vratisl. 1824) distinguendos esse putes. Vid. Cousinéry *Voyage en Macédoine* I, p. 62; Leake *N. Gr.* III, p. 270; Tafel De via Egnatia p. 51. 57. ‖ — Πέλλα πόλις] πολάγιλις codex; em. Salmasius. Cf. Strabo VII, fr. 20 p. 277 ed. Didot : Ὁ δὲ Λουδίας (sic unus Strabo) εἰς Πέλλαν ἀνάπλουν ἔχων σταδίων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. Vossius conjecit πόλις Αἰγαί, ad quam nullus est ἀνάπλους. ‖ — βασίλειον] « Hoc respicit ad ætatem Philippo posteriorem, quum ab illo βασίλειον Pella facta fuerit. » Gail. ‖ — Ἐχέδωρος] Δῶρος codex; em. Vossius. V. Herodot. VII, 124 (ubi plurimi codd. Χείδωρος, pauci Ἐχείδωρος); Ptolemæus III, 13; Etym. M. s. v.; Apollodor. II, 5, 11. Nunc *Gallico*. Leake III, p. 439. Cousinéry I, p. 38. ‖ — Θέρμη], a Cassandro Thessalonica denominata, uti constat. ‖ — Αἴνεια] ἄνεια apogr. Vatican. Cf. Scymnus 628. Urbem ab Ænea ibi mortuo nomen nactam dicit Theon ap. Steph. Byz. v. Αἴνεια. Mannertus VII, 466 a Corinthiis conditam dicens, laudato Scymno l. l., quæ de Potidæa Scymnus habet, ad Æniam transtulit. ‖ — Ποτίδαια] Urbs solo æquata, agerque Olynthiis datus Olymp. 105, 4. 357. V. Demosthen. p. 7. 19. 70. 656; Diodor. XVI, 8, 4; Strabo VII, fr. 25. ‖ — Μένδη] Μένδυ codex; em. Hœschelius. Μένδη etiam Herodot. VII, 123, Thucyd. IV, 7, Diodor. XII, 72, Strabo VII, fr. 27; Stephan. s. v.; Μένδις Apollodor. ap. St. Byz. l. l., Livius XXXI, 45; Μένδαι ap. Pausan. V, 10, 27, et Plin. IV, 27. Sita urbs in ora occidentali Pallenes, haud longe a prom. Posidio. V. Leake III, p. 156. ‖ — Ἄφυτις] Ἄφυστις codex; em. Hœschel. Sic etiam Herodot.; Thucyd. I, 64; Strabo VII, fr. 27; Pausan. III, 18, 3; Plutarch. Lys. 20; St. Byz. : Ἀφύτη ἢ Ἄφυτις ἢ Ἄφυτος. Cf. Eckhel. D. N. I, 2 p. 68. Nunc *Athyto* sec. Leake III, p. 156. Quod si recte habet, Aphytis ante Mendam nominanda erat, sicuti mox etiam Scione ante Trambum ponenda fuisse videtur. Alii Aphytin in ora orientali Pallenes collocant, quod item a serie nominum, quam Periplus habet, discrepat. ‖ — Θραμβηΐς] Θράμβος legi voluit Vossius e Stephano : Θράμβος, ἀκρωτήριον Μακεδονίας· τὸ τοπικὸν Θραμβούσιος. Lycophron. 1405 : Θραμβούσιον δείραν. Herodotus VII, 123 Θεραμβῶ urbem Pallenes memorat. Nostro quoque loco eadem urbs intelligenda videtur, quamquam fieri etiam potest, ut Θραμβηὶς ἄκρα sit supplendum. Leakius, Forbigerus et Kiepertus urbem collocant ad Canastræum promontorium; quod quum in sequentibus ipse etiam Scylax commemoret, interposita Scione urbe, admitti hæc sententia vix potest. Immo ordo geographicus postulat ut Thrambus occidentale sit Pallenes promontorium, idemque quod a templo Neptuni, ut videtur, Thucydides IV, 129 Πο-

Σκιώνη, Κανάστραιον τῆς Παλλήνης ἱερὸν ἀκρωτήριον. Ἔξω δὲ τοῦ ἰσθμοῦ πόλεις αἵδε· Ὄλυνθος Ἑλληνὶς, Μηκύβερνα Ἑλληνὶς, Σερμυλία Ἑλληνὶς καὶ κόλπος Σερμυλικὸς, Τορώνη πόλις Ἑλληνὶς καὶ λιμὴν, Δῖον Ἑλληνὶς, Θυσσὸς Ἑλληνὶς, Κλεωναὶ Ἑλληνὶς, Ἄθως ὄρος, Ἀκρόθωοι Ἑλληνὶς, Χαραδροῦς Ἑλληνὶς, Ὀλόφυξος Ἑλληνὶς, Ἄκανθος Ἑλληνὶς, Ἄλαπτα Ἑλληνὶς, Ἀρέθουσα Ἑλληνὶς, Βολβὴ λίμνη, Ἀπολλωνία Ἑλληνίς. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Μακεδονίας ἐν μεσογείᾳ πολλαί. Ἔστι δὲ κολπώδης· παράπλους δὲ περὶ τοὺς κόλπους δύο ἡμερῶν. Μετὰ δὲ Μακεδο-

isthmum sunt urbes hæ : Olynthus urbs Græca, Mecyberna urbs Græca, Sermylia urbs Græca et sinus Sermylicus, Torone urbs Græca cum portu, Dium urbs Græca, Thyssus urbs Græca, Cleonæ urbs Græca, Athos mons, Acrothoi urbs Græca, Charadrûs urbs Græca, Olophyxus urbs Græca, Acanthus urbs Græca, Alapta urbs Græca, Arethusa urbs Græca, Bolbe lacus, Apollonia urbs Græca. Sunt et aliæ multæ Macedoniæ urbes mediterraneæ. Est vero hic litoris tractus sinuosus. Prætervectio juxta sinuum litora est dierum duorum.

σειδώνιον, Livius XLIV, 11 *Posidium*, recentiores *Posidhi* vel *Cassandra* vocant. || — Κανάστραιον] Sic codex; quod non mutavi in Καναστραῖον. Vid. Stephan. s. v. Κάναστρον ibiq. Meineke; Steph. Thesaur. s. v. Frequens hujus prom. mentio (hod. *Palimi*). || — Ὄλυνθος] diruta Ol. 108, 1. 348. Sita olim ubi nunc stat *Aio Mamas*, sec. Leake N. Gr. III, p. 154. Cf. Vœmel De Olynthi situ, civitate, potentia et eversione. Francof. 1829, 8. Winiewski Comment. de Demosth. or. De coron. p. 66 sqq. Navale Olynthi olim fuit *Mecyberna* (nunc *Molivo*). V. Strabo VII, fr. 29 Cf. Hecatæus ap. St. B. s. v.; Herodot. VII, 122; Scymnus 640; Diodor. XVI, 54; Plinius IV, 17; Mela II, 3, 1. || — Σερμυλία] Ἰσμυρία codex; em. Vossius ex Steph. Byz. : Σερμυλία, πόλις παρὰ τὸν Ἄθω, ὡς Ἑκαταῖος. Eodem modo in Inscript. ap. Bœckh C. I. I, p. 304. Herodoto l. l. et Thucydidi V, 18 Σερμύλη dicitur. Nunc *Ornylia*, ad collum Chersonesi Sithoniæ. V. Leake III, p. 154. || — Σερμυλικὸς] Συρμονικός codex, em. Vossius. Alibi hoc sinus nomen non occurrit; vulgo est Τορωνικὸς vel Τορωναῖος κόλπος; Plinio et Melæ *Mecybernæus sinus*. — *Torone* antiquum etiamnum nomen servat. || — Δῖον] Dium memorant Herodot. VII, 122, Thucydides IV, 78, Strabo VII, fr. 33, Stephan. Byz.; ex iis liquet sitam fuisse urbem ad Ἀκτὴν quam vocant; e nostro loco colligis collocandam in ora occidentali, fortassis ad hod. promontorium *Platy* et sinum *Erisso*. V. Leake III, p. 151; Forbiger III, p. 1068. || — Θυσσὸς] θῦον codex; em. Vossius. Cf. Herodot. VII, 22; Thucyd. IV, 109. V, 35; Strabo VII, fr. 33; Plinius IV, 17. Situs incertus; forsan ubi nunc *Dhokhiari* vel *Zografu*. || — Κλεωναὶ] Κλεῶναι codex; nunc fort. *Xeropotamie*, sec. Leake. || — Ἀκρόθωοι] Ἀκροθῶται codex. Ἀκροθῶται Ἕλληνες conj. Vossius. Ἀκρόθωοι est ap. Thucyd. IV, 109, Strabon l. l., Steph. Byz.: Ἀκρόθωοι, πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθωος καὶ Ἀκροθωίτης. Plinius IV, 17 : *oppidum fuit in cacumine Acrothon*. Mela II, 2, 10 : *Acroathon*. Sita urbs πρὸς τῇ κορυφῇ τοῦ Ἄθωνος, sec. Strabon. l. l. « Urbem in medio monte vel in litore positam puto, non, ut Pomponius Mela et Plinius, in vertice, quem minimi spatii esse constat, unius alteriusve ædificii capacem. » Tafel ad Strabon. l. l., conferri jubens Zachariæ *Reise in den Orient im J.* 1837. Heidelberg. 1840. V. etiam Leake, III, 149. Ceterum non hoc loco postea Alexarchum Uranopolin ædificasse patet ex Demetrio Scepsio ap. Strabon. fragm. Vat. l. l. || — Χαραδροῦς] sic codex; non Χαραδρίαι, ut Vossius scribit. Urbs ignota. Fortasse sita erat ubi nunc sunt ruinæ ad *Vatopedhi*, sec. Leake. l. l. || — Ὀλόφυξος] Ὀλύφυξις codex. || — Ἄλαπτα] Fortasse legendum Ἀκτὴ conjecit Palmerius, ipse tamen jure dubitans, quum Ἀκτὴ non sit urbis, sed regionis nomen, quæ inde ab isthmo prope Sanen meridiem versus excurrit. Idem Palmerius : « Plutarchus Qu. gr. c. 30 p. 298, A, id litus vocat Ἀραίου ἀκτήν. An Scylax scripserit Ἀραίου Ἀκτὴ, judicet lector. » Sermo ap. Plutarchum est de loco circa Acanthum urbem, qui quum olim Δράκοντος ἀκτή vocaretur, postea Ἀραίου ἀκτή denominatus sit ἀπὸ τῶν ἀρῶν, quibus Chalcidenses Parios devoverant. Sed hæc vix ad nos pertinent. Gailius Stagira hoc loco memoranda fuisse dicit. Acquiescendum est in nomine urbis aliunde non notæ; recte autem, ut equidem censeo, Lapieus in *Recueil des Itinéraires* p. 346 urbem componit cum hodierno loco *Lybiadha* vel *Lybtzadha*, quem Leakius III, p. 166 putat antiquum esse Κάπρον, portum Stagirorum, e regione insulæ cognominis. V. Strabo VII, fr. 33. Ipsum *Alapta* nomen phœnicicum quiddam (cf. nomina *Lepte*, *Telepte*, *Talapta*. V. Movers II, p. 485) sonat (Idem valet de proxima urbe, Στάγειρα, *sta-chir* phœn.), neque ab his regionibus Phœnices alienos fuisse constat. || — Ἀρέθουσα] Stephanus : Ἀρέθουσα, πόλις Θρᾴκης. Amphaxitidis urbs sec. Ptolem. III, 12, p. 219, 27, inter Strymonis ostia et Stagira recensetur. Ammianus XXVII, 4, 5 : *Acontisma, cui proxima Arethusa convallis et statio, in qua visitur Euripidis sepulcrum, et Stagira*. Stephanus : Βορμίσκος, ἐν ᾧ κυνοσπάρακτος γέγονεν Εὐριπίδης. Itin. Hieros. p. 604 : *Mutatio Euripidis; ibi positus Euripides* (20 mill. ab Amphipoli, 11 mill. ab Apollonia); Strabo VII, fr. 35 : πρὸς δὲ τῇ λίμνῃ τῇ Βόλβῃ Ἀρέθουσα. Ex hisce situm urbis satis accurate licet constituere. Bormiscus Arethusæ proximus locus fuerit, nisi eundem plane fuisse malis cum Tafelio, cui certe aut Bormiscus aut Arethusa esse videtur *Rentina* posterioris ævi castellum. V. Tafel ad Strabon. l. l. et in Thessalonica p. 63. Cf. Leake *N. Gr.* III, p. 170. 460. || — δύο ἡμερῶν] Inde a Peneo usque ad Strymonem stadia sunt ad 3300. Navigatio per sinuum flexus multifarios in hac regione perdifficilis; adeo ut pro δύο ἡμερῶν, quod haud dubie corruptum est, exspectaveris δ' ἡμερῶν [καὶ νυκτῶν.] Similiter supra § 4 erat δ' ἡμερῶν,

νίαν Στρυμὼν ποταμός· οὗτος ὁρίζει Μακεδονίαν καὶ Θράκην.

67. ΘΡΑΚΗ. Διήκει δὲ ἡ Θράκη ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ τοῦ ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ. Εἰσὶ δὲ ἐν Θράκῃ πόλεις Ἑλληνίδες αἵδε· Ἀμφίπολις, Φάγρης, Γαληψὸς, Οἰσύμη καὶ ἄλλα ἐμπόρια Θασίων. Κατὰ ταῦτά ἐστι Θάσος νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμένες δύο· τούτων ὁ εἷς κλειστός. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ὅθεν ἐξετραπόμην. Νεάπολις, κατὰ ταύτην Δάτον πόλις Ἑλληνὶς, ἣν ᾤκισε Καλλίστρατος

Post Macedoniam Strymon fluvius, qui Macedoniam et Thraciam disterminat.

67. Thracia. Extenditur Thracia a Strymone fluvio usque ad Istrum fluvium qui est in Ponto Euxino. In Thracia vero urbes Græcæ hæ sunt: Amphipolis, Phagres, Galepsus, Œsyma aliaque emporia Thasiorum. Ex adverso est Thasus insula cum urbe et duobus portubus, quorum unus est clausus. Sed redeo [ad continentem,] unde digressus eram. Sequitur Neapolis, et prope eam Datum, urbs Græca, quam colonis fre-

---

ubi esse debebat δύο ἡμερῶν. || — Στρυμὼν] Nondum igitur ad Nestum usque fluvium fines Macedoniæ Alexander protulerat.

§ 67. Ἀμφίπολις] Quo tempore Periplus noster scriptus est, Amphipolis, sicuti aliæ multæ Thraciæ urbes, in Philippi erat potestate, inde ab an. 358. || — Φάγρης] Φήγρη codex; em. Vossius e Thucyd. II, 99, Hecatæo ap. St. B. s. v., Herodoto VII, 112, Strabon. VII, fr. 33. Nunc *Orphano* sec. Clarke *Travels* VIII, p. 58, et Leake III, p. 176. Lapieus ad Φάγρης nomen adscripsit: « Ruines près le cap *Karka.* » || — Γαληψὸς] Cf. Strabo VII, fr. 33: εἶτα αἱ τοῦ Στρυμόνος ἐκβολαί· εἶτα Φάγρης, Γαληψὸς, Ἀπολλωνία, πᾶσαι πόλεις. Thucyd. IV, 127: Καὶ Μύρκινος (prope Amphipolin)... καὶ Γαληψὸς καὶ Οἰσύμη. Denique Livius XLIV, 45 et Plutarch. Paul. Æmil. c. 23 et Diodor. XXX, 21, 1 Perseum narrant Amphipoli Galepsum et hinc in Samothraciam fugisse. Hæc igitur optime inter se concinunt et Scylacis testimonio corroborantur. Contra aliam Galepsum, Sithoniæ in Toronæo sinu, habes apud Herodotum VII, 122, ubi simul recensentur Torone, Galepsus, Sermyle, Mecyberna, Olynthus. Hanc vero Galepsum aliunde tueri non possumus, nisi eo quod Stephanus quoque duas hujus nominis urbes distinguit: Γαληψὸς, πόλις Θράκης καὶ Παιόνων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Θουκυδίδης τετάρτῃ (l. l.) ἑτέραν λέγει. Quæ si bene habent, Galepsus ex Hecatæo allata eadem cum Herodotea urbe esse debet. Quamquam num recte Stephanus distinxerit, probari jam nequit; nam Pæones tum inter Thermum et Acanthum (Herodot. VII, 124), tum ad utramque ripam Strymonis (Herod. V, 13. Thuc. II, 97) habitarunt, adeo ut ex horum mentione nihil liqueat. Miror autem Forbigerum III, p. 1064, qui nonnisi Galepsum sinus Toronæi, quam Herodotus memorat, agnoscit, eique locos supra laudatos vindicat, quum potius nonnisi ea, quæ Herodotus dicit, in dubium vocari queant. Galepsum Thasiorum coloniam fuisse docet Heraclides ap. Harpocrat. v. Στρύμη, et Etym. M. v. Γαληψός; deletam urbem a Philippo, sicuti Apolloniam in vicinia sitam, scimus e Strabon. VII, fr. 35. Situm ejus accuratius definire non licet; attamen non longe a Strymone dissitam fuisse e Strabonis verbis colligitur; nam ita habet fr. 41: τῆς ἐν τῷ Στρυμονικῷ κόλπῳ παραλίας τῆς ἀπὸ Γαληψοῦ μέχρι Νέστου ὑπέρκεινται αἱ Φίλιπποι. || — Οἰσύμη] Σισύμη codex; em. Mausacus ad Harpocrat. v. Οἰσύμη. Cf. Thucyd. l. l.; Scymnus 655 (Ἠσύμη codex.) ibique not.; Diodor. XII, 68. Σύμη codd. Ptol. III, 13, p. 219, 25, Plin. IV, 18, Stephan. s. v. V. Cousinéry II, p. 69; Leake III, p. 178. 224. Situs incertus. || — Θασίων] Σαγίων codex; em. Slothouwerus ex Harpocratione s. v. Γαληψὸς, Στρύμη, Οἰσύμη, Thucyd. IV, 107, aliis. Palmerius conjecerat: Σαΐων, quum Sai et Sapæi Thraces oras istas obtinuerint (Archilochus in Poet. lyr. p. 468, 5 ed. Bergk.; Strabo X, p. 457; Pausan. VII, 10). || — Θάσος] Ἔλσος codex; em. Vossius. || — Νεάπολις] Strabo VII, fr. 35: Παρὰ δὲ τὴν παραλίαν.. καὶ Δατηνῶν πόλις Νεάπολις καὶ αὐτὸ τὸ Δάτον. Cf. Scymnus 685; Plinius IV, 18; Dio Cass. XLIV, 35; Ptolemæus III, 13; Procop. De ædif. IV, 4; Hierocles p. 640 ed. Wess. A Philippis distabat decem vel duodecim millibus sec. Itin. p. 321 et 603. Apud Byzantinos Neapolis audiebat *Christopolis;* nunc est *Cavallo;* Datum vero *Esci-cavallo,* i. e. Vetus Cavallo. V. Cousinéry II, p. 109; Leake III, 180; Tafel. De via Egnatia II, p. 12-17; Weissenborn. *Hellen. Beitræge zur gr. Alterthumsk.* (Jena, 1844) p. 145. || — ᾤκισε Καλλίστρατος] ὁ ἴκος ἐν Καλλίστρατος codex. Contra morem suum auctor conditorem urbis memorat, quum ipsius fere ætate et ab homine apud Athenienses notissimo colonia ista deducta esset. Etenim Callistratus ille est Aphidnæus, Atheniensium orator clarissimus, et qui militum dux fuerat una cum Timotheo, Chabria, Iphicrate (Demosthen. De fals. leg. p. 436; De coron. p. 301, Cont. Timoth. p. 1187; Æschines De f. leg. §. 34; Diodor. XV, 29. 38; Xenophon Hell. VI, 2, 39. 3, 3). Is celebri τῇ περὶ Ὠρωποῦ δίκῃ implicatus, tunc quidem (an. 365) judicum suffragiis absolutus est (Diodor. XV, 76; Xen. Hell. VII, 4, 1; Demosth. De cor. p. 259; Æschin. C. Ctes. § 26; Harpocrat. v. Θεμίσων; Plutarch. Demosth. c. 2; Gellius N. A. III, 13). Mox tamen, anno 364 vel 363, non satis liquet an propter ipsum illud Oropiorum negotium an aliam ob causam, capitis damnatus Athenis aufugit in Macedoniam (Demosth. C. Polycl. p. 1221), ubi magna apud regem gratia et auctoritate polluisse videtur, adeo ut vectigalium administrationem Philippus ei committeret. Certe Aristoteles (Œcon. II, 22 tom. I, p. 645 ed. Didot) refert Callistratum in Macedonia, veneunte portorio plerumque viginti talentis, effecisse ut bis tantum perciperetur. Illo autem exilii tempore etiam coloniam in Thraciam deduxit. Cujus rei disertum testem habemus Isocratem De pac. § 24, p. 104 ed. Didot.: ὅπου γὰρ (sc. ἐν Θράκῃ) Ἀθηνόδωρος καὶ Καλλίστρατος, ὁ μὲν, ἰδιώτης ὢν, ὁ δὲ φυγὰς, οἰκίσαι πόλεις οἷοί τε

Ἀθηναῖος, καὶ ποταμὸς Νέστος, Ἄϐδηρα πόλις, Κούδητος ποταμὸς καὶ πόλεις Δίκαια καὶ Μαρώνεια. Κατὰ ταῦτα Σαμοθράκη νῆσος καὶ λιμήν. Κατὰ ταύτην ἐν τῇ ἠπείρῳ ἐμπόρια Δρῦς, Ζώνη, ποταμὸς Ἕϐρος καὶ ἐπ' αὐτῷ τεῖχος Δουρίσκος, Αἶνος πόλις καὶ λιμήν, τείχη Αἰνίων ἐν τῇ Θράκῃ, Μέλας κόλπος, Μέλας ποταμὸς, Δερὶς ἐμπόριον, Κῶϐρυς ἐμπόριον Καρδιανῶν καὶ ἄλλο Κύπασις. Κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον Ἴμϐρος ἐστὶ νῆσος καὶ πόλις, καὶ Λῆμνος νῆσος καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην. Μετὰ δὲ τὸν Μέλανα κόλπον ἐστὶν ἡ Θρᾳκία Χερρόνησος καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Καρδία, Ἴδη, Παιών, Ἀλωπεκόννησος, Ἄραπλος, Ἐλαιοῦς, Μάδυτος, Σηστὸς ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Προποντίδος, [ὅ] ἐστι

quentavit Callistratus Atheniensis; deinde fluvius Nestus, Abdera urbs, Cudetus fluvius, urbesque Dicæa et Maronea. E regione sita Samothrace insula cum portu. Ei in continente opposita Drys et Zone emporia, Hebrus fluvius ad eumque Doriscus castellum; deinde Ænus urbs portusque, Æniorum in Thracia castella, Melas sinus, Melas fluvius, Deris emporium, Cobrys emporium Cardianorum et alterum Cypasis. Circa Melanem sinum Imbrus est insula cum urbe, et Lemnus insula cum portu. Sed rursum ad continentem redeo, unde abieram. Post sinum Melanem est Chersonesus Thracica, urbesque in ea sunt: Cardia, Ide, Pæon, Alopeconnesus, Araplus (*Drabus?*) Elæus, Madytus, Sestus ad os Propontidis quod sex

---

γεγόνασιν, κτλ. Postea quum ex exilio Athenas esset reversus absque venia populi, affectus est supplicio (Lycurg. C. Leocrat. § 92). Rectissime igitur Niebuhrius (*Klein. Schften* I, p. 121) contendit coloniam istam non ante an. 362 deduci potuisse. Ceterum Datus urbs non tum primum condita est; nam meminit ejus in Edonorum regione sitæ jam Herodotus IX, 75, ac Thasiorum coloniam fuisse Eustathius ad Dion. 517 refert. Ni fallor, Datus, sicuti vicinæ urbes Galepsus et Apollonia, a Philippo subacta, ac deinde ab eodem novis incolis, duce Callistrato, frequentata est. Idque procul dubio in illud incidit tempus, quo Philippus post captam Amphipolin, Pydnam et Potidæam colonos misit Crenidas, easque de se ipso denominavit Philippos (Ol. 105, 3. 358. V. Diodor. XVI, 8, 6). Datus vero portus erat Philipporum (unde explicandus error Appiani in B. C. IV, 103, qui Philippos olim Datum dictas esse narrat). De Datenorum regionis felicitate proverbiali vid. Strabo l. l., Eustath. l. l., Zenobius III, 11; Suidas v. Δάτος; Bœckh. *Staatshaush.* I, p. 7. De nominis formis ὁ et ἡ Δάτος et τὸ Δάτον adi Steph. Thes. s. v. — Verba Scylacis κατὰ ταύτην si cum v. Νεάπολις jungere mavelis, ita ut sensus sit: « ex adverso hujus, sc. Thasi insulæ, est Neapolis, Datum, etc », nihil refragor. || — Νέστος] Νεστὸς codex. || — Κούδητος] Fluvius aliunde non notus. Probabiliter is est, qui proxime post Abdera in mare egreditur. Deinde sequitur Bistonis lacus, in quem Herodotus VII, 109 influere dicit Τραῦον et Κόμψατον; Pro Compsato Ælianus N. A. XV, 25 habet Κοσσινίτην, et Ælian. in V. Hist. IV, 17 Κόσατον, Porphyr. V. Pyth. c. 27 corrupte Καύκασον. Hunc eundem fluvium etiam apud Scylacem intelligi et pro Κούδητον reponi Κούσητον voluit Vossius ad Melam II, 2. Quanquam fluvii in lacus exeuntes a Peripli nostri auctore non solent commemorari. || — καὶ πόλεις] αἵδε πόλεις codex; em. Fabricius. Gailio hæc e margine illata esse videntur, recte fortassis. || — Μαρώνεια] Μαρωνία codex. || — κατὰ ταῦτα κτλ.] Codex: κατὰ ταῦτα ἐν τῇ ἠπείρῳ· ἐμπόρια· δρυζώνη· σαμοθράκη· κατατ (sic) καὶ λιμήν· ποταμὸς δουρισκός· αάβαρος· καὶ ἐπ' αὐτῷ τεῖχος· αἶνος κτλ. Turbata in ordinem redegerunt Vossius et Fabricius. || — Δουρίσκος] Δορίσκος Herodot. VII, 59; Steph. Byz.; Livius XXXI, 16; Plinius et Mela. Nunc *Tusla*. || — Αἰνίων] αἴνων cod.; em. Palmer. || — Δέρις] ex uno Scylace nota. Thracia gens Δερσαῖοι (Herod. VII, 110), Δερραῖοι (St. Byz.), Δάρσιοι (Hecat.) ad hunc locum vix pertinent. || — Κῶϐρυς] sic Theopomp. ap. Steph. s. v.; Κόϐρυς.. Καρδανῶν codex. || — ἄλλο Κύπασις] ἄλλος Κύπασγις codex; correxerunt ex Hecatæo ap. St. Byz. s. v. Post Κύπασις in codice tamquam titulus legitur: Ἴμϐρος καὶ Λῆμνος; itemque mox: Χερρόνησος post v. ἐξετραπόμην. || — Θρᾳκία Χερρόν.] Θρᾴκη ἀχερρόνησος cod.; em. Voss. || — Ἴδη, Παιών] De his aliunde non constat. Gronovius, probante Gailio, pro Παιών conjecit Ἠϊών, male intellecto loco Stephani: Ἠϊών, πόλις ἐν Χερρονήσῳ, ὡς Θουκυδίδης (I, 79), i. e. Eion Amphipolitanum, non longe dissitum a Chersoneso Chalcidica. V. Meineke ad Steph. l. l. In Thucydide VIII, 104 memoratur Ἴδακος (ἀπὸ Ἰδάκου μέχρι Ἀρριανῶν), at in altera Chersonesi latere, e regione fere Abydi. Palmerii conjecturas, utpote nihili, omittere præstat. || — Ἀράπλους] Ἀνάπλους conj. Palmerius absque causa idonea, suffragante tamen Gailio ad Scym. p. 389; Ἄψυνθος conj. Gronovius, perperam. Ni fallor, eandem urbem memorat Strabo VII, fr. 50, ubi: Μετὰ δὲ Καρδίαν Δράϐος καὶ Λίμναι· εἶτ' Ἀλωπεκόννησος.., εἶτ' ἄκρα μεγάλη Μαζουσία. Quanquam Scylax Araplum post Alopeconnesum, Strabo autem Drabum ante eam memorat. || — Ἐλαιοῦς] Ἐλϐιούς cod.; em. Voss. Infra habes Ἐλεοῦντα, quum nostro loco aperte esset Ἐλαιοῦς. Utrumque licebat. || — Μάδυτος] Ἄϐυδος codex; em. Gronovius. V. Herodot. VII, 33; Xenophon. Hell. I, 1, 3; Hecatæus ap. St. B. s. v.; Strabo VII, fr. 54; Eustath. ad Dion. Per. 513; Scymnus 709 etc. Nunc *Maito*. || — ὅ ἐστι σταδ. ϛ'] ὅ ἐστι addidit Clausen. Plurimi fretum inter Sestum et Abydum *septem* stadiorum esse dixerunt, adeoque ἑπταστάδιον vocarunt, ut Herodotus VII, 34; Strabo II, p. 24; XVII, p. 591; Plinius II, 92, IV, 18. 24, V, 40 (875 pass.); Mela I, 1, 36; Agathemer. II, 14; Eustath. ad Dion. 140. *Octo* stadiorum est sec. Xenophon. Hell. IV, 8; schol. Dionys. 142; *duorum* stad. sec. Polybium XVI, 29, 9 (nisi hoc nititur confusione litt. β' et η'). Multo magis discrepant recentiorum sententiæ (375 *toises*, Andreossy; 715 Kiepert.; 800 Juchereau de S.-Denis; 1150 Bouten,

σταδίων ϛ'. Ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμοῦ Κρῆσσα, Κριθώτη, Πακτύη. Μέχρις ἐνταῦθα ἡ Θρᾳκία Χερρόνησος. Ἐκ Πακτύης δὲ εἰς Καρδίαν διὰ τοῦ αὐχένος πεζῇ στάδια μ', ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν· καὶ πόλις ἐν τῷ μέσῳ, ᾗ ὄνομα Ἀγορά. Χερρονήσου μῆκος ἐκ Καρδίας εἰς Ἐλαιοῦντα (ταύτῃ γάρ ἐστι μακροτάτη) στάδια υ'. Μετὰ δὲ τὴν Χερρόνησόν ἐστι Θρᾴκια τείχη τάδε· πρῶτον Λευκὴ ἀκτὴ, Τειρίστασις, Ἡράκλεια, Γάνος, Γανίαι, Νέον τεῖχος, Πέρινθος πόλις καὶ λιμὴν, Δαμινὸν τεῖχος, Σηλυμβρία πόλις καὶ λιμήν. Ἀπὸ τούτου ἐπὶ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου εἰσὶ στάδιοι φ'. Καλεῖται δὲ Ἀνάπλους ὁ τόπος ἀνὰ Βόσπορον μέχρι ἂν ἔλθῃς ἐφ' Ἱερόν. Ἀφ' Ἱεροῦ δὲ τοῦ στόματός ἐστι τοῦ Πόντου εὖρος στάδια ζ'. Εἰσὶ δὲ ἐν τῷ Πόντῳ πόλεις Ἑλ-

est stadiorum. Intra Ægos flumen Cressa, Crithote, Pactye. Huc usque est Chersonesus Thracica. A Pactye ad Cardiam pedestri itinere per collum isthmi sunt stadia 40, a mari ad mare. In medio isthmo est urbs appellata Agora. Longitudo Chersonesi a Cardia ad Eleuntem (hoc enim latus maxima ejus longitudo) stadiorum est 400. Post Chersonesum Thracica oppida hæc sunt: primum Litus album, tum Tiristasis, Heraclea, Ganus, Ganiæ, Novus murus, Perinthus urbs cum portu, Daminum (*Daonium vel Daunium?*) castellum, Selymbria urbs cum portu. Ab hac usque ad os Ponti sunt stadia 500. Vocatur autem Anaplus navigatio per Bosporum donec perveneris ad Fanum (Jovis). Ultra fanum latitudo oris Ponti stadiorum

---

1130 Truguet), de quibus v. Ukert. *Geogr.* III, 2, 137. De fine Hellesponti ac initio Propontidis ad Sestum ponendo cum Scylace faciunt Polybius IV, 44. XVI, 29; Strabo XIII, p. 580. 583. 590; Agathem. I, 3; schol. Dionys. 136. Sec. Apollon. Rhod. I, 935 Hellespontus pertinet a Rhœteo usque ad Pityam; usque ad Lysimachiam sec. Melam I, 1, 36. I, 2, 20. I, 3, 5. II, 2, 92. || — Κρῆσσα] *Cissa* Plinius IV, 18. Fort. scrib. Κρίσσα et *Crissa*. Locum non diversum fuisse ab Ægospotamis oppido (quod πολίχνην κατεσκαμμένην dicit Strabo VII, fr. 54. Cf. Stephan. s. v. Αἰγὸς ποταμοί; Tzetz. Hist. II. 894) censet Mannertus VII, p. 191. || — Κριθώτη] Κρηθωτή cod.; em. Voss. e Demosthen. p. 672, 20, Scymno 711, Strabone VII, fr. 54. X, p. 459; Plinio IV, 18; Stephano, Harpocratione, Photio, Suida s. v. || — στάδια μ'] sic etiam Strabo VII, fr. 50. || — Ἀγορά] Meminit ejus Herodotus VII, 58 et Eustathius ad Il. p. 45, 10. Eodem fere loco postea Lysimachia condita. || — Ἐλεοῦντα] sic. h. l. codex; ἐλαιοῦντα editt. || — στάδια υ'] μικρῷ πλείους τῶν υ' ἀπὸ Καρδίας, Strabo VII, fr. 50. || — Ἡράκλεια] V. Ptolemæus III, 11, p. 217, 11 Wilb. et Cedrenus p. 417. Etiamnum *Ericli* vel *Heraklitza*. Gailius et Clausenius Heracleæ mentionem interpolatori deberi censebant; referendam scilicet esse ad Perinthum, quæ postea (inde a quarto fere post Christum seculo) Heraclea appellata est. Quod nihili esse e Ptolemæo et hodierno loco *Erecli* abunde patet. || — Γάνος, Γανίαι] Xenophon. Anab. VII, 5, 8: Παραδώσοι αὐτῷ Βισάνθην καὶ Γάνον καὶ Νέον τεῖχος. Æschines Adv. Ctes. p. 65, 23: Οὗτος (Demosthenes) ὁ πρῶτος ἐξευρὼν Σέρριον τεῖχος καὶ Δορίσκον καὶ Ἐργίσκην καὶ Μουργίσκην καὶ Γάνος (Γάννος var. l.) καὶ Γανίδα (Δάνδια var. l.), χωρία ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ᾔδειμεν πρότερον. Harpocratio: Γάνος καὶ Γανιάδα Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος. Χωρία ἐστὶ Θρᾳκικὰ, ὡς Ἀρτεμίδωρος. Suidas: Γάνος θηλυκῶς· τὸ πρὸς τῇ Θρᾴκῃ ὄρος ἡ Γάνος. Id.: Γάνος καὶ Γανιάδα (Γανίδα cod. V.), χωρία ἐστὶ Θρᾳκικά. Hinc satis liquet Γάνος et Γανίαι ap. Scylacem non ejusdem loci nomina esse diversa, uti putat Forbiger III, p. 1081. Ceterum nescio an Γανιὰς pro Γανίαι scribendum sit. *Ganus* memoratur etiam ap. Plinium IV, 18 et Hieroclem p. 633, idemque hodie servat nomen, sicuti etiam montes ex mediterraneis huc excurrentes nunc nominantur *Ganos-Dag*. Cf. Mannert. VII, p. 183. || — Νέον τεῖχος] Cf. Xenophon et Plinius l. l.; Cornel. Nepos Alcibiad. c. 7. || — Δαμινὸν τεῖχος] Leg. vid. Δαύνιον. Stephanus v. Δαύνιον· Ἔστι καὶ Δαύνιον τεῖχος, πόλις Θρᾴκης· ὁ πολίτης Δαυνιοτειχίτης. « Apud Scylacem an non rescribendum sit Δαόνιον, admodum ambigo. Daonii autem meminerunt Cedrenus et Nicetas Choniates, qui eam vicinam Perintho facit. » Vossius. Adde Zonaram p. 470: Δαόνιον, πόλις Θρᾴκης. At forma Δαύνιον a codicis literis abest propius. Gailius putavit ap. Scyl. reponendum esse Καινὸν τεῖχος, quum *Cænophrurium* post Perinthum orientem versus [at Scylacis locus occidentem versus est] memoretur in Itinerar. p. 322. 230. 138. 333, et apud alios, quos referre nihil attinet. || — ἐπὶ τοῦ στόμ.] τοῦ om. apogr. Vatican. « Deest mentio Byzantii. Quod inde repetit Sainte-Croix, quod aufugerint incolæ metu Persarum. Respondet Niebuhrius (*Kl. Schften.* p. 129), tunc omnes Hellesponti urbes fuisse omittendas, quarum omnium nomina recensuit. Cui opponi possit occupatas esse has, non deletas; licet hoc non dixerit Gailius, qui tacite Sancrucio assentitur (§ 15). At certissimum argumentum in eo positum est, quod Chalcedonis meminit Scylax, cui tamen prorsus idem quod Byzantio accidisse narrat Herodotus (VI, 33). Itaque minime de illo tempore agitur. » Clausenius. || — Καλεῖται δὲ Ἀ.] ἀνάπλους καλεῖται δὲ ὁ τόπος ἀναβόσπορον codex. Scriba reperit: Ἀνάπλους (titulus). Καλεῖται δὲ ἀνάπλους κτλ. || — ἔλθῃς] ἔλθῃ codex; em. Gailius; nam ἡ ναῦς subintelligi cum Clausenio nequit. Fort. vero in antecc. pro ὁ τόπος erat ὁ πλοῦς. || — ἱερὸν] Cf. infra § 92. De ἱερῷ Διὸς Οὐρίου, quod simpliciter Ἱερὸν vocari solet, v. Herodot. IV, 85; Philostrat. Vit. Soph. I, 34, 1; Dionysius ap. Strabon. XII, p. 566; Menippus ap. St. B. v. Χαλκηδὼν, Polybius IV, 43; Arriani et Anon. Peripl. Ponti, Cicero Verrin. II, 4, 57. Alii Bosporum pertinere dicunt usque ad Cyaneas, ut Mela III, 1, Plinius VI, 1, Strabo VII, p. 320. V. Ukert. III, 2, p. 145. || — στάδια ζ'] *quattuor*, Herodot. IV, 85, Agathemer. II, 14, Strabo II, p. 125, Eustath. Dionys. 140, Plinius IV, 24, Mela I, 19, 5; *quinque vel sex*, Polybius IV, 43, Strabo VII, p. 319, Agathem. I, 3;

λληνίδες αἵδε ἐν Θράκῃ· Ἀπολλωνία, Μεσημβρία, Ὀδησσόπολις, Κάλλατις καὶ ποταμὸς Ἴστρος. Παράπλους δὲ τῆς Θράκης ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ μέχρι Σηστοῦ δύο ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δύο, ἀπὸ δὲ Σηστοῦ μέχρι στόματος τοῦ Πόντου δύο ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δύο, ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος μέχρι τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ ἡμερῶν τριῶν καὶ νυκτῶν τριῶν. Ὁ σύμπας περίπλους ἀπὸ Θράκης καὶ ποταμοῦ Στρυμόνος μέχρι τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ ὀκτὼ ἡμερῶν καὶ ὀκτὼ νυκτῶν.

68. ΣΚΥΘΙΑ. ΤΑΥΡΟΙ. Μετὰ δὲ Θράκην εἰσὶ Σκύθαι ἔθνος καὶ πόλεις ἐν αὐτοῖς Ἑλληνίδες αἵδε· Τύρις ποταμὸς, Νικώνιον πόλις, Ὀφιοῦσα πόλις. Ἐπὶ δὲ τῇ Σκυθικῇ ἐποικοῦσι Ταῦροι ἔθνος ἀκρωτήριον τῆς ἠπείρου· εἰς θάλατταν δὲ τὸ ἀκρωτήριόν ἐστιν. Ἐν δὲ τῇ Ταυρικῇ οἰκοῦσιν Ἕλληνες* αἵδε· Χερρόνησος ἐμπόριον, Κριοῦ μέτωπον, ἀκρωτήριον τῆς Ταυρικῆς. Μετὰ δὲ ταῦτά εἰσι Σκύθαι πάλιν, πόλεις δὲ Ἑλληνίδες αἵδε ἐν αὐτῇ· Θευδοσία, Κύταια καὶ Νυμφαία, Παντικάπαιον, Μυρμήκειον. Παράπλους εὐθὺς ἀπὸ Ἴστρου ἐπὶ Κριοῦ μέτωπον τριῶν ἡμερῶν καὶ τριῶν νυκτῶν, ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος· ἔστι γὰρ κόλπος. Ἐν δὲ

est 7. Ad Pontum vero urbes Græcæ in Thracia hæ sunt : Apollonia, Mesembria, Odessopolis, Callatis, et Ister fluvius. Præternavigatio Thraciæ a Strymone usque ad Sestum est dierum duorum et duarum noctium, a Sesto usque ad os Ponti duorum dierum et duarum noctium, ab ore Ponti vero usque ad Istrum fluvium dierum trium et noctium trium. Omnis circumnavigatio a Thracia et a Strymone fluvio usque ad Istrum flumen est octo (*septem*) dierumque noctium.

68. Scythia. Tauri. Post Thraciam sequitur Scytharum gens, urbesque apud eos Græcæ sunt : Tyris fluvius, Niconium et Ophiusa urbes. Juxta Scythicam Taurorum gens accolit continentis partem quæ quasi promontorium in mare procurrit. Habitantque in Taurica Græci, quorum urbes hæ sunt : Chersonesus, emporium; deinde Criumetopum (i. e. *Arietis frons*) Tauricæ promontorium. Posthæc rursus sunt Scythæ eorumque in regione urbes Græcæ : Theudosia, Cytæa, Nymphæa, Panticapæum, Myrmecium. Recta ab Istro ad Criumetopum navigatio trium dierum totidemque noctium; sin litus legeris, duplex : nam

---

Plinius VI, 1. || — Ὀδησσόπολις] Ὀδησοπολις codex; leg. vid. cum Palmerio Ὀδησσὸς πόλις. Dein Κάλλαθις codex. || — ὀκτὼ ἡμερῶν κ. νυκτ.] Ex antecc. nonnisi septem dies noctesque colliguntur; idque melius habet; quare pro ὀκτὼ legendum putes ἑπτά. A Strymone ad Sestum sunt circa 1900 stadia (2 dies noctesque); hinc ad Ponti ostium ad 1600 stadia (2 dies noctesque); hinc ad Danubium stadia 3000 (3 dies noctesque).

§ 68. Τύρις... Νικώνιον] Τρίσσης... Νεώνειον codex. Vid. Strabo VII, p. 306 : Ἀναπλεύσαντι δὲ (sc. Tyram fluv.) ρμ' σταδίους ἐφ' ἑκάτερα πόλις, ἡ μὲν Νικωνία, ἡ δ' ἐν ἀριστερᾷ Ὀφιοῦσα. Ex Strabone sua Stephanus, non absque mendo. Flumen vulgo vocatur Τύρας vel *Tyra* (Mela. Plin. Valer. Flacc. Arg. VI, 84), Ionicis vero Τύρης (Herodot. IV, 51); aliis Τύρις, Steph. Byz. v. Τύρας et Hesych. v. Τύρις. De Ophiusa urbe, quæ aliis Tyras vocabatur, cf. not. ad Scymn. 792. Alteram urbem Ptolemæus III, 10, p. 213, 26 Νικώνιον dicit. Cf. Anon. Peripl. Pont. p. 9 Huds. || — ἐπὶ δὲ τῇ Σκυθικῇ.... ἀκρωτήριόν ἐστι] « Sana hæc omnia, sed inficete dicta. Juxta Scythiam Tauri habitant in promontorio, quod est pars Scythicæ terræ continentis, excurrit vero in mare. Dicitur promontorium, non peninsula, quia isthmum totamque veram Tauricæ figuram ignorabant Græcorum historici, ἀκτὴν eam, non peninsulam putantes (Niebuhr. l. l. p. 137. Herodot. IV, 99). » Clausen. || — Ἕλληνας* αἵδε] aut excidit : καὶ πόλεις αὐτῶν, aut fuit Ἕλληνες οἵδε, ut supra § 62 etc. — Chersonesus, quam Scylax novit, Herodoto (IV, 93) nondum nota erat, monente Ukerto I, 2, 292. || — ἐμπόριον]. Si αἵδε vox recte habet, duo certe loci recensendi erant. Probabile igitur ἐμπόριον non ad Chersonesum urbem referendum esse, sed indicari *Symbolón portum,* quem Plinius dicit IV, 26 : *Heraclea, Chersonesus.. Inde Parthenium promontorium, Taurorum civitas Placia Symbolón portus, promontorium Criumetopon.* Cf. Ptolem. III, 6; Strabo VII, p. 309; Anonym. Peripl. Pont. p. 4; Ukert. III, 2, p. 468 sq. || — Θευδοσία] Sic numi (v. Kœhler. Nov. Act. Acad. Petrop. t. XIV, p. 122.) et inscriptiones (Bœckh. C. I. II, p. 98) et Anon. Peripl. § 6. Stephanus quoque Θευδοσίαν habet laudato Strabone (VII, p. 309), ubi tamen codices præbent Θεοδοσία; idque ap. Stephanum reponendum esse series docet literarum. Sic etiam ap. Demosth. p. 933 optimus codex Θεοδοσίαν habet, quum in editt. et h. l. et p. 467, 10 legatur Θευδοσία. || — Κύταια] Sic Lycophr. 1312 ex eoque Schol. Apoll. Rh. III, 228; schol. Ap. Rhod. II, 399 ex eoque Etym. M. p. 77, 45; Eustath. Hom. p. 1493, 26; Suidas s. v. (Cf. Κύταιον, Cretæ urbem). Idem Suidas etiam : Κύτη, ὄνομα πόλεως. Apud Stephanum est Κύτα, fortassis librorum vitio pro Κύταια. *Cytæ* Plinius IV, 26 et Anonym. Peripl. § 6, ubi : εἰς Κύτας πόλιν τὴν πρώην λεγομένην Κυδεάκαι (sic). De situ urbis inter montes *Opuk* et *Takil Burun* præter Peripl. Anon. v. Pallas *Reisen in die südl. Statthalterschaft. Russlands* II, p. 343. || — Νυμφαία] Ceteris Νύμφαιον, ut Straboni p. 309, Appiano Mithr. c. 108, Ptolemæo III, 6, p. 203, 29 Wilberg., Anon. Peripl. et Plinio l. l., Cratero ap. Harpocrat. s. v. || — Μυρμήκειον] sic editt.; Μυρμηκὸν codex. Μυρμήκειον Theognost. Canon. p. 129, 12; Μυρμηκεῖον Herodian. ap. St. Byz. s. v.; Μυρμήκιον Strabo VII, p. 310. XI, p. 494; Μυρμηκία Artemidor. ap. St. Byz.; Μυρμηκιών Arrianus ap. Leon. Diaconum IX, 6. Posterior hæc forma ad codicis literas proxime accedit. || — τριῶν ἡμερῶν καὶ νυκτ.] Stadia fere sunt 1650, quæ trium fere dierum tantum navigationem exæquant. In contrarium auctor peccat in seqq., ubi a Criumetopo ad Panticapæum esse dicit navigationem diei noctisque, quum oræ longitudo

τῷ κόλπῳ τούτῳ νῆσός ἐστι, νῆσος δὲ ἐρήμη, ᾗ ὄνομα Λευκὴ, ἱερὰ τοῦ Ἀχιλλέως. Ἀπὸ δὲ Κριοῦ μετώπου πλοῦς εἰς Παντικάπαιον ἡμέρας καὶ νυκτός· ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου ἐπὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἐστὶ στάδια κ'. Ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται ἥμισυ εἶναι τοῦ Πόντου. Ἐν δὲ τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ εὐθὺς εἰσπλέοντί εἰσιν ἐπ' ἀριστερᾶς Σκύθαι· καθήκουσι γὰρ ἐκ τῆς ἔξω θαλάσσης ὑπὲρ τῆς Ταυρικῆς εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην.

ΣΥΡΜΑΤΑΙ. [Μετὰ δὲ Σκύθας Συρμάται] ἔθνος καὶ ποταμὸς Τάναϊς, [ὃς] ὁρίζει Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην.

69. ΠΑΡΑΠΛΟΥΣ ΑΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ. Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ περιπλέοντι τοὺς κόλπους παρὰ γῆν, λογιζομένῳ δὲ ὅσαι γεγραμμέναι εἰσὶ, νύκτες ἀντὶ τούτων ἡμέρας, καὶ, ὅπου στάδιά εἰσι γεγραμμένα, ἀντὶ τῶν φ' σταδίων ἡμεραῖον τὸν πλοῦν, γίνεται τῆς Εὐρώπης ὁ παράπλους, τοῦ ἡμίσεος μέρους τοῦ Πόντου ὄντος ἴσου τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἡμερῶν ρν' τριῶν.

Μέγιστοι δὲ ποταμοί εἰσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ὁ Τάναϊς, ὁ Ἴστρος, ὁ Ῥοδανός.

sinus ibi est. In quo sinu insula est, deserta illa quidem, cui Leucæ nomen, Achilli sacra. A Criumetopo Panticapæum navigatio diei noctisque, a Panticapæo ad ostium paludis Mæotidis stadia sunt 20. Ceterum Mæotis palus dicitur ambitu suo dimidiam Ponti partem exæquare. In Mæotide autem palude, si recta (Tanaim versus) innavigaveris, ad sinistram sunt Scythæ : etenim ab extero mari super Tauricam porrecti usque ad Mæotidem paludem pertingunt.

Syrmatæ. [*Post Scythas Syrmatarum*] gens et Tanais fluvius, qui Asiam et Europam disterminat.

69. Præternavigatio universæ Europæ. Inde ab Herculeis Europæ columnis si juxta terram navigando sinus sequaris, atque ita computaveris, ut singulis quas notavimus noctibus dies substituantur, et ubi stadia scripta sunt, quingena stadia pro unius diei navigatione numerentur, fit Europæ præternavigatio (Ponti parte dimidia Mæotidem paludem exæquante) dierum centum quinquaginta trium.

Maximi autem in Europa fluvii sunt Tanais, Ister, Rhodanus.

---

sit stadiorum 2200. || — Λευκὴ] Nunc *Adassi, Phidonisi* vel *Serpentum insula*. V. Kœhler *Mém. de l'acad. de St.-Petersb.* t. X, p. 599 sqq. Ukert. III, 2, p. 442. || — κ'] Stadia fere sunt ρκ', 120. || — λέγεται ἥμισυ εἶναι κτλ.] Ex eodem cum Nostro fonte Anonymus Peripl. § 44 : ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται εἰς ἥμισυ εἶναι τοῦ Πόντου. Hinc εἰς in Scylacem transtulit Fabricius. Mæotidem Ponto non multo minorem esse duxit Herodotus IV, 86. 101 ; πάρισον τῷ Πόντῳ esse etiam Patrocles censuit ap. Strabon. XI, p. 508. Polybius IV, 40 ambitum ejus esse dicit stad. 8000; eodem modo Strabo VII, p. 310; 9000 stad. et ultra, Strabo II. p. 125, Arrian. Peripl. § 29, Agathemer. I, 3. II, 14; 1125 vel 1406 mill. pass. Plinius IV, 24. || — Συρμάται κτλ.] Sic locum constituit Niebuhrius l. l., quanquam acquiescere etiam licet in hiulca codicis brevitate, qui ita habet :.. εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην. Συρμάται ἔθνος· καὶ ποταμὸς Τάναϊς· ὁρίζει Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην. Olim jungebant : καθήκουσι γὰρ εἰς τὴν Μ. λίμνην Συρμάται, quod retinuit Ukertus, quanquam tum illud καθήκουσι γὰρ nihil habet, quo referatur. Idem absque causa idonea verba ὑπὲρ τῆς Ταυρικῆς transposuit post ἐπ' ἀριστερᾶς Σκύθαι. Denique ἡ ἔξω θάλασσα non est Oceanus, sed quod est extra Mæotidem mare Ponticum, ad quod Scythæ habitare jam dixerat auctor. Quod Συρμάται nomen attinet, cf. Steph. Byz. : Συρμάται, οἱ Σαυρομάται, ὡς Εὔδοξος πρώτῳ· « ποταμὸν τοῦ Τανάϊδος Συρμάτας κατοικεῖν. In seq. § 70 ab altero Tanaidis latere ponuntur Σαυρομάται γυναικοκρατούμενοι (Quare Fabricius etiam h. l. Σαυρομάται scripsit). Quæ nominum varietas comparanda est cum illa, qua Μηλιεῖς et Μαλιεῖς supra § 62 distingui vidimus. Unde orta sit, divinare licet collato Periplo Anonymi, qui ex similibus fontibus hauriens post modo opposita pergit : Τὸν δὲ Τάναϊν ποταμὸν, ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας ὅρος,.. πρῶτοι νέμονται Σαρμάται (Συρμάται Gail.). Εἶτα μετὰ τοὺς Σαρμάτας Μαιωτῶν γένος Ἰαζαματῶν λεγόμενον, ὡς Δημήτριος εἴρηκε,.. ὡς δὲ Ἔφορος, Σαυροματῶν λέγεται γένος. Cum Nostro concinit etiam Plinius VI, 7 : *Tanaim amnem.. colunt Sarmatæ.. et ipsi in multa genera divisi. Primo Sauromatæ gynæcocratumeni.* Cf. idem VI, 5 : *Epageritæ Sarmatarum populus in Caucasi jugis, post quem Sauromatæ.* || — λογιζομένῳ δὲ ὅσαι] λογιζομένοις σωσαι cod.; em. Gronov. || — τοῦ ἡμίσεος τοῦ Πόντου κτλ.] τοῦ Πόντου ὄντος ἴσου (sic) καὶ τοῦ ἡμίσεος μέρους τῆς Μαιώτιδος λίμνης cod.; em. Fabricius. || — ρνγ'] Singularum regionum paraplos colligere liceat. Ecce laterculum :

	Dies.	Noct.	Stad.
§ 2. Iberum. .'........................	7	7	....
3. Ligurum et Iberum..............	1	1	....
4. Ligurum...........................	4	4	....
5. Tyrrhenorum....................	4	4	....
8. Latinorum........................	1	1	....
9. Volscorum........................	1	.....	....
10. Campanorum....................	1	.....	....
11. Samnitum.........................	1/2	.....	....
12. Lucanorum.......................	6	6	....
14. Japygum	6	6	....
15. Samnitum.........................	2	1	....
16. Umbrorum........................	2	1	....
19. Venetorum........................	1	.....	....
20. Istrorum............................	1	1	....
21. Liburnorum.......................	2	.....	....
22. (Hyllorum et) Bulinorum........	1	.....	....
23. Nestæorum........................	1	.....	....
24. Maniorum a Narone ad Arionem...	1	.....	....
Ab Arione ad Rhizuntem fl........	1/2	.....	....
Hinc ad Buthoam.....................	1/2	.....	....
25. A Buthoa ad Epidamnum.........	1	1	....
26. Ab Epidamno ad Apolloniam *iter pedestre*........................	2	.....	....
	46 1/2	33	....

ΑΣΙΑ.

70. ΣΑΥΡΟΜΑΤΑΙ. Ἀπὸ Τανάϊδος δὲ ποταμοῦ ἄρχεται ἡ Ἀσία, καὶ πρῶτον ἔθνος αὐτῆς ἐστιν ἐν τῷ Πόντῳ Σαυρομάται. Σαυροματῶν δέ ἐστιν ἔθνος γυναικοκρατούμενον.

71. ΜΑΙΩΤΑΙ. Τῶν γυναικοκρατουμένων ἔχονται Μαιῶται.

72. ΣΙΝΔΟΙ. Μετὰ δὲ Μαιώτας Σίνδοι ἔθνος· διήκουσι γὰρ οὗτοι καὶ εἰς τὸ ἔξω τῆς λίμνης· καί εἰσιν πόλεις ἐν αὐτοῖς Ἑλληνίδες αἵδε· Φαναγόρου πόλις, Κῆποι, Σινδικὸς λιμὴν, Πάτους.

ASIA.

70. SAUROMATÆ. Post Tanaim fluvium incipit Asia; et prima ejus gens ad Pontum (*ad Mæotidem paludem*) Sauromatæ sunt. Sauromatarum vero gens a mulieribus regitur.

71. MÆOTÆ. Mulierum imperio subjectos excipiunt Mæotæ.

72. SINDI. Post Mæotas sequitur gens Sindorum. Pertingunt hi etiam extra paludem, urbesque in iis Græcæ sunt hæ : Phanagoræ urbs, Cepi, Sindicus portus, Patûs.

	Dies.	Noct.	Stad.
	46 1/2	33	....
27. Ab Apollonia ad Amantiam.......	.....	.....	320
28. Chaonum paraplus...............	1/2	.....	....
30. Thesprotorum..................	1/2	.....	....
31. Cassoporum....................	1/2	.....	....
32. Molossorum....................	.....	.....	40
33. Ambraciæ......................	.....	.....	120
34. Acarnaniæ..................	2	[2]	....
35. Ætoliæ........................	1	.....	....
36. Locridis......................	1/2	.....	....
37. Phocidis......................	1/2	.....	....
38. Bœotiæ........................	1/2	.....	....
39. Megaridis.....................	.....	.....	100
40. Corinthi......................	1/2	.....	....
41. Sicyonis......................	.....	.....	120
42. Achajæ........................	.....	.....	700
43. Elidis........................	.....	.....	700
44. Arcadiæ.......................	.....	.....	100
45. Messeniæ......................	.....	.....	300
46. Laconiæ.......................	3	.....	....
49. Argivæ regionis...............	.....	.....	150
50. Epidauri......................	.....	.....	30
Haliæ.............................	.....	.....	100
51. Hermionis.....................	.....	.....	80
53. Trœzeniæ......................	.....	.....	330
54. Epidauri (30 stad sec. codicem)...	.....	.....	130
55. Corinthi......................	.....	.....	300
56. Megaridis.....................	.....	.....	140
57. Atticæ........................	.....	.....	1140
59. Bœotiæ........................	.....	.....	250
60. Locridis......................	.....	.....	200
61. Phocidis......................	.....	.....	200
62 et 63. Maliensium et Achæorum....	.....	.....	**
64. Thessaliæ.....................	.....	.....	30
65. Magnesiæ......................	.....	.....	**
66. Macedoniæ.....................	2	2	....
67. Thraciæ a Strymone ad Sestum 2d. 2n.			
Hinc ad os Ponti 2 2			
Hinc ad Istrum 3 3			
in summa 7 7; at codex:	8	8	....
68. Scythiæ, ab Istro ad Criumetopon.	3	3	....
Hinc ad Panticapæum..........	1	1	....
Hinc ad os Mæotidis..........	.....	.....	20
Hinc ad Tanaim dimidia pars paraplı, qui est ab ore Ponti ad Mæotidem.................	3 1/2	3 1/2	....
Summa :	73 1/2	52 1/2	3600
sive :	147	.....	100
Excidit paraplus Maliensium, Achæorum et Magnesiæ, cui quatuor fere dies tribuendi.	4	....	....
	151	.....	...

Desiderantur igitur dies duo, qui ubi supplendi sint, in tanta computorum inconstantia difficile dictu. Ceterum si ipse antiquus Peripli auctor istam dierum 153 summam collegit, pateret nihil esse mutandum in numeris qui justo sunt longe majores (v. c. § 4. 11. 12), quum ne sic quidem summa adscripta conficiatur.

§ 70. Σαυρομάται] Titulus hic in cod. legitur ante v. καὶ πρῶτον. ‖ — γυναικοκρατούμενον codex; Ephorus ap. Anonym. Peripl. em. Clausen. p. 2 (sive Scymnum 886) : ἐπιμεμίχθαι τὰς Ἀμαζόνας τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν..., ἐφ' οἷς ἐπεκλήθησαν οἱ Σαυρομάται γυναικοκρατούμενοι. Ex pleniore hac narratione patet non esse Gynæcocratumenos gentem peculiarem inter Sauromatas et Mæotas mediam (Cf. Plin VI, 7 in not. antec.). Niebuhrius p. 382 scribi voluit : Σαυροματῶν δὲ [ἔχεται] ἔθνος Γυναικοκρατούμενοι. Quod Letronnius p. 269 probare non debebat. Ut Noster et Plinius l. l. Sauromatas γυναικοκρατουμένους dicit (cf. Amazones Σαυροματίδας ap. Eustath. ad Dionys. 823 et Proclum ad Platon. De rep. V, p. 418 Bas.), sic ap. Melam *Mæotici* γυναικοκρατούμενοι vocantur.

§ 72. Σίνδοι] Σιντοὶ codex; em. Gailius, quum mox sit Σινδικός. De accentu v. Arcadius p. 48, 9. Ceterum Σιντοὶ dicuntur etiam apud Polyæn. VIII, 55, nescio an librorum vitio. Vide de hac gente Herodot. IV, 28; Hellanic. fr. 92; Dionys. 681; Melam I, 19. ‖ — Φαναγόρου πόλις] Sic etiam Anonymus Peripl. p. 2, ex eodem fonte; nec non Strabo p. 495 (ubi absque causa mutavit Cramerus). De Phanagora sive Phanægora Tejo, urbis conditore, v. Arrian. ap. Eustath. ad Dion. 549. Plura præbet Uckert. III, 1, p. 489. Sita olim Phanagoria secundum Dubois (*Voyage autour du Caucase*, tom. V, p. 64) « sur la dune sablonneuse qui longe le liman de Taman. » — Κῆποι] Κῆπος Scymnus 896 et Apollodor. ap. St. B. v. Ψησσοί. E Scylace et Strabone IX, p. 495 colligitur sitam fuisse urbem inter Phanagoriam et meridionale ostium Hypanis fluvii. Plinius VI, 6 ita : *Oppida in aditu Bospori primo Hermonassa, dein Cepi Milesiorum; mox Stratoclia et Phanagoria.* Mela I, 19, 12 : *Hermonassa, Cepoi, Phanagoria, in ipso ore Cimmerium.* Steph. Byz. v. Ψησσοί· Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ Περὶ γῆς· « Ἔπειτα δ' Ἑρμώνασσα καὶ Κῆπος πόλις, τρίτον δὲ τὸ Ψησσῶν ἔθνος. Hæc igitur inter se satis concinunt; unus dissentire videri possit Scymnus l. l, ubi vide not. Meminit Κήπων etiam Diodorus XX, 24. Accuratius situm ejus definire vix licet. Clarke (*Trav.* II, p. 277) locum quærit in ruinis quæ sunt apud hod. *Sienna;* Dubois V, 59 ad vicum *Akdemphisofka;* Lapieus Κή-

73. ΚΕΡΚΕΤΑΙ. Μετὰ δὲ Σινδικὸν λιμένα Κερκέται ἔθνος.

74. [ΤΟΡΕΤΑΙ. Μετὰ δὲ Κερκέτας Τορέται ἔθνος] καὶ πόλις Ἑλληνὶς Τορικὸς καὶ λιμήν.

75. ΑΧΑΙΟΙ. Μετὰ δὲ Τορέτας Ἀχαιοὶ ἔθνος.

76. ΗΝΙΟΧΟΙ. Μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς Ἡνίοχοι ἔθνος.

73. Cercetæ. Post Sindicum portum sequitur Cercetarum gens.

74. [Toretæ. Post Cercetas Toretarum gens] et urbs Græca Toricus cum portu.

75. Achæi. Post Toretas gens est Achæorum.

76. Heniochi. Post Achæos gens est Heniochorum.

πους componit cum hod. *Kichla.* ‖ — Σινδικὸν λιμένα] Sec. Strabon. XI, p. 496 Σινδικὸς λιμὴν καὶ πόλις 180 stadiis a Corocondame, et 400 stadiis a Bata (Patûs locus vocatur ap. Scylacem) distat. Cf. Stephanus: Σύνδικος (sic), πόλις προσεχὴς τῇ Σκυθικῇ, ἔχουσα λιμένα. Ἔνιοι δὲ Γοργίππην καλοῦσι. Anonym. Peripl. p. 2; Scymnus 893; Ptolemæus V, 9 (65°, 30′), qui a Sindico distinguit Sindam vicum (66°). Dubois I, p. 167: « Le λιμὴν Σινδικὸς est le liman *Kisiltache* d'aujourd'hui en Sindique; la ville était dans le voisinage d'Anapa, sans doute sur le Bougour » Cf. Ukert. III, 2, p. 496. ‖ — Πατοῦς] Hunc locum eundem esse cum eo qui *Apaturos* vocatur apud Plinium VI, 6 contendit Gronovius. At Apaturos ille ad paludem Mæotiden situs est; nos vero in Ponto nunc versamur. Recte jam Vossius monuit locum nostrum ap. Strabon. l. l. dici Βάτα, ad quem secundum Artemidorum confinia sunt oræ Sindicæ et Cercetarum. Ptolemæus quoque Βάτα portum et vicum memorat (66°, 30′). Eundem portum Arrianus 18, 4 ἱερὸν λιμένα dicit, nec non Plinius VI, 5: *In ora juxta Cercetas flumen Icarusa cum oppido Hiero et flumine ab Heraclea* 136 *mill.* Hodie est *Anapa* sec. Mannertum et Klaproth. in *Nouv. Journal As.* tom. I, p. 305; *Sougoudjak* sec. Gailium; *Gelindschik* sec. Tailbout *Portulan de la mer Noire*. p. 54; prope promont. *Isussup*. sec. Lapieum. Alii aliter.

§ 73. Κερκέται] Cercetas (*Tscherkesses?*) inter Sindos et Achæos inde a Batis oram per 850 stadia tenere, deinde Achæos per stad. 500, tum Heniochos per stad. 1000, tum a Pityunte ad Dioscuriadem esse stadia 360 testatur Artemidorus apud Strabon. XI, p. 496. Sec. Hellanicum (fr. 109 p. 59) supra Cercetæos (ἄνω Κερκεταίων), i. e. a septentrione Cercetarum, habitant Moschi et Charimatæ (quorum nulla in Periplo nostro mentio); infra eos sive meridiem versus, Heniochi et Coraxi (de quibus v. § 75 et 76). Eodem modo statuit Palæphatus in Troicis ap. Steph. Byz. v. Χαριμᾶται. Cum his comparanda series gentium quam ex Μιθριδατικῶν scriptoribus Strabo XII, p. 497 apponit hanc: Achæorum, Zygorum, Heniochorum, Cercetarum, Moschorum. Apud Hesychium: Κερκέται, ἔθνος Σινδικόν. Cf. Strabo XII, p. 548: οἱ Ἀππαῖται.. οἱ πρότερον Κερκῖται, quibus quanquam aliæ sedes assignantur, vix tamen a Cercetis diversi sunt. Denique mentio Cercetarum occurrit in Nicolai Damasceni fr. 125 (tom. III, p. 461). Cf. not. seq.

§ 74. Uncis inclusa desunt in codice Parisino; supplevit scriba codicis Palatini, sed inepto loco post verba πόλις Ἑλληνὶς Τορικὸς καὶ λιμήν, quæ ad ipsos Toretas pertinent, inseruit. Idem scriba paullo post de suo addidit Coraxorum mentionem, quam excidisse in cod. Parisino patere cuivis debebat. Toretas cum Nostro medios inter Cercetios (Κερκητίους) et Achæos ponit Dionysius Per. 682. Ptolemæus V, 9 ἄκραν Τορευτικὴν inter Cercetas et Heniochos memorat. Plinius autem, VI, 5, inter Sindos et Cercetas habet *promontorium Crunoe, a quo supercilium arduum tenent Toretæ*. Apud Strabon. XI, p. 495 Toreatæ (sic eos vocat) una cum Sindis inter Mæoticas gentes numerantur. Denique Mela I, 19 eos recenset, populorum catenam exhibens hancce: *Melanchlæni, Toretæ, Sedochezi, Coraxi, Phthirophagi, Heniochi, Achæi, Cercetici et jam in confinio Mæotidis Sindones*. Vides quanta sit sententiarum fluctuatio.

§ 75. De ora Achæorum v. not. ad § 73. 74 et de origine eorum moribusque v. Strabo XI, p. 495. 416. XVII, p. 839; Eustath. ad Il. 2, 511, p. 272 et ad Dion. 685; Aristot. Polit. VIII, 4; Dionys. Hal. A. R. I, 89; Sallust. ap. schol. Juvenal. XV, 115; Appian. Mithr. c. 102; Ovid. Ex Pont. IV, 10, 27; Seneca Consol. ad Helv. c. 6; Ammian. Marcell. XXII, 8, 25. Cf. Ukert. III, 2, p. 500. In Achæorum ditione fuerit *Achæûs* fl., qui ap. Arrian. Peripl. § 27 Zilchos (i. q. Zygios) et Sanigas dirimit.

§ 76. Mithridaticorum scriptores ap. Strabon. l. l. inter Achæos et Heniochos *Zygos* collocant; Dionysius (685) quoque *Zygiòs* cum Heniochis jungit. Cf. Steph. Byz. s. v. De Heniochorum sedibus præter Strabon. XI, p. 492. 496. 506 et Melam I, 19, 14 cf. Ptolemæus V, 9, p. 349, 24, qui septentrionali Ponti oræ tribuit Achæos, Cercetas, Heniochos, Suanocolchos. Plinius VI, 4 a Sannigis et Penio fluvio boream versus collocat *multis nominibus Heniochorum gentes*. Idem VI, 12: *Ab iis* (Suarnis) *ad Pontum usque Heniochorum plura genera, mox Achæorum*. Idem VI, 5 Heniochos Pityunta diripuisse et Dioscuriadem condidisse tradit. Ad Phasin habitasse dicuntur ap. Heraclid. Pont. Rep. § 18. Sed magis etiam versus meridiem descendunt ap. Arrian. Peripl. § 15, ubi post Drillos Trapezunti vicinos memorantur Machelones et Heniochi in iis regionibus, quas Scylax § 83 Ecechiriensibus adscribit. Atque Anonymus Peripl. § 42 prisca cum recentioribus comparans diserte docet Ecechirienses olim habitasse inter Archabim et Ophiuntem fluvios, ubi nunc sint Machelones et Heniochi. Cf. Plinius VI, 4: *In ora ante Trapezunta flumen Pyxitis; ultra vero gens Sannorum Heniochorum*. Fabulas de gentis origine vid. ap. Dionys. 694, ibique Eustath. et schol. et paraphrast. Priscian. 668 et Avien. 871; Eustath. ib. ad 687; Plin. VI, 5; Solin. c. 15; Mela I, 19; Justin. XLII, 3; Pausanias III, 19, 7; Ammian. XXII, 8; Isidor. Origg. XV, 1; Lucan. Phars. III, 269. De moribus v. præter laudatos Ari-

77. [ΚΟΡΑΞΟΙ. Μετὰ δὲ Ἡνιόχους Κοραξοὶ ἔθνος.]

78. ΚΩΛΙΚΗ. Μετὰ δὲ Κοραξοὺς Κωλικὴ ἔθνος.

79. ΜΕΛΑΓΧΛΑΙΝΟΙ. Μετὰ δὲ Κωλικὴν Μελάγχλαινοι ἔθνος, καὶ ποταμὸς ἐν αὐτοῖς Μετάσωρις καὶ Αἰγίπιος ποταμός.

80. ΓΕΛΩΝΕΣ. Μετὰ δὲ Μελαγχλαίνους Γέλωνες.

81. ΚΟΛΧΟΙ. Μετὰ δὲ τούτους Κόλχοι ἔθνος καὶ Διοσκουρὶς πόλις καὶ Γυηνὸς πόλις Ἑλληνὶς καὶ Γυη-

77. [Coraxi. Post Heniochos gens est Coraxorum.]

78. Colica. Post Coraxos est Colicæ regionis gens.

79. Melanchlæni. Post Colicam sequitur gens Melanchlænorum, apud quos est Metasoris fluvius et Ægipius fluvius.

80. Gelones. Post Melanchlænos sunt Gelones.

81. Colchi. Hos sequitur Colchorum gens, et Dioscurias urbs, et Gyenus urbs Græca, et Gyenus (Tye-

---

stot. Polit. VIII, 3, 4; Ovid. Ex Pont. IV, 10, 25; Valerius Flaccus VI, 41; Dio Cass. LXVIII, 18, LXXI, 14.

§ 77. Hoc segmen in cod. Paris. deest; supplevit scriba cod. Vaticani. De gente Hecatæus fr. 185: Κοραξοί, ἔθνος Κόλχων, πλησίον Κώλων (de quibus § 78). Cf. Hellanicus, Plin. et Mela ll. ll., Aristot. Meteor. I, 13; Hesychius: Κοραξοί, Σκυθῶν ἔθνος; Arcadius De acc. p. 66, 14, ubi corrupte Καραξοί. Lanæ Coraxicæ data occasione meminit Strabo III, p. 144 et XII, p. 578. Cf. Hipponax ap. Tzetz. Chil. X, 380. XI, 842.

§ 78. Κωλικὴ ἔθνος sueta negligentia dicit pro Κωλικὸν ἔθνος vel Κωλικὴ χώρα. Hecatæus fr. 185 sq. memorat Κώλους, Κωλικὴν χώραν et Κωλικὰ ὄρη (τὰς ὑπωρείας τοῦ Καυκάσου). Plinius VI, 5 post Heniochorum mentionem: *Subjicitur Ponti regio Colica, in qua juga Caucasi ad Riphæos montes torquentur, ut dictum est* (V, 27), *altero latere in Euxinum et Mæotin devexo, altero in Caspium et Hyrcanium mare.*

§ 79. Μελαγχλᾶναι codex. Hecatæo (fr. 154) Melanchlæni sunt ἔθνος Σκυθικόν. Herodotus (IV, 20) non esse Scythicam gentem dicit, sed vitæ ratione Scythis similem, a borea habentem lacus et deserta, a meridie Scythos regios, ab oriente Tanain, ab occasu Androphagos (Cf. id. IV, 100. 107. 108). Cum his conf. Dionysium 309, qui ad Borysthenem, et Ptolemæum V, 8, qui ab oriente Mæotidis paludis Melanchlænos collocant. Longe aliter Scylax, cum quo faciunt Mela I, 19, 14 et Plinius VI, 5. Cf. Ukert. III, 2, p. 426. Quinam hodie sint Metasoris et Ægipius fluvii accuratius dici nequit. Lapieus cum Metasori componit hodiernum *Kamisiliar*, cum Ægipio hod. *Kentchili*, quem eundem etiam habet pro Abasco Arriani, ab occasu Pityuntis urbis egredienti. Ceterum Metasoris idem mihi esse videtur cum *Thessyri*, quem Ptolemæus his regionibus assignat. Deinde apud Ptol. sequitur Κόραξ fluvius; i. e. *corvus*; idemne fortassis est Αἰγίπιος (leg. Αἰγυπιός i. e. *vultur?*)? Corax fluvius sec. Ptolem. medius fere inter promontorium Pityuntis sive Carteronteichos et Dioscuriadem exit, terminus borealis regionis Colchicæ. Errant Forbigerus et Kiepertus qui juxta ipsum Dioscuriadem ponendum esse putant.

§ 80. Γέλωνες] sic codex; ceteris sunt Γελωνοί, quod nomen etiam editt. Scylacis exhibent. De his quoque longe aliter narrat Herodotus et qui eum sequuntur plurimi. Etenim Geloni sec. Herodot. IV, 108, origine Græci, agricolæ, σιτοφάγοι, emporiis ad Pontum sitis ejecti migrarunt ad Scythas Budinos, qui a Mæotide boream versus habitantes nomadicam agunt vitam et φθειροτραγέουσι μοῦνοι τῶν ταύτῃ. Ceterum quanquam et colore et reliquis rebus Geloni a Budinis differant, utramque gentem a Græcis confundi solere dicit (Cf. id. IV, 119. 123). Scymnus quoque (v. 823 ex Ephoro) Gelonos cum Sauromatis et Agathyrsis recenset. Strabo eos non nominat. Horatius autem Od. II, 9, 23. 20, 19. III, 4, 35, Virgil. Georg. III, 361. II, 115. Æn. VIII, 725, Sidon. Apoll. IV, 1, Lucan. III, 28, 3, Mela I, 19, 19, Plinius IV, 26, Solin. 20. 30, Ammian. XXXI, 2, 14 omnes ad Herodoti rationes accedunt (Cf. etiam Aristot. Mir. 29, Eustath. ad Dion. 310, Orph. Argon. 1062). In ea regione, quam Scylax genti assignat, Gelonos diserte memorat nemo. Attamen Mela I, 19 juxta Coraxos collocat *Phthirophagos*. Porro Arrianus Peripl. § 27 ad Niticam a Dioscuriade 500 stadiis distantem progressus, ibi, ait, « πάλαι ᾤκει ἔθνος Σκυθικόν, οὗ μνήμην ποιεῖ ὁ λογοποιὸς Ἡρόδοτος, καὶ λέγει τούτους εἶναι τοὺς φθειροτρωκτέοντας· καὶ γὰρ εἰς τοῦτο ἔτι ἡ δόξα ἡ αὐτὴ ὑπὲρ αὐτῶν κατέχει. De iisdem regionibus Plinius VI, 4: *Gens Salæ antiquis Phthirophagi dicti et Suani.* Denique Strabo quoque XI, p. 497. 499 pone Colchos collocat Phthirophagos et sorde iis pares Suanos. Etiamnum ibi *Mingrelios* inter vicinos populos τῷ ῥύπῳ καὶ πίνῳ insignes esse narrant (V. Mannert IV, p. 375). Itaque quum Geloni cum Budinis a Græcis conjungerentur, Budini autem spurcitie essent famosi, ac eædem sordes apud Colchidis accolas deprehenderentur: facile intelligitur quomodo factum sit, ut Gelonos Scylax una cum Melanchlænis huc transposuerit.

§ 81. Διοσκουρίς] sic codex; ceteris Διοσκουριάς, uti constat; eadem postea Sebastopolis dicta; sita prope hodiernum *Isgaur* ad prom. *Iscuriah* (V. Chardin, *Voyage en Perse* I, p. 121. Dubois *Voy.* I, p. 307. 317). || — Γυηνὸς] « Fortasse leg. est Τυῆνις ex Stephano: Τυῆνις, πόλις Κόλχων ἀπὸ Τυηνίδος ποταμοῦ. Nisi mavelis Πυῆνις. Stephanus: Πυῆνις, πόλις Κόλχων. » Vossius. Equidem malim Τυῆνις vel Τυηνός, Nunc *Tguanas* seu *Iguanas* sec. Dubois *Voy.* I, p. 309. 335. Pyenis et Tyenis Stephani ad eundem locum pertinuerint. Γυηνὸς fluvius Κυάνεος dicitur ap. Ptolemæum V, 9, p. 350, 30, qui primum post Dioscuriadem fluvium memorat Hippum, deinde Cyaneum. Plinius quidem VI, 4 et Stephanus s. v. Αἶα Hippum et Cyaneum in Phasin influere dicunt, nec non Strabo XI, p. 498 et 500 Cyaneum et Glaucum in eundem se conjicere tradit. At horum testium narratio cedere debet auctoritati Arriani testis oculati, qui Hippum in mare eructari docet. Cyaneum Arrianus non nominat; verum Ptolemæi sententiam firmat Tabula Peutinge-

νὸς ποταμὸς καὶ Χερόβιος ποταμὸς, Χόρσος ποταμὸς, Ἄριος ποταμὸς, Φᾶσις ποταμὸς καὶ Φᾶσις Ἑλληνὶς πόλις, καὶ ἀνάπλους ἀνὰ τὸν ποταμὸν σταδίων ρπʹ, εἰς πόλιν (μάλην) μεγάλην βάρβαρον, ὅθεν ἡ Μήδεια ἦν· ἐνταῦθά ἐστι Ῥὶς ποταμός· Ἶσις ποταμὸς, Ληστῶν ποταμὸς, Ἄψαρος ποταμός.

nus?) fluvius, et Cherobius fluvius, Chorsus (*Chobus*) fluvius, Arius (*Charieis*) fluvius, Phasis fluvius, et Phasis urbs Græca, et navigatio secundum hunc fluvium stadiorum est 180, ad civitatem magnam barbaram, unde erat Medea; ibi est Rhis flumen. *Deinde in ora sequuntur* Isis fluvius, Latronum fluvius et Apsarus.

---

riana, ubi *Cyanes* fluvius medius ponitur inter Tarsuram et Singamem fluvios, quos ex Arriani Periplo novimus. Itaque de loco Cyanei fluv. dubitatio esse nequit; patetque errasse Kiepertum, qui Gyenum Scylacis eundem esse censuit cum Astelepho Arriani. || — Χερόβιος.., Χόρσος.., Ἄριος] Apud Arrianum et in Tab. Peuting. usque ad Phasim tres sequuntur fluvii: Singames (Sicanabis *T. Peut.*), Chobus, Charieis (Cariente *T. P.*). In mappis autem Kiepertianis inter Singamem et Chobum quartum notatur fluvii ostium, qui in mediterraneo tractu a Singame divellitur. Plinius vero VI, 4 inter Singamem et Chobum memorat *Rhoam* fl. Hunc esse *Cherobium* Scylacis e nominum similitudine colligo. Χόρσος aperte est Χῶβος Arriani, *Cobus* Plinii et, ut videtur, *Cohibus* Taciti in Hist. III, 48. Quidnam Scylax scripserit, difficile dictu. Ἄριος nomen item corruptum esse videtur. Arriano est Χαριεῖς, Plinio *Charien*, Ptolemæo Χαρίστος. || — εἰς πόλιν μάλην μεγάλην] μάλην ex dittographia vocis μεγάλην ortum. Si urbem auctor nominasset, dicendum erat εἰς πόλιν μεγάλην Μάλην vel εἰς Μάλην πόλ. μεγ. Ac omnino nomina barbarorum oppidorum in Ponto non apponit Scylax. Patria Medeæ quum Ææa sive Æa vel Cytæa perhibeatur, hocce nomen Vossius restitui voluit, illud vero Gronovius, in ΜΑΛΗΝ latere putans ΑΙΑΙΑΝ. De Æa urbe Plinius VI, 4: *Maxime autem inclaruit Æa XV mill. pass. a mari, ubi Hippus et Cyaneus vasti amnes in eum* (Phasin) *confluunt*. Stephanus: Αἶα, πόλις Κόλχων, κτίσμα Αἰήτου, θαλάσσης ἀπέχουσα στάδια τριακόσια, ἣν περιρρέουσι δύο ποταμοὶ, Ἵππος καὶ Κυάνεος, ποιοῦντες αὐτὴν χερρόνησον. Schol. Apoll. Rh. III, 1073: Νῆσος ἐν τῷ Φάσιδί ἐστιν ἡ Αἰαία... Αὕτη δέ ἐστι Κόλχων μητρόπολις. Cf. idem v. Δία, ubi Steph. in libro corrupto invenit Δῖα pro Αἶα; Mimnermus ap. Strabon. I, p. 47. 45 et XI, 498. 500; Mela I, 19; schol. Arist. Acharn. 733; schol. Theocrit. XIII, 23. De Hippo et Cyaneo fluviis qui non in Phasidem incidunt sed in mare egrediuntur, monui supra. Quare Ptolemæus *Æapolin* non ad Phasidem collocat, sed infra istos fluvios. Alii putabant Æam vetus fuisse nomen Dioscuriadis urbis (St. Byz. v. Διοσκουριάς). Evanuisse urbem Plinius narrat. Mitto reliqua quæ trahi huc possent veterum testimonia, quorum potiora habes apud Ukertum III, 2, p. 512 sqq. Nemo hinc non colligat plurima quæ de Æa urbe narrantur, poetarum deberi licentiæ. Quatenus autem subest memoria urbis, quæ revera exstitit, Æa non est diversa ab urbe Κύτη vel Κύτα vel Κύταια, quæ nomina sive de urbe sive de regione, Medeæ patria, apud poetas celebrantur (V. Ukert. III, 2, p. 513). Etiamnunc non longe a Phaside habemus *Kutais* vel *Kchitais* urbem, caput provinciæ *Imireti* (v. Gamba *Voyage dans la Russie méridion.* I, p. 168); Justiniani temporibus castellum fuit, quod Procopius B. G. IV, 14, p. 535 ed. Bonn. Κουτατίσιον, Agathias III, 7, p. 150 Κοταίσιον vocant. Nomen hoc corruptum esse ex Κοτυάϊον Procopius apud Arrianum (historicum, Dexippi fere æqualem, de quo v. Fr. Hist. III, p. 673, 12?) legerat; ἕτεροι δὲ, addit, φασὶ πόλιν τε γεγονέναι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις τὸ χωρίον καὶ Κύταιαν καλεῖσθαι· ἐνθένδε τὸν Αἰήτην ὡρμῆσθαι κτλ. Situs locus sec. Procopium ad *Rheontem* fluvium, qui in Phasidem se conjicit (v. Procop. IV, 13, p. 524), et de quo nunc ipse Phasis vocatur *Rioni*. Ille *Rheon* fluvius, nisi egregie fallor, idem est quem Plinius l. l. *Surion* dicit, eodem nomine etiam urbem adjacentem designans: *Nunc* (Phasis) *habet Surium tantum et ipsum ab amne influente* (cujus meminit etiam II, 103) *cognominatum, usque quo magnarum navium capacem esse diximus*. Dixerat Plinius navigari Phasin 38 mill. pass. sive 304 stadiis, quod plane concinit cum 300 stadiis, quibus Æam ab ora maritima distare refert schol. Apollonii; longius absunt stadia 180 Scylacis nostri. Sed nihilominus nullus dubito quin et *Surios* (*su-rion*, fluvius-Rhion?) Plinii sit Ῥὶς Scylaceus. Nam vel verborum tenor suadet fluvium illum ibi esse ubi Medeæ urbs ad Phasidem erat. Sin fluvium post Phasidem in mare exeuntem significare auctor voluisset, pro ἐνταῦθα dicendum erat μετὰ ταῦτα vel ἔπειτα. Porro proximus a Phaside fluvius post 90 stadia est Μῶγρος vel Νῶγρος Arriani aliorumque; quod nomen a nostro plane diversum est. Ne denique cum Gailio putes voculam ῥὶς habendam esse pro iterata scriptura sequentis vocis Ἶρις, et delendam, vel eo impedimur quod codex non habet Ἶρις, sed Ἶσις, uti est ap. Arrianum, Plinium et in Tab. Peuting. || — Ληστῶν ποταμὸς, Ἄψαρος] Verba Ληστ. ποτ. in cod. Vatican. omissa sunt. Apsarum fluv. (hod. *Chappa-Su*) novimus ex Arrian. Per. § 7. 8. 16, Anon. Peripl. § 40; Artemidor. ap. Steph. s. v. Ἄψαρος et Ἀψυρτίδες; Plin. VI, 4 (*flumen Apsarum cum castello cognomine*); Tab. Peuting.; Vibio Seq. p. 7; Procop. B. G. IV, 2; Agathia III, 15; Chron. Paschal. p. 34. Ptolemæus Apsarum, quem Ἄψορρον dicit, cum magno Acampsi fluvio confundit, uti ex ipsa fluvii descriptione patet. Idem error in Appiano Mithr. c. 101 et Plin. VI, 9. Ptolemæus tamen errorem suum corrigit quodammodo, quum castellum Apsorrum 50 stadiis a fluvio removeat, ideoque in eo fere loco collocet ubi revera erat Apsorrus fluvius. V. Mannert. VI, 2, p. 364 sq. *Latronum* fluvius, quem Scylax ait, unus est ex iis quos inter Isin (*Schetkatil Su*) et Apsarum medios ponit Arrianus, vel Acinasis (*Tschuruk-Su*) vel Bathys (*Tzulchuda*) vel Acampsis (*Tschorveh* s. *Dsohorah*). Postremus quum ceteris major et navigabilis sit, hunc designari nostro loco suspicor.

82. ΒΥΖΗΡΕΣ. Μετὰ δὲ τοὺς Κόλχους Βύζηρες ἔθνος καὶ Δαρααν῀ων ποταμὸς καὶ Ἀρίων ποταμός.

83. ΕΚΕΧΕΙΡΙΕΙΣ. Μετὰ δὲ Βύζηρας Ἐκεχειριεῖς ἔθνος, καὶ ποταμὸς Πορδανὶς, καὶ Ἀραβὶς ποταμὸς, Λίμνη πόλις, Ὠδείνιος πόλις Ἑλληνίς.

84. ΒΕΧΕΙΡΙΚΗ. Μετὰ Ἐκεχειριεῖς Βέχειροι ἔθνος, Βεχειρικὸς λιμὴν, Βεχειριὰς πόλις Ἑλληνίς.

85. ΜΑΚΡΟΚΕΦΑΛΟΙ. Μετὰ δὲ Βέχειρας Μακροκέφαλοι ἔθνος, καὶ Ψωρῶν λιμὴν, Τραπεζοῦς πόλις Ἑλληνίς.

82. Byzeres. Post Colchos sequitur Byzerum gens et Daraanon fluvius et Arion fluvius.

83. Ecechiries. Post Byzeres sequitur gens Ecechiriensium, et fluvius Pordanis (*Prytanis*) et Arabis fluvius, Limne urbs, Odinius urbs Græca.

84. Bechiri. Post Ecechiries est gens Bechirorum, Bechiricus portus, Bechirias urbs Græca.

85. Macrocephali. Post Bechires gens est Macrocephalorum, et Psorôn portus, Trapezûs urbs Græca.

---

§ 82. Βύζηρες] Βούσηρες codex; Hecatæus (fr. 190) Δίζηρας dicit, post quos habitant Χοοί et deinceps Βέχειρες. Plinius VI, 4: *Colchi, Buzeri, Bechires, Macrones*. Eodem modo Dionysius 765. Item Mela I, 19, 10: *Colchi, Buzeri, Becheri, Macrocephali*. Ap. Apoll. Rhod. II, 394 et 1242 series est: Colchi, Byzeres, Sapires, Bechires, Macrones. Cf. Valer. Flacc. V, 175. 153. Apud Orph. Argon. 758: Sigyni, Byzeres, Sapires, Napatæ. Ammian. XXII, 8, 2: Chalybes, Byzeres, Sapires, Tibareni, Mossynœci. Strabo XII, p. 549 Byzeres memorat inter Heptacometas barbaros, qui Scydisum montem tenent. Hinc sua Steph. Byz. v. Ἑπτακωμῆται. Idem: Βύζηρες, ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ ἐστὶ, καὶ Βυζηρικὸς λιμήν, quod e Stephano repetit Eustath. ad Dion. l. l. || — Δαρααν῀ων, Ἀρίων] Utrumque nomen corruptum esse videtur. Proximus ab his fluvius § 83 nominatur Πόρδανις. Is aperte est Πρύτανις Arriani. Nostri igitur fluvii medii esse debent inter Apsarum et Prytanim; duosque fluvios inter utrumque recenset Arrianus § 8, *Archabin* et *Pyxiten*. In tanta nominum plerorumque corruptione non improbabile est Scylacem pro Δαρααν῀ων fortasse scripsisse Ἀρχαβῶν (nunc *Archawah*. Cf. not. ad Arrian.). Pyxites autem Arriani (hod. *Witzeh*) an sit Arion Scylacis, dubito propter nominum discrepantiam et quod plures fluvii inter Archabin et Prytanim sunt medii, quorum prisca nomina ignoramus. Unus eorum hodie *Odscha* vocatur, ad quem ponenda est *Armene* urbs ab Anonym. in Peripl. Pont. memorata (v. not. ad Arrian. § 31). Fortasse hic est Arion Scylacis.

§ 83. Ecechirienses præter Scylacem unus memorat Anonymus in Peripl. § 41: Ἀπὸ οὖν Ἀρχάβεως ποταμοῦ εἰς Ὀφιοῦντα ποταμὸν πρῶτον ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Ἐχχειριεῖς (sic), νῦν δὲ οἰκοῦσι Μαχελῶνες καὶ Ἡνίοχοι. Hæc tamen non e Nostro desumpta sunt, quum Ecehiriensibus ora tribuatur, quam ap. Scylacem tenent Byzeres, Ecechirienses et Bechiri, qui quidem nonnisi tribus ejusdem gentis fuisse videntur. Περιώσια φῦλα Βεχείρων et ἀπειρεσίην Βεχείρων γαῖαν dicit Apollon. Rhod. II, 394. 1242, qui eo loco quo Noster Ecechirienses memorat, Σάπειρας recenset. Hecatæus l. l. ibidem collocat Χοούς, modo recte nomen habeat. || — Πόρδανις] Πρύτανις apud Arrianum, hodie *Furtuna*. Cf. Ukert. III, 2, p. 210, et not. ad § 82. || — Ἀραβὶς ποταμὸς, Λίμνη πόλις] Apud Arrianum § 8 post Pyxiten sequitur Ζάγατις fluvius (hod. *Sucha Dere*), qui respondere debet Arabi Scylaceo. Ne censeas Arabin esse Archabin Arriani series locorum obstat. Num ad has regiones pertineat illud Ἀραβίας ἄρειον ἄνθος ap. Æschyl. Prom. 420, ut Clausenius censet, non quæro. Quod attinet Λίμνην πόλιν, Vossius putat eandem esse quæ est Ξυλίνη Ptolemæi (V, 6, p. 336, 12), ex quo corrupta nostra sint corrigenda. Idque si literas nominum spectes, probabile est; at situs, quem Xylinæ Ptolemæus assignat inter Archabin et Apsorrum, minime quadrat. Sin seriem locorum spectes, Λίμνη nomen cum Gronovio credas corruptum esse ex Ἀθήνη; nam *Athenæ* (hod. *Atina*) septem post Zagatin fl. stadiis memorantur ap. Arrianum. || — Ὠδείνιος] ὠδείνιος codex; *Godinio* in Geogr. Raven.; *Ardineo* in Tab. Peuting.; Ἀδιηνός ap. Arrian. § 8; εἰς Ἀδίνηον (sic) [τὸν] ἤδη λεγόμενον Ἀδιηνόν Anonym. Peripl. Pont. Eux. § 39. Nunc *Kanlu-Dere*.

§ 84. Βέχειροι] Paullo post Βέχειρας, quæ forma usitatior est. Βεχείροις occurrit ap. Apoll. Rh. II, 395, *Becheri* ap. Melam I, 19, 11. Cf. Steph. Thes. v. Βέχειρ. || — Βεχειρική] sic cod.; Βέχειροι editt. || — Βεχειριὰς] Vossius; Βεχειρὶς Salmasius; Βεχειρὰς codex. Non est proprium nomen, sed appellativum. Jam quum supra ex Anonymo collegerimus Ecechiriensium et Bechirum oram usque ad Ophiuntem fluvium pertinere, urbs vero inter Adienum et Ophiuntem nonnisi una nota sit Rhizûs (nunc *Rizeh*) ad fluvium cognominem, ac omnino alia nulla sit deinceps urbs usque ad Trapezuntem: non dubito quin ipsam hanc Rhizuntem in Bechirum ora sitam auctor designare voluerit. Vide Ptolem. V, 6 p. 335; Arrian. § 7; Procop. B. G. V, 2 (Ῥιζαῖον); Tab. Peut. (ubi corrupte *Reila*); Mannert. VI, 2 p. 372 sqq. Ceterum De Bechiris cf. not. § 82.

§ 85. Ψωρῶν λιμὴν] Idem esse debet qui Ὕσσου λιμὴν (a fluvio) dicitur ap. Arrian., Ptolem., Tab. Peuting. et in Notitia imperii orient. c. 27. Aliud ejusdem nomen præbet Anonym. Peripl. § 38: Ἀπὸ Τραπεζοῦντος εἰς Ὕσσον λιμένα, τὴν νῦν λεγομένην Σουσάρια (Σουσάρμαιναν?), σταδ. ρπ΄. (Procopius B. G. IV, 2 κώμην Σουσούρμαιναν una cum τῷ Ῥιζαίῳ memorat.) Hodie: *Surmeneh* vel *Kara Dere*. Ψωρῶν λιμὴν, *scabiei portus*, dictus fuerit ab eventu. Sordidorum Phthirophagorum vicinos Macropogones esse dicit Strabo XI, p. 492, qui a Macrocephalis vix diversi fuerint. Feros et inconditos Macrocephalorum mores tangit etiam Mela I, 19, qui cum Plinio VI, 4 easdem sedes iis assignat, quas in Periplo tenent (cf. n. § 82). Ditio eorum sec. Scylacem ab Ophiunte fere fluvio pertinuit

86. ΜΟΣΣΥΝΟΙΚΟΙ. Μετὰ δὲ Μακροκεφάλους Μοσσύνοικοι ἔθνος, καὶ Ζεφύριος λιμὴν, Χοιράδες πόλις Ἑλληνὶς, Ἄρεως νῆσος. Οὗτοι ὄρη κατοικοῦσιν.

86. Mossynoeci. Post Macrocephalos sunt Mossynœci, et Zephyrius portus, Chœrades urbs Græca, Martis insula. Hi montes inhabitant.

---

usque ad Cerasuntem vel paullo ultra. Contra Anonym. Peripl. § 22 τοὺς λεγομένους Μάκρωνες ἤτοι Μακροκεφάλους habitasse refert inde a Trapezunte usque ad Aretiadem insulam (cf. not. ad § 83); cujus tractus majorem partem in nostro Periplo tenent Mossynœci. Ceterum de Macrocephalis sive Macronibus v. Hesiod. ap. Harpocrat. s. v.; Strabo I, p. 43; VII, p. 299; XI, p. 520; XII, p. 548 : Palæphatus ap. Suidam v. Μακροκ.; Pollux Onom. II, 90; Hippocrat. De aere § 80 sqq.; Hecatæus fr. 191; Herodot. II, 104. III, 94. VII, 78; Xenophon Anab. IV, 8, I. V, 5, 18. VII, 8, 25; Schol. Apoll. Rhod. I, 1024. Apud Plinium VI, 4, ubi: *gentes Tibareni, Mossyni,... gens Macrocephali, oppidum Chordule; gentes Bechires, Byzeri, flumen Melas; gens Macrones; Sidene flumenque Sidenum,* etc., Macrocephali et Macrones tanquam gentes diversæ videntur distingui; sed quum Plinianis nulla insit series locorum, patet hæc ex duobus fontibus mixta esse. Cum nostris conferri potest prima loci pars usque ad verba *flumen Melas*. Quæ deinde sequuntur ex alio fonte perperam assuta sunt.

§ 86. Μοσσύνοικοι] sic h. l. codex. Infra § 87 habet τοὺς Μοσσινοὺς (i. e. Μοσσύνους). Dicere licet Μοσσύνοικοι, Μόσσυνες et Μόσσυνοι. V. L. Dindorf. in St. Thes. v. Μόσσυν. Quod seriem populorum attinet, Macrocephalorum, Mossynœcorum sive Mossynorum, Tibarenorum, Chalybum, cum Scylace consentiunt Mela I, 19, 11 et Plinius VI, 4, et præ ceteris cum Nostro comparandi Dionysius Periegetes 766 Apolloniusque Rhodius II, 1241 sqq. De Hecatæo (f. 192) hoc saltem scimus eum juxta Mossynœcos, apud quos Χοιράδας memoravit, posuisse Tibarenos, quibus tamquam προσεχὲς ἔθνος adjunxit Mares (Cf. Herodot. IV, 78). Ex Ephoro (ap. Steph. B. v. Τιβαρηνία) constat Mossynœcos excipere Tibarenos, tum Chalybes, tum Leucosyros (Assyrios vocant Scylax, Apollon. et Dionys.). Paullo magis differt Xenophon in Anab. V, 4, 1, ubi post Mossynœcos, quorum regionem octo castris Græci peragrarunt, sequuntur Chalybes numero exigui et Mossynœcis subjecti (qui ap. Scylacem Mossynœcorum in ditione comprehenduntur); deinde Tibareni, quorum in agro sita est Cotyora (idem etiam sec. Scylacis rationes statuendum); deinde populos oræ singillatim non amplius recensens Xenophon utpote navigatione jam utens, statim memorat Paphlagoniam. Præterea notandum est Dionysium et Apollonium II, 375 inter Macrones et Mossynœcos memorare Φίλυρας, sic dictos a Philyreide insula juxta Mossynœcorum oram sita, de qua pluribus poeta exponit II, 1231 sqq. (Cf. Steph. B. v. Φίλυρες; Ovid. Met. VII, 312). Turbatum gentium ordinem præbet Valerius Flaccus in Arg. VI, 120, ubi recensentur : Cissæi, Heniochi, Philyræ, Byzeres, Macrones, Mossynœci. Apud Ammianum XXII, 8, 20 enumerantur : Philyres, Macrones, Mossynœci, Tibareni, Sapires, Byzeres, Chalybes, Dahæ, Amazones. Tibullus IV, 1, 146 Mossynœcos ad Tanaim transfert. Curtius VI, 4, 17 Mossynœcos, Cercetas, Chalybes, Leucosyros et Amazones a Ponto deduxit ad mare Caspium. Strabo Mossynœcos commemorat inter τοὺς ἑπτακωμήτας Scydisæ montis. De aspera et montosa Mossyn. regionis natura Scylax quoque præter morem monuit; plura vide ap. Xenophon. l. l. Ditio Mossynœcorum ab ora quæ post Cerasuntem sequitur, pertinuit usque ad Chœrades sive Pharnaciam. Cerasus sec. Plinium adhuc erat in regione Macrocephalorum; at non longe post eam initium fuisse Mossynorum e Xenophonte (An. V, 4, 1) intelligitur; pertinuisse autem usque ad Chœrades sive Pharnaciam ex ipso Scylace liquet. Sec. Anonym. § 20 ditio eorum patuit a Pharnacia τῆς καὶ πάλαι Κερασοῦντος ἕως τῆς πλησίον Κωτυώρου. At hæc errore nituntur. Confundit auctor Cerasuntem-Pharnaciam cum altera Cerasunte, quæ ab illa orientem versus est; ab hac initium sumere poterat, non a Cerasunte Pharnacia. Ea autem confusione factum est ut Macrocephalorum gentem magis quam par erat occidentem versus collocaret (v. not. § 85). De Mossynœcorum feritate, moribus impudicis ceterisque institutis v. Xenophon An. V, 4; Diodor. XIV, 30; Vitruv. II, 14; Apoll. Rh. II, 1015 sqq.; Scymnus 901 sqq.; Nicolaus Dam. fr. 126; Eustath. ad Dion. 766.; Strabo, Mela, Plinius, Ammianus ll ll.; Aristot. Polit. II, 2; Sextus Empir. Pyrrhon. Hypoth. III, 24; Artemidor. Onesicr. I, 9. || — Ζεφύριος λιμήν] Cf. Arrian. § 24 : Ζεφύριον, ὅρμος ναυσίν; Anonym. § 36 : Ζεφύριον χωρίον. Tab. Peuting. : *Zepirium*. Strabo ceterique locum non memorant. Nunc *Zeffre* vel *Kaik Liman*. V. Mannert. VI, 2, p. 385; Hamilton *Research*. I, p. 261. || — Χοιράδες πόλις] St. Byz. : Χοιράδες πόλις Μοσσυνοίκων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· « Τιβαρηνοῖς δὲ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα Μοσσύνοικοι ὁμουρέουσι· ἐν δὲ αὐτοῖς Χοιράδες πόλις ». Postea urbs a Ponti rege (ab avo Mithridatis magni, ut videtur) Pharnacia dicta. Χοιράδες nomen a rupibus, quibus litus ibi horret, inditum. Arrianus § 24 ex eoque Anonymus § 34 Pharnaciam olim appellatam esse *Cerasuntem* (etiam nunc *Keresun*), et a Sinopensibus deductam tradunt. Xenophon autem Anab. V, 3 alteram Cerasuntem, quæ a Pharnacia supra 500 stadia orientem versus distat, Sinopensium coloniam dicit. Nihil adeo obstat, quin verum tradat auctor uterque; sed fieri potest ut de conditoribus Cerasuntis Pharnaciæ Arrianus erraverit. Mannertus VI, 2, p. 386 statuit Arrianum confudisse nomina Χοιράδες et Κερασοῦς, vel potius receptam apud vulgus opinionem secutum esse, qua quidem effectum sit ut etiam nunc urbs Κερασοῦς dicatur. Suffragatur Forbigerus II, p. 423. Quamquam hodiernum nomen ex confusione urbium longe dissitarum repetere prorsus est absurdum. Immo non hæ duæ solum erant Cerasuntes, sed etiam tertiam in eadem Ponti ora mox (§ 89) deprehendemus. Nomen Χοιράδες comparandum est cum nominibus Ψωρῶν λιμήν, Αἰγ-

87. ΤΙΒΑΡΗΝΟΙ. Μετὰ δὲ Μοσσύνους ἔθνος ἐστὶ Τιβαρηνοί.

88. ΧΑΛΥΒΕΣ. Μετὰ δὲ Τιβαρηνοὺς Χάλυβές εἰσιν ἔθνος, καὶ Γενήτης λιμὴν κλειστὸς, Σταμένεια πόλις Ἑλληνὶς, καὶ Ἰασονία ἀκρόπολις Ἑλληνίς.

87. Tibareni. Post Mossynos sequitur gens Tibarenorum.

88. Chalybes. Post Tibarenos gens est Chalybum, et Genetes portus clausus, Stamenia urbs Græca, et Jasonium [*promontorium et Side urbs*] Græca.

στῶν ποταμός, similibus, quæ non sunt nomina propria, sed a natura indoleque loci petita vel nominum propriorum synonyma vel versiones. Sic Χοιράδες, *rupes*, dici poterat urbs quæ ab ipsis incolis vocabatur eodem nominis sensu Κερασοῦς (a κέρατα, rupis cornu). Similiter Κερασοῦς locus quem § 89 Scylax memorat, apud alios vocatur Σκόπελος. Novum Pharnaciæ nomen cum Ponticorum regum imperio evanuit, pristinumque, uti fieri solet, resumptum. Ceterum plus semel utramque Cerasuntem confusam esse proclivis conjectura est, reique exemplum supra attulimus. De ruinis Pharnaciæ v. Hamilton l. l. I, p. 262. || — Ἄρεως νῆσος] ex adverso Pharnaciæ sive Cerasuntis sive Chœradum sita; nunc *Kerasun-Ada*. Vide de insula fabulis clara Anonym. Peripl. § 37 et 34 (Ἀρῆος et Ἀρητιὰς νῆσος); Apollon. Rh. II, 1031. 1047. 1069 sqq.; Mela II, 7, 2; Hygin. Fab. 30; Plinius VI, 13 (*Chalceritis, quam Græci Areiam dixerunt*).

§ 87. De regione Tibarenorum præter allata cf. Anonym. § 33, qui habitasse eos ait a Cotyoro usque ad Polemonium. Ejus sententiæ originem supra exposui. Strabo Tibarenos Colchis vicinos facit (p. 129. 309. 527. 534. 540. 548. 555). De moribus gentis v. Apoll. Rhod. II, 1010 sqq. ibique schol.; Ephorus fr. 82; Scymnus 915; Mela I, 19, 10; Dionys. 767; Nymphodor. fr. 15 (Fr. Hist. tom. II, p. 379); Plin. XXXVII, 42.

§ 88. Chalybes post Tibarenos memorant Ephorus, Apollonius Rhodius, Dionysius, Mela, Plinius, alii (v. § 86); minor est consensus de ditione gentis certis limitibus circumscribenda. Chalybes enim nunquam in una eademque omnes regione habitasse videntur, sed per totam Ponti oram meridionalem, nec non per mediterraneos Asiæ Halyi fluvio proximæ tractus ita dispersi erant, ut ubi ferri fodinæ et fabricæ memorentur, ibi etiam Chalybes deprehendantur. In Periplo nostro perangusta iis assignatur regio quadringentorum vix stadiorum, inde a Genete fluvio usque fere ad Thermodontem. Eodem modo Dionysius statuit et Apollonius Rhodius. Magis etiam fines coercet Anonym. Peripl. § 31, qui Chalybes habitasse dicit ἀπὸ Πολεμωνίου ἕως πλησίον τοῦ Θερμώδοντος. Forsan hoc ex Eudoxo fluxit, quem laudat Stephanus: Χάλυβες, περὶ τὸν Πόντον ἔθνος ἐπὶ τῷ ποταμῷ Θερμώδοντι, περὶ ὧν Εὔδοξος ἐν τῷ πρώτῳ· « Ἐκ δὲ τῆς Χαλύβων χώρας ὁ σίδηρος ὁ περὶ τὰ στομώματα ἐπαινούμενος ἐξάγεται. » (E Stephano suo habet Eustath. ad Dion. 767.) Ephorus (fr. 82) item Chalybes ὁμόρους esse dicit Tibarenorum et Leucosyrorum, ceterum eos inter mediterraneos populos recenset eodem modo quo Mysos, Cappadoces, Phryges, Milyas (fr. 80, collato Scymno 938). Apud Melam (I, 19) Chalybes pertinent usque ad Paphlagoniam; nam : *Paphlagoniam*, inquit, *finit Armene ; Chalybes proximi clarissimas habent Amison et Sinopen* (de Amiseno ferro v. Aristot. Mir. 48; τὸ Σινωπικὸν στόμωμα celebratur ap. Steph. Byz. v. Λακεδαίμων), *amnes Halyn et Thermodonta ; Themiscyrium oppidum. Tibareni Chalybas attingunt.* Herodotus I, 28 quoque inter populos quos cis Halyn habitantes Crœsus subegerit, Chalybes nominat. At partem Chalybum, quibus ὁ βίος ἦν ἀπὸ τῆς σιδηρείας, in Mossynœcorum ditione Xenophon in itinere suo (V, 4, 1) vidit (cf. § 86). Patet hæc intelligenda esse de regione quæ erat ad *Chalceritin* insulam et Pharnaciam, docente Strabone XII, p. 549 : Οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο, καθ' οὓς μάλιστα ἡ Φαρνακία ἵδρυται. De optimo Μοσσυνοίκῳ χαλκῷ v. Aristot. Mir. c. 6. Ab his autem Chalybibus, qui præcipuas sedes inter Genetem et Thermodontem habebant ac hinc per varias regiones ferro divites dispersi erant, geographo (non item, ut videtur, ethnographo) probe distinguendi sunt Chalybes Armeniæ vicini, viri ἀλκιμώτατοι (Xenophon. IV, 5, 34.), *Armenochalybes* Plinii (VI, 4). Χαλύβους dicit Hecatæus (fr. 195); Xenophon VII, 8, 25 in recensu gentium, quas peragravit, alteros Χάλυβας, alteros Χαλδαίους dicere videtur : Καρδοῦχοι δὲ καὶ Χάλυβες καὶ Χαλδαῖοι καὶ Κόλχοι καὶ Μοσσύνοικοι καὶ Κοῖται καὶ Τιβαρηνοὶ αὐτόνομοι. At legendum potius ἢ Χαλδαῖοι, sive hæc Xenophontis sint, sive, ut puto, ab alio addita. Κοῖται aliunde non noti. Τάοχοι conj. Dindorfius. Corrigendum puto Χοῖται vel Χοΐται; sc. iidem sunt qui Hecatæo dicuntur Χοῖ v. Χοΐ, in ea habitantes regione, quam Scylax et Anonymus Ecechiriensibus tribuunt (§ 83). Ceterum de Chalybibus sive Chaldæis adi Ritter. *Erdk*. II, p. 727; Bernhardy ad Dion. 737; Ukert. III, 2, p. 522, ut mittam alios plurimos. || — Γενήτης λιμήν] γενέσιντις λιμὴν codex; em. Vossius e Stephano : Γενήτης, λιμὴν καὶ ποταμός. Ἀπολλώνιος ἄκραν Γενηταίαν φησί. Σοφοκλῆς ποταμὸν Γένητά φησιν. Plinius VI, 4 Genetas tanquam gentem juxta Chalybes memorat : *Gentes Genetarum, Chalybum ; oppidum Cotyorum ; gentes Tibareni, Mossyni.* Fluvium habet Strabo XII, p. 548: Εἶτα ἄλλη ἄκρα Ἰασόνιον καὶ ὁ Γενήτης. Anonym. Peripl. § 32 : Ἀπὸ δὲ τοῦ Γενήτου ποταμοῦ εἰς Βοῶνα ἀκρωτήριον καὶ χωρίον στάδ. κ'. Ἐνταῦθα λιμὴν πάντων ἀνέμων καὶ ὅρμος ναυσίν. Ille Βοὼν (*Vona* vel *Bona* hod.) Scylacis est λιμὴν κλειστός. De promontorio Apollon. Rh. II, 1009 : Γενηταίου Διὸς ἄκρην γνάμψαντες σώονα παρὲξ Τιβαρηνίδα γαῖαν. II, 378 : Ζηνὸς Εὐξείνοιο Γενηταίην ὑπὲρ ἄκρην; schol. ibi meminit Γένητος (sic) ποταμοῦ. || — Σταμένεια] Ἀμένεια codex; corr. Clausenius, assumpta ex antecedente voce litera σ, collatoque Hecatæo, qui Σταμένην Χαλύβων πόλιν dicit (fr. 196). || — Ἰασονία] ἀσινεία codex; em. Voss. Vid. Xenophon Anab. VI, 2 (Ἰασονία ἀκτή, ἔνθα ἡ Ἀργὼ λέγεται ὁρμίσασθαι); Strabo l. l; Arrian.; Ano-

89. ΑΣΣΥΡΙΑ. Μετὰ δὲ Χάλυβας Ἀσσυρία ἐστὶν ἔθνος καὶ ποταμὸς Θερμώδων καὶ πόλις Ἑλληνὶς Θεμίσκυρα, Λύκαστος ποταμὸς καὶ πόλις Ἑλληνίς, Ἅλυς ποταμὸς καὶ Κάρουσσα πόλις Ἑλληνὶς, Σινώπη πόλις Ἑλληνὶς, Κερασοῦς πόλις Ἑλληνὶς καὶ Ὀχέραινος ποταμὸς, Ἁρμένη πόλις Ἑλληνὶς καὶ λιμὴν, Τετράκις πόλις Ἑλληνίς.

90. ΠΑΦΛΑΓΟΝΙΑ. Μετὰ δὲ Ἀσσυρίαν ἐστὶ Παφλαγονία ἔθνος. Ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ Στεφάνη λιμὴν, Κόλουσσα πόλις Ἑλληνὶς, Κίνωλις πόλις Ἑλληνὶς, Κάραμβις πόλις Ἑλληνὶς, Κύτωρις πόλις Ἑλληνὶς,

89. Assyria. Post Chalybes est Assyria et fluvius Thermodon, et urbs Græca Themiscyra, Lycastus fluvius et urbs Græca, Halys fluvius, et Carussa urbs Græca, Sinope urbs Græca, Cerasus urbs Græca, Ocheræenus fluvius, Harmene urbs Græca cum portu, Tetracis urbs Græca.

90. Paphlagonia. Post Assyriam sequitur Paphlagonum gens. Est in ea Stephane portus, Colussa urbs Græca, Cinolis urbs Græca, Carambis urbs Græca, Cytoris

---

nym. 32; Ptolemæus (Ἰασόνιον ἄκρον). Etiam nunc *Iasun*. De urbe nemo monet, neque uti Noster solet voce ἀκρόπολις. Fortassis erat: Ἰασονία ἄκρα, [Σίδη] πόλις. Nam Side urbs, postea Polemonium dicta, proxime sequitur.

§. 89. Ἀσσυρία] Sic etiam Apollon. Rh. II, 946: Αὐτίκα δ' Ἀσσυρίης ἐπέβαν χθονὸς, ἔνθα Σινώπην.. καθίσσατο... Ζεύς. Pertinet ei Assyria usque ad Irin fluvium. II, 993: Λεῖπον Ἅλυν ποταμὸν, λεῖπον δ' ἀγχίρροον Ἶριν, ἠδὲ καὶ Ἀσσυρίης πρόχυσιν χθονός (Assyriæ terræ campos aggestos)· ἤματι δ' αὐτῷ γνάμψαν Ἀμαζονίδων ἔκαθεν λιμενήοχον ἄκρην, ἔνθα ποτὲ.. Μελανίππην ἥρως Ἡρακλέης ἐλοχήσατο (i. e. Ἡράκλειον promontorium Strabonis p. 548, Arriani, Anonymi, Ptolemæi ll. ll.; prope hodiernum *Termeh*); sequuntur deinceps apud Apoll. Thermodontis ostia, τὸ πεδίον Δοιάντιον (988), Amazonum urbs Themiscyra; deinde Chalybes. Hæc locorum descriptio prorsus cadit in Periplum nostrum, nisi quod quam poeta separatim recenset Amazonum terram, eam geographus Assyriæ adscribit, quæ usque ad Sinopen et paullo ultra patet. Eosdem fontes adhibuit Dionysius 772, ubi item Amazonum regio nomine Assyriæ comprehenditur. De ipso nomine v. Arrian. ap. Eustath. ad Dionys. 772, qui Assyrios a Cappadoce Ninyæ filio Cappadoces dictos esse narrat. De iisdem Assyriis intelligendum est, quod ex eodem Arriano refert Eustathius Dion. 378. Hecatæus (fr. 194), Ephorus, ceteri fere omnes hosce Assyrios appellant Leucosyros, de quo nomine v. Strabo p. 542. 544. 552. 554. 678. 737; Eustath. l. l; Plinius VI, 3. Sec. Herodotum I, 72 οἱ Καππαδόκαι ὑπὸ Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται (ut ap. Plutarch. Lucull. c. 23); quod nomen ab illo Ἀσσυρίων grammatice nihil differt, quamvis inter ea distingui solet, uti constat. || — Λύκαστος ποταμός] Apollon. Rh. II, 999 Amazones Θεμισκυρείας, Λυκαστίας et Χαδισίας nominat a tribus quas habitasse dicuntur urbibus. Vid. schol. ad. II, 999 et II, 373; Plinius VI, 3; Mela I, 19, 9. Fluvium Lycastum 20 stadia ab Amiso distantem memorat Anonym. § 28 et Marcian. in extr. || — Κάρουσσα] Plinius VI, 2: *Oppida Gangre, Carusa, Amisum*. Arrian. § 21 Κάρουσα, 150 stad. a Sinope. Anonymus § 24 eam dicit ἐμπόριον καὶ λιμένα τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, πρῶτον Πολίχνιον (?) καλούμενον. Ptolemæi codices præbent Κάρουσσα. Cf. Marcian. extr. Nunc *Gerzeh*. || — Κερασοῦς, Ὀχέραινος, Ἁρμένη] De Harmene urbe bene constat e Xenoph. Anab. V, 9, 15 (ubi Ἁρμήνη), Mela I, 19, 8, Strabone XII, p. 545 (ubi Ἀρμένη), Plinio VI, 2 (*Armene*), Arriano § 21, Anon. § 21; Marciano p. 72 Huds., Stephano (Ἀρμένη), Geogr. Raven. (*Armone*). Ad Harmenen fluvius erat, qui Marciano Ὀχοσβάτης, Anonymo Ὀχθομένης dicitur. Idem Scylaci est Ὀχέραινος, corrupto haud dubio vocabulo; certe pro ΟΧΕΡ erat ΟΧΘ°. Atque sic quidem recte Mannertus. Gronovius suspicatur Ὀχέραινον Scylacis fortassis esse *Ceraunum* Plinii VI, 3, ubi: *A Neocæsarea supradicta minorem Armeniam Lycus amnis disterminat. Est etiam Ceraunus intus clarus.* Sed hæc a nostro loco prorsus aliena sunt. De *Cerasunte* (Κερασοῦ codex) veteres et recentiores silent. Anonymus tamen § 21 (collato Marcian. l. l.) hæc notat: ἀπὸ δὲ Ἀρμένης εἰς Σινώπην.. στάδια μ'.. Κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων νησίον, ὃ καλεῖται Σκόπελος κτλ. Hujus Σκοπέλου nomen apud indigenas fuisse censeo Κερασοῦς, sicuti § 86 res ipsa adducebat, ut Χοιράδες nomen eundem locum indicare statuerem, qui ab incolis vocabatur Κερασοῦς. Alter locus alterum firmat. || — Τετράκις] Locum aliunde non notum proxime ab antecedente abesse ex situ urbis sequentis intelligitur.

§ 90. Στεφάνη λιμήν] Στεφάνη λιχυμίης codex Paris.; Στεφ. λιμήν cod. Vatican.; κώμη καὶ λιμήν dicitur ap. Anon. § 20; πόλις καὶ λιμήν conj. Fabricius. Cf. Ptolem. V, 4; Marcian. p. 72; Plinius VI, 2. Nunc *Istiphan* seu *Stephanio*. Stephanus Byz. ex Hecatæo (f. 201): Στεφανίς, πόλις Μυριανδυνῶν. Quæ urbs a nostra non diversa esse videtur, quamquam mireris hucusque pertinuisse Mariandynos. || — Κόλουσσα] Hæc aliunde non nota; idem valet de Κρόσσα urbe Pontica, quam ex Hecatæo (fr. 199) Stephanus affert. Fortasse utrumque nomen ad eandem pertinet. Post Stephanen sequuntur: *Anticinolis, Cinolis, Æginetes, Abonutichus, Carambis*. Nisi fallor, Κόλουσσα, modo incorruptum sit, nomen proprium est ejus loci, quem alii propterea quod ex adverso erat Cinolis, Anticinolin dixerunt. De Abonuticho ne cum Mannerto cogitemus, series locorum obstat. || — Κίνωλις] χορωνὶς codex; emendarunt e Strabon. XII, 545, Mela I, 19, 8, Plin. VI, 2 (*Cimolis*), Arrian. § 21, Anonym. § 20; Ptolem. || — Κάραμβις] κάραμως codex; em. Vossius. || — Κύτωρις] sic codex. Cf. Suidas: Κύτωρις, τόπος παραθαλάσσιος. Zonaras: Κύτωρις, ὄνομα ποταμοῦ. Ceteris Κύτωρος (Hom. Il. 2, 853; Apoll. Rh. II, 942), τὸ Κύτωρον (Strabo XII, p. 542. 544. 545; Ptolem. V, 1. p. 313, 1; Arrian. § 20 Anon. § 17; Marcian. p. 71. Valer. Flacc. II, 105),

Σησαμὸς πόλις Ἑλληνὶς καὶ Παρθένιος ποταμὸς, Τίειον πόλις Ἑλληνὶς καὶ λιμὴν, Ψύλλα καὶ ποταμὸς Καλλίχορος.

91. ΜΑΡΙΑΝΔΥΝΟΙ. Μετὰ δὲ Παφλαγονίαν Μαριάνδυνοί εἰσιν ἔθνος. Ἐνταῦθα πόλις ἐστὶν Ἡράκλεια Ἑλληνὶς, καὶ ποταμὸς Λύκος καὶ ἄλλος ποταμὸς Ὕπιος.

92. ΒΙΘΥΝΟΙ. Μετὰ δὲ Μαριανδύνους εἰσὶ Θρᾶκες Βιθυνοὶ ἔθνος, καὶ ποταμὸς Σαγάριος καὶ ἄλλος ποταμὸς Ἀρτάνης καὶ νῆσος Θυνιὰς (οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν Ἡρακλεῶται) καὶ ποταμὸς Ῥῆβας. Εἶτ' εὐθὺς ὁ πόρος καὶ τὸ προειρημένον ἱερὸν ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, καὶ μετὰ τοῦτο πόλις Χαλκηδὼν ἔξω * Θρᾴκης, μεθ' ἣν ὁ κόλπος ὁ Ὀλβιανός. Παράπλους ἀπὸ Μαριανδύνων μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κόλπου τοῦ Ὀλβιανοῦ

urbs Græca, Sesamus urbs Græca et Parthenius fluvius, Tieum urbs Græca et portus Psylla et fluvius Callichorus.

91. Mariandyni. Post Paphlagoniam Mariandynorum est natio. Illic est Heraclea urbs Græca et fluvius Lycus et alius fluvius Hypius.

92. Bithyni. Post Mariandynos sequitur Thracica gens Bithynorum et flumen Sangarius et aliud flumen Artanes et Thynias insula; inhabitant hanc Heracleotæ; tum fluvius Rhebas. Dein statim est fretum et supra memoratum fanum in ostio Ponti; post hoc est urbs Chalcedon jam extra Bosporum Thraciæ sita; deinde sinus Olbianus. Prætervectio a Mariandynis usque ad intimum sinus Olbiani recessum (tantæ enim magni-

---

τὰ Κύτωρα (Theoprast. H. Plant. III, 15, 5). Montem *Cytorum* Paphlag. memorat Plin. VI, 2 et Virgil. Georg. II, 437. — Eustathius ad Hom. p. 361, 42: Ἔδοξε δέ τισι καὶ διὰ τοῦ δ γράφειν Κύδωρον. Hæc e Stephano petiverit, a quo duplicem formam indicatam esse nostri arguünt codices, Κύτδωρος præbentes. || — Σήσαμος] V. Homer. Il. II, 853; Apoll. Rh. II, 941; schol. ad Apoll. Rh. II, 178; Mela I, 19, 18; Strabo XII, p. 544; Plin. VI, 2. Postea Amastris (Memnon c. 5); hodie *Amasserah*. || — Τίειον] τίθιον codex, Τίειον Strabo ap. Stephan. v. Τίος; codices Strab. XII, p. 542 Τήιον, idque jam reperit Eustath. ad Il. II, 855 et Od. III, 366. Vulgo Τίος vel Τίον; hodie *Tios* vel *Tilios*. || — Ψύλλα] Ψύλλη ap. Arrian., Anon., Marcian.; Ψύλλιον Ptol., *Scylleum* corrupt. Tab. Peuting. || — Καλλίχορος] memoratur ap. Apoll. Rhod. II, 901, ubi Argonautæ ab Acherusio prom. et Acheronte fluvio ad Callichori fluvii ostia veniunt; Valer. Flacc. V, 75; Ammianus Marcellin. XII, 8, 24 (item ex Argonauticis); Schol. Apoll. Rh. l. l.: ποταμὸς Παφλαγονίας, ἱερὸς Διονύσῳ, περὶ Ἡράκλειαν· οὗ μέμνηται καὶ Καλλίμαχος· ἔξεισι δὲ διὰ στομάτων δισσῶν· οὕτω δὲ κέκληται ἀπὸ τοῦ τὸν Διόνυσον αὐτόθι στῆσαι χορόν, ὅτε ἀπὸ Ἰνδῶν ὑπέστρεφε. Τοῦτον δὲ πάλιν Ὀξύνοντα (an Ὀξυνοῦντα?) ἐκάλουν. Hoc altero nomine fluvius memoratur ap. Marcian. p. 70. (Ὀξίνης), Arrian. (Ὀξείνας), Anonym. (Ὀξίνας); Nunc *Oksina* sive *Koseh*. Usque ad hunc fluvium (inde a Lepte prom.) Paphlagonia Scylacis pertinuit. Eodem modo statuisse Apollonium inde colligis, quod ad utramque Billæi prope Tium egredientis ripam memorat Paphlagones (II, 792).

§ 91. Μαριάνδυνοι] sic etiam in sqq. Μαριανδύνων, Μαρυανδύνους. St. Byz. ap. Eustath. ad Dion. 787: Τὸ ἐθνικὸν Μαριάνδυνος μὲν λέγεται προπαροξυτόνως κατὰ τοὺς Αἰολεῖς.., ἡ δὲ κοινὴ ὀξύνει αὐτό. Cf. Arcad. p. 66, 3. || — Λύκος] V. Apoll. Rh. II, 724; Orph. Arg. 721; Arrian. § 18 Anon. § 9. || — Ὕπιος] Cf. Apoll. Rh. II, 795; Marcian. p. 70; Arrian. et Anom. l. l.; Memnon c. 44. Salmasius Exerc. Plin. p. 616. Nunc *Milan-su*. Mariandynorum ditionem ultra Hypium usque ad Sangarium pertinuisse colligas ex Apoll. Rh. II, 723.

§ 92. Θρᾶκες Βιθυνοί] V. Herodot. VII, 75; Xenophon An. VI, 2, 18; Strabo XII, p. 541; Dionys. 793; schol. Apoll. Rh. II, 117; Arrian. ap. Eustath. ad Dion. l. l. || — Σαγάριος] sic codex. In numis occurrit Σαγγάριος et Σάγαρις. Apud auctores: Σαγγάριος, Σάγγαρος, Σάγγαρις, Σάγαρις. Scylacis formam, si incorrupta est, exhibet etiam Hesychius v. Σαγάριος. Plura v. in Steph. Thes. s. v. Nunc fluvius *Sakaria*. || — Ἀρτάνης] ἀρτώνης codex; em. Voss. Cf. Arrianus § 17; Anonym. § 3 (ubi cod. Ἀρτάνος). Nunc *Kabakoz*. || — Θυνιάς] V. Apoll. Rh. II, 675, ibique schol., Steph. Byz. s. v., Strabo p. 543. etc. Nunc *Kefken Adassi*. || — Ἡρακλεῶται] οἱραχλ. codex; fort. οἱ Ἡρ. || — Ῥῆβας] Nunc *Riva*. V. Apoll. Rh. II, 650; Dionys. 794; Orph. Arg. 711; Arrian. l. l.; Plin. VI, 1. || — ὁ πόρος] addidi articulum. Malis ὁ Βόσπορος. || — Χαλκηδὼν] Καλχιδὼν codex, sueta nominum confusione. || — ἔξω Θρᾴκης] Quomodo Chalcedon extra Thraciam Bithynicam sita sit non capio. Quare lacunam notavi. Erat, puto: ἔξω [τοῦ πόρου τῆς] Θρᾴκης. || — κόλπος ὁ Ὀλβιανός] Sic etiam Mela I, 19: *Olbianus sinus, cujus in gremio Astacus a Megarensibus condita*. Plinio V, 43 et Straboni XII, p. 459 et 563 dicitur κ. Ἀστακηνός. Mannertus VI, 3, p. 581 Astacum urbem Atheniensium colonia restauratam (Dydalso apud Bithynos regnante circa tempora belli Peloponnesiaci. V. Clinton F. H. III, p. 411) viribusque deinceps florentem (Memnon. c. 20) mutato nomine Olbiam dictam esse censet, ejusque rei certissimum argumentum in eo positum esse, quod Scylax sinum Olbianum, non vero Astacenum, dicat. Abiit hæc sententia in libros plurimos mappasque. Num vera sit anquirere non est otium; hoc tamen patet argumentum e Scylace petitum nihil probare; nam quum eidem Scylaci placuisset Anactorium sinum et Delphicum et Selymbrianum dicere qui reliquis est Ambracius et Corinthius et Toronæus: haud graviore de causa Olbianum dicere licebat quem alii Astacenum vocant. Nihilo firmius est alterum argumentum, quod ex Stephano Astacum Olbiæ nymphæ filium esse tradente erui voluit Mannertus. Immo Olbia Astaci filia dicenda fuisset. Contra vero mireris Melam, l. l. quum *Olbianum* sinum

(τοσαύτη γάρ ἐστιν ἡ Βιθυνῶν Θρᾴκη) ἡμερῶν τριῶν. Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου, ἕως [ἐπὶ] τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης παραπλήσιός ἐστιν ὁ πλοῦς, ὅ τε παρὰ τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν.

93. ΜΥΣΙΑ. Μετὰ δὲ Θρᴀ́κην Μυσία ἔθνος. Ἔστι δὲ τὸ ἐπ' ἀριστερᾷ τοῦ Ὀλβιανοῦ κόλπου ἐκπλέοντι εἰς τὸν Κιανὸν κόλπον μέχρι Κίου. Ἡ δὲ Μυσία ἀκτή ἐστι. Πόλεις δ' ἐν αὐτῇ Ἑλληνίδες εἰσὶν αἵδε· Ὀλβία καὶ λιμὴν, Καλλίπολις καὶ λιμὴν, ἀκρωτήριον τοῦ Κιανοῦ κόλπου, καὶ ἐν ἀριστερᾷ Κίος πόλις καὶ Κίος ποταμός. Παράπλους δὲ τῆς Μυσίας εἰς Κίον ἡμέρας μιᾶς.

94. ΦΡΥΓΙΑ. Μετὰ δὲ Μυσίαν Φρυγία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις Ἑλληνίδες αἵδε· Μύρλεια καὶ Ῥύνδακος ποταμὸς καὶ ἐπ' αὐτῷ Βέσβικος νῆσος, καὶ πόλις Πλακία καὶ Κύζικος ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐμφράττουσα τὸν ἰσθμὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ Ἀρτάκη. Κατὰ ταύτην νῆσός ἐστι καὶ πόλις Προκόννησος καὶ ἑτέρα νῆσος εὐλίμενος Ἐλαφόννησος· γεωργοῦσι δ' αὐτὴν Προκοννήσιοι. Ἐν δὲ τῇ ἠπείρῳ πόλις ἐστὶ Πρίαπος, Πάριον, Λάμψακος, Περκώτη, Ἄβυδος, καὶ τὸ στόμα κατὰ Σηστὸν τῆς Προποντίδος τοῦτό ἐστι.

95. ΤΡΩΑΣ. Ἐντεῦθεν δὲ Τρωὰς ἄρχεται, καὶ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν ἐν αὐτῇ αἵδε· Δάρδανος, Ῥοίτειον, Ἴλιον (ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς θαλάττης στάδια κε'.) καὶ ἐν αὐτῇ ποταμὸς Σκάμανδρος. Καὶ νῆσος κατὰ

tudinis est Bithynorum Thracia) dierum est trium. Ab ostio vero Ponti usque ad Mæotidis paludis ostium secundum Europam et Asiam æqualis est navigatio.

93. Mysia. Thraciam excipit gens Mysorum. Est vero ea ad sinistram Olbiani sinus naviganti in Cianum sinum usque ad Cium. Mysia autem quasi peninsula in mare excurrit. Urbes in ea Græcæ sunt hæ: Olbia cum portu, Callipolis cum portu, promontorium sinus Ciani, ad sinistram Cius urbs et Cius fluvius. Prætervectio Mysiæ usque ad Cium est diei unius.

94. Phrygia. Post Mysiam sequitur Phrygum gens, urbesque Græcæ hæ: Myrlea et Rhyndacus flumen, ad quod est Besbicus insula, et urbs Placia; in isthmo quem obstruit Cyzicus sita est, intra isthmum est Artace. Circa hæc est Proconnesus insula cum urbe, aliaque insuper insula Elaphonnesus, commodis instructa portubus. Hujus agrum colunt Proconnesii. In continenti est urbs Priapus, Parium, Lampsacus, Percote, Abydus, ostiumque hoc est Propontidis ad Sestum.

95. Troas. Hinc Troas exordium capit, urbesque in ea Græcæ sunt hæ: Dardanus, Rhœteum, Ilium, quæ stadiis 25 a mari abest, et in ea fluvius Scamander. Circa hæc est Tenedus insula cum portu; unde

---

memorat, non tamen Olbiam urbem, sed Astacum memorare; aut pro *Olbiano* dixisset *Astacenum*, aut *Olbiam* pro *Astaco*. Magis offendit quod Memnon, qui fata urbis fusius exposuit, de mutato nomine nihil videatur monuisse. || — ἐπὶ] vel εἰς add. e conj. Gailii. || — ἡμερῶν τριῶν] A Parthenio fl. ad Astacum stadia sunt ad mille trecenta. || — παραπλήσιος] Recte.

§ 93. Κιανὸν κόλπον] De hoc sinu Mela I, 19: *Sine nomine Cium amplectitur.* Neque Plinius neque Strabo nomen sinus memorant. || — Καλλίπολις] Hæc aliunde non nota, quantum sciam. || — ἀκρωτήριον] Ποσειδήιον ἄκρην dicit Apollonius Rh. I, 1279. || — Κίος ποταμός] De hoc *Scylacem Caryandensem* laudat schol. Apollon. Rh. I, 1177, ubi postquam de urbe Cio ex Aristotele (Fragm. Hist. tom. II, p. 161) quædam apposuerat, pergit: Καὶ ποταμὸς δέ ἐστιν οὕτω καλούμενος, τὴν Μυσίαν περιρρέων, οὗ μνημονεύει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς. Περιρρεῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν ὁ ποταμὸς οὗτος (Cf. Etym. M. v. Ἀργανθώνιος; schol. Theocrit. XIII, 30 et Bernhardyus ad Suidam, tom. I, p. 694). Vides his cum Peripli nostri verbis nihil esse commune. Verba περιρρέων τὴν Μυσίαν ita intelligenda ut Cius fluvius Mysiam minorem sive Hellesponticam a Phrygia dirimat. Eandem sententiam de finibus Mysiæ etiam Nostris inesse eo probatur quod ἀκτὴν Mysiam auctor dicat, id est tractum illum qui inter Olbianum et Cianum sinum in mare procurrit. Præterea aliud, quod in Periplo frustra quæris, ex Scylace affert Strabo XII, p. 566. Videlicet pone Cium in mediterraneis situs est lacus Ascanius, ad quem Mysos Phrygesque se attigisse dicit. Deinde pergit: Ὅτι δ' ἦν κατοικία Μυσῶν ἡ Βιθυνία πρῶτον μαρτυρήσει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς φήσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας καὶ Μυσούς· ἔπειτα Διονύσιος ὁ τὰς Κτίσεις συγγράψας. || — ἡμέρας μιᾶς] Ab Astaco ad Cium supra 800 stadia sunt. Notandum est in sequentibus quoque per totam oram Asiæ minoris paraplum in unius diei navigationem multo majora spatia quam Scylacei calculi ferunt, computari.

§ 94. Phrygia sec. Scylacem pertinet a Cio fluvio usque ad Antandrum. Distinguuntur autem in hoc oræ tractu Troas et Æolis. Cf not. § 96. || — Ῥύνδακος] Ῥύδανκος cod.; em. editt. || — Πλακία] Πλακίου codex; em. Clausenius. Vossius voluit Πλακίη (ex Herodoto) vel Πλάκιον. V. Herodot I, 57; Mela I, 19; Plinius V, 40; Steph. Byz. v. Πλάκη. Holstenius hoc loco Thebas Hypoplacias Homeri (Il. 6, 425. 22, 479) quærendas putavit, perperam. || — Κύζικος] V. Marquardt *Cyzicus und sein Gebiet*. Berlin. 1836. || — κατὰ ταύτην] κ. ταύτῃ codex; em. Fabricius; κατὰ ταῦτα cod. Vatican. || — Πάριον] σάριος cod.; em. Vossius.

§ 95. Ἐντεῦθεν ἄρχεται] Post Abydum incipere Troadem e Scylace etiam Strabo testatur XIII, p. 583, ubi postquam dixerat Troadis initium Homerum ponere ab Æsepo fluvio, Eudoxum a Priapo et Artace, Damastem a Pario, Charonem a Practio, addit: Σκύλαξ δὲ ὁ Καρυανδεὺς ἀπὸ Ἀβύδου ἄρχεται, ὁμοίως δὲ τὴν Αἰολίδα Ἔφορος μὲν λέγει ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης· ἄλλοι δὲ ἄλλως. || — Ῥοίτειον] Ῥύτειον cod.; em. editt. ex Herodot. VII, 43; Strabon. XIII,

ταῦτα κεῖται Τένεδος καὶ λιμὴν, ὅθεν *Κλεόστρατος ὁ ἀστρόλογός ἐστι. Καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Σίγη καὶ Ἀχίλλειον καὶ Κρατῆρες Ἀχαιῶν, Κολωναὶ, Λάρισσα, Ἀμαξιτὸς καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἵνα Χρύσης ἱερᾶτο.

96. ΑΙΟΛΙΣ. Ἐντεῦθεν δὲ Αἰολὶς χώρα καλεῖται. Αἰολίδες δὲ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν ἐπὶ θαλάττῃ αἵδε ** Κεβρὴν, Σκῆψις, Νεάνδρεια, Πιτύεια. Παράπλους Φρυγίας ἀπὸ Μυσίας μέχρι Ἀντάνδρου **.

est Cleostratus astrologus. Porro in continenti sunt Sige, Achilleum, Crateres Achivorum, Colonæ, Larissa, Hamaxitus et fanum Apollinis, ubi Chryses sacerdos erat.

96. Æolis. Regio quæ sequitur Æolis appellatur. Æolicæ in ea urbes ad mare sunt hæ : [*Assus, Gargara, Antandrus ; in mediterraneis urbes sunt*] : Cebren, Scepsis, Neandria, Pityia. Prætervectio Phrygiæ a Mysia usque ad Antandrum est **.

---

p. 595; Steph. s. v.; Mela I, 18, 5; Plinio V, 33. Ῥοίτιον ap. Thucyd. IV, 52. VIII, 101. || — Κλεόστρατος] Κλειόστρατος codex. Meminit viri Hygin. Poem. astron. II, 13 : *Hædos Cleostratus Tenedius dicitur inter sidera ostendisse.* Plinius II, 8 : *Obliquitatem ejus* (signiferi) *intellexisse Anaximander Milesius traditur primus Olymp. LVIII; signa deinde in eo Cleostratus, et prima arietis et sagittarii.* Censorinus De d. nat. c. 21 : *Hanc octaeterida vulgo creditum est ab Eudoxo Cnidio institutam. Sed hanc Cleostratum Cnidium primum ferunt composuisse, et postea alios aliter.* Præterea Theophrastus De sign. pluv. init. Cleostratum Tenedium et Matricetam Methymnæum et Phæinum Atheniensem (Metonis magistrum) meteorologicis observationibus operam navasse tradit. Ex quibus colligitur Cleostratum vixisse inter Olymp. 58 et Eudoxi ætatem (500-400). Accuratioris nihil constat. V. Ideler *Techn. Chronol. d. Alten* t. I, p. 305. Alius Cleostratus Tenedius junior Φαινόμενα scripsit (Vit. Arat. p. 57 in Βιογρ. Westermanni et schol. Vatican. in Eurip. Rhes. 524 p. 299 ed. Cobet. || — ἐν αὐτῇ] ἐν αὐτῷ codex. || — Σίγη καὶ Ἀχίλλειον] Τοίχη καὶ Ἀγιαλεῖον codex; em. Gronovius. Stephan.: Σίγη, πόλις Τρωάδος, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Avien. Or. m. 46: *Damastes nobili natus* Sige. Cf. Fragm. Histor. IV, p. 654. Ceterum Σίγη hæc et Σίγειον Herodoti (V, 65. 94), Strabonis, aliorum, non sunt diversa, ut puto. Quoad Ἀχίλλειον, v. Herodot. V, 94; Strabo XIII, p. 600; Plinius V, 33; Arrian. Anab. I, 11; Stephan. s. v. : ἔστι καὶ πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ Ἀχίλλειον. || — Κρατῆρες Ἀχαιῶν] Nomen hoc aliunde non notum; locus vero, ni fallor, idem est cum eo, quem Ἀχαίιον appellat Strabo XIII, p. 596 : Μικρὸν δὲ προελθοῦσιν ἀπὸ τῆς παραλίας ταύτης (quæ est ad Sigeum) ἔστι τὸ Ἀχαίιον, ἤδη τῆς Τενεδίων περαίας ὑπάρχον. Idem p. 604 : Ἔστι δ' ἡ μετὰ τὴν Σιγειάδα ἄκραν καὶ τὸ Ἀχίλλειον ἡ Τενεδίων περαία, τὸ Ἀχαίιον καὶ αὐτὴ ἡ Τένεδος.... Ἦν δὲ τῷ Ἀχαιίῳ συνεχὴς ἥ τε Λάρισσα καὶ Κολωναὶ, τῆς Δίας οὖσαι πρότερον, καὶ ἡ νῦν Χρύση... καὶ ἡ Ἀμαξιτὸς ἡ τῷ Λεκτῷ ὑποκειμένη συνεχής· νῦν δ' ἡ Ἀλεξάνδρεια συνεχής ἐστι τῷ Ἀχαιίῳ. Vossius putavit intelligendas esse τὰς λιμνοθαλάττας ad ostium Scamandri, de quibus Strabo dicit XIII, p. 595 : Μετὰ δὲ τὸ Ῥοίτειόν ἐστι τὸ Σίγειον.. καὶ ὁ Ἀχαιῶν λιμήν, καὶ τὸ Ἀχαϊκὸν στρατόπεδον καὶ ἡ Στομαλίμνη καλουμένη καὶ αἱ τοῦ Σκαμάνδρου ἐκβολαί· συμπεσόντες γὰρ ὅ τε Σιμόεις καὶ ὁ Σκάμανδρος ἐν τῷ πεδίῳ, πολλὴν καταφέροντες ἰλὺν, προσχοῦσι τὴν παραλίαν καὶ τυφλὸν στόμα τε καὶ λιμνοθαλάττας καὶ ἕλη ποιοῦσι. « Hauriunt enim hæ λιμνοθάλατται et paludes omnem eorum fluviorum aquam non secus ac crateres. Et sane quemmodum κρατὴρ proprie est, ἐν ᾧ τι κεράννυται, sic etiam hæ λιμνοθάλατται et paludes κρατῆρες appellantur, quod in iis aqua Simoentis et Scamandri misceatur. » Hæc Vossius, etiam alia addens quæ longius omnia petita sunt, uti jam Gronovius recte monuit. Nominis ratio, e belli Trojani historia repetenda, latet nos. Eodem fere loco ponendum oppidum ex uno Hecatæo (f. 209) notum : Μυρικοῦς, πόλις καταντικρὺ Τενέδου καὶ Λέσβου (l. Λήμνου), τῆς Τροίας. || — Κολωναί] κολῶναι codex, ut ap. Pausan. X, 14, 1 legitur; sed Κολωναὶ Thucyd. I, 131; Xenoph. Hell. III, 1, 13; Strabo XIII, p. 589. 605, etc. || — Ἀμαξιτός] Ἀμάξιτον cod.; em. Fabricius. V. Thucyd. et Xenoph. ll. ll., Strabo p. 473 604. 612. 611; Steph. Byz. s. v.; Ælian. N. An. XII, 5; Plin. V, 33. || — ἱερὸν Ἀπόλλ.] Chrysen templumque Apollinis Sminthei prope Hamaxitum fuisse testatur Strabo III, p. 612, putans ille Chrysen Homericam sitam fuisse in intimo sinu Adramytteno prope Antandrum, postea autem urbe diruta, sacrum Apollinis translatum esse εἰς τὴν Χρύσαν τὴν κατὰ Ἀμαξιτόν. Cf. id. p. 604 sq. Plinius V, 32 : *Promontorium Lecton disterminans Æolida et Troada. Fuit et Polymedia civitas et Chrysa et Larissa alia. Smintheum templum durat.* Porro Ælianus N. An. XII, 5 de conditoribus templi : ᾤκουσι μὲν εἰς τὴν Ἀμαξιτόν. In Tab. Peutingeriana *Sminthium* collocatur 4 mill. ab Alexandria Troadis. Quodsi hoc ipsum est illud, quod in Periplo nostro indicatur, memorandum erat non post, sed ante Hamaxitum.

§ 96. ἐπὶ θαλάττῃ αἵδε] Lacunam notavi, quum sequentes urbes non sint maritimæ, desiderentur autem oræ urbes maximæ Assus, Gargara et Antandrus, quarum postrema in sqq. ita memoratur, ut pateat de ea jam dictum esse in antecc. Igitur fuerit : εἰσὶν ἐπὶ θαλάττῃ αἵδε· [Ἄσσος, Γάργαρα, Ἄντανδρος· ἐν δὲ μεσογείᾳ αἵδε·] Κεβρὴν κτλ. || — Κεβρήν] Κέβρην codex. V. Arcadius. De acc. p. 9, 9. De situ Cebreniæ regionis e Demetrio Scepsio, harum regionum peritissimo, nos docet Strabo XIII, p. 596 sq. 606 sq. Cf. Xenophon Hellen. III, 1, 17; Ephorus fr. 22 (ubi Cebren Cumæorum colonia dicitur); Demosthen. p. 671, 9; Steph. Byz. v. Κεβρηνία. Mannertus p. 466 Scylacis verbis, uti in editionibus exhibentur, innitens, sibi persuasit Cebrenem eo loco sitam fuisse, quo postea esset Assus urbs. || — Νεάνδρεια] De situ urbis Strabo XIII, p. 606 : Τῆς μὲν γὰρ Ἀμαξιτοῦ Νεανδριεῖς ὑπέρκεινται, καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐντὸς Λεκτοῦ, μεσογαιότεροί τε καὶ πλησιαίτεροι Ἰλίῳ· διέχουσι γὰρ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα σταδίους· τούτων δὲ καθύπερθε Κεβρηνία. Hanc quoque urbem Mannertus l. l. et Forbigerus II, p. 414 ad

97. ΛΕΣΒΟΣ. Κατὰ ταῦτά ἐστι νῆσος Αἰολὶς Λέσϐος, ε' πόλεις ἔχουσα ἐν αὐτῇ τάςδε· Μήθυμναν, Ἄντισσαν, Ἐρεσὸν, Πύρραν καὶ λιμένα, Μιτυλήνην λιμένας ἔχουσαν δύο. Κατὰ δὲ ταύτην νῆσός ἐστι καὶ πόλις· ὄνομα δὲ ταύτης Πορδοσελήνη. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην ἐπὶ τὰς νήσους.

98. ΛΥΔΙΑ. Ἀπὸ Ἀντάνδρου καὶ τῆς Αἰολικῆς τὸ κάτω ἦν πρότερον μὲν δι' αὑτὴν ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας, νῦν δὲ Λυδία. Μυσοὶ δ' ἐξανέστησαν εἰς τὴν ἤπειρον ἄνω. Εἰσὶ δὲ πόλεις ἐν αὐτῇ Ἑλληνίδες καὶ ἐν τῇ Λυδίᾳ αἵδε· Ἄστυρα, οὗ τὸ ἱερὸν [Ἀρτέμιδος, καὶ] Ἀδραμύττιον. Ἡ δὲ χώρα Λεσϐία· καὶ ὑπὲρ ταύτης ἡ Χίων χώρα καὶ πόλις Ἀταρνεύς· ὑπὸ δὲ ταῦτα ἐπὶ θάλατταν λιμὴν Πιτάνη καὶ ποταμὸς

97. Lesbus. Ibi oræ objecta est Lesbus insula Æolica, urbesque in ea quinque: Methymna, Antissa, Eresus, Pyrrha cum portu, Mitylene binis instructa portubus. E regione Mitylenes sita est insula cum urbe, cui Pordoselenes nomen. Sed ad continentem redeo, unde ad insulas deverteram.

98. Lydia. Quæ post Antandrum et Æolicam regionem sequitur ora maritima prius quidem sui juris erat Mysia terra usque ad Teuthraniam, nunc vero est Lydiæ pars, Mysis in mediterranea ejectis. Urbes vero Græcæ in vetere hac Mysia et in Lydia hæ sunt: Astyra, ubi fanum est Dianæ, et Adramyttium. [*Deinde*] est ditio Lesbica, et post hanc Chiorum territorium et civitas Atarneus. Infra hæc loca ad mare est portus

---

oram marit. transponunt. Meliora vide ap. Leake in Asia min. p. 274. Ceterum cf. Xenophon. Hell. III, 1, 16 (ex quo item colligas non fuisse Neandriam ex maritimis urbibus, quæ Dercillidæ se dederunt); Theopomp. fr. 310; Charax fr. 4; Plinius V, 32. || — Πιτύεια] πετίεια codex; em. Vossius, nihil tamen addens de hac urbe; neque ego de ea dicere habeo.

§ 97. Μήθυμναν] μέθ. codex; em. Fabricius. || — Πορδοσελήνη] πορδός· ἐλένη codex. V. Strabo XIII, p. 618, ubi nonnullos τὰς δυσφημίας τῶν ὀνομάτων φυγόντας insulam vocasse ait Ποροσελήνην. Cf. Steph. Byz. s. v.; *Poroselene* ap. Plinium VIII, 83. V, 38; Ptolem. V, 2; Ælian. N. An. II, 6; Προσελήνη Hierocles p. 686.

§ 98. Αἰολικῆς] ἰνδίσης codex; Ἴδης conj. Palmerius, Ἰλιακῆς Clausenius. Sed Antandrus non Troadi tribuitur, sed Æolidi, quam a Troade distinguit auctor. Itaque Αἰολικῆς scribendum erat. Τὸ κάτω (malis τὰ κάτω) est ora maritima, τὸ ἄνω sive ἡ ἄνω ἤπειρος regio mediterranea, uti constat. Deinde pro δι' αὐτὴν, quod in codice legitur et sic nihili est, scripsi δι' αὑτὴν, *per se* erat, sui juris erat, nondum pars Lydiæ. Sin traditas literas minus curare liceret, proponerem: τὸ κάτω πρότερον μὲν καὶ αὐτὸ ἦν Μυσία χώρα, pars inferior olim ipsa quoque Mysia regio erat, sc. sicuti altera erat Mysia Hellespontica. || — Τευθρανία] erat Mysiæ pars meridionalis ad convalles Caici fluvii, quæ regio inter Elæam et Pergamum fere usque ad mare pertingebat, adeo ut ne 70 quidem stadia ab Elæa abesset, teste Strabone XIII, p. 615. Cf. id. p. 571 et 551. || — ἐν αὐτῇ καὶ ἐν τῇ Λυδίᾳ] « in ea regione quæ proprie Mysia et in ea quæ proprie Lydia vocata est. Scylacis tempore per utramque pertinebat nomen Lydiæ. » Clausen. Infra quoque utramque memorat: παράπλους δὲ Μυσίας καὶ Λυδίας ἀπὸ Ἀστύρων μέχρι Μαιάνδρου. || — Ἄστυρα] ἄσυρα codex; em. Voss. Strabo XIII, p. 613: Μυσία μὲν οὖν ἐστι ἡ περὶ τὸ Ἀδραμύττιον· ἦν δέ ποτε ὑπὸ Λυδοῖς· καὶ νῦν Πύλαι Λύδιαι καλοῦνται ἐν Ἀδραμυττίῳ· Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὴν πλησίον κώμην φασίν. Ἦν δὲ πολίχνη ποτὲ, ἐν ᾗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προστατούμενον μεθ' ἁγιστείας ὑπ' Ἀντανδρίων, οἷς μᾶλλον γειτνιᾷ. Cf. id. p. 605. 614. || — Ἀρτέμιδος καὶ] οὗ τὸ ἱερὸν οἱ (sic) Ἀδραμύττιον codex; em. Vossius e Strabone l. l. Cf. Xenophon Hell. IV, 1, 41: Ἀφικόμενος δὲ εἰς Θήϐης πεδίον κατεστρατοπεδεύσατο περὶ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν. A Thebe Hypoplacia 70 stadia distabant Astyra, sec. Strabon. p. 614. Ipse locus a dea nomen acceperat, quæ erat *Astor* vel *Astarte*. Phœnices olim ibi consedisse inde etiam colligas quod altera Astyra in Rhodiorum Peræa expresse tamquam Phœnicum urbs commemoratur. V. Stephanus: Ἄστυρα, πόλις Μυσίας, οὐδετέρως, πρὸς τῇ Τρωάδι· λέγεται καὶ ἑνικῶς Ἄστυρον. Ἔστι καὶ κώμη πλησίον τοῦ Ἀδραμυττίου (a priore non diversa), ὡς Στράϐων. Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκων (Φοινίκης codd.; em. Movers) κατὰ Ῥόδον, ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ Ἀστυρίς... Τὸ ἐθνικὸν Ἀστυρηνός, ἀφ' οὗ καὶ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν. Tertia Astyra sec. Strabon. XIII, p. 591 ad Hellespontum supra Abydum erant; hanc quoque Phœnicum fuisse coloniam ex auri fodinis quæ ibi fuisse dicuntur, recte colligitur. V. Movers. *D. Phœn. Alterth.* II, 2, p. 247. 295 sqq. || — Ἀδραμύττιον] sic codex; olim editt. Ἀδραμύτιον, quod numorum auctoritate defendere licebat. Ceterum hæc quoque urbs origine non græca fuit, ipso testante nomine; sed colonos accepit Athenienses. Strabo XIII, p. 606: Ἀδραμύττιον, Ἀθηναίων ἄποικος πόλις, ἔχουσα καὶ λιμένα καὶ ναύσταθμον. Quare Aristoteles etiam Rempublicam eorum scripsit (Fr. Hist. II, p. 163, fr. 191). || — ἡ δὲ χώρα Λεσϐίων] Hæc vereor ne negligentis sint excerptoris. Non enim probabile est Lesbiorum fuisse agrum in quo Astyra erant et Adramyttium, urbs hujus tractus maxima portuque et Atheniensium colonia pollens. Strabo l. l. post Adramyttium et extra sinum Adramyttenum, quem Pyrrha promontorium claudit, sitam fuisse dicit Cisthenen cum portu, supra hanc in mediterraneis Perperenam et Trarium, et tum demum ἐν τῇ παραλίᾳ τῇ ἐφεξῆς τὰς τῶν Μυτιληναίων χώρας Κορυφαντίδα καὶ Ἡράκλειαν. Sic Scylax quoque nihil dixerit nisi *post* Adramyttium in ora esse agrum Lesbicum: εἶτα ἡ χώρα Λεσϐία. || — Χίων] Κίων codex; em. Vossius. || — Ἀταρνεύς] De Atarneo a Cyro Chiis data mercede proditionis v. Herodot. I, 160. Cf. VIII, 106. Xenoph. Hell. III, 2, 11. Diodor. XIII, 65. XVI, 52. Strabo XIV, p. 610. Ceterum de hoc loco vid. Prolegg. || — Πιτάνη] Πατάνη, sed mox Πιτάνην codex; fuerit: πόλις καὶ λιμὴν Πιτάνη. || — Καϊ-

Καΐκος. Μετὰ Πιτάνην Ἐλαία, Γρύνειον, Ἀχαιῶν λιμήν· ἐν τούτῳ λέγονται Ἀχαιοὶ βουλεύσασθαι ἐπὶ τὸν Τήλεφον πότερον στρατεύοιεν ἢ ἀπίοιεν· πόλις Μύρινα καὶ λιμὴν, Κύμη καὶ λιμήν (ὑπὲρ δὲ Κύμης ἐν μεσογείᾳ πόλις Ἑλληνίς ἐστιν Αἰγαὶ) καὶ Λεῦκαι καὶ λιμένες καὶ Σμύρνα, ἐν ᾗ Ὅμηρος ἦν, Φώκαια καὶ λιμὴν καὶ Ἕρμος ποταμὸς, Κλαζομεναὶ καὶ λιμὴν, Ἐρυθραὶ καὶ λιμήν. Κατὰ δὲ ταύτας νῆσός ἐστι Χίος καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον. Γέραι πόλις καὶ λιμὴν, Τέως πόλις καὶ λιμὴν, Λέβεδος, Κολοφὼν ἐν μεσογαίᾳ, Νότιον καὶ λιμὴν, Ἀπόλλωνος

Pitane et fluvius Caïcus. Post Pitanen sequitur Elæa, Gryneum, Achivorum portus, in quo fama est Achivos deliberasse, utrum Telepho arma inferrent, an discederent; tum Myrina urbs cum portu, Cyme cum portu (Supra Cymen in mediterraneo tractu est urbs Græca Ægæ) et Phocæa cum portu et Leucæ cum portubus et Hermus fluvius et Smyrna, ubi (*unde?*) Homerus fuit; porro Clazomenæ cum portu et Erythræ cum portu. Ad has est Chius insula cum portu. Confero me denuo ad continentem, ubi sequitur Geræ urbs cum portu, Teos urbs cum portu, Lebedus, Colo-

---

κος] Hucusque pertinuit vetus Mysia. Sequitur Lydia. Hæc suo loco monuisse auctorem consentaneum est. Porro quemadmodum in Phrygiæ ora distinxit et Troadem et Æolidem, sic etiam in Mysiæ Lydiæque paraplo distinguenda erat altera Æolidis pars et deinceps prima pars Ioniæ. Quæ nonnisi excerptoris negligentia omissa sunt. || — Γρύνειον] Χρύνειον codex; em. Voss. || — Ἀχαιῶν λιμήν] Strabo XIII, p. 622: Μυρίνα... ἔχουσα λιμένα· εἶτ' Ἀχαιῶν λιμὴν, ὅπου οἱ βωμοὶ τῶν δώδεκα θεῶν· εἶτα πολίχνιον Μυριναῖον, Γρύνειον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Portus Achivorum in ipso illo sinu, cui Gryneum adjacebat, fuisse debet. De Telepho, Teuthrantis in regno successore, cum Græcis, qui in Mysiam irruperant, pugnante, v. Pausan. X, 28; Pindar. I. V, 52. O. IX, 107 sqq.; Hygin. fab. 101; Tzetzes ad Lyc. 206. 211; Antehom. 268 sqq.; Eustathius ad Hom. p. 46. || — λέγονται] λέγεται codex; em. scriba apogr. Vatic. || — καὶ Λεῦκαι] Ordo locorum turbatus. Series est: Phocæa, Leucæ, Hermus fluv., Smyrna. Λεῦκαι (eo accentu etiam Diodorus) nunc *Lefke*. Vid. Strabo XIV, p. 646; Diodorus XV, 18, 1 (ubi Λεύκην) et 92, 1 (ubi Λεύκας); Plinius V, 31; Mela 1, 7, 3 (ubi *Leuca*); Justin. XXVI, 4; Arundel *Seven Churches* p. 295. Urbs a Tacho condita est Olymp. 99, 2. 383, teste Diodoro l. l. Letronnius (*Poëmes géogr.* p. 220), quum hanc Peripli partem auctori vindicet qui bello Peloponnesiaco non sit junior, nostrum locum, quum ejusmodi sententiæ refragetur, ita interpretatur, ut non oppidum, sed nihil nisi promontorium memorari statuat. Quod vix cuiquam persuaserit, præsertim quum reliqua quoque argumenta, quibus eam quam vult Peripli Asiæ minoris ætatem eruere studet, parum firma sint. V. Prolegg. || — Σμύρνα] Strabo XIV, p. 646: Λυδῶν δὲ κατασπασάντων τὴν Σμύρναν περὶ τετρακόσια ἔτη διετέλεσεν οἰκουμένη κωμηδόν· εἶτα ἀνήγειρεν αὐτὴν Ἀντίγονος, κτλ. Quare Gailius Smyrnæ mentionem interpolatori vindicat. || — ἐν ᾗ] ἐξ ἧς conj. L. Allatius De patria Homeri p. 191; probabiliter. Gailius conj. ὅθεν. || — Ἕρμος] Τερμὸς cod.; em. Vossius. || — Γέραι] Ἄγρα codex. Vossius putavit eandem dici urbem quam Αἰγάραν vocat Ptolemæus V, 2 p. 319, 25 Wilb. Verum hæc Lydiæ urbs mediterranea a nostra ora longissime abest, uti ex numeris Ptolemæi patet. Gailius conjecit Ἄκραν scribendum esse, ejusque nominis urbem fingendam in Corycio promontorio. Quemnam locum Scylax indicaverit recte jam vidit Palmerius: « Omnino legendum, ait, Ἐραὶ, quæ urbs erat in eo ordine cum portu, Teiis vicina, de qua Thucydides VIII, 19 et Strabo XIV, p. 644. » Videamus de his accuratius. Thucyd. VIII, 19: Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι.... Λέβεδον ἀπέστησαν καὶ Ἐράς. Id. c. 20: Διομέδων.. ἐσπείσατο Τηΐοις.., καὶ περιπλεύσας ἐπὶ Ἐρὰς καὶ προσβαλὼν, ὡς οὐκ' ἔλαβον τὴν πόλιν, ἀπέπλευσεν. Strabo XIV, p. 644: Ἡ Τέως δὲ ἐπὶ χερρονήσῳ ἵδρυται, λιμένα ἔχουσα. Ἔστι καὶ ἄλλος λιμὴν ὁ πρόσβορρος ἀπὸ τριάκοντα σταδίων τῆς πόλεως Γερραΐδαι· εἶτα Χαλκιδεῖς· καὶ ὁ τῆς χερρονήσου ἰσθμὸς τῆς Τηΐων καὶ τῆς Ἐρυθραίων. Livius XXXVII, 27 eundem portum, *qui a tergo urbis est,* vocat *Geræsticum*. Strabo paullo post: Πρὶν δ' ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς Ἐρυθρὰς (a Tejo profectum) πρῶτον μὲν Γέραι πολίχνιόν ἐστι Τηΐων· εἶτα Κώρυκος ὄρος ὑψηλόν. Pro Γέραι in aliis codicibus est γέρραι et γ'ἔραι. Posterius hoc receperunt Tzschuckius et Corayus, quamquam illud μέν γε vehementer claudicat, et Γέραι formam tuetur alter Strabonis locus nec non Livius. Nam jungendum esse Γερραΐδας vel *Geræsticum* portum cum Γέραις urbe, consentaneum est. Quod Thucydides habet Ἐραὶ, id tuetur numus in quo legitur ΕΡΑΩΝ (Mionnet *Supplém.* vol. VI, p. 212). Scilicet hæc est, opinor, nominis forma ionica; altera autem, Γέραι, æolica; nam mixti ibi Ionibus erant Æoles (V. Müller *Min.* p. 400.). Strabo XIV, p. 633: Τέω δὲ Ἀθάμας μὲν πρότερον (ἔκτισε)..., κατὰ δὲ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν Ναῦκλος υἱὸς Κόδρου νόθος καὶ μετὰ τοῦτον Ἄποικος καὶ Δάμασος Ἀθηναῖοι, καὶ Γέρας ἐκ Βοιωτῶν. *Geras* (cujus Pausanias quoque VII, 3, 7 meminit) haud dubie urbis cognominis fuisse dicebatur conditor. Apud Scylacem igitur pro Ἄγρα, non Ἐραὶ, sed Γέραι vel saltem Γέρα scribendum est, nisi fortasse vel Ἀγέρα formam cum α mobili (ut in Λύκος et Ἄλυκος, etc.) admittere velis. Nunc Γεραὶ est *Sighajik;* portus adjacens arenis obstructus. V. Hamilton *Researches,* t. II, p. 15. || — Τέως] γῶς codex.; em. Voss. || — μεσογαίᾳ] sic h. l. codex; plerumque, non semper tamen, in Periplo nostro est μεσογείᾳ. || — Λέβεδος] λέβελος cod.; em. Voss. || — Νότιον] Post Colophonem in mediterraneis sitam primum nominandum erat quod primum oram legenti occurrebat fanum Apollinis Clarii sive Clarus locus (v. Strabo XIV, p. 641; Pausan. VI, 3, 1; Plin. V, 31, 5; Mela I, 7, 2; Müller. *Dor.* II, p. 226), deinde Notium, Colophoniorum navale (Hecatæus fr. 220; Herodot. I, 149; Thucyd. III, 34; Xenoph. Hell. I, 2, 4; Diodor.

Κλαρίου ἱερὸν, Κάϋστρος ποταμὸς, Ἔφεσος καὶ λιμὴν, Μαραθήσιον καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μαγνησία πόλις Ἑλληνὶς, Ἄναια, Πανιώνιον, Ἐρασιστράτιος, Χαραδροῦς, Φώκαια, Ἀκαδαμὶς, Μυκάλη· ἐν τῇ Σαμίων χώρᾳ ταῦτά ἐστι. Πρὸ δὲ τῆς Μυκάλης Σάμος ἐστὶ νῆσος πόλιν ἔχουσα καὶ λιμένα κλειστόν. Αὕτη ἡ νῆσος οὐκ ἐλάσσων ἐστὶ Χίου. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην. Ἐπὶ τῆς Μυκάλης ἐστὶ πόλις Πριήνη λιμένας ἔχουσα δύο, ὧν τὸν ἕνα κλειστόν· εἶτα ποταμὸς Μαίανδρος. Παράπλους δὲ Μυσίας καὶ Λυδίας, ἀπὸ Ἀστύρων μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ, δύο ἡμερῶν καὶ νυκτὸς μιᾶς.

99. ΚΑΡΙΑ. Μετὰ δὲ Λυδίαν Καρία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ Ἑλληνίδες αἵδε· Ἡράκλεια, εἶτα Μίλητος, εἶτα Μύνδος καὶ λιμὴν, Ἁλικαρνασσὸς καὶ λιμὴν κλειστὸς καὶ ἄλλος λιμὴν περὶ τὴν νῆσον καὶ ποταμὸς, Κάλυμνα νῆσος, Καρύανδα νῆσος καὶ πόλις

phon in mediterraneis, Notium cum portu, Apollinis Clarii fanum, Caystrus fluvius, Ephesus cum portu, Marathesium et in mediterraneis Magnesia urbs Græca, Anæa, Panionium; Erasistratius, Charadrûs, Phocæa, Acadamis, Mycale : hæc in Samiorum regione sita sunt. Mycalæ objacet Samus insula, quæ urbem habet et portum clausum Chioque non minor est. *Sed* ad continentem denuo me confero, unde digressus eram. Post Mycalen urbs est Priene cum portubus duobus, quorum unus est clausus. Deinde Mæander fluvius. Præternavigatio Mysiæ et Lydiæ ab Assyriis usque ad Mæandrum fluvium duorum est dierum et noctis unius.

99. CARIA. Lydiam excipit Caria, et urbes in ea Græcæ sunt hæ : Heraclea, deinde Miletus, deinde Myndus cum portu, Halicarnassus cum portu clauso, aliusque ad insulam est portus et fluvius, Calymna insula, Caryanda insula et urbs et portus (incolæ ejus

XIII, 71; Liv. XXXVII, 26). De ruinis templi v. Arundel *Visit to the 7 Churches*, p. 306. || — ἐν τῇ ἠπείρῳ] i. e. ἐν τῇ μεσογείᾳ. Paulo supra legimus ἐν τῇ ἠπείρῳ ἄνω; ibi tamen mediterranea indicantur accuratius addita voce ἄνω. Ceteris locis ἤπειρος opponitur ταῖς νήσοις. Quare nescio an h. l. in antecc. exciderit Arconnesi insulæ mentio. || — Μαραθήσιον] V. Strabo XIV, p. 639; Plin. V, 31; nunc ibi *Scala nuova* sec. Leake *Tour in Asia minor* p. 261. || — Ἄναια] Ἄννα cod.; em. Salmasius. De Anæa v. Thucyd. III, 32. IV, 75, VIII, 19. 61. Ephor. fr. 86. Ap. Stephanum Cariæ urbs tribuitur. || — Πανιώνιον] V. Herodot. I, 143; Strabo XIV, p. 639; Pausan. VII, 5; Mela I, 17, 2; Plin. V, 31. Nunc ibi *Tschangli* sec. Leake p. 260. || — Ἐρασιστράτιος κτλ.] De hisce Samiorum oppidulis sive vicis parum constat. Pro Φωκαία Gronovius legi voluit Φύγελα, idque receperunt Clausenius et Fabricius, neque ad situm locorum attendentes (nam Φύγελα inter Ephesum et Marathesium jacent; v. Strabo p. 639; Plin. V, 31; Mela I, 17, 2), neque Stephani memores, qui Phocææ nostræ ad Mycalen montem sitæ meminit v. Φώκαια, πόλις Ἰωνίας... Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας ἐν τῇ Μυκάλῃ. — Quod attinet Ἐρασιστράτιον locum, memoria ejus exstare videtur ap. Suidam, qui de celebri Erasistrato Ceo medico (s. v. Ἐρασίστρατος p. 505 ed. Bernh.) : Τέθαπται δὲ πρὸς τῷ ὄρει τῇ Μυκάλῃ καταντικρὺ Σάμου : adeo ut locus ille esset ὁ τάφος vel τύμβος Ἐρασιστράτιος. Verumenimvero Erasistratus ille, Aristotelis e filia nepos, quem an. 300 a. C. jam clarum fuisse scimus, Eusebius autem floris mortisque tempora, ut puto, confundens an. 258 floruisse dicit, is Erasistratus ejusque monumentum a Peripli nostri auctore memorari non poterat; nam reliqua omnia clamant scriptum esse ante tempora Alexandri Magni. Non nego Erasistratum Ceum ibi sepultum esse; verum locus ille, nisi interpolatum fingere absque veri specie velis, antiquior esse debet, nomenque a majoribus acceperit notissimi medici, quem nonnulli pro Ceo Samium vocant. De Charadro et de Academi locis aliunde non constat. || — Μυκάλη] Quum neque ὄρος neque ἄκρα sive ἀκρωτήριον additum sit, Mycale pro oppido habenda erit cum Stephano s. v., quamquam apud Herodotum I, 148, qui in Epitome Stephani unus laudatur testis, nonnisi de monte sermo est. || — Χίου] In recensu insularum (§ 113) proximum a Chio locum Samus obtinet. || — Πριήνη] πρινής cod.; em. Vossius. || — Ἀστύρων] Ἀσσυρίων cod.; em. Vossius.

§ 99. Lydiæ Cariæque terminum esse Mæandrum adjacentesque a meridie montes Strabo quoque statuit, XII, p. 577. XIV, p. 651. 663. Alii, uti Ephorus, magis boream versus usque ad Anæam et paullo ultra fines extendunt. || — Ἡράκλεια] i. e. Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λατμῷ. V. Strabo XIV, p. 635. 658. Ptol. V, 2. Plin. V, 31. Hierocles p. 687, Stephanus. s. v., qui alteram Cariæ mediterraneæ Heracleam, τὴν λεγομένην Ἀλβάκιον memorat. Hecatæus ipsam urbem vocat Λατμὸν, montem vero Φθειρῶν ὄρος (ex Homer. Il. 2, 868). || — περὶ τὴν νῆσον] sc. τὴν Ἀρκόννησον. V. Strabo XIV, p. 456. Arrian. An. I, 23. || — καὶ ποταμὸς] Notatur in mappis ad Halicarnassum (*Budrun*) fluviolus, qui num e Salmaci fonte (v. Strabo l. l.) profluat necne, et quodnam ejus nomen fuerit, nescio. Sainte-Croix pro ποταμὸς legi voluit κρήνη. Gailius ex eo, quod Halicarnassi nomini non sit adscriptum τὰ βασίλεια τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, colligit auctorem nostrum Mausoli temporibus antiquiorem esse. Imbecillum sane argumentum. « Regiæ mentio, Clausenius monet, omissa etiam § 69 in Dorisco Thraciæ (v. Herodot. VII, 59) ». || — Κάλυμνα] Sic insulam (etiamnum *Calymno*) vocant Strabo X, p. 489, Diodor. V, 81, Plinius IV, 23, Stephanus s. v., a quo simul altera laudatur nominis forma Καλυμνία, quam habes ap. Melam II, 7. Demetrius Scepsius ap. Strabonem pluraliter dicit αἱ Κάλυμναι. In nummis reperitur ΚΑΛΥΜΝΙΩΝ (Sest. Class. gen. ed. 2. p. 91); porro ὁ δᾶμος Καλυμνίων in Inscript. ap. Bœckh. C. I. II, n. 2671; Καλλικλῆς ὁ Καλύμνιος ap. Athenæum XI, p. 474, C. Aliis eadem insula Κάλυδνα vocabatur, ut Herodoto VII, 19: Κώων καὶ Νισυρίων τε καὶ Καλυδνίων. Idem nomen in Homero occurrit Il. 2, 677, ubi τὰς Καλύδνας; alii, ut Demetrius, de una Calymna insula,

καὶ λιμὴν (οὗτοι Κᾶρες), νῆσος Κῶς καὶ πόλις καὶ λιμὴν κλειστός. Κατὰ ταῦτα Κεραμιακὸς κόλπος τῆς Καρίας, καὶ νῆσος Νίσυρος καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον. Ἀκρωτήριον ἱερὸν Τριόπιον, Κνίδος πόλις Ἑλληνὶς καὶ χώρα ἡ Ῥοδίων ἡ ἐν τῇ ἠπείρῳ, Καῦνος Καρικὴ πόλις καὶ λιμὴν κλειστὸς, Κρυασσὸς ἀκρωτήριον. Ῥόδος κατὰ τοῦτο νῆσος καὶ πόλις· καὶ τρίπολις ἀρχαία ἐν αὐτῇ, πόλεις αἵδε· Ἰαλυσος, Λίνδος, Κάμειρος. Κατὰ δὲ τὴν Ῥόδον αἵδε νῆσοί εἰσιν οἰκούμεναι· Χάλκεια, Τῆλος, Κάσος, Κάρπαθος· αὕτη τρίπολις. Καὶ ὁ παράπλους Καρίας, ἀπὸ Μαιάνδρου ποταμοῦ ἐπὶ τὸν Κρυασσὸν, ὅ ἐστι Καρίας ἀκρωτήριον, δύο ἡμερῶν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

Cares), insula Cos et urbs cum portu clauso. Vicinus his et Ceramiacus sinus Cariæ et Nisyrus insula cum portu. Redeo ad continentem. Sequitur promontorium sacrum Triopium, Cnidus urbs Græca, et Rhodiorum territorium in continenti situm, Caunus Carica urbs cum portu clauso, Cryassus promontorium. Ex adverso sita est Rhodus insula et urbs, et antiqua in ea tripolis est, urbes scilicet hæ: Ialysus, Lindus, Camirus. Prope Rhodum insulæ habitatæ sunt hæ: Chalcia, Telus, Casus, Carpathus tribus instructa urbibus. Et prætervectio Cariæ, inde a Mæandro fluvio usque ad Cryassum Cariæ promontorium duorum est dierum. Sed rursum me ad continentem confero, unde digressus eram.

---

alii de Calymna et Lero, alii de Calymna vicinisque insulis intelligebant (V. Strabo l. l.). Utrumque nomen conglutinavit quodammodo auctor Etym. M. p. 486, 25: Κάλυμνος ὁ ἐν Αἰγύπτῳ σῖτος ἀντὶ τοῦ Καλύμνιος· ὁ γὰρ Φιλάδελφος ἐκ Καλυδνῶν μετήνεγκε τὸ σπέρμα. Plinius denique, diversas fontes miscens, perperam duas insulas recenset Calymnam et Calydnam, IV, 23: *Calydna in qua oppidum Coón; Calymna a qua Carpathum... XXV mill. pass.* Idem vero V, 36 nonnisi unam Calydnen recenset: *Calydne cum tribus oppidis, Notio, Nisyro* (?), *Mendetero.* At tres istæ urbes nonnisi in Calymnam insulam cadunt, quum præter hanc nulla ibi sit major insula, de qua tale quid prædicari probabiliter possit. Eodem facit quod apud Plinium mel *Calydnes*, apud Strabonem Stephanumque mel *Calymnium* prædicatur. Ut ad Scylacem revertar, Clausenius pro Κάλυμνα scripsit Κάλυνδα; idque repetivit Fabricius, probavit Forbigerus II, p. 238. At Calyndæ insulæ nemo unquam meminit. Fluxit illud ex hariolatione Berkelii ad Stephanum s. v. Κάλυνδα. Etenim quum Calynda urbs Cariæ mediterranea in Strabonis codicibus perperam Κάλυμνα scripta sit, idque ex reliquis auctoribus corrigendum esse Berkelius monuisset, idem Berkel. Κάλυνδα nomen apud Scylacem reponi jussit. Quo quid dici potuit oscitantius! || — Καρύανδα] Καρύηνδα, deleta litera η et suprascripta lit. α, codex Parisinus; Κρύινδα cod. Vatican.; em. Voss. Ordo locorum turbatus. Esse debebat series: Caryanda, Calymna, Cos, Halicarnassus. || — Οὗτοι Κᾶρες] sc. Caryandenses. Cf. infra verba: Καρικὴ πόλις. || — καὶ νῆσος Νίσυρος] συνησὸς δὴ εὖρος codex. Σύμη νῆσος καὶ Νίσυρος conj. Vossius, bene, si literas rimeris, male quoad geographiam. || — ἱερὸν] ludis festisque quæ Apollini Triopio celebrabantur, ut constat. || — ἡ ἐν τῇ ἠπείρῳ] καὶ ἐν τῇ ἠ. codex. Hoc si genuinum est, scribæ arguit stuporem, qui verba Ῥοδίων χώρα ad insulam spectare putavit, quum de Rhodiorum περαίᾳ dicta sint. || — Καρικὴ πόλις] Cf. Herodot. I, 172: Οἱ δὲ Καύνιοι αὐτόχθονες, δοκεειν ἐμοὶ, εἰσί. Αὐτοὶ μέντοι ἐκ Κρήτης φασὶ εἶναι· προσκεχωρήκασι δὲ γλῶσσαν μὲν πρὸς τὸ Καρικὸν ἔθνος κτλ. Strabo XIV, p. 652. || — Ῥόδος] Quæ in editt. præfigitur inscriptio vel titulus: ῬΟΔΟΣ, a codice abest. || — νῆσος καὶ πόλις· καὶ τρίπολις ἀρχαία ἐν αὐτῇ] νῆσος τρίπολις ἀρχαία πόλις ἐν αὐτῇ codex. Hæc corrupta esse liquet, meritoque monuit Niebuhrius (*Kl. Schriften.* I, p. 115). Qui putant ἀρχαία πόλις de Rhodo insula dici sicuti poetis et declamatoribus dicere licet Εὔβοια πόλις (Eurip.), Πελοπόννησος πόλις (Eurip.), Κύπρος πόλις (Himer. Ecl. 17.): hi inepta Scylaci affingunt. Licet sensum vulgatæ inferre ejecta voce πόλις, adeo ut nonnisi τρίπολις Rhodia, non ipsa etiam Rhodus urbs commemoretur; modo ne illata hac emendatione pro argumento utaris scripta hæc esse ante annum 408, quo condita Rhodus est. Immo multo probabilius est factam esse Rhodi urbis mentionem. Nam ne dicam reliquas Peripli partes illud tempus arguere, quo Rhodus urbs exsistebat, illud ipsum ἀρχαία vocabulum, quo alias nusquam auctor utitur, satis indicat opponi veterem tripolim urbi recenti. Fabricius dedit: νῆσος καὶ πόλις· ἀρχαία τρίπολις, καὶ ἐν αὐτῇ. Clausenius suspicatur: τρίπολις [οὐ πάνυ] ἀρχαία πόλις, addens iis nonnisi Rhodum urbem indicari, qui tripolis sit, sive e tribus civitatibus convocata civitas. || — Κάμειρος] Κάμαρος cod. || — Χάλκεια] sic etiam Strabo X, p. 488. XIV, p. 655. Cf. Mela II, 7, 11. Steph. s. v.; Χαλκὴ ap. Thucyd. VIII, 41. 44. 55; Plin. IV, 23. V, 36. Nunc *Chalki.* || — Κάσος] κράσος codex, em. Salmasius. V. Strabo X, p. 498. Plin. IV, 23; Diodor. V, 54. Steph. B. s. v. Nunc *Kaso.* || Τρίπολις] Strabo X, p. 489 de Carpatho: Τετράπολις δ' ὑπῆρξεν, καὶ ὄνομα εἶχεν ἀξιόλογον... μία δὲ τῶν πόλεων ἐκαλεῖτο Νίσυρος, ὁμονύμως τῇ τῶν Νισύρων νήσῳ. Altera urbs erat Posidonium teste Ptolemæo. || — Κρυασσόν] sic scripsi pro Κράσον, quod codex præbet. Vulgo legitur Κράγον. At *Cragum promontorium* (i. e. Cragi montis extremitas in mare procurrens), quod eo nomine dicit Plinius V, 28, Stadiasmi vero auctor § 222 τὴν ἱερὰν ἄκραν (etiamnum *Hiria* vel *Macri* vel *Efta Kavi*) vocat, quum inter Telmissum et Patara situm sit, a nostro loco abhorret. Dedi Κρυασσόν collato Stephano: Κρυασσός, πόλις Καρίας. Plutarch. Moral. p. 246, D: τῶν Καρῶν οἱ Κρύασσαν (sic) οἰκοῦντες. Polyæn. VIII, 64: οἱ Κρυασσεῖς. Bœkh. C. I. II, p. 397. Aliis urbs vocatur Κρύα (De Caricis urbium nominibus in ασσος juxta alias formas, v. Movers II, p. 20); v. Mela I, 16; Plin. V, 28; Ptolemæus

100. ΛΥΚΙΑ. Ἀπὸ δὲ Καρίας Λυκία ἐστὶν ἔθνος· καὶ πόλεις Λυκίοις αἵδε· Τελμισσὸς καὶ λιμὴν, καὶ ποταμὸς Ξάνθος, δι' οὗ ἀνάπλους εἰς [Ξάνθον πόλιν,] Πάταρα πόλις [ἣ] καὶ λιμένα ἔχει· Φελλὸς πόλις καὶ λιμήν· κατὰ ταῦτα νῆσός ἐστι Ῥοδίων Μεγίστη· Λίμυρα πόλις, εἰς ἣν ὁ ἀνάπλους κατὰ τὸν ποταμόν· εἶτα Γαγαία πόλις, εἶτα Χελιδονίαι, ἀκρωτήριον καὶ νῆσοι δύο καὶ Διονυσιὰς νῆσος, ἀκρωτήριον καὶ λιμὴν Σιδηροῦς. Ὑπὲρ τούτου ἐστὶν ἱερὸν Ἡφαίστου ἐν τῷ ὄρει καὶ πῦρ πολὺ αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς καίεται καὶ οὐδέποτε σβέννυται. Καὶ ἐὰν προέλθῃς ἀπὸ θαλάττης ἀνώτερον, ἔστι Φασηλὶς πόλις καὶ λιμήν (ἔστι δὲ τοῦτο κόλπος) καὶ Ἴδυρος πόλις, νῆσος Λυρνάτεια, Ὀλβία,

100. LYCIA. Cariam excipit Lycia regio. Lyciorum civitates sunt hæ : Telmissus cum portu et fluvius Xanthus, per quem navigatur ad [*Xanthum urbem*]; Patara urbs [*quæ*] etiam portum habet; Phellus urbs cum portu; objecta huic regioni insula Rhodiorum Megista, Limyra urbs, in quam adverso flumine navigatur; inde Chelidoniæ, promontorium et insulæ duæ; Dionysias insula; promontorium et portus Siderûs. Supra id est fanum Vulcani in monte, multusque ignis terra editus ardet sua sponte, neque unquam exstinguitur. Quodsi a mari ad superiora processeris, occurrit * urbs Phaselis cum portu; sinus vero ibi est; tum urbs Idyrus, insula Lyrnatia, Olbia, Magydus et flu-

---

(ubi Καρύα), Stadiasm. mar. m. § 231, Artemidor. ap. St. Byz. s. v. A Telmisso urbs distat stadia 160, et stad. 110 a Dædalis, ad quæ confinia Cariæ Lyciæque collocat Strabo. Alii terminos Cariæ orientem versus minus longe protulerunt; sic Crya ab Artemidoro jam accensetur Lyciæ; secundum Scylacem in confiniis Cariæ Lyciæque sita erat.

§ 100. Τελμισσός] θεανισσαὶ codex. em. Vossius. || — ἀνάπλους εἰς Ξάνθον πόλιν κτλ.] ἀνάπλους εἰς Πάταρα πόλιν καὶ λιμένα ἔχει codex corrupte. Strabo XIV, p. 666 : Εἶθ' ὁ Ξάνθος ποταμός·.. ἀναπλεύσαντι δ' ὑπηρετικοῖς δέκα σταδίοις τὸ Λητῷόν ἐστιν· ὑπὲρ δὲ τοῦ ἱεροῦ προελθόντι ἑξήκοντα ἡ πόλις ἡ τῶν Ξανθίων ἐστί... Μετὰ δὲ τὸν Ξάνθον Πάταρα, καὶ αὕτη μεγάλη πόλις λιμένα ἔχουσα. Cf. Plinius V, 28. De ruinis Pataræ v. Leake l. l. p. 182. 320. Fellow Asia min. p. 222, Lycia p. 179. || — Φέλλος] φελδὸς codex. Phelli nomine designatur navale Phelli sive Antiphelli (nunc *Andifilo*), vel utrumque potius verbis πόλις καὶ λιμὴν comprehenditur. De ruinis v. Leake et Fellow l. l. || — Μεγίστη] Cf. Strabo p. 666. Stadiasm. § 216. Ptolem. V, 3, p. 326 et Plinius V, 28. Nunc *Castel rosso*. || — Λίμυρα] Anaplus per Limyrum fluvium, a cujus ostiis urbs distat stadiis 20 secundum Strabon. l. l., stadiis 60 sec. Stadiasm. Ruinæ sunt eo loco quem Strabo indicat. V. Fellow Lycia p. 206 sqq. || — Γαγαία] λιγαία codex; em. Vossius. Plerisque urbs dicitur Γάγαι. V. Alexander Polyh. ap. Steph. Byz. s. v.; Stadiasm. § 211; Plinius V, 28; Hierocles p. 683 (ubi Γάγα); Etym. M. p. 219, 6 : Γάγας (sic), τόπος καὶ ποταμὸς, in quo Gagates lapis reperitur sec. Dioscor. V, 146; *Gages* ap. Plin. XXXVI, 34. De ruinis prope *Hagge velleh* v. Fellow *Lycia* p. 210. || — ἀκρωτήριον καὶ νῆσοι δύο] *Chelidonium promontorium* dicitur Plinio V, 27, nec non Livio XXXIV, 41; Χελιδονίη ἄκρα Quinto Smyrnæo III, 232 (etiam nunc *Cap Celidoni*); idem vocatur ἱερὰ ἄκρα ap. Strabonem XIV, p. 666, Appian. B. C. II, 119, Stadiasm. § 108; idem *Tauri promontorium* ap. Melam II, 7 et Plin. V, 35, quia Taurum hinc initium sumere putabant (V. Strabo l. l.). De insulis v. Stephanus v. Χελιδόνιοι· εἰσὶ καὶ Χελιδονίαι πέτραι, ὧν πολλάκις ἐμνήσθημεν· δύο δέ εἰσι κεκλημέναι ἡ μὲν Κορύδελα, ἡ δὲ Μελάνιππεια. Cf. Χελιδονίαι πέτραι ap. Lucian. Navig. § 7. 8. Straboni p. 466 sunt τρεῖς νῆσοι τραχεῖαι. Cf. id. p. 520. 651. 663. 677. Tres etiam ap. Dionys. Per. 506. 128 et Plinium V, 35. IX, 85; Χελιδονίαι σκόπελοι πέντε recte Ptolem. V, 3, p. 326. Cf. etiam Agathem. I, 4; Livius XXXIV, 41; Stadiasm. § 208; Solin. c. 41; Geograph. Nub. p. 196. || — Διονυσιὰς νῆσος] Plinius V, 35 : *Dionysia prius Caretha dicta;* Hodie *Grabousa* vocari dicunt. Ptolemæus V, 5, p. 333, 11 Κράμβουσαν Pamphyliæ insulam memorat. Quodsi hæc eadem est cum nostra, distingui certe ab ea debet Κράμβουσα Stadiasmi § 206 et Strabonis. p. 666. || — Σιδηροῦς] Steph. Byz. Σιδαροῦς, πόλις [Λυκίας] καὶ λιμήν. In Stadiasm. 206 corrupte, ut videtur, Ποσιδαριοῦς. || — ὑπὲρ τούτου ἐστὶν ἱερὸν] sic cod.; ὑπὲρ δὲ τούτου ἱερὸν editt. De re Plinius V, 28 : *In Lycia igitur a promontorio ejus oppidum Simena, mons Chimæra noctibus flagrans, Hephæstium civitas et ipsa sæpe flagrantibus jugis. Oppidum Olympus ibi fuit.* Solinus c. 42 : *Quoniam natura ibidem subest ignea, Vulcano urbem proximam Lycii dicarunt, quam de vocabulo sui nominis Hephæstiam vocant.* Stadiasm. § 205 mons vocatur Olympus, cui adjacet Φοινικοῦς. Strabo p. 667 Olympum urbem, montem Phœnicuntem dicit. Ille igitur Olympus sive Phœnicûs mons (nunc *Delikasch*, i. e. mons perforatus) etiam hodie ignes alens (Beaufort p. 151 sqq.) nostro loco indicatur. || — προέλθῃς] προσέλθῃς cod. || — Φασηλὶς πόλις] Hæc laborant, quum Phaselis ad mare sita esset. Scriptum fuerit : ἔστιν Φασελὶς [ὄρος, καὶ ἐπὶ θαλάσσῃ, Φασελίς] πόλις. || — ἔστι δὲ τοῦτο κόλπος] sc. tractus qui est a Siderunte prom. ad Phaselidem. Μετὰ τοῦτο conj. Gailius, κατὰ τοῦτο Vossius, de sinu Pamphilio cogitantes. Mallem sic ipse; at opus eo non est. || — Ἴδυρος πόλις] Steph. Byz. : Ἴδυρος, πόλις καὶ ποταμὸς Παμφυλίας· Ἑκαταῖος· ἢ καὶ Ἰδυρὶς ὀξυτόνως. Τὸ ἐθνικὸν Ἰδυρίτης τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις. Ad hæc Meinekius : « Fluvium cognominem memorat et Pamphyliæ adscribit Theophrast. De vent. 53, p. 778 : Ἕτερόν τι πνεῦμα πελάγιον, ὥσπερ καὶ περὶ τὸν Παμφυλικὸν κόλπον· ἕωθεν μὲν γὰρ δύρις καλούμενος ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Ἰδύρου πνεῖ μέγας καὶ πολύς. Ubi non Δύρου scribendum pro Ἰδύρου, ut volunt editores Stephani Th. L. Gr. II, p. 1720, sed Ἴδυρις pro Δύρις, quod venti nomen p. 25 comparavimus cum Æolico venti nomine Θήβανις. Situm urbis Idyri accurate cognoscas e Scylacis loco, ex quo eam inter Phaselidem et Olbiam sitam fuisse intelligi-

Μάγυδος καὶ ποταμὸς Καταρράκτης, Πέργη πόλις καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος. Ἐπ' εὐθείας δὲ παράπλους ἐστὶν Λυκίας ἀπὸ * ἡμέρας καὶ νυκτός· ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος τούτου· ἔστι γὰρ κολπώδης.

101. ΠΑΜΦΥΛΙΑ. Μετὰ δὲ Λυκίαν ἐστὶ Παμφυλία ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Ἄσπενδος πόλις· εἰς ταύτην ὁ ἀνάπλους γίνεται κατὰ ποταμόν· ὁ δὲ ποταμός ἐστιν Εὐρυμέδων· εἶτα πόλις Σύλλειον, ἄλλη πόλις Σίδη, Κυμαίων ἀποικία, καὶ λιμήν. Παράπλους Παμφυλίας ἀπὸ Πέργης ἥμισυ ἡμέρας. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Παμφυλίας, Κίβυρα, εἶτα Κορακήσιον.

vius Catarractes, Perge urbs, et fanum Dianæ. Recta prætervectio Lyciæ a [*Caria*] est diei et noctis; juxta terram vero altera parte longior; est enim tractus hic sinuosus.

101. Pamphylia. Lyciam excipit Pamphyliæ regio, urbesque in ea sunt hæ : Aspendus urbs, ad quam adverso amne navigatur; amni vero nomen est Eurymedon. Inde urbs Syllium, item alia urbs Side, Cumæorum colonia cum portu. Prætervectio Pamphyliæ a Perga est diei dimidiati. Sunt etiam aliæ urbes in Pamphylia, Cibyra, postea Coracesium.

---

tur. Nec indignus est qui adscribatur locus Aristotelis De vent. posit. p. 973, 5, ubi de eodem, quem Theophrastus descripsit, vento, Senecæ N. Qu. V, 17 *Catægis* dicto, agitur : Ἐν δὲ Ὀλβίᾳ τῇ κατὰ Μύγαλον (leg. Μάγυδον) τῆς Παμφυλίας (καλεῖται) Γαυρεύς· πνεῖ γὰρ ἀπὸ νήσου ἢ καλεῖται Γαυρίς. Τινὲς δὲ αὐτὸν βορρᾶν οἴονται εἶναι, ἐν οἷς καὶ Λυρνατεῖς οἱ κατὰ Φασήλιδα. Ubi pro corruptis nominibus ΓΑΥΡΕΥΣ et ΓΑΥΡΙΣ repone ΙΔΥΡΕΥΣ et ΙΔΥΡΙΣ. Nec offensioni esse potest quod νῆσον appellat Aristoteles quæ reliquis est πόλις. Nimirum in peninsula sita erat Idyrus, de quo dicendi genere multis jam Stephani locis admonuimus. Jam vix dubium esse potest, quin apud Plinium V, 35, ubi inter alias Lycii maris insulas etiam *Illyris* memoratur, itidem *Idyris* restituendum sit. » || — Λυρνάτεια, Ὀλβία, Μάγυδος] αὐραιάτεια· ὀλβιάμασῦδος codex; em. Salmasius. Cf. Stephan. : Λυρνατία, χερρόνησος καὶ χωρίον Λυκίας... Ἀρκάδιος δὲ διὰ τοῦ ει διφθόγγου. Idem : Λιρνύτεια, πόλις Παμφυλίας. Ἑκαταῖος. Uterque locus unus idemque. Cf. Strabo XIV, p. 667. 676; Dionys. 875; Plin. V, 26, qui Λυρνησσόν, *Lyrnessum*, vocant; Stadiasm. § 204, ubi : ἀπὸ Τενέδου εἰς Λύρναντα χωρίον, quod non est corrigendum, collato gentili Λυρναντεῖς ap. Aristot. De vent. nom. p. 973. (ubi Λυρνατεῖς Meinek.). Nostro loco νῆσος fuerit pro χερρόνησος, ut passim; dubitari tamen possit, quum revera insula (*Ile Rachat*) in hoc tractu exstet; nisi hæc insula Lyrnatia dicta, una esse debet ex iis quas in hoc tractu recenset Plinius V, 35 : *Illyrin* (Idyrin sec. Meineke) *Telendum* (Tenedum? v. Stadiasm.), *Atelebussam* (Ἀτελέβουσαν Ptol. p. 333), *Cypriæ tres steriles et Dionysiam*. De Dionysia jam vidimus; Illyris, si est Idyris, ut ipse cum Meinekio puto, vix certam quandam seriem in enumerando Plinius observavit. || — Μάγυδος] Hoc verum esse nomen testantur numi. V. Mionnet *Descript*. t. III, 1 p. 457 m. 63. *Supplem*. t. VII, p. 41. Rasche Lex. num. III, 1, p. 124. Apud scriptores nomen Μάγυδος præbent codd. Ptolem. V, 5 p. 331 (ubi editt. Erasm. corrupte Μάτυλος) et Hierocles p. 679. Geographus Rav. II, 18 : *Perge, Antrapa, Cambra, Magydo, Erinudi, Attalia, Olivia, Phaselis*. Μαγΐδων πόλις occurrit in Conciliis, notante Wesselingio ad Hierocl. Apud Aristot. De vent. modo legimus : ἐν τῇ Ὀλβίᾳ τῇ κατὰ Μύγαλον; similiter in Stadiasmo § 200 : εἰς Μυγδάλην et ἀπὸ Μυγδάλων. || — Καταρράκτης] Καταράκτης codex. V. Strabo, Ptolem., Plin. l. l. Plurali numero Καταρράκται Stadiasmus. Nunc *Dudensu*. || — Πέργη πόλις] πελπίπολις cod.; em. Salmasius. Urbs ad Cestrum fl., 60 stadiis ab ejus ostio sita, καὶ πλησίον ἐπὶ μετεώρου τόπου τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ' ἔτος συντελεῖται. Strabo XIV, p. 667. Cf. Mela II, 14; Dionys. 855; Hierocles p. 679; Ptolem.; Stadiasm. l. l.; Acta Apostol. 13, 13. || — ἐπ' εὐθείας] ἐντεῦθεν παρ. codex; εὐθὺς δὲ Fabricius. || — Λυκίας ἀπὸ *] ἀπὸ Λυκίας ἡμέρας cod.; mutavi e conj. Gailii, qui supplet Καρίας; probabilius est excidisse nomen loci. Deinde verba ἔστι γὰρ κολπώδης in codice leguntur post verba καὶ νυκτός. Transposui, monente Gailio.

§ 101. Ἄσπενδος] Sec. Strabon. XIV, p. 667 colonia Argivorum fuit. Sed uti Scylax non adscripsit πόλις ἑλληνίς, sic Alexander M. nullos ibi reperit Græcos, notante Mannerto VI, 2, p. 125. || — Σύλλειον] sic codex; Σύλειον Steph. Byz. s. v. et Livius XXXVIII, 14 (*Syleum*). Utramque formam tertiamque Σύλαιον enotavit Eustath. ad Dion. 815. Σύλαιον habet Suidas s. v. et Hierocles. p. 679, Porphyr. in Villois. Anecd. II, p. 104 et Concilia quæ laudat Wesseling. ad Hierocl.; fortasse hæc forma corrupta est ex Σύλλιον, quam habes ap. Polyb. XXII, 17, 11; Arrian. An. I, 26. *Syllio* in Tab. Peuting.; Σίλουον (leg. Σύλειον) Ptolem. V, 5 p. 332. Ceterum sec. Ptolemæum et Tab. Peuting. Syllium urbs in mediterraneis sita inter Pergen et Aspendum; sec. Scylacem inter Aspendum et Siden. Strabo quoque p. 667 inter Pergen et Aspendum memorat urbem quandam quadraginta ab ora stadiis distantem, quam Syllium fuisse e Ptol. et Tab. Peut. colligunt Corayus et Groskurdius. Apud Arrianum de situ urbis accuratioris quidem nihil traditur, sed quum Alexandrum Side profectum esse dicat contra Syllium, hinc Aspendum, hinc Pergen : series hæc nominum cum Scylace nostro facit. Porro quum in Stadiasmo Syllium non memoretur, verum inter Aspendum et Siden collocetur urbs *Seleucia*, quam alius nemo memorat (monente Mannerto, frustra obloquente Gailio), nescio an hæc Seleucia sit nomen corruptum Syllei, quod noster exhibet Periplus. || — Κυμαίων ἀποικία] V. Arrian. An. I, 26, 4. Strabo XIV, p. 667. || — παράπλους Παμφυλίας] A Perge ad Siden sunt 300 fere stadia. Quinquaginta post stadiis in mare exit Melas fluvius (*Menargat-su*), quem olim Pamphyliam Lyciamque disterminasse refert Plinius

102. ΚΙΛΙΚΙΑ. Μετὰ δὲ Παμφυλίαν Κιλικία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Σελινοῦς, Χαραδροῦς πόλις καὶ λιμὴν, Ἀνεμούριον ἄκρα καὶ πόλις, Νάγιδος πόλις [ἣ] καὶ νῆσον ἔχει. Πρὸς δὲ τὴν Σητὸν λιμένα Ποσείδειον, Σάλον, Μυοῦς, Κελένδερις πόλις, καὶ λιμὴν Ἀφροδίσιος καὶ λιμὴν ἕτερος, Ὅλμοι πόλις Ἑλληνὶς * ἀπέχουσα, Σαρπηδὼν πόλις ἔρημος, καὶ

102. CILICIA. Post Pamphyliam est Cilicia, urbesque in ea sunt hæ : Selinûs, Charadrûs urbs cum portu, Anemurium promontorium et urbs, Nagidus urbs, quæ etiam insulam habet. Ad Setum (*Cetum?*) vero portum est Posidium, tum Salum (?), Myûs, Celenderis urbs, et portus Aphrodisius ; item alius portus, Holmi urbs *portum habens*, Sarpedon, urbs deserta, et flu-

---

V, 22 : *finisque antiquus Ciliciæ Melas fluvius*. Eodem modo statuit Stadiasm. § 194, itemque Ptolemæus V, 8, p. 333, 9, quandoquidem τὰ Κίβυρα, proximam post Melanem fl. urbem, jam Ciliciæ asperæ accenset (Contra alios fontes sequitur p. 343, ubi Synedram urbem Pamphyliæ adhuc tribuit). Hinc igitur colligas Scylacem quoque Melam fluvium pro limite habuisse. Quodsi deinde quasi postliminio adduntur urbes Cibyra et Coracesium, aut alius quidem eas addidit, aut ipse Peripli auctor plures fontes adhibens diversa miscuit. Ceterum Pamphyliæ fines post Coracesium ponendos nemo alius corroborat; proxime tamen abest Strabo, cui Pamphyliæ παράπλους est stadiorum 650, terminus vero inter Ptolemaidem et Coracesium, quod ipsum est ἡ ἀρχὴ τῆς τραχείας Κιλικίας. Longius etiam, usque ad Anemurium prom., fines producit Mela I, 13; neque aliter statuisse videtur Plinius V, 23. Quibus adde Hecatæum (fr. 252) qui Nagidum urbem sitam fuisse dicit μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας, in confiniis Ciliciæ et Pamphyliæ, ita quidem opinor, ut Nagidum et Celenderim, *Naxiorum colonias*, earumque ditiones a Pamphylia et Cilicia distingueret. Artemidorus initium Ciliciæ a Celenderi urbe posuit, teste Strabone XIV, p. 670, quod cum iis, quæ de Hecatæo modo dixi, facile licet conciliare.

§ 102. Χαραδροῦς] Sic etiam Strabo XIV, p. 669; Χάραδρος Stadiasm. § 179 sq. Nunc *Kharadra*. || — ἣ καὶ νῆσον ἔχει] ἣ addidi. Νάγιδος πόλις et Ναγιδοῦσσα (Ναγιδόεσσα Meineke) ex Hecatæo memoratur a Stephano s. v. Cf. Strabo p. 670 : Ἔστι Νάγιδος πόλις πρῶτον μετὰ τὸ Ἀνεμούριον· εἶτα Ἀρσινόη πρόσορμον ἔχουσα. Mela I, 14 : *Celenderis et Nagidus Samiorum coloniæ*. || — Σητὸν] sic codex. Συκὴν conj. Gronovius collato Stephano : Συκαί· ἔστι καὶ ἄλλη Συκή, πλησίον Συρακουσῶν, καὶ Κιλικίας, et Geographo Rav. ubi : *Anemurion*, *Arsinoe*, *Sicæ*, *Celenderis*. Adde Athenæum p. 78, B : καὶ Συκέαν πόλιν εἶναι ἐν Κιλικίᾳ. Emendatio, quam recepit Fabricius, paullo violentior esse mihi videtur. Manu lenissima reposuerim Κητὸν vel Κήτιον. Nam quum Anemurium et sequentes urbes maritimæ usque ad Zephyrium promontorium apud Ptolemæum Κήτιδι regioni assignentur, hanc ipsam, sicuti proximam Σελευκίτιδα, ab urbe nomen habere probabiliter statuere licet. Urbs vero, ni fallor, eadem est, quæ postea (sicuti Marium in Cypro) a Ptolemæis Arsinoe vocata est, dum regio priscum nomen retinuit. Κητὸν sive Κήτιον nomine responderet urbi Cypriæ Citio sive Cittio, quæ sic dicta est a gente *Kitim*, Χετιεὶμ (Jos. 2, 10. Ezech. 27, 6), sive, ut cum Septuaginta interpp. (Genes. 10, 4) loquar, ἀπὸ τῶν Κητίων. In Genesi auctor gentis est *Javan*, apud græcos scriptores *Yon* ex Ægypto in Cyprum transiisse, filiumque *Celen* (*Celes* dicitur ap. Servium ad Virg. Georg. X, 8; Κέλτης in schol. Dionys. 509 ; quod optime correxit Movers *Phœn. Alterth.* II, p. 204) genuisse dicitur. Cetii hi et per totam Cyprum erant dispersi, adeo ut Χέθιμα insula a nonnullis diceretur (Joseph. A. J. I, 6, 1 etc.), et in Phœnicia variis locis nec non in Rhodo deprehenduntur (v. Movers l. l.). Eosdem igitur etiam in Ciliciam transiisse jure statuimus, ubi non in ora tantum consederunt, sed in mediterranea etiam penetrasse debent, siquidem Olbe vel Olbasa sec. Ptolemæum ἐν Κήτιδι sita erat, atque Calycadnus fluvius e Cetide regione emergere traditur ap. Basil. in Vit. S. Theclæ, l. I, p. 120, notante Wesselingio ad Itin. p. 212.). || — Ποσείδειον, Σάλον] Ποσειθέριον, Σάλον codex ; em. Salmasius. De Posidio prom. v. Stadiasm. § 175 (nunc Cap. *Kizliman*); de *Salo* non constat, neque aliam urbem ante Myuntem et Celenderim ponendam novimus nisi *Sycam* vel *Sycas*, de qua supra monui, et *Melaniam* (ap. Strabonem l. l.). Σολοῦς conj. Vossius, quo nihil lucramur; σάλος leg. voluit Gailius, sed ea voce in Periplis, qui nautarum in usum scribuntur, frequentissima, Noster ne semel quidem utitur. || — Μυοῦς] Plinio dicitur *Myanda*, in Stadiasmo § 174 Μανδάνη. || — Κελενδερίς] Κελενδρὶς codex ; em. Hœschel. || — Ἀφροδίσιον] Ἀφροδισιάς Stadiasm. § 169 sqq., Ptolem. V, 8, p. 343; Diodor XIX, 54; Livius XXXIII, 20; Stephan. s. v.; Plinius V, 22 : *promontorium et oppidum Veneris*. || — λιμὴν ἕτερος] Proximus ab Aphrodisiade portus in Stadiasm. Νησούλιος, deinde Μύλαι, tum Ὅλμοι (ὅἄνοι codex Scylac.). Post hac Seleucia (Strabo p. 670). || — ἑλληνὶς ἀπέχουσα] Distantiæ nota excidisse videatur; at quum in ceteris nullæ notentur distantiæ, neque hoc loco intervallum a loco præcedente indicatum fuerit; urbem fuisse mediterraneam, ut Gailius suspicatur, vel propterea non est probabile quod nulla ejus rei mentio fit in Stadiasmo ; imo mensuræ probant in ora sitam urbem fuisse idque diserte dicit Plinius V, 22 : *Seleucia supra amnem Calycadnum* A MARI *relata ubi vocabatur Holmia* (coll. Strabon. p. 710). Gailii opinioni adhærens Fabricius scripsit ἀπὸ θαλάσσης τετταράκοντα στάδια ἀπέχουσα. Suspicor scribendum esse ἑλληνὶς [λιμένα] ἔχουσα. || — Σαρπηδὼν πόλις ἔρημος] De *urbe* Sarpedone aliunde non constat. Stadiasmo Sarpedon est ἄκρα ἀμμώδης ; reliqui nonnisi promontorium memorant, ut Strabo XIV, p. 677. 627. 682, Appian. Syr. c. 39, Ptolem. V, 6, p. 343, 21, Mela, Plin. etc. Vossius : « Forte leg. Σαρπηδὼν πόλις, ὅρμος καὶ ποταμός. Verius tamen puto : Σ., πόλις καὶ λιμὴν ἔρημος καὶ ποταμός. Sic quoque infra : αὗται πᾶσαι λιμένας ἔχουσι ἐρήμους. » Gronovius putavit pro ἔρημος leg. esse Λάτμος (deb. Λάμος) ex Stra-

ποταμὸς, Σόλοι πόλις Ἑλληνὶς, Ζεφύριον πόλις, ποταμὸς Πύραμος καὶ πόλις Μαλλὸς, εἰς ἣν ὁ ἀνάπλους κατὰ τὸν ποταμὸν, ἐμπόριον Ἀδάνη καὶ λιμὴν Μυρίανδος Φοινίκων, Θάψακος ποταμός. Παράπλους Κιλικίας ἀπὸ τῶν Παμφυλίας ὁρίων μέχρι Θαψάκου ποταμοῦ, τριῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δύο. Ἐκ δὲ Σινώπης τῆς ἐν τῷ Πόντῳ διὰ τῆς ἠπείρου καὶ τῆς Κιλικίας εἰς Σόλους ὁδός ἐστιν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν ἡμερῶν ε'·

103. ΚΥΠΡΟΣ. Κατὰ δὲ Κιλικίαν ἐστὶ νῆσος Κύπρος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Σαλαμὶς Ἑλληνὶς, λιμένα ἔχουσα κλειστὸν χειμερινὸν, Καρπάσεια, Κερύνεια, Λήπηθις Φοινίκων, Σόλοι (καὶ αὕτη λιμένα ἔχει χει-

vius, Soli urbs Græca, Zephyrium urbs, fluvius Pyramus et urbs Mallus, ad quam adverso navigatur amne, emporium Adana et portus Myriandus Phœnicum, Thapsacus fluvius. Prætervectio Ciliciæ a Pamphyliorum terminis usque ad Thapsacum flumen est trium dierum et duarum noctium. A Sinope vero Pontica per continentem et Ciliciam usque ad Solos iter a mari ad mare est dierum quinque.

103. Cyprus. Contra Ciliciam est Cyprus insula, urbesque in ea sunt hæ: Salamis Græca civitas cum portu clauso ad hibernandum commodo, Carpasia, Cerynia, Lepethus Phœnicum, Soli, quæ urbs item habet por-

---

bone p. 671. Quibus omnibus facile caremus. In mentem venit πόλις Ἀρίμων, quoniam Arimos ad Sarpedonium pr. habitasse refert Callisthenes ap. Strab. p. 726. Sed hic quoque lusus inutilis sit. Mitto somnia aliorum. || — ποταμός] est Calycadnus, proxime post promont. in mare exiens. || — Σολοὶ π. ἑλληνὶς] A Solone nonnulli conditam fabulabantur (V. Polyzelus in Fragm. Hist. t. IV, p. 482 not.). Nomen phœnicium esse et *saxum* s. *rupem* denotare recte monet Gailius. || — Ἀδάνη] ἀλάνη codex; mutavit Salmasius. Reliquis urbs notissima dicitur τὰ Ἄδανα; neque ad mare sed in mediterraneis ad Sarum fluvium sita est, neque post sed ante Mallum recensenda erat. Quare de emendatione licet dubitare. Nescio an pro Ἀλάνη fuerit Ἀμάνη, ita ut locus significetur ad Amanides pylas situs. Strabo XIV, p. 676: Μετὰ δὲ Μάλλον Αἰγαῖαι πολίχνιον.. εἶτ' Ἀμανίδες πύλαι ὕφορμον ἔχουσαι, εἰς ἃς τελευτᾷ τὸ Ἀμανὸν ὄρος. || — Μυρίανδος] Μυριανδὸς codex, quod non mutavi cum editt. in Μυρίανδρος, quanquam sic vulgo dicitur Vid. Xenoph. Anab. I, 4, 6; Steph. Byz. s. v.; Strabo XIV, p, 676; Mela I, 12, 5; Plin. V, 8. II, 112; Ptolem. V, 18 et numi ap. Rasch. Lex. num. III, 1 p. 1005. At libri Herodoti IV, 8 exhibent Μυριανδικοῦ κόλπου. Quod ducit ad Μυρίανδος. || — Θάψακος] Nomen fluvii aliunde non notum. Gailius indicari fluvium censuit qui aliis est Eleutherus. Is vero quum a meridie sit Aradi urbis inter Simyram et Orthosiam, uti recte dicit Strabo XVI, p. 753 (v. Mannert. VI, 1, p. 389. Forbiger. II, p. 662), a nostro loco prorsus est alienus. Bene Mannertus (VI, 1, p. 448) Thapsacum appellationem indigenam fuisse putat Orontis, suffragante Letronnio in *Poem. geogr.* p. 222: « Dès le temps de Xénophon, les limites de la Cilicie et de la Syrie étaient les pyles Amaniques, à cinq parasanges (environ cinq lieues) au delà d'Issus; Myriandrus, cinq parasanges plus loin que les pyles, appartenait déjà à la Syrie. Mais Hérodote porte ces limites plus au sud; selon lui, Posidium, la première ville au delà de l'Oronte, était située sur les frontières de la Syrie et de la Cilicie; d'où il suit assez naturellement que l'Oronte séparait alors les deux contrées. Cet état de choses est évidemment représenté dans le Périple, où la ville de Myriandrus est située en Cilicie, et la limite de cette contrée portée au fleuve Thapsacus, qui me paraît ne pouvoir être que l'Oronte des autres géographes. » Confirmare hanc sententiam licet ex sequentibus. Nam Scylax Syriæ paraplum usque ad Ascalonem esse dicit stadiorum 1700, ͵αψ'; sic codex; at numerum hunc corruptum esse luce clarius est; lenissima autem manu pro ͵αψ' repono ͵βψ' (quas numerorum notas sæpius jam vidimus confundi); quæ stadia 2700 ab Ascalone pertinent usque ad Orontem fluvium. Prisca Orontis nomina sec. Strabonem et Malalam p. 197 ed. Bonn. erant Τυφῶν et Ὀφίτης. Sed hæc quoque græca sunt. De *Thapsaco* vocabulo phœnicio ductisque hinc fluviorum urbiumque nominibus vid. Movers *Phœn. Alterth.* II, p. 154. || — Σόλους ὁδός] Σολουσὸδος codex; em. Vossius. Eadem Herodot. II, 34: Ἡ δὲ Αἴγυπτος τῆς ὀρεινῆς Κιλικίης μάλιστά κῃ ἀντίη κέεται· ἐνθεῦτεν δὲ ἐς Σινώπην τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ πέντε ἡμερέων ἰθέα ὁδὸς εὐζώνῳ ἀνδρί. Cf. id. I, 72. Septem potius dierum iter esse vero propior Scymnus v. 926 ait.

§ 103. Καρπάσεια] Hinc corrigendus Stadiasmus § 298, ubi codex: Καρπασαίαν. Ceteris est Καρπασία (Strab. XIV, p. 682; Diodor. XX, 48; Ptolem.; Steph. Byz.) et *Carpasium*, Καρπάσιον (Constantin. Porphyrog.; Hierocli p. 707; Plinio V, 35). || — Κερύνεια] Κερυνία Diodor. XIX, 59. 62. 69; Κεραυνία Ptol. V, 13 p. 362; Κυρήνη in Boisson. An. IV, p. 38, 3; Κυρηνία Hierocles p. 707 et codex A in Steph. Byz. v. Πηγαί, ubi ex aliis codd. Κερύνεια repositum a Meinekio; Κυρηναῖον Stadiasm. § 297. « Non confundendum cum hoc loco est *Corineum* (ap. Plin. V, 35), quod etiam Κώρην et Κορώνη dicitur, vetus Salaminis nomen, uti jam Harduinus ad Plin. monuit contra Meursium (Cypr. p. 29, ex quo pendet Engel *Kypros* t. I, p. 81, et Kiepert in mappa Cypri). Nostræ urbis nomen deducendum ex phœnicio קרן, קרנין (κέρατα) vel קרנית (κεραστία). Totam etiam Cyprum insulam a κέρασι, promontoriis, Κεραστίαν appellatam esse constat e Tzetze ad Lyc. 447. » Hæc notavi ex Moversio l. l. II, p. 223. || — Λήπηθις] sic codex; Λάπηθος Diodor. XIX, 59, Ptolem., Stadiasm. § 297, Stephanus, Plinius, alii, nisi quod in Λάπιθος nomen passim corruptum; Λάπαθος Strabo XIV, p. 682; *Lapetha* ap. Hieronym. Vit. S. Hilarii, tom. IV, p. 1 et 89. Moversius p. 222 confert nomen loci in Syria *Bet-Lapeth* (*locus raporum*). || — Μάριον] Memorat

μερινόν), Μάριον Ἑλληνίς, Ἀμαθοῦς (αὐτόχθονές εἰσιν)· αὗται πᾶσαι λιμένας ἔχουσαι ἐρήμους. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις ἐν μεσογείᾳ βάρβαροι. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

104. ΣΥΡΙΑ ΚΑΙ ΦΟΙΝΙΚΗ. Ἔστι μετὰ Κιλικίαν ἔθνος Σύροι. Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ οἰκοῦσι τὰ παρὰ θάλατταν Φοίνικες ἔθνος, ἐπὶ στενὸν ἔλαττον ἢ ἐπὶ τετταράκοντα σταδίους ἀπὸ θαλάττης, ἐνιαχῇ δὲ οὐδὲ ἐπὶ σταδίους ι′ τὸ πλάτος. Ἀπὸ δὲ Θαψάκου ποταμοῦ ἐστὶ Τρίπολις Φοινίκων, Ἄραδος νῆσος καὶ λιμὴν, βασίλεια Τύρου, ὅσον η′ στάδια ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῇ χερρονήσῳ ἑτέρα πόλις Τρίπολις· αὕτη ἐστὶν Ἀράδου καὶ Τύρου καὶ Σιδῶνος· ἐν τῷ αὐτῷ τρεῖς πόλεις καὶ περίβολον ἑκάστη τοῦ τείχους ἴδιον ἔχει· καὶ ὄρος Θεοῦ πρόσωπον, Τριήρης [πόλις] καὶ λιμὴν, Βηρυτὸς πόλις καὶ λιμὴν, Βορινὸς, Πορφυρέων πόλις, Σιδὼν πόλις καὶ λιμὴν κλειστὸς, Ὀρνίθων πόλις Σιδωνίων (Ἀπὸ Λεόντων πόλεως μέχρι Ὀρνίθων πόλεως**), Τυρίων πόλις Σάραπτα, ἄλλη πόλις Τύρος λιμένα

tum ad hibernandum commodum, Marium urbs Græca, Amathûs, cujus incolæ indigenæ sunt. Omnes hæ civitates portus habent desertos. Sunt etiam aliæ urbes barbaræ in tractu mediterraneo. Sed ad continentem redeo, unde discesseram.

104. Syria et Phoenicia. Post Ciliciam est Syrorum gens. In Syria autem regionem litoralem Phœnices habitant tractu angusto minusque quam per quadraginta stadia a mari versus mediterranea patente; interdum vero ne decem quidem stadiorum latitudo est. Post Thapsacum fluvium est (Tripolis Phœnicum,) Aradus insula cum portu, regia Tyri, octo circiter stadia a continente distans; sequitur in cherroneso sita (altera) Tripolis urbs, quæ est Aradi et Tyri et Sidonis; in eodem loco tres urbes suis quamque mœniis separatim circumseptas habet; tum mons Theuprosopon sive Dei facies, Trieres urbs cum portu, Berytus urbs cum portu, Borinus (?), [*Leontopolis*,] Porphyreôn urbs, Sidon urbs cum portu clauso, Ornithônpolis s. Avium urbs Sidoniorum. A Leontopoli ad Ornithônpolin [*stadia* *]; deinde Tyriorum urbs Sarapta et ipsa Tyrus urbs cum portu intra muros;

Diodor. XII, 3. XIX, 59. 80; Plinius l. l.; Stephanus s. v., qui postea urbem Arsinoen denominatam esse refert. Origine urbem esse Phœniciam inde colligis quod Maricus Cinyræ filius esse dicitur ap. Steph.. Postea vero uti Citium, Golgus, Soli, Paphos, sic Marium quoque colonis græcis frequentata fuerit. De situ Marii errasse Engel (*Kypros* I, p. 723) recte monet Droysen (*Hellenism*. II, p. 723). || — Ἀμαθοῦς] Amathusii indigenæ dicuntur, quod inter antiquissimos erant eorum, qui ex Canaanitica stirpe in insulam transmigraverant. Cf. Stephan : Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη κτλ. Movers p. 221. 240 sq. || — ἔχουσαι] ἔχουσιν scr. Fabricius. Portus deserti calamitosum innuunt tempus quo Cyprus tyrannorum Phœniciorum, quos Persa constituerat, imperio depressa pristinum splendorem amiserat. Quam profligatæ res fuerint quo tempore Evagoras imperium sibi vindicavit, liquet ex Isocrate. Sic Salaminem recuperavit Evagoras οὔτε ἐμπορίῳ χρωμένην οὔτε λιμένας κεκτημένην (circa 410 a. C. Isocrat. Evagor. c. 20.)

§ 104. τετταράκοντα] τέτταρα ὄντων cod.; em. Palmerius. || — Τρίπολις Φοινίκων] De hac Tripoli non constat. Sequitur infra ἑτέρα πόλις Τρίπολις. Quæ verba priorem urbem tueri videntur. Nihilominus puto eandem Tripolim librarii alicujus incuria bis positam esse, deinde ab alio additum esse ἑτέρα πόλις. || — η′ στάδια ἀπὸ τῆς γῆς] η′ στάδια καὶ λιμὴν ἀπὸ τ. γ. codex. Verba καὶ λιμὴν, ex antecc. male repetita, ejecit Fabricius. || — ἑκάστη... ἔχει] ἑκάστῃ.. ἐχ (sic) codex, non ἔχων, uti est in editt. Si malis ἑκάστη, licet; nam iota subscriptum in codice sexcentis locis temere appingitur. || — Θεοῦ πρόσωπον] Cf. Polyb. V, 68; Strabo XIV, p. 754; Ptol. V, 14, p. 364, 1. Ap. Melam I, 12, 3 corrupte *Euprosopon*. Λιθοπρόσωπον vocat Malala p. 485 ed. Bonn. Etiamnum ap. Arabes *Ouege al hiar*, facies lapidea. Vulgo *Ras el Schakkak*. || — Τριήρης] τῆρος cod.; em. Gronovius e Strabon. XVI, p. 754. Cf. Polyb. V, 68, Steph. Byz. V, 17. *Mutatio Tridis* corrupte in Itin. p. 583. || — Βορινὸς, sic codex; βορεινὸς conj. Salmasius, fortassis recte, quamquam in codice nomen proprium esse indicatur appicta linea rubra. || — Πορφυρέων] sic codex: item codices Stephani s. v., ubi inde a Xylandro editur Πορφυρεών. In Polyb. V, 68, 6 : τὰ περὶ Πορφυρεῶνα πόλιν. *Porphyrion* Itin. Hieros. p. 583; κώμην Πορφυρίωνα ἐπιθαλασσίαν Procop. Arcan. c. 30; ἐν Πορφυρεῶνι idem De ædif. 5. Cæterum juxta Porphyreon urbem memoranda erat Leontopolis, cujus infra mentio injicitur. || — Ὀρνίθων π.] Memorat Strabo p. 758 : Διέχει δὲ τῆς Σιδόνος ἡ Τύρος οὐ πλείους τῶν διακοσίων σταδίων. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ πολίχνιον Ὀρνίθων πόλις λεγομένη, εἶτα πρὸς Τύρῳ ποταμὸς (h. *Casimir* vel *Casmy*) ἐξίησι. Plinius V, 17 : *Tyrus, Sarepta, Ornithon oppida, Sidon*. Eundem locum *Ad nonum* appellat auct. Itin. H. p. 583. || — ἀπὸ Λεόντων πόλεως] πόλεων codex. Urbis mentio in antecc. excidit. E Strabone p. 756 scimus τὴν Λεόντων πόλιν inter Berytum et Sidonem sitam fuisse; eodem ducit Ptolemæus qui inter Berytum et Sidonem ponit *Leontis* fluvii ostium. Mannertus VI, 1, p. 377 urbem putat eandem esse quæ supra Porphyreon dicebatur, sive quod simul utrumque nomen haberet, alterum a fluvio, alterum a purpura, sive illud antiquius, hoc recentius esset. Non credo. Memorat præterea urbem Plinius V, 17 : *Berytus, Leonton oppidum, flumen Lycus, Palæbyblus*. || — Σάραπτα] Σάρα εἶτα cod.; em. Voss. e Stephano s. v. Σάραπτα; aliis *Sarepta* (Plin. V, 17; Sidon. Apollin. XVII, 16; Fulgent. myth. II, 15); Σαρεφθὰ (Josephus, A. J. VIII, 13). *Zarpath* in Vet. Testam.; nunc *Surafend* vel *Zerphant*. = — ἄλλη πόλις] v. ἄλλη librario iterum vindicarim. Mox codex βασιλεία Τυρίου. || — ἀπὸ θαλάττης γ′] Sphalma pro ἀπὸ γῆς vel ἀπ' ἠπείρου. Quattuor stadia notat Diodor. XVII, 40; septingentos passus Plinius; Scylax veriora habet (v. Mannert. VI, 2 p. 365). Nonnulli putarunt hæc cum seqq. jungenda

ἔχουσα ἐντὸς τείχους· αὕτη δὲ ἡ νῆσος βασίλεια Τυρίων, καὶ ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης γ'·

[Codicis pagina 93.]

Παλαίτυρος πόλις καὶ ποταμὸς [ὃς] διὰ μέσης ῥεῖ, καὶ πόλις τῶν ['Εκδίππων]
καὶ ποταμὸς καὶ Ἄκη πόλις, ἔξω πὴ πόλις Τυ[ρίων· Κάρμηλος]
ὄρος ἱερὸν Διός· Ἄραδος πόλις Σιδονίων. . . . .
καὶ ποταμὸς Τυρίων· Δῶρος πόλις Σιδονίων· ['Ιόππη πόλις· ἐκτε-]
θῆναί φασιν ἐνταῦθα τὴν Ἀνδρομ[έδαν τῷ κήτει· Ἀσκά-]
λων πόλις Τυρίων καὶ βασίλεια. 'Ενταῦ[θα ὅρος ἐστὶ τῆς Κοίλης]
Συρίας. Παράπλους Κοίλης Συρίας [ἀπὸ Θαψάκου ποτ. μέχρι]
'Ασκάλωνος στάδια ͵βψ'. 'Α[ραβία. Μετὰ δὲ Συρίαν εἰσὶν Ἄραβες]
ἔθνος, νομάδες ἱππεύοντες [καὶ νομὰς ἔχοντες παντοδαπῶν βοσ-]
κημάτων, οἰῶν καὶ αἰ[γῶν]. . . . .
καὶ καμήλων· ἔστι δὲ αὕ[τη]. . . . .
ἔστι τὰ πολλὰ ἄ. . . . .
τε τὴν Αἴγυπτον. . . . .
ἐν αὐτῇ κολ. . . . .
ἔστιν ἐκ τῆς. [ἔξω-]
θεν θαλ[αττ]. . . . . [θάλα-]
τταν. . . . .
καί. . . . .
. . . .
. . . .

hæc insula est regia Tyriorum, a [*continente*] distans stadia tria.

[Codicis pagina 93.]

Palætyrus urbs, quam mediam fluvius perlabitur, et urbs [*Ecdippa*,]
et fluvius et Ace urbs, * urbs Ty[*riorum, Carmelus*]
mons Jovi sacer, Aradus (?) urbs Sidoniorum, ...
et fluvius Tyriorum, Dorus urbs Sidonia, [*Joppe urbs; expo-*]
sitam ibi ferunt Androm[*edam belluæ marinæ; tum Asca-*]
lon urbs Tyriorum et regia. Ibi [*terminus est Cavæ*]
Syriæ. Præternavigatio Cavæ Syriæ [*a Thapsaco fl. ad*]
Ascalonem stad. 2700. (§ 105.) A[RABIA. *A Syria Arabum*]
gens nomadum equitantium, [*greges alens omne genus pe-*]
corum, ut ovium, ca[*prarum*,]. . . . .
et camelorum. Est vero hæc [*regio sterilis et deserta*]
ut plurimum a[*quaque caret. Latus occiduum versus-*]
que Ægyptum [*spectans, mare alluit angustum; suntque*]
in eo sin[*us duo, Ælanites et Heroopolites. Porro*]
est ex [*Rubro quod dicitur mari sive inde ab ex-*]
tero ma[*ri Arabia porrecta usque ad nostrum ma-*]
re . . . .
et. . . . .
. . . .
. . . .

---

esse, adeo ut Palætyrus tribus ab ora stadiis abfuisse opinandum foret. Sic Sainte-Croix, qui et aliud quippiam de hoc loco excogitavit, quod referre tædet. || — Παλαίτυρος] πάλιν Τύρος cod.; em. Vossius. Inde a voce πάλιν incipit folium 47 (p. 93 et 94), cujus major pars avulsa est eum in modum quem typis expressa ostendunt. Quæ in priore folii pagina supersunt, eadem notatis lacunis habet apographum Vatican. fol. 230 rect. usque ad verba ἔστιν ἐκ τῆς; ultima vocabulorum in hac pagina fragmina et quæ p. 94 leguntur omnia omisit. Ceterum in codice Parisino quum post alterum quodque vel tertium vocabulum interpungatur, non erat cur hoc quoque exprimeremus. || — τῶν 'Εκδίππων] Vocis τῶν compendium agnoscere ex superstite particula licet. 'Εκδίππων supplevit Voss. De situ urbis v. Itin. Hieros. p. 584; Joseph. B. J. I, 13; Ptolem.; Plinius V, 17. Geogr. Rav. Hebræis *Achsib* (Josua 19, 29; Hieronym. De loc. sacr. s. v.) Nunc *Zib*. Ceterum de supplemento Vossiano dubitavit Gronovius, quoniam πόλις Ἔκδιππα Scylax pro more suo dicere debuisset. Ipse finxit : πόλις τῶν 'Υαλιτῶν, quum litus inter Tyrum et Acen plenum ὑαλίτιδος ἄμμου sit, teste Strabone. || — ἔξω πὴ] sic codex. ἑξῆς Βῆλος conj. Vossius. At de Belo urbe non constat; fluvius tantum Belus (h. *Numan*) prope Acen exiens memoratur (Strab. p. 758; Plin. V, 17; XXXVI, 65; Joseph. B. J. II, 17). In sinu inter Acen et Carmelum montem jacent Calamon (Itin. p. 584) et deinde Συκαμίνων πόλις sive Συκάμινον (Itin.; Strabo p. 723; Ptol. p. 364; Steph.), qui locus teste Eusebio s. v. 'Ιαφέθ : κώμη πάραλος πλησίον τοῦ Καρμήλου 'Ηφὰ λέγεται. Idem nomen ap. Plin. in *Ieba* abiit V, 17 : *Promontorium Carmelum et in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana dictum; juxta Getta, Jeba* (*Jebba* v. l.) Ceterum Plinius ex multis sua corradens simul habet etiam *Sycaminum* oppidum, quod perperam inter Dorum et Carmelum ponit. Hinc conjicere licet : ἑξῆς 'Η[φὰ] πόλις. || — Κάρμηλος] suppl. Voss. || — Ἄραδος πόλις] Aradus in hoc tractu non nota. Gronovius putavit urbem innui quæ Straboni XVI, p. 759 Γαδαρὶς, et ap. Maccab. I, 14, 7. 15, 28 Γάζαρα vocatur. At Gadaris non hic locorum, sed inter Joppen et Ascalonem sita. Quid lateat, nescio. Deinde lacunam post v. Σιδονίων Vossius explevit insertis verbis : Συκαμίνων πόλις; et hoc contra seriem locorum, quam negligentiam Plinii l. l. et Strabonis p. 758 exemplis excusare nolis. Strabo post Sycaminon polin nominat Βουκόλων καὶ Κροκοδείλων πόλιν καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Fluvium qui ante Dorum urbem memorari potuerit, novi nullum; paullo post Dorum Chorsus fl. exit. || — Δῶρος] Sic etiam Hecatæus et Alexander Ephesius ap. St. Byz. s. v. Aliæ nominis formæ Δῶρα, Δώρα, Δῶρον. V. Dindorf. in Thes. et Meineke ed Steph. Byz. || — 'Ιόππη κτλ.] suppl. Vossius e Strabon. XVI, p. 759 : Εἶτα 'Ιόππη... ἐνταῦθα δὲ μυθεύουσί τινες τὴν Ἀνδρομέδαν ἐκτεθῆναι τῷ κήτει. || — ὅρος ἐστὶ τῆς κοίλης] suppl. E. Miller. || — ἀπὸ Θαψάκου ποτ.] recte suppl. Fabricius; ἀπὸ Σιδῶνος μέχρι suppl. Miller, haud dubie ob sequentem numerum ͵αψ', quanquam ad Sidonem ab Ascalone 1200 tantum stadia sunt. Pro ͵αψ' aperte scrib. est ͵βψ'. Ap. Fabricium nescio quo lapsu exstat ͵γψ'. || — 'Α[ραβία κτλ.] supp. Miller. Litera A rubricata titulum indicat. || — καὶ νομὰς κτλ.] suppl. Miller. Cf. Strabon. XVI, p. 765 : Σκηνῖται Ἄραβες... γεωργοῦντες ἢ οὐδὲν ἢ μικρὰ, νομὰς δὲ ἔχοντες παντοδαπῶν θρεμμάτων καὶ μάλιστα καμήλων. Id. p. 768 in meridionali Ar. parte esse dicit βοσκημάτων ἀφθονίαν πλὴν ἵππων καὶ ἡμιόνων καὶ ὑῶν. || — αἰγῶν] Suppl. Miller : αἰγῶν καὶ βοῶν καὶ ἡμιόνων καὶ μάλιστα ἵππων. || — ἔστι δὲ αὕ[τη] Hoc Millerus mutavit in αὐτοῖς, ita supplens : Ἔστι δὲ αὐ[τοῖς λιβανωτὸς καὶ σμύρνα εὐώδης, καὶ] ἔστι τὰ πολλὰ

. . . .
. . . .
. . . .
. . . . . [Παράπλους]. . . . .

[Codicis pagina 94.]

. .'Α] ραβίας δὲ (αὐ)τῆς ἀπὸ Συρίας ὁρίων μέχρι στόματος τοῦ
[Νείλου τοῦ ἐ]ν Πηλουσίῳ, τοῦτο γάρ ἐστιν Ἀραβίας ὅρος,
στάδ. ,ατ'.
. . . . Ἀ]ραβίαν Αἰγύπτου μέχρι τοῦ Νείλου ἐξ ἧς Ἀρα-
. . . . Αἰγύπτιοι · φόρον δὲ φέρουσιν Αἰγύ-
. . . . ἀεὶ τοῖς Ἄραψιν. Αἴγυπτος.
[Μετὰ δὲ Ἀραβίαν Αἴγυπτος] ἐστὶν ἔθνος · καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ
[αἵδε · Πηλούσιον πόλ. καὶ λιμὴν] καὶ βασίλειον · οὗ τὸ στόμα
[τοῦ Νείλου ποτ. Πηλουσιακόν ἐστι] πρῶτον, τῆς Ἀραβίας
[ὅρος · δεύτερον Τανικὸν, ἐφ' ᾧ καὶ πόλις βασιλι]κή · τρίτον
[Μενδήσιον καὶ πόλις · δ' Φατνιτικ]όν · πέμπτον Σεβεννυ-
[τικὸν καὶ πόλις Σεβέννυτος · Βοῦτος λίμνη, ἔν]θα πόλις καὶ βα-
[σίλειον · ἕκτον Βολβιτικὸν καὶ πόλις βασιλι]κή · ἕβδομον
[Κανωβικὸν, καὶ Θῶνις πόλις · μετὰ ταῦτα λίμνη] ᾗ ὄνομά
[ἐστι Μάρεια. αὕτη δὲ ἡ λίμνη ἤδη ἐστὶν ἐν τ]ῇ Λιβύῃ
. . . . ει δὲ ἐ
. . . . β]ουλήν
. . . . ε.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

(Cod. p. 95) τὸ δὲ Πηλουσιακόν. Καὶ πάλιν σχίζεται δίχα. Τὸ δὲ Σεβεννυτικὸν, τὸ μὲν εἰς τὸ Μενδήσιον, τὸ δὲ εἰς θάλασσαν · ἀπὸ δὲ τοῦ Μενδησίου εἰς τὸ Φατνιτικὸν στόμα · ἀπὸ δὲ τοῦ Πηλουσιακοῦ εἰς τὸ Τανικὸν στόμα · τὸ δὲ ἀπὸ Κανωπικοῦ μέχρι Σεβεννυτικῆς λίμνης, καὶ στόμα τὸ Βολβιτινὸν ῥεῖ ἐκ τῆς λίμνης. Ἔστι δὲ τὰ πολλὰ τὰ παρὰ θάλατταν Αἰγύπτου λίμναι καὶ ἕλη. Ἔστι δὲ ἡ Αἴγυπτος τοιάδε

. . . .
. . . .
. . . .
. . . . [*Prætemavigatio*]. . . . .

[Codicis pagina 94.]

. . . *A*]rabiæ vero ejus, quæ est a Syriæ finibus ad ostium
[*Nili*] Pelusiacum (id enim terminus est Arabiæ), stadiorum 1200.
[*Dicunt esse et*] Arabiam Ægypti usque ad Nilum ab Ara
[*bico mari. Sunt ibi Arabo-*] Ægyptii tributarii illi Æ-
[*gypti regibus, infensis*] semper Arabibus. (106) ÆGYPTUS.
[*Post Arabiam sequitur Ægyptiorum*] gens. In eaque urbes
[*hæ sunt : Pelusium cum portu*] et regia, ubi ostium est
[*Pelusiacum Nili fluvii*], primum illud, idemque Arabiæ
[*terminus; tum Tanicum, ad quod urbs re*]gia; tertium
[*Mendesium cum urbe; tum Phatnitic*]um; tum Sebenny-
[*ticum et Sebennytus urbs; Butus lacus*], ubi urbs et re-
[*gia; sextum Bolbiticum cum urbe re*]gia; septimum
[*Canobicum et Canopus urbs. Postea lacus*], cui nomen
. . . . . . *est Marea. Hic vero lacus jam est in*] Libya
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . [*Paullo infra Memphim urbem Nilus in tres scinditur alveos, in Canobicum, in Sebennyticum inque*]

Pelusiacum. Ac rursus hi scinduntur bifariam. Nam Sebennyticus alveus partim in Mendesium exit, partim in mare delabitur; a Mendesio autem denuo excurrit in Phatniticum ostium. Ex Pelusiaco alveo alius exit in Tanicum ostium. Qui vero a Canobico proficiscitur, is in lacum venit Sebennyticum, e quo profluit ostium Bolbitinum. Pleraque Ægypti, quæ ad mare, lacus sunt et paludes. Ea autem est figura Ægypti,

---

ἄ[λλα ἀρώματα ἃ μεταβάλλονται τοῖς ἐμπόροις. Κατά] τε τὴν Αἴγυπτον [ἐκτείνεται Ἀραβία ἡ Πετραία λεγομένη, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῇ κόλ]πος Αἰλανίτης. Fortasse tale quid erat : ἔστι δὲ αὕ[τη ἡ χώρα λυπρὰ καὶ ἔρημος καὶ] ἔστι τὰ πολλὰ ἄ[νυδρος. Κατὰ δὲ τὸ μέρος αὐτῆς τὸ ἑσπέριον ἐπί] τε τὴν Αἴγυπτον [νεῦον θάλαττα ἐκτείνεται στενή · καὶ εἰσὶν] ἐν αὐτῇ κόλ[ποι ὁ Αἰλανίτης καὶ ὁ Ἡρωοπολίτης · καὶ] ἔστιν ἐκ τῆς ['Ερυθρᾶς λεγομένης θαλάττης ἢ τῆς ἔξω]θεν θαλ]άττης ἡ Ἀραβία ἕως ἐπὶ τὴν ἡμετέραν θάλα]τταν. || — Ἀραβίας δὲ αὐτῆς] In antecc. reliquæ Arabiæ et eorum quæ deinceps in mari extero sequebantur, brevis mentio facta esse videtur. Deinde Νείλου τοῦ ἐν bene suppl. Miller. Idem in sequentibus tentavit : [Μετὰ δὲ τὴν Ἀ]ραβίαν Αἰγύπτου μέχρι τοῦ Νείλου ἑξῆς Ἀρα[βίας ἔχονται] Αἰγύπτιοι · φόρον δὲ φέρουσιν Αἰγύ[πτιοι καὶ πείθονται] ἀεὶ τοῖς Ἄραψιν. Quorum pars prior eadem exhiberet quæ mox aptiore loco servata sunt : Μετὰ δὲ Ἀραβίαν Αἰγύπτιόν ἐστιν ἔθνος; sequentia autem de Ægyptiis tributum solventibus tum demum admitti possent, si quis ea addita a Byzantino homine diceret quo tempore Saraceni Ægyptum obtinebant. Auctor dixerit Arabiæ nomine affici etiam eam regionem quæ media est inter Arabicum sinum atque Nilum fluvium, uti docet Strabo XVII, p. 803 : ἡ δὲ μεταξὺ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου Ἀραβία μέν ἐστι καὶ ἐπί γε τῶν ἄκρων ἵδρυται τὸ Πελούσιον, et disertius p. 806 : ἐντεῦθεν δὴ ὁ Νεῖλός ἐστιν ὁ ὑπὲρ τοῦ Δέλτα · τούτου δὴ τὰ μὲν δεξιὰ καλοῦσι Λιβύην ἀναπλέοντι.., τὰ δ' ἐν ἀριστερᾷ Ἀραβίαν κτλ. Hinc in talem fere sententiam supplere possis : [φασὶ δὲ εἶναι καὶ] Ἀραβίαν Αἰγύπτου μέχρι τοῦ Νείλου ἑξῆς Ἀρα[βικοῦ κόλπου. Οἱ δ' ἐνοικοῦντες εἰσὶν Ἀραβαιγύπτιοι, φόρον δὲ φέρουσι Αἰγύπτου βασιλεῦσι, οἳ καὶ πολεμοῦσιν] ἀεὶ τοῖς Ἄραψιν. || — τὸ δὲ Πηλουσιακόν] Quæ in proxime antecedentibus dicta esse videantur, in latinis indicavi. Nostra ab Herodoteis II, 17 eo recedunt, quod Saiticum ostium Herodotus dicit a Scylace aliisque Tanicum sive Taniticum vocatum; porro Bucolicum ille quod Scylax Phatnicum sive Phatniticum; denique Herodoto Tanicum, sicuti Mendesium, ἀπορρὼξ est Sebennytici alvei, quum apud Nostrum e Pelusiaco derivet. — Quæ sequuntur in singulorum ostiorum recensu supplementa sunt Milleri, nisi quod nonnulla mutavimus. || — τὸ δὲ ἀπὸ Κανωβικοῦ] τ. δ. ἀ. Κανώβου cod.;

τὴν ἰδέαν ὁμοία πελέκει. Ἔστι γὰρ κατὰ θάλατταν πλατεῖα, κατὰ δὲ μεσογείαν στενωτέρα, κατὰ δὲ Μέμφιν στενωτάτη αὐτῆς· ἔπειτα δὲ εἰς μεσογείαν ἀπὸ Μέμφεως ἰόντι πλατυτέρα, κατὰ δὲ τὸ ἀνώτερον αὐτῆς πλατυτάτη. Τὸ μέρος τὸ ἄνωθεν Μέμφιδος Αἰγύπτου ἐστὶ τὸ πλεῖστον ἢ τὸ παρὰ θάλασσαν. Τὸ δὲ Κανωπικὸν στόμα ὁρίζει Ἀσίαν καὶ Λιβύην. Παράπλους δ' ἐστὶν Αἰγύπτου ἀπὸ Πηλουσίου στόματος στάδια ͵ατ'. Τῆς δὲ Ἀσίας ὁ περίπλους (ἔστι γὰρ περιφερής), λογιζομένῳ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὃν περὶ Εὐρώπης γέγραπται, ἡμερῶν ἐστι πζ'. Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι τῷ Κανωπικῷ ἐστι νῆσος ἐρήμη, ᾗ ὄνομα Κάνωπος· καὶ σημεῖά ἐστιν ἐν αὐτῇ τοῦ Μενέλεω, τοῦ κυβερνήτου τοῦ ἀπὸ Τροίας, ᾧ ὄνομα Κάνωπος, τὸ μνῆμα. Λέγουσι δὲ Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ προσχώριοι οἱ τοῖς τόποις Πηλούσιον ἥκειν ἐπὶ τὸ Κάσιον, καὶ Κάνωπον ἥκειν ἐπὶ τὴν νῆσον, οὗ τὸ μνῆμα τοῦ κυβερνήτου.

ut bipennem referat. Lata enim est secundum mare, in mediterraneis angustior, ad Memphin vero arctissima. A Memphide autem ad interiora ascendenti fit latior, et superior ejus pars latissima est. Atque ea pars quæ supra Memphin est, major est alterâ quæ ad mare est. Ostium autem Canopicum Asiam Libyamque disterminat. Prætervectio Ægypti ab ostio Pelusiaco est stadiorum 1300. Asiæ vero prætervectio (tortuosa autem est) eodem modo, ut de Europa scriptum est, supputanti est dierum 87. Ad ostium Canopicum est insula deserta, quæ appellatur Canopus, et monumenta sunt in illa Menelai, scilicet Canopi, qui a Troja redeunti gubernator erat, sepulcrum. Aiunt autem Ægyptii locorumque accolæ Pelusium venisse in Casium, Canopum vero in insulam, ubi monumentum gubernatoris hujus exstat.

ΛΙΒΥΗ.

107. Ἄρχεται ἡ Λιβύη ἀπὸ τοῦ Κανωπικοῦ στόματος τοῦ Νείλου. ἈΔΥΡΜΑΧΙΔΑΙ. Ἔθνος Λιβύων Ἀδυρμαχίδαι. Ἐκ Θώνιδος δὲ πλοῦς εἰς Φάρον νῆσον ἔρημον [εὐλίμενος δὲ καὶ ἄνυδρος] στάδια ρν'. Ἐν

LIBYA.

107. Incipit Libya post Canopicum Nili ostium. Adyrmachidæ. [*Prima*] gens Libyum sunt Adyrmachidæ. E Thonide vero navigatio versus Pharum, insulam desertam [Commodis portubus ornata est, sed

---

em. editt. || — ὁμοία πελέκει.] « Cette configuration n'est exacte que si l'on s'arrête à Fagoum ; au delà la vallée devient insensiblement de plus en plus étroite. Celui qui a écrit cette description n'avait donc évidemment qu'une connaissance très-imparfaite de l'Égypte au delà de ce point ; ainsi l'on peut regarder ce passage comme une preuve de l'ancienneté des matériaux d'où a été tirée la description de la côte d'Égypte. » Letronnius *P. G.* p. 225. Aliorum de figura Ægypti sententias v. ap. Dionys. 242 ibiq. Eustath., et Strabon. p. 789. Cf. Forbiger. II, p. 767. || — αὕτης] editt.; αὐτῆς cod. || — Μέμφιδος Αἰγύπτου] Αἰγύπτου M. codex ; em. Clausen. Fort. præstat ejicere v. Αἰγύπτου, uti Gailius voluit. || — πλεῖστον ἢ] ἢ interdum post superlativos poni constat. || — ͵ατ'], ͵βτ' codex ; em. Millerus. Etenim 1300 stadia computant Diodor. I, 34, Strabo XVII, p. 791 (p. 587 codd. præbent 3300, et p. 64 stad 1500); Plinius V. 19 habet 170 mill. (i. e. 1360 stad.). || — νῆσος... ἐρήμη Κάνωπος] « J'ai observé (dans la traduct. fr. de Strabon., t. V, p. 359) que Canope, ville, est présentée dans le Périple comme une ville ou une presqu'île inhabitée (je dis une *presqu'île* parce que νῆσος a quelquefois ce sens dans les anciens auteurs), tandis que Thonis, située auprès de Canope, et qui fut ruinée après la fondation de cette dernière, y est donnée comme une ville encore existante : or la ville de Canope est déjà citée par Eschyle dans le Prométhée lié, écrit vers 450 av. J. C. Il est clair que cette partie du Périple est au moins de l'époque d'Hérodote, et vraisemblablement elle est plus ancienne encore. Je suis disposé à croire que l'auteur a eu sous les yeux une ancienne description de la côte d'Égypte, dressée par quelques-uns des pilotes ioniens qui, depuis le règne de Psammitichus, durent prendre une connaissance assez précise de cette côte. » Letronnius l. l. p. 224. || — τὸ μνῆμα] Hac voce carere malim ; nihil tamen ejicere eam, tanquam glossema ad voc. σημεῖον, cogit. De fabula Canopi vel rectius Canobi v. Strabo XVII. p. 801 ; Dionys. 13 ibique Eustath.; Conon Narr. 8 ; Ælian. N. An. XV, 13 ; Nicandr. Ther. 309 ibiq. schol.; Stephan. s. v.; Tacit. An. II, 60 ; Ammian. XXII, 16, 14 ; Servius Georg. IV, 287 ; Aristid. Or. Æg. t. II, p. 359 Jebb. || — ἥκειν] ἥξειν et deinde ἥξειν codex ; ἐλθεῖν Vossius. || — Πηλούσιον] De Pelusio, a quo Pelusium ad Casium conditum sit, aliunde non constat. Ad Peleum Phthiotam rem refert Ammianus XXII, 16, 3 (*Pelusium est oppidum nobile, quod Peleus Achillis pater dicitur condidisse, lustrari deorum monitu jussus in lacu qui ejusdem civitatis alluit mœnia.*) et Eustath. ad Dionys. 260, ubi vide. || — οὗ τὸ] αὐτὸ codex ; em. Gailius.

§ 107. Ἀδυρμαχίδαι. Ἔθνος Λιβ. Ἀδυρμ.] Sic codex ; editt. non nisi alterum voc. Ἀδυρμ. habent. Gailius : (Ἄρχεται ἡ Λιβύη.) Ἀπὸ τοῦ Κ. στόματος τοῦ Νείλου Ἀδυρμαχίδαι ἔθνος Λ. Ἐκ Θ. κτλ. Quæ forent concinniora. Fortasse pro ἔθνος erat : πρῶτον ἔθνος. Cf. Herodot. IV, 168 : Ἀπ' Αἰγύπτου ἀρξάμενοι πρῶτοι Ἀδυρμαχίδαι... Παρήκουσι μέχρι λιμένος, τῷ οὔνομα Πλυνός ἐστι. Aliter de sedibus eorum statuit Ptolemæus IV, 5, p. 279. Cf. Agrœtas fr. 1 in Fr. Hist. tom. IV, p. 294. || — Θώνιδος] Urbis meminit Strabo XVII, p. 800 ; Diodor. I, 19 ; Stephan. B. s. v. Cf. not. ad § 106. || — πλοῦς] πλουσ˜ cod.; πλοῦς ὡς εἰς Gail. Deinde verba εὐλίμενος δὲ καὶ ἄνυδρος intacta reliqui, sed cum Gailio uncis inclusi, utpote e margine illata. || —

δὲ Φάρῳ λιμένες πολλοί. Ὕδωρ δὲ ἐκ τῆς Μαρείας λίμνης ὑδρεύονται· ἔστι γὰρ πότιμος. Ὁ δὲ ἀνάπλους εἰς τὴν λίμνην βραχὺς ἐκ Φάρου. Ἔστι δὲ καὶ Χερρόνησος καὶ λιμήν· ἔστι δὲ τοῦ παράπλου στάδια σ'. Ἀπὸ Χερρονήσου δὲ Πλίνθινός ἐστι κόλπος. Τὸ δὲ στόμα ἐστὶ τοῦ Πλινθίνου κόλπου εἰς Λευκὴν ἀκτὴν πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός· τὸ δὲ εἰς τὸν μυχὸν τοῦ Πλινθίνου κόλπου δὶς τοσοῦτον. Περιοικεῖται δὲ κύκλῳ. Ἀπὸ δὲ Λευκῆς ἀκτῆς εἰς Λαοδαμάντειον λιμένα πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. Ἀπὸ δὲ Λαοδαμαντείου λιμένος εἰς Παραιτόνιον λιμένα πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. Ἔχεται Ἆπις πόλις. Μέχρις οὖν ἐνταῦθα Αἰγύπτιοι ἄρχουσιν.

108. ΜΑΡΜΑΡΙΔΑΙ. Ἀπὸ δὲ Ἄπιδος ἔθνος Λιβύων ἐστὶν οἱ Μαρμαρίδαι μέχρις εἰς Ἑσπερίδας. Ἀπὸ δὲ Ἄπιδος ἐπὶ Τυνδαρίους σκοπέλους πλοῦς ἡμέρας. Καὶ ἀπὸ Τυνδαρίων σκοπέλων εἰς Πλύνους λιμένα πλοῦς ἡμέρας. Ἐκ Πλύνων εἰς Πέτραντα τὸν μέγαν πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. Ἐκ Πέτραντος εἰς Μενέλαον πλοῦς ἡμέρας. Ἐκ Μενελάου εἰς Κυρθάνειον πλοῦς ἡμέρας. Ἀπὸ Κυρθανείου Ἀντίπυγος λιμήν· πλοῦς

aqua caret], est stadiorum 150. In Pharo autem portus multi. Aquantur vero ex Maria palude; hæc enim aquam habet potabilem. Brevis in hanc paludem e Pharo navigatio. Est etiam Chersonesus cum portu: prætervectio ad eam est stadiorum 200. Chersonesum sequitur sinus Plinthinus. Os vero sinus Plinthini usque ad Album litus patet diei noctisque navigatione: in extremum autem sinus Plinthini recessum si intraveris oram sinus legens, præternavigatio duplo major est. Circumhabitatur hic sinus. Ab Albo litore ad portum Laodamantium est diei dimidiati navigatio. A portu Laodamantio ad portum Parætonium navigatio diei dimidiati. Sequitur Apis urbs. Huc usque Ægyptiorum patet regnum.

108. Marmaridæ. Inde ab Apide usque ad Hesperides sunt Marmaridæ, gens Libyca; ab Apide vero usque ad scopulos Tyndarios navigatio diei. A scopulis Tyndariis usque ad Plynos portum navigatio *diei*. E Plynis ad Petrantem majorem est diei dimidiati navigatio; e Petrante usque ad Menelaum navigatio diei. E Menelao in Cyrthanium navigatio diei. A Cyrthanio Antipygus portus dimidiati diei navigatione

---

σταδ. ρν'] Consentit Strabo p. 791. || — Μαρείας] Μαρίας cod. || — ἀνάπλους.. ἐκ Φάρου] ἀνάπλους sensu latiori dicitur. Gailius verba ἐκ Φάρου inclusit. || — Χερρόνησος.. στάδ. σ'] Secundum Ptolemæum (IV, 5 p. 277, 1), qui vixit Alexandriæ, Χερρόνησος μικρὰ, λιμήν, ab Alexandria distat dimidia unius gradus parte, quod ad Scylacis computum proxime accedit, monente Mannerto X, 2, p. 24. In Stadiasmo § 1 corrupte codex præbet β' pro σ', δύο pro διακόσια. Strabo p. 799: Χερρόνησος φρούριον πλησίον ἤδη τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς Νεκροπόλεως ἐν ο' σταδίοις, ubi aut ο' corruptum ex σ', aut septuaginta stadia ab Necropoli numerari voluit, uti Mannertus censet. || — Πλινθινος κόλπος] Πλινθίη κόλπος et mox Πενθινοῦ κόλπου codex; em. Vossius. Πλινθινήτης ap. Herodot. II, 6, qui eo terminari Ægyptum occiduam dicit; hodie *golfe des Arabes*. Plinthine urbs, cujus mentio excidit, sec. Stadiasm. nonnisi 13 stadiis a Chersoneso distabat; at corruptus numerus; erant supra 125 sec. Ptolem. Memorant urbem Hellanicus fr. 155, Strabo p. 799, St. B. et Joseph. B. J. IV, 10, 5, p. 223 ed. Didot, ubi a Pelusio ad Plinthinen esse dicuntur stad. 3600 (lege 1600). || — τὸ δὲ εἰς τὸν μυχόν] i. e. τὸ δὲ κατακολπίζοντα ἕως εἰς τὸν μυχὸν παραπλεῖν. || — πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτὸς] Ptolemæus p. 276 a Chersoneso ad Leucen acten computat duos gradus et decem scrupulos, quibus efficiuntur fere 1000 stadia; sec. Strabon. X, 5, 17 Leuce acte ab Alexandria mille stadiis distat. || — Λαοδαμάντειον] a Leuce acte 110 stadiis abest sec. Stad. § 16. Eodem fere ducit Ptolemæus IV, 5 p. 281 (Λευκὴ ἀκτὴ 57°, 50'. Λαοδαμάντιον 57°, 30'), nisi quod is nostrum locum inter vicos mediterraneos recenset. Portus respondet hodierno *Mahadah*. || — Παραιτόνιον] Nunc *el Baretone* sive *Berek*. || — σ'] V. Strabo p. 799; Mela I, 8, 2; Plin. V, 5; Arrian An. III, 3, 3; Florus IV, 11; St. B. s. v.; Itin. p. 72; Hierocl. p. 733; Pseudocallisth. I, 31. || — Ἆπις] 100 stadiis a Parætonio distat sec. Strabon. p. 799; viginti minutis sec. Ptolemæum p. 276, 13. Plinius V, 6 idem intervallum 62 mill. pass. esse dicit, numero haud dubie corrupto. Herodotus II, 18 Apidem una cum Marea tanquam conterminam Ægypto memorat, nescio an de nostro loco an de alio cogitans. Hodie ruinæ ejus esse videntur in valle *BoumAdjoubah*.

§ 108. Τυνδαρίους σκοπέλους] τὴν δαρέου σκ. et mox τὴν δαρέων codex; em. Salmasius. V. Strabo XVII, p. 799: Τυνδάριοι σκόπελοι τέτταρες (τρεῖς sec. Ptolem.), ἔχοντες λιμένα. Stadiasm. § 26 corrupte: Δαρείου σκοπέλους. Nunc rupes *Ichailao*. || — Πλύνους λιμ.] Πλυνὸς λιμὴν sec. Herodot. IV, 168, qui hucusque pertinere Adyrmachidas ait. Πλῦνος λιμήν Strabo XVII, p. 838. Plynum Libyæ urbem, ex qua genus Menelai oriundum fuerit, memorat Tzetzes Lyc. 149: Πλυνὸς πόλις Λιβύης, ὅθεν ἦν Ἄτλας. Lapieus portum fuisse censet prope *Ras Halem*. || — Πέτραντα τὸν μέγαν] Ptolemæus p. 276, 4: Πέτρας μεγάλη, λιμήν (54°, 10'; 31°, 10'). Stadiasm. § 31 pro Πέτραντα corrupte Περάοντα. Idem a Tyndariis scopulis ad Petrantem exputat stadia 675; qui numerus aperte corruptus est. || — Μενέλαον] Ptolemæo p. 280, 16 Μενέλαος est vicus mediterraneus (53°, 40'; 31°). Herodotus IV, 169: Μενελάϊος λιμήν; Strabo p. 838: Μενέλαος λιμήν. Cf. Stadiasm. § 36; Cornel. Nep. Ages. c. 8. Erat ad hod. *Cap Rezat* sec. Della Cella, *Viaggio da Tripoli* p. 176. Lapieus locum ponit ad hod. *Al Curiat*. || — Κυρθάνειον] Σκυθράνιος λιμήν (53°, 30') Ptolem. p. 276, 1; Πυρθμάνιος Stad. § 37. (« Ruines à l'est de Kabaisch », 278 stades d'*Al Kuriat* » Lapieus.) || — Ἀντίπυγος] *Antipego* in Tab. Peut.; *Antipegoni* Geogr. Rav.; Ἀντίπυργος λιμήν (53°, 20') Ptolemæus p. 275, 30; 220 stadiis a Cyr-

ἥμισυ ἡμέρας. Ἀπὸ δὲ Ἀντιπύγου Πέτρας ὁ μικρὸς λιμήν· πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. Ἀπὸ Πέτραντος [τοῦ] μικροῦ Χερρόνησοι Ἀχιλίδες, λιμήν (ταῦτα τῆς Κυρηναίων χώρας ἐστί)· πλοῦς ἡμέρας. Ἐν δὲ τῷ μέσῳ Πέτραντος καὶ Χερρονήσου εἰσὶ νῆσοι Ἀηδωνία καὶ Πλατεῖαι. Ὕφορμοι δὲ ὑπ' αὐταῖς εἰσίν. Ἐντεῦθεν ἄρχεται τὸ σίλφιον φύεσθαι γύης*· παρήκει δὲ ἀπὸ Χερρονήσου διὰ τῆς μεσογείας μέχρι Ἑσπερίδων, παρὰ γῆν ἐγγὺς στάδια ͵αφ' μάλιστα. Ἀφροδισιὰς νῆσος ὕφορμος· Ναύσταθμος λιμήν. Πλοῦς ἀπὸ Χερρονήσου ἡμέρας μιᾶς, ἀπὸ δὲ Ναυστάθμου εἰς λιμένα τὸν Κυρήνης στάδια ρ'. Ἐκ δὲ τοῦ λιμένος εἰς Κυρήνην στάδια ὀγδοήκοντα. Ἔστι δὲ Κυρήνη ἐν μεσογείᾳ. Εἰσὶ δὲ οὗτοι λιμένες πάνορμοι. Καὶ ἄλλαι δὲ καταφυγαὶ ὑπὸ νησιδίοις καὶ ὕφορμοι καὶ ἀκταὶ πολλαὶ ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ. Ἐκ δὲ λιμένος τῆς Κυρήνης μέχρι λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην στάδια φ'· ἡ δὲ πόλις ἡ Βαρκαίων ἀπὸ θαλάσσης ἀπέχει στάδια ρ'. Ἐκ δὲ λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην ἐφ' Ἑσπερίδας στάδια χκ'. Ἐκ δὲ Κυρήνης εἰσὶ λιμένες, καὶ χωρία ἐστὶν ἐσχισμένα μέχρι Ἑσπερίδων τάδε· Φυκοῦς κόλπος· ἄνω δὲ ἐνταῦθά ἐστιν ὁ κῆπος τῶν Ἑσπερίδων. Ἔστι δὲ τόπος βαθὺς ὀργυιῶν ιη', ἀπότομος κύκλῳ, οὐδαμοῦ ἔχων κατάβασιν· ἔστι δὲ δύο σταδίων πανταχῇ, οὐκ ἔλαττον, εὖρος καὶ μῆκος. Οὗτός ἐστι σύσκιος δένδρεσιν ἐμπεπλεγμένοις ἐν ἀλλήλοις, ὡς ὅτι μάλιστα πυκνοτάτοις. Τὰ δένδρα ἐστὶ λωτὸς,

abest. Ab Antipygo Petras minor portus; diei dimidiati navigatio. Post Petrantem minorem sequuntur Chersonesi Achilides (quæ quidem jam sunt in Cyrenæorum regione); navigatio diei. In medio autem Petrantis et Chersonesi insulæ sunt Aedonia et Plateæ; loci sub iis sunt navium stationi apti. Inde incipit Silphium nasci *in arvis;* procedit autem a Chersoneso per mediterraneam regionem usque ad Hesperides, secundum litus si computes stadiis circiter 1500 (1700). Sequitur Aphrodisias insula, statio navium, et Naustathmus portus. Navigatio ad hunc a Cherso- neso unius est diei. A Naustathmo ad portum Cyrenes stadia 100. A portu vero ad Cyrenen sunt stadia 80 : in mediterraneo namque tractu sita Cyrene. Portus autem isti commodum omni tempore appulsum præbent. Sunt etiam alia in parvis insulis refugia et stationes, multæque oræ prominentes in hac interjecta regione. A portu Cyrenes ad Barces portum stadia 500. Barcæorum autem civitas abest a mari stadiis 100. A portu Barcæo ad Hesperides stadia 620. Ceterum inde a Cyrene usque ad Hesperides occurrunt portus, et loca sunt ubi litus recessus habet, hæc : Phycus sinus; in locis superioribus ibi hortus Hesperidum; locus profundus est orgyas duodeviginti, præruptus circumquaque, nusquam descensum habens : ubique vero duobus stadiis non minor est latitudine et longitudine. Hortus hic opacus est arboribus in se invicem im-

---

thanio distans sec. Stadiasm. § 38. Hodie *Toubrouk*, qui locus 220 stad. distat a *Kabaisch*. Vocem Ἀντίπυγος de duplici portu in Laconia vide § 46. || — Πέτρας ὁ μικρός,] Πέτρας μικρά, λιμήν (52°, 45') Ptolem., hodie *Magharat el Heubes*, sec. Lapieum, quod cum Ptolemæo parum quadrat. || — Χερσ. Ἀχιλίδες] χ. ἀχιτίδες cod. Vide supra not. p. 42. Gronovius h. l. scribi voluit : ἀπὸ Πέτραντος τοῦ μικροῦ Χερρόνησος, Ἀζιρίτης λιμήν. Quod ob reliquos Peripli locos ferri nequit. Apud Ptolemæum : Χερρόνησος μεγάλη (50°); hodie *Ras el Tin*. Ceterum mox pro Χερρονήσου scribendum erat Χερρονήσων, aut vice versa. || — Ἀηδωνία] Διδωνία codex; em. Vossius e Ptolemæo ubi Ἀηδωνίς. In Stadiasm. § 40 codex Σιδωνία. Insula *Scal*. || — Πλατεῖαι] sic codex; Πλατειαί editt. Fort. leg. Πλατεῖαι. Stephanus Byz. eandem insulam memorat v. Πλατεῖα et Πλαταιαί. Apud Herodot. IV, 153. 165. 169 est Πλατέα. In Stadiasm. § 40 : ἀπὸ Πλατέος. Nunc ins. *Bhurda* vel *Bomba*. || — ὑπ' αὐταῖς] ὑπ' αὐτῶν cod. || — ἐντεῦθεν κ'τλ.] Herodot. IV, 169 : Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τούτου χώρου ἥ τε Πλατέα νῆσος ἐπικέεται, τὴν ἔκτισαν Κυρηναῖοι· καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενελάϊος λιμήν ἐστι, καὶ Ἄζιρις, τὴν οἱ Κυρηναῖοι οἴκεον. Καὶ τὸ σίλφιον ἄρχεται ἀπὸ τούτου· παρήκει δὲ ἀπὸ Πλατέης νήσου μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιος τὸ σίλφιον. Theophrast. Hist. Plant. VI, 3 : Τόπον δὲ πολὺν ἐπέχει τῆς Λιβύης· πλείω γάρ φασιν ἢ τετρακισχίλια στάδια ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων· τὸ πλεῖστον δὲ γίνεσθαι περὶ τὴν Σύρτιν. V. quæ de silphio congessit Bæhr. ad Herod. || — γύης] Vox corrupta; γύαις aut γυίαις, *in arvis*, conj. Wesseling. ad Herod. Dixisset certe ἐν γύαις. Gronovius conj. γνήσιον. In mentem venit φύεσθαι ἰθαγενές. || — παρήκει] παράγει cod. || — ͵αφ'] ͵βφ' legisse videtur scriba codicis Paris., qui tamen ita exaravit, ut esse potius videatur μφ', quod habet codex Vatican., et in ͵βφ' mutavit Vossius. Esse debet ͵αφ', nisi forte fuerit ͵αψ'; nam a Chersoneso ad Hesperides unius diei navigatio et 1220 stadia in sequentibus exputantur. || — Ναύσταθμος] Cf. Ptolem. p. 273; Stadiasm. § 51; Strabo p. 838; Mela I, 8, 2. || — λιμένα Κυρήνης] Σώζουσα, deinde Ἀπολλωνιάς, tum iterum Σώζουσα, uti constat. Nunc *Marza Susa*. Pro 100 stadiis Stadiasmus habet 120. Barcæ portus postea Ptolemais dictus. || — σταδ. φ'] 456 sec. Stadiasm. Revera sunt fere 550. Fabricius dedit ψ', haud dubie quod Lapieus (qui 700 stadia in gradum computat) habet stadia 640. || — ἡ Βαρκαίων] ἡ Βαρκέων cod.; deinde χωρὶς pro χωρία; em. Salmas. || — ἐσχισμένα] fissa, i. e. laciniata ora recessus sinusque efficit. Gronovius locum ita transformandum putavit : ἐστὶ δὲ Κυρήνη ἀλίμενος, καὶ χωρία ἐστὶν ἐσχισμένα. Μέχρι Ἑσπερίδων τάδε· Φυκοῦς κόλπος, ἄνης δέ, collato Mela I, 7 qui litus Syrtidis usque ad Phycuntem promontorium *importuosum* dixit. || — τάδε] ὡψάδε cod.; em. Gronov. || — Φυκοῦς κόλπος] De ejusdem nominis promontorio (*Ras Sem*) oppidoque cf. Strabo p. 837, Ptolem. p. 273, Stadiasm. § 52 (ubi corrupte Φοινικοῦντα), Plinius V, 5, Synesius Ep. 100. || — ἄνω δὲ] ἄνης δὲ cod.; em. Gail. || — κῆπος] κόλπος cod.; em. Salm. || — βαθὺς κ'τλ.] ξαθὸς... ὀργυῶν.. μεμήκυλα, σύμνα codex; em. Salma-

μηλέαι παντοδαπαὶ, ῥοαὶ, ἄπιοι, μιμαίκυλα, συκάμινα, ἄμπελοι, μυρσίναι, δάφναι, κισσὸς, ἐλαίαι, κότινοι, ἀμυγδαλαὶ, καρύαι. Τῶν δὲ χωρίων ἃ οὐκ εἴρηται, ἐστὶ (δὲ) κατὰ τὸν κῆπον Ἄμπελος, Ἄπιος, ἀλλάσσει στάδια λ', Χερρόνησος, κῆποι πλεῖστοι, Ζηνερτὶς, Ταύχειρα, Καυκαλοῦ κώμη, Ἑσπερίδες πόλις καὶ λιμὴν, καὶ ποταμὸς ἐπὶ τῇ πόλει Ἐκκειός. Κατὰ ταῦτα τὰ χωρία ἀπὸ Χερρονήσων τῶν Ἀντίδων τὰ μὲν Κυρηναίων, τὰ δὲ Βαρκαίων ἐστὶ μέχρι Ἑσπερίδων.

109. ΝΑΣΑΜΩΝΕΣ ΚΑΙ ΜΑΚΑΙ. Ἀπὸ δὲ Ἑσπερίδων κόλπος ἐστὶ μέγας, ᾧ ὄνομα Σύρτις, ὡς δὲ εἰπεῖν ὅτι μάλιστα εἰκάζοντι σταδίων ͵ε. Ἔστιν αὐτῇ τὸ πλάτος ἀπὸ Ἑσπερίδων εἰς Νέαν πόλιν τὴν πέραν πλοῦς ἡμερῶν τριῶν καὶ νυκτῶν τριῶν. Περιοικοῦσι δὲ αὐτὴν Λιβύων ἔθνος Νασαμῶνες μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ ἐπ' ἀριστερᾷ· τούτων δὲ ἔχονται Λιβύων ἔθνος παρὰ τὴν Σύρτιν μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιδος Μάκαι. Εἰς δὲ τὴν Σύρτιν ἀπὸ Ἑσπερίδων εἰσπλέοντι Ἡράκλειοι θῖνες· ἔχονται δὲ τούτων Δρέπανον, νῆσοι Πόντιαι τρεῖς,

plicatis quam maxime densis. Arbores illæ sunt lotus, mali omnis generis, punicæ, pyri, arbuti fructus, mora, vites, myrti, lauri, hederæ, olivæ, oleastri, amygdali, juglandes. Inter loca vero quæ non recensuimus, sunt ad hortum illum Ampelus, Apius, qui abest stadia 30, Chersonesus, horti plurimi, Zenertis, Teuchira, Caucali vicus, Hesperides urbs et portus, et fluvius prope urbem Ecceus. In his regionibus inde a Chersonesis *Achilidibus* alia Cyrenæorum, alia Barcæorum sunt usque ad Hesperidas.

109. Nasamones et Macæ. Post Hesperides sinus est magnus, quæ appellatur Syrtis, stadiorum, ut quam proxime dicam, 5000. Ejus latitudo ab Hesperidibus ad Neapolim, quæ in opposito litore jacet, trium dierum noctiumque navigatione patet. Accolunt ejus litora Nasamones, gens Libyca, usque ad intimum recessum, qui innaviganti ad sinistram est. His proxima gens Libyca juxta Syrtim usque ad os ejus, Macæ. Ab Hesperidibus in Syrtim innaviganti occurrunt Herculei cumuli; hos excipiunt Drepanum et

---

sius. || — ἐστὶ δὲ κατὰ] ἐ. γε κατὰ conj. Clausen.; ejiciendum potius v. δέ. || — Ἄμπελος κτλ.] Ampelus, Apius (Apis?), Cherronesus et Zenertis secundum Periplum sita erant inter Phycuntem et Tauchira; aliunde non nota sunt. Ptolemæus in hoc tractu habet Ἀπτούχου ἱερὸν et Αὐσίγδα (Ναῦσις κώμη ap. Stadiasm.). Verum post Hesperides meridiem versus *Ampalaontes* locus notatur in Tab. Peutingeriana. Suspiceris hunc fortasse esse Ampelum Scylacis; auget suspicionem quod in eadem ora deinde occurrit *Apis* oppidum (Stadiasm.), in quo agnoscere licet *Apium* Peripli. Ac quum Scylax Hesperidum hortum ad Phycuntem ponat (ubi revera regionem amœnissimam esse testatur Pacho Voyag. p. 171), alii autem ad Hesperides sive Berenicen urbem (Plin. V, 5), quamvis ibi sterilis arenosusque ager esse a recentioribus dicitur: facile fieri potuit, ut loca hujus tractus confunderentur. || — ἀλλάσσει] vertunt *distat;* vereor ne corrupta vox sit; conjicias ἐν ἄλλοις σταδίοις λ'. X. || — Ταύχειρα] sic codex; Τεύχειρα editt. || — Καυκαλοῦ κώμη] ignota. In Tab. Peuting. inter Tauchiram et Hesperides memoratur *Hadrianopolis; Adriane* ap. Hierocl. p. 733. || — Ἐκκειός] Reliquis fluvius est *Lethon.* V. Solin. c. 23; Plin. V, 5; Lucan. IX, 355; Λάθων Strabo XVII, p. 836, Ptolem. p. 273, 9, Athenæus II, p. 71, B. Nunc fluviolus evanuit. || — κατὰ ταῦτα τὰ χ.] fort. καὶ ταῦτα scr. conj. Gailius.

§ 109. ἀπὸ τῶν Ἑσπ.] Alii, ut Strabo, Ptolemæus et Plin. V, 28, Syrtis initium ponunt a Boreo promontorio, quod ab Hesp. est meridiem versus. || — σταδ. ͵ε] π' codex; litera ε cum supraducta lineola numerum indicante, facillime abiit in π. 5000 stadiorum esse Syrtidis ambitum Eratosthenes statuit ap. Strabon. II, p. 123 (aliter XVII, p. 836) et Agathemerus I, 3. Lapieus putat oram quæ post Hesperides proxime sequitur in stadiorum 120 longitudinem appellari Syrtin, deinde initium esse Magnæ Syrtidis; quod nihili esse quisque videt. Non esse sermonem de exiguo quodem oræ tractu, sed de sinu peramplo vel ex verbis ὡς εἰπεῖν.. ὅτι μάλιστα εἰκάζοντι intelligere est. || — Νεάπολιν] e. q. Leptin Magnam. || — πλοῦς γ' ἡμ.] bene ex computo Scylaceo; nam revera sunt ad 3000 stadia. || — Νασαμῶνες] Cf. Strabo II, p. 131 : Ὑπὲρ δὲ ταύτης (τῆς Κυρηναίας) καὶ τῶν Σύρτεων Ψύλλους καὶ Νασαμῶνας. Idem XVII, p. 836 : Ὑπέρκεινται δὲ τοῦ μήκους (τῆς μεγάλης Σύρτεως), τοῦ δὲ πλάτους παρήκοντες καὶ μέχρι τῶν Φιλαίνου βωμῶν οἱ προσαγορευόμενοι Νασαμῶνες. Herodot. II, 32 : Τὸ δὲ ἔθνος τοῦτό ἐστι μὲν Λιβυκὸν, νέμεται δὲ τὴν Σύρτιν τε καὶ τὴν πρὸς ἠῶ χώρην τῆς Σύρτιος οὐκ ἔτι πολλήν. Cf. idem IV, 172. Recentiores scriptores sedes Nasamonum magis orientem versus collocant (Ptolem. IV, 5, p. 278. Plin. V. 5); alii denique ad oceanum occiduum eos removent (Pausan. I, 33, 4. Philostrat. V. Apoll. VI, 25). || — τούτων δὲ ἔχονται κτλ.] In Fabricii editione legitur : τούτων δὲ ἔχονται [Ψύλλοι] Λιβύων ἔθνος, [καὶ] παρὰ τὴν Σύρτιν κτλ., mira temeritate. Nasamones usque ad τὸν μυχὸν Syrtidis habitasse auctor dicit; in isto μυχῷ erant aræ Philænorum, usque ad quas Strabo quoque Nasamones pertinuisse testatur, et inde a quibus ipse Scylax Macarum sedes incipere ait. || — εἰς δὲ τὴν Σύρτιν κτλ.] Hæc et seqq. usque ad verba Σύρτιδος Μάκαι scriba codicis Vaticani omisit. || — Ἡράκλειοι θῖνες] Sec. Stadiasm. a Berenice ad Ἡράκλειον sunt stadia 530; deinde post 7 stadia sequitur Δρέπανον · ἀκρωτήριόν ἐστι ὑψηλὸν ἔχον θῖνα ἄμμου λευκῆς. Cf. Ptolem. V, 3, p. 272 : Ἡρακλέους πύργους (47°, 20'; 30°, 50') et Δρέπανον ἄκρον (47°, 15'; 29°, 20'). De albo litore hujus regionis v. Mannert. X, 2, p. 111 et quos laudat. || — νῆσοι Πόντιαι τρεῖς] Haud dubie sunt tres insulæ Stadiasmi § 72 seq. : Σκοπελίτης (ad *Rahat Isouad* Lapie.), Ποντία (*Ghana* Lap.) et Μαῖα sive Μαία. Apud Ptolem. recensentur Μίσυνος (44°, 40'), Ποντία (45°, 20') et Γαία

εἶτα τούτων Λευκαὶ [αἳ] καλοῦνται. Ἐν δὲ τῷ κοιλοτάτῳ τῆς Σύρτιδος (ἐν τῷ μυχῷ) Φιλαίνου βωμοί, ἐπίνειον, Ἄμμωνος ἄλσος* τῆς Σύρτιδος. Ἀπὸ τούτου τὴν Σύρτιν παροικοῦντες οἱ Μάκαι χειμάζουσιν ἐπὶ θαλάττῃ τὰ βοσκήματα κλείοντες, τοῦ δὲ θέρους, ὑπεκλειπόντων τῶν ὑδάτων, ἀπελαύνουσι τὰ βοσκήματα εἰς μεσογαίαν ἄνω μεθ' ἑαυτῶν. Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν [ἔξω τῆς Σύρτιδος] ἐστὶ χωρίον καλὸν καὶ πόλις, ᾗ ὄνομα Κίνυψ· ἔστι δὲ ἔρημος. Ἀπὸ δὲ Νέας πόλεως ἀπέχει εἰς τὴν Σύρτιν στάδια π' (πάντη)· ὑπ' αὐτῶν δ' ἐστὶ ποταμὸς Κίνυψ, καὶ νῆσος ὕπεστι πρὸς τὸν ποταμόν. Τὸ δὲ βάθος τῆς Σύρτιδος ἔσω τῶν Ἑσπερίδων πρὸς τοὺς Φιλαίνου βωμοὺς εἰς τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου πλοῦς ἡμερῶν γ' καὶ νυκτῶν· πλάτος δὲ ἀπὸ Κίνυφος ποταμοῦ πρὸς τὰς Λευκὰς νήσους πλοῦς ἡμερῶν τεσσάρων καὶ νυκτῶν τεσσάρων.

110. ΛΩΤΟΦΑΓΟΙ. Τὰ δὲ ἔξω τῆς Σύρτιδος παροι-

Pontiæ insulæ tres, quas deinde excipiunt Leucæ sive Albæ insulæ quæ vocantur. In intimo autem Syrtidis recessu sunt Philæni aræ, navale, et Ammonis *lucus* (ἄλσος?) in Syrti. Dehinc juxta Syrtim habitantes Macæ hiemen agunt ad mare greges claudentes, æstate vero, deficientibus aquis, greges secum ad superiores in mediterraneo tractus abigunt. Post Syrtim vero est campus pulcherrimus, et urbs cui nomen Cinyps; est autem deserta. A Neapoli versus Syrtim distat stadiis 80. Prope est Cinyps fluvius, et insula subest fluvio. Profunditas Syrtis intra Hesperides ad Philæni aras in intimum hujus sinus recessum navigatio est dierum noctiumque trium; latitudo vero a Cinyphe flumine ad Leucas sive Albas insulas, dierum noctiumque quatuor navigatione patet.

110. Lotophagi. Quæ sunt extra Syrtin Libyca

(46°). Posteriores duæ in mappa oræ maritimæ maris mediterr. ed. Robiquet, Paris. 1847, vocantur *Ile de la Sidre* et *Ile des oiseaux*. || — εἶτα τούτων Λευκαὶ [αἳ] καλοῦνται] κατὰ τούτων Λευκαὶ καλοῦνται codex. Complures post modo memoratas sunt insulæ, de quibus quasnam auctor intelligi voluerit nescio. Lapieus in mappa ita rem extulit, ut Pontia et adjacentes inss. dicta sint Leucæ. Denuo earum mentio fit in seqq. || — Φιλαίνου βωμοί] Φιλαιοῦ βωμός codex; idem paullo post Φιλαίνου βωμούς, ut Strabo 836. Vulgo Φιλαίνων. V. Polyb. III, 39. X, 37; Sallust. Jug. 41; Mela I, 7; Valer. Max. V, 6; Ptol.; Stadiasm. § 83, ubi de hoc loco: ὅρμος δ' ἐστὶ θερινὸς καλός· ὕδωρ ἔχει. *Banadedari* dicitur in Itin. Ant. p. 65. Deinde in codice leguntur: ἐπίνιον (ἐπίνειον em. Miller.) ἄμμουνες· ἀλοῦς τῆς Σύρτιδος. Quæ quid sibi velint, nescio. In Stadiasm. § 81 locorum series est: Ἀμμωνίου πηγαί, deinde post 180 stadia Αὐτομάλακα (Αὐτομάλαξ Ptol., Αὐτόμαλα Strabo); tum post 125 stad. Φιλαίνων βωμοί. Fieri potest, ut Ammonium illud præter ordinem etiam ap. Scylacem memoretur. Ubi *fontes* erant, ibi etiam *lucus* fuerit. Quare in latinis conj: Ἄμμωνος ἄλσος. Verba τ. Συρ. fort. ex antecc. male repetita. In Itin. p. 95 primus locus post aras est *Tergulus*, in Tab. Peut. *Tagulis*, item in Ptol. IV, 3, p. 271 Θαγουλίς, in Geogr. Rav. *Tragulis*. Fort. idem locus subest corrupto nostro ἀλοῦς, nisi malis in pleniore Periple auctorem hoc loco monuisse de termino (ὅρος) qui ad Philænorum aras erant Syrtidis Cyrenaicæ et ditionis Carthaginiensis; sive mentionem desideres magnæ quæ ibidem est paludis (ἕλος). Fabricius denique sales Ammoniacos odoratus scripsit ἅλες τῆς Σ. || — Μάκαι] V. Herodot. IV, 5. V, 42; Diodor. III, 49; Plinius V, 5; Chron. Paschal. t. I, p. 52 ed. Bonn. Μάκαι οἱ Συρτῖται Ptol. IV, 3, p. 266, 17. Μακκαῖοι Polyb. III, 33, 15. Μακῶνες Syncell. p. 90. Eadem stirps mutatis paullulum nominibus in aliis Libyæ regionibus occurrit. Cf. Movers l. l. p. 369 not. || — χειμάζουσιν] Conferunt simile quippiam quod de Nasamonibus narrat Herodot. IV, 172. || — ἔξω τῆς Σύρτιδος] inclusit Gailius. || — Κίνυψ] « Cinyphis oppidi meminit Probus ad Virg. Georg. III, 312: *Cinyps oppidum est et flumen Africæ, regionis Garamantum. Apud eos hirci villosissimi nascuntur, quos tondent ad cilicia, quibus nautæ utuntur.* » Vossius. Coloniam eo deduxerat Dorieus Spartanus (c. 520 a C.), sed triennio post a Libybus et Carthaginiensibus expulsus est (Herodot. V, 42. Cf. Movers. l. l. p. 42). Inde ab illo tempore usque ad Peripli nostri ætatem perdurasse videntur desertæ urbis initia. Fluvii Cinyphis (etiamnunc *Cinifi* vel *Wady Quaham*) regionisque felicissimæ sæpius veteres meminerunt. V. Herodot. IV, 175. 198. Strabo XVII, p. 835; Mela I, 7; Plinius V, 4; Ptolemæus; Lycophron 885; Nonnus Dionys. XIII, 31; Silius II, 60. III, 275; Martial. VII, 94, 13. VIII, 51; Dionys. Thrax ap. Bekk. An. p. 811, 13; Chœrobosc. ib. 1200; Psellus in Boisson. An. III, p. 207; Arcad. De acc. 94, 20; Zonaras p. 1208; Theognost. p. 98, 3 (ubi Κίνυψ ὁ λιμήν); Hesychius: Κινύφιον, τὸν Ἀνταῖον ἀπὸ Κινύφου ποταμοῦ. Forma Κίνυφος utuntur etiam Strabo, Ptolem. et Nonnus. Ex recentt. v. Della Cella *Viaggio*, p. 47. Movers. l. l. II, p. 473 sqq., 483 not. || — ἔστι δὲ ἔρημος] Hæc illata esse e marg. putat Gailius. || — Νέας πόλεως] Strabo p. 835: Νεάπολις, ἣν καὶ Λέπτιν καλοῦσιν. Ptolem. IV, 3 p. 263: Νεάπολις ἡ καὶ Λέπτις μεγάλη. Mela I, 7 nonnisi *Neapolis* nomen memorat; Plinius V, 4 Neapolin et Leptin tanquam diversas urbes male distinguit. De situ, ruinis, historia urbis v. Barth. *Wanderungen* I, p. 306 sqq., Movers II, p. 483 sqq. || — πάντη] vox nihili h. l. est; aut orta ex dittographia sigli π', aut fuit π' πέντε, 85. || — ὑπ' αὐτῶν] ὑπ' αὐτὸν cod.; em. Clausen. || — Φιλαίνου] sic codex || — πλοῦς ἡμερῶν γ' κτλ.] forent 3000 stadia, qui numerus justo longe major. In Stadiasmo exputantur 2000 stad.; Eratosthenes ap. Strab. II, p. 123 a Berenice ad Antomala esse ait 1800 stadia; magis etiam spatium contraxit Ptolem. V. Mannert. X, 2, p. 118. Revera sunt ad 1600 stad. Latitudo sec. Scylacem foret 4000 stad.; non multo major est stadiis 3000.

§ 110. Λωτοφάγοι] V. Homer. Od. IX, 80. XXIII, 311 ibiq. Eustath.; Herodot. IV, 177; Xenoph. An.

χοῦσι Λίβυες Λωτοφάγοι ἔθνος μέχρι τοῦ στόματος τῆς ἑτέρας Σύρτιδος. Οὗτοι λωτῷ χρῶνται σίτῳ καὶ ποτῷ. Ἀπὸ δὲ Νέας πόλεως τῆς Καρχηδονίων χώρας Γράφαρα πόλις. Ταύτης παράπλους ἡμέρας μιᾶς ἀπὸ Νέας πόλεως. Ἀπὸ δὲ Γραφάρων Ἀβρότονον πόλις καὶ λιμήν. Ταύτης ὁ παράπλους ἡμέρας μιᾶς. Ἀπὸ δὲ Ἀβροτόνου Ταριχεῖαι, πόλις καὶ λιμήν. Παράπλους ἀπὸ Ἀβροτόνου ἡμέρας μιᾶς. Κατὰ δὲ ταῦτά ἐστι νῆσος, ᾗ ὄνομα Βραχείων, μετὰ

Lotophagorum gens accolit usque ad alterius Syrtidis ostium. Hi loto utuntur pro cibo ac potu. Post Neapolin in Carthaginiensium ditione Graphara (*Gaphara*) urbs. Navigatio ad hanc a Neapoli unius est diei. Post Graphara Abrotonum urbs portusque. Navigatio eousque unius diei. Post Abrotonum Tarichiæ urbs portusque. Navigatio inde ab Abrotono unius diei est. Post Tarichias insula, quæ Brachiôn

---

III, 2, 25; Strabo p. 157. 829; Plin. V, 4; Silius III, 110; Hygin. fab. 125; Dionys. 260; Mela I, 7. De loto etiamnunc circa Syrtim minorem frequenti cibumque suppeditante v. Della Cella I, p. 188 sqq.; Shaw *Travels* p. 225; Ritter *Erdk.* I p. 949. Νέας πολ.] Νεαπόλ. hoc l. codex. || — τῆς Καρχ. χώρας] Hæc interpolatori vindicat Gailius. Auctor, ex quo periplus noster fluxit, haud dubie in antecc. dixerat ditionem Carthag. incipere ab aris Philænorum. Quod suo loco notare quum excerptor noster neglexerit, nihil mirum est id hoc fieri loco, tantoque magis, quod præcedens urbs Cinyps non erat Punicæ originis, sed Græcæ. || — Γράφαρα] sic codex. Scrib. videtur Γάφαρα, ut est ap. Plin. V, 4: *Gaphara.* Eodem redit lectio corrupta in Stadiasm. τὰ ἄφορα, i. e Γάφαρα. Ap. Ptol. IV, 3 p. 263, 9 legitur Γάραφα λιμήν. Nomen Γάφαρα Ptol. p. 280, 27 habet etiam inter oppida Marmaricæ mediterranea. || — ἡμέρας μιᾶς] 300 stad. sec. Stadiasm.; secund. Ptolem. distantia nonnisi quarta pars est gradus geographici. Lapieus sitam fuisse urbem censet prope *Ouad el Demseid.* || — Ἀβρότονον] Hoc nomine urbem memorant Strabo XVII, p. 835, Ephorus et Lycus Rheginus ap. St. Byz. s. v. et Plinius V, 4: *Neapolis, Gaphara, Abrotonum.* Quæ forma est græcissans nominis phœnicii quod in numis occurrit: *Sabroton* vel *Sabraton,* שברתן, vel etiam *Sabrat,* שברת (v. Movers l. l. II, p. 491); hinc Σαβράτα ap. Ptolem., Solin. c. 37, Itin. Ant. p. 61, Σαβαραθά ap. Procop. De ædif. VI, 4, Σαράθρα corrupte in Stadiasm. Cf. etiam Silius III, 256 et Sueton. Vespas. c. 3. Ceterum Plinius præter *Abrotonum* etiam *Sabrata* nomen habet, quasi duo essent oppida. Vitium in compilato Plinii opere frequentissimum. Etiam nunc *Sabrat* urbs vocatur. Nomen significat *forum frumenti.* Scilicet urbs illa sicuti Leptis et Œa inter præcipua erant emporia, in quæ Libyes mediterranei frumenta statis anni temporibus asportabant. De foro Abratæ urbis frequentatissimo etiam medio ævo loquitur *Ibn Abd-el-Hakem* in *Journal Asiatique* 1844, t. II, p. 358. Quodsi igitur Stephanus ait: Ἀβρότονον. Λύκος ὁ Ῥηγῖνος χωρίον οἴεται εἶναι, id ita intelligi posse censet Moversius, ut tota hæc emporiorum regio isto nomine affecta sit. Idem Stephanus de Abrotono urbe: Καλεῖται δὲ καὶ Νεάπολις, ὡς Ἔφορος. Leptin magnam ab Ephoro cum Abrotono confusam esse statuit Mannert. X, 1, p. 137. Fortassis recte; sed nihil incertius. Nam quum plurima Libyphœnicum oppida novis incolis a Carthaginiensibus frequentata sint, ideoque etiam nomina *Karthada* et *Macomada* i. e. Νεάπολις inter Phœnicia oppida crebro deprehendantur, nihil est cur Ephorum errasse contendamus. V. Movers. l. l. De ruinis v. Barth. l. l. p. 277. || — Ταριχεῖαι] ταριλία codex h. l., sed in seqq. Ταριχειῶν. Apographum Vaticanum v. Ταριλία πόλις... ἀπὸ Ἀβροτόνου omisit; e conject. lacunam jam expleverat Mannertus X, 2, p. 144. Tarichias h. l. sitas alius nemo memorat; alteras Tarichias in Syrti majori habes ap. Stadiasm. § 90, ac omnino nomen hoc frequens est (v. Steph. Byz. s. v.); at quum mere græcum sit, alia fuisse debet appellatio indigena. Idem itaque fuerit oppidum cum eo quod 600 post Sabratham stadiis memorat Stadiasm. ac Ζεόχαριν dicit; apud Strabonem XVII, p. 834 Ζοῦχις vocatur: Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν Ζοῦχίς ἐστι λίμνη, σταδίων τετρακοσίων, στενὸν ἔχουσα εἴσπλουν, καὶ παρ' αὐτὴν πόλις ὁμώνυμος, πορφυροβαφεῖα ἔχουσα καὶ ταριχείας παντοδαπάς· εἶτ' ἄλλη λίμνη πολὺ ἐλάττων, καὶ μετὰ ταύτην Ἀβρότονον πόλις. || — κατὰ δὲ ταῦτα] Parum accurate dictum, siquidem insula a Tarichiis distat diei navigatione, uti recte auctor paullo post dicit. Scribend. videtur Μετὰ δὲ ταῦτα. || — Βραχείων] Hoc insulæ nomen aliunde non notum. Vulgo a Meninge urbe appellatur Μῆνιγξ (V. Polyb. I, 39; Strabo III, p. 157. XVII, p. 834; Plutarch. Mar. c. 40; Dionys. 480; Ptolem. VIII, 14; Mela II, 7; Stadiasm. § 101; St. Byz. s. v.); apud posteriores a Girba urbe (Γέρρα est ap. Ptol. IV, 3, p. 272, 1, ubi tamen cod. Pal. habet Γίρρα. Reponendum vid. Γέρβα) vocatur Γίρβα, ut ap. Aurel. Victor. Ep. c. 31; Itin. Ant. p. 519. Cf. Anonym. De gener. gent. in Labbei Bibl. Nov. I, p. 302: *Girda quæ et Benigga* pro *Girba quæ et Meninga.* Etiamnum *Gerbi* vel *Jerbi.* Huc accedit nomen Λωτοφαγῖτις ap. Ptolem. IV, 3 et Plin. V, 7. Nostro loco Mannertus X, 2, p. 144 nomen Βραχείων ejici voluit, utpote a glossatore profectum, qui multa ibi brevia esse notaverit; deinde scribendum censuit: κατὰ δὲ ταῦτά ἐστι νῆσος ᾗ ὄνομα Λωτοφάγων· ἔστι δὲ ἡ νῆσος αὕτη κτλ. Clausenius conjecit ᾗ ὄνομα Ταριχειῶν, quod non improbabile videri possit, quum posteriore etiam ætate incolæ piscibus sale condiendis operam dederint, adeo ut nomen inde insulæ dare liceret, sicuti ap. Strabon. XVII, p. 834 inter Adrumetum et Thapsum memorantur αἱ Ταριχεῖαι λεγόμεναι, νησία πολλὰ καὶ πυκνά, et ap. Melam II, 7: *Contra Carthaginis sinum Tarichiæ.* Verum quum piscatio ibi fructuosissima esset ob ipsa brevia cum maris repercussionibus conjuncta (μεγάλαι δ' εἰσὶ περὶ τὴν Μήνιγγα παλίρροιαι Agath. I, p. 14. Cf. Strab. p. 835), et paullo supra Meningem ins. prope

Λωτοφάγους κατὰ Ταριχείας. Ἔστι δὲ ἡ νῆσος αὕτη σταδίων τ', πλάτος δὲ μικρῷ ἐλάττων. Ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς ἠπείρου ὡσεὶ στάδια γ'. Ἐν δὲ τῇ νήσῳ γίνεται λωτὸς, ὃν ἐσθίουσι, καὶ ἕτερος, ἐξ οὗ οἶνον ποιοῦσιν. Ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπός ἐστι τῷ μεγέθει ὅσον μιμαίκυλον. Ποιοῦσι δὲ καὶ ἔλαιον πολὺ ἐκ κοτίνων. Φέρει δὲ καρπὸν ἡ νῆσος πολὺν, πυροὺς καὶ κριθάς. Ἔστι δὲ ἡ νῆσος εὔγειος. Πλοῦς ἀπὸ Ταριχειῶν εἰς τὴν νῆσον ἡμέρας μιᾶς. Μετὰ δὲ τὴν νῆσόν ἐστι Ἔπιχος πόλις. Ἀπὸ δὲ τῆς νήσου εἰς Ἔπιχον πλοῦς ἡμέρας ἡμισείας. Ἀπὸ δὲ Ἐσχίδων * [εἰς Μακομάδα ἢ Νεάπολιν] πλοῦς ἡμέρας· καὶ νῆσος ἔπεστιν ἐπ' αὐτῇ ἐρήμη. Μετὰ δὲ ταύτην Κερκινῖτις νῆσος καὶ πόλις, καὶ κατὰ ταύτην Θάψος.

i. e. *Brevium* vel Lotophagorum appellatur. Longitudo insulæ stadiorum 300, latitudo paullo minor; a continente ad tria distat stadia. Ea in insula lotus nascitur, quo vescuntur, aliaque ejus species, ex qua vinum conficiunt. Fructus loti magnitudine similis est fructui arbuti. Oleum quoque multum ex oleastris faciunt. Porro multum insula fert frumenti, triticum hordeumque; solum enim habet optimum. Navigatio a Tarichiis in insulam unius est diei. Post insulam sequitur *Gichthis* urbs. Navigatio ab insula ad *Gichthin* urbem diei dimidiati est. Hinc ad [*Macomada sive Neapolin*] navigatio diei. Insula urbi adjacet deserta; post quam Cercinitis insula est urbem habens. Contra hanc sita est Thapsus. Prætervectio ab ea ad

---

Achullam urbem Βραχώδης prom. memoretur (Ptol. III, 2; ἄκρα Ἄμμωνος Βαλιθῶνον πρὸς Θυννοσκοπίαν ap. Strab. p. 834), sicuti Βραχέα prom. in Cyrenaica erat (Stadiasm.): nihil adeo obstat, qui Βραχειῶν insula nostra appellata sit. Certe critico a mutando abstinendum esse patet. || — μετὰ Λωτοφάγους κατὰ Ταριχίας] καταριχίας cod.; καὶ Ταριχίας Gail. ad Stadiasm. p. 518; κατὰ Ταρ. Fabricius. Ceterum locum turbatum esse liquet; vulgatam intactam reliqui, quum leni manu sanari non possit. Scriptum olim fuerit: Μετὰ δὲ ταῦτα (pro quibus aliis in libris legebatur Μετὰ δὲ Ταριχείας) ἔστι νῆσος, ᾗ ὄνομα Βραχειῶν ἤτοι Λωτοφάγων. Nam quum auctor in antecc. dixerit Lotophagos pertinere usque ad ostium Syrtidis minoris, sequitur non post eos fuisse Meningem insulam, quam potius præcipuam eorum sedem tradunt. ||— σταδ. τ'] *Longitudine XXV mill. passuum, latitudine XXII* Plinius V, 7 rectius. Agathem. I, p. 14: Ἡ δὲ Μῆνιγξ μῆκος σταδ. χ' (corrupt.), πλάτος σταδ. ρπ'. || — σταδ. γ'] η' sec. Stadiasm.; *a dextro Syrtis promontorio passibus MD sita*, Plinius. Nunc ad viginti stadia distat. || — λῶτος] Præ ceteris v. Polyb. l. l., Herodot. IV, 77 ibique interprr. De insula adi *Al-Bekri* Arabem in *Notices et extraits* tom. XII, p. 464. Leon. African. p. 433; Barth. l. l. p. 258. 286. Movers l. l. p. 495. Wimmer. *Neuestes Gemælde von Afrika* I, p. 461. || — μιμαίκυλον] μιμαίηνκλον codex; em. editt. || — ἔστι... εὔγαιος] glossema habet Gailius. || — ταριχειῶν] ταραχείων cod. || — Ἔπιχος] sic codex, mox vero ἀπὸ Ἐσχίδων. Probabiliter utrumque corruptum. Gronovius in ἐσχίδων latere putavit Ἐρεβιδῶν, quandoquidem Stephanus: Ἐρεβίδαι, μέρος Λωτοφάγων. Φίλιστος. Mannertus X, 2 p. 156, assentiente Gailio, eandem indicari urbem censet, quam Stadiasmus § 102 vocet Ἤπειρον. Dicit enim Stad. auctor Epirum a Meninge ins. abesse stadia 200; idque bene quadrat in diei dimidiati navigationem. Ego quoque eandem utroque loco urbem innui puto, non ita tamen ut ἤπειρον nomen urbis sit. Etenim Stadiasmi verba aperte sunt corrupta. Refert auctor a Gergi (*Girgi* sec. Procop. De æd. VI, 4; *Dscherdschis* hod.) ad Meningn ins. esse stadia 150; deinde ἀπὸ Μήνιγγος, ait, εἰς τὴν ἤπειρον στάδ. σ'· πόλις ἐστί· ἔχει δὲ καλὸν λιμένα καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ δὲ τῆς Γεργέως εἰς Κιδιφθὰν στάδια ρπ'. Vides nullam his inesse seriem locorum. Dicere auctor debebat ἀπὸ δὲ τῆς ἠπείρου, si hoc urbis nomen esset. At ἤπειρος h. l. nihil nisi *continens* terra, ad quam ex insula reducimur; urbis nomen excidit; esse deberet Γέργις, si recte haberent sequentia; at corrupta sunt et ipsa; nam Γέργις urbs jam memorata est in antecc., ac inepte ad eam nunc auctor rediret. Urbs, cujus nomen desideratur, ea est quæ ap. Ptolemæum IV, 3 p. 263 scribitur Γιχθίς, Σιχθίς, Γιθίς, in Tab Peut. *Gigti*, in Itin. p. 60 et 518 *Gitti*: adeo ut in Stadiasm. scribendum sit: εἰς τὴν ἤπειρον στάδ. σ'· πόλις ἐστὶ [Γιχθίς]· ἔχει δὲ κτλ... Ἀπὸ δὲ τῆς Γιχθέως κτλ. Similiter ap. Nostrum in ΕΠΙΧΟΣ latet ΕΓΙΧΘΙΣ, et in Ἐσχίδων, Ἐγιχθέως vel Ἐγιχθίδος. || — ἡμέρας ἡμισείας] ἡμέρᾳ ἡμισείᾳ cod. || — πλοῦς ἡμέρας] Ante hæc nomen urbis excidisse recte monet Gailius. Cui urbi quum vicina fuisse dicatur insula deserta, non alia esse insula potest nisi ea quæ hodie vocatur *Surkenis*. Huic autem proxime adjacet Μακομάδα urbs sec. Ptolemæum, *Macomades* sec. Plin. V, 3 et Itin. p. 43. 59. A Gichthi distat stadiis fere octingentis. Eandem Stadiasmus § 104 memorat græco nomine Νεάπολιν vocans; nam *Macom-ades*, מקם־הדש, est *urbs nova*, νεάπολις. Nomen hoc in Libyæ oppidis perfrequens est (v. Movers l. l. p. 494). Quod non reputans temere Stadiasmi auctorem vituperat Mannertus. Ceterum distantiarum notæ in Stadiasmo corruptæ sunt. || — ταύτην Κερκινῖτις] αὐτὴν ἀκακινίτης cod.; em. Voss. Strabo XVII, p. 834: Παράκειται δὲ τῇ ἀρχῇ τῆς Σύρτεως νῆσος παραμήκης ἡ Κέρκιννα, εὐμεγέθης, ἔχουσα ὁμώνυμον πόλιν, καὶ ἄλλη ἐλάττων Κερκινῖτις. « Verisimile est hanc Strabonis distinctionem hic minime fieri, et Scylacis Cercinitem pro Cercinna Strabonis habendam esse; minorem vero insulam, quam Cerciniten Strabo vocat, apud Nostrum nomine carere. » Gailius. || — ἀπὸ δὲ Θάψου] Post hæc verba lacunam notavi. Priusquam sermo esset de sinu qui inde ab eo tractu, in quo Thapsus, Leptis et Adramys sitæ sunt, introrsum flectitur, ipsæ illæ urbes memorari debebant. Itaque Fabricius supplevit: ἀπὸ δὲ Θάψου εἰς Λέπτιν τὴν μικρὰν πλοῦς..., ἀπὸ δὲ Λέπτεως τῆς μικρᾶς εἰς Ἀδρύμητα πλοῦς... Deinde vero codex habet: ἀπὸ δὲ Θάψου τῆς μικρᾶς καὶ δρονίτις ἐστὶ κόλπος; em. Gronovius. Vossius, quem Clausenius atque Fabricius

Παράπλους ἀπὸ ταύτης εἰς Θάψον ἡμέρας καὶ ἡμίσεως.' Ἀπὸ δὲ Θάψου ** [καὶ Λέπτεως] τῆς μικρᾶς καὶ Ἀδρύμητός ἐστι κόλπος μέγας εἴσω, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶ ἡ μικρὰ, Κερκινῖτις καλουμένη, πολὺ τῆς ἄλλης Σύρτιδος χαλεπωτέρα καὶ δυσπλοωτέρα, ἧς τὸ περίμετρον στάδια ͵β. Ἐν ταύτῃ τῇ Σύρτιδι ἐνέστηκεν ἡ νῆσος Τριτωνὶς καλουμένη καὶ ποταμὸς Τρίτων, καὶ αὐτόθεν ἐστὶν Ἀθηνᾶς Τριτωνίδος ἱερόν. Στόμα δὲ ἔχει ἡ λίμνη μικρὸν, καὶ ἐν τῷ στόματι νῆσος ἔπεστι· καὶ ὅταν ἀνάπωτις ᾖ, ἐνίοτε ἡ λίμνη οὐκ ἔχειν εἴσπλουν ἐστὶ φαίνουσα. Ἡ δὲ λίμνη αὕτη ἐστὶ μεγάλη, τὸ περίμετρον ἔχουσα ὡς σταδίων χιλίων. Περιοικοῦσι δὲ αὐτὴν Λίβυες πάντες* ἔθνος, καὶ πόλις τὰ ἐπέκεινα πρὸς ἡλίου δυσμάς· οὗτοι γὰρ ἅπαντες * Λίβυες λέγονται ξανθοὶ, ἄπαστοι* καὶ κάλλιστοι. Καὶ ἡ χώρα αὕτη ἀρίστη καὶ παμφο-

Thapsum unius diei et dimidiæ. A Thapso [*ad Leptin parvam navigatio; a Lepti parva ad Adrymen. A Thapso autem et Lepti*] parva et Adrymete sinus magnus intus flectitur, in quo est Syrtis minor, Cercinitis appellata, alterâ Syrti multo sævior navigatuque difficilior, cujus ambitus est stadiorum 2000. In hac Syrti collocata est insula [*et lacus*] Tritonis et fluvius Triton, ibique est Minervæ Tritonidis fanum. Os lacus exiguum habet, et in ore insula adjacet; quando recedit mare, interdum lacus nullum præbere navigantibus accessum videtur. Lacus autem hic est magnus, ambitum habens stadiorum circiter mille. Circumhabitant lacum *Gyzantes*, gens Libyca, atque urbs est trans lacum versus occasum sita. Hi *Gyzantes* Libyes dicuntur flavi *omnes* esse et pulcherrimi. Regio hæc optima est et fecundissima, gregesque penes ipsos

---

sequuntur, ex καὶ δρονίτις eruit Τριτωνίτης (deb. Τριτωνῖτις) ἐστὶ κόλπος; perperam, sive literas codicis sive geographica spectes. Ceterum sinus ille revera inde a Thapso demum urbe incipit, adeo ut Leptidis et Adrumeti mentio omittenda fuisset. Sed ipsum auctorem, non vero scribarum oscitantiam Adrumetum cum initio sinus composuisse, ex sequentibus colligis, ubi Neapolim, quæ sequitur post Adrumetum, introducit verbis : Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν. De Thapso in peninsula sita urbisque ruinis (ad *Ras-ed-Dimas*) vid. Shaw. *Travels* p. 119. Barth. p. 163. De ratione nominum Θάψος, Θάψα, Θαψίπολις, Θάψας, Θάψακος v. Movers l. l. p. 164. 296. 329. 343. Leptis parva est prope hod. *Lemta;* Hadrumetum ubi nunc *Susa*. De ruinis v. Al-Bekri in *Extr. et Notices* t. XII, p. 485. Barth. 154. || — Κερκινῖτις] καρκ. cod.; em. Voss. || — δυσπλοωτέρα] δυσπλοτοτέρα cod.; em. editt. || — σταδ. ͵β] 1600 sec. Eratosth. ap. Strabon. II, p. 123, Agathem. I, 3. II, 14, Eusth. ad Dion. 199; trecentorum mill. pass. sec. Polyb. ap. Plin. V, 4. || — Τριτωνίς] Τρίτωνος cod.; mutavit Vossius; sin vulgata acquiescere velis, nihil refragor. Ceterum quum in seqq. ἡ λίμνη describatur, mentionem ejus hoc loco faciendam ab excerptore omissam esse recte monuerunt. Quod insula in *Syrtide* fuisse dicitur, id ita intellige, ut lacus mari junctus ideoque λιμνοθάλαττα pars fuerit Syrtidis. Insula, quam Φλᾶ Herodotus IV, 178 vocat, in lacu et prope ostium ejus sita erat. Ambitum lacus, qui nunc est *Schibkah-el-Loudjah* (Schaw l. l. p. 275) satis accurate a Scylace difiniri videtur. Triton fluvius est *El Hammah*, qui nunc tamen non amplius ex ipso lacu egreditur; quod ex aggestis arenis, quæ etiam insulam ostio adjacentem terræ junxisse debent, probabili ratione explicant. Herodotus quoque quatenus (IV, 178) ipsa loca describit, de *lacu* loquitur quem festiva pompa Libyes circumeunt; ubi autem veterem Jasonis fabulam refert, ibi etiam vagam fabularum geographiam repræsentat atque ita loquitur, quasi Tritonis lacus idem foret cum Syrti minore. Quam sententiam ipsi etiam Scylaci Vossius obtrudere voluit. || — ἔχει ἡ λίμνη] ἐχ (sic) ἡ λίμνη cod. Paris.; ἔχων ἡ λ. cod. Vatican. Totum hunc locum inde a στόμα usque ad σταδίων χιλίων interpolatori vindicat Gailius, quia multo accuratiora Noster præbeat quam Herodotus, quum tamen Scylax Gailianus multo sit Herodoto antiquior. || — ὅταν] ὁ τῆς cod.; em. Salmasius. || — ἔχειν] ἐχ cod. Paris.; ἔχων iterum cod. Vat. || — ἐστὶ φαίνουσα] vel ἐστὶν ἀναφαίνουσα legendum pro συνυφαίνουσα codicis. Clausen dedit συμφαίνουσα, verbum h. l. ineptum; Salmasius conj. ναυσὶν ὑποφαίνουσα. || — περιοικοῦσι] περιέπουσι codex. Vulgatam tuetur Gailius interpretans : *Colunt eum lacum omnes Libyæ gentes*. Cujusmodi sententiam tenor sequentium non admittit. || — Λίβυες πάντες] λίβιοι πάντες codex, corrupte; scribendum Λίβυες Γύζαντες vel Βύζαντες vel Ζύγαντες, monentibus Gronovio et Clausenio. Apud Herodot. IV, 180 lacum accolunt Ausenses et Machlyes; Machlyensium vero finitimos dicit Mazyes vel Maxyes et deinceps Gyzantes (qui aliis Byzantes, Hecatæo Zygantes sunt); Libyes vero qui inde a Tritonide palude habitent, non amplius esse nomades; Maxyes stabilibus uti sedibus, comæ tonsura corporeque minio tincto insignes; neque Libycæ sed Asiaticæ stirpis; perhiberi enim εἶναι τῶν ἐκ Τροίας ἀνδρῶν (e Palaestina advenas dicit Procop. B. Vand. II, 10). Ad eandem stirpem pertinuerunt Gyzantes, quos item minio corpora tingere Herodotus narrat. Similiter vero Scylacem nostro loco gentem memorare a Nasamonum, Garamantum, aliarum nigrescentis coloris gentium stirpe diversam, inde liquet quod ξανθοὺς esse dicit. Quemadmodum in hisce regionibus Ζυγεῖς et Βύζαντες juxta habitasse narratur, sic Ζυγεῖς et Βουζεῖς (idem nomen est quod Βύζαντες) ap. Ptolem. IV, 5 p. 279 habes in Cyrenaica, ubi haud dubie fabula conjunxit eos cum Antenoridis advenis Trojanis. || — ἄπαστοι] i. e. jejuni. An *graciles* ea voce dicere voluit? Haud credas. Vossius conj. ἄπλαστοι, *vere pulcri, minimeque fucati;* Gailius πλαστοὶ, *fucati* (!); idem proposuit ἄγαστοι; Clausenius ἄριστοι. Possis εὔπλαστοι, bene formati, vel ἄσπαστοι, moribus amœnis; sed veri quidquam his insolitis inesse dubito. Malim ξανθοὶ ἅπαντες καὶ κάλλιστοι. || — ἐπέ-

ρωτάτη, καὶ βοσκήματα παρ' αὐτοῖς ἐστὶ καὶ μέγιστα καὶ πλεῖστα· καὶ αὐτοὶ πλουσιώτατοι (καὶ κάλλιστοι). Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν ταύτην Νεάπολίς ἐστι. Παράπλους δὲ ἀπὸ Ἀδρύμητος ἐπὶ Νέαν πόλιν ἡμέρας ἐστί. Μετὰ δὲ Νέαν πόλιν Ἑρμαία ἄκρα καὶ πόλις. Παράπλους ἀπὸ Νέας πόλεως εἰς Ἑρμαίαν ἡμέρας καὶ ἡμίσεως. Ἀπὸ δὲ Νέας πόλεώς ἐστιν εἰς ἰσθμὸν στάδια ρπ' πεζῇ πρὸς τὴν ἑτέραν θάλασσαν τὴν πρὸς Καρχηδόνα. Ἔστι δὲ ἀκτὴ, δι' ἧς ἰσθμός ἐστι. Παράπλους ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν εἰς Καρχηδόνα ἥμισυ ἡμέρας. Ἡ δὲ Καρχηδονίων χώρα ἐστὶν ἐν κόλπῳ.

III. ΚΑΡΧΗΔΩΝ. Μετὰ δὲ τὸν ἰσθμὸν Καρχηδών ἐστι, πόλις Φοινίκων καὶ λιμήν. Παράπλους ἀπὸ Ἑρμαίας ἥμισυ ἡμέρας εἰς Καρχηδόνα. Ἔπεισι δὲ νησία ἐν τῇ Ἑρμαίᾳ ἄκρᾳ, Ποντία νῆσος καὶ Κόσυρος. Πλοῦς δὲ ἀπὸ Ἑρμαίας ἐπὶ Κόσυρον ἡμέρας. Ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα [[μικρὸν ἀπὸ Ἑρμαίας]] εἰσὶ νῆσοι τρεῖς μικραὶ κατὰ τοῦτο, ὑπὸ Καρχηδονίων οἰκούμεναι· Μελίτη πόλις καὶ λιμὴν, Γαῦλος πόλις, Λαμπάς· αὕτη πύργους ἔχει δύο ἢ τρεῖς. Ἀπὸ δὲ Κοσύρου ἐπὶ Λιλύβαιον ἀκρωτήριον Σικελίας πλοῦς ἡμέρας μιᾶς. Μετὰ Καρχηδόνα Ἰτύκη πόλις καὶ λιμήν. Παράπλους δὲ ἀπὸ Καρχηδόνος εἰς Ἰτύκην μιᾶς ἡμέρας. Ἀπὸ Ἰτύκης Ἵππου Ἄκρα [ἢ] Ἱππῶν πόλις, καὶ λίμνη ἐπ' αὐτῇ ἐστὶ,

sunt maximi et plurimi; incolæ vero ditissimi (pulcherrimique). Post hanc Syrtin est Neapolis. Prætervectio ab Adrymete ad Neapolim diei est. Post Neapolin est Hermæum promontorium et urbs. Prætervectio a Neapoli usque ad Hermæum est diei unius ac dimidiati. A Neapoli per isthmum pedestri itinere stadia sunt 180 usque ad alterum mare quod Carthaginem alluit: est enim litus ibi ad modum peninsulæ in mare porrectum cum isthmo. Prætervectio a flumine ex hoc loco ad Carthaginem est diei dimidiati. Carthaginiensium autem regio in sinu sita est.

III. Carthago. Post isthmum est Carthago, urbs Phœnicum cum portu. Prætervectio vero ab Hermæo usque ad Carthaginem est dimidiati diei. Ad Hermæum promontorium sitæ sunt insulæ Pontia et Cosyrus. Navigatio ab Hermæo usque ad Cosyrum est diei. Ultra Hermæum promontorium versus solem orientem tres jacent e regione hujus litoris insulæ parvæ, a Carthaginiensibus habitatæ: Melite urbs cum portu, Gaulus urbs, Lampadusa; in hac turres duæ aut tres. A Cosyro autem ad Lilybæum promontorium Siciliæ, navigatio diei unius. Post Carthaginem Utica urbs cum portu. Præternavigatio a Carthagine ad Uticam diei unius. Post Uticam sequitur Hippuacra sive Hippo urbs, et palus ei adsita est, insulæque in

---

κεινα] ὑπεκ. cod. || — καὶ κάλλιστοι] « Hoc delendum est. » Vossius. || — Νεάπολις] hodie *Nabal*. V. Strabo p. 834, Ptolem. IV, 3 p. 362; Itin. Ant. p. 56. Ab Adrumeto distat 460 circiter stadiis sive unius diei navigatione. Quare ἡμέρας ἐστὶ scripsi pro ἡμερῶν οτ' cod. Paris., ἡμερῶν τ' cod. Vatic. || — εἰς ἰσθμὸν] Dicendum erat διὰ ἰσθμοῦ. Inclusit verba Gailius. || — ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ], cujus mentio in antecc. excidit. Intelligi flumen Catedam (Ptol. p. 262, 3) prope Tunetam exeuntem censet Gailius, haud probabiliter; is potius fluvius esse debet qui ad ipsum isthmum in mappis notatur; nomen ejus nescio.

§ III. Φοινίκων] Φοιάλων cod.; em. Gail. || — ἥμισυ ἡμέρας] Ab Hermæo Carthaginem circa 300 stadia sunt, in quæ satis quadrat dimidiati diei navigatio. || — Ποντία νῆσος] Nomen insulæ aliunde non notum. Slouthouverus pro ἄκρα, Ποντία scribi voluit Δρακοντία. Probat Gailius. At Δρακόντιος νῆσος, quam Ptolemæus IV, 3 p. 271 memorat, e regione est Hipponis urbis, ubi nunc sunt *Cani* insulæ. Hæc igitur ad nos pertinere vix potest. Pontia Scylacis eadem esse debet quæ aliis vocatur Αἰγίμορος vel Αἰγίμιος (Ptol.) vel Αἰγίμουρος (Strabo p. 123. 277. 834; Plin. V, 7; Liv. XXX, 24); nunc *Al-Djamur* vel *Zimbra*. || — Κόσυρος] nunc *Pantellaria*. V. Movers l. l. p. 360. || — Μελίτη] De Phœnicum in *Malta* et *Gozzo* insulis coloniis vide amplissime exponentem Moversium p. 352 sqq. || — Λαμπὰς] hod. *Lampeduses*. Alibi ap. vett. non videtur memorari. Palmerii conjectura fortasse leg. esse Λαμπεδοῦση vel Λεπαδοῦση, et πύρσους pro πύργους, facile caremus. || — Ἰτύκη] Nomen

עתכה significat *diversorium, statio nautarum*, sec. Movers. p. 340. 512. Bocchartus (Chanaan I, 24 p. 517) nomen interpretatus erat *urbs vetus*, dum Carthago sit *urbs nova*. Quod vel propterea rejicit Moversius, quod sic Utica urbs, circa an. 1100 a. C. condita, nonnisi post Carthaginem conditam nomen hoc accepisse parum probabiliter censenda foret. || — ἀπὸ Ἰτύκης Ἵππου ἄκρα [ἢ] Ἱππῶν πόλις] Sic scripsi pro ἀπὸ Ἰτύκης εἰς Ἵππου ἄκραν Ἵππου πόλις, quod codex præbet. Possis etiam εἰς Ἵππου ἄκραν [ἢ] Ἵππου πόλιν [παράπλους ἡμέρας μιᾶς, 300 fere stadiorum], licetque statuere distantiæ notam excidisse quum e margine irreperet illud Ἵππου πόλις. Etenim Ἵππου ἄκρα non notat promontorium, ut putari possit putavitque Lapieus, sed urbem, ut bene monet Mannertus X, 2, p. 297, collato Diodoro XX, 55: ἐστρατοπέδευσεν εἰς τὴν Ἵππου καλουμένην ἄκραν, ὠχυρουμένην φυσικῶς τῇ παρακειμένῃ λίμνῃ. Cf. id. c. 57. Apud Polyb. I, 82, 8: ἡ τῶν Ἱππακριτῶν πόλις. Steph. Byz.: Ἱππούακρα, πόλις Λιβύης, ὁ πολίτης Ἱππουακρίτης. Appian. Pun. c. 110: τὰ Ἱππάγρετα. Quæ quidem nomina sunt græcissantia nominis Phœnicii; hoc vero sec. Moversium p. 511 erat אפא אחרת, *Hippo acheret*, i. e. *altera Hippo*, quo distinguebatur ab *Hippone Regia* Numidiæ, quæ priscis temporibus potentior fuerit urbs, quum Zeugitana ab Agathocle demum aucta sit (v. Diodor. l. l.). Alterum nomen idque mere græcum, quo nostra Hippo (nunc *Bizerta* seu *Benizert*) distinguitur, Διάρρυτος est apud Ptolem. IV, 2 p. 261 et Plinium V, 3: *Oppidum quod Hipponem dirutum vocant, Diarrhytum a Græcis dictum propter aquarum irrigua*. Hoc dein-

καὶ νῆσοι ἐν τῇ λίμνῃ, καὶ περὶ τὴν λίμνην πόλεις (ἐν ταῖς νήσοις) αἵδε· Ψέγας πόλις, καὶ ἀπαντίον αὐτῆς νῆσοι Ναξικαὶ πολλαί· Πιθηκοῦσαι καὶ λιμήν· κατ' ἐναντίον αὐτῶν καὶ νῆσος καὶ πόλις ἐν τῇ νήσῳ Εὔβοια· Θάψα καὶ πόλις καὶ λιμὴν, Καύκακις πόλις καὶ λιμὴν, Σίδα πόλις, Ἰουλίου ἄκρα, πόλις καὶ λιμὴν, Ἕβδομος πόλις καὶ λιμὴν, Ἀκίον νῆσος, πόλις καὶ λιμὴν ἔπεστι, Ψαμαθὸς νῆσος, πόλις καὶ λιμήν· καὶ κόλπος. Ἐν δὲ τῷ κόλπῳ Βαρτὰς νῆσος καὶ λιμὴν, Χάλκα πόλις ἐν τῷ ποταμῷ, Ἀρύλων πόλις, Μὴς πόλις καὶ λιμὴν, Σίγη πόλις ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ πρὸ τοῦ ποταμοῦ νῆσος Ἄκρα, πόλις μεγάλη [καὶ] λιμὴν, Ἄκρος ἡ πόλις καὶ ὁ κόλπος ἐν αὐτῇ, ἔρημος νῆσος Δρίναυπα ὄνομα, Ἡράκλειος στήλη [ἡ] ἐν Λιβύῃ, ἄκρα Ἀβιλυκὴ [καὶ] πόλις ἐν ποταμῷ καὶ ἀντίον αὐτῆς τὰ Γάδειρα νῆσοι. Ἀπὸ Καρχηδόνος ταύτῃ ἐστὶν ἐφ' Ἡρακλείους στήλας τοῦ καλλίστου πλοῦ παράπλους ἡμερῶν ἑπτὰ καὶ νυκτῶν ἑπτά. ΓΑΔΕΙΡΑ. Εἰσὶ

ea, et urbes circa paludem sunt: Psegas urbs, et ex adverso ejus multæ insulæ Naxicæ; tum Pithecusæ cum portu; ex adverso earum sita est insula et in ea civitas Eubœa; Thapsa urbs et portus, Caucacis urbs cum portu, Sida urbs, *Iol* promontorium, urbs et portus, Hebdomus urbs cum portu, Acium insula, in qua urbs et portus, Psamathus insula, urbs et portus; tum sinus. In hoc sinu Bartas est insula cum portu, Chalca urbs ad fluvium, Arylon urbs, Mes urbs cum portu, Sige urbs ad fluvium, cui objacet insula Acra; urbs magna et portus (Acrus urbs vocatur et sinus juxta illam); deserta insula appellata Drinaupa, Herculea Columna, Libyæ promontorium Abilyce et urbs ad fluvium et ex adverso urbis Gades insulæ. A Carthagine hucusque ad Columnas Herculeas navigatione prosperrima prætervehuntur diebus et noctibus septem. GADES. Insulæ hæ Europæ adjacent; earum altera urbem

---

de in Itin. Ant. p. 21 et Christianos scriptores abiit in *Hippo Zaritus* (V. Ruinart. Histor. persecut. Vandal. p. 219 sqq.). Ceterum Hippuacram jam Hecatæus memorasse videtur, siquidem recte, ut puto, locum Stephani refinxit Meinekius: Κύβος [ἢ Κυβώ], πόλις Ἰώνων ἐν Λιβύῃ Φοινίκων. Ἑκαταῖος περιηγήσει αὐτῆς· α καὶ λιμὴν Ἵππου (λιμήν που vgo.) ἄκρα καὶ Κυβώ. Notandum denique alteram Hipponem regiam apud Diodorum item vocari Ἵππου ἄκραν, nec longe inde promontorium Ἵππου ἄκραν (*Ras el-Hamah, Cap de garde*) a Ptolemæo collocari. || — ἐν ταῖς νήσοις] Hæc uncis inclusi, ut inepta. Vulgo vertunt: *per paludem in insulis*. Mappæ meæ non nisi unam in lacu isto insulam notant. Scylax plures ad lacum urbes esse dicens nonnisi unam nominat. || — Ψέγας] aliunde non nota est. Vossius absurde conjecit Κόλλοψ μέγας, qui locus longissime hinc dissitus (V. Ptol. IV, 2, p. 261). || — Ναξικαὶ] Hæ si e regione Psecadis erant, in lacu Hipponitide collocandæ sunt. Nescio tamen an non potius indicentur insulæ, quæ e regione Hipponis in mari erant, quæ *Cani* nunc vocantur, quarum una Δρακόντιος νῆσος est Ptolemæo. || — Πιθηκοῦσαι] Cf. Stephan.: Πιθήκων κόλπος, λιμὴν ἐν τῇ Λιβύῃ περὶ Καρχηδόνα. Τὸ ἐθνικὸν Πιθηκολπίτης. Nostro loco non insulas Pithecussas, sed locum continentis vel vicos quosdam indicari et Stephanus suadet et inde colligis quod sequitur: κατ' ἐναντίον αὐτῶν καὶ νῆσος. Hæc insula non alia esse potest nisi ea quæ apud Ptolem. Κάλάθη, in Itin. p. 514 *Galata*, hodie *Galite*, vocatur. E regione ejus sitæ Tabracæ (hod. *Tabarca*), prope quas silvæ simiarum plenæ memorantur ap. schol. Juvenal. 10, 194. Fortasse hanc ipsam urbem Græci Pithecussarum nomine appellabant. Aliæ Pithecussæ urbes tres in Libya interiore, ubi simiæ pro diis colebantur, in Agathoclis historia affert Diodorus XX, 58. || — Θάψα] Ad situm urbis constituendum facit Vibius Sequester De fluv., qui *Thapsum* fluvium juxta *Rusicaden* memorat; quod prorsus cadit in seriem locorum quam Periplus exhibet. *Rusicada* (Ptol. p 261; Mela 1, 7; Plin. V, 2; Itin. p. 5. 19. Tab. Peut.) portus erat Cirtæ urbis. Ruinæ ejus prope hod. *Stora*. Hanc igitur urbem a fluvio præterlabente (*Oued Resas* vel *Zefsaf*) Thapsum vocavit Scylax. || — Καύκακις] Locus ignotus. Sequuntur post Rusicadam Κόλλοψ μέγας ἢ Κούλλου, deinde *Tucca* ad Ampsagam fl. (Plin. V, 1). Vel hunc vel illum Noster intellexit; hunc malim. Vossius conj. scrib. Κάνουκκις (Ptolem.; *Gunugi* ap. Plin. V, 2; *Gunugus* in Itin. p. 18). Hic vero locus quum ab Iol sive Cæsarea 12 mill. occidentem versus sit, intelligi omnino nequit. || — Σίδα] Haud dubie est *Syda* Tab. Peutingerianæ, ubi locus hic 65 mill. a *Sulda* vel *Saldis* occidentem versus distat. || — Ἰουλίου ἄκρα Leg. videtur Ἰὼλ ἄκρα; certe locum ad *Iol* (hod. *Cherchel*) seu *Cæsaream* situm indicari dubium non est. || — Ἕβδομος] Locus non notus; nomen suspectum. Quodsi Ἄκιον est hod. *Aschak*, uti verisimillimum est, Ἕβδομος urbs eo loco ponenda erit, quo Κούνουκις vel *Gunugus* vel *Gunugi* a Ptol. Itin. et Plinio collocantur, 22 mill post Cæsaream. || — Ἄκιον] *ile Aschak?* Ψαμαθὸς, *ile Colombi?* Βαρτάς, *ile Plane?* Lapieus. || — Χάλκα] Cf. Steph. Byz. v. Χάλκη. Situs incertus. Eadem obscuritate premuntur Arylon et Mes. || — Σίγη] σίγι codex. V. Plin. V, 1; Mela 1, 5; Strabo XVII p. 829; Ptolem. IV, 2 p. 253. Sita urbs ad fluvium cognominem, qui hodie vocatur *Taphna*. Supersunt ruinæ. || — Ἄκρα] hod. insula *Rachgoun* vel *Harchgoun* || — μεγάλη] με apogr. Vaticanum; compendium vocis μεγάλη in cod. Paris. scriba non assecutus est. Ceterum noli putari magnam istam urbem in minima ista insula fuisse. Sermo est de *Rusadir* urbe quæ proxime sequitur. Hoc nomen punicum græce est ἄκρα, ἄκρος. || — Δρίναυπα] Nomen aliunde non notum. Insula aut una est ex tribus illis quæ nunc dicuntur *Djafarin*, haud longe a Malvæ fl. ostiis; aut insula *Alboran*, quæ e regione *Rusadir* promontorii in alto jacet. Hoc probabilius. || — Ἡράκλειος] Ἡρακλεία codex; sed mox Ἡρακλείους tum iterum Ἡράκλειαι. Addidi ἡ et mox καὶ || — Ἀβιλύκη] ἀπινιλύη cod.; em. Gronov. || — νῆσοι] νῆσος cod. || — Verba ἐφ' Ἡρ. στήλας inclusit Gai-

νῆσοι αὗται πρὸς τῇ Εὐρώπῃ· τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει· καὶ Ἡράκλειοι στῆλαι κατὰ ταύτας, ἡ μὲν ἐν τῇ Λιβύῃ ταπεινή, ἡ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ὑψηλή. Αὗται δέ εἰσιν ἄκραι καταντικρὺ ἀλλήλων· διέχουσι δὲ αὗται ἀπ' ἀλλήλων πλοῦν ἡμέρας. Παράπλους Λιβύης ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ Κανωπικοῦ στόματος μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν, τιθεμένου τοῦ λογισμοῦ κατὰ ταὐτά, ἅπερ ἐν Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ γέγραπται, κατὰ τοὺς κόλπους κύκλῳ περιπλέοντι ἡμερῶν οδ'. Ὅσα γέγραπται πολίσματα ἢ ἐμπόρια ἐν τῇ Λιβύῃ, ἀπὸ τῆς Σύρτιδος τῆς παρ' Ἑσπερίδας μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν ἐν Λιβύῃ, πάντα ἐστὶ Καρχηδονίων.

112. Μετὰ δὲ Ἡρακλείους στήλας εἰς τὸ ἔξω πλέοντι, ἔχοντι τὴν Λιβύην ἐν ἀριστερᾷ, κόλπος ἐστὶ μέγας μέχρι Ἑρμαίας ἄκρας. Ἔστι γὰρ καὶ ἐνταῦθα Ἑρμαία ἄκρα. Κατὰ δὲ μέσον τὸν κόλπον κεῖται Ποντίων τόπος καὶ πόλις. Περὶ δὲ τὴν πόλιν λίμνη κεῖται μεγάλη, ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ κεῖνται νῆσοι πολλαί. Περὶ δὲ τὴν λίμνην πέφυκε κάλαμος καὶ κύπειρος καὶ φλέως καὶ θρυόν. Αἱ δὲ ὄρνιθες αἱ Με-

habet; e regione iis sitæ sunt Columnæ Herculeæ, illa quidem in Libya humilis, altera vero in Europa excelsa. Oppositi sibi invicem sunt hi vertices, distantque inter se diei navigatione. Prætervectio Libyæ ab Ægypto inde ab ostio Canopico usque ad Herculeas Columnas, si computus instituatur eodem modo quo supra in Asia et Europa scriptum est, sinus circumnaviganti est dierum septuaginta quattuor. Omnia vero oppida vel emporia quæ in Libya commemoravimus inde a Syrti quæ ad Hesperides, usque ad Libyæ Columnam Herculeam, Carthaginiensium sunt.

112. Post Herculeas Columnas in mare exterum navigantibus, Libyamque in sinistra habentibus, occurrit sinus magnus qui pertinet usque ad promontorium Hermæum; nam ibi quoque est promontorium Hermæum. Medio in sinu est Pontion locus et urbs. Urbi autem adjacet lacus magnus, insulæque in eo sunt complures. Circa lacum nascitur arundo, cyperus, stœbe et juncus. Meleagrides aves ibi sunt, quæ alibi, nisi

---

lius; sane vel hæc vel vox ταύτῃ abundant. Ceterum cf. § 1, ubi eadem. || — ταὐτὰ ἅπερ ἐν Ἀ.] ταῦτα ἐν περασίᾳ codex; em. Clausen. || — οδ'] οεδ' apogr. Vaticanum.

§ 112. In hoc capite duos fontes auctor noster temere miscuisse videtur. Usque ad Anatis fluvii mentionem enarratio bene habet; quæ vero deinceps memorantur Lixus urbs fluviusque, Crabis et Thymiaterium, ea ad ipsam illam oram pertinent quam modo auctor descripserat, ideoque aut omittenda aut in antecc. suo loco inserenda fuissent. Deinde in ordinem rediens Soloentem memorat et Xionem fluvium, qui Lixus est Hannonis (*Drah.*). || — ἔστι γὰρ καὶ ἐνταῦθα Ἑρμαία ἄκρα] De altero Hermæo prom. v. § 111; hocce eo est loco, ubi in Itin. Ant. p. 4 et 6 collocatur *Exploratio quæ Mercurii dicitur*. A Sala urbe fluvioque usque *ad Mercurium* sunt 16 mill. pass., sive 128 stadia. Unde patet Hermæum illud esse promontorium ad quod *Jetkem* fluvius egreditur. || — Ποντίων] sic codex; ποντίον editt. Nomen aliunde non notum et haud dubie corruptum. Quodsi premis verba κατὰ μέσον τὸν κόλπον, locus ponendus foret ab borealem extremitatem Cephesiadis sive *Merdsa* paludis. Proclivis tamen suspicio sinum, in cujus medio Pontion collocatur, non esse totum illum tractum qui a Gaditano freto ad Hermæum promontorium est, sed eam ejus partem, quam Emporicum sinum veteres dicunt. Hoc si concesseris, Pontium ad meridionalem paludis extremitatem fuisse putes eodem loco ubi est Thymiaterium Hannonis (quam urbem eo ipso nomine postea ex alio fonte Scylax memorat). Eandem urbem Mnaseas Sicyonem dixisse videtur. V. not. ad Hannon. p. 2. Mannertus X, 2 p. 470 Ποντίων suspicatur phœnicium nomen esse ejus urbis quam Θυμιατήριον Græci vocarint. || — λίμνη μεγάλη] hodie *Merdja* vel *Murjah*. Vid. Jakson, *An account of Marokko* p. 35; Movers. II, p. 538 ibique laudati. || — νῆσοι πολλαὶ] Unam in mappis notari video. || — κύπειρος κτλ.] codex: κύπρος καὶ φλοιόν· καὶ δρύον· αἱ δὲ ὄρνιθες λιμελελιφίδες... ἄλλον δὲ οὐδαμοῦ... ἐξαχέωσιν; emend. Salmasius. De Cephisiade palude cf. Plinius XXXVII, 11: *Vivit adhuc Asarubas, qui tradidit juxta Atlanticum mare esse lacum Cephisiada, quem Mauri vocant Electrum. Hunc sole excalefactum e limo dare electrum fluitans. Mnaseas Africæ locum Sicyonem appellat, et Crathin, amnem in Oceanum effluentem e lacu, in quo aves quas Meleagridas et Penelopas vocat: et vere ibi nasci* (sc. electrum), *ratione eadem qua supra dictum est de Electride lacu.* Nomen lacus Mnaseas non videtur apposuisse; quare Plinius eum diversum putat ab eo, cujus Asarubas meminit; eundem vero esse Cephisiadem et Meleagridum paludem e nostro Periplo colligitur. Meleagrides aves cum electro ibidem nascente probabiliter eadem fabula componebat, qua Sophocles (ap. Plinium l. l.) finxit in India electrum fieri e lacrymis Meleagridum avium Meleagrum deflentium. *Crathis* fluvius idem est quem Peripli auctor appellat *Crabin* et cum Thymiaterii mentione conjungit. Secundum Mnaseam e lacu profluit, sed quum ex hodierno lacu fluvius nullus in mare profluat, ille potius est intelligendus, qui paullo infra lacum in mare exit. Nomen ejus punicum *Subur* (שבור i. e. fluentum) est; idem nomen phœnicium Moversius agnoscit in *Sybari* Italiæ fluvio; Phœnices enim non in Sicilia modo sed in Italiæ quoque oris, quas postea Græci coloniis frequentarunt, consedisse ex indiciis nonnullis haud contemnendis colligit. Sybaris fluvius in *Crathin* influit; quod item nomen punicum esse probare Moversius II, p. 344 studet. Nam fluvium dici vocatum esse de Crathide caprario, qui (sec. Probum ad Virg. Georg. I, 20. Ælian. N. An. VI, 42) idem sit cum Satyro caprarum deo. Id vero Libycam cultus originem prodere, et *Crathin* ex libyco *ikerri*, i. e. *caprum*, deducendum esse. Quod fortasse paullo longius petitum est. Nam recurrit Crathidis fluvii nomen in Achaia, et ab Achæis colonis idem nomen Italiæ fluvius tulisse fertur, et ab

λεαγρίδες ἐνταῦθά εἰσιν, ἄλλου δὲ οὐδαμοῦ, ἂν μὴ ἐντεῦθεν ἐξαχθῶσιν. Τῇ δὲ λίμνῃ ταύτῃ ὄνομα Κηφησιάς, τῷ δὲ κόλπῳ Κώτης. Ἔστι δὲ Ἡρακλείων στηλῶν καὶ Ἑρμαίας ἄκρας ἐν τῷ μεταξύ. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἑρμαίας ἄκρας ἕρματα τέταται μεγάλα, ἀπὸ δὴ τῆς Λιβύης ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, οὐχ ὑπερέχοντα τῆς θαλάττης· ἐπικλύζει δὲ ἐπ' αὐτὰ ἐνιαχῇ. Τέταται δὲ τὸ ἕρμα ἐπὶ ἑτέραν ἄκραν τῆς Εὐρώπης τὸ καταντικρύ· τῇ δὲ ἄκρᾳ ταύτῃ ὄνομα Ἱερὸν ἀκρωτήριον. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἑρμαίας ἄκρας ποταμός ἐστιν Ἀνίδης· ἐξίησι δὲ οὗτος εἰς λίμνην μεγάλην. Μετὰ δὲ Ἀνίδην (εἶτά) ἐστιν ἄλλος ποταμὸς μέγας Λίξος καὶ πόλις Φοινίκων Λίξος, καὶ ἑτέρα πόλις Λιβύων ἐστὶ πέραν τοῦ

hinc exportatæ fuerint, nusquam reperiuntur. Paludi huic nomen Cephesias (*Cephisias*), sinui vero Cotes: est autem in intermedio Columnarum Herculis et Hermæi promontorii. Ab hoc Hermæo promontorio magni extenduntur scopuli, inde a Libya Europam versus, non eminentes e fluctibus, nonnusquam tamen ab iis verberati. Tenditur illa scopulorum tænia ad aliud Europæ promontorium Hermæo adversum. Vocatur autem id promontorium Sacrum. Post Hermæum promontorium fluvius est Anides. Egreditur hic in lacum magnum. Post Aniden est alius fluvius magnus Lixus et Phœnicum urbs Lixus aliaque urbs Libyum ultra fluvium est, cum portu.

Achaico fluvio ad Africæ quoque fluvium translatum esse coarguit sociata ei *Sicyon* urbs. Quodnam subsit his Græcorum commentum non quæro. Fortasse Africæ meleagrides aves, cultusque Meleagri ap. Sicyonios (apud quos hastam, qua aprum interfecerat, heros consecravit, Pausan. II, 5, 8), nominumque quædam punicorum similitudo (v. not. sqq.) ansam dederit hujusmodi geographiam concinnandi. || — Κώτης] Ptolemæo IV, 1 p. 249 Κώτης est hodiernum *Cap Spartel*; item Straboni XVII, p. 825, nisi quod is pluraliter dicit τὰς Κώτεις. Nomen punicum græce vertit Mela I, 5: *Caput atque exordium est promontorium quod Græci Ampelusiam, Afri aliter sed idem significante vocabulo appellant.* « Puto Pœnos appellasse קטף, *Kotef*, i. e. τοῦ τρυγῶντος, *vindemiantis.* » Bochart. Cf. Movers. II, p. 529. Totum vero hunc tractum Κώτης appellatum esse præter Nostrum nemo tradit. Quamquam ad eum transferri id nomen apte poterat; nam tota hæc regio vitium feracissima (Vitis in numis Lixi urbis. V. Falbe et Lindberg *Annonce d'un ouvrage sur les médailles de l'ancienne Afrique* p. 11, citante Moversio p. 828). Præterea *Coten urbem* nescio an recte memorat Plinius V, 1,: *Promontorium Oceani extimum Ampelusia vocatur a Græcis. Oppida fuere Lixa, Cotes ultra Herculis columnas.* Strabo et Ptolemæus in hac ora sinum norunt Emporicum. Ita enim Strabo XVII, p. 825: Πρὸς νότον δὲ τῇ Λίξῳ καὶ ταῖς Κώτεσι παράκειται κόλπος Ἐμπορικὸς καλούμενος, ἔχων Φοινικικὰς κατοικίας. Atque nomen id usque ad Hermæum promontorium pertinuisse inde colligas, quod Ptolemæus p. 249 κόλπον Ἐμπορικὸν post Subur demum fluvium memorat. Polybius apud Plin. V, 1 post Lixum recenset *Saguti sinum*, nomine utens phœnicio. Nam סחרות, *sacharut*, est ἐμπορία; litera *r* nominum phœniciorum ab Afris sæpenumero eliditur, docente Moversio II, p. 541, qui eandem vocem *sacharun* vel libyce *sagaun* latere suspicatur in *Sicyone* urbe Mnaseæ, de qua modo vidimus. || — ἕρματα Hesychius ait esse ὑφάλους πέτρας ἢ τὸν πετρώδη καὶ ἐπικυματιζόμενον, ὥστε μὴ βλέπειν, τόπον τῆς θαλάσσης. Avienus Or. Mar. 322: *Sacrum superbas erigit cautes jugum. Locum vocavit Herma quondam Græcia. Est Herma porro cespitum munitio, interfluum quæ altrinsecus munit lacum. Aliique rursus Herculis dicunt viam. Stravisse quippe maria fertur Hercules, Iter ut pateret facile captivo gregi.. Quod Herma porro et Herculis dictum via; Amphipolis urbis incola Euctemon ait, Non plus habere longitudinis Modo quam porriguntur centum et octo milliæ* (864 stad.). Cf. Suidas v. ἕρματα; Mela I, 5; Plin. III, 1; Diodor. IV, 18; Seneca Herc. fur. 237; Strabo I, p. 52; Gosselin *Recherches*, etc. IV, p. 2; Ukert *Geogr.* II, 1, p. 208. 251. || — Ἀνίδης] sic codex; editt ἄνιδος. In seqq. pro Ἀνίδην, εἶτα codex ἀνιδίευτα. Polybio ap. Plin. V, 1 appellatur *Anatis*. A freto Gaditano ad Lixum esse dicit 112 mill., hinc ad Anatin 205 mill., hinc ad Atlantem 485 millia pass. Hæc summa mill. 802 sive stadiorum 6416 est oræ longitudo a freto usque ad desertum, ad quod extrema Atlantis juga desinunt. Ex iisdem mensuris efficitur Anatin fluvium esse hodiernum *Ommerbia* (ut recte monent Gosselinus I, p. 112 et Mannertus X, 2, p. 555) paullo supra *Cap Blanc*. Fluvio nunc adjacet *Azamur* urbs. Ptolemæus p. 249 fluvium vocat Ἀσάμαν, Plinius V, 1 ex scriptore Africano, *Asanam: Indigenæ tradunt in ora ab Sala* 150 *mill. pass. flumen Asanam, marino haustu, sed portu spectabili.* Quæ prorsus cadunt in ostia *Ommerbia* fluvii. || — Λίξος] Quæ jam sequuntur de Lixo, Crabi et Thymiateria ex alio fonte petita inepte præcedentibus assuuntur. Causa erroris fortasse inde est repetenda, quod auctor post Aniden fl. Lixi fluvii, qui ad desertum in mare exit, mentionem reperit, eumque fluvium confundit cum altero Lixo, qui non ita longe abest a freto Gaditano. — Lixus urbs ad fluvium cognominem sita. Nomen in numis scribitur לכש (Falbe et Lindberg, *Annonce* etc. p. 11), quod hebraice pronuntiandum foret *Lechesch* (cf. urbis Canaaniticæ nomen לכיש, *lachisch*), a Phœnicibus vero pronuntiabatur *Licsch*, uti Moversius docet II, p. 540. (Falsus igitur Bochartus qui nomen a ליש, *lis*, i. e. leo, derivare voluit.) Græce in numo occurrit ΛΙΞ. Apud scriptores habes Λίξ, Λίξα, Λίξας, Λίξος, Λίγξ, Λύγξ. Frequentissima forma est Λίξος; Λίξ præbet Ptolemæus, Λίγξ Artemidorus ap. Strabon. XVII, p. 829: Ἀρτεμίδωρος δ' Ἐρατοσθένει μὲν ἀντιλέγει, διότι Λίξον τινά φησιν πόλιν περὶ τὰ ἄκρα τῆς Μαυρουσίας τὰ ἑσπέρια ἀντὶ Λιγγός (Cf. id. p. 825, ubi *Linx* et *Tingis* confunduntur). Steph. Byz.: Λίγξ ποταμὸς Μαυριτανίας καὶ πόλις· τινὲς δὲ Λίξον γράφουσι. Idem: Λύγξ, πόλις Λιβύης πρὸς τοῖς

ποταμοῦ καὶ λιμήν. Μετὰ δὲ Λίξον Κράβις ποταμὸς καὶ λιμὴν καὶ πόλις Φοινίκων Θυμιατηρία ὄνομα. Ἀπὸ Θυμιατηρίας* εἰς Σολόεντα ἄκραν, ἣ ἀνέχει μάλιστα εἰς τὸν πόντον. Τῆς δὲ Λιβύης πᾶσα αὕτη ἡ χώρα ὀνομαστοτάτη καὶ ἱερωτάτη. Ἐπὶ δὲ τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς ἄκρας ἔπεστι βωμὸς μέγας, ποινῆς*, Ποσειδῶνος. Ἐν δὲ τῷ βωμῷ εἰσὶ γεγραμμένοι ἀνδριάντες, λέοντες, δελφῖνες· Δαίδαλον δέ φασι ποιῆσαι. Ἀπὸ δὲ Σολόεντος ἄκρας ποταμός ἐστιν, ᾧ ὄνομα Ξιῶν. Περὶ τοῦτον τὸν ποταμὸν περιοικοῦσιν Αἰθίοπες ἱεροί. Κατὰ δὲ ταῦτα νῆσός ἐστιν, ᾗ ὄνομα Κέρνη. Παράπλους δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν ἐπὶ Ἑρμαῖαν ἄκραν ἡμερῶν δύο. Ἀπὸ δὲ Ἑρμαίας ἄκρας εἰς Σολόεντα ἄκραν παράπλους ἡμερῶν τριῶν. Ἀπὸ δὲ Σολόεντος εἰς Κέρνην παράπλους ἡμερῶν ἑπτά. Σύμπας δὲ ὁ παράπλους οὗτός ἐστι ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν εἰς Κέρνην νῆσον ἡμερῶν δώδεκα. Τῆς Κέρνης δὲ νήσου τὰ ἐπέκεινα οὐκέτι ἐστὶ πλωτὰ διὰ βραχύτητα θαλάττης καὶ πηλὸν καὶ φῦκος. Ἔστι δὲ τὸ

Post Lixum Crabis fluvius cum portu, et urbs Phœnicum Thymiateria appellata. A Thymiateria *navigatio* ad Soloentem promontorium, quod plurimum in mare prominet. Libyæ autem hæc regio tota est celeberrima et sacerrima. In summitate vero promontorii est ara magna* Neptuno consecrata. In ara ex-pressæ sunt virorum imagines et leones delphines; Dædali esse opus aiunt. Post Soloentem promontorium fluvius est, qui Xion (*Lixus*) vocatur. Hunc fluvium circumhabitant Æthiopes *hesperii.* Circa hæc est insula, cui Cerne nomen. Prætervectio a Columnis Herculeis ad Hermæum promontorium est dierum duorum. Ab Hermæo autem promontorio ad Soloentem promontorium prætervectio dierum trium. A Soloente ad Cernen prætervectio dierum septem. Universa autem prætervectio ab Herculeis columnis ad Cernen insulam est dierum duodecim. Quæ deinceps sunt ultra Cernen insulam, navigari non amplius possunt propter brevia maris et cœnum al-

---

Γαδείροις μετὰ τὴν Ἄτλαντα· καὶ νῆσος Ἄτλαντος καὶ πόλις Λύγξ, ὡς Ἀρτεμίδωρος (Pravum Artem. exemplar Stephanus adhibuisse videtur). Idem Λίξα, πόλις Λιβύης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν α' Λιβυκῶν, ἀπὸ Λίξου ποταμοῦ. Fluvium Λίζαν appellavit Hecatæus fr. 328; nunc Arabes vocant *Kos, Alkos* et *Lukos*. Urbs ad utramque fluvii ripam sita erat; borealis pars in collibus juxta fluvium porrectis ædificata, etiam nunc ruinis spectabilis, vetus erat Phœnicum urbs; ab altera fluvii ripa Libyum vici erant, ut ex Scylace colligitur. Ceterum urbs non ad ostia fluvii exstructa erat, sed procul dubio navale ibi Lixitæ habebant, ubi nunc stat *Larache* cum portu hujus oræ optimo. Navale hoc et urbem duplicem in unum conjunxisse videtur Cornelius (ap. Plin. V, 1), qui *prævalidam hanc urbem majoremque Carthagine magna* dixit. V. Jakson *An Account of the emp. of Marokko* p. 35; Barth *Wanderungen*. I, p. 21 sqq.; Movers II, p. 539. || — Κράβις] Crathis Mnaseæ (v. supra); probabiliter idem qui *Subur* fluv., ad quem Thymiateria collocanda est. || — Θυματηρία] Θυματηριὰς codex; em. Vossius, collato Stephano v. Θυμιατηρία. Apud Hannonem (ubi vide) est Θυμιατήριον. || — Σολόεντα] Σολόεσαν h. l. codex, sed postea bis Σολόεντος. Ante verba εἰς Σ. excidisse videtur v. πλοῦς, non vero notatio distantiæ, quum infra intervalla uno omnia loco apponantur. Licet etiam cum Gronovio scribere: ἀπὸ Θ. ἐστὶ Σολόεις ἄκρα. || — βωμὸς] ἱερὸν dicitur in Hannonis Periplo, quod de ipsa ara percommode accipi potest, nihilque video cur fanum ab ara distinguatur. || — ποινῆς] μεγ· ποινῆς· Ποσιδῶνος codex. Vocis corruptæ emendatio certa non suppetit. πρηνῆς conj. Salmasius, quod proxime abest. Gosselinus I, p. 103 vertit *Neptune Phénicien*, non improbante Letronnio (*Recherches sur Dicuil* p. 167, laudante etiam Casseli cujusdam conjecturam Ποντοποσειδῶνος), in eamque sententiam Fabricius scr. φοινικίου Ποσ. Clausenius: Ποίνης, *ara magna Vindictæ et Neptuni*. Movers. p. 552: Ζηνὸς Ποσειδῶνος. At codex arguit adjectivum in ής; an βωμὸς μεγαλοπρεπής? || — ἀνδριάντες] Si genuina vox significare debet hominum figuras. ἐλέφαντες conj. Movers. Apud Fabricium legere est ἄνδρες, γυναῖκες. || — Δαίδαλον] E Dædali mentione Moversius colligit ἱερὸν istud perantiquum et ab Hannonis ara distinguendum esse, levidensi nixus argumento || — Ξιῶν] sic codex; esse fluvium Λίξον Hannonis dubitari nequit; num ipsum hoc nomen reponendum sit, quæritur. || — ἱεροὶ] ἑσπέριοι conjecit Slothouwerus eleganter nec improbabiliter, quum Hesperios hos Æthiopes vocari constet. || — Κέρνη] Κέρνης codex. Nulla ibi insula est. Verum usque ad desertum satis nota erat navigatio, ulteriora non posse navigari nautarum mercatorumque narratiunculis ferebatur, ultimam autem navigationem usque ad Cernen pertinere erat fama: ergo huc Cerne ponenda erat. || — ἡμερῶν δώδεκα] ἡ. δέκα δύο codex. Distantiarum notatio bene habet. || — οὐκέτι ἐστὶ πλωτά] « Hic jam communem geographorum morem imitatur Scylax, qui quum ad ea devenissent, quarum nullam haberent cognitionem, ut ignorationem suam hac in parte excusarent, nescio quæ non absurda fingebant loca æstu et frigore exusta, feris plena, vastis obsita montibus, insuper alga, cœno, variisque monstrorum generibus referta. Sic ap. Herodot. IV, 43 Sataspes apud regem Xerxem excusat se, quod ulterius non processerit navigando, quoniam navigium retineretur, nimirum alga aut cœno. Egregie de hac re Plutarchus Thes. init.: Ἐν ταῖς γεωγραφίαις... οἱ ἱστορικοὶ τὰ διαφεύγοντα τὴν γνῶσιν αὐτῶν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῶν πινάκων πιεζοῦντες, ἐνίοις παραγράφουσιν ὅτι τὰ ἐπέκεινα θῖνες ἄνυδροι καὶ θηριώδεις ἢ πηλὸς ἀϊδνὴς ἢ Σκυθικὸν κρύος ἢ πέλαγος πεπηγός. Tatianus Adv. Gr. p. 159: Οἱ μὲν οὖν τὰς γεωγραφίας ἐκπονήσαντες, μέχρις ἦν δυνατὸν ἀνθρώπῳ, τῶν χωρίων τὴν ἀναγραφὴν ἐποιήσαντο· τὰ δ' ἐπέκεινα λέγειν οὐκ ἔχοντες διὰ τὸ ἀδύνατον τῆς θεωρίας, ἀμπώτεις ᾐτιάσαντο, καὶ θαλασσῶν τὴν μὲν πρασώδη, τὴν δὲ πηλώδη, τόπων δὲ

φῦκος τῆς δοχμῆς τὸ πλάτος καὶ ἄνωθεν ὀξὺ, ὥστε κεντεῖν. Οἱ δὲ ἔμποροί εἰσι μὲν Φοίνικες· ἐπὰν δὲ ἀφίκωνται εἰς τὴν νῆσον τὴν Κέρνην, τοὺς μὲν γαύλους καθορμίζουσιν, ἐν τῇ Κέρνῃ σκηνὰς ποιησάμενοι αὐτοῖς· τὸν δὲ φόρτον ἐξελόμενοι αὐτοὶ διακομίζουσιν ἐν μικροῖς πλοίοις εἰς τὴν ἤπειρον. Εἰσὶ δὲ Αἰθίοπες πρὸς τὴν ἤπειρον. Εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ Αἰθίοπες, πρὸς οὓς διατίθενται. Πωλοῦσι δὲ πρὸς δέρματα ἐλάφων καὶ λεόντων καὶ παρδάλεων καὶ δέρματα ἐλεφάντων καὶ ὀδόντας, καὶ τῶν ἡμέρων βοσκημάτων. Οἱ Αἰθίοπες χρῶνται κόσμῳ * στίκτοις, καὶ ἐκπώμασι τοῦ ἐλέφαντος φιάλαις· καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν χρῶνται κόσμῳ ψελίοις τοῦ ἐλέφαντος· χρῶνται δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἵππους ἐλεφαντίνῳ κόσμῳ. Εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ Αἰθίοπες μέγιστοι ἀνθρώπων πάντων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, μείζους ἢ τετραπήχεις· εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν καὶ πενταπήχεις· καὶ πωγωνοφόροι εἰσὶ καὶ κομῆται, καὶ κάλλιστοι πάντων ἀνθρώπων οὗτοί εἰσι. Καὶ βασιλεύει αὐτῶν οὗτος, ὃς ἂν ᾖ μέγιστος. Εἰσὶ καὶ ἱππηλάται καὶ ἀκοντισταὶ καὶ τοξόται, καὶ χρῶνται τοῖς βέλεσι πεπυρακτωμένοις. Οἱ δὲ Φοίνικες ἔμποροι εἰσάγουσιν αὐτοῖς μύρον, λίθον Αἰγυπτίαν, ἄπρους ἐξαράκτους, κέραμον Ἀττικὸν καὶ χοῦς· τὰ γὰρ πλάσματά ἐστιν ὤνια ἐν τοῖς Χουσὶ τῇ ἑορτῇ. Εἰσὶ δὲ οἱ Αἰθίοπες οὗτοι κρεοφάγοι, γαλακτοπόται, οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων· τὸν δὲ καὶ αὐτὸν οἱ Φοίνικες

gamque. Est vero hæc alga palmi latitudine, et in acutum desinit, adeo ut pungat. Mercaturam ibi exercent Phœnices. Qui quum in Cernen insulam advenerint, gaulos suos sive naves onerarias in ancoris ibi sistunt, et in ipsa insula figunt sibi tentoria. Exemtas deinde e gaulis merces exiguis navigiis transvehunt in continentem. Accolunt eam Æthiopes, atqui hi sunt quibuscum negotiantur. Vendunt autem mutando sua pellibus cervorum, leonum, pardalium, pellibus dentibusque elephantum, et domesticorum pellibus pecorum. Æthiopes pro ornatu utuntur variegatis [*pellibus*], et phialis eburneis pro poculis; mulieres eorum ornatum gestant armilla eburnea; equos quoque ebore ornant. Sunt autem hi Æthiopes omnium hominum nobis cognitorum maximi, majores quam quadricubitales; nonnulli vero etiam quinque sunt cubitorum. Porro sunt barbati et comati omniumque hominum pulcerrimi. Regit ipsos is qui statura est maximus. Sunt etiam equites exercitati et jaculatores et sagittarii; jaculis utuntur contis adustis. Phœnices autem mercatores important iis unguentum, lapidem Ægyptium, ** figlina Attica et congios. (Fictilia illa vasa in Congiorum festo venalia sunt). Ceterum Æthiopes illi carne vescuntur, et lac potant; porro vinum e vitibus multum conficiunt quod ipsum quoque Phœnices inde exportant. Est iis etiam civitas

---

τῶν μὲν τὸ ἔμπυρον, τῶν δὲ τὸ ψυχρὸν καὶ διαπεπηγός. » Vossius. || — ἔστι δὲ τὸ φῦκος κτλ.] Cf. Theophrast. Hist. plant. IV, 7 : Γίνεται δὲ (τὸ φῦκος) ἐν μὲν τῇ ἔξω τῇ περὶ Ἡρακλείας στήλας θαυμαστόν τι τὸ μέγεθος, ὥς φασι, καὶ τὸ πλάτος μεῖζον ὡς παλαιστιαῖον. Cf. Heeren *Ideen* II, 1, p. 183. || — δοχμῆς] λοχμῆς cod.; em. editt.; τὸ πλάτος om. apogr. Vatican. || — Φοίνικες] Carthaginienses puta. || — ἐπὰν δὲ ἀφ.] ἐπὰν καὶ ἀφ. cod.; em. Huetius. || — γαύλους] ταύδους cod.; em. Salmas. Cf. Steph. Thesaur. s. v. « Ce passage m'a fait conjecturer que l'ile de *Gaulea*, que Dicuil place sur la côte occidentale d'Afrique, est Cerne elle-même, à laquelle les Carthaginois donnèrent le nom d'*île des Vaisseaux*. Voyez mes Recherches sur Dicuil, p. 125-128. » Letronnius *Poëm. géogr*. p. 229. || — σκηνὰς ποιησ.] Igitur nulla ibi tunc erat colonia. || — εἰσὶ δὲ Αἰθίοπες κτλ.] Codex ita : εἰσὶ δὲ οὗτοι Αἰθίοπες πρὸς τὴν ἤπειρον· εἰσὶ δὲ οὗτοι δὲ (sic) Αἰθίοπες πρὸς οὓς: em. Fabricius. Vulgo editt : εἰσὶ δὲ οὗτοι Αἰθίοπες πρὸς οὓς. || — καὶ ὀδόντας] κ. ὀδόντων cod.; em. Reinesius. μετ' ὀδόντων Vossius, parum apte. In seqq. vox δέρματα facile subintelligitur. || — κόσμῳ στίκτοις] κοσμοστίκτοις sc. ἐσθήμασι conj. Salmasius; excidit potius δοραῖς vel δέρμασι. Cf. Herod. VII, 71. Ceterum tota hæc narratio e variis centonibus male consuta. Sic hoc loco verbis ἡμέρων βοσκημάτων statim subjicienda erant : οἱ δὲ Φοίνικες ἔμποροι. || — μέγιστοι] μεστοὶ cod. || — πενταπήχεις] Cf. Plin. VI, 35, ubi Syrbotæ Æthiopes *octonum* cubitorum fuisse dicuntur. Solin. c. 30. Herodot. III, 20 de Æthiopibus Ichthyophagis : Λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων· νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτούς φασι κεχωρισμένοισι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὴν βασιληίην τοιῷδε· τὸν ἂν τῶν ἀστῶν κρίνωσι μέγιστόν τε εἶναι καὶ κατὰ τὸ μέγεθος ἔχειν τὴν ἰσχὺν, τοῦτον ἀξιοῦσι βασιλεύειν. Id. c. 23 : σίτησιν δὲ εἶναι κρέα τε ἑφθὰ, καὶ πόμα γάλα. Cf. III, 114. VII, 70. Eusth. ad Dion. 213. || — πεπυρακτωμένοις] Herodot. VII, 71 : Λίβυες σκευὴν μὲν σκυτίνην ἤισαν ἔχοντες, ἀκοντίοισι δὲ ἐπικαύτοισι χρεώμενοι. Cf. quæ de Libybus Balearidum narrat Strabo III, p. 168. || — μύρον] De unguentis Phœniciis v. Plin. XIII, 2; Athenæus XV, p. 688, Dioscorid. I, 63; deque alabastris unguentorum v. Lucian. Hetær. c. 14; Aristophan. Ran. 1125; Plinius XXXVI, 12 etc. || — λίθον Αἰγυπτίαν] λίνον Αἰγύπτιον voluit Falconer Diss. II in Hannon. p. 80; perperam. Succini genus intellexit Gailius. Est potius vitrum ex hyalitide lapide conflatum atque confectæ ex eo ab Ægyptiis res ad mundum pertinentes (v. Strabo XVI, p. 758), λιθίας ὑαλῆς πλείονα γένη (Peripl. m. Erythr. p. 4. 7 Huds.), uti ἀρτήματα λίθινα χυτὰ εἰς τὰ ὦτα (Herod. II, 69). || — ἄπρους ἐξαράκτους] sic codex; quid lateat difficile dictu. Gailius κάπρους ἐξαράκτους, *apros castratos*; sed ἐξαράκτους tale quid significare non potest, nec quidquam huc facit vox ἐξάργματα Apollonii Rh. IV, 477, quam conferri Gailius vult. Mitto mirum istud mercis genus. Desideratur res vel supellex ad ornatum, quo gaudent ejusmodi populi, pertinens. Sic Cambyses ad Æthiopes Ichthyophagos dona misit

ἄγουσιν. Ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ πόλις μεγάλη, πρὸς ἣν οἱ Φοίνικες εἰσπλέουσιν οἱ ἔμποροι. Λέγουσι δέ τινες τούτους τοὺς Αἰθίοπας παρήκειν συνεχῶς οἰκοῦντας ἐντεῦθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ εἶναι ταύτην [τὴν] θάλατταν συνεχῆ, ἀκτὴν δὲ εἶναι τὴν Λιβύην.

magna, ad quam Phœnicum mercatores navigant. Ceterum nonnulli perhibent Æthiopes illos continuo abhinc tractu habitantes usque ad Ægyptum pertingere, et mare hoc item esse continuum, Libyam vero figura referre peninsulam.

113. ΔΙΑΦΡΑΓΜΑ

διὰ τῆς θαλάττης [ἀπὸ] τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπιεικῶς εὐθὺ κατ' ὀρθόν.

Ἄρχεται δὲ τὸ διάφραγμα ἀπὸ Εὐρίπου τοῦ κατὰ Χαλκίδα καὶ ἔστιν ἐπὶ Γεραιστὸν στάδια [ψ' καὶ ν'].

Ἀπὸ Γεραιστοῦ ἐπὶ Παιώνιον τῆς Ἄνδρου στάδια π'.

Ἀπὸ [Παιωνίου] τῆς Ἄνδρου ἐπὶ τὸν Αὐλῶνα στάδια σπ'.

Τοῦ Αὐλῶνος διάπλους εἰς Τῆνον στάδια ιβ'.

Αὐτῆς δὲ τῆς νήσου ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον τὸ κατὰ Ῥηναίαν στάδια ρν'.

Τοῦ δὲ διάπλου εἰς Ῥηναίαν στάδια μ'.

Αὐτῆς δὲ Ῥηναίας καὶ τοῦ διάπλου εἰς Μύκονον στάδια μ'.

Ἀπὸ δὲ Μυκόνου διάπλους ἐπὶ τοὺς Μελαντίους σκοπέλους προαριστιδίου μικρῷ ἐλάττων, σταδίων [ρ] μ'.

Ἀπὸ δὲ Μελαντίων σκοπέλων πλοῦς εἰς Ἴκαρον προαριστίδιος.

Αὐτῆς δὲ τῆς Ἰκάρου στάδια τ' ἐπὶ μῆκος.

Ἀπὸ δὲ Ἰκάρου πλοῦς εἰς Σάμον προαριστίδιος.

113. DIAPHRAGMA

per mare [ab] Europa in Asiam propemodum rectam ad lineam.

Incipit diaphragma ab Euripo qui ad Chalcidem est; hinc ad Geræstum stadia sunt [750].

A Geræsto ad Pæonium Andri stadia 80.

A [*Pæonio*] Andri ad Aulonem sive fretum stadia 280.

Aulonis sive freti trajectus in Tenum stadia 12.

Ipsius insulæ usque ad promontorium Rhenææ oppositum stadia 150.

Trajectus in Rhenæam stadia 40.

Ipsius Rhenææ et trajectus in Myconum insulam stadia 40.

A Mycono trajectus ad Melantios scopulos paullo minor antemeridiano, stadiorum [1]40.

A Melantiis scopulis navigatio in Icarum antemeridiana.

Ipsius Icari stadia 300 secundum ins. longitudinem.

Ab Icaro in Samum navigatio antemeridiana.

πορφύριόν τε εἷμα καὶ χρύσεον στρεπτὸν περιαυχένιον καὶ ψέλια καὶ μύρου ἀλάβαστρον καὶ φοινικηΐου οἴνου κάδον. Tale quid nostro quoque loco fuerit. In mentem venit κρυστάλλους ἐξορύκτους, *vitrum fossile*, vel etiam ἄλλους (sc. λίθους) ἐξορύκτους (non χυτούς, ut erat λιθία Αἰγυπτία), vel ἀλαβάστρους ἐξ Ἀραβίας etc. || — καὶ αὐτὸν] καὶ αὐτοὶ cod. || — πόλιν μεγάλην] Nescio an conferre liceat quæ de *Mavi* Æthiopum oppido habet Plinius V, 8, et quæ Diodorus III, 53, 6 de *Mene* Æthiopum Ichthyophagorum urbe in Amazonum insula narrat. || — οἶνον ποιοῦσι] Cf. mythologos, qui Bacchum in his regionibus natum dicunt ap. Diodor. III, 68.

§ 112. ἀπὸ] add. e conj. Gailii. || — εὐθὺ κατ' ὀρθόν] infra ὀρθὸν κατ' εὐθὺ, quod h. l. reponi vult Vossius; καὶ εὐθὺ nescio cur scr. Fabricius. || — ψ' καὶ ν'] ζ' κοινή codex. 647 stadia exputat Lapieus, quæ ad antiquum computum revocata forent 555. Scribi itaque possit φ' καὶ ν'. Sed majorem numerum posuisse auctorem ex summa stadiorum 2370 colligitur. Fuisse itaque puto ψ καὶ ν', 750. || — Παιώνιον] aliunde non notum; promontorium Geræsto obversum fuisse debet. || — σταδ. π'] Consentit Plinius IV, 22: *abest (Andrus) a Geræsto X mill. pass.* || — ἀπὸ τῆς Ἄνδρου] αὐτῆς τῆς Ἄνδρου conj. Gailius. Vel hoc sententia postulat, vel ἀπὸ [Παιωνίου] τῆς Ἄνδρου. || — τοῦ Αὐλῶνος] Αὐλῶνα dicit fretum inter Andrum Tenumque; sic etiam mare inter Ciliciam Rhodumque vocabatur. || — Τῆνον] τεῖνον cod.; em. Salmasius. || — ιβ'] 8 stadia sive *mille passus* sec. Plinium IV, 22. || — κατὰ Ῥηναίαν] sic codex; κ. ῥηναίας scripsit Clausenius absque causa idonea. || — ρν'] 120 sec. Plinium l. l.: *Tenos in XV millia pass. porrecta.* Noster accuratior. Lapieus exputat stadia 170, quæ forent 146 stadia ex computo græco. || — Ῥηναίας] Ῥηνέας h. l. codex. Idem deinde Μίκυνον et Μυκίνου. || — Μελαντίους σκ.] Meminerunt eorum Strabo IV, p. 636, Stadiasm. § 253. 270, Apollonius Rhod. IV, 1707, ubi scholiasta petras illas perperam collocat ad Theram insulam. || — προαριστιδίου] προαριστίαδος codex; em. editt. || — ρμ'] codex μ'. Inde ab orientali Myconi extremitate tot fere stadia absunt petræ Melantiæ; sed in computum referenda erat etiam ipsius Myconi insulæ longitudo, 100 fere stadiorum. Fortasse igitur excidisse putes: Αὐτῆς δὲ Μυκόνου στάδια ρ'. Sed commodius navigatio ab occidentali insulæ extremitate directo cursu in Melantia saxa dirigebatur. Atque infra majus etiam spatium computari videmus in πλοῦν προαριστίδιον, quæ fere tertia est diei pars. || — προαριστίδιος] προαριστίδος codex. Ad Icarum sunt circa 190 stadia. || — στάδια τ'] Consentit Agathemerus p. 17. Contra Strabo p. 649 ambitum insulæ 300 stadiorum esse dicit, Pliniusque IV, 23 longitudinem refert 17 mill., sive 136 stadiorum. Vera est longitudo stadiorum circiter 214. || — ἀπὸ δὲ Ἰκάρου] ἀ. δ. Ἰκαρίου cod. || — προαριστίδιος] Ab Icaro sunt fere 110 stadia. || — σταδ. σ'] Accurata mensura est ad 250 stadia; sed justo minor

Αὐτῆς δὲ Σάμου στάδια σ'.
Ἐκ Σάμου εἰς Μυκάλην τοῦ διάπλου στάδια ζ'. (ιζ?).
Τὸ πᾶν, ἐὰν ἐκ Σάμου πλέωσι πρὸ ἀρίστου, στάδια ͵βτο', μὴ προσλογιζομένου τοῦ πλοῦ [τοῦ ἐκ Μυκάλης εἰς Σάμον].

Ipsius Sami stadia 200.
E Samo in Mycalen trajectus stadiorum 7 (17?)
In summa, si quis e Samo naviget *navigatione utens optima*, stadia sunt 2370, non adnumerata navigatione [*quæ est a Mycale in Samum*].

113. Ἕτερον διάφραγμα ὀρθὸν κατ' εὐθύ.

[Ἀπὸ Μαλέας] ἕως Κυθήρων στάδια λ' (ρλ'?).
Αὐτῶν δὲ Κυθήρων μῆκος στάδια ρ' (σ'?).
Εἰς Αἰγιλίαν πλοῦς προαριστίδιος.
[Αὐτῆς Αἰγιλίας μῆκος στάδια ν'.
Ἀπ' Αἰγιλίας εἰς Κρήτην, πλοῦς προαριστίδιος]
Κρήτης αὐτῆς μῆκος στάδια ͵βφ' (͵αφ'?).
Ἀπὸ Κρήτης εἰς Κάρπαθον στάδια ρ' (φ?).
Αὐτῆς Καρπάθου μῆκος στάδια ρ' (τ'?).
Εἰς Ῥόδον ἀπὸ Καρπάθου πλοῦς στάδια ρ' (τ'?).
Αὐτῆς Ῥόδου μῆκος στάδια χ'.
Ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν Ἀσίαν στάδια ρ'.
Ἔστι τοῦ διάπλου τὸ διάφραγμα στάδια δσο'.

113. Alterum diaphragma rectum.

[*A Malea*] ad Cythera stadia 30 (130?).
Cytherorum longitudo stadiorum 100 (200?)
Hinc ad Ægiliam navigatio antemeridiana.
[*Ipsius Ægiliæ longitudo stadiorum* 50.
Ab Ægilia in Cretam navigatio antemeridiana.]
Ipsius Cretæ longitudo stadiorum 2500.
A Creta in Carpathum stadia 100 (500?).
Ipsius Carpathi longitudo stadiorum 100 (300?).
A Carpatho in Rhodum navigatio stad. 100 (300?).
Ipsius Rhodi longitudo stadiorum 600.
A Rhodo in Asiam stadia 100.
Est trajectus hujus diaphragma stadiorum 4270.

114. ΜΕΓΕΘΗ ΝΗΣΩΝ.

Μεγίστη Σαρδώ. Δευτέρα Σικελία. Τρίτη Κρήτη. Τετάρτη Κύπρος. Πέμπτη Εὔβοια. Ἕκτη Κύρνος. Ἑβδόμη Λέσβος. Ὀγδόη Ῥόδος. Ἐνάτη Χίος. Δεκάτη Σάμος. Ἑνδεκάτη Κόρκυρα. Δωδεκάτη Κάσος. Τρισκαιδεκάτη Κεφαλληνία. Τεσσαρεσκαιδεκάτη Νάξος. Πεντεκαιδεκάτη Κῶς. Ἑξκαιδεκάτη Ζάκυνθος. Ἑπτακαιδεκάτη Λῆμνος. Ὀκτωκαιδεκάτη Αἴγινα. Ἐννακαιδεκάτη Ἴμβρος. Εἰκοστὴ Θάσος.

114. MAGNITUDINES INSULARUM.

Maxima Sardinia. Secunda Sicilia. Tertia Creta. Quarta Cyprus. Quinta Eubœa. Sexta Corsica. Septima Lesbus. Octava Rhodus. Nona Chius. Decima Samus. Undecima Corcyra. Duodecima Casus. Decima tertia Cephallenia. Decima quarta Naxus. Decima quinta Cos. Decima sexta Zacynthus. Decima septima Lemnus. Duodevicesima Ægina. Undevicesima Imbrus. Vicesima Thasus.

[ΣΚΥΛΑΚΟΣ ΚΑΡΥΑΝΔΕΩΣ
ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ.]

[SCYLACIS CARYANDENSIS
CIRCUMNAVIGATIO ORBIS HABITATI.]

---

insula est etiam ap. Strabonem et Agathemerum, quorum ille 600, hic 630 ambitum ejus esse dicit; vero propior Anonymus qui 800 stadia exputat. || — στάδια ζ'] scrib. videtur ιζ'; tot enim sunt. || — πρὸ ἀρίστου] Hæc corrupta esse puto, quia nihil video quid ad navigationis spatium tempusve faciat, sive quis ante sive post τὸν ἄριστον enavigaverit. Scribendum est, ni fallor, πλέωσι πλῷ ἀρίστῳ vel πλοῦν ἄριστον. Cf. § 110 τοῦ καλλίστου πλοῦ παράπλους. || — προσλογιζομένου] προλογιζομένῳ cod.; em. Vossius. Quæ deinde uncis includuntur, supplevi. Stadia quæ diserte in antecc. enumerantur, sunt 1992. Quæ desiderantur ad summam stad. 2370 conflandam stadia 378, referenda sunt ad duos πλοῦς προαριστιδίους, quamquam illi ex accurata distantiarum mensura nonnisi 310 vel 320 stadia continent.

§ 113. Ἀπὸ Μαλέας] supplevi. || — λ'] Auctor scripserit ρλ'. Sequentes numeri adeo sunt corrupti, ut ludicrum foret refingendi conamen. || — Αἰγιλίαν] em. Dodwell.; Αἴγιναν codex. Inclusa supplevi.

§ 114. Ad hunc insularum laterculum Gailio respicere videntur verba, quæ indiculus Periplo nostro præmissus habet: καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ αἱ οἰκούμεναι, καθότι ἑκάστη κεῖται τῆς ἠπείρου. Itaque initio nonnisi septem insulas maximas recensitas fuisse, reliquas postea additas putat. At verba καθότι ἑκάστη κεῖται τῆς ἠπείρου nonnisi in eas insulas cadunt, de quibus in ipso Periplo sermo est. Quod attinet septem priores, quas tamquam maximas recensere veteres solebant, jam Alexis comicus Alexandri M. ætate eatenus accuratiora habet, quod primum locum non Sardiniæ, sed Siciliæ tribuit. V. Constantin. Porphyr. De them. II, 10 (cf. schol. Platon. p. 392. Eustath. ad Dion. 580), ubi ex comico ordinem insularum apponit hunc: Sicilia. Sardinia. Corsica. Creta. Eubœa. Cyprus. Lesbus. Cf. Diodor. V, 17, 1, ubi series: Sicilia. Sardinia. Cyprus. Creta. Eubœa. Corsica. Lesbus. Timæus primum locum Sardiniæ assignavit (ap. Strab. p. 654), in reliquis cum Diodoro consentiens, a Nostro autem eo differens, quod tertium locum Cypro, quartum demum Cretæ assignat; denique post septem illas maximas proxime sequi ait majorem Balearidum (sicuti Aristot. Mirab. c. 89). Ceterum cf. de his Marcian. p. 9 et Agathem. p. 46.

[ΔΙΚΑΙΑΡΧΟΥ,

ΩΣ ΦΕΡΕΤΑΙ,

ΜΑΛΛΟΝ ΔΕ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΩΣ ΕΛΛΑΔΟΣ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ ΤΡΙΑ.]

(ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΠΟΛΕΩΝ ΣΚΩΜΜΑΤΑ ΚΑΙ ΟΔΟΙ ΚΑΙ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.)

[DICÆARCHI,

UT FERTUR,

POTIUS VERO

ATHENÆI

DESCRIPTIONIS GRÆCIÆ

FRAGMENTA TRIA.]

(ATHENÆI

IN URBES DICTERIA ET VIÆ ET PERIPLUS.)

Α'.

Ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων ἔπεισιν *. ἄστυ· ὁδὸς δὲ ἡδεῖα, γεωργουμένη πᾶσα, ἔχουσά [τι] τῇ ὄψει φιλάν-

I.

Hinc versus Atheniensium properant [ἐπείγουσιν] urbem; via amœna, culta tota, humanitatem præ se ferens.

Quæ sequuntur fragmenta vel potius excerpta tria, ex Græciæ descriptione aliqua, fortassis etiam e majoris ambitus opere geographico, petita sunt. Primum atque tertium exhibent codex Parisinus Suppl. N. 443 p. 114 sqq. ejusque apographum Vaticanum. In apographo Monacensi (fol. 52-57 V°) nonnisi primum habes, neque id integrum; nam desinit in verba ἁμαξήλατος τῶν ἀγρῶν, deperditis reliquis. Fragmentum secundum atque tertii initium præbet codex Parisinus N. 571, fol. 430 et codex Gudianus, e quo primus edendum curavit in Hudsoni Geographis (tom. II, init.) Fabricius. Nomen auctoris titulusque operis nusquam adscribuntur. Etenim fragmentum secundum in cod. 571 excerptis Strabonianis ita subjungitur, ut ne minimo quidem signo ab iis distinguatur. In altero autem codice 443 reliqua fragmenta duo continuo tenore posita sunt inter duo Periegeseos iambicæ fragmenta, quorum prius recenset urbes Helladis inde ab Ambracia usque ad initium Peloponnesi, missa tamen Attica, de qua primum nostrum agit fragmentum prosaicum, adeo ut suppleat quodammodo quæ in poeticis desiderantur. Atque hæc ipsa causa fuisse videri possit ordinis rerum quem codex 443 exhibet. — Vindicari fragmenta solent *Dicæarcho Messenio*. Nimirum quum Periegesi iambicæ subscriptus titulus sit : Δικαιάρχου ἀναγραφὴ Ἑλλάδος, isti autem iambi ad Dicæarchum Aristotelium pertinere nequeant, sed Dionysii cujusdam fœtus sint : nomen Dicæarchi ad prosam orationem poeticis insertam transferendum esse censuerunt. Opinio hæc quantumvis ob facilitatem probabilis esse videatur, justo tamen pondere, si singula momenta trutinaveris, caret. Missis quæ huc pertinent chronologicis et historicis (V Prolegomena), in ipsius codicis 443 indicio quodam subsistam. Etenim excerpta nostri scriptoris in antiquioribus libris pleniora exstitisse, nec temere mixta alienis fuisse tum per se consentaneum est, tum inde colligitur quod in codice 443 p. 106 (sicut in apogr. Vatic. fol. 236 rect.) exstat titulus : Ἀθηναίου πόλεων σκώμματα καὶ ὁδοὶ καὶ περίπλους, nihil vero vel præcedit vel subsequitur quod referri ad eum possit; nam præcedit Scylacis Periplus, sequuntur Stathmi Parthici Isidori Characeni. Quare indicari Athenæi cujusdam opus cujus titulum librarius corrupte adscripserit, ipsum vero opus ejusve fragmenta omiserit, censuit Letronnius (*Poëm. géogr.* p. 265). Vana etiam sunt quæ ipse tentavi in Fr. Hist. t. II, p. 232. Dubitari enim nequit quin titulus pertineat ad ipsa Nostri excerpta, quæ olim ante Isidori Stathmos legebantur (sicuti in codice 571 excerpta Strabonis et Nostri iisdem Isidori Stathmis subjunguntur), in cod. 443 autem vel casu vel consilio male transposita sunt. Ceterum facile intelligitur non genuinam operis exhiberi inscriptionem, sed indiculum talem qualem ex argumento excerptorum librarius quidam collegerat. Primum igitur notavit πόλεων σκώμματα, urbium cavillationes, sive dicteria quibus vitia singularum urbium exagitantur. Magnopere scilicet in ea re Noster sibi placet; nullam fere urbem memorat, quin cives ejus sale suo perfricet, Oropiis αἰσχροκερδίαν, φθόνον Tanagræis, φιλονεικίαν Thespiensibus, πλεονεξίαν Anthedoniis, ἀλαζονείαν Platæensibus, aliis exprobrans alia. Sequitur in titulo : καὶ ὁδοί. Nec mirum ad hoc animadvertisse librarium; nullum enim novi auctorem, qui tanto studio de viarum longitudine, declivitate, securitate periculisve, umbra, diverticulis, ceterisque quæ huc faciunt, expo-

Ὀρωπον. Ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, οὐκ εὔυδρος, κακῶς ἐρρυμοτομημένη διὰ τὴν ἀρχαιότητα. Αἱ μὲν πολλαὶ τῶν οἰκιῶν εὐτελεῖς, ὀλίγαι δὲ χρήσιμαι. Ἀπιστηθείη δ' ἂν ἐξαίφνης ὑπὸ τῶν ξένων θεωρουμένη, εἰ αὐτή ἐστιν ἡ προσαγορευομένη τῶν Ἀθηναίων πόλις· μετ' οὐ πολὺ δὲ πιστεύσειεν ἄν τις. Ὠδεῖον τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ κάλλιστον· θέατρον ἀξιόλογον, μέγα καὶ θαυμαστόν· Ἀθηνᾶς ἱερὸν πολυτελὲς, ἀπόψιον, ἄξιον θέας, ὁ καλούμενος Παρθενὼν, ὑπερκείμενον τοῦ θεάτρου· μεγάλην κατάπληξιν ποιεῖ τοῖς θεωροῦσιν· Ὀλύμπιον, ἡμιτελὲς μὲν, κατάπληξιν δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφὴν, γενόμενον δ' ἂν βέλτιστον, εἴπερ συνετελέσθη· γυμνάσια τρία, Ἀκαδημία, Λύκειον, Κυνόσαργες, πάντα κατάδενδρά τε καὶ τοῖς ἐδάφεσι ποώδη, χόρτοι παντοθαλεῖς φιλοσόφων παντοδαπῶν, ψυχῆς ἀπάται καὶ ἀναπαύσεις· σχολαὶ πολλαὶ, θέαι συνεχεῖς.

2. Τὰ γινόμενα ἐκ τῆς γῆς πάντα ἀτίμητα καὶ πρῶτα τῇ γεύσει, μικρῷ δὲ σπανιώτερα. ** Ἀλλ' ἡ τῶν ξένων ἑκάστοις συνοικειουμένη ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος διατριβὴ περισπῶσα τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται. Ἔστι δὲ ταῖς μὲν

Ipsa urbs tota sicca, neque aquis bene instructa, neque recte item in plateas secta oi vetustatem. Domuum pleræque viles, paucæ commodæ. Primo statim aspectu plane dubitarent peregrini, an hæc esset illa celebrata Atheniensium urbs: mox tamen facile aliquis credat. Odeum ibi omnium in orbe terrarum facile pulcherrimum; theatrum memorabile mirandæque magnitudinis; Minervæ fanum sumptuosum, e longinquo conspicuum deaque dignissimum, quod Parthenon vocant, theatro superjacens, intuentes in magnam rapiens admirationem; Olympium, semiperfectum illud quidem, sed structuræ delineatione stuporem incutiens, futurum vero præstantissimum, si perfectum fuisset; gymnasia tria, Academia, Lyceum, Cynosarges, omnia arboribus et solo gramineo decorata, horti virentes variorum philosophorum, animi delectationes recreationesque; feriæ plurimæ; spectacula frequentia.

2. Fructus terræ inæstimabiles, magnamque habent suavitatem, paullo tamen rariores sunt. ** Verum peregrinorum animis oblivionem servitutis affert studium atque opera quam in rebus, quæ desideriis uniuscujusque sunt accommodatæ et consentaneæ, ponunt.

---

fuerit. Quod deinde additur : καὶ περίπλους, id sane in servata nobis fragmenta non quadrat; sed quadrabat fortasse in alia; nisi mavelis mecum statuere περίπλους confusione passim obvia scriptum esse pro περιήγησις. De Athenæo quodam, qui nostræ periegesis auctor esse possit, aliunde non constat, quantum sciam. Ut statuamus nomen auctoris excidisse, nec nisi patriæ mentionem voci Ἀθηναίου inesse, causam idoneam non video. Nam etiamsi ex Athenarum laude eximia atque eo quod carpit auctor qui inter Bœotos se quasi Athenienses gerant, auctorem suspiceris Atheniensem fuisse, quidnam impedit quin fuerit Ἀθήναιος ὁ Ἀθηναῖος?

§ 1. ἔπεισιν] corrupte. Ut quam minime ab acceptis literis recederem, verti quasi in græcis esset ἐπεί[γου]σιν, quod a vivida Nostri oratione non videbatur abhorrere. In Fragm. Hist. t. II, p. 254 conjeci ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων ἄστυ Ἐλευσινία ἐστὶν ὁδὸς, ἡδεῖα κτλ., quod etiamnunc non displicet. ἐπίασιν conj. Gailius, male. εἰσὶν vel ἐστὶν ἄστυ στάδια ad similitudinem aliorum hujus fragmenti locorum conjecit Stephanus, probante Osanno, nisi quod parum apte omitti vult vocem ἄστυ. Ceterum non ubique stadiorum numerum excerptor notat (v. gr. § 6), neque usquam in indicandis stadiis utitur verbo ἐστίν, neque denique probabile tritissimam vocem hunc in modum esse corruptam. || — τι] addidi e conj. Stephani. || — ἀπιστηθείη] ἀποστηθείη codex ; em. Stephanus. || — εἰ αὐτή] Maluerunt nonnulli εἰ αὕτη; malim et ipse. || — πολὺ δὲ] δὲ deest in Vatican. || — Ὠδεῖον] ὧδε (non ὧδε) ἦν cod.; em. Hemsterhusius ap. Wesseling. Probabil. p. 335 et Boissonade ad Holsten. Epp. Ad div. p. 14. Ratio qua monumentorum recensio introducitur aperte excerptoris est. || — μέγα] μετὰ cod.; em. Stephan. || — ἀπόψιον] Dübner; ἄποπτον Gronov.; ἀπόδιον codex. || — θεᾶς] θέας codex. || — ὑπερκείμενον] fort. auctor scripsit ὑπερκείμενος. || — τὴν ὑπογραφὴν] εἰς τὴν conj. Stephanus; καταπληκτικὴν (καταπλήξιμον s. καταπληκτὴν Salmas.) δ' ἔχ. τὴν τ. ο. ὑ. Casaubonus; κατάπληξιν δ' ἔχον ἰδόντι τὴν etc., Jacobs. in Bœttigeri Amalth. Careri his omnibus posse, præsertim in excerpto nostro, monet Osannus. || — Κυνόσαργες] κυνὸς ἄργος cod. || — χόρτοι παντοθαλεῖς] ἑορταὶ παντοδαπαὶ codex; at inepta h. l. mentio festorum philosophorum, etiamsi fuisse putaveris. Quod sentiens Casaubonus verba transponi voluit hunc in modum : ἑορταὶ παντοδαπαὶ, ψυχῆς ἀνάπαυσις, φιλοσόφων παντοδαπῶν σχολαὶ πολλαὶ, θέαι συνεχεῖς. Attamen philosophorum mentio vix separanda erat ab commemoratione Academiæ, Lycei, Cynosargis. Verba ψυχῆς ἀπ. καὶ ἀν. Holstenius transponi voluit post θέαι σ., ubi sane aptiora forent. || — ἀναπαύσεις] Marx.; ἀνάπαυσις h. l. codex, sed mox ἀναπαύσεις.

§ 2. Plura ab excerptore omissa esse post v. σπανιώτερα patet. Quid supplendum sit dictu difficile, quum ne hoc quidem constet, quænam intelligenda sit δουλεία. Num Atheniensium Macedonico arbitrio subjectorum, sicuti de Chalcidensium servitute loquitur § 30? an servilis inquilinorum conditio? || — ξένων] ξεινῶν codex. || — συνοικειουμένη] συνοικουμένη codex; em. Vulcanius et Holstenius; distinctior etiam oratio foret, si cum Boissonadio legeris συνοικειουμένη καὶ ταῖς ἐπ. κτλ. Marxius conjecit συνοικειουμέναις, opinans ἐπιθυμίας συνοικειουμένας esse *cupiditates quibus aliquis obnoxius sit*. Cui interpretationi refragatur forma verbi media. Ceterum locum nostrum jam bene sanum esse minime credo. Nescio an huc retrahenda sint verba ἡ πόλις, quæ mox loco leguntur inepto, adeo ut leg. sit : ἀλλ' ἡ πόλις τῶν ξένων ἑκάστοις συνοικειουμένη ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος (εὐάρμωστος cod.)

θέαις (ἡ πόλις) καὶ σχολαῖς τοῖς δημοτικοῖς ἀνεπαίσθητος [ὁ] λιμὸς, λήθην ἐμποιούσαις τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς· ἐφόδια δὲ ἔχουσιν οὐδεμία τοιαύτη πρὸς ἡδονήν.... Καὶ ἕτερα δὲ ἡ πόλις ἡδέα ἔχει καὶ πολλά. Καὶ γὰρ αἱ σύνεγγυς αὐτῆς πόλεις προάστεια τῶν Ἀθηναίων εἰσίν....

3. Ἀγαθοὶ δὲ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν παντὶ τεχνίτῃ περιποιῆσαι δόξαν μεγάλην, ἐπὶ τοῖς εὖ τετεχνημένοις ἐκβάλλοντες τὰς εὐημερίας, [ὡς] θαυμαστὸν τὴν πόλιν λιθίνων ζώων [εἶναι] διδασκαλεῖον.

4. Τῶν δ' ἐνοικούντων οἱ μὲν αὐτῶν Ἀττικοὶ, οἱ δ' Ἀθηναῖοι. Οἱ μὲν Ἀττικοὶ περίεργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπουλοι, συκοφαντώδεις, παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων· οἱ δ' Ἀθηναῖοι μεγαλόψυχοι, ἁπλοῖ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες. Διατρέχουσι δέ τινες ἐν τῇ πόλει λογογράφοι, σείοντες τοὺς παρεπιδημοῦντας καὶ εὐπόρους τῶν ξένων· οὓς ὅταν ὁ δῆμος λάβῃ, σκληραῖς περιβάλλει ζημίαις. Οἱ δὲ εἰλικρινεῖς Ἀθηναῖοι δριμεῖς τῶν τεχνῶν ἀκροαταὶ καὶ θεαταὶ συνεχεῖς. (5) Τὸ καθόλου δ' ὅσον αἱ λοιπαὶ πόλεις πρός τε ἡδονὴν καὶ βίου διόρθωσιν τῶν ἀγρῶν διαφέρουσι, τοσοῦτον τῶν λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηναίων παραλλάττει. Φυλακτέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα τὰς ἑταίρας, μὴ λάθῃ τις ἡδέως ἀπολόμενος. Ὁ στίχος Λυσίππου·

Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ·
εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος·
εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιος.

Plebecula autem spectaculis et otiosis confabulationibus adeo occupatur, ut famem non sentiat cibique obliviscatur : iis vero qui opibus instructi sunt, nulla est urbs quæ tot tantasque suppeditet amœnitates ... (*Sequebantur exempla.*) Sed etiam alia quamplurima urbs habet jucunda; etenim oppida vicina tamquam suburbia Athenarum sunt...

3. Ceterum Athenienses aptissimi sunt ad magnam cuique artifici conciliandam famam, quippe qui si quæ artium opera iis probentur, laudem artificis prodigo ore proclament efferantque. *Quo fit, ut* urbs admirabile personarum lapidearum *sit* gymnasium.

4. Ex incolis alii sunt Attici, alii Athenienses. Attici quidem curiose loquaces, subdoli, sycophantæ, exploratores vitæ peregrinorum; Athenienses vero magnanimi, simplices moribus, amicitiæ sinceri cultores. Quidam autem rabulæ per urbem discurrunt, vexantes peregrinos qui ditiores in urbe adsunt. Quos simulac populus prehendit, gravi mulcta opprimit. Sed puri puti Athenienses acres artium sunt auditores et spectatores frequentissimi. (5) Ut summatim loquar, quantum ceteræ urbes in iis quæ ad voluptatem et vitæ emendationem pertinent, agris præstant, tantum discriminis est inter Atheniensium urbem et reliquas. Verum summa in vitandis meretricibus adhibenda est diligentia, ne quis per imprudentiam malo suavi pereat. Ita de Athenis Lysippus :

Tu truncus es, si non Athenas videris;
si visæ Athenæ non inescant, asinus es;
si non grave has relinquere, es cantherius.

διατριβὴ, ἡ περισπῶσα κτλ. || — ἡ πόλις] Hæc ab hoc loco aliena, ideoque ejicienda esse monuit Marxius. Jacobsius (ad Achill. Tat. p. 756) conjecit : θέαις καὶ πομπαῖς καὶ σχ. || — ἐμποιούσαις] ἐμποιοῦσα codex; em. Marxius. || — ἐφόδια κτλ.] Jacobs l. l. p. 447 proponit : ἐφόδια δὲ ἔχει ὅσα οὐδεμία τις ἄλλη πρὸς ἡδονήν. Marxius tentavit : καὶ ἑτέρα τις πόλις ἡδέα ἔχει καὶ πολλά· ἐφόδια δ' ἔχουσιν οὐδεμία τοιαῦτα πρὸς ἡδονήν. Frustra, puto.

§ 3. Ἀγαθοὶ] ἀγαθὴ cod. || — εὖ τετεχνημένοις] εὐτυγχανομένοις codex. In Fragm. hist. proposueram ἐπὶ τοῖς ἐν τέχνῃ αἰνουμένοις. Plerique vulgatam interpretati sunt *obviis quibusque*, id quod græce dicendum erat τοῖς ἐντυγχάνουσι. Potuissent illi legere : τοῖς ἐντυγχάνουσιν εὐμενῶς vel εὐμενεῖς ἐκβάλλοντες κτλ,. sed ipsa hæc sententia, quum a vero abhorreat, admitti nequit. Im. Bekker. ap. Buttmannum conjecit ἐπιτυγχανομένοις, i. e. τοῖς κατορθουμένοις πράγμασι. Similiter Marxius : εὖ τυγχανομένοις, *operibus bene elaboratis*. At jure dubites an de artis operibus loquens aliquis ea voce usus fuerit. || — ἐκβάλλοντες] ἐκβαλῶντες cod. || — ὥστε θαυμαστὸν κτλ.] Codex ita : .. τὰς εὐημερίας· θαυμαστὸν πλινθίνων ζώων ἀνῶν διδασκάλιον. Abrupta hæc et corrupta quomodo sint antecedentibus jungenda non latet. Dixit auctor isto artium amore et in artifices benevolentia effici, ut urbs statuis referta sit. Ex πλινθίνων elicui πόλιν λιθίνων; nam figulinæ statuæ, si forte erant, tamen præ ceteris memorari non poterant; contra vero λίθινα ζῶα haud raro statuæ appellantur. Deinde supplevi ὡς et εἶναι. Fieri etiam potest ut vox εἶναι lateat in ἀνῶν, quod in codicibus esse solet vocis ἀνθρώπων compendium. Sin minus, ἀνθρώπων glossa est vocem ζώων explicans.

§ 4. οἱ μὲν αὐτῶν Ἀττικοὶ, οἱ δ' Ἀθηναῖοι] Distinctio hæc ludentis est et facetias venantis auctoris, sicuti jocans Plato (De legg. I, p. 626) ait : Ὦ ξένε Ἀθηναῖε· οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλοιμ' ἂν προσαγορεύειν· δοκεῖς γάρ μοι τῆς θεοῦ ἐπωνυμίας ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἐπονομάζεσθαι. Cum quibus confer quæ Eustathius ad Il. α, p. 84 e Megaclide (Fr. Hist. IV, p. 443) tradit, scilicet μὴ λέγεσθαι Ἀθηναίας τὰς Ἀττικὰς, ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσιν· ὅτε δὲ ἤρξαντο αἱ ἀσταὶ ἤτοι Ἀττικαὶ γυναῖκες Ἀθηναῖαι λέγεσθαι, τότε δὴ ἐπενοήθη καὶ τὸ τὴν θεὸν μηκέτι Ἀθηναίην καλεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ συναίρεσιν Ἀθηνᾶν. Noster Ἀθηναίους vocat, quos paullo post dicit εἰλικρινεῖς Ἀθηναίους, vel quos alii χρηστῶν nomine a reliqua multitudine distinguunt. Ceterum de tota hac Athenarum Atheniensiumque descriptione præ ceteris adeas velim C. Hermannum *Lehrb. d. gr. Antiquitæten*, tom. III, p. 29 sqq. || — ἀκροαταὶ καὶ θεαταὶ συνεχεῖς.] ἀκροαταὶ διὰ τὰς συνεχεῖς codex. Cum eo quod scripsi, cf. § 1 extr. θέαι συνεχεῖς. Casaubonus post συνεχεῖς excidisse putavit θέας vel στοάς. Fabricius ἑορτὰς, Marxius τέχνας supplevit. Jacobsius ad Achill. Tat. p. 593 proposuit : δριμεῖς τῶν τεχνῶν ἐρασταὶ διὰ τὰς συνεχεῖς ἀκροάσεις.

§ 5. ἑταίρας] ἑτέρας cod.; em. editt. || — εἰ μὴ] εἰμι cod.; em. editt. || — κανθήλιος] σκανθήλιον cod.; em. editt. — Sequentes versus novem ab ante-

Αὕτη πόλις ἔσθ' Ἑλληνὶς ἡ ῥόδοις ἴσην
εὐωδίαν ἔχουσα χἄμ' ἀηδίαν.
Τὰ γὰρ ἁλίεια τὰ μεγάλ' εἰς σχολὴν ἄγει,
τὸ δ' ἁλιακὸν ἔτος με μαίνεσθαι ποιεῖ.
Ὅταν δὲ τὴν λεύκην τις αὐτῶν πρᾳέως
ἁλιακὸν εἶναι στέφανον εἴπῃ, πνίγομαι
οὕτως ἐπ' αὐτοῖς, ὥστε μᾶλλον ἂν θέλειν
ἀποκαρτερεῖν, ἢ ταῦτ' ἀκούων καρτερεῖν.
Τοιοῦτο τῶν ξένων τι καταχεῖται σκότος.

Hæc urbs (*Rhodus*) est Græca, quæ rosis similis
suavitatem habet, simul et molestiam exhibet.
Nam magnum Solis festum gratum præbet otium,
annus (?) vero solaris ad insaniam me adigit.
Quum autem populeum ramum delicate
coronam solarem appellitent, offendor
adeo hisce, ut mallem equidem mortem
oppetere quam hæc audiendo perpeti.
Tanta caligo peregrinis offunditur.

6. Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν δι' Ἀφιδνῶν καὶ τοῦ Ἀμφιαράου Διὸς ἱεροῦ ὁδὸν ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας προσάντη [πάντα]· ἀλλ' ἡ τῶν καταλύσεων πολυπλήθεια τὰ πρὸς τὸν βίον ἔχουσα ἄφθονα καὶ ἀναπαύσεις κωλύει κόπον ἐγγίνεσθαι τοῖς ὁδοιποροῦσιν. (7) Ἡ δὲ πόλις τῶν Ὠρωπίων [συν] οικία θητῶν ἐστὶ,

6. Hinc ad Oropum per Aphidnas et Amphiarai Jovis fanum iter facienti, unius fere viro expedito diei, omnia sunt acclivia et ardua : quamquam ob crebra diversoria quæ rebus ad vitam necessariis instructa requiem præbent, nulla viatoribus obrepit lassitudo. (7) Urbs vero Oropiorum contubernium est merce-

---

cedentibus prorsus separandos esse ut ab auctore alia occasione laudatos, aut aliena manu hoc l. annotatos, censent interpretes. Ceterum omnes duodecim versus esse possunt Atheniensis hominis, qui Rhodi degens patriam cum Rhodiorum urbe comparat, illam in cœlum efferens, hanc dicens jucundis nonnullis mixta habere quæ Atheniensem hominem ad insaniam adigant. || — ἡ Ῥόδ.] ἢ ῥοδ. cod. || — ἴσην] Stephanus; δίσσην codex; ῥόδων δίκην Nækius. ||— χἄμ' ἀηδίαν] Hermannus; καὶ ἀμαληδίαν codex. || — ἁλίεια τὰ μεγάλ'] Nækius; ἀλιειτα (sine accentu) μεγάλην codex. De Solis apud Rhodios cultu satis constat. De Halieis festis v. Athen. XIII, p. 561, E; Aristid. I, p. 808 ed. Ddf.; Eustath. in Od. VI, 266, p. 1562.||— εἰς σχολὴν] Steph.; εἰσχολὴν codex ; μεγάλην μ' εἰς χολὴν ἄγει Holsten.; τὰ γὰρ ἁλιεῖ' ἐκεῖ μεγάλην σχολὴν ἄγει (*de Solis enim festo ibi nemo cogitat*), Hermannus apud Marxium, putans Rhodium hominem loqui de Atheniensium urbe. Τὰ γὰρ Ἁλιεῖα μὲν μεγάλην ἔχει σχολήν, *Nam Halica quidem sacra magnam afferunt oblectationem*, Meinekius Fr. Com. II, p. 147. || — ἁλ. ἔτος] ἁλιακὸν (ut mox iterum) ἔτος codex ; ἔπος conj. Holstenius ; ἕδος Osannus, de colosso cogitans ; ἔθος Stephanus. « Ἔτος pro ἐνιαυτὸς dici non credo nisi exempla afferenti. Mihi non improbabile videbatur, Rhodios etiam pultem, qua festis Halieorum diebus vescebantur, *solarem pultem*, ἁλιακὸν ἔτνος, dixisse. » Meinekius Fragm. Com. tom. II, p. 147. || — λεύκην] λευκὴν cod. Schol. Pindar. Ol. VII, 147 : Ὁ δὲ στέφανος (sc. παρὰ Ῥοδίοις) λεύκη δίδοται. || — τοιοῦτο τῶν] editt.; τοιούτων codex. || — καταχεῖται] Hermann.; καλεῖται codex.

§ 6. δι' Ἀφιδνῶν] διαδαφνιδὸν codex. Quod dedi, verisimillima est conjectura Wordsworthii (*Transactions of the royal society of literat*. tom. III, p. 407. Londin. 1839), quam probat etiam Letronnius (*Poëm. géogr*. p. 161). Possis etiam leg. δι' Ἀφίδνων; nam dicere licet Ἄφιδνα et Ἀφίδναι. V. Stephan. Byz. s. v. Ipse in Fr. Hist. dederam διὰ Ψαφιδῶν (V. Du Theil. ad vers. gall. Strabon. IX, p. 399) vel Ψαφίδος, qui demus non longe ab Amphiaraeo dissitus erat (n. *Calamo*). Conjecturam eorum, qui Δελφίνιον scribi voluerunt, non posse admitti monui in Fr. Hist. Cetera virorum doctorum commenta lubens prætereo. || — Διὸς] Dictum ut Ἀγαμέμνων Ζεὺς Lacedæmoniorum ap. Lycophr. 335. Ratio hujus appellationis pateret, ni accuratiora de cultu Amphiarai haberemus comperta. Indicii loco sunt verba Sophoclis in Electr. 835 : Οἶδα γὰρ ἄνακτ' Ἀμφιάρεων... Νῦν ὑπὸ γαίας πάμψυχος ἀνάσσει. Plura de Amphiarao v. ap. Strabon. IX, p. 399 ; Pausan. I, 34. IX, 19 ; Welcker. ad Philostr. p. 366 sqq.; Müller. *Min*. p. 486 sq. De situ Aphidnarum, Psaphidis, Amphiaraei, Oropi, præ ceteris v. Finlay *Remarks of the topography of Oropia and Diakria*, in *Transactions of the roy. Soc. of literat.*, 1839, p. 396 sqq. || — ὁδόν] Tueri licet accusativum ; quamquam, comparatis aliis fragmenti locis, malim : ὁδὸς... προσάντης πᾶσα. || — ἡμέρας] Athenis Oropum sunt stadia trecenta et quod excurrit. — προσάντη πάντα] πρόσαντα codex. Adverbium πρόσαντα nusquam occurrit, quamquam analogia non caret. || — πολυπλήθεια] πολυπληθία codex.

§ 7. Ὠρωπίων] Ὠρωπῶν cod. || — συνοικία θητῶν] οἰκεία (non οἰκία) θηβῶν codex ; ἀποικία Θηβῶν conj. Marx et Leake. At coloniam Thebarum Oropum fuisse nemo tradit. Pausanias I, 44 hoc tantum monet, Oropum τὰ ἐξ ἀρχῆς Bœotiæ (non vero Atticæ) urbem fuisse. Fata urbis modo Thebanis, modo Atheniensibus subjectæ, modo liberæ suique juris, exponunt Dodwellus in Diss. De Dicæarcho et Meier. in *Encyclop. Hal*. s. v., et his ducibus Fuhrius ad n. l. Ut mittam antiquiora, post pugnam Chæronensem (Ol. 110, 3) Philippus Oropum Thebanis ereptam tradidit Atheniensibus. Post bellum Lamiense (Ol. 114, 3) Oropii libertatem recuperarunt, pace cum Antipatro inita, quam ratam esse regum nomine jubet Polysperchon (Ol. 115, 3. Diodor. XVIII, 56). Deinde (Ol. 117, 1. 312) Cassander urbem occupat ; verum mox præsidium Macedonicum Polemon Antigoni dux expellit, urbemque tradit Bœotis (Diodor. XIX, 77). Num deinde Oropii denuo in Thebanorum potestatem venerint, iisque subjecti fuerint quo tempore auctor noster scripsit (scribere vero hæc ante 285 a. C. propter Posidippi mentionem vix potuit), nescimus. Igitur ex historia nequit confirmari lectio οἰκεία Θηβῶν, quam vel usus loquendi repudiare videtur. — Fuhrius p. 233 ita : « Vulgata lectio ex sententiarum connexu evulsa aut de domo Thebarum, ita ut *Oropi exiguitas* cum Meiero significaretur, aut οἰκία pluraliter intellecto de domiciliis, sedibus Thebanorum,

μεταβόλων ἐργασία, τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία, ἐκ πολλῶν χρόνων ἀνεπιθέτῳ (τῇ) πονηρίᾳ συντεθραμμένη· τελωνοῦσι γὰρ καὶ τὰ μέλλοντα πρὸς αὐτοὺς εἰσάγεσθαι. Οἱ πολλοὶ αὐτῶν τραχεῖς ἐν ταῖς ὁμιλίαις, τοὺς συνετοὺς ἐπανελόμενοι. Ἀρνούμενοι τοὺς Βοιωτοὺς Ἀθηναῖοί εἰσι Βοιωτοί. Οἱ στίχοι Ξένωνος·

Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες.
Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.

8. Ἐντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια ρλ'· ὁδὸς δι' ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας, παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλώπων φόβου. Ἡ δὲ πόλις τραχεῖα μὲν καὶ μετέωρος, λευκὴ δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ ἀργιλλώδης· τοῖς δὲ τῶν οἰκιῶν προθύροις καὶ ἐγκαύμασιν ἀναθεματικοῖς κάλλιστα κατεσκευασμένη. Καρποῖς δὲ τοῖς ἐκ τῆς χώρας σιτικοῖς οὐ λίαν ἄφθονος, οἴνῳ δὲ τῷ γινομένῳ κατὰ τὴν Βοιωτίαν πρωτεύουσα. (9) Οἱ δ' ἐνοικοῦντες ταῖς μὲν οὐσίαις λαμπροὶ, τοῖς δὲ βίοις λιτοί· πάντες γεωργοὶ, οὐχ ἐργάται· δικαιοσύνην, πίστιν, ξενίαν ἀγαθοὶ διαφυλάξαι· τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν καὶ τοῖς στιχοπλανήταις τῶν ἀποδημητικῶν ἀφ' ὧν ἔχουσιν ἀπαρχόμενοί τε καὶ ἐλευθέρως μεταδιδόντες, ἀλλότριοι πάσης ἀδίκου πλεονεξίας. Καὶ ἐνδιατρῖψαι δὲ ξένοις ἀσφαλεστάτη ἡ πόλις τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν· ὕπεστι γὰρ αὐθέκαστός τε καὶ παραύστηρος μισοπονηρία διὰ τὴν τῶν κατοικούντων αὐτάρκειάν τε καὶ φιλεργίαν. (10) Προσπάθειαν γὰρ πρός τι γένος ἀκρασίας ἥκιστα ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κατενόησα, δι' ἣν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰ μέγιστα γίνεται ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἀδικήματα. Οὗ γὰρ βίος ἐστὶν ἱκανὸς, προσπάθεια πρὸς

nariorum, propolarum quæstus, portitorum publicanorum insuperabilis avaritia, et extremæ improbitati a longo inde tempore assueta; nam vectigalia exigunt etiam ob ea quæ ad ipsos [*non*] deferenda sunt. Eorum plurimi asperi in congressibus sunt et cordatiores viros tollunt; Bœotos respuentes *mente et studiis* Athenienses sunt in Bœotia. De illis Xeno:

Omnes publicani, omnes sunt raptores.
Malus finis sit Oropiis!

8. Hinc ad Tanagram stadia centum triginta. Iter per regionem oleis consitam et silvosam atque omni a latronibus metu liberam. Urbs autem ardua ascensu et in alto posita; superficie alba et argillacea, domorum vestibulis et picturis encausticis pulcherrime instructa; fructibus frumentaceis, quos regio profert, non admodum abundans, sed vino quod nascitur in Bœotia primas tenens. (9) Incolæ quod fortunas attinet splendidi, sed in victu cultuque parci sunt. Omnes agriculturæ, non opificiis operam dant; justitiam, fidem atque hospitii jus religiose observant; popularibus suis egenis et peregrinis etiam mendicis vagabundis opum suarum quasi libamina offerunt et liberaliter erogant, ab omni denique turpi lucro abhorrent. Nulla per totam Bœotiam urbs est, in qua tutius possint commorari peregrini; adest enim rigidum et acerbum in improbos odium, eo quod incolæ sorte sua contenti vivant et laboribus sese exerceant. (10) Neque enim ulli intemperantiæ generi vel minimum deditos esse illos animadverti, quæ plerumque causa est maximorum inter homines scelerum. Nam ubi omnia ad vi-

---

aut plane non interpretanda, retineri et, ut in laciniis male divulsis, defendi potest. » Wordsworth. l. l. conjecit : σκιὰ Θηβῶν, « leçon fort ingénieuse, ce qui ne veut pas dire qu'elle soit la véritable (Letronne, II, p. 161). » Mihi dubium non est, quin in vulgata lateat ejusdem generis epitheton ornans, cujus sunt sequentia : μεταβόλων ἐργασία, τελωνῶν πλεονεξία. In promptu igitur est scribere αἰκία θητῶν (*fœdum vulgus mercenariorum*, βαναύσων, πονηρῶν), vel, quod dedi, συνοικία θητῶν, adeo ut ab infimis procedens auctor tria nequitiæ genera memoret, θῆτας, μεταβόλους, τελώνας. || — μεταβόλων vel μεταβολέων] μεταβολῶν codex; em. Stephanus. || — τῇ πονηρίᾳ] Articulum malis abesse. || — τελωνοῦσι γὰρ κτλ.] « His verbis Bœckhius De œconomia Atheniensium p. 342 haud compertum se habere professus est, utrum vectigal in confinio modo a Bœotis modo ab Atheniensibus sumptum, an, quum Oropus mari quoque adjacuisset et res ex Eubœa olim per Oropum in Atticam invectæ fuissent, portitorium significatum fuerit » Fuhr. Ipse Fuhrius putat eos portitoria exegisse etiam mercium quæ futuro tempore importatum iri viderentur. Quod non intelligo. Si quid video, legendum τὰ οὐ μέλλοντα, quæ non ad ipsos invehenda, sed nonnisi aliunde per ipsorum portum alio transvehenda sunt. || — ἐπανελόμ.] ἐπανελλόμ. codex. Jacobsius ad Philostrat. II, 4 vertit : *asperi homines qui absurdis sermonibus cordatiores enecant*. || — Ἀθηναῖοί εἰσι Βοιωτοί] Cf. infra § 11 : εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί (Platæenses). || — Ξένωνος] Comicus aliunde non notus. V. Meineke Com. I, p. 500. IV, p. 596.

§ 8. ρλ'] sic codex; λ' de suo scripserat Vulcanius (Hinc corrige Frag. hist. II, p. 257, lin. 7), aperto errore; quanquam 130 stadia veram locorum distantiam paullulum excedant (« La distanza è un pò troppo lunga » Ulrichs in *Annal. dell' istituto di corrisp. archeol.* vol. IV *della serie nuova*, 1848, p. 1). || — ἐλαιοφ. καὶ σύνδενδρος] « L'ultimo epiteto rapportasi alle colline selvose da ambedue parti della valle dell' Asopo (hod. τὸ Βουριένι). » Ulrichs l. l. || — κλώπων] κλωπῶν codex; em. Hemsterhusius ad Lucian. D. M. II, p. 535 ed. Bip.; κλοπῶν editt. || — οἰκιῶν] ἱερῶν leg. esse putat Ulrichs l. l. p. 6. || — ἐγκαυμ.] ἐκκαυμ. codex. || — ἀναθεματικοῖς] sic codex; non ἀναθηματικοῖς. || — οἴνῳ πρωτ.] Bacchus in numis Tanagræorum. V. Rasch. Lex num. V, i, p. 501.

§ 9. στιχοπλανήταις] sic non solum cod. Hervortianus, sed Parisinus quoque; στειχοπλ. Vatic. Vox haud dubie corrupta; πτωχοπλανήταις conj. Casaub.; οἰκοπλανήταις Holstenius; τειχοπλανήταις Buttmannus. Ego conjecerim : στιβοπλανήταις, i. q. ὁδοιπλανήταις, qui in viis errabundi degunt. || — ἐλευθέρως] ἐλευθέροις cod. || — αὐθέκαστός] αὐθέκαστά cod.

κέρδος οὐ φύεται· χαλεπὸν ἄρα τούτοις ἐγγίνεσθαι πονηρίαν.

11. Ἐντεῦθεν εἰς Πλαταιὰς στάδια σʹ. Ὁδὸς ἡσυχῇ μὲν ἔρημος καὶ λιθώδης, ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα, οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής. Ἡ δὲ πόλις κατὰ τὸν κωμῳδιῶν ποιητὴν Ποσείδιππον

ναοὶ δύ' εἰσὶ καὶ στοὰ καὶ τοὔνομα,
καὶ τὸ βαλανεῖον καὶ τὸ Σηράμβου κλέος,
τὸ πολὺ μὲν ἀκτή, τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις.

Οἱ δὲ πολῖται οὐδὲν ἕτερον ἔχουσι λέγειν, ἢ ὅτι Ἀθηναίων εἰσὶν ἄποικοι καὶ ὅτι τῶν Ἑλλήνων καὶ Περσῶν παρ' αὐτοῖς ἡ μάχη ἐγένετο. Εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί.

12. Ἐντεῦθεν εἰς Θήβας στάδια πʹ. Ὁδὸς λεία πᾶσα καὶ ἐπίπεδος. Ἡ δὲ πόλις ἐν μέσῳ μὲν τῆς τῶν Βοιωτῶν κεῖται χώρας, τὴν περίμετρον ἔχουσα σταδίων οʹ· πᾶσα δ' ὁμαλή· στρογγύλη μὲν τῷ σχήματι, τῇ χρόᾳ δὲ μελάγγειος· ἀρχαία μὲν οὖσα, καινῶς δ' ἐρρυμοτομημένη διὰ τὸ τρὶς ἤδη, ὥς φασιν αἱ ἱστορίαι, κατεσκάφθαι διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῶν κατοικούντων. (13) Καὶ ἱπποτρόφος δὲ ἀγαθή, κάθυδρος πᾶσα, χλωρά τε καὶ γεώλοφος, κηπεύματα ἔχουσα πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων. Καὶ γὰρ ποταμοὶ ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο τὸ ὑποκείμενον τῇ πόλει πεδίον πᾶν ἀρδεύοντες. Φέρεται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Καδμείας ὕδωρ ἀφανὲς διὰ σωλήνων ἀγόμενον ὑπὸ

tam necessaria adsunt, nulla ibi homines sollicitat lucri cupiditas; difficile itaque improbitatem eos invadere.

11. Hinc ad Platæas stadia ducenta. Via aliquantum deserta et lapidosa ad Cithæronem attollens se, non tamen valde periculosa. Urbs vero juxta Posidippum comicum :

Nihil aliud quam duo templa, porticus et nomen,
et balneum et Serambi decus;
reliquo quidem tempore litus, Eleutheriis festis vero urbs [est.

Cives non aliud habent quod de se prædicent, quam se Atheniensium colonos esse, prœliumque inter Græcos et Persas ibi commissum fuisse. Sunt vero Athenienses-Bœoti.

12. Hinc Thebas usque stadia octoginta. Via omnis plana est et campestris. Urbs autem in medio regionis Bœoticæ sita est, circuitum habens stadiorum septuaginta; tota plana est, figura rotunda, colore nigro. Vetus quidem urbs est, noviter autem in vias rectas divisa; jam enim ter (ut dicunt historiæ) eversa est ob gravem incolarum insolentiam et superbiam. (13) Equorum quoque altrix est egregia; aquis undique abundat, viridis et colliculis distincta; pluribus hortis cultis quam ulla alia urbs Græciæ præstans. Duo enim fluvii per eam labuntur, planitiem omnem urbi adjacentem irrigantes. Quin etiam a Cadmea aqua ducitur occulta per canales, idque antiquo Cadmi, ut

§ 10. ἄρα] παρὰ codex; καὶ χαλεπὸν παρὰ τ. Marx; καὶ προσπάθεια.. φύεται, χαλεπὸν παρὰ τ., Stephanus, Fuhr.

§ 11. ἐπισφαλής] sc. præcipitiis, ut videtur. Possis tamen etiam de latrociniis cogitare. Cui sententiæ non obstat quod Diogenes L. II, 136 de Menedemo dicit : ὅμως αὐτὸν (Alexinum) εὖ ἐποίησε, τὴν γυναῖκα παραπέμψας ἐκ Δελφῶν ἕως Χαλκίδος, εὐλαβουμένην κλωπείας τε καὶ τὰς καθ' ὁδὸν λῃστείας. Neque majoris momenti est quod Lucianus in Dial. Mort. 27 aliquem in Cithærone interfectum a latronibus narrat. || — κατὰ τὸν κ.] κατὰ τῶν κ. codex. || — ναοὶ δύ'] ναοὶ δύο codex. « Fortasse leg. νεώ. Ceterum non duo, sed tria Platæensium templa celebrat Pausanias IX, 3 et 4, Junonis, Minervæ, Cereris. » Meineke Fr. Com. tom. IV, p. 525. Anno tertio ante Leuctricam pugnam ἡ πόλις ὑπὸ τῶν Θηβαίων καθῃρέθη πλὴν τὰ ἱερά, Pausan. IX, 1, 18. || — Σηράμβου] sic codex; nomenque proprium Σήραμβος etiam alias occurrit (v. St. Thes. s. v.); caupo autem iste Platæensis ap. reliquos scriptores vocatur Σάραμβος (Platon. Gorg. p. 518, B; Athenæus III, p. 112, E; Aristid. II, p. 192. 214 Dindf.; Themist. Or. 23, p. 297, D; Julian Or. 2, p. 85, D; Maxim. Tyr. IV, 5; Suidas s. v.), aut Σάραβος, ut ap. Tzetz. Chil. X, 817, quam formam arguit etiam adjectivum Σαραβικός ap. Athenæum IV, p. 173, D, ubi ex Achæo citantur verba : Σαραβικῶν κοπίδων συνώνυμα. Apud Dion. Chrysostom. Or. 4, vol. I, p. 172 libri fluctuant inter Σάραμβον, Σάραβον, Σάραμβρον. In Athenæo quoque p. 112 codd. inferioris notæ Σάραβον exhibent; quam formam Meinekius etiam in Posidippum intulit. Si quid mutandum, mallem cum Stephano leg. Σαράμβου. || — ἀκτή] « Cum litore comparat Platæensium urbem propter solitudinem. Similiter Accius ap. Cic. Ad Att. I, 18 : *non homo, sed litus, aer et solitudo mera,* quamquam is de Lemno ins. loquitur. Tum Ἐλευθερίοις pro vulg. ἐλευθέροις restituit Vossius ad Scyl. p. 9. De Eleutheriorum festo summa cum solemnitate apud Platæenses celebrato nota sunt omnia. » Meineke. || — Ἀθηναῖοι Βοιωτοί] « Platæenses non solum Atheniensium socii exstiterunt, sed etiam inde ab Ol. 88, 1 (v. Bœckh. *Staatsh.* I, p. 282. n. 486, Hermann. *Staats-Alterth.* p. 221) magnam partem civitate Atheniensium donati sunt, et omnino inter Athenienses et Platæenses ἰσοπολιτείας ratio intercessisse videtur. Cf. Demosth. Adv. Neær. p. 1377 sqq.; Isocrat. Plataicus; Lysias in Pancleont.; Pausan. IX, 1; schol. Aristoph. Ran. 706. » Fuhr. p. 275. Plura dabunt G. O. Friedrich. Specimen rerum Plataic. (Berolin. 1841) et M. F. Münscher Diss. de reb. Platæens. (Hanau. 1841).

§ 12. πʹ] οʹ sec. Thucyd. II, 5. || — ἐν μέσῳ] editt., ἐν μέσῃ cod. || — σταδ. οʹ] 43 stadia exhibet Dionysius in Ἀναγρ. Ἑλλάδ.; probabiliter rectius; nisi forte suburbia ab Nostro comprehendi putes. || — καινῶς] κενῶς cod. || — τρὶς] ab Epigonis, deinde a Pelasgis, ut videtur, tempore belli Trojani, tertio ab Alexandro. Cf. Diodor. XIX, 53.

§ 13. ὑποκείμ.] codex et Marx., ante quem legebatur ἐπικείμ. || — Καδμείας] Καδμίας cod. De re v. Ulrichs, *Topographie von Theben* in *Abhandl. der Bayer. Acad.* tom. III, p. 416.

Κάδμου τὸ παλαιὸν, ὡς λέγουσι, κατεσκευασμένον. (14) Ἡ μὲν οὖν πόλις τοιαύτη. Οἱ δ' ἐνοικοῦντες μεγαλόψυχοι καὶ θαυμαστοὶ ταῖς κατὰ τὸν βίον εὐελπιστίαις· θρασεῖς δὲ καὶ ὑβρισταὶ καὶ ὑπερήφανοι, πλῆκταί τε καὶ ἀδιάφοροι πρὸς πάντα ξένον καὶ δημότην καὶ κατανωτισταὶ παντὸς δικαίου· (15) πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα τῶν συναλλαγμάτων οὐ λόγῳ συνιστάμενοι, τὴν δ' ἐκ τοῦ θράσους καὶ τῶν χειρῶν προσάγοντες βίαν, τὰ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γινόμενα πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἀθληταῖς βίαια εἰς τὴν δικαιολογίαν μεταφέροντες. (16) Διὸ καὶ αἱ δίκαι παρ' αὐτοῖς δι' ἐτῶν τοὐλάχιστον εἰσάγονται τριάκοντα. Ὁ γὰρ μνησθεὶς ἐν τῷ πλήθει περί τινος τοιούτου καὶ μὴ εὐθέως ἀπάρας ἐκ τῆς Βοιωτίας, ἀλλὰ τὸν ἐλάχιστον μείνας ἐν τῇ πόλει χρόνον, μετ' οὐ πολὺ παρατηρηθεὶς νυκτὸς ὑπὸ τῶν οὐ βουλομένων τὰς δίκας συντελεῖσθαι θανάτῳ βιαίῳ ζημιοῦται. Φόνοι δὲ παρ' αὐτοῖς διὰ τὰς τυχούσας γίγνονται αἰτίας. (17) Τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας συμβαίνει τοιούτους εἶναι. Διατρέχουσι δέ τινες ἐν αὐτοῖς ἀξιόλογοι, μεγαλόψυχοι, πάσης ἄξιοι φιλίας. Αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν τοῖς μεγέθεσι, πορείαις, ῥυθμοῖς εὐσχημονέσταταί τε καὶ εὐπρεπέσταται τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι γυναικῶν. Μαρτυρεῖ Σοφοκλῆς·

Θήβας λέγεις μοὶ τὰς πύλας ἑπταστόμους,
οὗ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς.

(18) Τὸ τῶν ἱματίων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα τοιοῦτόν ἐστιν, ὥστε προσωπιδίῳ δοκεῖν πᾶν τὸ πρόσωπον κατειλῆφθαι· οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ διαφαίνονται μόνον, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τοῦ προσώπου πάντα κατέχεται τοῖς ἱματίοις. Φοροῦσι δ' αὐτὰ πᾶσαι λευκά. (19) Τὸ δὲ τρίχωμα ξανθὸν, ἀναδεδεμένον μέχρι τῆς κορυφῆς· ὃ δὴ καλεῖται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων λαμπάδιον. Ὑπόδημα λιτὸν, οὐ βαθὺ, φοινικοῦν δὲ τῇ χροιᾷ καὶ ταπεινὸν, ὑσχλωτὸν δ', ὥστε γυμνοὺς σχεδὸν ἐκφαίνεσθαι τοὺς πόδας. (20) Εἰσὶ δὲ καὶ ταῖς ὁμιλίαις οὐ λίαν Βοιώτιαι, μᾶλλον δὲ Σικυώνιαι. Καὶ ἡ φωνὴ δ' αὐτῶν ἐστιν ἐπίχαρις· τῶν δ' ἀνθρώπων ἀτερπὴς καὶ βαρεῖα. (21) Ἐνθερίσαι μὲν ἡ πόλις οἷα βελτίστη· τό τε γὰρ ὕδωρ πολὺ ἔχει καὶ ψυχρὸν καὶ κήπους· ἔτι δ' εὐήνεμός ἐστι καὶ χλωρὰν ἔχουσα τὴν πρόσοψιν, ἐχόπωρός τε καὶ τοῖς θερινοῖς ὠνίοις ἄφθονος· ἄξυλος δὲ καὶ ἐγχειμάσαι οἷα χειρίστη διά τε τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ πνεύματα· καὶ γὰρ νίφεται καὶ πηλὸν ἔχει πο-

aiunt, artificio. (14) Urbs equidem talis est. Quod incolas spectat, illi magnanimi sunt, et in bona spe de quibusvis vitæ negotiis leviter concipienda mirifici; sed audaces, contumeliosi, superbi, ad verbera prompti, peregrinum et popularem nullo discrimine habentes, omnis juris contemptores. (5) Controversias circa commercia ortas non verbis et ratione componere solent, sed audaciam et manuum violentiam hanc ad rem adhibent, adeoque quæ in gymnicis certaminibus athletæ in semet invicem committunt violenta, ea illi in judiciorum disceptationem transferunt. (16) Hinc etiam fit ut lites apud eos per triginta minimum annos instruantur (non vero peragantur). Quisquis enim apud populum hujusmodi rei mentionem fecerit, ac non statim e Bœotia migraverit, sed vel brevissimo temporis spatio in urbe manserit, paullo post, structis noctu insidiis, ab iis qui causas peragi nolunt, morte violenta mulctatur. Ac omnino levissimas ob causas cædes apud eos perpetrari solent. (17) Viri igitur tales esse solent : quamquam inter eos passim occurrunt etiam eximii quidam et magnanimi atque omni amicitia digni. Uxores autem eorum proceritate, incessu, corporis concinnitate omnium Græciæ feminarum elegantissimæ et speciosissimæ sunt. Testatur Sophocles :

Thebas mihi narras portas habentes septenas,
ubi solum mortales mulieres pariunt deos.

(18) Capitis tegmen apud ipsas tale est, ut eo velut larva tota facies velari videatur; oculi tantum apparent, reliqua autem faciei pars veste occulitur, quam omnes albam gestant. (19) Crines illis flavi, in nodum colligati usque ad verticem; atque id ab indigenis appellatur lampadium. Calceamentum tenue, non profundum, purpureum colore et humile, corrigiis vero ita astrictum, ut nudi propemodum pedes conspiciantur. (20) Quotidiana vitæ consuetudine non admodum Bœoticæ sunt, sed Sicyonias potius referunt. Vox illarum est grata, virorum autem injucunda et gravis. (21) Ad transigendam quidem æstatem urbs maxime opportuna; aquam enim habet plurimam eamque frigidam, hortosque consitos. Est præterea commodo quoad ventos situ et vernante aspectu; fructibus insuper omnibusque rebus æstivis ad victum venalibus abundat. Ad hiemem vero agendam ob lignorum inopiam pessima est, nec non ob fluvios et ventos; nivosa enim est et lutum plurimum

§ 14. καὶ κατανωτ.] sic cod.; idem conjecerat Hœschel.; editt. omittunt καί.

§ 15. τὰ ἐν τοῖς] malim τά τε ἐν τοῖς; sed ferri potest vulgata. || — γινόμενα] Vulcan., γένομ. codex. || — πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἀθληταῖς] πρὸς αὐτοὺς τοῖς δὲ ἀθλ. codex, in quibus ΔΕ ortum ex seqq. ΑΘ. Fuhrius verba transposuit hunc in modum : τὰ δὲ τοῖς ἀθληταῖς ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀ. γ. πρὸς αὐτοὺς (*apud eos*) βίαια. De re cf. Müller *Min.* p. 409.

§ 16. γίγνονται αἰτίας] sic codex; γίνονται αἰτ. editt.

§ 17. τὰς πύλας] ταῖς πύλαις Salmasius. || — θεούς] sc. Bacchum; adde Herculem. Stephanus conj. οἱ θνητοὶ θεάς, quod recepit Bothe in fragm. Sophocl. Cf. Müller. *Min.* p. 28.

§ 18. ὥστε] ὥσπερ codex; em. Stephanus.

§ 21. ἔτι δ' εὐήν. ἐστι] sic cod.; ἔστι δ' εὐην. ἔτι editt. || — ἐχόπωρος] εχἐπώρος (sic) codex; em. Casaub., probante Valckenario ad Phœn. p. 314; εὐόπωρος conj. Grævius. || — οἷα χειρίστη] οἷα τε χ. codex; τε delev. Stephanus.

§ 22. Λάωνος] Laudantur Λάωνος Διαθῆκαι apud

λύν. (22) Οἱ στίχοι Λάωνος (γράφει δ' ἐπαινῶν αὐτοὺς καὶ οὐ λέγων τὴν ἀλήθειαν· μοιχὸς γὰρ ἁλοὺς ἀφείθη μικροῦ διαφόρου τὸν ἀδικηθέντα ἐξαγοράσας)·

Βοιωτὸν ἄνδρα στέργε, τὴν Βοιωτίαν
μὴ φεῦγ'· ὁ μὲν γὰρ χρηστὸς, ἡ δ' ἐφίμερος.

23. Ἐντεῦθεν εἰς Ἀνθηδόνα στάδια ρξ'· ὁδὸς πλαγία· ἁμαξήλατος δι' ἀγρῶν πορεία. Ἡ δὲ πόλις οὐ μεγάλη τῷ μεγέθει, ἐπ' αὐτῆς τῆς Εὐβοϊκῆς κειμένη θαλάττης· τὴν μὲν ἀγορὰν ἔχουσα κατάδενδρον πᾶσαν, στοαῖς ἀνειλημμένην διτταῖς. Αὕτη δὲ εὔοινος, εὔοψος, σίτων σπανίζουσα διὰ τὸ τὴν χώραν εἶναι λυπράν. (24) Οἱ δ' ἐνοικοῦντες σχεδὸν πάντες ἁλιεῖς, ἀπ' ἀγκίστρων καὶ ἰχθύων, ἔτι δὲ καὶ πορφύρας καὶ σπόγγων τὸν βίον ἔχοντες, ἐν αἰγιαλοῖς τε καὶ φύκει καὶ καλύβαις καταγεγηρακότες· πυρροὶ ταῖς ὄψεσι πάντες τε λεπτοὶ, τὰ δ' ἄκρα τῶν ὀνύχων καταβεβρωμένοι, ταῖς κατὰ θάλατταν ἐργασίαις προσπεπονθότες, πορθμεῖς οἱ πλεῖστοι καὶ ναυπηγοὶ, τὴν δὲ χώραν οὐχ οἷον ἐργαζόμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ἔχοντες, αὐτοὺς φάσκοντες ἀπογόνους εἶναι Γλαύκου τοῦ θαλασσίου, ὃς ἁλιεὺς ἦν ὁμολογουμένως. (25) Ἡ μὲν οὖν Βοιωτία τοιαύτη· αἱ γὰρ Θεσπιαὶ φιλοτιμίαν (μὲν) ἔχουσι μόνον ἀνδρῶν καὶ ἀνδριάντας εὖ πεποιημένους, ἄλλο οὐδέν. Ἱστοροῦσι δ' οἱ Βοιωτοὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ὑπάρχοντα ἴδια ἀκληρήματα λέγοντες ταῦτα· τὴν μὲν αἰσχροκέρδειαν κατοικεῖν ἐν Ὠρωπῷ, τὸν δὲ φθόνον ἐν Τανάγρᾳ, τὴν φιλονεικίαν ἐν Θεσπιαῖς, τὴν ὕβριν ἐν Θήβαις, τὴν πλεονεξίαν ἐν Ἀνθηδόνι, τὴν περιεργίαν ἐν Κορωνείᾳ, ἐν Πλαταιαῖς τὴν ἀλαζονείαν, τὸν πυρετὸν ἐν Ὀγχηστῷ, τὴν ἀναισθησίαν ἐν Ἁλιάρτῳ. Τάδ' ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος

habet. (22) De Bœotis Laonis versus (quamquam is scribit laudibus illorum magis studens quam veritati, eo quod prehensus in adulterio impune dimissus erat, quum exiguo pretio placasset injuria affectum):

Bœotum ama virum, nec a Bœotia
alienus esto: ille est bonus, ista amabiiis.

23. Hinc ad Anthedonem stadia 160; via obliqua, plaustrisque per agros patet transitus. Urbs non magna est, mari Euboico adjacens; forum habet totum arboribus consitum, binis porticibus circumdatum. Vino et obsonio abundat, sed non magna frumenti copia, quod solum gracile sit et aridum. (24) Incolæ propemodum omnes piscatores sunt, ex hamis et piscibus, ex purpura et spongiis victum sibi comparantes; in litoribus atque alga et tuguriis consenescunt; rufi omnes et graciles; partes unguium extremas arrosas habent, quippe marinis operibus addicti; plurimi portitores naviumque fabricatores. Territorium tantum abest ut colant, ut ne habeant quidem, dicentes se a Glauco marino oriundos esse, quem fuisse piscatorem constat. (25) Talis igitur est Bœotia; nam Thespiæ nonnisi certaminum studio atque statua affabre facta (φιλ. μόνον ἔχουσιν ἀγώνων, καὶ ἀνδριάντα εὖ πεποιημένον), alia re nulla, memorabiles sunt. Narrant vero Bœoti singularum apud ipsos urbium infortunia hujusmodi verbis: turpe lucrum sedem habere apud Oropum, invidiam Tanagræ, contentionis studium apud Thespias, proterviam Thebis, rapacitatem apud Anthedonem, curiositatem apud Coroneam, jactantiam apud Platæas, febrim apud Onchestum, stupiditatem apud Haliartum. Illa infortunia e tota

---

Stob. Floril. 123, 5. Ceterum ignotus homo. V. Meineke Com. I, p. 492. IV, p. 574. || — ἐφίμερος] ἐφήμερος codex; em. Stephanus.

23. ἁμαξήλατος] Ibi desinit apographum Hervortianum. || — θαλάττης] θαλάσσης h. l. codex. || — σιτῶν] Sic Jacobsius ad Philostratum p. 533; σίτου Stephanus; σίτῳ codex.

§ 24. πυρφύρας] πορφυρῶν mavult Vulcanius. || — πυρροὶ], non coma, ut Müllerus putat, *Min.* p. 29, nec fuco, ut Fuhrius; sed solis æstu adusti cuteque rutili, ut solent in mari vitam degentes. || — πορθμεῖς] e conj. Stephani; πορθμοῖς codex. || — αὐτοὺς] αὑτοὺς cod.

§ 25. Θεσπιαὶ] Θεσπεσιαὶ cod. || — φιλ. μὲν ἔχουσι κτλ.] Locus corruptus. Particula μὲν, quam uncis inclusi, orta ex dittographia vocis μόνον. In editionibus mox legitur ἄλλο δὲ οὐδέν; sed codex non habet particulam δὲ, quam editt. ob præcedens μὲν intulerunt. Vox ἀνδρῶν jejuna hoc loco ac probabiliter ex glossa ad vocem ἀνδριάντας nata est. Pro εὖ codex habet οὗ, quod em. Stephanus. Jam quum duæ sint res ob quas Thespiæ celebrari soleant, nempe Ἐρώτια sive Ἐρωτίδια, festum quinquennale cum certaminibus musicis ac gymnicis (Pausan. IX, 31, 3; Plutarch. Amat. c. 2: Ἄγουσι γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν καὶ ταῖς Μούσαις καὶ τῷ Ἔρωτι φιλοτίμως πάνυ καὶ λαμπρῶς. Athenæus XIII, p. 561, E.; schol. Pindar. Olymp. VII; Eustath. Hom. Il. 24 extr.), atque Amoris statua, Praxitelis opus, Phrynæ vel Glyceræ donum: ego scribendum suspicor: Φιλοτιμίαν μόνον ἔχουσιν ἀγώνων καὶ ἀνδριάντων εὖ πεποιημένων vel potius ἀνδριάντα εὖ πεποιημένον; nam unum illud Praxitelis opus indicari consentaneum est. V. Strabo IX, p. 410: Θεσπιαὶ πρότερον μὲν ἐγνωρίζοντο διὰ τὸν Ἔρωτα τὸν Πραξιτέλους ... Πρότερον μὲν οὖν ἀνέβαινον ἐπὶ τὴν θέαν (πόλιν conj. Theil., Θέσπειαν Cram.), ἄλλως οὐκ οὖσαν ἀξιοθέατον. Plinius XXVI, 5: *Ejusdem* (Praxitelis) *est Cupido... ille, propter quem Thespiæ visebantur*. Pausanias IX, 26. 27. etc. — Holstenius legit: Θ. φιλ. μὲν ἔχουσι, μνήμην ἀνδρῶν καὶ ἀνδρ. εὖ πεποιημένους, ἄλλο δὲ οὐδέν. Osannus restitui vult: φιλοτιμίαν ἔχουσι μόνον ἀνδριάντων, ἄλλο δὲ οὐδέν. His in margine adscriptum fuisse ἤγουν ἀνδριάντας εὖ πεποιημένους; deinde ἀνδριάντων in ἀνδρῶν, ἤγουν in καὶ mutatum esse, glossamque in textum irrepsisse. — Codicis scripturam οὗ πεποιημένους Celidonio Siculus vertit: *statue non perfette*. Fuhrius de iisdem verbis dicit: Thespienses ipsos significari conjecerim, eosque statuas non factas, sed genitas, natas nuncupari (!). || — αἰσχροκέρδειαν] αἰσχροκερδίαν codex, editt. || — Θεσπιαῖς·] Θεσπε-

ἀκληρήματα εἰς τὰς τῆς Βοιωτίας πόλεις κατερρύη. Ὁ στίχος Φερεκράτους·

Ἄνπερ φρονῇς εὖ, φεῦγε τὴν Βοιωτίαν.

Ἡ μὲν οὖν τῶν Βοιωτῶν χώρα τοιαύτη.

26. Ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς Χαλκίδα στάδια ο'· μέχρι τοῦ Σαλγανέως ὁδὸς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν λεία τε πᾶσα καὶ μαλακή· τῇ μὲν καθήκουσα εἰς θάλατταν, τῇ δὲ ὄρος οὐχ ὑψηλὸν μὲν ἔχουσα, λάσιον δὲ καὶ ὕδασι πηγαίοις κατάρρυτον. (27) Ἡ δὲ τῶν Χαλκιδέων πόλις ἐστὶ μὲν σταδίων ο', μείζων τῆς ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς αὐτὴν φερούσης ὁδοῦ· γεώλοφος δὲ πᾶσα καὶ σύσκιος, ὕδατα ἔχουσα τὰ μὲν πολλὰ ἁλυκά, ἓν δ' ἡσυχῇ μὲν ὑπόπλατυ, τῇ δὲ χρείᾳ ὑγιεινὸν καὶ ψυχρόν, τὸ ἀπὸ τῆς κρήνης τῆς καλουμένης Ἀρεθούσης ῥέον ἱκανόν, ὡς δυναμένης παρέχειν τὸ ἀπὸ τῆς πηγῆς νᾶμα πᾶσι τοῖς τὴν πόλιν κατοικοῦσι. (28) Καὶ τοῖς κοινοῖς δὲ ἡ πόλις διαφόρως κατεσκεύασται γυμνασίοις, στοαῖς, ἱεροῖς, θεάτροις, γραφαῖς, ἀνδριᾶσι, τῇ ἀγορᾷ κειμένῃ πρὸς τὰς τῶν ἐργασιῶν χρείας ἀνυπερβλήτως. (29) Ὁ γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς Βοιωτίας Σαλγανέως καὶ τῆς τῶν Εὐβοέων θαλάττης ῥοῦς εἰς τὸ αὐτὸ συμβάλλων κατὰ τὸν Εὔριπον φέρεται παρ' αὐτὰ τὰ τοῦ λιμένος τείχη, καθ' ὃ συμβαίνει τὴν κατὰ τὸ ἐμπόριον εἶναι πύλην, ταύτης δ' ἔχεσθαι τὴν ἀγορὰν πλατεῖάν τε οὖσαν καὶ στοαῖς τρισὶ συνειλημμένην. Σύνεγγυς οὖν κειμένου τῆς ἀγορᾶς τοῦ λιμένος καὶ ταχείας τῆς ἐκ τῶν πλοίων γινομένης τῶν φορτίων ἐκκομιδῆς, πολὺς ὁ καταπλέων ἐστὶν εἰς τὸ ἐμπόριον. Καὶ γὰρ ὁ Εὔριπος διssὸν ἔχων τὸν εἴσπλουν ἐφέλκεται τὸν ἔμπορον εἰς τὴν πόλιν. (30) Ἡ δὲ χώρα πᾶσα αὐτῶν ἐλαιόφυτος, ἀγαθὴ δὲ καὶ ἡ θάλαττα. Οἱ δ' ἐνοικοῦντες Ἕλληνες οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ φωνῇ· τῶν μαθημάτων ἐντός· φιλαπόδημοι· γραμματικοί· τὰ προσπίπτοντα ἐκ τῆς πατρίδος δυσχερῆ γενναίως φέροντες· δουλεύον-

Græcia in Bœotiæ urbes confluxerunt. Pherecratis versus :

Bœotiam caveto, si recte sapis.

Talis quidem Bœotorum regio.

26. Ab Anthedone ad Chalcidem stadia septuaginta ; usque ad Salganeum tumulum via juxta litus læva omnis et mollis, ab altera parte ad mare vergens, ab altera montem habens non altum illum, arboribus vero tectum et aquarum fontibus irriguum. (27) Urbs Chalcidensium circuitu est stadiorum septuaginta (?) quæ excedunt (*quæ exæquant?*) longitudinem viæ quæ ab Anthedone ad ipsam ducit. Clivosa tota est et arboribus obumbrata ; aquas habet plurimas quidem salsas, unam autem quæ etsi ipsa quoque subsalsi quiddam habet, tamen usu salubris est et frigida, et copiose adeo manat a fonte Arethusa, ut sufficiat omnibus urbis incolis. (28) Publicis quoque ornamentis abunde urbs instructa est, ut gymnasiis, porticibus, templis, theatris, picturis, statuis ; foro denique, cujus situs mercatorum ad usus commodior esse omnino non possit. (29) Nam qui a Salganeo Bœotiæ et a mari Euboeensi veniunt fluxus marini in unum coeuntes per Euripum feruntur juxta ipsa portus munimenta, ubi contingit esse portam emporii, quam ipsam excipit forum, latum illud tribusque porticibus circumdatum. Quum itaque proximus sit foro portus, et facilis onerum e navibus vectura, plurimi ad emporium veniunt : quin etiam Euripus, duplicem habens introitum, facit ut mercatores urbem frequentent. (30) Tota eorum regio oleis consita ; mare etiam largum (*piscatura*) præbet proventum. Incolæ Græci sunt, non genere solum, sed etiam sermone, scientiis dediti, peregrinandi cupidi, literarum curiosi, incommoda quæ ob patriam patiuntur fortiter ferentes. A longo enim

---

σίαις codex. Mox Κορωνία.. ἀλαζονίαν.. Ὀσχήστῳ cod. || — Φερεκράτους] V. Meineke Fr. Com. tom. II, p. 343, 7.

§ 26. λάσιον] ἄλσιον codex ; em. Holstenius ; ἀλσεσι al. editt.

§ 27. σταδίων ο', μείζων] Fuerit στάδ. οβ' vel οη', μείζων. Fuhrius inter alia proponit στάδια ο', οὐ μείζων, quo sensu aptius foret οὐ μείων. || — ὑπόπλατυ] ὑπὸ πλάτυ codex ; ὑπόγλυκυ conj. Gronov., Hudson., Gail. absque causa. || — ὡς δυναμένης] Fort. alterutra vox ejicienda, aut scribendum ἱκανῶς δυναμένης. Vulcanius dedit δυνάμενον.

§ 28. κοινοῖς] κοινῆς cod. || — τῇ ἀγόρᾳ] sic codex, τῇ τ' ἀγορᾷ editt. || — κειμένῃ] κειμένων codex ; em. Vulcan. ; κειμένη Fuhr.

§ 29. κατὰ τὸν Εὐρ.] καὶ τὸν Εὐρ. codex ; em. Marx. Maris fluxus usque ad Euripum duplex erat, unus juxta Bœoticam oram et Salganeum, alter juxta Eubœam a septentrione decurrens. || — τὸν ἔμπορον] sic codex, non τὸν ἐμπόριον, ut est in editt. Marxii et Gailii, quam lectionem codicis esse olim credideram, quod nullam varietatem notaverat Millerus. || — δουλεύοντες] « Eam conditionem Dodwellus de jugo Cassandri, durioris domini quam Demetrius Phalereus fuit, intelligendam esse et Dicæarchum talia proferre potuisse adnotavit, quod Demetrii ætate Dicarchea dominantis mansuetudinem ne irritari quidem potuisse cognovisset. Marxius autem hæc verba ad Atheniensium dominationem, quibus Chalcis paruisset (coll. Thucyd. VIII, 95), vel, id quod probabilius esset, ad Phoxi et Antileontis tyrannidem, cujus Aristoteles Polit. V, 3, 12 mentionem faceret, referenda esse existimavit. » Fuhrius. Sed horum nihil pertinet ad ætatem Nostri, quem post Demetriadem a Demetrio Poliorcete conditam scripsisse constat. Chalcis Cassandri præsidio occupata in libertatem a Demetrio Poliorcete vindicata est Ol. 119, 1. 304 (Diodor. XX, 100, 6). Quando sub jugum vel Macedoniæ regum, vel tyrannorum redierit, nescimus. Sub initia fere regni Antigoni Gonatæ (circa 270) Chalcidi præfectus erat Alexander, Crateri, qui frater Antigoni Gon. erat, filius (Suidas v. Εὐφορίων. Droysen. *Hellenism.* II, p. 215 not.). ||

τες γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον, τοῖς δὲ τρόποις ὄντες ἐλεύθεροι, μεγάλην εἰλήφασιν ἕξιν τοῦ φέρειν ῥαθύμως τὰ προσπίπτοντα. Ὁ στίχος Φιλίσκου·

Χρηστῶν σφόδρ' ἐστὶ Χαλκὶς Ἑλλήνων πόλις.

tempore in servitutem redacti, sed moribus instructi ingenuis, magnam nacti sunt facultatem æquo ferendi animo casus patriæ. Philiscus de iis ita habet :

Valde proborum Chalcis Græcorum urbs est.

B′

Ὅτι τὸ καλούμενον Πήλιον ὄρος μέγα τ' ἐστὶ καὶ ὑλῶδες, δένδρα ἔχον τοσαῦτα καρποφόρα, ὅσα καὶ τὰς τῶν γεωργουμένων συμβαίνει χώρας. Τοῦ δ' ὄρους ἡ μεγίστη καὶ λασιωτάτη ῥίζα τῆς πόλεως κατὰ μὲν πλοῦν ζ′ ἀπέχει στάδια, πεζῇ δὲ κ′. (2) Πᾶν δ' ἐστὶ τὸ ὄρος μαλακὸν, γεώλοφόν τε καὶ πάμφορον· ὕλης δ' ἐν αὐτῷ πᾶν φύεται γένος· πλείστην δ' ὀξύην ἔχει καὶ ἐλάτην, σφένδαμνόν τε καὶ ζυγίαν, ἔτι δὲ κυπάρισσον καὶ κέδρον· ἔστι δ' ἐν αὐτῷ καὶ ἄνθη, τά τε ἄγρια καλούμενα λείρια καὶ λυχνίδες. (3) Γίνεται δ' ἐν αὐτῷ καὶ βοτάνη ἐν τοῖς χερσώδεσι μάλιστα χωρίοις καὶ ῥίζα δένδρου, ἥτις τῶν ὄφεων δήγματα δοκεῖ ἀπέχειν ἐπικίνδυνα· τοὺς μὲν ἐκ τῆς χώρας ἐν ᾗ πέφυκε τῇ ὀσμῇ μακρὰν ἀπελαύνει, τοὺς δ' ἐγγίσαντας ἀχρειοῖ, χάρον καταχέουσα, τοὺς δ' ἀψαμένους αὐτῆς ἀναιρεῖ τῇ ὀσμῇ· (4) τοιαύτην τὴν δύναμιν ἔχει,

II.

Mons Pelius vastus et nemorosus est, tot frugiferas producens arbores, quot vel in terris hominum assiduo labore excultis provenire solent. Amplissima et densissima radix montis ab urbe (*Demetriade*) distat stadiis septem, si maritimum iter computes; at si pedestre, stadiis viginti. (2) Universus mons gaudet terra molliore, collibus distinctus est, magnamque habet fertilitatem. Omne arborum arbustorumque genus in eo nascitur. Præcipue abundat arbore, quam a foliis spinosis oxyam (*aculeatam*) græce appellant; frequens in illo abies, acer, singillatim genus aceris quæ zygia vocatur, cupressus quoque et cedrus. Neque floribus destituitur; habet enim lilium silvestre et rosam lychnidem. (3) Plantam quoque alit in locis maxime silvestribus ejusque fruticis radicem, quæ serpentum morsus periculosos arcere videtur; eos enim a loco in quo nascitur procul repellit; appropinquantes vero omni facultate nocendi exuit, veterno inducto; qui attigerint denique, odore suo occidit.

— ὄντες] μένοντες conj. Marx. || — ἐστὶ Χαλκὶς] ἐστὶν ἡ Χαλκ. cod.; em. Meineke. Sequitur in cod. Paris. 443 p. 121, 23 fragmentum quod nobis est tertium.

Fragm. II. Hoc fragmentum in codicis Parisini N. 571 folio ultimo (430) subjungitur Excerptis Strabonianis. Idem exstat in codice Gudiano, ex quo descriptum ad Hudsonum misit Fabricius. Titulus in codice Parisino nullus est; in Gudiano petita ex argumento fragmenti inscriptio: Ἀναγραφὴ τοῦ Πηλίου ὄρους.

§ 1. μέγα τ' ἐστὶ] μ. τε ἐστὶ cod. Par. δένδρα ἔχον] δ. ἔχων cod. Par. || — τῆς πόλεως] sc. a Demetriade urbe, de qua in antecedentibus sermonem fuisse patet e fine fragmenti. Ceterum quomodo intelligenda sint verba κατὰ μὲν πλοῦν ζ′ ἀπέχει στάδια, πεζῇ δὲ κ′, fateor me non assequi.

§ 2. ὕλης] sic editt.; ὕλη codd. || — ὀξύην] « Non satis inter recentiores convenire, quæ planta ὀξύα dici debeat, J. Bodæus a Stapel dicit ad Theophrasti Hist. pl. III, 2, p. 171 (ubi ea describitur). Esse tamen eandem, quæ a Linnæo *quercus cerris* dicatur, nunc fere receptum est Cf. Salmasius ad Solin. p. 334; Heyn. ad Hom. Il. V, 50 etc. » Marxius. || — σφένδαμνον] σφέδαμον cod. Paris. « Σφένδαμνον καὶ ζυγίαν, genera aceris, quæ circa Olympum Macedoniæ potissimum nascebantur. V. Bodæus ad Theoph. l. l. p. 184. Ceterum mons Pelion etiam a Theophrasto VI, 4 inter eos numeratur, qui his arboribus atque etiam odoratis abundant. » Marxius.

§ 3. βοτάνη] Planta hæc Χειρώνιον appellatur ap. Theophrast. H. Pl. IX, 11 : Χρῶνται δὲ (sc. τῷ Χειρωνίῳ) πρός τε τοὺς ἔχεις καὶ τὰ φαλάγγια καὶ τοὺς σῆπας καὶ τἄλλα ἑρπετὰ, διδόντες ἐν οἴνῳ. Dioscorid. III, 57 : Πάνακες Χειρώνιον φύεται μάλιστα ἐν τῷ Πηλίῳ ὄρει. Nicander Ther. 505 : Πρώτην μὲν Χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι Κενταύρου Κρονίδαο φερώνυμον, ἥν ποτε Χείρων Πηλίου ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο δειρῇ. Τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χυτὴ περιδέδρομε χαίτη, Ἄνθεα δὲ χρύσεια φαείνεται· ἡ δ' ὑπὲρ αἴης Ῥίζα καὶ οὐ βυθόωσα Πελεθρόνιον νάπος ἔχει. || — καὶ ῥίζα δένδρου] κ. ῥίζα δὲ ἤδρου cod. Gudian. Lectionem δένδρου e conj. jam restituerat Salmasius. « Gudius leg. conjecerat ῥίζα δὲ ἡ ἄρου. Plinius XXIV, c. 16, de radice ari : *serpentes nidore cum crematur, privatimque aspides fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inveniantur.* » Fabricius. Vim plantæ vel fruticis, quam nunc δένδρον excerptor dicit, in radice fuisse ex Nicandro colligitur. Ceterum oratio hiulcat. Exspectabas βοτάνη... ῥίζαν ἔχουσα, ἥτις, vel tale quid. || — δοκεῖ ἀπέχειν vel εἴργειν] δοκεῖν ἔχειν cod. Paris.; δήγματα ἴαται δοκεῖν ἔχειν cod. Gud., unde elicias : ἴαται καὶ δοκεῖ ἀπέχ. vel ἴασθαι δοκεῖ [καὶ] ἀπέχειν. In mentem etiam venit ὄφεων δήγματα ἴαται καὶ δάκεων ἔχεών τ' ἐπικίνδυνα. Sed videtur potius ἴαται scioli glossema esse ad vocem ἀπέχειν vel εἴργειν. Nunc nonnisi de vi arcendi morsus sermo est; vis medendi hominibus percussis in seqq. memoratur. Erat planta talis qualis *dracunculus*, de quo ita Plinius XXIV § 93 : *habentem serpentes fugiunt, percussis prodesse in potu.* Osannus libri Parisini lectionem ignorans, ante verba τοὺς μὲν etc. desiderari censuit sententiam, qua planta ista serpentibus periculosa esse diceretur, ideoque scrib. proposuit : δοκεῖ δ' ἔχεσιν ἐπικίνδυνος, aut δοκεῖ δ' ἔχειν ἔχεσιν ἐπικίνδυνα. || — τοὺς μὲν] Scriptum velis τοὺς μὲν γάρ. || — χάρον καταχέουσα] « Salmasius καταχέασα. Quem vide *Homonym. Hyles iatricæ* cap. 83, ubi de ligno colubrino. Viperam si fagi ramus attigerit, vertigine corrigi refert Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotyp. I, 14. » Fabricius.

τοῖς δ' ἀνθρώποις ἡδεῖα καταφαίνεται· τῇ τοῦ θύμου γάρ ἐστιν ἀνθοῦντος ὀσμῇ παραπλησία, τοὺς δὲ δηχθέντας ὑφ' οὑποτοῦν ὄφεως ἐν οἴνῳ δοθεῖσα ὑγιάζει. (5) Φύεται δ' ἐν τῷ ὄρει καὶ καρπὸς ἀκάνθης, ταῖς λευκαῖς παραπλήσιος μύρτοις· ὃν ὅταν τις τρίψας ἐλαίῳ καταχρίσαι τὸ σῶμα, τοῦ μεγίστου χειμῶνος οὐ λαμβάνει τὴν ἐπαίσθησιν ἢ πάνυ βραχεῖαν, οὐδὲ ἐν τῷ θέρει τοῦ καύματος, κωλύοντος τοῦ φαρμάκου τῇ αὐτοῦ πυκνώσει τὸν ἔξωθεν ἀέρα (καταμάθοις) διϊχνεῖσθαι τοῦ σώματος. (6) Σπάνιος δ' ἐστὶν ὁ καρπὸς οὗτος καὶ ἐν φάραγξι καὶ ἐν τόποις φυόμενος ἀποκρήμνοις, ὥστε μόλις μὲν εὑρεῖν, ἂν δ' εὕρῃ τις, μὴ εὐχερῶς δύνασθαι λαβεῖν, ἂν δ' ἐπιχειρῇ λαμβάνειν, κινδυνεύειν ἀπὸ τῶν πετρῶν κατακυλισθέντα διαφθαρῆναι. Μένει δ' ἡ δύναμις ἕως ἐνιαυτοῦ, χρονισθεῖσα δ' ἀπόλλυσι τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν.

7. Ποταμοὶ δὲ διὰ τοῦ ὄρους ῥέουσι δύο, Κραυσίνδων τε καλούμενος καὶ Βρύχων· ὁ μὲν τοὺς ὑπὸ ταῖς τοῦ Πηλίου * (γεωργουμένους) κειμένους ἀρδεύων ἀγρούς, ὁ δὲ παραρρέων μὲν τὸ τῆς Πηλαίας ἄλσος, ἐκβάλλων δὲ εἰς θάλασσαν. (8) Ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς σπηλαιόν ἐστι τὸ καλούμενον Χειρώνιον, καὶ Διὸς ἀκραίου ἱερὸν, ἐφ' ὃ κατὰ κυνὸς ἀνατολὴν κατὰ τὸ ἀκμαιότατον καῦμα ἀναβαίνουσι τῶν πολιτῶν οἱ ἐπιφανέστατοι καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζοντες, ἐπιλεχθέντες ἐπὶ τοῦ ἱερέως, ἐνεζωσμένοι κώδια τρίποκα καινά· τοιοῦτον συμβαίνει ἐπὶ τοῦ ὄρους τὸ ψῦχος εἶναι. (9) Τοῦ δὲ ὄρους ἡ μὲν μία πλευρὰ παρά τε τὴν Μαγνησίαν καὶ τὴν Θεσσαλίαν παρήκει, πρός τε ζέφυρον καὶ ἡλίου δύσιν ἐστραμμένη· ἡ δ' ἐπὶ τὸν Ἄθω καὶ τὸν Μακεδονικὸν ἐπικεκλημένον κόλπον, πλαγίαν ἔχουσα πᾶσαν καὶ τραχεῖαν τὴν εἰς τὴν Θεσσαλίαν ἐστραμμένην χώραν. (10) Τὸ δὲ ὄρος πολυφάρμακόν τέ ἐστι

(4) Ejusmodi pollens viribus suavissima est homini; odor quippe illius accedit ad thymi florentis fragrantiam, morsos vero a quibusvis serpentibus in vino sumpta restituit sanitati. Nascitur etiam in hoc monte fructus acanthi, propemodum ad albæ myrti similitudinem. Quem si quis cum oleo tritum illeverit corpori, intensissimi frigoris non nisi brevissimam vim sentiet, neque æstûs tempestate æstiva, prohibente herba per spissitudinem suam ne in corpus aer exterior penetret. (6) At raro obvium est hoc fructûs genus, neque occurrit nisi in præcipitiis locisque præruptis. Difficulter itaque invenitur, inventumque non facile potest carpi, quia periculum est, ne qui petit, rupe prolapsus pereat. Vires planta servat per anni spatium, at tempore ultro procedente efficaciam amittit.

7. Fluvii duo Pelion permeant, quorum alteri nomen Crausindon, alteri Brychon: ille agros, qui ad pedem montis sitæ coluntur, rigat; hic præterfluit Pelææ nemus, ac deinde exonerat se in mare. (8) In altissimo montis cacumine est specus Chironium et fanum Jovis Acræi, in quod sub ortum caniculæ, quum æstus est vehementissimus, nobilissimi e civitatis incolis ætate juvenes a sacerdote ad hoc delecti ascendunt, induti pellibus novis optimo vellere propter frigoris in monte magnitudinem. (9) Atque alterum quidem montis latus secundum Magnesiam Thessaliamque protenditur, zephyrum versus solisque occasum spectans; alterum vero versus Atho montem et sinum quem Macedonicum vocant, obliquam totam habens et asperam sui partem Thessaliam versus conversam. (10) Plurimarum præterea herbarum ferax est mons iste, quæ

---

§ 5. καρπὸς ἀκάνθης κτλ.] Aliunde de his non constat nisi ex Heraclidis opere Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων ap. Apollon. Mir. c. 19: Ἡρακλείδης ὁ Κρητικός (κριτικὸς conj. Olearius, alii) ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων κατὰ τὸ Πήλιον ὄρος φύεσθαί φησιν ἄκανθαν καρποφόρον, ἧς τὸν καρπὸν ἐάν τις τρίψας μετ' ἐλαίου καὶ ὕδατος χρίσῃ τὸ αὑτοῦ ἢ ἄλλου σῶμα χειμῶνος ὄντος, οὐκ ἐπαισθήσεται τοῦ ψύχους. « Osannus ejusdem fruticis utroque loco mentionem fieri et vel descriptionem utrobique similem esse animadvertens conjecturam in medio proferri posse existimavit, qua Heraclides (in incerto tamen reliquit utrum de Pontico an alio quodam cogitandum esset) Pelii descriptionem confecisset. » FUHRIUS. || — ταῖς λευκαῖς] τοῖς λευκοῖς cod. Paris. || — παραπλήσιος] παραπλήσιον cod. Gudian., itemque Parisin., in quo dein correctum est. || — τρίψας] τρίψαι cod. Paris. || — ἐλαίῳ] λεῖον codd.; em. Osann. || — καταχρίσαι] καταχρίσοι codd.; em. Fuhr. || — καταμάθοις] καταμάθους cod. Par. Vocem inclusi, ut qua carere prorsus præstat. Sin genuina est, leg. videtur: οὐδ' ἂν τῷ θέρει τοῦ καύματός τι καταμάθοις. Fuhrius scripsit: οὐδ' ἂν ἐν τῷ θέρει τοῦ καύματος καταμάθοι, κωλύοντος κτλ. || — § 6. ἐπιχειρεῖ cod. Paris. || — ἀποκρήμνοις] sic cod. P., ἐπικρήμνοις cod. Gud.

§ 7. Crausindon et Brychon fluvii alibi non memorantur. || — τοῦ Πηλίου κειμένους] v. κειμένους non habet Gudianus. Alterum participium γεωργουμένους ortum videtur ex compendiis vocum ὑπωρείαις κειμένους; ῥίζαις post v. Πηλίου supplet Buttmann.; τοῖς ποσὶ conj. Miller.; τοὺς ἐν ὑπωρείᾳ τοῦ Πηλίου, aut ἐν τοῖς ὑπὸ Πηλίου Fuhr. || — ἄλσος] λάσος codd.; em. Osannus. De Pelæa, cui sacer lucus erat, aliunde non constat.

§ 8. Χειρώνιον] Meminit ἄντρου Χείρωνος Philostrat. De imagg. II, 2, 5 p, 366 ed. Didot. || — ἀκραίου] ἀκταίου; em. Osann. Cf. Müller *Min.* p. 249, *Eumenid.* p. 141; Preller. ad Polem. Περὶ Διὸς κωδίου p. 140; Hermann. *Gottesd. Alterthüm.* § 23, 23. || — ἐπὶ τοῦ ἱερέως] ὑπὸ τ. ἱ. Buttmann. || — μία] deest in Gudiano. Deinde τὴν ante Θεσσαλίαν om. Gudian.

§ 9. ἐπικεκλημένον] καλούμενον ἐπικεκλημένον codd.; καλ. ejicit Fabricius, recte, ut videtur, quamquam fuisse putare licet καλ. ἐπικεκλιμένη. Articulus τὸν ante Μακ. deest in Gudiano. || — πλαγίαν] πελαγίαν cod. Gud.

§ 10. πολυφάρμακον] « Theophrast. H. Pl. IX,

καὶ πολλὰς ἔχον καὶ παντοδαπὰς δυνάμεις τάς τε ὄψεις αὐτῶν γινώσκουσι καὶ χρῆσθαι δυναμένοις· μίαν δέ τινα [ἥτις] ἔχει [ἄλλας] καὶ ἄλλας δυνάμεις (ἀνομοίους). Φύεται δὲ τὸ δένδρον τῷ μεγέθει μὲν οὐ πλέον ἢ πήχεος τοῦ ὑπὲρ γῆς φαινομένου, τῇ δὲ χρόᾳ μέλαν· ἡ δὲ ῥίζα ἕτερον τοσοῦτόν ἐστι κατὰ γῆς πεφυκυῖα. (11) Τούτου δὲ ἡ μὲν ῥίζα τριφθεῖσα λεία καὶ καταπλασθεῖσα τῶν ποδαγρώντων τοὺς πόνους ἀφίστησι καὶ κωλύει τὰ νεῦρα φλεγμαίνειν· ὁ δὲ φλοιὸς λειανθεὶς καὶ μετ' οἴνου ποθεὶς τοὺς κοιλιακοὺς ὑγιαίνει· τὰ δὲ φύλλα τριφθέντα καὶ ἐγχρισθέντα εἰς ὀθόνιον, τῶν ὀφθαλμιώντων καὶ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος κατατεινομένων καὶ κινδυνευόντων ῥαγῆναι τὴν ὄψιν τὴν ἐπιφορὰν τοῦ ῥεύματος ἀναστέλλει πρᾳέως καὶ ὡσανεὶ παραιτούμενα μηκέτι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς φέρεσθαι τὸ ῥεῦμα. (12) Ταύτην δὲ τὴν δύναμιν ἓν τῶν πολιτῶν οἶδε γένος· ὃ δὴ λέγεται Χείρωνος ἀπόγονον εἶναι· παραδίδωσι δὲ καὶ δείκνυσι πατὴρ υἱῷ, καὶ οὕτως ἡ δύναμις φυλάσσεται, ὡς οὐδεὶς ἄλλος οἶδε τῶν πολιτῶν· οὐχ ὅσιον δὲ τοὺς ἐπισταμένους τὰ φάρμακα μισθοῦ τοῖς κάμνουσι βοηθεῖν, ἀλλὰ προῖκα. Τὸ μὲν οὖν Πήλιον καὶ τὴν Δημητριάδα συμβέβηκε τοιαύτην εἶναι.

13. Ὅτι ἡ μὲν Ἑλλὰς ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, [ἣν] μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζω στάμπου. Τάχα δὲ κτλ.

varia virtute medica gaudent, si quis eas probe dignoscere et recte illis uti noverit. Ex hisce una pluribus etiam iisque diversis præstat viribus. Est enim arbustum nigro colore, quod altitudine sua, quantum ejus supra terram conspici potest, cubitum haud excedit, sed æque altam radicem agit infra terram. (11) Hujus radix, trita minute et illita, podagricorum dolores abigit, neque nervos æstuare permittit. Cortex comminutus et in vino sumptus curat eos qui cœliaco morbo vexantur. Folia trita, si linteum illis inungatur, oculorum dolore et suffusione laborantibus, etiam quum periculum est perdendi visus, impetum fluxionis sistunt suaviter ac veluti deprecantia ne ad oculos usque perveniat. (12) Hæc herbarum virtus uni cuidam incolarum genti perspecta est, qui Chironis esse posteri dicuntur; ex his pater subinde notitiam tradit exponitque filio, atque ita diligenter custoditur, ut nemo præterea civium possit illam sibi scientiam vindicare. Nefas autem gnaros virium, quibus herbæ præstant, mercede sumpta ægrotis opem ferre; gratis enim hoc facere oportet. Igitur Pelius mons et Demetrias urbs hujusmodi sunt.

13. Hellas a Peloponneso incipit, eamque produco usque ad Magnetum *Tempe*.

Γ'.

Τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαβὼν μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζω [Ὁμολίου καὶ τῶν Θετταλῶν] στάμπου. Τάχα δὲ φήσουσί τινες ἡμᾶς ἀγνοεῖν τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος καταριθμοῦντας, ἄπειροι τῆς τῶν πραγμάτων ὄντες ἀληθείας. (2) Ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν οὖσά ποτε πόλις ἀφ' Ἕλληνος τοῦ

III.

Fines igitur Helladis, a Peloponneso ejus initium sumens, usque ad Homolium [Magnetum et ad Thessalorum] *Tempe* (*vel Peneum fluvium?*) produco. Fortasse autem aliqui dicent errare nos Thessaliam Hellade comprehendentes : sed illi potius rerum veritatis ignari sunt. (2) Etenim Hellas olim urbs fuit,

---

15 : φαρμακωδέστατον τό τε Πήλιον τὸ ἐν Θεσσαλίᾳ. Sed quum et hoc et aliquot sqq. capitibus de variis plantarum viribus disserat, nullibi ejusmodi arboris, quam tot virtutibus præditam esse Noster prædicat, ullam mentionem fecit. Verbo solummodo eas plantas memorat, ἃ φασιν εὑρῆσθαι πρὸς τὰ τῶν ὄφεων τῶν θανατηφόρων δήγματα. Περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην εἶναι μὲν καὶ ἑτέρας οὐκ ὀλίγας, ἰσχυρότατον δὲ, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἴσχαιμον, ἣν δὴ λέγουσιν, οἱ μὲν, κεντηθείσης τῆς φλεβὸς, οἱ δὲ, καὶ σφοδροτέρως διατμηθείσης, ἴσχειν τε καὶ κωλύειν τὴν χύσιν. » Marx. Ceterum quum de plantis Pelii jam dixerit auctor in antecedd., hinc Buttmannus aliique colligunt hoc fragmentum non unum locum integrum esse, sed complures locos consutos. || — ἔχον] ἔχων Gud. || — καὶ χρῆσθαι] κεχρῆσθαι cod. Par. || — ἥτις] addidit Fabricius. Mox de meo addidi ἄλλας; vocem ἀνομοίους inclusi, utpote glossema vocum ἄλλας καὶ ἄλλας. || — τοῦ φαινομένου] τὸ φαινόμενον conj. Fuhr.; quo non opus est. || — λειανθεὶς] λιανθεὶς codd.; em. Fabricius || — ὀθόνιον] ὀθονίαν Gud. || — ὀφθαλμιώντων] ὀφθαλμιόντων cod. Paris.; ὀφθαλμώντων cod. Gud. || — παραιτούμενα] παραιτουμένη codd.; em. Fabricius. Παραιτεῖσθαι ἀμβλυωπίας, hebetudinem oculorum amoliri, legitur ap. Dioscor. I, cap. ult.

§ 13. λαμβάνει, μέχρι ἀφορίζων, codex inconcinne. Est hoc initium fragmenti sequentis, quod codex 571 exhibet usque ad verba : ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν οὖσα, in quæ desinit ultimum folium codicis fine mutili.

Fragm. III e codice Paris. 443, p. 121, lin. 24 sqq. Μαγνήτων] Μαγνητῶν cod. || — ἀφορίζω] ἀφορίζων codex, ut in fin. fragm. II. Deinde verba Ὁμολίου καὶ τῶν Θετταλῶν inserui ex fine hujus fragm., ubi plenius legitur : ἕως τῶν Θετταλῶν στομίου, καὶ τοῦ τῶν Μαγνήτων Ὁμολίου. Pro στομίου vel στάμπου (nam utrumque corruptum est) quid reponendum sit, non satis liquet. Prope ad literas accederet Τεμπῶν; ποταμοῦ Πηνειοῦ conjicias, si contuleris Scylac. § 33 : Ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ἑλλὰς συνεχὴς εἶναι μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ καὶ Ὁμολίου πόλεως. Fortasse auctor Cambunios montes tanquam alterum Thessaliæ terminum memoravit, adeo ut scribi posset : Κάμπου. Holstenius scribi conjecit κόλπον, Fuhrius inter alia proponit ποταμόν. || — τοῦ Αἰόλου] sc. πατήρ. Quæ quum durior ellipsis sit, Hemsterhusius ad Lucian. Halcyon. scribi

Αἰόλου ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη, τῆς τῶν Θετταλῶν οὖσα χώρας, ἀναμέσον Φαρσάλου τε κειμένη καὶ τῆς τῶν Μελιταιέων πόλεως. Ἕλληνες μὲν γάρ εἰσι τῷ γένει, καὶ ταῖς φωναῖς ἑλληνίζουσιν οἱ ἀφ' Ἕλληνος· Ἀθηναῖοι δὲ οἱ τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντες Ἀττικοὶ μέν εἰσι τῷ γένει, ταῖς δὲ διαλέκτοις ἀττικίζουσιν, ὥσπερ Δωριεῖς μὲν οἱ ἀπὸ Δώρου τῇ φωνῇ δωρίζουσιν· αἰολίζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Αἰόλου, ἰάζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου φύντες. (2) Ἡ οὖν Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ ἦν, ὅτε ποτὲ ἦν, οὐκ ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ὁ γοῦν ποιητής φησι·

Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί,

Μυρμιδόνας μὲν λέγων εἶναι τοὺς περὶ τὴν Θετταλίας Φθίαν κατοικοῦντας, Ἕλληνας δὲ τοὺς μικρῷ πρότερον ῥηθέντας, Ἀχαιοὺς δὲ τοὺς καὶ νῦν ἔτι κατοικοῦντας Μελίταιάν τε καὶ Λάρισσαν τὴν Κρεμαστὴν καλουμένην καὶ Θήβας τὰς Ἀχαΐδας πρότερον Φυλάκην καλουμένην, ὅθεν ἦν καὶ Πρωτεσίλαος ὁ στρατεύσας εἰς Ἴλιον. Ἔστιν οὖν ἡ Ἑλλὰς ὑφ' Ἕλληνος οἰκισθεῖσα πόλις τε καὶ χώρα. (3) Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Εὐριπίδης·

Ἕλλην γάρ, ὡς λέγουσι, γίγνεται Διός,
τοῦ δ' Αἴολος παῖς· Αἰόλου δὲ Σίσυφος,
Ἀθάμας τε Κρηθεύς θ', ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
θεοῦ μανεὶς ἔρριψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

(4) Ἑλλὰς μὲν οὖν ἐστι, ὥσπερ μικρῷ πρότερον εἰρήκαμεν, ἣν ὁ Διὸς Ἕλλην ἔκτισεν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἑλληνίζειν τὴν προσηγορίαν εἴληφεν· Ἕλληνες δ' οἱ ἀφ' Ἕλληνος. Οὗτοι δὲ εἰσὶν Αἴολος καὶ Σίσυφος, ἔτι δὲ Ἀθάμας καὶ Σαλμωνεὺς καὶ οἱ τούτων φύντες ἔκγονοι. (5) Ἡ δὲ καλουμένη νῦν Ἑλλὰς λέγεται μέν, οὐ μέντοι ἐστί· τὸ γὰρ ἑλληνίζειν ἐγὼ εἶναί φημι οὐκ ἐν τῷ διαλέγεσθαι ὀρθῶς, ἀλλ' ἐν τῷ γένει τῆς φωνῆς· αὕτη δ' ἐστὶν ἀφ' Ἕλληνος· ἡ δὲ Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ κεῖται. Ἐκείνους οὖν ἐροῦμεν τὴν Ἑλλάδα κατοικεῖν καὶ ταῖς φωναῖς ἑλληνίζειν. (6) Εἰ δὲ καὶ κατὰ τὸ ἴδιον τοῦ γένους τῆς Θετταλίας ἡ Ἑλλάς ἐστι, δίκαιον καὶ κατὰ τὸ κοινόν, ὡς νῦν ὀνομάζονται Ἕλληνες, τῆς Ἑλλάδος αὐτὴν εἶναι. (7) Ὅτι δὲ πᾶσα ἣν κατηριθμήμεθα Ἑλλάς ἐστι, μαρτυρεῖ ἡμῖν ὁ τῶν κωμῳδιῶν ποιητὴς Ποσείδιππος, μεμφόμενος Ἀθηναίοις, ὅτι τὴν αὐτῶν φωνὴν καὶ τὴν πόλιν φασὶ τῆς Ἑλλάδος εἶναι, λέγων οὕτως·

Ἑλλὰς μέν ἐστι μία, πόλεις δὲ πλείονες.
Σὺ μὲν ἀττικίζεις, ἡνίκ' ἂν φωνὴν λέγῃς
αὐτοῦ τιν'· οἱ δ' Ἕλληνες ἑλληνίζομεν.
Τί προσδιατρίβων συλλαβαῖς καὶ γράμμασιν
τὴν εὐτραπελίαν εἰς ἀηδίαν ἄγεις;

quæ ab Hellene Æoli patre condita et nominata est in Thessalorum regione inter Pharsaliam et urbem Melitæensium. Jam vero Hellenes (*primitivo vocabuli sensu*) genere sunt et lingua hellenissant ii qui ab Hellene originem ducunt; eundem in modum Athenienses qui Atticam incolunt, Attici genere sunt et dialecto atticissant, sicuti Dorienses a Doro oriundi dorica dialecto, ab Æolo oriundi æolica, ab Ione Xuthi filio oriundi ionica dialecto utuntur. (2) Hellas igitur suo tempore in Thessalia, non vero in Attica, erat. Atque hac mente Homerus (*Il.* 2, 684) ait:

Myrmidones autem vocabantur et Hellenes et Achæi.

Scilicet Myrmidones appellat qui Phthiam Thessalicam tenebant, Hellenes vero eos quos modo diximus, Achæos denique eos, qui etiam nunc habitant Melitæam et Larissam Cremasten quam vocant, et Thebas Achaidas, quæ urbs prius Phylace nominabatur, unde Protesilaus ad Ilium copias duxit. (3) Hellas igitur est ab Hellene condita urbs ejusque regio. Idem Euripides quoque testatur:

Nam Hellen, uti aiunt, Jove satus est;
hujus filius Æolus, Æoli vero Sisyphus,
ac Athamas et Cretheus et qui ad Alphei fluenta
Jovis fulgur insaniens jaculatus est, Salmoneus.

(4) Hellas igitur est, ut paullo ante retulimus, quam Jove natus Hellen condidit, a quo τὸ ἑλληνίζειν denominationem accepit. Hellenes autem sunt qui ab Hellene oriundi; illi vero sunt Æolus et Sisyphus et præter eos Athamas et Salmoneus eorumque progenies. (5) Quæ autem nunc appellari solet Hellas sic dicitur potius quam est: nam τὸ ἑλληνίζειν non in recte loquendo positum esse dixerim, sed in genere loquelæ: hæc vero ab Hellene nomen habet; Hellas autem in Thessalia sita est. Eos igitur (*Thessaliæ incolas*) Hellada incolere dicimus et Hellenico sermone uti. (6) Si ergo vel secundum generis proprietatem Thessaliæ Hellas sit, etiam juxta communitatem, ut hodie mos est Hellenes appellari, Helladi eam ascribi consentaneum est. (7) Quod autem regio tota, quam recensuimus, Hellas sit, testis nobis est Posidippus, poeta comicus, Athenienses increpans, quod linguam suam et urbem præcipue Hellada esse contendant, sic dicens:

Hellas quidem una est, urbes vero plures.
Tu quidem atticissas, dum tua lingua utaris:
nos vero græcissamus, qui Græci sumus.
Quid immorans syllabis et verbis
urbanitatem vertis in morositatem?

---

voluit Διός, uti infra Διὸς Ἕλλην. || — Μελιταιέων] cod. Fuhr.; Μελιταίων vlgo. || — οἱ ἀφ' Ἑλλ.] οἱ addidi. Vulgo legitur εἰσιν οἱ τῷ γένει, at vocem οἱ non habet codex. || — 2. Θετταλίας Φθ.] Θετταλίαν Φθ. cod. || — Μελίταιαν] Μελιτίαν cod. || — πρότερον Φυλ.] Strabo IX, p. 435 Phylacen et Thebas distinguit (Φυλάκη ἐγγὺς Θηβῶν ἔστι. Cf. p. 433). Phylacen Homerus memorat, non item Thebas; id quod Nostri sententiæ patrocinatur. || — 3. Εὐριπίδης] in Æolo, ut videtur. V. Wagner. Fragm. Eurip. p. 15. || — Αἴολος] Αἰόλου cod., et mox: τε ὥστ' ἐπ' Ἀλφίου et Σαλμώνου. || — 4. ἀφ' οὗ καὶ] cod.; καὶ om. editt. || — 5. εἶναί φημι] cod.; εἶναι om. editt. || — 7. αὐτοῦ τιν'] Salmasius; αὐτοῦ τινες codex. « Thés-

8. Πρὸς μὲν τοὺς οὐχ ὑπολαμβάνοντας εἶναι τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος οὐδὲ τοὺς Θετταλοὺς Ἕλληνος ἀπογόνους ὄντας ἑλληνίζειν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἕως τῶν Θετταλῶν στομίου * καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου, τὴν διήγησιν πεποιημένοι, καταπαύομεν τὸν λόγον.

8. Hæc dicta sufficiant ad illos refutandos, qui Thessaliam ad Hellada non pertinere arbitrati sunt, neque Thessalos ab Hellene ortos hellenissare. Hic igitur orationem finimus, narratione confecta, qua Græciam terminando perduximus usque ad Thessalorum *Tempe* et Magnetum Homolium.

---

salus aliquis, ut apparet, in terra Attica natum in his vss. alloquitur, atque ut Attici ἀττικίζειν dici debent, quum sua lingua utantur, sic ceteros Græcos ἑλληνίζειν. » SALMAS. ad Solin. p. 100, F. Cf. Meinek. Com. IV, p. 524. || — 8. τῶν... στομίου] Cf. supra.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΓΑΘΑΡΧΙΔΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΕΚΛΟΓΑΙ.

Ἀνεγνώσθησαν Ἀγαθαρχίδου λόγοι δύο, ὁ πρῶτος καὶ ὁ πέμπτος, περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ ἑτέρων παραδόξων ἔργων ἐν κεφαλαίῳ διαλαμβάνοντες.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

1. Ὅτι Πτολεμαῖόν φησι τὸν μετὰ τὸν Λάγου πρῶτον ἐλεφάντων θήραν συστήσασθαι, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων, καὶ τὰ τῇ φύσει κεχωρισμένα τῇ προνοίᾳ συναγαγεῖν ὑπὸ μίαν οἴκησιν. Σκεπτέον δὲ τί φησιν ἐνταῦθα ὁ ἱστορικός. Καὶ γὰρ καὶ πρὸ τῶν Πτολεμαίων ἐλέφασι πολλοὶ χειροήθεσι καὶ ἐν πολέμῳ ἐχρῶντο, ὡς Πῶρός τε ὁ Ἰνδὸς ὁ πρὸς Ἀλέξανδρον πολεμήσας καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι· ἢ ὅτι Πτολεμαῖος οὗτος πολὺς πρῶτος περὶ ταύτην ὤφθη τὴν σπουδήν, ἢ πρῶτος τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον, ἢ τῶν Αἰγύπτου βασιλέων πρῶτος.

2. Ὅτι τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν τὸ ὄνομα ἑλκύσαι φησὶν οὔτε ὅτι τοῦ Ἀραβίου καλουμένου κόλπου τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν ὄρη, δριμείας καὶ διαπύρου τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος βαλλούσης, ἄνθρακος φαντασίαν ἀποδίδωσι, τὰ δὲ πρὸς ἀνατολὰς θῖνες ἄμμου γεώδεις ὑπέρυθροι παρὰ

EX AGATHARCHIDIS DE MARI ERYTHRÆO LIBRIS EXCERPTA.

Lecti sunt Agatharchidis libri duo, primus et quintus, de mari Erythræo aliisque rebus mirabilibus summa capita comprehendentes.

DE MARI ERYTHRÆO E LIBRO PRIMO.

1. Ptolemæum qui post Lagi filium regnavit in Ægypto, primum ait instituisse elephantum nec non aliarum ejusmodi belluarum venationem, et quæ natura disjunxit, in unam quasi stabulationem conduxisse. Expendendum vero quid hoc loco dicat historicus. Nam etiam ante Ptolemæorum ætatem multi elephantibus cicuratis vel in bello usi leguntur, ut Porus Indus, qui cum Alexandro bellum gessit, aliique non pauci. Fortasse Ptolemæus hic primus impense illi studio incubuisse visus est, aut primus successorum Alexandri, aut inter Ægypti reges primus ei rei operam dedit.

2. Erythrum (*rubrum*) mare nomen trahere ait non quod sinus Arabici montes occidentales, dum acres et ignei solis radii eos feriunt, carbonis reddant speciem, orientales vero tumuli arenæ et glebæ subrubrae ad multa oræ maritimæ stadia effundantur; non hanc ob

---

Eclogæ ex Agatharchidis De mari Erythræo libris leguntur in Photii Biblioth. cod. 250, p. 717 ed. Hœschel., p. 1321 ed. Rothomag., p. 441 ed. Bekker. Verborum recensio codicibus nititur tribus, quorum primus est Venetus S. Marci 450 (*cod.* A), quem contulit Bekkerus. Idem adhibuit codicem Parisinum 1266 (*cod.* B), quem denuo excussimus; præterea contulimus codicem Parisinum 1226 (*cod.* C), quem Bekkerus in recensendis Agatharchidis eclogis non inspexit. Lectiones editionum priscarum vulgatæ nomine citabimus.

Ἀνεγνώσθησαν... διαλαβόντες] sic C, fol. 294 vso; ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ πρώτου λόγου Ἀγαθαρχίδου τῶν περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Ὅτι Πτολεμαῖον, κτλ. cod. B, p. 230 itemque, ut videtur, codex A.

§ 1, l. 1. Λάγου] λαγὼν A, λάγων B, λάγου, suprascripto λαγὼν, C. De re v. Diodor. I, 37, 5. III, 36, 3; Artemidor. ap. Strabon. XVI, p. 769. 770; Plinius VI, c. 29; Monument. Adulitan. in Cosma Indopleust. II, p. 141 :.:. ἐλεφάντων Τρωγλοδυτικῶν καὶ Αἰθιοπικῶν, οὓς ὅ τε πατὴρ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς (Ptolemæus III) πρῶτοι ἐκ τῶν χωρῶν τούτων ἐθήρευσαν καὶ καταγαγόντες εἰς Αἴγυπτον κατεσκεύασαν πολεμικὴν χρείαν. ‖ — 3. τῇ προνοίᾳ] omisit B. ‖ — 5. καὶ post γὰρ et lin. 7 ὁ post Ἰνδὸς omisit codex C.

§ 2. l. 11. θάλασσαν cod. C. ‖ — 15. βαλλούσης] βαλούσης codd. AB. ‖ — De re cf. Artemidor. ap. Strabon. XVI, p. 779: Ἐρυθρὰν γὰρ λέγειν (Artemidorus narrat) τινὰς τὴν θάλατταν ἀπὸ τῆς χροιᾶς τῆς ἐμφαινομένης κατ' ἀνάκλασιν, εἴτε ἀπὸ τοῦ ἡλίου κατὰ κορυφὴν ὄντος (sic Agathemer. II, 11), εἴτε ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐρυθραινομένων ἐκ τῆς ἀποκαύσεως· ἀμφοτέρως γὰρ εἰκάζειν. Κτησίαν δὲ τὸν Κνίδιον πηγὴν ἱστορεῖν ἐκδιδοῦσαν εἰς τὴν θάλατταν ἐρευθὲς καὶ μιλτῶδες ὕδωρ. Ἀγαθαρχίδην δὲ τὸν ἐκείνου πολίτην παρά τινος Βόξου, [Πέρσου] τὸ γένος, ἱστορῆσαι, διότι Πέρσης τις Ἐρύθρας ἱπποφορβίου τινὸς ὑπὸ λεαίνης οἴστρῳ κατασχομένης ἐξελαθέντος μέχρι θαλάττης κἀκεῖθεν εἰς νῆσόν τινα διάραντος, σχεδίαν πηξάμενος πρῶτος περαιωθείη πρὸς τὴν νῆσον· ἰδὼν δὲ καλῶς οἰκήσιμον, τὴν μὲν ἀγέλην εἰς τὴν Περσίδα ἀπαγάγοι πάλιν· ἀποίκους δ' ἐκεῖ στεῖλαι τε καὶ [εἰς] τὰς ἄλλας νήσους καὶ τὴν παραλίαν, ἐπώνυμον δὲ ποιήσειεν ἑαυτοῦ τὸ πέλαγος. Τοὺς δὲ Περσέως υἱὸν ἀποφαίνεσθαι τὸν Ἐρύθραν, ἡγήσασθαί τε τῶν τόπων. Quod de Persei filio ferebatur, Agatharchides fabulis accenset. Ceterum vid. quæ de Erythra ejusque insula ex auctoritate Mithropastæ satrapæ tradunt Nearchus et Orthagoras ap. Strabon. XVI, p. 766 et Arrian. Ind. c. 37 (V. Scriptor. Rer. Alex. p. 68 sqq. ibique notata); cf. Curtius VII, 9, 14; Mela III, 8, 1; Plinius VI, 28. 32;

πολλὰ στάδια τῆς αὐτόθι παραλίας ἐκκέχυνται. Οὐμενοῦν οὐκ ἐκ τούτου Ἐρυθρὰ κέκληται· εἰ γὰρ καὶ ὁ παράπλους μέν ἐστι στενὸς, τῶν δὲ λόφων καὶ θινῶν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ κόλπου παντὸς ὑπερκειμένων ἡ πίπτουσα παρ' ἀμφοτέρων εἰς τὸν πόρον τῶν ἠπείρων αὐγὴ τῇ χέρσῳ παρεγγυᾷ τὴν θάλατταν ὁμοίαν, τῆς μὲν ἰδέας πᾶσιν ὁρωμένης, τοῦ δὲ πάθους οὐ πᾶσι γινωσκομένου, ἀλλ' οὖν οὐ διὰ τοῦτό φησι τὴν κλῆσιν λαβεῖν τὴν θάλατταν, εἰ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τοῦτο πολλοῖς ἔδοξεν.

3. Οὕτω μὲν οὖν ὁ πρῶτος εἰ καὶ μὴ ἀληθὴς τῆς αἰτίας λόγος· δεύτερος δὲ, ὁμοίως ἔχων, τὸν ἥλιον ἐκεῖσέ φησιν ἐπιτέλλοντα οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν λαμπραῖς ταῖς ἀκτῖσιν εἰς τὸν πόρον βάλλειν, ἀλλὰ παρομοίαις αἵματι, ἐξ ὧν τοῖς ὁρῶσιν ὕφαιμον παρασκευάζειν τὸ πάθος τὴν τῆς θαλάττης ἔμφασιν, κἀκεῖθεν Ἐρυθρὰν κατονομάζεσθαι.

4. Τρίτος δέ ἐστιν ὁ Ἀργολικὸς λόγος, ὅς ἐστι (φησί) τῇ μὲν τόλμῃ μέγας, τῇ δ' ἀποδείξει κενός. Οἱ γὰρ περὶ Δεινίαν ἱστορικοί φασιν, ἀπὸ τῆς ποιητικῆς ἐξουσίας καὶ αὐτοὶ ἄδειαν λαβόντες, ἐξ Ἄργους εἰς Αἰθιοπίαν (ἐκαλεῖτο δὲ τότε Κηφηνία) παραγεγονότα ἐπὶ λύσει τῆς Κηφέως θυγατρὸς τὸν Περσέα, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Πέρσας μεταστάντα, Πέρσαις μὲν ἀπό τινος τῶν ἐγγόνων τῆς κλήσεως μεταδοῦναι, Ἐρύθραν δὲ γεννῆσαι υἱὸν, καὶ ἐξ ἐκείνου τῇ θαλάσσῃ τὴν κλῆσιν παρασχεῖν. Τοιοῦτος μὲν καὶ ὁ Ἀργολικὸς περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης σχεδιασμός.

5. Τέταρτος δὲ καὶ ἀληθής ἐστιν, ὃν αὐτὸς μεμά-

causam, inquit, mare illud Erythrum vocatur; nam etiamsi navigatio illac sit angusta, atque verticibus et tumulis universo utrinque sinui impendentibus, splendor ex utraque continente in fretum incidens mare terræ assimile esse denuntiet, specie quidem illa in omnium oculos incurrente, causa vero affectionis non omnibus explorata: non tamen propterea, inquit, nomen istud mare nactum esse, licet multi ante ipsum ita sint opinati.

3. Hæc igitur est prima ratio, quamvis a vero dissentanea. Altera, perinde se habens, solem censet orientem illic, non ut apud nos, lucidos in fretum radios dimittere, sed cruori assimiles, unde cruentam maris speciem efficiat intuentibus hæc affectio, et hinc Erythri sive Rubri maris appellationem exsistere.

4. Tertius sermo Argolicus est, ausu quidem (ait) magnus, sed persuasu inanis. Nam qui Diniam sectantur historici, ex poetarum licentia etiam ipsi securitatem nacti, perhibent ex Argis in Æthiopiam (quæ Cepheniæ tunc habebat nomen) Perseum ad filiam Cephei liberandam profectum, et inde ad Persas transgressum, nomen hoc a filiorum quopiam cum Persis communicasse: scilicet procreato Erythra filio, ab hoc nomen mari indidisse. Talis igitur etiam Argolica est de Erythræo mari hariolatio.

5. Quarta autem eaque vera rei ratio est, quam ipse

Solin. c. 36; Dio Cassius LXVIII, 28; Agathemerus II, 11; Uranius lib. II Arabicorum ap. Steph. Byz. v. Ἐρυθρά, ubi: Ἐρυθρά, ἡ θάλασσα, ἀπὸ Ἐρύθρου τοῦ ἥρωος (ἀπὸ Ἐρύθρου βασιλέως πεσόντος ἐκεῖ καὶ πνιγέντος Etym. M.). Οὐράνιος δ' ἐν Ἀραβικῶν δευτέρᾳ ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν, ἃ ἐρυθρὰ δεινῶς εἰσὶ καὶ πορφυρᾶ, καὶ ἐπὴν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος τὴν αὐγὴν, καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν σκιὰν ἐρυθράν· καὶ ὄμβρῳ δὲ κατακλυσθέντων τῶν ὀρέων κάτω συρρέοντι εἰς θάλασσαν, οὕτω γίγνεται ἡ θάλασσα τὴν χροάν. Eadem Eustathius ad Dion. 39 et Etym. M. p. 379, 8, qui deinde l. 12 adjicit hæc: Ἐρυθραῖον πέλαγος, ἀπὸ Ἐρυθραίου τινὸς βασιλέως· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, ἔρριψαν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐπιγράψαντες τῷ τάφῳ· « Ἐνθάδε * τάφος ἁλὸς * παμμεδέοντος Ἐρύθρου. » Cf. interpret. ad Herod. IV, 37. Ex recentioribus vide Relandi Dissert. De mari Rubro in tom. I Dissert. miscellan.; D'Anville in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* t. XXXV, p. 590. Gosselin *Recherches*, tom. II, p. 76 sqq.; Niebuhr *Beschreibung Arabiens* p. 418 et præ ceteris Fresnel in epistol. mss. ap. Ritter *Erdk.* XIII, p. 254. Fuere qui *Rubrum mare* dici putarent pro *mari Edomi* i. e. *Rubri*, quoniam a serioribus nonnullis mare *Idumæum* vocatur. Quam sententiam jam refutavit Relandus. Nomen Hebraicum *Iam-Suph* sive *mare Suph* (Moses II, 10, 19 etc.), cui respondet Ægyptium *Phiom an Schari* sive *mare Schari* (Champollion, *L'Égypte sous les Pharaons* t. I, p. 51), nonnisi ad intimum sinus Arabici recessum, quem permearunt Judæi, referendum est, ductum sc. a planta ibi nascente, quam speciem κυπείρου, *cyperum divitem*, esse, etiamnunc in ora prope *Tor* oppid. obviam, docet Fresnel. Quod Hieronymus *De qualitate mar. rubr.* p. 48 putat Rubrum mare dici a planta *suph*, quæ efficiat ut rubra aqua esse videatur, Fresnelius rejiciendum censet; nam etiamsi vel arena rutilans vel plantæ marinæ in nonnullis locis tale quid efficiant, idem non rarius aliis in maribus occurrere. Ipse denique Fresnelius nomen maris ita interpretatur, ut sit mare Homeritarum, quos Græci dixerunt, i. e. *Himjar* vel *Hhomayr*, seu *Rubrorum*; nam gentis hujus nomen et arabicum vocabulum *ahhmar* (rubrum) ejusdem esse radicis. Isto *Rubrorum* nomine nobilem Himjaritarum sive Sabæorum stirpem a nigris gentibus distingui; eamque prisco ævo et orientale et occidentale nec non meridionale Arabiæ litus atque objacentem Æthiopiæ oram tenuisse. Ab iisdem oris quum oriundi sint Phœnices, φοίνικας, i. e. *punicos* sive *purpureos*, a Græcis dictos esse. || — 1. αὐτόθι C. Mox pro ἑκάτερα idem habet ἑκατέρας.

§ 3, lin. 11. δεύτερον A. Deinde φασίν vgo.

§ 4, l. 17. Ἀργολικὸς] C, ἀργολογικὸς h. l. et lin. 26 AB. || — 18. δ' ἀποδείξει] C; δὲ δόξῃ AB. || — 19. Δεινίαν] κλεινίαν codd. et editt.; mutavi ex emend. Reinesii. De Dinia Ἀργολικῶν auctore vid. Fr. Hist. tom. III, p. 24 sq. || — 23. μεταστάντα AB et margo C, qui in textu habet vulgatam μετὰ ταῦτα || — 23. ἐκγόνων B. || — 25. θαλάττῃ C.

§ 5, l. 28. Voces δὲ et αὐτὸς omittit codex B. || —

θηκε παρὰ Πέρσου· Βόξος δ' ἦν τούτῳ ὄνομα, φησίν· ὃν καὶ ἑλληνίσαι γλῶσσαν καὶ γνώμην, καὶ ταῖς Ἀθήναις λιπόντα τὴν πατρίδα ἐμβιῶναι. Ἔλεγε δὲ ὁ τοῦ Πέρσου λόγος ταῦτα. Γίνεταί τις κατ' εὐτολμίαν καὶ πλοῦτον εὐδοκιμῶν Ἐρύθρας ὄνομα, γένος μὲν Πέρσης, υἱὸς δὲ Μυοζαίου, κατοικῶν δὲ θάλαττης μὲν οὐ πόρρω, κατεναντίον δὲ νήσων ἐρήμων οὐσῶν οὐ νῦν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς Μήδων ἡγεμονίας· τότε γὰρ καὶ ὁ Ἐρύθρας ἐγνωρίζετο, ὃς τοῦ μὲν χειμῶνος ἐν Πασαργάδαις ἐποιεῖτο τὴν οἴκησιν, ἔαρος δὲ μετέβαινεν ἐπὶ τὴν ἰδίαν κτῆσιν, τῆς τε ἄλλης ἕνεκα χρείας, καὶ χάριν τινὰ τῷ βίῳ διὰ τῆς τοιαύτης μεταβολῆς ἀπονέμων. Τούτου φορβάδων ἀγέλῃ μείζονι λέοντες ἐπορούσαντες τινὰς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν· αἱ δὲ περισωθεῖσαι, τῷ δέει τῆς ὄψεως οἶστρον λαβοῦσαι, ἐπὶ τὴν θάλατταν ἠλαύνοντο, καὶ (ἦν γὰρ αὖρα κατὰ τύχην ἀπόγαιος εὐμεγέθης) ἐμπεσοῦσαι τοῖς ῥείθροις μετὰ πτοήσεως τὰ μὲν πρῶτα παρὰ τὴν γῆν ἐνήχοντο, τοῦ δὲ δείματος οὐ λήγοντος ἐξεκυμάνθησαν καὶ μόλις ἐπὶ τὸ τῆς ἀντικρὺ νήσου πέρας διεσώθησαν, ἑνὸς τῶν αἰπόλων νεανίου καὶ τόλμῃ διαφέροντος συμπεραιωθέντος, ἄλλοτε ἄλλης τῶν ὤμων ἀντεχομένου. Ὁ οὖν Ἐρύθρας ζητῶν τὰς οὐ φαινομένας φορβάδας, πρῶτος τῶν ἐκεῖσε σχεδίαν ἐπήξατο, μεγέθει μὲν σύμμετρον, τῇ δυνάμει δὲ στερίφην, καὶ λαβὼν στάσιν οὐρίου καὶ συμμέτρου πνεύματος ἀφῆκεν εἰς τὸν πόρον· ταχὺ δὲ τοῦ κύματος αὐτὸν προώσαντος, εὗρε μὲν τοὺς ἵππους, εὗρε δὲ τὸν νομέα. Θαυμάσας δὲ τὴν νῆσον, καὶ πόλισμα ἐπὶ λιμένος εὐκαίρου ἱδρύσατο, καὶ ἐκ τῆς ἀντιπέραν τοὺς ἀπόροῦντας βίου μετενεγκὼν ἐπόλισεν, ἐκεῖθέν τε καὶ τὰς ἄλλας νήσους ἐρήμους οὔσας ἀνθρώπων οἰκήσεσιν ἐξημέρωσε· καὶ τηλικαύτην δόξαν ἐκ τῶν πραχθέντων πολλοῖς ἐνεποίησεν, ὥστε τὴν ἐκεῖσε θάλατταν, οὖσαν ἄπειρον μεγέθει, πάντας ἔτι καὶ καθ' ἡμᾶς ἐπονομάζειν Ἐρυθράν. Τὰ μὲν οὖν αἴτια τῆς κλήσεως ἔχοντα διαφοράν (μέγα γὰρ τὸ παραλλάττον, Ἐρύθρα θάλατταν εἰπεῖν ἢ θάλατταν ἐρυθράν· τὸ μὲν γὰρ τὸν κυριεύσαντα σημαίνει τῆς θαλάττης ἄνδρα, τὸ δὲ τὴν πυρρότητα δηλοῖ τῆς ῥηθείσης φύσεως) ἐν τούτοις. Ἔστι δέ, φησί, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ χρώματος τὴν κλῆσιν κατασκευάζον ψεῦδος (οὐ γὰρ ἔστιν ἐρυθρά), τὸ δ' ἀπὸ τοῦ δυναστεύσαντος ἀληθές, ὡς ὁ Πέρσης λόγος ἐπιστώσατο.

6. Ὅτι οὐδὲ ἀπό τινος τῶν τοῦ Περσέως ἐγγόνων ἀξιοῖ οὗτος, καίτοι πολλῶν λεγόντων, τὴν κλῆσιν τοὺς Πέρσας κληρώσασθαι· μηδὲ γὰρ ἐκείνους σφᾶς αὐτοὺς Πέρσας παροξυτόνως ὀνομάζειν, ἀλλὰ Περσᾶς, ἐπὶ τέλους τῆς περισπωμένης τιθεμένης.

7. Ὅτι τὰ κατὰ τὸν Περσέα εἰς ψεῦδος καὶ δι' ἀλ-

auctor e Persa viro didicit. Boxus (inquit) huic nomen erat, qui lingua menteque Græcum referens, relicta patria, Athenis vitam egit. Sermo vero Persa erat hujusmodi. Fuit quidam audacia et divitiis clarus, Erythras nomine, genere Persa, Myozæi filius. Domum habebat non procul a mari sitam contra insulas, quæ desertæ nunc quidem non sunt, sed erant tempore imperii Medorum, quando etiam Erythras noscebatur; qui hieme Pasargadis commorari solebat, vere autem ad proprios fundos redibat, tum aliam ob utilitatem, tum ut aliquam vitæ suæ voluptatem hac commutatione indulgeret. Hujus in equarum gregem sat numerosum quum leones irrupissent, nonnullæ quidem interemptæ sunt, reliquæ autem incolumes, consternatione e re visa seu œstro perculsæ, ad mare cursu ferebantur, et (aura tum forte a terris flante vehementius) in fluenta insilientes præ pavore, quum initio præter litus natarent, mox, terrore non desistente, undarum vi abreptæ sunt et vix tandem in adversam insulam delatæ evaserunt, simul cum iis trajiciente uno ex armentariis, juvene insignis audaciæ, qui modo hanc modo illam armo prensabat. Erythras igitur equas non amplius visas investigans, primus hominum ejus loci ratem compegit magnitudine mediocri, sed vi structuræ solidissimam, atque venti secundi commodique tenorem nactus demisit in fretum, celeriterque unda ipsum propellente, reperit equas reperitque pastorem. Admiratus autem insulam tum oppidum ad portum commode situm exstruxit, tum ex opposita continente rei inopia laborantes illuc habitatum transduxit, indeque etiam reliquas insulas vacuas habitatorum frequentia excoluit; ac tantum gloriæ ex rebus gestis apud vulgus sibi comparavit, ut mare illud magnitudine infinitum omnes ad nostram usque ætatem Erythræum appellent. Quæ igitur de causis denominationis proferuntur bene distinguenda (nam multum differt Erythræ mare dicere et mare erythrum i. e. *rubrum*; illud enim potitum eo mari virum significat, hoc rubedinem aquæ denotat) ita se habent. Ducta autem a colore nominis explicatio falsa est (mare enim non est rubrum), altera autem a viro ibi regnante repetita est vera, ut Persica narratio fidem fecit.

6. Neque a quodam ex Persei prosapia Persas nomen nactos esse Agatharchides censet, licet multi id perhibeant. Illos enim se ipsos non Persas, accentu in penultima, sed Persâs, ultimâ circumflexâ, appellare dicit.

7. Dum narrationem quæ de Perseo fertur per alia

1. Βόξος] Sec. Theognost. Can. 378 scrib. foret Βοξός. || — 2. γλῶτταν vgo. || — 6. θάλατταν vgo. || — 7. οὐσῶν] ὄντων C. || — 16. γὰρ om. C. || — εὐμεγέθης C; εὐμεγέθεις AB; fort. erat εὐμεγέθεσι.. ῥείθροις || — 17. πτοήσεως] πτώσεως suprascriptum habet C. || — 18. δείματος] an οἰδήματος, de mari tumente dictum? || — 24. στερίφην om. AB, spatium vacuum relinquentes. || — 37. τῆς θαλάττης A et mgo C; τῆς θαλάσσης B; τὴν θάλατταν C. || — 41. δυναστεύοντος B; ὁ deest in vgata.

§ 6, l. 43. ἐκγόνων B. || — 44. πολλῶν ἄλλων λεγόντων C et vgo.

§ 7, l. 48. Titulum ineptum, qui huic excerpto vgo

λων πολλῶν ἀπάγειν σπουδάζων, προστίθησι καὶ ταῦτα. Πλὴν εἰ μὲν τραγικῶς ὁ Περσεὺς ἐστράτευται, τὸ πρόσωπον περιθέμενος καὶ τὴν ἅρπην λαβὼν, καὶ περὶ τῶν ἑξῆς ἐπιτρέψαις [ἂν] ὑποκριτῇ καὶ χορῷ διαλύεσθαι (καὶ) τὰ τῆς ἀντιλογίας εἰς μῦθον, ὡς οἱ πολλοὶ συγκεχωρήκασιν. Ἐπιδράμωμεν τῶν τοιούτων τὰ κεφάλαια διὰ βραχέων. Κένταυρον γεγονέναι, Γηρυόνην, Κύκλωπα, Χρύσην, Κίρκην, Καλυψὼ, Μινώταυρον, Σκύλλαν, Χίμαιραν, Πήγασον, Λαιστρυγόνας, Κέρβερον, Γλαῦκον θαλάττιον, Ἄτλαντα, Πρωτέα, Νηρέα, Νηρεΐδας, τοὺς παῖδας τοὺς Ἀλωέως, ἐννεοργυίους μὲν αὐξηθέντας μῆκος, ἐννεαπήχεις δ' εὖρος· ἔτι δὲ γένος μὲν ἀναφῦναι καθ' Ἡσίοδον πρῶτον μὲν χρυσοῦν, ἔπειτα ἀργυροῦν, εἶτα χαλκοῦν· πάλιν ἵππους μὲν γενέσθαι περὶ τῶν μελλόντων συλλαλοῦντας Ἀχιλλεῖ, Σφίγγα δὲ τοῖς τῶν Θηβαίων παισὶν αἴνιγμα προβάλλουσαν, Σειρῆνας δ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν ἀκροωμένων ᾀδούσας, Νιόβην δὲ καὶ Πολυδέκτην διὰ φόβον ἀπολιθουμένους· ἐπὶ δὲ τούτους τοὺς Ὀδυσσεῖ συμπλεύσαντας ἐκ μὲν ἀνθρώπων εἰς σῦς, ἐκ συῶν δὲ εἰς ἀνθρώπων μεταβῆναι διάθεσιν· ἔτι Τάνταλον τιμᾶσθαι μὲν διὰ σωφροσύνην, συνέστιον ὄντα θεοῖς, τιμωρεῖσθαι δὲ δι' ἀκολασίαν, ἐν ἀέρι φερόμενον· ἑτέρους εἰς Ἅδου καταβαίνοντας διὰ προαίρεσιν, τοὺς μὲν ὅπως ὑπὲρ τῶν ζώντων τοῖς νεκροῖς μάντεσι χρήσαιντο, τοὺς δὲ ἵνα τὴν Περσεφόνην ὡς ἔρημον ὑπάρχουσαν βίᾳ νυμφεύσωσι· καὶ κῴδιον ἐπὶ προβάτου γενέσθαι χρυσόμαλλον, μηλέας ἐν τῇ Λιβύῃ πεφυκέναι μῆλα φερούσας χρυσᾶ, σῶμα ἔμψυχον πάντα τὸν βίον διακαρτερεῖν ἄγρυπνον, βορέαν καὶ νότον μετὰ τῶν ἄλλων ἀνέμων ἐν ἀσκῷ πνίγεσθαι συγκεκλεισμένους· πρὸς τούτοις Πασιφάην μὲν ταύρῳ, Τυρὼ δὲ ποταμῷ μίγνυσθαι, πρὸς οὐδὲν γένος τὴν εὐνὴν ἐχούσας ἀλλόφυλον· καὶ Φιλομήλαν μὲν ἀηδόνος ἐξαλλάξαι μορφὴν, Τηρέα δὲ ἔποπος, Ἑκάβην δὲ εἰς κυνὸς οἰκουροῦ καταστρέψαι φύσιν· ἐπὶ τούτοις τὴν Ἰὼ γεγονέναι μὲν ποταμοῦ θυγατέρα, ταυροκέρῳ δὲ μορφῇ διαπτῆναι βοὸς οἰστρώσης τὸ Ποντικὸν πέλαγος, ἀφ' ἧς καὶ τὸν Βόσπορον εἰληφέναι τὴν κλῆσιν· ἔτι Καινέα τὸν Λαπίθην τὸ μὲν ἀπ' ἀρχῆς γενέσθαι παρθένον καὶ γυναῖκα, ἡβήσαντα δὲ εἰς ἄνδρα μεταστῆναι, τὸ δ' ὕστατον εἰς τὴν γῆν ὑπὸ τῶν Κενταύρων καταδῦναι, ταῖς ἐλάταις τυπτόμενον, ὀρθόν τε καὶ ζῶντα· καὶ Λήδαν μὲν ἀντὶ τῆς καθηκούσης γυναικὶ τεκνώσεως, ᾠοῦ τεκεῖν φύσιν, ἐξ οὗ τὸ περιμάχητον εἶδος, τὴν Ἑλένην λέγω, τυπωθῆναι· τὴν δὲ Ἕλλην καὶ Φρίξον ἐπὶ κριοῦ τοῖς ποσὶ πετομένου τὸν πόρον κατανύσαντας, τὴν ἐφ' ἑκάτερα θάλατταν Ἑλλήσποντον ἀφ' ἑαυτῶν προσαγορεῦσαι· τὸν δ' Ἡρακλέα καὶ τὰ πελάγη μὲν, οὗ μέγιστοι χειμῶνες, ἐν λέβητι διαπλεῖν, τὴν δὲ Λιβύην ἄσπορον, ἄνυδρον,

ad mendacium restringere studet, adjungit etiam hæc : Quodsi talis qualem tragœdia exhibet, Perseus expeditionem fecit, larva indutus et ense falcato instructus, etiam de sequentibus fabulis histrioni choroque dirimenda permiseris quæ proferri possint contra narrationem vulgi assensu comprobatam. Capita ejusmodi fabularum obiter percurramus. Sic narrant fuisse Centaurum, Geryonem, Cyclopem, Chrysen, Circen, Calypso, Minotaurum, Scyllam, Chimæram, Pegasum, Læstrygones, Cerberum, Glaucum marinum, Atlantem, Proteum, Nereum, Nereides, Aloei filios ad novenarum orgyiarum auctos longitudinem, et novenorum cubitorum latitudinem; tum, Hesiodo tradente, genus exstitisse primo aureum, deinde argenteum, post hæc æneum; rursus equos fuisse de futuris colloquentes cum Achille, Sphingem, Thebanorum pubi ænigma proponentem; Sirenes ad perniciem auditorum cantillantes; Nioben et Polydectem in saxa ex pavore conversos; porro navigationis Ulysseæ comites ex hominibus in porcos, et e porcis in humanum rursus habitum transiisse; item Tantalum propter mentis integritatem honore affici, mensæ deorum admotum, et propter flagitiosam libidinem in aëre suspensum plecti; alios data opera descendisse ad Plutonis domum, vel ut vates mortuos de vivis consulerent, vel ut Porserpinam ceu solitariam ipsi sponsam sibi facerent; vellus aureæ lanæ in ove exstitisse; malos in Africa nasci mala producentes aurea; corpus animatum per omnem vitam insomne permansisse; boream et austrum cum ceteris ventis in utre præfocare inclusos; porro Pasiphaen cum tauro, et Tyro cum fluvio rem habere, cum nullo diversæ naturæ genere lectum ineuntes; et Philomelam in lusciniæ, Tereum in upupæ, Hecubam in canis domestici naturam esse mutatam; Io præterea filiam amnis fuisse, et cornuta forma bovis asilo agitatæ Ponticum transvolasse mare, quod etiam Bospori nomen ab ea acceperit; Cæneum Lapitham primo virginem, circa pubertatis annos ex femineo sexu in virilem transmigrasse, atque postremo quum a Centauris abietum incussu verberaretur, vivum et erectum subiisse terram; Ledam ejus quæ in feminam cadit procreationis loco nativum peperisse ovum, ex quo forma illa tot pugnis expetita, Helenam dico, efformata sit; Hellen et Phrixum in ariete pedibus volante trajectum conficientes, mare illud quod ad utrumque littus est, Hellespontum de se nominasse; Herculem maria, ubi maximæ oriuntur tempestates, in olla emensum esse, et Africam, sementis et aquæ viæque expertem, so-

præfigitur : Περὶ παραδόξων ζῴων καὶ ἄλλων πραγμάτων, om. BC, in margine exhibet A. || — 2. εἰ μὲν] « malim εἰ μὴ » *Bekker.*; || — 4. ἐπιτρέψαις] sic scripsi pro ἐπιστρέψας codd., includens deinde utpote ejiciendam vocem καὶ. Mox velim εἰς μύθους οὓς οἱ πολλοί. || 11. τοὺς] τοῦ vgo. || — 16. τοῖς] deest in C et vgo. || — 37. μορφὴν pr. A. || — 46. πετομένους codd.; mutavi suadente Bekkero. || — 48. ἀφ' ἑαυτῶν

ἀπορευτὸν ὑπάρχουσαν μόνον διεξέρχεσθαι, τῷ δὲ Ἄτλαντι τὸν τηλικοῦτον διαδέξασθαι κόσμον, πρόσταγμα μὲν οὐκ ἔχοντα, χάριν δὲ τιθέμενον· καὶ τῷ μὲν Ὀρφεῖ κιθαρίζοντι διὰ φιλομουσίαν τὰ ὄρη καὶ τὰς πέτρας ἀκολουθεῖν, κρέα δὲ ὀπτώμενα τῶν Ἡλίου βοῶν φωνὴν προΐεσθαι τοῖς ἀνθρώποις συνετήν· τῶν δὲ μετηλλαχότων τὸν βίον ἐπὶ σχολῆς πρὸς Ὀδυσσέα διεξέρχεσθαι παντοδαπῇ ἀδολεσχίαν, ἐκ τῆς ἀμόρφου σκιᾶς τὸ τῆς ὄψεως γινώσκοντα ἰδίωμα, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν (ἀπὸ τοῦ) πίνειν οὐ κοιλίας, οὐ βρόγχους ἔχοντας, ἑτέρους δὲ φοβεῖσθαι τὸν σίδηρον οὐκέτι δυναμένους τρωθῆναι, τινὰς δὲ πέτρον κυλίειν, τῶν σωμάτων πάλαι καταχεχαυμένων, ἄλλους δὲ δικάζειν ἑτέροις τεθνηκόσιν, ἀδικήματος οὐδενὸς ὑπάρχοντος· τὸ δ' ἔσχατον, τῶν οὐκέτι ὄντων τοὺς τύπους ἐν πορθμίδι διαπλεῖν, ἔχοντας Χάρωνα ναύκληρον καὶ κυβερνήτην, ἵνα μὴ καταστραφέντες ἐκφορᾶς ἐπιδέωνται πάλιν· καὶ τὴν μὲν Ἄλκηστιν καὶ Πρωτεσίλαον καὶ Γλαῦκον τετελευτηκότας πάλιν ἀναστῆναι, τὴν μὲν ὑφ' Ἡρακλέους ἀναχθεῖσαν, τὸν δὲ διὰ τὸν τῆς γυναικὸς ἔρωτα, τὸν δὲ ὑπὸ τοῦ μάντεως τοῦ συγκατορυχθέντος· τοῦ δὲ Ἀμφιαράου ζῶντος τὸ σῶμα καταδέξασθαι μετὰ τῶν ἵππων καὶ τοῦ δίφρου τὴν γῆν· ἔτι τοίνυν ὀδόντας ἐκ Κάδμου σπαρῆναι δράκοντος, ἐκ δὲ τούτων ὁπλίτας ἀνατεῖλαι μαχομένους ἀλλήλοις· τὸν δὲ Τάλων τὸν φύλακα τοῦ Μίνω τρὶς μὲν ἐν ἡμέρᾳ πᾶσαν περιπολεῖν τὴν Κρήτην, τηλικαύτην οὖσαν, τὴν δὲ ζωὴν μόνον τῶν ἐμψύχων τοῦτον ἐν τῷ σφυρῷ κεκτῆσθαι· καὶ τοῦ Μίνω δὲ ἀμήχανον εἶναι παραλῦσαι τὸν βίον, εἰ μή τις αὐτῷ ζέον ὕδωρ καταχέαι· πρὸς τούτοις ὑπὸ μὲν τῆς Μηδείας γέροντα κριὸν ἐπῳδαῖς μεταπεσόντα νέον γενέσθαι πάλιν, ὑπὸ δὲ τῶν Πελιάδων καθεψηθῆναι τὸν πατέρα Πελίαν, ἵνα γένηται νέος· τὰς δὲ Φορκίδας τρεῖς μὲν οὔσας γραίας, ἑνὶ δὲ χρωμένας ὀφθαλμῷ, διεξάγειν τὸν βίον ἄλυτον παρ' ἀλλήλων κατὰ μέρος ἀμειβομένας πίστιν· ἔτι δὲ τοὺς τὴν Ἀρκαδίαν οἰκοῦντας καὶ τὴν Ἀττικὴν γηγενεῖς τε εἶναι καὶ παρὰ φύσιν γεγονέναι· καὶ τὴν μὲν ἐν Αὐλίδι σφαγεῖσαν ἐν Ταύροις ἀναφανῆναι ζῶσαν, τὴν δ' ἐν Πελοποννήσῳ καταποντισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς Ἀκρισίου τῇ παραλίᾳ τῇ Σεριφίων ἀβλαβῆ μετὰ τοῦ βρέφους προσπεσεῖν· τὸν δ' ὑπὸ Μενελάου κατὰ τὴν μονομαχίαν ἤδη χειρούμενον, ἐξαίφνης ἁρπαγέντα, ἐν τῷ θαλάμῳ γενέσθαι πρὸς συνουσίαν ἕτοιμον ὄντα, τῶν δεινῶν ἁπάντων ἐπιλελησμένον· τοῦ δὲ δουρείου τὸ κύτος οὐκ ἐφ' ἁλώσει συμπαγῆναι πόλεως, ἀλλ' ἐπὶ προδοσίᾳ τῶν περὶ τὸν Ὀδυσσέα καὶ τὸν Νεοπτόλεμον· τοιαύτην ὁ τρόπος ὑπογράφει τὴν εὐήθειαν καὶ τοῦ κατασκευάσαντος τεχνίτου καὶ τῶν ἐμβάντων ἀριστέων καὶ τῶν ὑποδεξαμένων εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν· ἐπὶ τούτοις, ὅτι τὸν τηλικοῦτον οὐρανὸν μετὰ τῶν ἐν αὐτῷ διατρι-

lum peragrasse, et pro Atlante tantæ molis mundum in se recepisse, non quod mandatum haberet, sed ut gratiam iniret; Orpheum citharam pulsantem montes scopulosque amore Musicæ secutos esse; carnes boûm Solis inter assandum vocem hominibus intellectam edidisse; vita defunctos per otium omnis generis sermones habere cum Ulysse ex informi umbra propriam uniuscujusque faciem agnoscente, aliosque horum bibere nec alvum nec gulam habentes, alios ferrum extimescere vulnerationi non amplius obnoxios; nonnullos saxum volvere, crematis olim corporibus; alios jus dicere ceteris ubi nihil injuriarum est reliquum; denique eorum qui non amplius sunt simulacra in cymba trajicere Charonte nauclero et gubernatore, ut ne submersi denuo funeris elatione opus habeant; porro Alcestin et Protesilaum et Glaucum post vitæ finem exsurrexisse, illam ab Hercule reductam, Protesilaum ob amorem uxoris, Glaucum opera (*Polyidis*) vatis una cum ipso defossi excitatum; Amphiarai, vita adhuc integra, corpus una cum equis et curru terram absorbuisse; porro dentes draconis a Cadmo satos esse, ex iisque natos viros armatos depugnantes inter sese; Talôn, Minois custodem, ter quotidie totam circumambulare Cretam, insulam tam longe patentem, solumque animatorum in talo vitæ sedem habere; Minoi vitam abrumpi non potuisse nisi quis ferventem ei aquam affunderet; adhæc incantatione Medeæ immutatum senem hircum ad juventutem rediisse, et a Peliadibus coctum esse patrem, ut rejuvenesceret; tres anus Phorcides unius oculi usu vitam exegisse, indissolubilis inter se fidei commutantes vicem; Arcadiæ et Atticæ cultores terrigenas esse et præter naturam ortos; mactatam in Aulide puellam vivam se exhibuisse apud Tauros, et in Peloponneso mari demersam a patre Acrisio, Seriphiorum littoribus incolumem una cum infante appulisse; a Menelao in singulari certamine jamjam subactum, subito abreptum, in cubiculo fuisse ad complexum paratum et omnis adversi casus oblitum; lignei equi receptaculum non ad expugnationem urbis esse compactum, sed ob proditionem Ulyssis et Neoptolemi sociorumque (Talis hoc modo stultitia depingitur et artificis qui equum exstruxit, et procerum qui hunc inierunt, et civium qui in propriam urbem eundem susceperunt); adde his, quod cœlum tam vastum, diis in eo commorantibus suis

Ἑλλήσποντον B. || — 1. διέρχεσθαι C. || — 2. πρόσταγμα μὲν] προστεταγμένα AB. || — 7. An πολλοὺς v. τινὰς ἐπὶ σχολῆς? || — 9. γινώσκοντας codd.; em. Hemsterhus. ad Lucian. p. 407 A; idem pro ἐκ τῆς ἀμ. leg. conjecit ἐπὶ τῆς ἀμ., et pro ἀπὸ τοῦ scr. vult αἵματος. || — 19. τὸν τῆς γ.] τῆς γ. τὸν AB. || — 25. Τάλων τὸν φύλακα τοῦ M.] sic AB et margo C; ἰταλωτὸν Μίνω C et vgo. || — 34. ἄλυτον παρ' om. AB. || — 48. ἐμβά-

βόντων θεῶν τοῖς ἰδίοις ὁ Ἄτλας ὤμοις ὑπειληφὼς, ὅμως τὰς καλουμένας Ἀτλαντίδας ἐτεκνοποιήσατο· ὅπερ ἀμήχανον· ὅτι τὴν ἅπασαν οἰκουμένην ὠκεανὸς περικυκλοῖ, φρουρῶν καὶ συνέχων τοῖς ἑαυτοῦ ῥεύμασιν, οὗ φησὶ πέραν οἰκεῖν τὰς Γοργόνας Ἡσίοδος· ὅτι τῶν ἡρώων τινὲς ἀπαθῆ τὴν διαμονὴν τῶν σωμάτων διαφυλάττουσι πάντα τὸν χρόνον ἐν ταῖς μακάρων νήσοις, ἃς οὐδεὶς κυρίως ἱστόρηκε. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς ἄπορον καταστρέφοντα δόξαν πολλαῖς καὶ τῶν γυναικῶν εὔλογον παραδίδωσι χλευασμόν. Τῶν δ' αὖ θεῶν πῶς παραδεξώμεθα τὸν μὲν ἐν μηρῷ καταρραφέντα τραφῆναι, τὴν δὲ τῇ τοῦ Διὸς κεφαλῇ κοιλίᾳ χρήσασθαι, τὸν δὲ ἄνευ τοῦ πατρὸς τελειωθῆναι (λέγω δὴ τὸν Ἥφαιστον), τὸν δὲ Ἥλιον διὰ τὰς Ἀτρέως εἰς Θυέστην πράξεις τὴν μὲν δύσιν ἀνατολὴν ποιῆσαι, τὴν δὲ ἀνατολὴν δύσιν· πρὸς δὲ τούτοις Ἀπόλλωνα μὲν καὶ Ποσειδῶνα ἐν Τροίᾳ θητεύσαντας ἐνιαυτὸν, οἰκοδομίας ἀποστερηθῆναι μισθὸν καὶ βουτροφίας, ταῖς δεινοτάταις ὑπὸ Λαομέδοντος περιπεσόντας ἀπειλαῖς· Διόνυσον δὲ ὑπὸ Λυκούργου διὰ φόβον καταδιωχθέντα εἰς τὴν θάλατταν πρὸς Θέτιν καταφυγεῖν· πρὸς δὲ τούτοις ἔριν ὑπὲρ κάλλους καταστῆναι θεαῖς, ὧν ἑκάστη μὲν ἐδέκαζε τὸν κριτὴν τοῖς παρ' ἑαυτῇ δώροις, ἵνα παρίδῃ τὸ δίκαιον, οὐδεμιᾷ δὲ παρηκολούθει τὸ συμπεσούμενον ἐκ τῆς κρίσεως τέλος· ἔτι τὸ μὲν Ἀθηνᾶς μέγεθος εἰς χελιδόνος συγκαταβῆναι ὄγκον, τὸ δὲ τοῦ Διὸς ἀξίωμα εἰς κύκνου κατασταλῆναι τάξιν, τὸ δὲ τῆς Δήμητρος κάλλος εἰς τὴν αἰσχίστην μετασταθῆναι διάθεσιν· τὸν δὲ νομιζόμενον μέγιστον Δία ἐπιβουλευθῆναι μὲν ὑπὸ τοῦ ἀναγκαιοτάτου τῆς γυναικὸς ἀδελφοῦ, σωθῆναι δὲ ὑπὸ τῶν ἐχθίστων, λέγω δὴ τῶν Τιτάνων· οὓς ἀναβάντας ἐκ τῶν δεσμῶν καὶ τοῦ σκότους καὶ τῆς ἐκεῖσε φυλακῆς, ἐπεὶ τὴν χρείαν παρέσχοντο φοβήσαντες τοὺς περὶ τὸν Ποσειδῶνα, καταβῆναι πάλιν ἑκουσίως εἰς τὸν Ἀχέροντα καὶ τὸν Ἅδου τόπον· ἔτι τὴν μὲν Ἀφροδίτην τιτρωσκομένην ὑπὸ θνητῆς δυνάμεως, τὸν δ' Ἄρην δεσμούμενον ὑπ' Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου, τὸν δὲ Ἅδην, ἐν ᾧ τόπῳ τὴν βασιλείαν εἶχεν, ἐκεῖσε ὑφ' Ἡρακλέους τοξευθέντα ταῖς μεγίσταις ἀλγηδόσι περιπεσεῖν· τὸν δὲ Ἥφαιστον, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν οὐρανὸν ἀπορριφέντα ὕψους, εἰς Λῆμνον ἐνεχθῆναι διακείμενον ἐσχάτως· τῆς δ' Ἥρας ὑπὸ τοῦ Διὸς κρεμαμένης ἐκ τῶν ποδῶν ἐκδεθῆναι παμμεγέθεις ἄκμονας· καθόλου δὲ θεοὺς μοιχεύοντας, κεραυνουμένους, κυλλόποδας, κλέπτειν εἰθισμένους, ἀνθρώπων ἀσθενεστέρους, προχείρως λοιδοροῦντας, ἀδικοῦντας, μεμψιμοιροῦντας, πέρας οὐθενὸς πάθους ἐκτὸς καθεστῶτας, ὑφ' ὧν ἡμεῖς ὀχλούμενοι τοὺς θεοὺς ἐπικαλούμεθα; Οἱ οὖν τὰ τοιαῦτα τερατευόμενοι, πόρρω τῆς ἀληθείας ἱστάμενοι, οὐκ ἂν ἑτέροις ταύτην εἰσηγεῖσθαι κριθεῖεν ἂν ἀξιόλογοι. Διὰ τοιούτων καὶ τοσούτων Ἀγαθαρχίδης τὰ περὶ τὸν

Atlas humeris exceperit, et Atlantides tamen genuerit, quod fieri nullo potest modo; quod orbem totum Oceanus circumluat et ambiat, custodiens eum fluxibus suis et continens; cujus extrema Gorgones accolere Hesiodus ait; et quod heroum nonnulli corporum incolumitatem per omne tempus conservent in beatorum insulis, de quibus nemo certi aliquid memoriæ prodidit. Hæc igitur quum in perplexas desinant opiniones, multis etiam e sexu muliebri risum non improbabilem præbent. De diis autem quomodo accipiamus hunc femori insutum ad maturitatem pervenisse, illam Jovis capite pro utero usam, illum (Vulcanum dico) absque patre perfectum esse; Solem propter nefariam Atrei in Thyestem impietatem ex occasu ortum et ex ortu occasum fecisse; præterea Apollinem et Neptunum, locata apud Trojam mercenaria opera per annum, præterquam quod ædificationis et ministerii pastoralis mercede fraudarentur, atrocissimis Laomedontis minis fuisse objectos; Bacchum, persequente Lycurgo, præ metu in mare ad Thetidem confugisse; porro litem de formæ elegantia fuisse deabus, quarum unaquæque muneribus suis inducere studuit, ut justi rationem negligeret, et nullam tamen harum assequatur finis ex hoc judicio eventurus; Minervæ magnitudinem in hirundinis corpusculum se abdidisse, et majestatem Jovis in cygni modum contractam esse, et Cereris pulchritudinem in turpissimum transiisse habitum; et Jovem, qui pro summo habetur, a maxime necessario, uxoris germano, insidias expertum, et servatum esse a maxime invisis, Titanibus inquam, qui egressi e vinculis et tenebris et quæ illic est custodia, postquam in fugam conjecto Neptuno, operam illi navassent, sponte ad Acherontem et Plutonis regnum denuo se receperint; tum Venerem mortali manu sauciam, Martem ab Oto et Ephialte vinculis constrictum, et Ditem in regno suo ab Hercule sagittis ictum in maximos incidisse cruciatus, et Vulcanum a cacumine cœli dejectum in Lemnum decidisse affectum miserrime;' Junonem denique a Jove suspensam alligatis utrique pedi incudibus maximis; summatim vero deos adulteria committere, fulmine feriri, loripedes esse, furtis adsuescere, ab hominibus virtute superari, procaciter convitiari, injurias patrare, sortem deplorare, et tandem nullius earum affectionum immunes esse, quibus nos vexati deorum opem invocamus? Quare qui hæc fabularum portenta hominibus credenda proponunt, tam procul a veritate remoti, minime alios eam docere idonei esse censeantur. Tot et talibus Agatharchides exemplis narrationem de Perseo

τῶν B. ‖ — 2. ἐπαιδοποιήσατο B. ‖ — 6. τὴν διαμονὴν τῶν σωμάτων,] τὰ σώματα B. ‖ — 9. εὐλόγῳ... χλευασμῷ B. ‖ — 10. παραδεξαίμεθα C. Dein καταραφέντα AB, καταραφθέντα C. ‖ — 20. φόβου vgo. ‖ — 22. θεοῖς AB. ‖ — 25. συγκαταβαίνειν AB. ‖ — 27. Δημήτρας AB. ‖ — 34. ᾅδου B et correct. C, ubi prima m. ᾅδῃ. ‖ — 37. αἴδη A. ‖ — 41. κρεμαμένης B et correct. A; κρεμναμένης C. ‖ — 43. θεοὺς om. AB. ‖ — 46. οὐδενὸς B

Περσέα εἰς ὁμοίους ἀπάγων μύθους, οὐδὲ τὴν Ἐρυθρὰν ἐκ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ κληθῆναι δίδωσιν.

8. Ὅτι αὐτός, φησίν, ἑαυτῷ αἴτιος καθίστατο ἐλέγχων ὁ τὴν τῶν μυθοποιῶν ἐξουσίαν εἰς πραγματικὴν μετάγων ἐνάργειαν· ἧς ἄν τις ἀφέλῃ τὸν ἔλεγχον, οὐθὲν εὐτελέστερον καταλείψει γένος τῆς πίστεως ἡρμένης. Ἐπεὶ διὰ τίνα αἰτίαν Ὅμηρον οὐκ εὐθύνω, Διὸς καὶ Ποσειδῶνος φράζοντα διαφορὰν, ἀδύνατον ἀνθρώπῳ πίστιν παραδοῦναι· οὐδ' Ἡσιόδῳ μέμφομαι δηλοῦν τολμῶντι θεῶν γένεσιν· οὐδ' Αἰσχύλον ἐπιπλήττω πολλοῖς διεψευσμένον καὶ πολλὰ συγγράφοντα τῶν ἀσυγχωρήτων· οὐδ' Εὐριπίδου κατηγορῶ τῷ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικότος τὰς Τημένου πράξεις, τὸν δὲ Τειρεσίαν βεβιωκότα παρεισάγοντος πέντε γενεῶν πλέον· οὐδὲ τοὺς ἄλλους εἰς ἐπιτίμησιν ἄγω, διασκευαῖς ἐν τοῖς δράμασι χρωμένους ἀδυνάτοις; ὅτι πᾶς ποιητὴς ψυχαγωγίας [μᾶλλον] ἢ ἀληθείας ἐστὶ στοχαστής.

9. Ὅτι καὶ τὴν Ἰνδικὴν χώραν ἐλέφαντας τρέφειν φησὶ, καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ἣ τοῖς Θηβαίων ὁρίοις ἐστὶν ὅμορος, καὶ δὴ καὶ τὴν Λιβύην.

10. Ὅτι τέτταρες τόποι τὴν Αἴγυπτον περιειλήφασιν, ἀπὸ μὲν τῆς ἄρκτου τὸ πέλαγος, ἀπ' ἀνατολῆς δὲ καὶ δύσεως ἐρημίαι, ἀπὸ δὲ τῆς μεσημβρίας Αἰθίοπες.

11. Αὐστηρὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ σωτήριος· δηλοῦται γὰρ οὐ λύπης ἀλλὰ φυλακῆς ἕνεκεν, καὶ τὴν ἡδονὴν ἐκ τῶν λόγων ἦρκεν, ὅπως τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων χάριτος ἀπολαύοντες μηδέποτε ἀντὶ τοῦ βελτίονος τὸ χεῖρον αἱρώμεθα, ἢ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, ἵνα μηδὲ τῶν ἐν μέσῳ κειμένων ἔνια παρίωμεν.

12. Ἰδιώτου μὲν οὐσίαν μικρῷ βαθυτέραν ἀπραγμόνως χαλεπὸν διασῶσαι· σὺ δὲ τοσούτων καὶ τηλικούτων κληρονομίαν ἀγαθῶν καθέξειν χωρὶς ἀγωνίας ἐλπίζεις; καὶ ταῦτα γινώσκων ὅτι κἀκεῖνα μὲν ὁ νόμος τῷ κτησαμένῳ διαφυλάττει, ταῦτα δὲ ὁ σίδηρος ἀφαιρεῖται τῶν ἀσθενεστέρων;

13. Ὅτι φησὶν, ἐκ πολλοῦ χρόνου προειληφότες ἐσμὲν, ὅτι τὰς τῶν δυναστῶν φιλίας ὁ καιρὸς σφραγίζεται καὶ λύει, καὶ τὴν σὴν ἀσχολίαν [ἄλλοτε] ἄλλῳ δίδωσιν ἀφορμὴν, αὔξων καὶ φθίνων τὰ πράγματα ἐξ ἀλλήλων.

14. Ὁ μὲν τῷ λόγῳ συνεχῶς χαριζόμενος, τὸ ἐκ τῶν ἔργων δυνατὸν ὑπερβαίνων, πολλὰ διαψεύδεται, ὁ δὲ προσλαμβάνων τοὺς αὐτοῦ φίλους βουλῆς κοινωνοὺς, ἐν καιροῖς τηλικούτοις οὐ τοῦ τὴν ὁρμὴν ἐπώσοντος δεῖται. Τίς γὰρ οὕτως ἄβουλος, ὃς τὸ δοκοῦν αὐτῷ παρ'

ad similes fabulas relegat, nec mari Rubro a filio Persei nomen obvenisse concedit.

8. Ipse sibi dicit in causa esse ut redarguatur, si quis fabulatorum licentiam traducat ad seriam rerum gestarum tractationem, a qua si quis probationem detraxerit, nullam relicturus est materiam viliorem, sublata nimirum fide. Quam enim ob causam non damno Homerum Jovis et Neptuni dicentem dissidium, quamquam nemini ejus rei fidem facere possit; nec Hesiodum vitupero deûm generationem exponere ausum, nec Æschylum increpo, quod in multis mentitur et multa quæ concedi nunquam possunt, conscripsit; nec Euripidem accuso, quod Archelao tribuit res a Temeno gestas, et Tiresiam in theatro plusquam quinque ætates vita complexum introducit; nec aliis vitio verto, quod apparatu in fabularum actione utuntur qui a vero abhorret? Quoniam omnis poeta magis voluptatis scopum quam veritatis sibi propositum habet.

9. Elephantos, auctor dicit, et Indorum terra nutrit et Æthiopia quæ Thebanorum fines attingit, nec non Libya.

10. Quatuor limitibus Ægyptus est inclusa, a septentrione pelago, ab ortu et occasu desertis, a meridie gentibus Æthiopum.

11. Austerus hic sermo, sed salutaris; profertur enim non affligendi, sed præcavendi causa, atque voluptatem a verbis procul habuit, ut ea quam ipsæ res suppeditant gratia fruentes nunquam pro meliori pejus seligamus, vel, per Jovem deosque, ut nec eorum quæ in medio posita sunt, quædam prætermittamus.

12. Vel privati hominis facultatem paullo ampliorem absque negotio difficile est servare; tu vero tot tantorumque bonorum hereditatem obtinere te posse sine certamine speras? idque bene sciens privata bona legem possidenti conservare, hæc autem ferrum demere imbecillioribus?

13. A multo inde tempore in hac, inquit, sumus sententia occasionem esse quæ regum amicitias firmet et solvat, atque tuam occupationem alias alii insinuandi se opportunitatem præbeat, augens res et minuens invicem.

14. Oratione semper gratificans, quum ultra id quod re ipsa præstari possit progrediatur, multa mentitur; qui vero amicos suos consilii socios adhibet, in ejusmodi rerum conditione non eo qui foveat animi impetum, opus habet. Quis enim tam stultus est, ut quid sibi ipsi videatur, id ab alio velit discere,

1. ἀπάγων AB; ἄγων C vgo.

§ 8, l. 5. μετάγων AB et corr. C.; ἐνάγων C. Dein ἐνέργειαν C. Tum οὐθὲν ABC; οὐδὲν vgo. || — 14. πλέον πέντε γενεῶν BC. || — 17. μᾶλλον inserui.

§ 10, l. 21. τέσσαρες C.

§ 12, l. 30. ἀπραγμόνως ἐστὶ χαλεπόν C.

§ 13-16. Rex juvenis expeditionem contra Æthiopes molitus esse videtur, assentientibus aulicis, dissuadente Agatharchide, quandoquidem istæ παραινέσεις ad ipsum auctorem nostrum referendæ sunt. Niebuhrius (*Kleine Schriften* I p. 411), assentiente Droysenio (*Hellenism.* II, p. 736), censet Agatharchidem h. l. orationem alius cujusdam, qui regis, non constat cujusnam, tutor fuisset, interposuisse. Quod ut fieri potuisse non nego, sic argumentum a Niebuhrio allatum pondere caret. Putat enim minime credibile esse historicum nostrum regni fuisse curatorem. Rex juvenis ille haud dubie idem est, ad quem in procemio libri quinti orationem auctor direxit, cuique opus suum inscripsisse putandus est. || — 38. ἄλλοτε inserui. || — 42. προλαμβάνων A. || — 43. οὐ τοῦ] αὐτοῦ AB.

ἑτέρου βούλεται μαθεῖν, καὶ ποιεῖν τὸν σύμβουλον τῶν ἀπορουμένων συνήγορον τῆς ἐπιθυμίας;

15. Εἰ γὰρ ὁ κύριος τῶν τοσούτων ἀγαθῶν κρείττων ἐστὶ τῆς ἐπιθυμίας τῆς τῶν βιαζομένων, μακαρίσαι μὲν ἔχω τοῦ ταῦτα κεκτημένου τὴν ἐξουσίαν, ἀφελέσθαι δὲ τοῖς ὅπλοις βιασάμενος τὰς χορηγίας οὐ δύναμαι. Τί οὖν ἀμήχανον πρᾶξιν εἰς κενὴν ἐπαγγελίαν ἄγειν, καὶ τὰς ἀδήλους ἐλπίδας τῶν προδήλων κινδύνων πλέον εὐλαβεῖσθαι;

16. Ἀλλὰ καταπλήξονται τοὺς Ἕλληνας οἱ Αἰθίοπες. Τίνι; τῇ μελανίᾳ καὶ τῇ παραλλαγῇ τῆς μορφῆς; Οὐχ ὑπερβαίνει τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν παρ' ἡμῖν ὁ τοιοῦτος φόβος. Ἐν δὲ τοῖς πολέμοις καὶ τοῖς μείζοσι διαφοραῖς οὐκ ὄψει καὶ χρώματι, τόλμῃ δὲ καὶ στρατηγίᾳ τὰ πράγματα κρίνεται.

17. Ἐγὼ δ' ἀφ' ἧς ἡμέρας ἡ τύχη με κατέστησεν ἐπίτροπον τοῦ σώματος τοῦ σοῦ, νέου παντελῶς ὄντος, καὶ τῆς ὅλης βασιλείας, ἀπ' ἐκείνης εὐθὺς μέγαν ἐμαυτῷ πόνον ἐπέβαλον. Τίνα τοῦτον; τοῖς πρὸς ἡδονὴν ὁμιλοῦσιν ἐναντιοῦσθαι καὶ δυσχεραίνειν, σοῦ πρῶτον αὐτοῦ περιαιρούμενος οὐ τὴν ἐξουσίαν, ἀλλὰ τὴν ἄγνοιαν, ἵνα τῶν τοσούτων ἀγαθῶν φρονῶν ἀπολαύσῃς, μὴ διαμαρτάνων. Τοῦτο γὰρ ἐζήτουν πατρὸς ἔχων εὔνοιαν χρόνου στοχαζομένην, οὐ κόλακος εἰρωνείαν καιρῷ προσομιλοῦσαν. Οἶδα γὰρ πρεσβύτερος ὢν καὶ πολλῶν ἔμπειρος γεγονὼς πραγμάτων, διὰ τοὺς θωπεύειν ἐπιβεβλημένους τοὺς ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς καὶ τὰς μεγίστας βασιλείας ἄρδην ἀνῃρημένας, τὴν Κασάνδρου, τὴν Λυσιμάχου, τὴν Ἀλεξάνδρου τηλικαύτην οὖσαν, τὴν Μήδων, τὴν Σύρων, τὴν Περσῶν, ὥστε μηδὲ σπέρμα καταλελεῖφθαι τοῦ γένους. Οὐκ ἀλόγως· νέου γὰρ πολλὰ μὲν ἀγνοοῦντος διὰ τὴν ἡλικίαν, εὐλογουμένου δὲ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν οὐδὲν σφαλερώτερον οὐδὲ ἐπικινδυνότερον. Ὁ γοῦν Ἀλέξανδρος, ἀήττητος ὢν ἐν τοῖς ὅπλοις, ἀσθενέστατος ἦν ἐν ταῖς ὁμιλίαις· ἡλίσκετο γὰρ ὑπὸ τῶν ἐπαίνων, καὶ Ζεὺς καλούμενος οὐ χλευάζεσθαι ἐνόμιζεν ἀλλὰ τιμᾶσθαι, τῶν μὲν ἀδυνάτων ἐπιθυμῶν, τῆς δὲ φύσεως ἐπιλελησμένος.

18. Ὅταν ὁ δημαγωγὸς τοῖς πολλοῖς διαλέγηται, μὴ τὴν τοῦ φίλου τάξιν ὑποστησάμενος, ἀλλὰ τὴν τοῦ κόλακος, ἡ τῶν ὄχλων ὁρμὴ βεβαιωτὴν λαβοῦσα τῆς ἁμαρτίας τὸν σύμβουλον ἀνέτρεψε τὴν πόλιν. Ἐνσκήπτει γὰρ ὁ μῶμος οὐ κατὰ τῶν ὑπαιτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἂν ὁ φθόνος αὐτῷ τὴν ἔφοδον προσδοποιήσαιτο. Ἢ· κρατεῖ γὰρ ὁ μῶμος οὐ τῶν ὑπαιτίων μόνον, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ τῶν ἐπικρατεστέρων αἰτίας, ἐπειδὰν ὁ φθόνος πικρὸν τὸ βέλος ἀφεὶς προκατειργάσατο τὸν οὐκ ἄξιον τοῦτο πείσεσθαι.

19. Χρῶνται δὲ ἐπὶ τῶν κινδύνων τῶν πολεμικῶν

et de rebus perplexis consiliarium fieri cupiditatis suæ adjutorem?

15. Nam si tantorum dominus bonorum superior est cupiditate eorum qui vi extorquent, beatam prædico illa possidentis facultatem; sed auferre armorum vi munera non possum. Cur igitur quod effici nequit inani promissione annuntiare, et de spe incerta magis quam de manifestis periculis esse sollicitum.

16. At terrorem, ais, Græcis Æthiopes incutient. Quanam re? an nigredine sua formæque differentia? Ejusmodi metus non excedit apud nos ætatem puerilem. In bellis autem grandioribusque contentionibus non facie aut colore, sed audacia et prudentia militari res dirimuntur.

17. Ego vero a quo die fortuna me tutorem corporis tui, quum juvenis admodum esses, totiusque regni constituit, ab illo statim magnum mihi laborem imposui. Quemnam? Ut iis qui nonnisi voluptati tuæ inservientes tecum conversantur, repugnarem et indignarer, tuam tibi ante omnia non facultatem eripiens sed imperitiam, quo tantorum bonorum prudens fruaris nec aberrans. Hoc enim quærebam patris habens benevolentiam quæ duratura sint spectantem, non adulatoris dissimulationem temporum momentis accommodatam. Novi enim, ut natu grandior multarumque rerum experientiam consecutus, per eos qui assentatione deceperunt in imperiis positos, vel maxima regna funditus deleta esse, ut Cassandri, Lysimachi, magnum illud Alexandri, Medorum, Syrorum, Persarum, adeo ut ne semina quidem supersint generis; neque id præter rationem; nam juvene ob ætatem multa ignorante et peccatorum laudatores nacto nihil ad lapsum promptius, nihil periculosius est. Sic Alexander armis invictus, in consuetudine fuit infirmus; laudatione enim se capi passus est, et quum Jupiter appellaretur, non se subsannari sed honorari putabat, expetens quæ fieri nequibant, ac naturæ suæ oblitus.

18. Quando orator cum populo disserit non amici sed adulatoris personam sustinens, plebis impetus, consiliarium qui in peccato confirmet nactus, civitatem evertere contingit. Irruit enim infamia non in culpandos solum, sed in eos etiam, ad quos aggrediendos invidia ipsi viam patefecerit; vel sic: Infamia potitur non reis tantum, sed interdum etiam omni culpa vacuis, quandoquidem invidia acerbum suum telum jaculata effecerit, ut vel immeritus id patiatur.

19. Utuntur Æthiopes in bellicis periculis telis ma-

§ 15, lin. 7. ἐπαγγελίαν] ἀπαγγελίαν AB.

§ 17, l. 19. ἐπέβαλλον vgo. || — 30. σπέρματα καταλειφθῆναι C. || — 44. καὶ οἷς] καὶ εἰς οὓς? || — Ib. ἢ] καὶ ἄλλως margo. Mox pro μόνον codex A habet μόνων.

§ 19. De armis Æthiopum cf. Diodor. (III, 8, 4), qui suam Æthiopum descriptionem (III, 2-11) se petiisse dicit ex Agatharchidis *De Asia* libro secundo et Artemidori libro octavo. Putaveris laudandum fuisse Agatharchidis *De mari Rubro* opus, præsertim quum luce clarius sit ea quæ deinceps (c. 12-48) leguntur,

Αἰθίοπες τοῖς μὲν τόξοις μεγάλοις, βραχέσι δὲ τοῖς οἰστοῖς· ἐπὶ δὲ τῆς ἄκρας τοῦ καλάμου κερκίδος ἀντὶ τοῦ σιδήρου παραμήκης τῷ τύπῳ λίθος ἀνεστήρικται, νεύροις ἐσφιγμένος, ὀξὺς μὲν ὑπερβολῇ, φαρμάκοις δὲ θανασίμοις βεβαμμένος.

20. Ὅτι Πτολεμαῖος, φησίν, εἰς τὸν κατὰ Αἰθιόπων πόλεμον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος πεντακοσίους συνέλεξεν ἱππεῖς, ὧν τοῖς προκινδυνεύειν μέλλουσι καὶ καθηγουμένοις τὸ πλῆθος οὖσιν ἑκατὸν, ὁπλισμοῦ περιέθηκε τρόπον· στολὰς γὰρ αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἵπποις ἀνέδωκε πιλητὰς, ἃς οἱ κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην προσαγορεύουσι κασᾶς, ὥστε πᾶν κρύπτειν τὸ σῶμα πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν.

gnis, brevibus vero sagittis; in summa arundinis apice pro ferro oblongum figura lapidem figunt nervis constrictum, acutum supra modum et venenis mortiferis tinctum.

20. Ptolemæus, ait, ad bellum contra Æthiopes e Græcia quingentos equites conscripsit. De his qui in prima acie versaturi erant, et agmen ducturi, numero centum, iis armaturam induit hujusmodi. Scilicet et ipsis et equis vestes ex lana coacta factas, quas *casas* in regione illa vocant, attribuit, adeo ut totum præter oculos contegeretur corpus.

ΕΚ ΤΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ ΑΓΑΘΑΡΧΙΔΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΕΡΥΘΡΑΝ ΘΑΛΑΣΣΑΝ.

21. Ὅτι πολλοὶ, φησί, καὶ τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν ποίημα γεγραφότων διηπορήκασι πῶς τὰς ὑπερβαλλούσας ἐνίοις ἀκληρίας τὸν ἐκτὸς τῶν κινδύνων κείμενον πρεπόντως ἐξαγγελτέον· ὧν ὁ τρόπος οὐ λίαν γένοιτ' ἂν ἐμφανὴς, εἰ μή τις ὑποτάξαιτ' ἂν ἀκόλουθον αἰτίαν τοῖς ἐμφανιζομένοις. Ὄλυνθον καὶ Θήβας δύο πόλεις ἐνδόξους Ἀλέξανδρος καὶ Φίλιππος διαρπάσαντες καθεῖλον εἰς ἔδαφος. Τὸ δὲ δεινὸν τοῦ συντελεσθέντος παρ' ἐλπίδα προσπεσὸν καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλοῖς ἀγωνίαν περὶ τῶν ὅλων μεγάλην ἐπέστησε, καὶ τῶν ῥητόρων οὐκ ὀλίγοις λόγου παρέσχεν ἀφορμὴν εἰς τὸ δηλῶσαι τὰ πεπραγμένα τοῦ πάθους οἰκείως. Εἰρήκασιν οὖν περὶ τούτου τοῦ πράγματος ἄλλοι μὲν ἀλληγορικῶς τῷ τρόπῳ καὶ ταῖς διαλέκτοις, ὡς δοκοῦσι, περιττῶς, οἱ δ' ἐμβριθέστερον, τὰ συνήθη καὶ τὰς κυριολογίας ἐν τοῖς δεινοῖς οὐ πεφευγότες. Ἑκατέρου δέ σοι προοισόμεθα παραδείγματα γένους, ἵνα τοὺς χαρακτῆρας ἐκ παραβολῆς ἐπιδὼν, τοὺς ἄμεινον καὶ τοὐναντίον εἰπόντας ἐπ' αὐταῖς εὕρῃς ταῖς δοκιμασίαις.

Ἡγησίας μὲν οὖν πολλάκις τῆς ἀπωλείας μεμνημένος τῶν πολεων εὐτελής ἐστιν. Ὁ γὰρ μὴ θέλων τοῖς καιροῖς οἰκείως διαλέγεσθαι, ζητῶν δὲ ἐξ ἀνάγκης ἐν

EX AGATHARCHIDIS DE MARI ERYTHRÆO LIBRO QUINTO.

21. Multi tum politicorum virorum tum poetarum dubitarunt, quomodo summæ quorundam calamitates iis qui extra pericula positi sunt, decenter nunciandæ sint. Quorum modus non facile apparebit, nisi aliquis præstruxerit causam iis quæ aperiuntur convenientem. Olynthum et Thebas, urbes duas claras, Philippus et Alexander diripientes solo æquarunt. Quod malum quum præter spem acciderit, magnum de imperio multis Græcis terrorem incussit, et oratoribus non paucis dicendi materiam suppeditavit, ut calamitates istas enuntiarent convenienter. Dixerunt igitur de hac re alii ratione allegorica et dicendi formulis, prouti censebant, uberioribus, alii autem modo graviori, consuetis et propriis vocabulis dira eloqui non subterfugientes. Utriusque tibi generis exempla proferam, ut formas e comparatione cognoscens, utri melius aut deterius dicant, tuo judicio colligas.

Hegesias igitur sæpius memorans eversionem istarum urbium, laborat exilitate. Nolens enim aliquis temporibus accommodate dicere, summo autem studio

---

ex hujus operis libro quinto esse excerpta. At primum nihil impedit, quin Agatharchides de Meroe populisque Æthiopicis data occasione in Asiaticis historiis exposuerit, antequam ultimum suum De Rubro mari opus aggrederetur; deinde vero ipsa Diodori narratio subindicat libri III capita 2-10 non ex eodem scripto petita esse ex quo fluxerunt c. 20-48; nam quos Diodorus populos cap. 8 paucis recenset, illi ipsi sunt, quos fusius describit c. 23 sqq., et tamen (c. 11, 4) ita loquitur, quasi inde a cap. 12 ad aliam prorsus populorum seriem se converteret. Quæ quidem res facile explicatur, si novum fontem inde a cap. 12 adhibitum esse statuamus.

§ 19. De quonam Ptolemæo hæc intelligenda sint, accuratius dici nequit. V. Prolegomena.

§ 20, l. 10. Post τρόπον fort. excidit τοῦτον vel τοιοῦτον. || — 12. κασᾶς] κάσας codd. et editt. Accentum mutavi ex præcepto Arcadii p. 24, 1 : Βαρύνονται... χρύσης, κάσης· τὸ μέντοι κασῆς τὸ πιλωτὸν ἱμάτιον περισπᾶται. Cf. Xenophon Cyropæd. VIII, 3, 6 : κασᾶς τούσδε τοὺς ἐφιππίους, et ib. § 7, ubi plurimi codd. κάσας, ut Hesychius : κάσας, ἀμφιτάπης καὶ πιλωτά. Cf. Steph. Thes. s. v., ubi noster locus addendus est.

§ 21, l. 15. ὑπερβαλούσας C. || — 19. αἰτίαν ἀκόλουθον C. || — 31. ἐπιδὼν] ἐπὶ τεσσάρων AB. || — 32. εὕ-

αὐστηρῷ πράγματι κομψότητα διαφαίνειν, τοῦ μὲν ἰδίου ζηλώματος ἐπὶ ποσὸν τυγχάνει, τῆς δὲ τῶν ὑποκειμένων ἀξίας οὐ στοχάζεται· ὥσπερ οὗτος ἐν τοῖς αὐτοῦ φωρᾶται λόγοις· οἷον « Ὄνομα κατελάβομεν, πόλιν καταλιπόντες. » Σκόπει τοίνυν. Τοῦτο πάθος μὲν οὐδαμῶς ποιεῖ, ἀλλὰ συνάγει πρὸς τὴν ἔμφασιν καὶ ποιεῖ ζητεῖν τί λέγει. Οὗ γὰρ ἄν τις τῇ γνώμῃ δισταγμὸν ἐνεργάσηται, ἐκεῖσε ἀπὸ τοῦ λόγου τὸ δεινὸν ἀφῆκε. Διὰ τί; ὅτι τὸ ῥηθὲν ἐν τῷ σαφῶς γνῶναι καὶ τὴν συμπάθειαν ἔστι λαβεῖν· ὁ δ' ὑστερήσας τοῦ σαφοῦς ἀπολέλειπται καὶ τῆς ἐναργείας. Εἶτα ὅμοιον περὶ Θηβαίων φησί· « Τὸν γὰρ μέγιστα φωνήσαντα τόπον ἄφωνον ἡ συμφορὰ πεποίηκε. » Πάλιν ἐπ' Ὀλυνθίων· « Ἐκ μυριάνδρου πόλεως ἐξῆλθον, ἐπιστραφεὶς δ' οὐκέτ' εἶδον. » Ἐζήτεις δὲ τί; τὸ μὲν γὰρ ῥηθὲν, ὑπὸ τοιαύτην ἔμφασιν πεπτωκὸς, πεπλάνηκεν ἡμῶν ἀπὸ τοῦ προκειμένου τὴν γνώμην. Δεῖ δὲ τὸν οἰκτιζόμενον ἀφέντα τοὺς ἀστεϊσμοὺς, τὸ πρᾶγμα σημαίνειν ᾧ οἰκείωται τὸ πάθος, εἰ μέλλοι μὴ τῇ λέξει διακοσμεῖν, ἀλλὰ τῷ τῆς συμφορᾶς αἰτίῳ προσεδρεύειν. Ἀλλ' ἐφ' ἕτερον ἰτέον· « Ἀλέξανδρε, καὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν νόμισον, δρῶντα τὰ λείψανα τῆς πόλεως, παρόντα μοι συνικετεύειν. » Αἴτημα μὲν μειρακιῶδες καὶ μεταφορὰ σκληρὰ, τὸ δὲ σκυθρωπὸν τῆς πράξεως ἄρρητον. Ἄλλο· « Βασιλικῇ μανίᾳ προσπταίσασα πόλις τραγῳδίας ἐλεεινοτέρα γέγονε· » πρὸς πᾶν μᾶλλον ἢ τὸ καθῆκον σοφιστῇ ἠτοιμάσθαι φαίνεται, ὅθεν οὐ λίαν ἅπτεται τοῦ προκειμένου· χαλεπὸν γὰρ οἶμαι χαλεποῖς πράγμασι μωκωμένην διάλεκτον ἐφορᾶσθαι. Ἄλλο· « Τί δεῖ λέγειν Ὀλυνθίους καὶ Θηβαίους, οἷα κατὰ πόλεις ἀποθανόντες πεπόνθασιν; » Ἕτερον παραπλήσιον κολακείας οὐκ εὐσχήμονος καὶ εὐηθείας ἐχόμενον· « Ὅμοιον πεποίηκας, Ἀλέξανδρε, Θήβας κατασκάψας, ὡς ἂν εἰ ὁ Ζεὺς ἐκ τῆς κατ' οὐρανὸν μερίδος ἐκβάλοι τὴν σελήνην· ὑπολείπομαι γὰρ τὸν ἥλιον ταῖς Ἀθήναις. Δύο γὰρ αὗται πόλεις τῆς Ἑλλάδος ἦσαν ὄψεις. Διὸ καὶ περὶ τῆς ἑτέρας ἀγωνιῶ νῦν· ὁ μὲν γὰρ εἷς αὐτῶν ὀφθαλμὸς ἡ Θηβαίων ἐκκέκοπται πόλις. » Ἐμοὶ μὲν οὖν σκώπτειν ὁ σοφιστὴς δοκεῖ διὰ τούτων, οὐκ ὀλοφύρεσθαι τῶν πόλεων τὴν τύχην, καὶ σκοπεῖν πῶς ἂν τάχιστα συγκόψαιτο τὸν λόγον, οὐ πῶς τὸ πάθος ὑπὸ τὴν ὄψιν ἀγάγοι διὰ τῆς ἐναργείας. Ἕτερον ὅμοιον· « Αἱ δὲ πόλεις αἱ πλησίον ἔκλαιον τὴν πόλιν, ὁρῶσαι τὴν πρότερον οὖσαν οὐκέτ' οὖσαν. » Εἴ τις οὖν τοῖς Θηβαίοις καὶ τοῖς Ὀλυνθίοις παρ' αὐτὴν τὴν ἅλωσιν τὰς

allaborans in rebus austeris leporem ostendere, assequitur quidem aliquatenus quod vult, a dignitate vero rei tractandæ longe aberrat, uti ex orationibus Hegesiæ manifesto apparet, verbi causa ubi dicit: *Urbe relicta nomen acquisivimus.* Specta igitur hoc; affectionem nequaquam movet, sed ad quærendam verborum significationem nos adducit. Nam ubi quis dubitationem animo injicit, ibi gravitatem orationi demit. Quare? Quia si dictum clare perspicitur, animus auditoris commoveri potest; postposita autem perspicuitate, vis quoque verborum imminuitur. Hinc de Thebanis ad eundem modum dicit: *Locum enim altissima voce locutum mutum calamitas reddidit.* Rursum de Olynthiis: *Ex urbe decem virorum millia capiente profectus sum; conversus non amplius vidi.* Quæris quidnam? Dictum ita expressum a re præsenti animum abducit. Oportet vero miserantem, misso festivitatis studio, rem designare, quæ affectioni propria est, siquidem non dictioni ornatum quærere, sed calamitatis causæ servire velit. Sed ad aliud procedamus: *Alexander, Epaminondam puta, conspectis urbis reliquiis, præsentem mecum comprecari.* Petitio puerilis, translatio dura est, rei vero atrocitas minime exprimitur. Aliud: *Regiæ insaniæ quum impegisset se urbs, tragœdiâ miserabilior fuit.* Hoc ad quodvis potius quam ad id quod aptum est, adornasse sophista videtur; unde fit ut rem propositam minime attingat. Nam acerbum est, opinor, rebus acerbis ridiculum accommodari sermonem. Aliud: *Quid attinet commemorare Olynthios et Thebanos, quæ oppidatim morientes perpessi sint?* Aliud simile, quod invenustam stultamque adulationem continet: *Simile quid, Alexander, fecisti Thebas diruens, ac si Jupiter ex suo cœli loco lunam sustulisset; relinquo enim Athenis solem. Nam duæ hæ civitates Græciæ erant ocelli. Quapropter etiam de altero nunc anxius sum; nam unus oculorum evulsus est, urbs Thebanorum.* Mihi quidem jocari sophista hisce videtur, non deplorare urbium fortunam, atque spectare quomodo brevissime orationem abscindat, non quomodo sub aspectum ducat calamitatem verborum perspicuitate. Aliud quid simile: *Urbes vicinæ deflebant urbem, videntes urbem antea exstantem non amplius exstantem.* Si quis igitur Thebanis aut Olynthiis sub ipsam eversio-

ρης B; εὗρες C; εὕροις vgo. De Hegesia vide Scriptores Rer. Alexandri p. 138. || — 2. ζηλώματος] δηλώματος AB; ζητήματος C. || — 11. ἐνεργείας C et margo A. || — 16. ἐζήτουν AB. || — 20. μέλλοι ABC; μέλλον vgo. || — 22 καὶ τὸν] καὶ omis. C. || — 24. μοι ABC; μὴ vgo || — 29. φαίνεται ὅθεν] AB; φάναι οὐδὲν C, in margine adscriptum φαίνεται. || — 40. διὸ BC; δύο vgo. || — ἀγωνιῶ νῦν AC; in B hæc legi nequeunt; ἀγωνιῶν ἦν vgo. || — 41. ἐκκεκόλαπται AB et mgo C. || — ὁ σοφιστὴς] AB; καὶ ὁ σοφιστὴς vgo. || — 45. οὐ πῶς]

περιόδους ταύτας συναχθόμενος ἔλεγε, δοκοῦσιν ἄν μοι γελάσαι τὸν γράψαντα καὶ τρόπον τινὰ αὐτῶν ὑπολαβεῖν ἀθλιώτερον. Ἄλλου γένους ἀψώμεθα τὸν αὐτὸν ἡγούμενοι σοφιστήν· « Δεινὸν τὴν χώραν ἄσπορον εἶναι τὴν τοὺς Σπαρτοὺς τεκοῦσαν. » Ἀλλ' οὐχ οὕτως ὁ Δημοσθένης, οὗ τὴν γνώμην οὗτος ἐπὶ τὸ χεῖρον μετέθηκε· γράφει δὲ δεινὸν μηλόβοτον γενέσθαι τὴν Ἀττικὴν, ἣ πρώτη τοῖς ἄλλοις ἐξήνεγκε τὸν ἥμερον καρπόν. Ὁ δὲ φήσας δεινὸν εἶναι τὴν γῆν ἄσπορον γενέσθαι τὴν τοὺς Σπαρτοὺς τεκοῦσαν, ἐκ τῶν ὀνομάτων τὴν ἐναντίωσιν εἴληφεν, οὐκ ἐκ τοῦ πράγματος. Διὸ καὶ ψυχρότητα ἐσχάτην ἐμφαίνει, ὥσπερ καὶ Ἑρμησιάναξ ὁ τὴν Ἀθηνᾶν ἐγκωμιάσας οὕτως· « Ἐκ γὰρ τῆς τοῦ Διὸς γεγεννημένη κεφαλῆς εἰκότως ἔχει τῆς εὐδαιμονίας τὸ κεφάλαιον. » Τοιοῦτον καὶ τό « Τίς δ' ἂν δύναιτο ποιῆσαι τὴν Κύρου δόσιν ἄκυρον; » καὶ τόδε δὲ ὅμοιον· « Τόπος δὲ πῶς γένοιτ' ἂν ἄβατος, βάτου περικειμένου; » Πάντα, φησὶν ὁ Ἀγαθαρχίδης, τὰ τοιαῦτα ἀδόκιμα· ἀλλ' εἰ μὲν πρὸς ἐλεεινολογίαν λέγοι, ἐγγὺς τοῦ πρέποντος ἵσταται, εἰ δὲ πρὸς πᾶσαν ἰδέαν λόγου, οὐκ ὀρθῶς τῇ κρίσει ἐπέβαλε. Πλὴν προστίθησι καὶ ἕτερα τῶν εἰρημένων ὅμοια, ὑπὸ τὴν αὐτὴν καὶ ταῦτα φέρων διαβολὴν, οἷον· « Θηβαῖοι ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Μακεδόνας ὑπὲρ τοὺς μυρίους ἀνετράπησαν. » Ὢ καλῆς ἐμφάσεως! ἄνθρωποι τοσοῦτοι παραλόγως ἀνατετραμμένοι. Καὶ πάλιν· « Τῆς μὲν πόλεως κατασκαφείσης οἱ μὲν ἄνδρες παίδων συμφορὰς ὑπομένουσιν, αἱ δὲ γυναῖκες μετήχθησαν εἰς Μακεδονίαν, τὴν πόλιν θάψασαί τινα τρόπον. » Ἕτερον ὅμοιον· « Ἡ δὲ φάλαγξ τῶν Μακεδόνων εἰσβιασαμένη τοῖς ὅπλοις ἐντὸς τείχους τὴν πόλιν ἀπέκτεινεν. » Ἐκεῖ μὲν ταφὴ πόλεως, ἐνταῦθα δὲ θάνατος· λοιπὸν ἐκφορὰν δεῖ προσθέντας ἐπιγράμματι χρήσασθαι, καὶ παντελὴς ἡ πρᾶξις. Πλὴν τῆς μὲν τούτου κομψότητος, ἵνα μὴ μανίας εἰπὼν πικρότερος φανῶ, διεληλύθαμεν, φησί, τὰ πλεῖστα. Εἰσάγει δὲ μετὰ σαφηνείας καὶ τῆς πρεπούσης λόγῳ κοσμιότητος εἰς τὸν ὅμοιον εἰπόντας τόπον Στρατοκλέα μὲν οὕτως· « Ἀροῦται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ, τῶν συναγωνισαμένων ὑμῖν τὸν πρὸς Φίλιππον πόλεμον. » Ἅμα, φησί, τὸ πάθος τῆς πόλεως εὐσήμως ἐξέθηκε, καὶ τῆς τῶν ἠτυχηκότων φιλίας ὑπεμνήσθη· τὸ δεινὸν γὰρ εὐνοίᾳ παρατεθὲν ἐμβριθεστέρους εἴωθε τοὺς οἴκτους ποιεῖν. Μετὰ Στρατοκλέα ὁμοίως Αἰσχίνην εἰσάγει λέγοντα· « Πόλις ἀστυ-

nem hujusmodi periodos condolens recitasset, viderentur mihi scriptorem derisuri et quodammodo miseriorem ipsis existimaturi fuisse. Aliud genus attingamus ex eodem sophista : *Grave, regionem non consitam esse, quæ Satos homines genuit.* Sed non sic Demosthenes, cujus ille sententiam in deterius mutavit. Scribit enim grave esse Atticam ovium fieri pascuam, quæ prima omnium mitiorem tulerit fructum. Ille vero dum dicit grave esse terram non consitam esse, quæ Satos homines produxerit, ex verbis, non ex re oppositionem petivit. Hinc quammaxime friget, sicuti etiam Hermesianax, qui Minervam laudans dixit ita : *Ex Jovis enim capite prognata merito tale habet caput felicitatis.* Idem : *Quis possit Cyri donationem reddere* ἄκυρον (*irritam*)? Et similiter : *Locus quomodo esse possit invius* (ἄβατος), *quum sit vado cinctus?* Talia omnia, Agatharchides ait, sunt ab usu remota; sin ad commiserationem movendam dicta, non procul a decoro absunt; si quis vero ad omnem orationis formam ea adhibet, haud recte judicium instituit. Præterea alia allatis similia apponit eademque criminatione prosequitur, uti istud : *Thebani in prœlio contra Macedones commisso plus quam decem millia subverterunt.* O pulcram expressionem! Tot homines præter rationem subversi. Et iterum : *Urbe eversa, viri quidem liberorum calamitates sustinuerunt, mulieres vero in Macedoniam translatæ sunt, urbem quodammodo sepelientes.* Aliud simile : *Phalanx Macedonum vi armorum intra muros irruens urbem interfecit.* Illic sepulcrum urbis, hic vero mortem habes; restat ut adjuncta funeris elatione, epigrammate utamur, et integra res est. Festivitatis hujus scriptoris, ne insaniæ dicens acerbior videar, ait, recensuimus plurima. Introducit vero etiam cum perspicuitate et justo orationis ornatu de eadem re dicentes; Stratoclem quidem ita : *Aratur jam et seritur Thebanorum civitas, qui nobiscum contra Philippum arma sumpserunt.* Simul, ait, casum urbis evidenter exposuit, et infelicium amicitiæ recordatus est. Durum enim benevolentiæ appositum majorem solet commiserationem movere. Post Stratoclem similiter Æschinem inducit dicentem : *Urbs contermina e media Græcia sublata est.* Optime, dicit, celeritatem

ὅπως B. || — 1. συναχθομένας AB. || — 3. ἀψόμεθα C. || — 10. γενέσθαι om. B. || — Σπαρτοὺς] B et correct. A; καρποὺς vgo. || 13. Ἑρμησιάναξ] Ἑρμησίας ὁ Νάξιος B. et correct. A. Quinam sit Hermesianax, num Colophonius, quem tanquam poetam novimus, an, quod malim, rhetor quidam aliunde non notus, parum liquet. || — 14. τῆς om. A. || — 16. τὸ post καὶ om. C. || — 17. τὴν τοῦ Κύρου vgo. || — τόδε δὲ AB; τόδε τὸ C. || — 18. βάτου] an βατοῦ? || — 20. πρὸς ἐλεεινολογίαν] AB; προσελθεῖν ὁμολογίαν C. || — 34. ἀπέκτειναν AB. || — 38. φασὶ C. || — 40. εἰπόντα B. || — τόπον] ABC; τρόπον vgo. De Stratocle demagogo oratore, fortasse etiam historico, v. Demosthen. p. 980, 21; Plutarch. Demetr. c. 11. 12. 26. De X Oratt. p. 852;

γείτων ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἠφάνισται.» Ἄριστα, φησί, τῆς μὲν ἀπωλείας τὸ τάχος τῇ μεταφορᾷ σημήνας, τοὺς κινδύνους δὲ ἐφιστὰς ἐκ τοῦ τὸν πεπονθότα τοῖς ἀκούουσι δεικνύειν ὅμορον ὑπάρχοντα. Ἀλλὰ γὰρ ὁ Δημοσθένης, φησί, μετενέγκας τοὺς λόγους ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω δεδήλωκε· « Τὴν μὲν πόλιν ἐξώρυξεν ἐκ τῶν θεμελίων, ὥστε μηδὲ ἐπὶ ταῖς ἑστίαις καταλιπεῖν τὴν τέφραν, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας τῶν ἡγησαμένων τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν βαρβάρων διένειμε.» Πικρῶς καὶ σαφῶς καὶ βραχέως ἀφ' ἑκάστου τῶν εἰδῶν εἰληφὼς τὴν ὑπερβολήν, ὅμως τῆς διδασκούσης τὸ πρᾶγμα ἐναργείας οὐκ ἐπελάθετο. Πάλιν ἐπ' Ὀλυνθίων ὁ αὐτὸς ῥήτωρ· « Ὄλυνθον δὴ καὶ Μεθώνην καὶ Ἀπολλωνίαν καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις τῶν ἐπὶ Θρᾴκης [ἐῶ], ἃς πάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν, ὥστε μηδ' εἰ πώποτε ᾠκίσθησαν ῥᾴδιον εἶναι προσελθόντας εἰπεῖν.» Ἐμφανίσας τὸ πλῆθος τῶν πόλεων τῶν ἀνδρῶν τὴν συμφορὰν ἐπέβαλεν, ὅπως ὁ πλεῖστος οἶκτος τοῦ παραδόξου τεθέντος μᾶλλον τῶν ἀκροωμένων ἐκκαλέσηται τὸ πάθος. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἕτερα καὶ ἑτέρων εἰπὼν συγγραφέων τὰ μὲν ἀποδέχεται, τοὺς δὲ περὶ Ἡγησίαν καὶ τὰ παρ' ἐκείνων παραγράφεται.

22. Ὅτι ἀπὸ τοῦ Μεμφιτῶν ἄστεος εἰς τὴν Θηβαΐδα πέντε εἰσὶ μεταξὺ νομοὶ ἐθνῶν, ἔχοντες πολυάνθρωπον τάξιν, πρῶτος μὲν ὁ Ἡρακλεοπολίτης, δεύτερος ὁ Κυνοπολίτης, τρίτος ὁ Ὀξυρυγχίτης, τέταρτος ὁ Ἑρμουπολίτης, πέμπτος ὃν οἱ μὲν Φυλακήν, οἱ δὲ Σχεδίαν καλοῦσιν. Ἐν ταύτῃ τῶν ἄνωθεν καταγομένων εἰσπράττονται καὶ τιθέασι τὸ τέλος. Τοὺς δὲ εἰρημένους ὑπερβάλλοντι τόπους ἀρχὴ τῆς Θηβαΐδος ἡ Λύκων πόλις, εἶτα Ἀφροδίτης ἄλλη, πρὸς δὲ τούτοις Πανῶν, ἔπειτα Θοινὶς, μετὰ ταύτην Βοπὸς, ὑφ' ἣν Διὸς πόλις, ἣν καλοῦσι μικράν. Μετὰ δὲ τὸν προσηγορευμένον Τεντυρίτην νομὸν Ἀπόλλωνος ὀνομάζεται πόλις, ἧς

excidii metaphora significat et instans periculum monstrat eo, quod qui ista perpessi sint auditorum finitimos esse dicit. Verum Demosthenes, inquit, ad Alexandrum sermonem transferens ita rem elocutus est : *Urbem funditus evertit, ut ne cinerem quidem in focis reliquerit ; liberos vero et uxores eorum, qui Græciæ principatum obtinuerant, per tentoria barbarorum distribuit.* Acriter et clare et breviter de singulis speciebus usus hyperbolis, non oblitus tamen est quæ rem doceat perspicuitatis. Rursum de Olynthiis idem orator : *Olynthum et Methonem et Apolloniam et duas et triginta urbes Thraciæ, quas omnes ita crudeliter evertit, ut anne unquam conditæ fuerint ægre accedentes dicere possint.* Ostendens enim urbium multitudinem, virorum calamitatem adjecit, ut plurima commiseratio posito inopinato magis auditorum affectionem moveat. Hæc et id genus alia afferens aliorum etiam scriptorum, comprobat, Hegesiam vero et ab ipso profecta rejicit.

22. A Memphitarum urbe ad Thebaidem quinque sunt in medio nomi seu præfecturæ, magnam habentes incolarum multitudinem, quorum primus est Heracleopolites, alter Cynopolites, tertius Oxyrynchites, quartus Hermupolites; quintum alii Phylacen sive custodiam, alii Schediam seu ratem vocant, quod ibi rerum quæ ex superioribus terris importantur, exigunt et deponunt vectigal. Ei qui dicta hæc loca superat, principium Thebaidos est Lycôn polis sive Luporum urbs; inde alia urbs Veneris, præter has Panôn, exin Thœnis, et post hanc Bopus, sub qua Diospolis cognomento parva. A Thentyritarum, quam vocant, præfectura, Apollinis nomine urbs est, supra

---

Ruhnken ad Rutil. Lup. p. 32; Westermann *Gesch. d. gr. Beredsamk.* p. 156; nostra Fragm. histor. tom. IV, p. 410, 1. 658. || — 16. ἐῶ supplevi. || — 17. μήδ' εἰ] εἰ μηδὲ codd. Locus Demosthenis in nostris editionibus ita habet p. 117, 21 : Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Μεθώνην.... πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν, ὥστε μηδ' εἰ πώποτε ᾠκήθησαν προσελθόντ' εἶναι ῥᾴδιον εἰπεῖν. || — 20. ἐπέβαλεν] ἐπέλαβεν C.

§ 22, l. 25. τοῦ ante Μεμφιτῶν om. AB, qui deinde habent : πρῶτον.. δεύτερον.. τρίτον.. τέταρτον.. πέμπτον. || — 27. Κυνοπολίτης] sic scripsi pro Λυκοπολίτης; nam post Heracleopoliten nomum sequitur Cynopolites (v. Strabo XVII, p. 812; Ptolemæus IV, 5); Lycopolites ad Thebaidem pertinet, uti vel ex ipso nostro fragmento patet. || — 29. Φυλακὴν, οἱ δὲ Σχεδίαν] Cf. Strabo p. 812 : Ἑξῆς (sc. post Oxyrhynchum) δ' ἐστὶν Ἑρμοπολιτικὴ Φυλακὴ, τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων..., Εἶτα ἡ Θηβαϊκὴ φυλακή..., εἶτα Λύκων πόλις καὶ Ἀφροδίτης καὶ Πανῶν πόλις. Apud Ptolemæum IV, 5 p. 288, 1, locus pluraliter vocatur Φυλακαί. De ratione nominis Σχεδία vide quæ de cognomine Ægypti inferioris loco exponit Strabo p. 800. Ceterum quod Phylace, Hermopolitæ nomi locus, tanquam singularis nomus recensetur, excerptoris negligentiæ tribuendum fuerit. Vide Mannert. X, 1, p. 401. || — 34. Θοινὶς] In Itiner. Anton. p. 166 post Panopolim sequitur *Thomu*. Idem oppidum nomine Θοινὶς indicari putare licet, nisi potius comparanda est This urbs, de qua Thinites nomus appellatur. Cf. Stephan. Byz. : Θίς, πόλις Αἰγυπτία πλησίον Ἀβύδου· ὁ πολίτης Θινίτης. Ἀλέξανδρος Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ. V. Mannert. l. l. p. 377. Hoc si est, pro Θοινὶς legerim Θῖνις. || — 34. Βοπὸς] Urbs aliunde non nota. Sec. Alexandrum Polyh. (ap. Stephan. s. v. Χηνοβοσκία) e regione Diospolis parvæ sita erat Χηνοβοσκία (aliis Χηνοβόσκιον). Quare nescio an pro ταύτην βοπὸς olim fuerit ταύτην Χηνοβοσκός. || — 35. ἣν καλοῦσι] sic A; ἣν καὶ κ. vgo. || — 36. Ἀπόλλωνος πόλις] i. e. Apollinopolis minor in Coptite nomo, cujus metropolis erat Coptus a Nilo longius dissita. Distantia inter utramque urbem sec. Itin. Ant.

Phot. ἐπάνω μὲν Κοπτὸς, ἔπειτα Ἐλεφαντίνη, εἶτα Αἰθιόπων χώρα, Κορτία πρώτη. Τὰ μὲν οὖν ἀπὸ Μέμφεως ἕως Αἰθιοπίας εἴρηται.

23. Ὅτι πλησίον τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καθ' ὃν ὁ Νεῖλος πολλὰς ἐκτροπὰς καὶ παραφορὰς ποιούμενος ὅμως ἐκεῖσε ἀποκάμπτει περιφανῶς, καὶ ποιεῖται κατὰ τὴν δεξιὰν ῥύσιν τῶν ἀγκώνων τὴν μεγάλην κλίσιν, ἔκ τε τοῦ πελάγους κόλπος εἰς τὴν ἤπειρον ἀνατείνεται πολὺς, ὥστε τὴν μεταξὺ διάμετρον τῶν ὑδάτων, τοῦ τε ἁλμυροῦ καὶ [τοῦ] ποτίμου, παραπλήσιον πηλῷ πολλῷ τὴν συστολὴν λαμβάνειν· κατὰ γοῦν τὴν εἰρημένην θάλατταν πλησίον ἐστί τινα τῶν καλουμένων χρυσίων πλῆθος ἔχοντα μετάλλων, τῇ χρόᾳ μὲν ὄντα καθ' ὑπερβολὴν μέλανα, μαρμάρου δὲ ποιοῦντα τοιαύτας ἐν αὐ-

quam Coptus, et deinde Elephantina, tum Æthiopum terra [*cujus in initio*] Cortia prima. Loca igitur a Memphi ad Æthiopiam præcipua hæc sunt.

23. Prope Rubrum mare, ubi Nilus multa quamvis diverticula et anfractus faciens, insigniter tamen illuc deflectit, et a dextero tractu cubitorum magnam illam declinationem efficit, prolixusque e pelago in continentem sinus protenditur, ita ut quæ in medio est aquarum, salsæ et potabilis, diameter, instar limi copiosi in arctum cogatur : ad hoc igitur mare in propinquo sunt loca, ubi metalla aurifera, quæ vocant, affatim proveniunt, colore quidem supra modum nigro, sed quæ tale intra se marmor producunt, ut nihil

---

Diod. * 23. Περὶ μὲν οὖν Αἰθιόπων τῶν πρὸς τῇ δύσει κατοικούντων ἀρκεσθησόμεθα τοῖς ῥηθεῖσι· περὶ δὲ τῶν κατὰ τὴν μεσημβρίαν καὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν κειμένων ἐν μέρει διέξιμεν· δοκεῖ δ' ἡμῖν ἁρμόττειν προδιελθεῖν περὶ τῆς τοῦ χρυσοῦ κατασκευῆς τῆς ἐν τούτοις τοῖς τόποις γινομένης. Περὶ γὰρ τὰς ἐσχατιὰς τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς ὁμορούσης Ἀραβίας τε καὶ Αἰθιοπίας τόπος ἐστὶν ἔχων μέταλλα πολλὰ καὶ μεγάλα χρυσοῦ συναγομένου πολλῇ κακοπαθείᾳ τε καὶ δαπάνῃ. Τῆς γὰρ γῆς μελαίνης οὔσης τῇ φύσει καὶ διαφυὰς καὶ φλέβας ἐχούσης μαρμάρου τῇ λευκότητι διαφερούσας καὶ πάσας τὰς περιλαμπομένας φύσεις ὑπερβαλλούσας τῇ λαμπρότητι, οἱ προσεδρεύοντες τοῖς μεταλλικοῖς ἔργοις τῷ πλήθει τῶν ἐργαζομένων κατασκευάζουσι τὸν χρυσόν.

23. Hæc ergo de Æthiopibus occidenti expositis annotata sufficiant. De ceteris autem plagæ australi et Rubro mari obversis sigillatim nunc dicemus. Sed congruum esse videtur, ut de auri confectione his in locis aliquid præmittamus. (*Cap.* 12) In confiniis Ægypti vicinæque Arabiæ et Æthiopiæ, locus quidam magnis aurifodinis abundat, quod ingenti multorum hominum molestia et impensa congeritur. Solum ibi natura sua nigrum meatus et venas habet candido marmore insignes, splendidissimas quasque res nitore superantes, in quibus metallicis ergastulis præfecti magno operantium numero aurum elaborant.

---

22 mill. || — 2. Κορτία πρώτη] *Corte* vocatur in Itin. Anton. p. 162; *Primam* dicit Olympiodorus Thebæus in Fragm. Hist. tom. IV, p. 66, 37 : Πρίμα, ἥτις τὸ παλαιὸν πρώτη πόλις τῆς Θηβαΐδος ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ ἐτύγχανε· διὸ παρὰ τῶν Ῥωμαίων Ῥωμαίᾳ φωνῇ Πρίμα, ἤτοι πρώτη, ἐκαλεῖτο· καὶ νῦν οὕτω καλεῖται, καίτοι ἐκ πολλοῦ οἰκειωθεῖσα τοῖς βαρβάροις. Nunc *Corti*.

§ 23. Quæ inde ab hoc segmine usque ad finem libri leguntur, eadem tantum non omnia modo fusius modo brevius eodem prorsus ordine iisdemque sæpe verbis exhibet Diodorus III, 12-48. Quare Photianis Diodorea in singulis paginis ita subjunximus, ut altera cum alteris comparari et ex se invicem suppleri queant nullo negotio. || — 4. καθ' ὃν] Dura ellipsis vocis τόπον. || — 7. τῶν ἀγκώνων] Eodem ἀγκώνων nomine utitur Strabo XVII, p. 786, ubi ex Eratosthene narrat Nubas habitare ἀπὸ τῆς Μερόης ἀρξαμένους μέχρι τῶν ἀγκώνων (ubi plurimi codd. corrupte ἀγγόνων). Quinam intelligendi sint isti ἀγκῶνες colligitur ex antecedente Strabonis narratione. Scilicet Nilus a Meroe per 2700 stadia boream versus prolapsus flectit cursum sinistrorsum, et per 3700 stadia versus occasum et meridiem decurrit; tum reflexo alveo dextrorsum, denuo boream petit, sed ad dextram sive ad orientem seu mare Rubrum magis magisque declinat usque ad initium Ægypti, ubi mare magnum illum efficit sinum, quem Immundum sive κόλπον ἀκάθαρτον dicunt Strabo p. 770, Diodor. III, 39, Ptolemæus. Ceterum confer quæ notavimus ad § 80. || — 7. τὴν μεγάλην κλίσιν] τὴν κλ. μεγάλην C. || — 8. τοῦ πελάγους] τοῦ μεγάλου πελάγους C. || — 10. πηλῷ om. BC. || — 12. ἐστί τινα] ἐστιν [ὄρη] τινα? || — 13. χρυσίων] γνησίων A. || — 14. μέλανα] Eosdem montes indicat Ptolemæus IV, 5 p. 280, 19, ubi ἡ ὀρεινὴ ῥάχις τοῦ μέλανος λίθου ὄρους (63° long.; 24° 40′ lat.) memoratur, non ita longe a Berenice urbe (64°; 23° 50′), quæ sita erat ad sinum Immundum. Id montium jugum nunc vocatur *Djebel Olaky*, quod late pertinens hodie accolunt *Ababdeh* Arabes. Ibique etiam nunc aurifodinæ supersunt. V. Wilkinson in *Journal of the Royal geogr. soc. of London*, tom. II, p. 47 : « The gold mines of Agatharchides and Sherif Edrisi are still found among the Ababdeh mountains, to the south of the Cosseir road. » Apud Edrisium Arabem (*Geogr. Nub.* p. 18 sive *Géographie d'Edrisi traduite par Jaubert* t. I, p. 36) aurifodinæ ad *Alaky* esse dicuntur, ab *Assuan* (Syene) urbe distantes *quindecim dierum itinere medio inter orientem et septemtrionem, in el-Bodja regione*; in quibus directio itineris cum Nostris conciliari potest, minime vero ejus longitudo neque mentio regionis el Bodjah. Dicere auctor debebat : *itinere medio inter orientem et meridiem;* patet hoc etiam ex Abulfeda (Descr. Æg. p. 28), qui aurifodinas ab *Aidab* urbe *octo* dierum

Phot. τοῖς ἐκφύσεις, ὥστε πᾶν λείπεσθαι τὸ διαμιλλώμενον, τῆς λευκότητος κρίσιν οὐκ ἐχούσης.

24. Ὅτι οὓς ἔσχατον (φησί) κατέχει ἀκλήρημα, τούτους ἡ τυραννὶς εἰς τὴν τῶν χρυσωρυχίων ἀπάγει πικροτάτην δουλείαν, τοὺς μὲν ἅμα γυναιξὶ καὶ παισὶ ταλαιπωρουμένους, τοὺς δὲ καὶ χωρὶς τῶν εἰρημένων. Ὑπερβολὴν οὖν οὐδενὶ τὸ πάθος δυστυχήματι καταλι-

sit quod cum eo certet, quum candor nullam admittat comparationem.

24. Qui profligatissimam nacti sunt sortem, eos in aurifodinarum servitutem acerbissimam tyrannis abducit; eorumque alii una cum uxoribus et liberis, alii etiam absque illis ærumnas tolerant. Quas postquam tragice persecutus est auctor, ita ut ad summam cala-

---

Diod. 24. Οἱ γὰρ βασιλεῖς τῆς Αἰγύπτου τοὺς ἐπὶ κακουργίᾳ καταδικασθέντας καὶ τοὺς κατὰ πόλεμον αἰχμαλωτισθέντας, ἔτι δὲ τοὺς ἀδίκοις διαβολαῖς περιπεσόντας καὶ διὰ θυμὸν εἰς φυλακὰς παραδεδομένους, ποτὲ μὲν αὐτούς, ποτὲ δὲ καὶ μετὰ πάσης συγγενείας ἀθροίσαντες παραδιδόασι πρὸς τὴν τοῦ χρυσοῦ μεταλλείαν, ἅμα μὲν τιμωρίαν λαμβάνοντες παρὰ τῶν καταγνωσθέντων, ἅμα δὲ διὰ τῶν ἐργαζομένων μεγάλας προσόδους λαμβάνοντες. Οἱ δὲ παραδοθέντες, πολλοὶ μὲν τὸ πλῆθος ὄντες, πάντες δὲ πέδαις δεδεμένοι, προσκαρτεροῦσι τοῖς ἔργοις συνεχῶς καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτός, ἀνάπαυσιν μὲν οὐδεμίαν λαμβάνοντες, δρασμοῦ δὲ

24. Reges enim Ægypti damnatos ob maleficia belloque captos et injustis calumniis circumventos aut ex ira custodiæ traditos, interdum ipsos dumtaxat, interdum cognationem simul omnem, in fodinas illas compingunt, tum ut pœnas de reis sumant, tum ut horum opera magnos sibi quæstus faciant. Detrusi eo numero infiniti, omnesque compedibus alligati, continenter in opere perseverant, nec per dies nec per noctes totas ulla concessa quiete, omnique aufugiendi copia studiose interclusa. Barbarorum enim militum

---

iter distare refert, nimirum meridiem versus, ut liquet ex *Macrizio* apud Quatremère de Quinci (*Mémoires sur l'Égypte*, vol. II, p. 143. 155) et ex hoc ap. Heeren (*Ideen*, II, 2. Opp. tom. XIV, p. 342 sq.). Is enim fodinas inter *Aidab* et *Suakim* in *Bejahs* (Blemmyum) populi regione collocat ad urbem *Alaky* (quam esse censent hod. *Salaka* inter 20° et 21° lat.), a Nilo distantem 15 dierum itinere, a qua proxima Ægypti urbs sit *Assuan;* metallorum causa hanc regionem olim Pharaones, deinde Græcos Ægypti reges armis invasisse. His adde *Isztachri* geographum (p. 33 versionis german. Mordtmannianæ), qui ita habet : « Aurifodinæ a *Suan* quindecim dierum itinere distantes non in Ægypto sed in *Bedscha* sitæ sunt, pertinentque usque ad *Aidhab;* hanc vero *Aidhab* urbem non ad *Bedscha* sed ad *Habesch* regionis loca pertinere ferunt. Aurum reperitur in terra plana, arenosa, nullis distinctam montibus. » Porro exscribere liceat quæ apud Edrisium I, p. 41 leguntur : « Le pays de Bodja... est une contrée dans laquelle il n'existe ni villages ni lieux cultivés, enfin un vrai désert qui sert de passage ou de lieu de réunion pour les marchands qui se rendent à Wadi-'l-Alaki, où se fait le commerce entre les habitants de la haute Égypte et ceux de Bodja. Cette vallée est très-peuplée et très-fertile. El-Alaki n'est en soi qu'un village ou un bourg... Les mines d'or dont nous avons parlé plus haut et qui sont célèbres, sont situées au milieu de ce pays, dans une plaine qui n'est point entourée de montagnes et qui est couverte de sables mouvants. Dans les premières et dans les dernières nuits du mois, les chercheurs d'or se mettent en campagne durant la nuit. Ils regardent de tous côtés vers ce qui brille sur la terre ; lorsqu'ils aperçoivent des scintillations dans l'obscurité, ils en concluent d'une manière certaine qu'il y a de l'or dans cet endroit. Ils y passent la nuit, et, lorsque le jour survient, chacun se met à l'œuvre dans la portion de sable qu'il a reconnue, prend ce sable et le transporte à Nedjibe, auprès des puits qui s'y trouvent. Ensuite on procède au lavage dans des baquets de bois, d'où l'on retire le métal ; puis on le mêle avec du mercure et on le fait fondre. Après cette opération ils se vendent et s'achètent les uns aux autres ce qu'ils ont pu recueillir, et les marchands transportent l'or dans les contrées étrangères. C'est l'occupation habituelle de ces peuples ; ils ne cessent pas de s'y livrer, et ils en retirent leur subsistance et leur bien-être. De Wadi-'l-Alaki à Adzab, qui dépend du pays de Bodja, on compte douze journées. » Ad *Alaki* Arabum sive ad hodiernum *Salaka* Danvillius et Heerenius referendam esse censent Berenicen Πάγχρυσον, quam Plinius a Juba inter oræ Libycæ oppida omissam esse dicit. Neque id improbabile est, modo ne Plinius e diversis fontibus sua corradens male distinxerit inter Berenicen Πάγχρυσον et celeberrimam Berenicen quæ erat ad sinum Immundum. Jam quod Agatharchidem attinet, facile patet metalla non ei loco ubi nunc *Salaka* sita est vindicari. Nam tum Nilus mari proximus tum Ægypti Æthiopiæque confinia, de quibus in Excerptis apud Photium Diodorumque sermo est, aperte regionem indicant sinui Immundo propinquam in *Olaky* montibus, ubi etiamnum aurifodinas superesse Wilkinsoni testimonio constat. Mitto quod reliqua Edrisii narratio cum Agatharchidea nihil habet commune, nisi quod auri indagatio, quam Arabs refert, eandem fabulam prodit quam de topazis indagandis narrat Agatharchides (§ 82). || — 1. αὐτοῖς] ἑαυτοῖς C. || — 2. ἐχούσης] ἐξούσης vgo.

§ 24, l. 7. ὑπερβολὴν] Vide narrationem Diodori, ad quem Wesselingius de ærumnis aurilegulorum laudat Simplic. Medic. Facult. lib. IX, p. 129; Democritum in Epist. Hippocrat. ad Damaget. p. 1282; Lucretium VI, 803; Jo. Chrysostomum in Matth. tom. VII, p. 559. Add. Diodor. V, 38, Posidonii

Phot. πεῖν ἐκτραγῳδήσας, τὸν τρόπον ἀπαγγέλλει τῆς περὶ τὸ χρυσίον ἐργασίας.

25. Τῶν ὀρῶν, φησίν, ἐν οἷς ὁ χρυσὸς εὑρίσκεται, τὰ μὲν ἀπότομα καὶ τελέως σκληρὰν ἔχοντα φύσιν ἐκπρήσαντες ὕλῃ καὶ χαῦνα τῷ πυρὶ ποιήσαντες, οὕτως αὐτοῖς προσάγουσι τὴν πεῖραν, τὰ δ' ἀνειμένα τῆς πέτρας σιδήρῳ λατομικῷ κερματίζονται. Καθηγεῖται δὲ τῶν ὅλων τεχνίτης ὁ τὸν λίθον διαιρῶν. Ὅταν δὲ οὗτος τοῖς μεταλλεῦσι τὰς ὁδοὺς ὑποδείξῃ, τὸ πᾶν ἔργον καταμερίζεται τῇ τῶν ἀτυχούντων ἀνάγκῃ τοῦτον τὸν τρόπον. Οἱ μὲν εὔρωστοι καὶ νέοι τυπίσι σιδηραῖς κόπτουσι τὴν χώραν τὴν μαρμαρίζουσαν, οὐ τέχνῃ τὴν πληγὴν [ποιούμενοι] ἀλλὰ βίᾳ, καὶ τέμνουσι διὰ τῆς πέτρας ὑπονόμους πλείονας οὐχ εὐθεῖς, ἄλλοτε μὲν ἄνω τῆς χρυσίτιδος ἀπονευούσης λίθου, ποτὲ δὲ κατωτέρω, πάλιν δὲ εἰς τὴν εὐώνυμον κλίσιν, ἐνίοτε δὲ σκολιὰν καὶ διεστραμμένην καὶ παραπλησίαν ταῖς τῶν δένδρων ῥίζαις. Οὗτοι μὲν οὖν λύχνους προσδεδεμένους τοῖς μετώποις ἔχοντες λατομοῦσιν, ἀκολουθοῦντες οἷον φλεβὶ τῷ λευκανθίζοντι· καὶ πολλαχῶς μετασχηματίσαντες τῶν σωμάτων τὰς θέσεις, καταβάλλουσι τὰ θραύσματα εἰς ἔδαφος, οὐ πρὸς τὴν ἰδίαν ἕξιν τε καὶ δύναμιν, ἀλλὰ πρὸς ὀφθαλμὸν ἐπιστάτου, πληγῆς τὴν ἐπιτίμησιν οὐδέποτε χωρίζοντος.

mitatem nihil reliqui sibi faciant, modum exponit quo aurum elaboretur.

25. Montium illorum, ait, ubi aurum reperitur, quæ prærupta sunt et asperam omnino naturam habent, lignis exurunt; quumque igni mollia fecerint, manuum experimentum illis admoventes, petram laxatam ferro lapicidario in frusta scindunt. Toti autem negotio præest artifex, qui saxum discernit. Hic postquam viam metalli fossoribus ostendit, totum opus misellorum necessitati hunc in modum dispertit. Robore et ætate integri malleis ex ferro incisoriis locum marmore splendentem perfringunt, ictus non arte sed viribus administrantes, et plures per rupem cuniculos agunt, non quidem rectos : nam quandoque sursum, quandoque deorsum, nunc ad latus sinistrum, nunc in obliquum et transversum, perinde ut arborum radices, lapis auro prægnans devergit. Illi igitur lychnis ad frontes alligatis lapidem cædunt, viam operis monstrante tanquam vena colore lapidis albicante; et multifariam corporum habitu transmutato fragmenta in solum dejiciunt, non pro sui quisque roboris modulo, sed ad oculum præfecti, qui verbera ab increpatione nunquam sejungit.

Diod. παντὸς φιλοτίμως εἰργόμενοι· φυλακαὶ γὰρ ἐκ στρατιωτῶν βαρβάρων καὶ ταῖς διαλέκτοις διαφόροις χρωμένων ἐφεστήκασιν, ὥστε μηδένα δύνασθαι δι' ὁμιλίας ἤ φιλανθρώπου τινὸς ἐντεύξεως φθεῖραί τινα τῶν ἐπιστατούντων.

25. Τῆς δὲ τὸν χρυσὸν ἐχούσης γῆς τὴν μὲν σκληροτάτην πυρὶ πολλῷ καύσαντες καὶ ποιήσαντες χαύνην, προσάγουσι τὴν διὰ τῶν χειρῶν κατεργασίαν· τὴν δὲ ἀνειμένην πέτραν καὶ μετρίῳ πόνῳ δυναμένην ὑπείκειν λατομικῷ σιδήρῳ καταπονοῦσι μυριάδες ἀκληρούντων ἀνθρώπων. Καὶ τῆς μὲν ὅλης πραγματείας ὁ τὸν λίθον διακρίνων τεχνίτης καθηγεῖται καὶ τοῖς ἐργαζομένοις ὑποδείκνυσι· τῶν δὲ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ταύτην ἀποδειχθέντων οἱ μὲν σώματος ῥώμῃ διαφέροντες τυπίσι σιδηραῖς τὴν μαρμαρίζουσαν πέτραν κόπτουσιν, οὐ τέχνην τοῖς ἔργοις, ἀλλὰ βίαν προσάγοντες, ὑπονόμους δὲ διακόπτοντες, οὐκ ἐπ' εὐθείας, ἀλλ' ὡς ἂν ᾗ διάφυσις ᾖ τῆς ἀποστιλβούσης πέτρας. Οὗτοι μὲν οὖν διὰ τὰς ἐν ταῖς διώρυξι καμπὰς καὶ σκολιότητας ἐν σκότει διατρίβοντες λύχνους ἐπὶ τῶν μετώπων πεπραγματευμένους περιφέρουσι· πολλαχῶς δὲ πρὸς τὰς τῆς πέτρας ἰδιότητας μετασχηματίζοντες τὰ σώματα καταβάλλουσιν εἰς

diversis utentium linguis excubiæ illis imminent, ita ut nemini per sermonis commercia aut familiaris congressus blandimenta quemquam excubitorum corrumpendi sit facultas.

25. Terram auro gravidam, ubi durissima est, multo igni subactam emolliunt, et tum demum manuum opus adhibent. Petram ita laxatam, quæ jam mediocri cedere labori didicit, aliquot hominum profligatæ sortis myriades ferro lapicidario diffringunt. Toti autem negotio artifex præest, qui et saxum dijudicat, et viam operantibus ostendit. Qui inter ærumnoso huic labori deputatos vi corporis prævalent, acutis e ferro malleis petram marmore splendentem, non arte, sed vi diffindunt, cuniculosque agunt, non ad lineam rectam, sed quo rupis venæ interlucentes ducunt. Hi ergo quum propter obliquos fodinarum mæandros et anfractus in caligine versentur, lychnos frontibus adaptatos circumgestant, et multifariam, pro natura petræ, corporum habitu transmutato, decisa lapidum frustra in

---

fr. 48 in Fr. Hist. III, p. 273. || — 1. τρόπον] τόπον vgo. Verba τὸν τρόπον ἀπαγγ. τ. π. τ. χ. ἐργασίας exciderunt in C; postea margini adscripta.

§ 25, l. 4. ἐκπρήσαντες] ἐμπρήσαντες C. De re v. Georg. Agricola De re metall. lib. V, p. 79, laudante Wesselingio. || — 6. τῆς πέτρας] τῇ πέτρᾳ editt. et codd. || — 8. τῶν ὅλων] τῶν ἄλλων codd. et editt.; emendavi, monstrante viam Diodoro. || — 8. ὁ ante τὸν λίθον omis. A. || — 9. μεταλλεῦσι] μεταλλεύουσι B. || — 11. « Malleos, quorum in re metallica usus, summa cum cura descripsit Geogr. Agricola De r. m. VI, p. 108. » Wesseling. || — 13. ποιούμενοι inserui; καταφέροντες proposuit Bekkerus. || — 14. εὐθὺς vgo. — || 17. διερρηγμένην A. — ταῖς ante τῶν om. C. || — 20. μετασχηματίσαντες ex Diodoro scripsi pro κατασχηματίσαντες.

Phot. 26. Οἱ δὲ ἄνηϐοι παῖδες εἰς τοὺς ὑπὸ τούτων ὀρυχθέντας ὑπονόμους εἰσδυόμενοι, καὶ τὴν χάλικα τῶν ῥιπτουμένων ἐπιπόνως συλλέγοντες, ἐκτὸς τῶν στομίων κομίζουσι. Παρὰ δὲ τούτων οἵ τε πρεσϐύτεροι καὶ τῶν ἀσθενῶν οἱ πολλοὶ τὸν λίθον μεταφέρουσι· μετακομίζουσι δὲ οὗτοι τοῖς καλουμένοις κοπεῦσιν. Οἱ γὰρ ἐντὸς τῶν τριάκοντα ἐτῶν καὶ τοῖς εἴδεσι καρτεροὶ ὅλμους λιθίνους παρειληφότες ὑπέρῳ σιδηρῷ πτίσσουσιν ἐπιστρεφῶς, καὶ ποιήσαντες τὸ μέγιστον τρύφος ὀρόϐῳ παραπλήσιον πρὸς τὴν αὐτὴν ὥραν ἀπομετροῦσιν ἑτέροις. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ πόνος τῶν γυναικῶν τῶν εἰς τὰς φυλακὰς συναπηγμένων ἀνδράσιν ἢ γονεῦσι. Μύλοι γὰρ ἑξῆς πλείους βεϐήκασιν, ἐφ' οὓς τὸν ἐπτισμένον ἐπιϐάλλουσι λίθον· καὶ παραστᾶσαι τρεῖς ἑκατέρωθεν πρὸς τὴν μίαν κώπην, οὕτως ἐζωσμέναι δυσπροσόπτως ὥστε μόνον τὴν αἰσχύνην τοῦ σώματος κρύπτειν, ἀλήθουσιν· ἀλήθουσι δὲ ἕως ὑπὸ τὸν τῆς σεμιδάλεως τρόπον ἀχθῇ

26. Pueri autem impuberes, in cuniculos ab illis effossos irreptantes, lapillos de projectis saxis multo collectos labore extra ostium deportant. Ab his porro seniores et hominum invalidorum turba lapidem transferunt, et translatum tunsoribus, qui vocantur, exhibent. Nam qui sunt intra triginta annos et robore spectabiles, mortariis e saxo acceptis, pistillo ferreo enixe subigunt et pinsunt, ut maximum inde frustulum non excedat ervum. Tum eodem modulo (quo ipsi acceperunt) saxum contusum admetiuntur aliis. Sequens jam labor est feminarum, quæ una cum maritis aut parentibus in ergastula sunt abductæ. Plures enim ordine molæ collocatæ sunt, quibus pistum illum lapidem subjiciunt, et ternæ utrinque ad unum molæ manubrium adstantes, tam fœdo succinctu, ut sola corporis pudenda contegant, molendo incumbunt, et

Diod. ἔδαφος τὰ λατομούμενα θραύσματα· καὶ τοῦτο ἀδιαλείπτως ἐνεργοῦσι πρὸς ἐπιστάτου βαρύτητα καὶ πληγάς.

26. Οἱ δὲ ἄνηϐοι παῖδες εἰσδυόμενοι διὰ τῶν ὑπονόμων εἰς τὰ κεκοιλωμένα τῆς πέτρας, ἀναϐάλλουσιν ἐπιπόνως τὴν ῥιπτουμένην κατὰ μικρὸν πέτραν καὶ πρὸς τὸν ἐκτὸς τοῦ στομίου τόπον εἰς ὕπαιθρον ἀποκομίζουσιν· οἱ δ' ὑπὲρ ἔτη τριάκοντα παρὰ τούτων λαμϐάνοντες ὡρισμένον μέτρον τοῦ λατομήματος, ἐν ὅλμοις λιθίνοις τύπτουσι σιδηροῖς ὑπέροις, ἄχρι ἂν ὀρόϐου τὸ μέγεθος κατεργάσωνται. Παρὰ δὲ τούτων τὸν ὀροϐίτην λίθον αἱ γυναῖκες καὶ οἱ πρεσϐύτεροι τῶν ἀνδρῶν ἐκδέχονται, καὶ μύλων ἑξῆς πλειόνων ὄντων ἐπὶ τούτους ἐπιϐάλλουσι, καὶ παραστάντες ἀνὰ τρεῖς ἢ δύο πρὸς τὴν κώπην ἀλήθουσιν, ἕως ἂν εἰς σεμιδάλεως τρόπον τὸ δοθὲν μέτρον κατεργάσωνται. Προσούσης δ' ἅπασιν ἀθεραπευσίας σώματος καὶ τῆς τὴν αἰδῶ περιστελλούσης ἐσθῆτος μὴ προσούσης, οὐκ ἔστιν ὃς ἰδὼν οὐκ ἂν ἐλεήσειε τοὺς ἀκληροῦντας διὰ τὴν ὑπερϐολὴν τῆς ταλαιπωρίας. Οὐ γὰρ τυγχάνει συγγνώμης οὐδ' ἀνέσεως ἁπλῶς οὐκ ἄρρωστος, οὐ πεπηρωμένος, οὐ γεγηρακὼς, οὐ γυναικὸς ἀσθένεια, πάντες δὲ πληγαῖς ἀναγκάζονται προσκαρτερεῖν τοῖς ἔργοις, μέχρι ἂν κακουχούμενοι τελευτήσωσιν ἐν ταῖς ἀνάγκαις. Διόπερ οἱ δυστυχεῖς φοϐερώτερον ἀεὶ τὸ μέλλον τοῦ παρόντος ἡγοῦνται διὰ

solum abjiciunt. Idque sine intermissione ad severum præfecti nutum et verbera peragunt.

26. (*Cap.* 13.) Impuberes autem pueri, per cuniculos in excavatos petræ sinus ingressi, projecta minutim frusta laboriose egerunt, et sub dio extra ostium deponunt. Trigesimum excedentes annum certam *lapidis* eruti mensuram ab illis acceptam in mortariis *saxeis* ferreis pilis contundunt, donec ad ervi magnitudinem sit redacta. Ab his deinceps feminæ virique grandiores lapillos excipiunt, et in molas, quarum longa illic series, congerunt, binique aut terni manubriis molarum appositi eo usque molunt, dum traditam sibi mensuram ad similæ modum contriverint. Et quia nulli corpus curare licet, adeo ut nec quod pudenda velet religaculum adsit, nemo est qui misellos intuens extremas horum calamitates non commiseretur. Nulla enim venia, nulla omnino remissio neque ægroto neque mutilato tribuitur; ac neque senilis ætas neque muliebris infirmitas quidquam excusat : omnes inflictu plagarum ad urgendum opus adiguntur, donec ærumnarum mole subacti laboribus immoriantur. Infelicissimi ergo homines futura semper formidolosiora præsenti-

§ 26, l. 3. ἐπιπόνως] ἐπιτόνως AB. || — 6. κοπεῦσιν] e conjectura scripsi ; cod. C ἐπωπεῦσι, cod. B (et A?) ἐποπεῦσι ; illud in editiones receptum vertunt *inspectoribus ;* at non inspectoribus hic locus est, sed iis qui mortuario saxum contundunt sive ὁλμοκοποῦσιν (de qua voce v. Steph. Thes.). || — 6. ἐντὸς τῶν τριάκοντα] οἱ ὑπὲρ ἔτη τριάκοντα Diodor. || — 7. ὅλμους] ὄλϐους C. || — 8. παρειληφ.] προειληφότες C. Ceterum debebat Photius ἐν ὅλμοις λιθίνοις, παρειληφότες ὡρισμένον μέτρον τοῦ λατομήματος, ὑπέρῳ κτλ. (v. Diodor.); nam sic demum habebis quo referas quæ deinceps leguntur : πρὸς τὴν αὐτὴν ὥραν ἀπομετροῦσιν ἄλλοις, in quibus ὥραν non de tempore, sed de modulo, de ὡρισμένῳ μέτρῳ, intelligendum est, ratione sane inusitata; quare nescio an fuerit πρὸς τὸν αὐτὸν ὅρον. || — 8. πτίσσουσιν] πίπτουσιν C. || — 11. τῶν γυναικῶν] καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν πρεσϐυτέρων addit Diodorus. || — 14. τρεῖς] ἀνὰ τρεῖς ἢ δύο Diodor. || — 15. κοπὴν.. δυσπροσωπῶς vgo. || — 16. μόνην vgo. || — 17. τρόπον] τόπον codd. et editt. De re cf. Plinius XXXIII, 21 : *Quod effossum est , tunditur, lavatur, uritur, molitur in farinam, ac pilis cudunt.* In seqq. præter ea quæ ex Agatharchide Diodorus accuratius descripsit, confer quæ idem de Iberiæ metallis loquens e Posidonio narrat lib. V, 38, 1 : Αὐτοὶ δὲ κατὰ γῆς ἐν τοῖς ὀρύγμασι καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτα κα-

Phot. τὸ παραδοθὲν μέτρον. Οὗτοι πάντες οἱ τὸν εἰρημένον τῆς τύχης κλῆρον ὑπελθόντες ποθεινότερον ἔχουσι τοῦ βίου τὸν θάνατον.

27. Παρὰ δὲ τοῦ θήλεος γένους διαδέχονται μὲν τὸ κατειργασμένον οἱ καλούμενοι σηλαγγεῖς· εἰσὶ δὲ οὗτοι τεχνῖται πρὸς τὸ πέρας ἄγειν δυνάμενοι τὴν βασιλικὴν χρείαν. Ἡ δὲ ἐργασία τοιαύτη. Καταβάλλουσι τὴν ἀληλεσμένην μάρμαρον ἐπὶ σανίδος πλατείας μὲν καὶ κατεξυσμένης εἰς εὐθεῖαν τομὴν, οὐκ ἐν ὀρθῇ δὲ χώρᾳ βεβηκυίας, ἀλλὰ μικρὰν ἐχούσης ἐπίκλισιν. Εἶτα καταχέοντες ὕδωρ τρίβουσι ταῖς χερσὶ, τὰ πρῶτα μὲν κούφως, ἔπειτα μᾶλλον· ὅθεν, οἶμαι, τὸ μὲν γεῶδες ἐκτηκόμενον συναπορρεῖ κατὰ τὴν ἐπίνευσιν τοῦ σανιδώματος, τὸ δὲ ἰσχύον καὶ δυνατὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου μένει ἀκίνητον. Πολλάκις δὲ τοῖς ὕδασιν ἀποπλύνας ὁ καλούμενος σηλαγγεὺς μεταλαμβάνει σπόγγους μαλακοὺς καὶ πυκνοὺς, οἷς ἐφαπτόμενος τῆς μαρμάρου κούφως, καὶ θλίβων ἐπὶ ποσὸν τὸ μὲν ἐλαφρὸν καὶ χαῦνον ἐμπλεκόμενον τοῖς ἀραιώμασιν ἀπὸ τῆς σήραγγος ἀναφέρει καὶ ἐκρίπτει, τὸ δὲ ἐμβριθὲς καὶ στίλβον ἐπὶ τῆς σανίδος ἀποκεκριμένον ἀπολείπει, δυσκινήτου διὰ τὸ βάρος τῆς τοιαύτης φύσεως ὑποκειμένης.

eo usque molunt, dum tradita ipsis mensura similaginis ad modum redacta fuerit. His igitur universis, qui eam fortunæ sortem tolerant, mors vita est optabilior.

27. A femineo sexu pulverem ita subactum excipiunt alii, quos Selangeos nominant. Artifices sunt illi, quorum in facultate est hoc regiæ utilitatis opus ad finem perducere. Operatio ita se habet. Marmor jam commolitum in tabula effundunt, lata quidem et ad rectam sectionem polita, quæ tamen non recto incumbit loco, sed exiguam declinationem habet. In hac pulverem, affusa aqua, manibus terunt initio leviter, deinde pressius: unde, opinor, terrestria eliquantur et ad tabulati nutum defluunt. Id autem quod validum est et aliquid pollet, in ligno subsistit immobile. Quum igitur crebro aquis materiam eluit Selangeus, spongiis mollibus et densis marmor leviter attrectat, et aliquando premens, quod leve est et laxum, fungositati implicatum, e tabula absumit et abjicit, quod vero grave est et splendet, in tabula secretum relinquit, quia propter gravitatem natura haud facile mobilis ei subest.

Diod. τὴν ὑπερβολὴν τῆς τιμωρίας, ποθεινότερον δὲ τοῦ ζῆν τὸν θάνατον προσδέχονται.

27. Τὸ δὲ τελευταῖον οἱ τεχνῖται παραλαβόντες τὸν ἀληλεσμένον λίθον πρὸς τὴν ὅλην ἄγουσι συντέλειαν. Ἐπὶ γὰρ πλατείας σανίδος μικρὸν ἐγκεκλιμένης τρίβουσι τὴν κατειργασμένην μάρμαρον ὕδωρ ἐπιχέοντες· εἶτα τὸ μὲν γεῶδες αὐτῆς ἐκτηκόμενον διὰ τῶν ὑγρῶν καταρρεῖ κατὰ τὴν τῆς σανίδος ἔγκλισιν, τὸ δὲ χρυσίον ἔχον ἐπὶ τοῦ ξύλου παραμένει διὰ τὸ βάρος. Πολλάκις δὲ τοῦτο ποιοῦντες, τὸ μὲν πρῶτον ταῖς χερσὶν ἐλαφρῶς τρίβουσι, μετὰ δὲ ταῦτα σπόγγοις ἀραιοῖς κούφως ἐπι-

bus ducunt, mortemque vita optabiliorem (tam immanis supplicii gravitas) assidue exspectant.

27. (*Cap.* 14.) Ad postremum opifices acceptos a commolitione lapideos pulveres ad consummationem perducunt. In lata enim tabula paulumque devexa marmor confectum affusis aquis deterunt. Tum quidquid in eo terrenum est, humore eliquatum per assamenti devexitatem defluit, aurum vero gravitate sua subsidens in tabula remanet. Id subinde iterantes, primum leviter manibus fricant, post spongiis rarissimis molli-

---

ταξαινόμενοι τὰ σώματα, πολλοὶ μὲν ἀποθνήσκουσι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακοπαθείας· ἄνεσις γὰρ ἢ παῦλα τῶν ἔργων οὐκ ἔστιν αὐτοῖς, ἀλλὰ ταῖς τῶν ἐπιστατῶν πληγαῖς ἀναγκαζόντων ὑπομένειν τὴν δεινότητα τῶν κακῶν ἀτυχῶς προΐενται τὸ ζῆν· τινὲς δὲ ταῖς δυνάμεσι τῶν σωμάτων καὶ ταῖς τῶν ψυχῶν καρτερίαις ὑπομένοντες πολὺν χρόνον ἔχουσι τὴν ταλαιπωρίαν· αἱρετώτερος γὰρ αὐτοῖς ὁ θάνατός ἐστι τοῦ ζῆν διὰ τὸ μέγεθος τῆς ταλαιπωρίας.

§ 27, l. 5. Σηλαγγεῖς] sic BC; σηλλαγγεῖς vgo.; Bekker. h. l. (ex A?) σηλαγεῖς (quod in Stephani Thes. recepit Dindorfius); in sequentibus autem his cum codicibus scripsit σηλαγγεῖς, uti etiam nostro loco debebat; instrumentum a quo nomen artifices hi nacti sunt, in sqq. appellatur σήραγξ, adeo ut æquabili modo dicendum fuisset aut σηραγγεῖς et σήραγξ, aut σηλαγγεῖς et σήλαγξ. Permutatio literarum ρ et λ in multis nominibus obvia; forma σήραγξ tamen præferenda. || — 9. δὲ] τε C. || — 12. ἔπειτα δὲ μᾶλλον vgo. || — 13. ἐπίνευσιν] ἐπίνοιαν codd. et Diodor.; em. e conjectura Wesselingii ad Diodor., ubi: « Salmasius κατὰ τὴν εὐπίνειαν τοῦ σανιδώματος *per lævorem tabulæ ad unguem rasæ et complanatæ* rescribi ad Solin. p. 777 oportere censuit: a cujus ego opinione non dissiderem, si τὸ εὐπινὲς et εὐπίνεια *lævorem* magis quam *nitorem* et *elegantiam* exprimeret; quod secus esse, exempla ab ipso ad eundem Solinum p. 589 producta evincunt. Diodorus legisse videtur κατὰ τὴν ἐπίνευσιν τοῦ σανιδώματος; quod justum arbitror, etsi simile exemplum mihi desit. [Exempla præbet Athenæus De mach. p. 6 extr. et Galen. vol. IV, p. 33, 15. V. Steph. Thes.] Πέτραι ἐπινενευκυῖαι sunt declives; hinc ἐπίνευσις, uti ἔκνευσις, progenita *declivitatem* indicat, sive ἔγκλισιν, ut Diodorus ait. Ceterum auri diversas lavandi rationes accurata oratione perscriptas si desideres, cumulate tibi satisfaciet Georg. Agricola De re metall. lib. VIII, p. 256 sqq. » || — 14. ἰσχύον] ἰσχυρόν C. || — 16. σηλαγγεὺς] σηραγχεὺς C., sed mox § 28 l. 1. σηλαγγεύς. || — 19. ἀρεώμασιν C. || — Σήραγξ vocabatur σανίδωμα illud, probabiliter a forma, quæ fistulæ juxta longitudinem dimidiatæ speciem referebat. || — 21. ἀποκεχρυμμένον A. Deinde voculam τὸ ante βάρος om. AC.

Phot. 28. Οὕτως οὖν οὗτος ὁ σηλαγγεὺς περικαθάρας τὰ ψήγματα τοῦ χρυσοῦ παραδίδωσι τοῖς ἑψηταῖς. Οἱ δὲ λαβόντες μέτρῳ τε καὶ σταθμῷ τὸ συνηγμένον εἰς ἄγγος κεραμεοῦν ἐνέβαλον, καὶ μίξαντες κατὰ λόγον τοῦ πλήθους μολίβδου βῶλον καὶ χόνδρους ἁλῶν, καὶ κασσιτέρου βραχὺ καὶ κρίθινον πίτυρον, κἄπειτα ἐπιθέντες ἐπίθεμα καλῶς ἡρμοσμένον καὶ πάντοθεν χρίσαντες, ἕψουσιν ἐν καμίνῳ πέντε ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας, οὐθὲν διαλείποντες. Τῇ δ' ἐχομένῃ σύμμετρον τῇ πεπυρωμένῃ προσάγοντες ψύξιν εἰς ἀγγεῖον κατήρασαν, ἄλλο μὲν τῶν συνεμβεβλημένων οὐθὲν εὑρίσκοντες, αὐτὸ δὲ τοῦ χρυσίου τὸ χύμα, βραχεῖαν εἰληφὸς ἀπουσίαν ἀπὸ τοῦ ψήγματος.

29. Ἡ μὲν οὖν πρὸς τοῖς μετάλλοις ἀπώλεια τῶν πολλῶν σωμάτων πρὸς τὸ ῥηθὲν τέλος κομίζεται τὴν διέξοδον, σχεδὸν αὐτῆς τῆς φύσεως δεικνυούσης ὅτι τοῦ χρυσίου συμβέβηκεν ὑπάρχειν καὶ τὴν γένεσιν ἐπίπονον καὶ τὴν φυλακὴν σφαλερὰν καὶ τὴν σπουδὴν μεγίστην καὶ τὴν χρῆσιν ἡδονῆς καὶ λύπης ἀνὰ μέσον κειμένην, τήν τε ἐργασίαν τρόπον τινὰ τοῦ γένους ἀρχαιοτάτην. Εὕρηται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν πρώτων τοῦ τόπου βασιλέων τῶν μετάλλων ἡ φύσις, διέλιπε δὲ ἐνεργοῦσα, ποτὲ μὲν Αἰθιόπων ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον πλήθους συνελθόντος καὶ πολλὰ τὰς πόλεις ἔτη φρουρήσαντος (ὑφ' ὧν καὶ τὰ Μεμνόνεια συντετελέσθαι φασί), ποτὲ δὲ Μήδων καὶ Περσῶν ἐπικρατησάντων. Εὑρίσκονται δὲ ἔτι καὶ καθ' ἡμᾶς ἐν τοῖς χρυσείοις τοῖς ὑπ' ἐκείνων κατασκευασθεῖσι λατομίδες μὲν χαλκαῖ, διὰ τὸ μήπω τὴν

28. Hoc igitur modo Selangeus postquam auri ramenta expurgavit, coctoribus transmittit; qui simul ac coactum illud ad mensuram et libram acceperunt, in vas immittunt fictile, et ad multitudinis proportionem bolum plumbi et salis grumos pauxillumque stanni et furfurem hordeaceum admiscent. Hinc imposito quod bene tegat operculo, et undique circumlito, in fornace coquunt dies quinque et totidem noctes sine intermissione. Sequenti deinceps die, justa materiæ ustulatæ refrigeratione adhibita, in vasculum aliud extrahunt, nihilque rerum simul injectarum inveniunt, sed solam auri massam conflatam, quæ a scobe pristina non multum deficit.

29. Hæc itaque ad fodinas illas corporum multorum perditio ad eum, quem dixi, finem exitum sortitur, ipsa prope natura demonstrante et generationem auri laboriosam et custodiam lubricam et studium acquirendi ejus maximum esse, usumque in medio voluptatis et ægritudinis consistere. Elaboratio autem hujus generis quodammodo antiquissima est. Nam a primis loci regibus inventa est ea metalli natura, desiit vero in actu esse tum, quando Æthiopum olim agmen Ægyptum incursavit, et multis annis urbes custoditas præsidiis suis tenuit (a quibus etiam Memnonia esse perfecta memorant), tum quando Medi et Persæ rerum potiebantur. Et reperiuntur etiam tempestate nostra in aurifodinis illorum manu factis mallei incisorii ex ære (quod temporibus illis ferri usus nondum inva-

---

Diod. θλίβοντες τὸ χαῦνον καὶ γεῶδες διὰ τούτων ἀναλαμβάνουσι, μέχρι ἂν ὅτου καθαρὸν γένηται τὸ ψῆγμα τοῦ χρυσοῦ.

28. Τὸ δὲ τελευταῖον ἄλλοι τεχνῖται παραλαμβάνοντες μέτρῳ καὶ σταθμῷ τὸ συνηγμένον εἰς κεραμεοῦς χύτρους ἐμβάλλουσι· μίξαντες δὲ κατὰ τὸ πλῆθος ἀνάλογον μολίβδου βῶλον καὶ χόνδρους ἁλῶν, ἔτι δὲ βραχὺ καττιτέρου καὶ κρίθινον πίτυρον προσεμβάλλουσιν· ἁρμοστὸν δ' ἐπίθεμα ποιήσαντες καὶ πηλῷ φιλοπόνως περιχρίσαντες ὀπτῶσιν ἐν καμίνῳ πέντε ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας ἀδιαλείπτως· ἔπειτα ἐάσαντες ψυχθῆναι, τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν εὑρίσκουσιν ἐν τοῖς ἀγγείοις, τὸν δὲ χρυσὸν καθαρὸν λαμβάνουσιν, ὀλίγης ἀπουσίας γεγενημένης.

29. Ἡ μὲν οὖν ἐργασία τοῦ χρυσοῦ περὶ τὰς ἐσχατιὰς τῆς Αἰγύπτου γινομένη μετὰ τοσούτων καὶ τηλικούτων πόνων συντελεῖται· αὐτὴ γὰρ ἡ φύσις, οἴομαι, ποιεῖ πρόδηλον ὡς ὁ χρυσὸς γένεσιν μὲν ἐπίπονον ἔχει, φυλα-

ter appressis materiam inanem et terrestrem attollunt, donec defæcatum auri ramentum evaserit.

28. Id tandem opifices alii certo modo et pondere congestum ad se recipiunt, receptum in fictiles urnas condunt, proque conditi ratione, plumbi massam, salis grana, pauxillum stanni furfuremque hordeaceum adjiciunt. Tum apto obstructum operculo et limo diligenter circumlitum continue per quinque dies et noctes in fornace coquunt. Hinc post justum refrigerationis intervallum ceteræ quidem materiæ in vasis nihil reperitur, sed purum putumque aurum, exiguo sane defectu, ex illis redit.

29. Hæc est illa auri circa extremam Ægypti oram præparatio; tot adeo tantisque laborum vexamentis illa consummatur. Ipsa, reor, natura manifestum prodit argumentum, aurum et laboriose generari et dif-

---

§ 28, l. 6. Καὶ κρίθινον] Dindorfius in Diodoro dedit cum plurimis, ut videtur, codicibus βραχὺ καττιτέρου κρίθινον πίτυρον; at καὶ ante κρίθινον tres saltem codd. Diodori (AF D. ap. Dind.) exhibent, sicut Photius. Admiscebantur ista partim ut facilius massa liquesceret, partim ut sulfurea discernerentur, denique ut argentum ab auro separaretur. || — 7. πάντοθεν] πανταχόθεν C. || — 8 et 11. οὐδὲν vgo. || — 9. an τῷ πεπυρωμένῳ? quamquam subintelligere licet ὕλῃ. || — 11. αὐτοὶ vgo. || — 12. εἰληφὼς vgo.

§ 29, l. 20. ἐργασίαν] εὕρησιν Diodor. Male hæc Photius cum antecedentibus jungit, quum separatim enuntianda essent, ut ap. Diodorum. || — 22. διέλειπε B. || — 25. καὶ add. A. || — 27. ἐν... κατασκευασθεῖσι

Phot. τοῦ σιδήρου κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγνωρίσθαι χρείαν, ὀστᾶ δὲ ἀνθρώπων ἄπιστα τῷ πλήθει, πτωμάτων (ὅπερ εἰκὸς γίνεσθαι) οὐκ ὀλίγων ἐν τοῖς χαύνοις καὶ πλακώδεσιν ὑπονόμοις γενομένων, τηλικαῦτα δὲ ὀρυγμάτων μεγέθη, καὶ διατείνοντα βάθεσιν ἐπικαρσίοις ἐπ' αὐτὴν τὴν θάλασσαν.

30. Ὅτι παρὰ τὴν νότιον τῆς Αἰγύπτου κλίσιν τέσσαρά ἐστι φῦλα τὰ μέγιστα, τὸ μὲν τοῖς ποταμοῖς παρεζευγμένον, ὃ σπείρει σήσαμον καὶ κέγχρον, τὸ δὲ περὶ τὰς λίμνας οἰκοῦν, ὃ τοῦ καλάμου καὶ τῆς ὕλης ἅπτεται τῆς ἁπαλῆς, τὸ δὲ εἰκῇ πλανώμενον, ὃ σαρκὶ καὶ γάλακτι παραπέμπει τὸν βίον, τὸ δὲ ἐκ τῆς παραλίας ὁρμώμενον τοὺς ἰχθύας ἀγρεῦον.

31. Τοῦτο δὲ τὸ γένος ἔχει μὲν οὔτε πόλεις οὔτε χώρας οὔτ' ἄλλης ἐντέχνου κατασκευῆς ὑπογραφὴν οὐδεμίαν, ἐστὶ δὲ τῶν ὑπολοίπων, ὡς ἔνιοί φασι, μέγιστον·

luerat) et ossa hominum incredibili multitudine, quum non pauci in cuniculis illis laxis et crustaceis (ut fieri probabile est) opprimerentur, et tanta fodinarum magnitudo, ut obliqua profunditate ad mare ipsum pertingant.

30. Ad australem Ægypti inclinationem quattuor sunt hominum nationes maximæ; prima fluviis adjuncta, quæ sesamum et milium serit; altera quæ paludes accolit, calamumque et silvulam teneriorem carpit; tertia quæ temere huc illuc oberrat, carnibusque et lacte vitam traducit; quarta quæ a littoribus maris proficiscens piscium venationi dat operam.

31. Hoc genus nec urbes habet nec regiones nec ullum apparatus artificiosi rudimentum, est vero inter cætera, ut quidam asseverant, maximum; nam ab

---

Diod. κὴν δὲ χαλεπήν, σπουδὴν δὲ μεγίστην, χρῆσιν δὲ ἀνὰ μέσον ἡδονῆς τε καὶ λύπης. Ἡ μὲν οὖν τῶν μετάλλων τούτων εὕρεσις ἀρχαία παντελῶς ἐστιν, ὡς ἂν ὑπὸ τῶν παλαιῶν βασιλέων καταδειχθεῖσα.

30. Περὶ δὲ τῶν ἐθνῶν τῶν κατοικούντων τήν τε παράλιον τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ Τρωγλοδυτικήν, ἔτι δ' Αἰθιοπίαν τὴν πρὸς μεσημβρίαν καὶ νότον πειρασόμεθα διεξιέναι.

31. Περὶ πρώτων δὲ τῶν Ἰχθυοφάγων ἐροῦμεν τῶν κατοικούντων τὴν παράλιον τὴν ἀπὸ Καρμανίας καὶ Γεδρωσίας ἕως τῶν ἐσχάτων τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον ἱδρυμένου, ὃς εἰς τὴν μεσόγειον ἀνήκων ἄπιστον διάστημα δυσὶν ἠπείροις περικλείεται πρὸς τὸν ἔκπλουν, τῇ μὲν ὑπὸ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, τῇ δ'

ficulter asservari et studium ejus esse maximum, usum denique in medio voluptatis et ægritudinis positum habere. Horum tamen metallorum inventio perantiqua est, ut quæ priscos olim reges habuerit auctores.

30. Nunc de gentibus, quæ per Arabici sinus oram et per Troglodyticam Æthiopiamque ad austrum sunt diffusæ, narrationi studium impendemus.

31. (*Cap.* 14). Ac primum de Ichthyophagis Æthiopibus (qui piscibus nutriuntur) dicemus, quibus maritima habitatur regio a Carmania et Gedrosia ad extremum usque recessum sinus Arabici, qui in mediterranea incredibili prope spatio excurrens, ad ostium a duabus continentibus, hinc Arabia felice, illinc

---

om. B. || — χρυσίοις A. || — μήπω] μήπου C. || — 3. γίνεσθαι] γίνεται C. || — 4. γιγομένων codd.; em. Bekker.

§ 30, 13. ἰχθῦς C. De re cf. Diodor. III, 8, 6, ubi eadem vitæ genera recensentur ex Agatharchidis de Asia libro secundo, in quo de Æthiopibus Meroes ceterisque hujus tractus populis breviter auctor exposuerat.

§ 31. Photius et Diodorus Agatharchidem ita excerpserunt, ut auctor post promissam expositionem de populis qui a meridie Ægypti sunt, abrupte ad Ichthyophagos Asiaticos transiisse videri debeat. At non tam absurdum in modum rem Agatharchides instituit. In universum narrationem ita distribuit, ut primum dicat de populis incultis qui ab Ægypti finibus usque ad fauces sinus Arabici degebant; deinde loca, sinus, fluvios, insulas ex ordine recenseat, primum Libyci litoris, tum vero Arabici. Aliter fecit Artemidorus, qui res ipsas quidem ex eodem Agatharchide ad verbum fere transcripsit, ordinem vero ita immutavit, ut tum quæ ad singulorum populorum vitas moresque, tum quæ ad singula loca oppidave pertinerent, in continuam narrationis seriem pro re nata contexeret. Jam vero inter gentes a Berenice et sinu Immundo et Ophiode sive Topazôn insula meridiem versus occurrentes primi recensentur Ichthyophagi apud Anonym. Peripl. mar. Rub. p. 1 et Agatharchidem Diodori (III, 40) et Artemidorum Strabonis (XVI, p. 770). Ab his igitur Libyæ Ichthyophagis profectus Agatharchides narrationi intexit quæ de Asiaticis Ichthyophagis ab intimo sinus Arabici recessu usque ad Carmaniam et Gedrosiam passim habitantibus compererat. Quibus absolutis, ad Africæ oram rediens filumque interruptum resumens, (§ 50) μετὰ τοὺς Ἰχθυοφάγους παρὰ τὸν Ἀσταβάραν ποταμὸν Rhizophagos habitare narrat. Artemidorus denuo Ichthyophagorum mentionem injicit in eo tractu qui ab Eumenis portu usque ad Diren pertinet, atque hac occasione de vita ejus gentis eadem paucis narrat, quæ fusius in nostris excerptis leguntur § 31-38. Idem deinde subjicit quæ Agatharchides habet § 47 et § 43-45, quasi hæc omnia ad unum eundemque tractum pertinerent, quum ipse Agatharchides probe loca distinguat. Ceterum de Ichthyophagis (*Hutemi* tribubus) tum Africanis tum Asiaticis vid. Arrian. Anab. VI, 28, 5. Ind. c. 26, 2. 27, 3. 29, 7. 31 18; Jubam (fr. 39. 42. 45) ap. Plin. VI, 26. 31. 34; Peripl. mar. Rub. p. 15. 19; Strabo p. 720; Mela III, 8; Ptol. VI, 7 et passim. Vita eorum etiam nunc eadem quam veteres tradiderunt. V. Niebuhr *Arabien*, p. 310; Morier *Second voyage* I, p. 72; Wellsted *Travels in Arabia* II, p. 258 sqq.; Wilkinson l. l. p. 37; Ritter XII, p. 176 sq. XIII, p. 307 sqq. 452, alii. || — 15. ὑπογραφὴν οὐδεμίαν] οὐδεμίαν ὑπογραφὴν B. || —

Phot. ἀπὸ γὰρ Αὐταίων, οἳ τὸν ἔσχατον μυχὸν κατοικοῦσιν, ὃν τῇ μεγάλῃ συμβέβηκε συγκλείεσθαι θαλάττῃ, μέχρι τῆς Ἰνδικῆς καὶ Κεδρωσίας, ἔτι δὲ Καρμανίας καὶ Περσῶν καὶ τῶν τοῖς εἰρημένοις γένεσιν ὑποκειμένων νήσων, ἰχθυοφάγοι πάντῃ κατοικοῦσι· γυμνοὶ μὲν ὄντες αὐτοί, γυμνὰς δὲ ἔχοντες τὰς γυναῖκας, κοινὴν δὲ τέκνων γένεσιν, ἔτι δὲ ἡδονῆς μὲν καὶ πόνου φυσικὴν ἔχοντες γνῶσιν, αἰσχρῶν δὲ καὶ καλῶν οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην εἰσφερόμενοι ἔννοιαν.

32. Τούτοις δὲ τὰ μὲν ἀγχιβαθῆ πάντ' ἐστὶ πρὸς τὸν βίον ἀλλότρια, παραπλησίως δὲ τὰ παρακείμενα μακραῖς ᾐόσι· θήραν γὰρ οὔτε ἰχθύος οὔτ' ἄλλου γένους [***] ὁμοιοπαθοῦς ἁδροτέραν παραδίδωσιν ἡ τοιάδε χέρσος. Αἱ δὲ οἰκήσεις πᾶσιν ἔκκεινται τοῖς εἰρημένοις παρὰ τὰς ῥαχίας, αἳ καὶ κοιλάδας βαθείας ἔχουσι καὶ φάραγγας ἀνωμάλους καὶ στενοὺς αὐλῶνας καὶ σκολιὰς ἐκτροπάς. Ὧν πρὸς τὴν χρείαν ὑποκειμένων οἰκείως, ἀναθέμενοι πέτρους αὐτοπαγεῖς ἐπὶ τῆς κοιλίας οἱονεί τινας ἀραιοὺς ***. Ὅταν οὖν ἐκ πελάγους ἡ πλημμυρὶς ἐπὶ τὴν χέρσον φέροιτο (ὃ ποιεῖ δὶς ἑκάστης ἡμέρας, πρὸς ὥραν ἐννάτην τε καὶ τρίτην), ἡ μὲν θάλαττα πᾶσαν τὴν ῥαχίαν ἐπικαλύπτει, συναπάγουσα ἐκ τοῦ πόρου πρὸς τὴν ᾐόνα βίᾳ καὶ τῶν ἰχθύων οὐκ ὀλίγους, οἳ τέως μὲν

Autæis, qui sunt ad extremum *sinus Arabici* secessum, quem magnum includit mare, usque ad Indiam et Gedrosiam et Carmaniam et Persas insulasque memoratis gentibus subjectas ubique habitant Ichthyophagi (homines ex piscibus victitantes); qui nudo, tam feminæ quam viri, sunt corpore, et communem sobolis procreationem habent; naturali quidem voluptatis et molestiæ cognitione, sed turpium et honestorum ne minima quidem præditi notitia.

32. His loca ubi mare statim a ripa profundum est, ad vitam sustentandam cuncta sunt aliena, consimiliter etiam quæ longe porrectis litoribus adjacent; nec enim piscis nec alterius generis capturæ obnoxii talis continens venationem præbet uberiorem. Habitacula autem cunctis exposita sunt ad crepidines, quæ et cavitates habent profundas et hiatus inæquales, et angustas convalles atque anfractus obliquos; quorum situs quum ad usus apte congruat, rudes lapides ad exitum cavitatis aggerentes quædam quasi raris foraminibus retia faciunt. Quando igitur æstus pelagi terræ se infert (quod bis fit quotidie, circa horam nonam et tertiam), mare totam cooperit crepidinem, vi secum adducens ex freto ad littus etiam pisces non paucos,

Diod. ὑπὸ τῆς Τρωγλοδυτικῆς. Τούτων δὲ τῶν βαρβάρων τινὲς μὲν γυμνοὶ τὸ παράπαν βιοῦντες κοινὰς ἔχουσι τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα παραπλησίως ταῖς τῶν θρεμμάτων ἀγέλαις, ἡδονῆς δὲ καὶ πόνου τὴν φυσικὴν μόνον ἀντίληψιν ποιούμενοι, τῶν αἰσχρῶν καὶ καλῶν οὐδεμίαν λαμβάνουσιν ἔννοιαν.

32. Τὰς δὲ οἰκήσεις ἔχουσιν οὐκ ἄποθεν τῆς θαλάττης παρὰ τὰς ῥαχίας, καθ' ἃς εἰσιν οὐ μόνον βαθεῖαι κοιλάδες, ἀλλὰ καὶ φάραγγες ἀνώμαλοι καὶ στενοὶ παντελῶς αὐλῶνες σκολιαῖς ἐκτροπαῖς ὑπὸ τῆς φύσεως διειλημμένοι. Τούτων δὲ τῇ χρείᾳ τῶν ἐγχωρίων πεφυκότων ἁρμοζόντως, τὰς ἐκτροπὰς καὶ διεξόδους συγκεχώκασι λίθοις μεγάλοις, δι' ὧν ὥσπερ δικτύων τὴν θήραν τῶν ἰχθύων ποιοῦνται. Ὅταν γὰρ ἡ πλημμυρὶς τῆς θαλάττης ἐπὶ τὴν χέρσον φέρηται λάβρως, ὃ ποιεῖ δὶς τῆς ἡμέρας περὶ τρίτην καὶ ἐνάτην μάλιστά πως ὥραν, ἡ μὲν θάλαττα πᾶσαν τὴν ῥαχίαν ἐπικλύζουσα καλύπτει, καὶ λάβρῳ καὶ πολλῷ κύματι συναποκομίζει πρὸς τὴν χέρσον ἄπιστον πλῆθος παντοίων ἰχθύων, οἳ τὸ μὲν

Troglodytarum solo, includitur. De barbaris his quidam prorsus nudi vitam agunt, quibus uxorum et liberorum non secus ac gregibus armentorum communio, voluptatis et laboris usus nullus præter naturalem, nec ulla turpis et honesti notio.

32. Habitant non procul a mari per crepidines, ubi non solum profundæ sunt cavitates, sed hiatus etiam inæquales et valles perangustæ, tortuosis a natura anfractibus diremptæ. Quæ quum sponte incolarum usibus sese accommodent, anfractus atque exitus magnorum aggestu lapidum obstruunt, hisque tanquam retibus pisces venantur. Quando enim pelagi exæstuatio continentis oram inundat, ut bis solet quotidie, circa tertiam et nonam plerumque horam, tota crepido maris alluvie obtegitur, quæ una cum fluctu increbrescente magnam vim piscium omnis generis secum defert in terram; hi primum in loco hoc litorali se continent

1. Αὐταίων] *Auteos* (sic) *Arabes* ad Heroopoliten sinum, qui est intimus sinûs Arabici recessus, accolere e Juba refert Plinius VI, 33, qui in seqq. Auteos etiam in Africana sinus ora inter Berenicen et Pentedactylum montem memorat, denique § 32 Auteos in Arabiæ felicis mediterraneo tractu novit. || — 1 μυχὸν om. C. || — 2. ὃν τῇ μεγάλῃ] ὄντι μεγάλῳ B. || — 2. θαλάττης B. || — 3. Καρμανίας] Γερμανίας codd. et editt. || — 4. ὑποκειμένων... κατοικοῦσι] om. AB. || — 6. γυμνὰς] Sec. Diodorum apud Photium leg. foret: κοινὰς δὲ ἔχοντες τὰς γυναῖκας καὶ τὴν τῶν τέκνων γένεσιν.

§ 32, l. 10. ἀγχιβαθῆ] βάθη pr. manu A. || — 12. γένους] Post hanc vocem codex C vacuum relinquit spatium linearum quattuor et dimidiæ, ac deinde iterata γένους voce pergit: γένους ὁμοιοπαθοῦς. Vulgata quum sensum fundat commodum, lacunæ nullam movet suspicionem; excidisse tamen complura codicis C indicio probatur. || — 16. στενοὺς] sic B; στεγνοὺς AC. || — 19. post ἀραιοὺς lacunam notavi, præeunte codice C, qui unius lineæ spatium habet vacuum. Supplere licet ὥσπερ τινὰς ἀραιοὺς σαγήνας ποιοῦνται, vel tale quid. Cf. Diodor. || — 21. τε om. B. || — 22. πόρου] πόντου B et corr. A.

Phot. ἐν τῇ παραλίᾳ μένουσι, νομῆς χάριν πλανώμενοι περὶ τὰς ὑποδύσεις· ἐπὰν δὲ αὖθις ἀναδύῃ τὸ τῆς ἀμπώτεως, τὸ μὲν ὑγρὸν διὰ τῶν λίθων καὶ τῶν φαράγγων ἀπορρεῖ εἰς τὸν ἐπιφερῆ καὶ κατεπείγοντα τόπον, οἱ δ' ἰχθύες ἐν τοῖς κοιλώμασιν ὑπολειπόμενοι ἕτοιμον θήραμα καὶ τροφὴ γίνονται τοῖς Ἰχθυοφάγοις.

33. Ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι ἰχθύες (ὡς ἔφημεν) εὐπετῶς καταγωνίζονται· ἐπὰν δ' ἐμπέσωσι κύνες τε καὶ φῶκαι μείζους καὶ σκορπίοι σμύραιναί τε καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον γένος, μετὰ κινδύνων ἡ συμπλοκὴ γίνεται.

34. Ὅταν δὲ θηρεύσωσιν ὁσουσδηποτοῦν, μετενέγκαντες ἐπὶ τὰς πέτρας τὰς κειμένας πρὸς μεσημβρίαν, οὔσας διαπύρους, ταύταις δὲ ἐπέρριψαν· χρόνον δὲ οὐ πολὺν ἐάσαντες στρέφουσιν ἐπὶ τοὔμπαλιν ἅπαντας. Εἶθ' ὅταν λάβωνται τῆς οὐρᾶς καὶ τὸν ὅλον ὄγκον σείσωσιν ἐκ ταύτης, ὁ μὲν σαρκώδης τόπος ἅπας ἐκπίπτει θρυπτόμενος διὰ τὴν εἰρημένην θερμασίαν· τὴν δ' ἄκανθαν σωρεύουσιν αὐτοί, ἀφ' ἧς ἐκ πλείονος τόπου κολωνοὶ παμμεγέθεις ὁρῶνται. Τὴν δὲ σάρκα τῶν ἰχθύων εἰς λεωπετρίαν συναγαγόντες πατοῦσιν ἐκτενῶς ἐπὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον, καὶ μίξαντες τὸν καρπὸν τοῦ παλιούρου. Τούτου γὰρ συμμιγέντος κολλῶδες μὲν τὸ πᾶν πολὺ

qui in maritima interim ora manent, pastus gratia circa recessus illos et cavernas divagantes; quum vero æstus maris retrofugit, humor quidem per lapides et hiatus ad humiliora et vergentia loca refluit, at pisces in cavitatibus relicti paratam Ichthyophagis venationem et alimoniam sufficiunt.

33. Ac reliqui quidem pisces, ut dixi, facili certamine subiguntur. At quum sors offert canes et phocas majores et scorpios murænasque et aliud quidquid ejus generis, conflictus fit non sine periculo.

34. Quotquot vero ceperunt, in versas ad meridiem petras quæ solis æstu fervent, transferunt, in easque conjiciunt, et post exiguum temporis intervallum cunctos in oppositum latus vertunt. Deinde quando cauda apprehensa totam quassant molem, carnosa pars excidit, fervore quem diximus emollita; spinam vero illi coacervant, unde et ex longinquo vastæ magnitudinis tumuli conspiciuntur. Tum carnes in planum aliquod saxum collectas ad tempus non mediocre impense calcant, etiam paliuri admixto semine. Quo admixto totum multo magis massa fit glutinosa, ac videtur paliuri fructus condimenti aut infarti vicem præstare.

Diod. πρῶτον ἐν τῇ παραλίῳ μένουσι, νομῆς χάριν πλανώμενοι περὶ τὰς ὑποδύσεις καὶ τὰ κοιλώματα· ἐπὰν δ' ὁ τῆς ἀμπώτεως ἔλθῃ χρόνος, τὸ μὲν ὑγρὸν ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον διὰ τῶν κεχωσμένων λίθων καὶ φαράγγων ἀπορρεῖ, οἱ δ' ἰχθῦς ἐν τοῖς κοιλώμασι καταλείπονται.

33. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν τὸ πλῆθος τῶν ἐγχωρίων μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν εἰς τὰς ῥαχίας ἀθροίζεται καθάπερ ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος· σχιζομένων δὲ τῶν βαρβάρων εἰς τὰ κατὰ μέρος συστήματα, πρὸς τοὺς ἰδίους ἕκαστοι τόπους μετὰ βοῆς ἐξαισίου φέρονται, καθάπερ αἰφνιδίου τινὸς κυνηγίας ἐμπεπτωκυίας. Εἶθ' αἱ μὲν γυναῖκες μετὰ τῶν παίδων τοὺς ἐλάττονας τῶν ἰχθύων καὶ πλησίον ὄντας τῆς χέρσου συλλαμβάνουσαι ῥίπτουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, οἱ δὲ τοῖς σώμασιν ἀκμάζοντες προσφέρουσι τὰς χεῖρας τοῖς διὰ τὸ μέγεθος δυσκαταγωνίστοις. Ἐκπίπτουσι γὰρ ἐκ τοῦ πελάγους ὑπερμεγέθεις οὐ μόνον σκορπίοι καὶ μύραιναι καὶ κύνες, ἀλλὰ καὶ φῶκαι καὶ πολλὰ τοιαῦτα ξένα καὶ ταῖς ὄψεσι καὶ ταῖς προσηγορίαις. Ταῦτα δὲ τὰ θηρία καταμάχονται τεχνικῆς μὲν ὅπλων κατασκευῆς οὐδὲν ἔχοντες, κέρασι δὲ αἰγῶν ὀξέσι κατακεντοῦντες καὶ ταῖς ἀπορρῶξι πέτραις ἐπιτέμνοντες. Πάντα γὰρ ἡ χρεία διδάσκει τὴν φύσιν, οἰκείως τοῖς ὑποκειμένοις καιροῖς ἁρμοζομένην πρὸς τὴν ἐκ τῆς ἐλπίδος εὐχρηστίαν.

34. Ἐπειδὰν δ' ἀθροίσωσιν ἰχθύων παντοδαπῶν πλῆθος, μεταφέρουσι τοὺς ληφθέντας καὶ πάντας ὀπτῶσιν ἐπὶ τῶν πετρῶν τῶν ἐγκεκλιμένων πρὸς μεσημβρίαν. Διαπύρων δ' οὐσῶν διὰ τὴν τοῦ καύματος ὑπερβολήν, βραχὺν ἐάσαντες χρόνον στρέφουσι, κἄπειτα τῆς οὐρᾶς

pastionis gratia circa receptus illos cavos divagantes, at quum sub refluxus vicem aqua paulatim per lapidum struem et hiatus defluit, pisces in lacunis destituuntur.

33. Per hanc occasionem indigenarum multitudo cum liberis et uxoribus, velut uno celeusmate excita, eo confluit. In cohortes autem divisi ad sua quique loca immani cum vociferatu, ac si repentina eis in venatione præda oblata sit, decurrunt. Tum feminæ cum pueris minores et vicinos continenti pisces colligunt et in terram abjiciunt, adulti vero et corpore validiores grandibus et difficulter subigendis manus afferunt. Prægrandes enim non modo scorpios, murænas et canes, verum etiam phocas et multa ejusmodi tum aspectu tum nomine peregrina pelagus ejectat. Has autem belluas expugnant non armis arte fabricatis, sed præacutis caprarum cornibus transfigunt, et saxorum fragmentis incidunt. Ad omnia enim necessitas naturam instruit, quæ ut præsens tempus exigit, ad id, quod ex usu fore sperat, se facile accommodat.

34 (*Cap.* 16). Posteaquam variorum piscium copia ipsis accumulata est, prædam transferunt, et quidquid ceperunt, in petris ad meridiem versis assant. Quæ quum ingenti solis æstu, velut igne, exardescunt, post exiguum intervallum eos vertunt; dehinc

---

6. γίνονται] γίνεται BC. || — § 33, l. 8. δ' ἐμπέσωσι] δὲ πέσωσι AB. || — 9. μύραιναι B. — καὶ om. A.
§ 34, l. 11. ὅσους δή ποτ' ἂν C. || — 12. τὰς κειμένας om. A. || — πρὸς] περὶ B. || — 13. δὲ post ταύταις om. B absque damno; malim δή. — 14 ἅπαντας] ἅπαντες codd. et editt. || — 21. καρπὸν] σπόρον B et cor-

Phot. μᾶλλον γίνεται, δοκεῖ δ' οἷον ἡδύσματος ἢ παρεμπλοκῆς τάξιν ἔχειν. Ἐπὰν δὲ ἱκανὸν χρόνον τοῖς ποσὶ δεψήσωσι, πλινθίδας παραμήκεις διαπλάσαντες πάλιν εἰς τὸν ἥλιον τιθέασιν. Ὧν ξηρασίαν λαβουσῶν, καθίσαντες εὐωχοῦνται πάντες, οὐ πρὸς μέτρον καὶ σταθμὸν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἑκάστου βούλησιν καὶ χάριν.

35. Ὅτι πρὸς τοὺς αἰφνιδίους χειμῶνας, οἳ τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων αὐτοὺς θήραν ἀφαιροῦνται, τοιόνδε τι μηχανῶνται. Πλανώμενοι παρὰ πᾶσαν τὴν πλησίον παραλίαν κόγχους συνάγουσι (μέγιστοι δὲ τυγχάνουσιν, ὥστε τοῖς μὴ ἰδοῦσιν ἄπιστον αὐτοῖς τοῦ μεγέθους τὴν ὑπερβολὴν εἶναι), ὧν τὸ κρέας ὠμὸν τῆς ἐνδείας ἀναπλήρωσιν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἔχουσι. Τῆς δὲ χρείας τῆς ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἔτι τούτοις παραμενούσης, τοὺς

Tandem ubi satis diu pedibus subegerunt, oblongos laterculos inde formatos ad solem denuo exponunt. Quibus siccitatem adeptis, discumbentes quotquot sunt una epulantur, non ad mensuram et pondus, sed ad cujusque arbitrium et voluptatem.

35. Contra tempestates repentinas, quæ piscium venationem eis intercipiunt, tale quippiam machinantur. Vagantes per totam viciniæ littoralis oram conchas (quæ ibi sunt maximæ, ut magnitudinis excessus iis qui non viderunt sit incredibilis) colligunt, crudisque harum carnibus in illa temporis difficultate indigentiam explent. Quin immo dum adhuc piscium illis copia

---

Diod. λαμβανόμενοι σείουσι τὸν ὅλον ὄγκον. Αἱ μὲν οὖν σάρκες θρυπτόμεναι διὰ τὴν θερμασίαν ἀποπίπτουσιν, αἱ δ' ἄκανθαι ῥιπτούμεναι πρὸς ἕνα τόπον μέγαν σωρὸν ἀποτελοῦσιν, ἀθροιζόμεναι χρείας ἕνεκεν περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. Μετὰ δὲ ταῦτα τὰς μὲν σάρκας ἐπί τινος λεωπετρίας κατατιθέμενοι πατοῦσιν ἐπιμελῶς ἐφ' ἱκανὸν χρόνον καὶ καταμίσγουσι τὸν τοῦ παλιούρου καρπόν. Τούτου γὰρ συναναχρωσθέντος τὸ πᾶν γίνεται χρῶμα κολλῶδες· καὶ δοκεῖ τοῦτο καθάπερ ἡδύσματος παρ' αὐτοῖς ἔχειν τάξιν. Τὸ δὲ τελευταῖον τὸ καλῶς πατηθὲν εἰς πλινθίδας παραμήκεις τυποῦντες, τιθέασιν εἰς τὸν ἥλιον· ἃς συμμέτρως ξηρανθείσας καθίσαντες κατευωχοῦνται, οὐ μὴν πρὸς μέτρον ἢ σταθμὸν ἐσθίοντες, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἰδίαν ἑκάστου βούλησιν, τὴν φυσικὴν ὄρεξιν ἔχοντες τῆς ἀπολαύσεως περιγραφήν· ἀνεκλείπτοις γὰρ καὶ διὰ παντὸς ἑτοίμοις χρῶνται ταμιεύμασιν, ὡς ἂν τοῦ Ποσειδῶνος τὸ τῆς Δήμητρος ἔργον μετειληφότος.

35. Ἐνίοτε δὲ τηλικοῦτον ἐκ τοῦ πελάγους εἰς τὴν χέρσον κυλινδεῖται κῦμα καὶ τὰς ῥαχίας ἐφ' ἡμέρας πολλὰς κατακλύζει λάβρον, ὥστε μηδένα δύνασθαι τοῖς τόποις προσεγγίζειν. Διόπερ κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς σπανίζοντες τροφῆς, τὸ μὲν πρῶτον τοὺς κόγχους συλλέγουσι, τηλικούτους τὸ μέγεθος ὧν εὑρίσκονταί τινες τετραμναῖοι· τὰ μὲν γὰρ κύτη συντρίβουσι λίθους εὐμεγέθεις ἐμβάλλοντες, τὴν δ' ἐντὸς σάρκα κατεσθίουσιν ὠμὴν, τῆς γεύσεως οὔσης παρεμφεροῦς τοῖς ὀστρέοις. Ἐπὰν δὲ διὰ τὴν συνέχειαν τῶν πνευμάτων ἐπὶ πλείονα χρόνον πληθύειν συμβαίνῃ τὸν Ὠκεανὸν, καὶ τὴν εἰωθυῖαν θήραν τῶν ἰχθύων ἐκκλείσῃ τὸ τῆς περιστάσεως ἀδύνατον, ἐπὶ τοὺς κόγχους, ὡς εἴρηται, τρέπονται· εἰ δὲ ἡ ἐκ τῶν κόγχων τροφὴ σπανίζει, καταφεύγουσιν ἐπὶ τὸν τῶν ἀκανθῶν σωρόν. Ἐκ

apprehensis caudis, totam quassant molem. Carnes igitur calore permollitæ decidunt; at spinæ in unum projectæ locum magnam efficiunt struem, et ad certum, qui paulo inferius dicetur, usum reservantur. Post id carnes in lævi quadam petra depositas ad justum tempus diligenter calcant ac paliuri fructum admiscent. Hac infectura totum illud *massa* glutinosa fit, idque condimenti ipsis loco esse videtur. Postremo id quod probe calcatum est, in lateres oblongos conformant, et ad solem exponunt; quibus modice arefactis, discumbentes hilaris simul animis epulantur, comeduntque non ad mensuram aut pondus, sed ad suum quisque arbitrium, ut qui naturali appetitu determinatum fruendi modum habent. Ex hac enim penu semper parata eis depromendi copia est, ac si Neptunus Cereris officium participet.

35. Quandoque tamen tam vasti in terram fluctus se volvunt, et multis diebus illas submersas tenent adeo, ut nemo illuc appropinquare ausit. Ideo quum penuria victus interim laborent, primo conchas legunt tantæ magnitudinis, ut nonnullæ quattuor minarum pondo inveniantur. Crustis enim grandium injectu lapidum contusis, carnes sub his crudas devorant, sapore ostreis affines. Si igitur continuis ventorum procellis diutius exundat Oceanus, et tempestas aeris capturam piscium excludit, primo, ut dictum est, ad conchas se convertunt. Quodsi etiam ex his cibus deficit, ad spinarum acervos confugiunt. Inde quas recentes et succi

---

rect. A Dein pro κολλῶδες codd. κόλλωσιν εἰς; collato Diodoro, em. Bekker.; propius a codicum scriptura abesset pro κόλλωσιν εἰς μὲν, κόλλησις εἰς ἓν vel κόλλησις μὲν. Mox pro τὸ πᾶν πολὺ cod. C: τὸ παμπολὺ Apud Diodor. vulgo legitur γίνεται χρῶμα κολλῶδες, in quo miror non offendisse editores. Leg. suspicor χρῆμα. || — 1. οἷον ἡδύσματος] οἱονεὶ δύσμικτος B et correct. A. « Fuit fortasse οἱονεὶ δέσματος, » *Bekkerus*, parum feliciter. || — 3. διαπλάσαντες] ποιήσαντες B et corr. A. Cf. quæ similia de Ichthyophagis narrat Arrianus in Historiæ Indicæ cap. 29.

§ 35, l. 11. ἰδοῦσιν] A; ἴδωσι C; εἰδόσιν B.

Phot. εἰρημένους κόγχους συλλέγουσιν, καὶ τούτους φύκει τε προσφάτῳ καὶ ἰχθύων τῶν ἐλασσόνων κεφαλαῖς ἐν ὀρύγμασι καταθέντες διατρέφουσι· τῆς δὲ ἐνδείας αὐτοὺς κατασχούσης, ταῦτα (ὡς εἴρηται) ποιοῦνται σίτησιν.

36. Εἰ δέ ποθ' ἑκατέρα αὐτοὺς σίτησις ἐπιλείψει, ἀπὸ παντὸς τοῦ τῶν ἀκανθῶν σωροῦ τὰς ἐγχύμους αὐτῶν καὶ προσφάτους ἐπιλέγοντες ἀφαιροῦσι κατ' ἄρθρον, κἄπειτα τὰς μὲν κόπτοντες ἐπὶ πετρώδους τόπου, ἃς δὲ κατεργαζόμενοι διὰ τῶν ὀδόντων, τοῖς φωλεύουσι τῶν θηρίων τὴν αὐτὴν διάθεσιν λαμβάνουσι.

37. Ποτῷ δὲ πολὺ θαυμασιωτέρῳ χρῶνται. Ἐπὶ μὲν γὰρ τέτταρας ἡμέρας πρὸς ταῖς θήραις γίνονται, καὶ πρὸς ᾠδαῖς ἀνάρθροις καὶ πρὸς ταῖς συνουσίαις ταῖς παιδιᾶς χάριν γινομέναις, ὑπ' οὐδενὸς περισπώμενοι, διὰ τὴν εὐκοπίαν τῆς τροφῆς· τῆς δὲ πέμπτης ἐπιλαβούσης ἐξορμῶσιν εἰς τὴν ὑπώρειαν ποτοῦ χάριν εἰς τὰς συρρύσεις τῶν νομάδων, πρὸς αἷς (καὶ) τὰ κτήνη ποτίζουσιν.

38. Ἑσπέριος δὲ ἡ πορεία γίνεται. Κατανύσαντες δὲ εἰς τὰς ποτίστρας τῶν νομάδων τοῦ κοιλώματος κύκλῳ περιέστησαν, εἶτ' ἀπερεισάμενοι τὰς χεῖρας εἰς τὴν γῆν καὶ θέντες τὰ γόνατα βοηδὸν πίνουσιν, οὐ πρὸς μίαν ἀναπνοῆς ὁρμὴν, ἀλλὰ πολλάκις αὐτοὺς ἀναπαύον-

suppetit, conchas illas colligunt, easque recenti alga et piscium minorum capitibus, fossis demersas, nutriunt, et postea egestate correpti in cibum (ut dictum est) eas vertunt.

36. Quodsi uterque illos cibus defecerit, ex universo spinarum acervo recentes et adhuc succi plenas seligunt, et articulatim inde sublatas partim in saxoso alicubi comminuunt loco, partim dentibus conficiunt, bestiarum quæ in latibulis versantur morem et ingenium repræsentantes.

37. Potu autem longe mirabiliore utuntur. Ad quattuor enim dies piscationi et cantilenis inconditis et sodalitiis ludi gratia institutis vacant, nulla re distracti, propter summam alimenti parandi facultatem; sed imminente jam die quinto, in regionem montibus subjectam potus causa exeunt, ad aquaria, quo Nomades pastores pecora sua potum agunt.

38. Profectio autem illa fit versus solis occasum. Proinde quum ad aquaria Nomadum pervenerint, lacum in orbem circumstant. Postea manibus humo connixis et flexis genibus boum more bibunt, non uno respirationis impetu, sed crebro interquiescendo. Sic

---

Diod. τούτου γὰρ ἐκλέγοντες τὰς ἐγχύλους καὶ προσφάτους τῶν ἀκανθῶν διαιροῦσι κατ' ἄρθρον, καὶ τὰς μὲν αὐτόθεν τοῖς ὀδοῦσι κατεργάζονται, τὰς δὲ σκληρὰς λίθοις θραύοντες καὶ προϋπεργαζόμενοι κατεσθίουσι, παραπλησίαν διάθεσιν ἔχοντες τοῖς φωλεύουσι τῶν θηρίων. Τῆς μὲν οὖν ξηρᾶς τροφῆς τὸν εἰρημένον τρόπον εὐποροῦσι.

37. Τῆς δ' ὑγρᾶς παράδοξον ἔχουσι καὶ παντελῶς ἀπιστουμένην τὴν χρῆσιν. Ταῖς μὲν γὰρ θήραις προσκαρτεροῦσιν ἐφ' ἡμέρας τέτταρας, εὐωχούμενοι πανδημεὶ μεθ' ἱλαρότητος καὶ ταῖς ἀνάρθροις ᾠδαῖς ἀλλήλους ψυχαγωγοῦντες· πρὸς δὲ τούτοις ἐπιμίσγονται τότε ταῖς γυναιξὶν αἷς ἂν τύχωσι παιδοποιίας ἕνεκα, πάσης ἀσχολίας ἀπολελυμένοι διὰ τὴν εὐκοπίαν καὶ τὴν ἑτοιμότητα τῆς τροφῆς· τῇ δὲ πέμπτῃ πρὸς ὑπώρειαν ἐπείγονται πανδημεὶ ποτοῦ χάριν, ἔνθα συρρύσεις γλυκέων ὑδάτων εἰσὶ, πρὸς αἷς οἱ νομάδες τὰς ἀγέλας τῶν θρεμμάτων ποτίζουσιν.

38. Ἡ δὲ ὁδοιπορία τούτων παραπλήσιος γίνεται ταῖς ἀγέλαις τῶν βοῶν, πάντων φωνὴν ἀφιέντων οὐκ ἔναρθρον, ἀλλ' ἦχον μόνον ἀποτελοῦσαν. Τῶν δὲ τέκνων τὰ μὲν νήπια παντελῶς αἱ μητέρες ἐν ταῖς ἀγκάλαις φέρουσι, τὰ δὲ κεχωρισμένα τοῦ γάλακτος οἱ πατέρες, τὰ δ' ὑπὲρ πενταετῆ χρόνον ὄντα προάγει μετὰ τῶν γονέων σὺν παιδιᾷ, πεπληρωμένα χαρᾶς, ὡς ἂν πρὸς τὴν ἡδίστην ἀπόλαυσιν ὁρμώμενα. Ἡ γὰρ

plenas selegerunt, articulatim dividunt, et alias statim dentibus conficiunt, alias duriores lapidum prius impactu comminutas bestiarum in speluncis latentium more depascuntur. Et sicci quidem alimenti copiam ita sibi parant.

37 (*Cap.* 17). Humidi autem mirabilis illis usus est ac fidem prorsus excedens. Nam piscationi per dies quattuor continue immorantur, catervatim tamen cum hilaritate interim convivantes, et absonis cantilenis oblectantes se mutuo; tum etiam feminis, quascumque sors offert, sobolis causa generandæ commiscentur, omni prorsus negotio et cura propter facilem et paratam nutrimenti copiam exsoluti. At die quinto gregatim ad tractus montibus subjectos, ubi dulcis aquæ scaturigines, potus desiderio festinant, quo etiam nomades greges potum agunt.

38. Nec a boum armentis itinere differunt; omnes enim vocem inconditam emittunt, quæ præter sonum nihil refert. Pueros adhuc tenellos et lactentes matres in ulnis gestant, ablactatos vero patres. At quintum annum egressi cum parentibus lusitabundi gaudioque pleni, ut ad suavissimam pergentes recreationem, antecedunt. Natura enim illorum non perversa summi

---

§ 36, l. 6. τοῦ ante τῶν om. C. || — 7. ἐπιλέγοντες ἀφαιροῦσιν] ἐκλέγοντες διαιροῦσι Diodorus rectius.

§ 37, l. 14. παιδιᾶς] παιδείας B; παιδοποιίας ex narratione Diodori. || — 15. ἐπιλαβούσης] ἐπιβαλούσης A. || — 17. καὶ τὰ κτήνη] καὶ om. AB. Ad ποτίζουσιν sensus postulat ut suppleas οἱ νομάδες. Melius oratio haberet, si scriptum esset : εἰς τὰς συρρύσεις τῶν ναμάτων, πρὸς αἷς καὶ οἱ νομάδες τὰ κτήνη ποτίζουσιν.

§ 38, l. 19. ἑσπερίοις B. || — καταλύσαντες cod. C.

Phot. τες. Πληρώσαντες δὲ τὰς κοιλίας τῶν ὑγρῶν καθάπερ ἀγγεῖα, πρὸς θάλατταν μόλις ἀποχωροῦσιν.

39. Εἶτα ἐπανελθόντες, ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν ἕκαστος οὔτε ἰχθύος οὔτε ἄλλου τινὸς γεύεται· κεῖται δὲ ὑπεργέμων καὶ δύσπνους, ὥστε εἶναι τρόπον τινὰ τῷ μεθύοντι παραπλήσιον τὸ βάρος· ἀπὸ δὲ τῆς ἐχομένης ἐπὶ τὴν εἰρημένην δίαιταν ἐπανάγει· καὶ τοῦτο κύκλῳ διὰ βίου γίνεται πρὸς ἀσχολίαν καὶ μέριμναν οὐδενὸς ἀποβλεπόντων αὐτῶν πράγματος. Καὶ νοσήμασι μὲν διὰ τὴν ἁπλότητα τῆς διαίτης σπανίοις περιπίπτουσι, τοσούτῳ δ' ἀφαιροῦσιν ἀπὸ τοῦ χρόνου τῶν ἐτῶν, ὅσῳπερ ἀπονωτέραν τῶν λοιπῶν ἔχουσι τὴν ἀναστροφήν.

40. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐντὸς τῶν στενῶν τὰς οἰκήσεις ἔχοντες ἰχθυοφάγοι οὕτω καταγίνονται· οἱ δὲ τὴν ἐκτὸς παραλίαν κεκτημένοι, ἄγρας μὲν ἐνδελεχῶς τοιαύτης εὐποροῦσιν, ὑγροῦ δ' ἁπλῶς οὐ δέονται. Προσενεγκάμενοι δὲ τὸν ἰχθὺν ἔγχυλον, ὥστε μικρὰν εἶναι τῶν ὠμῶν τὴν παραλλαγήν, οὐχ' οἷον ποτὸν ἐπιζητοῦσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἔννοιαν ἔχουσι τοῦ γένους, φέρουσι δὲ ἀλύπως ἅπερ αὐτοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἡ τύχη παραδέδωκεν.

41. Ὅτι τοὺς ἐν τοῖς εἰρημένοις τόποις οἰκοῦντάς φησι

ubi ceu dolia ventres liquore impleverunt, ad mare difficulter inde abscedunt.

39. Deinde reversi illo quidem die neque de piscibus neque de re alia quisquam gustat, sed plenus supra modum et difficulter anhelans quisque recubat, ebrio quadamtenus, gravedine scilicet, assimilis; insequente autem die ad consuetam victus rationem reditur. Hoc velut orbis circumrotati vicibus, per totam agitant vitam, nemine ex ipsis ad occupationem aut curam negotii alicujus respiciente. In morbos propter victus simplicitatem raros incidunt; tantum autem de numero annorum auferunt, quanto magis quam ceteri absque laboribus ætatem agunt.

40. Ad hunc itaque modum qui intra fauces sinus Arabici sedes habent Ichthyophagi vitam degunt. At qui exteriorem sibi oram vindicant, piscatu hujusmodi abundant perpetuo, humore autem prorsus non habent opus. Quum enim piscem adhuc succulentum et parum a crudo differentem comedant, non modo potum non requirunt, sed ne notitiam quidem ejus rei habent, animisque tranquillis ferunt quæcumque ab initio fortuna eis attribuit.

41. Præterea Æthiopes in locis modo memoratis ver-

Diod. φύσις αὐτῶν ἀδιάστροφος οὖσα τὴν ἀναπλήρωσιν τῆς ἐνδείας ἡγεῖται μέγιστον ἀγαθόν, οὐδὲν τῶν ἐπεισάκτων ἡδέων ἐπιζητοῦσα. Ὅταν δὲ ταῖς τῶν νομάδων ποτίστραις ἐγγίσωσι καὶ τοῦ ποτοῦ πληρωθῶσι τὰς κοιλίας, ἐπανέρχονται, μόγις βαδίζοντες διὰ τὸ βάρος.

39. Κἀκείνην μὲν τὴν ἡμέραν οὐδενὸς γεύονται, κεῖται δ' ἕκαστος ὑπεργέμων καὶ δύσπνους καὶ τὸ σύνολον παρεμφερὴς τῷ μεθύοντι· τῇ δ' ἑξῆς ἐπὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων πάλιν τροφὴν ἀνακάμπτουσι· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ δίαιτα κυκλεῖται παρ' αὐτοῖς πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον. Οἱ μὲν οὖν τὴν παράλιον τὴν ἐντὸς τῶν στενῶν κατοικοῦντες οὕτω βιοῦσι, νόσοις μὲν διὰ τὴν ἁπλότητα τῆς τροφῆς σπανίως περιπίπτοντες, ὀλιγοχρονιώτεροι δὲ πολὺ τῶν παρ' ἡμῖν ὄντες.

40. Τοῖς δὲ τὴν ἐκτὸς τοῦ κόλπου παράλιον νεμομένοις πολλῷ τούτων παραδοξότερον εἶναι τὸν βίον συμβέβηκεν, ὡς ἂν ἀδίψον ἐχόντων καὶ ἀπαθῆ τὴν φύσιν. Ἀπὸ γὰρ τῶν οἰκουμένων τόπων εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τῆς τύχης ἐκτετοπισμένοι τῆς μὲν ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἄγρας εὐποροῦσιν, ὑγρὰν δὲ τροφὴν οὐκ ἐπιζητοῦσι. Προσφερόμενοι γὰρ τὸν ἰχθὺν ἔγχυλον, μικρὰν ἔχοντα τῶν ὠμῶν τὴν παραλλαγήν, οὐχ οἷον ὑγρὰν τροφὴν ἐπιζητοῦσι, ἀλλ' οὐδ' ἔννοιαν ἔχουσι ποτοῦ. Στέργουσι δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς δίαιταν ὑπὸ τῆς τύχης αὐτοῖς προσκληρωθεῖσαν, εὐδαιμονίαν ἡγούμενοι τὴν ἐκ τῆς ἐνδείας αὐτοῦ τοῦ λυποῦντος ὑπεξαίρεσιν.

41. Τὸ δὲ πάντων παραδοξότατον, ἀπαθείᾳ τοσοῦτον

loco boni habet, explere quæ desunt, nihilque adventitiæ voluptatis quærit. Quum ad pastorum aquaria perventum est, ventres potu replent adeo, ut revertentes præ gravamine vix incedant.

39. Et illo quidem die nihil gustant; sed unusquisque oppido quam distentus et difficulter anhelans ebrioque per omnia similis jacet. Postridie denuo ad piscarium se cibum referunt. Et has victitandi vices per omne vitæ tempus, velut in orbem redeuntes, continuant. Atque hi maris accolæ intra sinus Arabici angustias viventes propter alimoniæ simplicitatem raro quidem in morbos incidunt, sed longe brevioris sunt, quam nostrates, vitæ.

40 (*Cap.* 18). Iis vero, qui extra sinum oram maritimam incolunt, longe insolentior quam illis vitæ ratio est : quippe quorum natura nec situm patitur, nec ullis affectionibus obnoxia est. Nam a locis habitationi aptis in deserta fatali quadam sorte relegati, e venatione quidem piscium abunde victitant, sed de nutrimento liquidiore non sunt solliciti. Quum enim piscem adhuc succulentum et parum a crudo differentem comedant, tantum abest ut potum requirant, ut ne minimam quidem ejus notitiam habeant. Contenti sunt itaque victu a fortuna sibi attributo, hoc ipso beatos se arbitrantes, quod molesto penuriæ sensu carent.

41. Et quod omnium maxime admirationem parit,

---

§ 39, l. 4. τινὸς γεύεται] τινὸς om. C. || — 6. τῷ μεθύοντι παραπλήσιον] παραπλήσιον τῷ μεθύοντι C. || — 12. ὅσῳπερ] ὅπερ C.

§ 40, l. 16. ἐκτὸς παρ.] sic BC; ἐντὸς π. vgo. || — 16. τοιαύτης om. C. || — 21. ἅπερ ἡ τύχη αὐτοῖς ἀπ' ἀρχῆς B.

Phot. πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἔτι μηδὲ πρὸς τὰ μέγιστα τῶν παρ' ἡμῖν δεινῶν ὁμοίαν ἡμῖν ἔχειν τὴν ἔννοιαν. Οὔτε γὰρ σίδηρον κατ' αὐτῶν ἐπαιρόμενον φεύγειν, οὔτε προπηλακισμῷ ἐρεθίζεσθαι, οὔτε τοὺς μὴ πάσχοντας τοῖς πάσχουσι συναγανακτεῖν· ἀλλ' εἴ τι γένοιτο περὶ αὐτοὺς ἐξ ἀλλοφύλων τοιοῦτον, βλέπουσι μὲν οὗτοι ἀτενῶς εἰς τὸ γινόμενον καὶ τὰς κεφαλὰς πυκνὰ διανεύουσι, τῶν δὲ εἰθισμένων ἀνθρώπῳ πρὸς ἄνθρωπον οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην διδόασιν ἔννοιαν. Ὅθεν (φησὶν ὁ συγγραφεύς) ἔγωγε νομίζω μηδὲ χαρακτῆρα εὔγνωστον ἔχειν αὐτοὺς, ἐθισμῷ δὲ καὶ νεύματι ἤχοις τε καὶ μιμητικῇ δηλώσει διοικεῖν πάντα τὰ πρὸς τὸν βίον.

santes ait ne maximorum quidem, quæ apud nos putantur, malorum communem nobiscum sensum habere. Nec enim ferrum contra se strictum refugere, nec contumelia injuriave irritari, nec integros adversis casibus affectorum vicem dolere; sed si tale quippiam ab alienigenis circa eos contingit, intentis quidem oculis ad factum respiciunt, et crebros dant nutus capitibus, et eorum quæ homo circa hominem facere solet, ne minimam quidem animadversionem produnt. Unde mihi (inquit auctor) ne signum quidem notitiæ certum habere, sed assuefactione et nutu sonisque ac imitatrice significatione cuncta in vita administrare videntur.

Diod. ὑπερβάλλουσι πάντας, ὥστε μὴ ῥᾳδίως πιστευθῆναι τὸν λόγον. Καίτοι γε πολλοὶ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου πλεόντων διὰ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης ἔμποροι μέχρι τοῦ νῦν πολλάκις προσπεπλευκότες πρὸς τὴν τῶν Ἰχθυοφάγων χώραν ἐξηγοῦνται σύμφωνα τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις περὶ τῶν ἀπαθῶν ἀνθρώπων. Καὶ ὁ τρίτος δὲ Πτολεμαῖος ὁ φιλοτιμηθεὶς περὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάντων τῶν περὶ τὴν χώραν ταύτην ὄντων ἐξέπεμψεν ἕνα τῶν φίλων, ὄνομα Σιμμίαν, κατασκεψόμενον τὴν χώραν. Οὗτος δὲ μετὰ τῆς ἁρμοττούσης χορηγίας ἀποσταλεὶς ἀκριβῶς, ὥς φησιν Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος ἱστοριογράφος, ἐξήτασε τὰ κατὰ τὴν παραλίαν ἔθνη. Φησὶν οὖν τὸ τῶν ἀπαθῶν Αἰθιόπων ἔθνος τὸ σύνολον ποτῷ μὴ χρῆσθαι, μηδὲ τὴν φύσιν αὐτῶν ἐπιζητεῖν διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. Καθόλου δ' ἀποφαίνεται μήτ' εἰς σύλλογον ἔρχεσθαι πρὸς τοὺς ἀλλοεθνεῖς μήτε τὸ ξένον τῆς ὄψεως τῶν προσπλεόντων κινεῖν τοὺς ἐγχωρίους, ἀλλ' ἐμβλέποντας ἀτενῶς ἀπαθεῖς ἔχειν καὶ ἀκινήτους τὰς αἰσθήσεις ὡς ἂν μηδενὸς παρόντος. Οὔτε γὰρ ξίφος σπασαμένου τινὸς καὶ καταφέροντος ὑπεξέφυγον, οὐθ' ὕβριν οὔτε πληγὰς ὑπομένοντες ἠρεθίζοντο, τό τε πλῆθος οὐ συνηγανάκτει τοῖς πάσχουσιν, ἀλλ' ἐνίοτε τέκνων ἢ γυναικῶν σφαττομένων ἐν ὀφθαλμοῖς ἀπαθεῖς ταῖς διαθέσεσιν ἔμενον, οὐδεμίαν ἔμφασιν ὀργῆς ἢ πάλιν ἐλέου διδόντες. Καθόλου δὲ τοῖς ἐκπληκτικωτάτοις δεινοῖς περιπίπτοντες ἠρεμαῖοι διέμενον, βλέποντες μὲν ἀτενῶς εἰς τὰ συντελούμενα, ταῖς δὲ κεφαλαῖς παρ' ἕκαστα διανεύοντες. Διὸ καί φασιν αὐτοὺς διαλέκτῳ μὲν μὴ χρῆσθαι, μιμητικῇ δὲ δηλώσει διὰ τῶν χειρῶν διασημαίνειν ἕκαστα τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἀνηκόντων.

in tantum perturbationum immunitate superant universos mortales, ut difficulter narrationi huic fides habeatur. Atqui non pauci ex Ægypto mercatores per Erythræum mare ad hanc usque ætatem sæpenumero ad terras Ichthyophagorum appulsi nobis adstipulantur, quod videlicet homines isti nulla se re moveri sinant. Ptolemæus tertius, qui venationi elephantum in his locis studium impendit, Simmiam, ex familiaribus unum, regionem illam speculatum misit. Hic, idoneo instructus commeatu, diligenter, ut *Agatharchides e Cnido historicus* refert, maritimas illas gentes exploravit. Dicit ille Æthiopes hos perturbationum expertes nullo omnino potu uti nec ad hunc appetendum natura affectos esse; idque ob causas supra dictas. Affirmat præterea nullo cum exteris colloquio eos conjungi, nec peregrino advenarum conspectu moveri, sed defixo in eos obtutu immotos citra ullam affectionem sensus, ac si nemo adsit, retinere; immo nec strictis (ait) impetiti gladiis subterfugiebant, nec injuriæ aut verberum perpessione irritabantur. Nec vulgus male tractatorum vicem indignabatur, sed sæpe liberis vel uxoribus ante oculos mactatis, seu nullo malo affecti, sensibus immotis persistebant, nullum iræ aut misericordiæ indicium præferentes. Denique si vel atrocissimis implicarentur malis, quieti permanebant, rigidis tantum oculis intuentes quæ agerentur, nutuque capitum singula persequentes. Ideo nec loquela eos uti, sed manuum gesticulatione quæ usus postulat indicare perhibent.

---

§ 41, l. 2. δεινῶν ὁμοίαν ἡμῖν om. A. ‖ — 6. οὗτοι] A; οὔτε vgo. ‖ — 7. πυκνὰ] πυκνῷ vgo. ‖ — 8. ἀνθρώπῳ πρὸς ἄνθρωπον] ἀνθρώποις B. Simmiam exploratorem, cujus Diodorus meminit, eundem esse suspicari licet cum eo, quem Περίπλουν scripsisse ait Marcianus p. 112 ed. Miller. Fortasse Simmias non modo Libycam oram extra fauces sitam, sed Arabicam etiam exploravit. Ac nescio an huc pertineant quæ apud Plinium (IX, 2) leguntur: *Cadara* (in sinu Persico, ubi Καδάρα urbs et fluvius ap. Ptolem. VI, 7, p. 405) *appellatur Rubri maris peninsula ingens. Hujus objectu vastus efficitur sinus, duodecim dierum et noctium remigio enavigatus Ptolemæo regi, quando nullius auræ recipit afflatum. Hujus loci quiete præcipua ad immobilem magnitudinem bellua adolescunt.* (Cf. Agatharch. § 47.) Superest ut de gente nostra comparemus Tzetziana in Chil. VI, v. 734:

Καὶ γὰρ τοὺς Αἰθίοπας τοὺς ἀπαθεῖς ἀκούω,
μήτε πληγαῖς μήτε τομαῖς, μὴ καύσεσι μηδ' ἄλλοις
ἀνιαροῖς ἀλγύνεσθαι, φέρειν δὲ πάντα ῥᾷστα,
ὡς ἄλλου τινὸς πάσχοντος, δοκῶ τισὶ φαρμάκοις.

Phot. 42. Ὅτι φησί, Πλησίον τῶν ἀδίψων Ἰχθυοφάγων οἱ κατοικοῦντες, ὥσπερ ἀπαραβάτων σπονδῶν μεταξὺ τεθεισῶν αὐτῶν τε καὶ τῶν φωκῶν, οὔτε αὐτοὶ τὰς φώκας σίνονται, οὐδ' ὑπ' ἐκείνων οὗτοι βλάπτονται, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων θήρας ἀνεπιβουλεύτους τῷ θηράσαντι ἑκάτερον γένος συντηρεῖ, καὶ συναναστρέφονται οὕτως ἀλλήλοις, ὡς μόλις ἂν εὑρεθεῖεν πρὸς ἀνθρώπους συμβιοῦντες ἄνθρωποι.

43. Ὅτι τῶν Ἰχθυοφάγων, φησίν, οἱ μὲν σκηνώμασι τοῖς σπηλαίοις, οὐ τετραμμένοις πρὸς μεσημβρίαν διὰ τὸ πνιγῶδες, ἀλλὰ τοῖς ἀπεστραμμένοις αὐτήν, χρῶνται· οἱ δὲ ὑπὸ ταῖς τῶν ἰχθύων πλευραῖς, φυκία ἐπιβάλλοντες αὐτοῖς· οἱ δὲ τὰς τῶν ἐλαιῶν κορυφὰς ἀλ-

42. Ichthyophagis adipsis sive non sitientibus finitimi, ceu inviolabile sancitum eis fœdus sit cum phocis, nec ipsi phocas lædunt, nec ab illis nocumento afficiuntur; immo etiam prædas inter se venatori integras et insidiarum immunes utrumque genus custodit, et ita mutuam inter se consuetudinem habent, ut vix homines qui cum hominibus ita convictum agant, inveniantur.

43. Pars Ichthyophagorum pro tabernaculis habent specus, non conversos ad meridiem, propter immodicum æstum, sed in plagam contrariam aversos; pars sub costis piscium, quibus algæ insternuntur,

---

Diod. 42. Καὶ τὸ πάντων θαυμασιώτατον, φῶκαι τοῖς γένεσι τούτοις συνδιατρίβουσαι θήραν ποιοῦνται τῶν ἰχθύων καθ' αὑτὰς παραπλησίως ἀνθρώποις. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς κοίτας καὶ τὴν τῶν γεννηθέντων ἀσφάλειαν μεγίστῃ πίστει τὰ γένη ταῦτα χρῆσθαι πρὸς ἄλληλα. Χωρὶς γὰρ ἀδικήματος ἀλλοφύλοις ζῴοις ἡ συναναστροφὴ γίνεται μετ' εἰρήνης καὶ πάσης εὐλαβείας. Οὗτος μὲν οὖν ὁ βίος, καίπερ ὢν παράδοξος, ἐκ παλαιῶν χρόνων τετήρηται τοῖς γένεσι τούτοις, εἴτε ἐθισμῷ διὰ τὸν χρόνον εἴτε ἀναγκαίᾳ χρείᾳ διὰ τὸ κατεπεῖγον ἡρμοσμένος.

43. Οἰκήσεσι δὲ τὰ ἔθνη οὐχ ὁμοίαις χρῆται, πρὸς δὲ τὰς τῆς περιστάσεως ἰδιότητας διηλλαγμέναις ἐμβιοῦσι. Τινὲς μὲν γὰρ ἐν σπηλαίοις κατοικοῦσι κεκλιμένοις μάλιστα πρὸς τὰς ἄρκτους, ἐν οἷς καταψύχουσιν ἑαυτοὺς διά τε τὸ βάθος τῆς σκιᾶς καὶ διὰ τὰς περιπνεούσας αὔρας· τὰ μὲν γὰρ πρὸς μεσημβρίαν νεύοντα, τοῖς ἴπνοις παραπλησίαν ἔχοντα τὴν θερμασίαν, ἀπρόσιτα τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ διὰ τὴν τοῦ καύματος ὑπερβολήν. Οἱ δὲ τῶν πρὸς ἄρκτον νευόντων σπηλαίων σπανίζοντες ἀθροίζουσι τὰς πλευρὰς τῶν ἐκ τοῦ πελάγους ἐκπιπτόντων κητῶν· τῆς δὲ τούτων δαψιλείας πολλῆς οὔσης, καταπλέξαντες ἐξ ἑκατέρου μέρους κύρτας πρὸς ἀλλήλας νενευκυίας, τῷ προσφάτῳ φύκει ταύτας διαπλέκουσι. Σκεπαζομένης οὖν τῆς καμάρας ἐν ταύτῃ τὸ βαρύτατον τοῦ καύματος ἀναπαύονται, τῆς κατὰ φύσιν χρείας αὐτοδίδακτον τέχνην ὑφηγουμένης. Τρίτος δὲ τρόπος ἐστὶ τοῖς Ἰχθυοφάγοις τῆς σκηνώσεως τοιοῦτος· ἐλαῖαι φύονται πάνυ πολλαὶ περὶ τοὺς τόπους τούτους, τὰ μὲν πρὸς τὴν ῥίζαν ἔχουσαι προσκλυζόμενα τῇ θαλάττῃ, πυκναὶ δὲ τοῖς φυλλώμασι, τὸν δὲ καρπὸν ὅμοιον ἔχουσαι τῷ κασταναϊκῷ καρύῳ. Ταύτας ἀλλήλαις συμπλέκοντες καὶ συνεχῆ σκιὰν ποιοῦντες ἰδιαζούσαις σκηναῖς ἐμβιοῦσιν· ἅμα γὰρ ἐν γῇ καὶ θαλάττῃ διατρίβοντες ἐπιτερπῶς διεξάγουσι, τὸν μὲν ἥλιον φεύγοντες τῇ διὰ τῶν ἀκρεμόνων σκιᾷ, τὸ δὲ φυσικὸν περὶ

42. Et quod in summa quis admiratione ponat, phocæ his generibus familiares juxta ac homines piscium capturas per se administrant. Ita summam quoque fidem in cubilium et sobolis tutela genera hæc inter se præstant. Mutuum enim vitæ consortium pacifice et cum omni verecundia citra ullam injuriam animalia genere disparata inter se gerunt. Et hæc vitæ societas quantumvis mirabilis a priscis inde sæculis vel ex consuetudine diuturna vel necessarii usus instigatione ipsis conservatur.

43 (*Cap.* 19). Habitant hæ gentes non perinde ut Ichthyophagi, sed variis pro rationum diversitate modis. Quidam specus subeunt, aquiloni utplurimum objectos, in quibus ad refrigerationem et umbræ profunditas et circumspirantes auræ ipsis commodant. Nam quæ ad meridiem inclinant, fornacum instar æstuant, et ob nimium fervorem accessus hominibus negant. Nonnulli a speluncis borealibus exclusi costas balænarum, quas frequente ibi copia pelagus ejectat, curvo utrinque in se flexu connectunt, algaque intexunt recenti. Sub his, ceu fornice umbroso, per gravissimos solis ardores conquiescunt. Quam artem per se naturæ illos necessitas edocet. Tertius inde tabernacula parandi modus apud Ichthyophagos hic est. Multum ibi nascitur olivarum, quæ circa radices a mari alluuntur, et densas gerunt frondes, fructus autem castaneæ nuci assimilis est. His inter se connexis, densam sibi umbram faciunt, et sub hoc novo umbraculorum genere vitam degunt, in terra simul et mari jucunda cum oblectatione versantes, dum ramorum umbris solem devitant, et natura-

---

§ 42, l. 2. ἀπαραβάτων] ἀβάτων C. || — 3. τεθεισῶν] τεθέντων codd.

§ 43, l. 13. ἐπιβαλόντες C. || — 13. ἐλαιῶν] Apud Diodorum pro ἐλαῖαι codd. habent ἐλάται. De arboribus quas mare alluit in pelago Rubro ac sinu Arabico cf. Eratosthenes ap. Strabon. p. 767; Artemidor. ibid. p. 770, ubi infra Σωτείρας λιμένα arbores in aqua nasci dicuntur. Secundum eundem paullo post memoratur

Phot. λήλαις συνάπτοντες εἶτα χρῶνται σκηνώμασι. Τὴν δὲ τοιαύτην ἐλαίαν καρπὸν φέρειν φησὶ χασταναϊκῷ καρύῳ προσεμφερῆ.

44. Τὸ δὲ τέταρτον τῶν Ἰχθυοφάγων γένος τὴν οἴκησιν ἔχει τοιαύτην. Μνίου φόρτος ἄπλετος ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος, ὄρει παραπλήσιος, σεσώρευται, καὶ πᾶς οὗτος ὑπὸ τοῦ προσβάλλοντος ἀεὶ κύματος σκληρῶς πεπιλημένος, ὥστε ὁμογενοῦς ὄγκου καὶ μίαν φύσιν ἔχοντος διὰ τὴν μίξιν καὶ συμπλοκὴν τῆς ἄμμου μηδὲν παραλλάσσειν. Εἶτα ὑπονόμους αὐτοῖς ἀνδρομήκεις ὀρύττουσι, τὸν μὲν κατὰ κορυφὴν ὄγκον ἐῶντες ὠχυρῶσθαι καὶ στέγειν διὰ τῆς εἰρημένης συνδέσεως, ἐκ δὲ τοῦ κάτωθεν ἐδάφους παραμήκεις αὐλῶνας κατασκευαζόμενοι, πρὸς ἀλλήλους πάντοθεν συντετρημένους, ἐν οἷς τέως μέν τινος τὰ πρὸς τὸν ἄνεμον φωτίσαντες ἄγουσιν ἡσυχίαν, ἐπὰν δὲ πλημμυρὶς ἐπέλθῃ, τὰ πρὸς τὴν ἄγραν (ὡς καὶ προείρηται) παρασκευάζονται.

45. Τοὺς μέντοι γε τελευτῶντας αὐτῶν οὐδεμιᾶς ἀξιοῦσι προνοίας, ἀπαθῆ πρὸς τὸν ἐκ δόξης ἔλεον κεκτημένοι τὴν γνώμην· διὸ καὶ κεῖσθαι ἐρριμμένους ἐῶσιν, ἕως ἂν ἄμπωτις ἐπιγενομένη τροφὴν εἰς τὴν θάλασσαν κομίσῃ τούτους τοῖς ἰχθύσιν.

46. Ὅτι φησὶν ἐνίοις τῶν ἀπὸ τῆς θαλάττης σιτουμένων μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο ἔχειν παραδοξό-

degunt; alii vertices olivarum inter se connexos pro domiciliis usurpant. Id autem genus olivæ fructum edit nuci castaneæ persimilem.

44. Quarta gens Ichthyophagûm talem habitandi consuetudinem habet. Immensus musci marini cumulus ex omni ævo congestus est, instar montis, isque totus a fluctu perpetuo alluente condensatur, ut a mole aliqua generis et naturæ unius, propter arenæ admixtionem et concretionem, nihil differat. Hinc cuniculis ad altitudinem viri actis, quæ in fastigio sunt, indurescere et tecti usum præbere sinunt, propter quam dixi connexionem; sed in parte inferiori oblongos ducunt meatus undique inter sese perforatos. In his, aliquatenus ad penetralia vento exposita luce admissa, quietem capiunt; quando autem maris inundatio oritur, venationi piscium, quo diximus modo, incumbunt.

45. Morientes nulla cura dignantur, quum mens illorum misericordia (quam opinio gignit) non afficiatur. Ideo projectos jacere sinunt, donec reciprocatio æstus oborta in mare illos, escam piscibus, abstulerit.

46. Nonnulli qui ex mari victitant, cum aliis etiam hoc insolentius habent, et quod in rationis fidem non

---

Diod. τοὺς τόπους καῦμα τῇ συνεχεῖ τοῦ κύματος προσκλύσει διορθούμενοι, ταῖς δὲ περιπνοαῖς τῶν εὐκαίρων ἀνέμων εἰς ῥᾳστώνην ἄγοντες τὰ σώματα.

44. Ῥητέον δ' ἡμῖν καὶ περὶ τοῦ τετάρτου μέρους τῆς σκηνώσεως. Ἐκ γὰρ τοῦ παντὸς αἰῶνος σεσώρευται τοῦ μνίου φόρτος ἄπλατος, ὄρει παρεμφερής· οὗτος ὑπὸ τῆς συνεχοῦς τοῦ κύματος πληγῆς πεπιλημένος τὴν φύσιν ἔχει στερέμνιον καὶ συμπεπλεγμένην ἄμμῳ· ἐν τούτοις οὖν τοῖς ἀναστήμασιν ὑπονόμους ἀνδρομήκεις ὀρύττοντες, τὸν μὲν κατὰ κορυφὴν τόπον ἐῶσι στέγην, κάτωθεν δ' αὐλῶνας παραμήκεις καὶ πρὸς ἀλλήλους συντετρημένους κατασκευάζουσιν. Ἐν δὲ τούτοις ἀναψύχοντες ἑαυτοὺς ἀλύπους κατασκευάζουσι, καὶ κατὰ τὰς ἐπικλύσεις τῶν κυμάτων ἐκπηδῶντες περὶ τὴν θήραν τῶν ἰχθύων ἀσχολοῦνται· ὅταν δὲ ἄμπωτις γένηται, κατευωχησόμενοι τὰ ληφθέντα συμφεύγουσι πάλιν εἰς τοὺς προειρημένους αὐλῶνας.

45. Τοὺς δὲ τελευτήσαντας θάπτουσι κατὰ μὲν τὸν τῆς ἀμπώτεως καιρὸν ἐῶντες ἐρριμμένους, ὅταν δ' ἡ πλημμυρὶς ἐπέλθῃ, ῥίπτουσιν εἰς τὴν θάλατταν τὰ σώματα. Διὸ καὶ τὴν ἰδίαν ταφὴν τροφὴν τῶν ἰχθύων ποιούμενοι κυκλούμενον ἰδιοτρόπως τὸν βίον ἔχουσι παρ' ὅλον τὸν αἰῶνα.

46. Ἓν δὲ γένος τῶν Ἰχθυοφάγων τοιαύτας ἔχει τὰς

lem loci æstum continua fluctus marini affusione mitigant, opportunisque ventorum auris corpora sua recreant.

44. De quarto etiam tabernaculorum modo est dicendum. Ex omni ævo ingens illic musci marini vis, instar montis, accumulata est. Hunc perpetua fluctuum impulsio ita conspissavit, ut naturam rigidissimam et cum arena connexam induerit. In his ergo tumulis ad viri altitudinem cuniculos agentes, quæ supra verticem sunt, pro tecto relinquunt, sed inferne specus oblongos et perforatos invicem effodiunt. Hic sese ab æstu recreantes absque molestia commorantur, et sub maris affluxum prosilientes venationi piscium incumbunt; reciprocante autem fluctu, ut de capta præda suaviter conviventur, in speluncas illas refugiunt.

45. Defunctos ita sepeliunt, ut refluxus tempore cadavera inhumata projiciant, redeunte autem maris æstu fluctibus auferenda tradant. Itaque quum ipsi sua piscibus sepultura escam offerant, vita eorum peculiari modo per omne ævum in orbem quasi circumagitur.

46. (*Cap.* 19). Ceterum una Ichthyophagûm natio

νῆσος ἐλαίᾳ κατάφυτος ἐπικλυζομένη (l. ἐπικλυζομένη). Cf. etiam Androsthenes ap. Theophrast. De plant. II, 5.

§ 44, l. 5. μνίου] Sic Diodorus; ἄμμου codices Photii et editt.; φύκους ἀποβεβλημένου πολλοῦ Artemidorus ap. Strab. p. 773. || — 7. πᾶς οὗτος] πᾶς vgo deest. || — κύματος] καύματος codd. Diodori. || — 8. πεπιλωμένος C. || — 12. στέγειν] στέγην C. Possit στέγειν etiam ap. Diodorum pro στέγην poni, monente Wesselingio. || — 15. τινος] τινες B. || — 17. ἄγραν] ἀγορὰν AB et mgo C.

Phot. τερον καὶ εἰς λογικὴν καταχωρῆσαι πίστιν οὐ ῥάδιον. Οὔτε γὰρ πόθεν εἰς τὸν χῶρον, ἐν ᾧ οἰκοῦσιν, ἀφίκοντο, ἔστιν ἐπιγνῶναι, οὔτε ὅπως, λισσῆς μὲν πέτρας ἄνωθεν ἐπεζευγμένης, ἐκ πλαγίου δὲ κρημνῶν ἀφαιρουμένων τὰς παρόδους, τὴν δὲ ἀπέναντι πᾶσαν [τοῦ πελάγους] ὁρίζοντος, ὃ καὶ πεζῇ μὲν διελθεῖν παντελῶς (ὡς εἶπον) ἀδύνατον, σχεδίαις δ' ὁμοίως ἀπορίᾳ τῶν παρ' ἡμῖν ἐξ ἴσου ἄπορον. Τούτων δὲ ὑφεστώτων, φησί, λοιπὸν εἰπεῖν ὡς αὐθιγενεῖς εἰσί, μνήμην τοῦ πρώτου σπέρματος οὐ λαβόντες, ἀεὶ δὲ ὑπάρχοντες, ὃν τρόπον ἔνιοι τῶν καλουμένων ὡρίσαντο φυσικῶν.

47. Ὅτι τῶν στενῶν ἐπέκεινα, φησί, τῶν συγκλειόντων τήν τε Ἀραβίαν καὶ τὴν ἀπέναντι χώραν, νῆσοι κεῖνται σποράδες, ταπειναὶ πᾶσαι, μικραὶ τῷ μεγέθει, τὸ πλῆθος ἀμύθητοι, καρπὸν οὐδένα γεννῶ-

facile cadat. Nam neque unde in locum, ubi versantur, pervenerint, cognitione assequi licet, neque quomodo; siquidem ardua eis petra ceu jugum desuper impendet, et præcipitia ex obliquo transitus adimunt, et quod ex adverso latus est pelago terminatur, quod ut pedibus (sicut dixi) transiri nequit, sic ratibus quoque, ob defectum eorum quæ nobis præsto sunt, æque difficile est. Quæ quum ita se habeant, reliquum est ut dicatur aborigines esse, qui primi seminis memoriam non acceperint, sed per omne ævum ibi exstiterint, quemadmodum id (de rebus naturalibus) physicorum, qui appellantur, nonnulli contenderunt.

47. Ultra angustias illas, quæ Arabiam et oppositam regionem claudunt, sparsæ jacent insulæ, depressæ omnes, magnitudine parvæ, numero infinitæ, nullum ad vitæ commoditatem fructum proferentes, neque sa-

---

Diod. οἰκήσεις, ὥστε πολλὴν ἀπορίαν παρέχεσθαι τοῖς τὰ τοιαῦτα φιλοτιμουμένοις ζητεῖν· ἐν γὰρ ἀποκρήμνοις φάραγξι καθίδρυνταί τινες, εἰς ἃς ἐξ ἀρχῆς ἦν ἀδύνατον παραβάλλειν τοὺς ἀνθρώπους, ἄνωθεν μὲν ἐπεχούσης πέτρας ὑψηλῆς καὶ πανταχόθεν ἀποτόμου, ἐκ πλαγίων δὲ κρημνῶν ἀπροσίτων ὑφαιρουμένων τὰς παρόδους, τὴν δὲ λοιπὴν πλευρὰν τοῦ πελάγους ὁρίζοντος, ὃ πεζῇ μὲν διελθεῖν ἀδύνατον, σχεδίαις δὲ οὐ χρῶνται τὸ παράπαν, πλοίων τε τῶν παρ' ἡμῖν ὑπάρχουσιν ἀνεννόητοι. Τοιαύτης δὲ ἀπορίας περὶ αὐτοὺς οὔσης, ὑπολείπεται λέγειν αὐτόχθονας αὐτοὺς ὑπάρχειν, ἀρχὴν μὲν τοῦ πρώτου γένους μηδεμίαν ἐσχηκότας, ἀεὶ δ' ἐξ αἰῶνος γεγονότας, καθάπερ ἔνιοι τῶν φυσιολόγων περὶ πάντων τῶν φυσιολογουμένων ἀπεφήναντο. Ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν τῶν τοιούτων ἀνεφίκτου τῆς ἐπινοίας ἡμῖν οὔσης, οὐδὲν κωλύει τοὺς τὰ πλεῖστα ἀποφηναμένους ἐλάχιστα γινώσκειν, ὡς ἂν τῆς ἐν τοῖς λόγοις πιθανότητος τὴν μὲν ἀκοὴν πειθούσης, τὴν δ' ἀλήθειαν οὐδαμῶς εὑρισκούσης.

47. Ῥητέον δ' ἡμῖν καὶ περὶ τῶν καλουμένων Χελωνοφάγων, ὃν τρόπον ἔχουσι τὴν ὅλην διάθεσιν τοῦ βίου. Νῆσοι γάρ εἰσι κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πλησίον τῆς

sic habitat, ut magnam talia scrutantibus perplexitatem res afferat. In præruptis enim vallibus nonnulli consident, quo nullus ab initio accessus patere hominibus potuit. Desuper enim præcelsus et undique abscisus imminet scopulus; e transverso autem inviis præcipitiis omnis præciditur aditus; reliquum latus mare terminat, quod ut pedibus transiri nequit, ita ratium nullus omnino ipsis usus, navigiorum autem, qualia nobis suppetunt, nulla est notitia. Quæ quum ita dubia sint et intricata, restat ut aborigines hos esse, qui absque certo generationis principio per omne semper ævum hic exstiterint, affirmemus; quod ipsum naturæ scrutatores quidam de cunctis rebus naturalibus asseverare non dubitant. Verum quum hujusmodi rerum cognitio intellectus nostri vires excedat, quid impedit quin plurima astruentes ne minimam quidem partem assequantur? quod verborum probabilitas aures quidem capiat, sed veritatem nequaquam inveniat.

47 (*Cap.* 21). Referendum quoque de Chelonophagis (sive de iis, qui testudinibus victitant), quomodo per totam vivendi rationem sese gerant. Sunt enim

---

§ 46, l. 2. ἀφίκοντο] ἀφῆκον C, ubi ἀφίκοντο manu sec. || — 5. πᾶσαν] sc. πλευράν, nisi hæc vox aut excidit aut in πᾶσαν corrupta est. Verba τοῦ πελάγους e Diodoro supplevit Hudsonus. Ceterum sermo est de montibus illis qui *Amba* vocari solent. V. Ritter *Erdk.* I, p. 190 sq. || = 6. διελθεῖν] ἐλθεῖν codd. et editt.; emendavi e Diodoro. Bekkerus pro ὃ καὶ ἐλθεῖν leg. proposuit οἷ ἐλθεῖν. || — 7. σχεδίαις... ἄπορον] Hæc male Photius contraxit. V. Diodor. || — 9. μνήμην] AB, λύμην C. missa voce εἰσί. De re cf. Mannert. X, 1, p. 37.

§ 47, l. 12. τ. στενῶν] sc. sinus Persici. || — 13 τὴν ἀπέναντι χώραν] Carmaniam. Sinum illum Ptolemæus κόλπον ἰχθυοφάγων appellat; ejus tranquillitatem memorat Plinius IX, 2, quem locum modo adscripsimus. De Chelonophagis ad Carmaniam obiter monent Mela III, 8 (ex eoque Solinus c. 8); Ptolemæus VI, 8, p. 415, 9; Marcianus p. 22; disertius Plinius VI, 28: *In Carmaniæ angulo sunt Chelonophagi, testudinum superficie casas tegentes, carne vescentes.* Artemidorus nostra de Chelonophagis narrat in descriptione sinus Arabici. Vid. supra not. Cf. Plinius IX, 12: *Testudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, ut singularum superficie habitabiles casas integant; atque inter insulas Rubri præcipue maris his navigant cymbis. Capiuntur multis quidem modis, sed maxime evectæ in summa pelagi antemeridiano tempore blandito, eminente toto dorso per tranquilla fluitantes: quæ voluptas libere spirandi in tantum fallit oblitas sui, ut solis vapore siccato cortice, non queant mergi, invitæque fluitent, opportunæ venantium prædæ. Ferunt et pastum egressas noctu, avideque saturatas lassari: atque ut remeaverint matutino, summa in aqua obdormiscere: id prodi stertentium sonitu. Tum adnatare, leviterque, singulis ternos; a duobus in dorsum verti, a tertio laqueum injici supinæ, atque ita e terra a*

Phot. σαι πρὸς τὸν βίον, οὔτε ἥμερον οὔτε ἄγριον, ἀπέχουσαι μὲν τῆς εἰρημένης ἠπείρου σταδίους ὡς ἑβδομήκοντα, τετραμμέναι δὲ πρὸς τὸ δοκοῦν πέλαγος παρεκτείνειν τὴν Ἰνδικὴν καὶ Γεδρωσίαν. Ἐνταῦθα κῦμα μὲν οὐ γίνεται, ἀλλ' ἄλλη (μὲν) ἄλλης προκαθημένη τὸν κλύδωνα τοῖς ἀκρωτηρίοις λαμβάνει· ἀέρων δὲ τὸν ἄριστον δοκοῦσιν ἔχειν. Ταύτας ἄνθρωποι κατανέμονται ἀριθμῷ μὲν σύμμετροι, ζῶντες δὲ βίον τοιοῦτον. Ἐν τῷ παρήκοντι πελάγει, τραχεῖ καὶ χειμερίῳ ὑπάρχοντι τελέως, γίνεται τῷ πλάτει καὶ τῷ μεγέθει πλῆθος ἄπιστον χελωνῶν, ἃς θαλαττίας πάντες νομίζομεν. Αὗται νυκτὸς μὲν ἐν τῷ βυθῷ νέμονται, ἡμέρας δὲ εἰς τὴν ἐν ταῖς νήσοις ἡσυχίαν καὶ γαλήνην ἀφικόμεναι κοιμῶνται, καὶ τοῦτο ποιοῦσι πρὸς τὸν ἥλιον μετέωροι, ταῖς κατεστραμμέναις πορθμίσιν ὁμοιοπαθεῖς. Ταύτας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ οἱ ἐπιχώριοι τέχνῃ καὶ σπουδῇ καὶ μερμίθαις εἰς τὴν χέρσον ἐκβαλόντες, τὰ μὲν ἐντὸς ἅπαντα σιτοῦνται, βραχὺν παροπτήσαντες ἐν τῷ καύματι χρόνον, τοῖς δὲ κύτεσι χρῶνται πρὸς τὰς σκηνώσεις, οἱονεὶ καλύβας ἐφ' ὑψηλοῖς τόποις πρη-

tivum, neque silvestrem, distantes a dicta continente ad septuaginta stadia, conversæ ad pelagus quod præter Indiam et Gedrosiam excurrere putatur. Hic nullus exsistit fluctus, sed alia alii quasi præsidens, tempestatem promontoriis excipit. Aerem autem videntur habere optimum. In his commorantur homines numero modico, qui vitam hoc modo sustentant. In circumfuso pelago, quod valde asperum est et tempestuosum, testudinum copia nascitur, quæ latitudine et magnitudine fidem prope excedunt, pro marinis autem a nobis omnibus habentur. Hæ noctu in profundo maris pascuntur, sed interdiu in quietos et tranquillos insularum recessus venientes dormiunt, idque ad solem in summo apricantes faciunt, eversis similes naviculis. Has illo temporis momento incolæ arte et studio et funibus in terram extrahunt, et quicquid interius est, ad breve tempus solis fervore assatum, comedunt, testas vero ad ædium constructionem usurpant; gurgustia enim in editis locis prominentia inde coagmentant; ad navi-

---

Diod. γῆς κείμεναι, πολλαὶ μὲν τὸ πλῆθος, μικραὶ δὲ τοῖς μεγέθεσι καὶ ταπειναί, καρπὸν δὲ οὔθ' ἥμερον οὔτ' ἄγριον ἔχουσαι. Ἐν ταύταις διὰ τὴν πυκνότητα κῦμα μὲν οὐ γίνεται, τοῦ κλύδωνος θραυομένου περὶ τὰς ἄκρας τῶν νήσων, χελωνῶν δὲ θαλαττίων πλῆθος ἐνδιατρίβει περὶ τοὺς τόπους τούτους, πανταχόθεν καταφεῦγον πρὸς τὴν ἐκ τῆς γαλήνης σκέπην. Αὗται δὲ τὰς μὲν νύκτας ἐν βυθῷ διατρίβουσιν ἀσχολούμεναι περὶ τὴν νομήν, τὰς δ' ἡμέρας εἰς τὴν ἀνὰ μέσον τῶν νήσων θάλατταν φοιτῶσαι κοιμῶνται μετέωροι τοῖς κύτεσι πρὸς τὸν ἥλιον, παρεμφερῆ τὴν πρόσοψιν ποιοῦσαι ταῖς κατεστραμμέναις ἀκάτοις· ἐξαίσιοι γὰρ τοῖς μεγέθεσιν ὑπάρχουσι καὶ τῶν ἐλαχίστων ἁλιάδων οὐκ ἐλάττους. Οἱ δὲ τὰς νήσους κατοικοῦντες βάρβαροι κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἠρέμα προσνήχονται ταῖς χελώναις· πρὸς ἑκάτερον δὲ μέρος πλησιάσαντες, οἱ μὲν πιέζουσιν, οἱ δ' ἐξαίρουσιν, ἕως ὕπτιον γένηται τὸ ζῷον· ἔπειθ' οἱ μὲν ἐξ ἑκατέρου μέρους οἰακίζουσι τὸν ὅλον ὄγκον, ἵνα μὴ στραφὲν τὸ ζῷον καὶ νηξάμενον τῷ τῆς φύσεως βοηθήματι φύγῃ κατὰ βάθους, εἷς δ' ἔχων μέρμιθα μακρὰν καὶ δήσας τῆς οὐρᾶς νήχεται πρὸς τὴν γῆν καὶ προσέλκεται μετάγων τὸ ζῷον ἐπὶ τὴν χέρσον, συμπαρακομιζομένων τῶν ἐξ ἀρχῆς τὴν ἐπίθεσιν πεποιημένων. Ὅταν δ' εἰς τὴν νῆσον ἐκκομίσωσι, τὰ μὲν ἐντὸς πάντα βραχὺν χρόνον ἐν ἡλίῳ παροπτήσαντες κατευωχοῦνται, τοῖς δὲ κύτεσιν οὖσι σκαφοειδέσι χρῶνται πρός τε τὸν εἰς τὴν ἤπειρον διάπλουν, ὃν ποιοῦνται τῆς ὑδρείας

in Oceano insulæ continenti propinquæ, quarum numerus ingens est, sed magnitudo exigua, humilisque situs, et quæ fructu tam agresti quam culto carent. Propter arctam inter se cohærentiam nulla in iis fluctuum est tempestas; alluvies enim ad promontoria insularum infringitur; propterea ingens testudinum marinarum copia tractus illos frequentat, undique ad hoc tranquillitatis tegumentum perfugiens. Hæ noctu in profundo commorantur suo vacantes pastui; interdiu mare insulis cinctum introgressæ testis ad solem erectis sublimes dormiunt, naviculis aspectu similes eversis. Enormis enim harum magnitudo est, exiguis piscatorum lembis haud minor. Barbari ergo, qui insulas illas incolunt, per occasionem illam tacite adnatant, et utrinque imminentes hinc deprimunt, illinc sursum levant, quoad animal resupinent. Tum utrinque totam molem dirigunt, ne conversa naturalis ope natatus aufugiat in profundum. Unus vero ex illis funem prolixum tenens et ad caudam animalis astringens, ad litus prænatat et animal in continentem pertrahit, comitantibus a tergo sociis, qui primi prædam aggressi sunt. Illius ergo in littus traducti carnes sole non ita diu assatas convivio hilari absumunt; testæ autem, scaphæ forma concavæ, commodum eis usum præbent, tum ut in continentis oras aquandi gratia enavigent, tum ut cavitates pronas editis in lo-

---

pluribus trahi. (Cf. etiam Ælianus Nat. Anim. XVI, 17 et XVII, 3.) || — 5. μὲν inclusit Bekker. || — 7. ταύτας] ταύταις codd.; em. Bekker. || — 8. ἀριθμῷ οὐ σύμμετροι AC; ἀριθμούμενοι σύμμετροι B et marg. C; hinc ἀριθμουμένοις conj. Henr. Stephanus. Dedimus quod aliis locis (ut § 48) auctor usurpare solet. || — δὲ βίον] δὲ τὸν βίον vgo. || — 12. ἡμέρα AB. || — 13 ταῖς ante νήσοις om. B. || — 15. κατεστραμμέναις e Diodoro reposui pro vg. κατεσκευασμέναις. || — 19. χρῶνται τὰς σκηνώσεις καθιστῶντες οἱονεὶ καλύβας ἐν ὑψηλοῖς τόποις καθιστῶντες (καθίσταντες cod. B), codd. et editt.; em. Wesseling. ed. Diodor., præeunte Salmasio ad Solin.

Phot. νεῖς καθιστῶντες, καὶ πρὸς τοὺς διάπλους δὲ (καὶ) ὑδρείας ἕνεκα κέχρηνται αὐτοῖς, ὥστε εἶναι τὸ αὐτὸ ναῦν, οἰκίαν, ἀγγεῖον, τροφὴν τοῖς εἰρημένοις ἀνθρώποις.

48. Ὅτι οὐ πολὺ διεστῶτες τοῦ εἰρημένου γένους σύμμετροι τῷ ἀριθμῷ βίον ἔχουσι τοιοῦτον. Ἐκ τῶν ἐκριπτουμένων εἰς τὴν χέρσον κητῶν ἀποζῶσι. Σπανιζούσης δὲ αὐτοῖς τῆς τοιαύτης σιτήσεως (γίνεται δὲ πολλάκις), ἐκ τῶν ὀστῶν τούς τε χόνδρους καὶ τὰ ἄκρα τῶν πλευρῶν κατεργαζόμενοι τὴν ἔνδειαν, εἰ καὶ χαλεπῶς, ὅμως παραμυθοῦνται. Τὰ μὲν οὖν τῶν Ἰχθυοφάγων γένη, φησίν, ἃ κατειλήφαμεν (μυρίων ὄντων ἃ τὴν ἡμῶν διέφυγε γνῶσιν) τοσαῦτα.

49. Ὅτι τῆς ζωῆς ἡμῶν ἡμῖν ἐφεστώσης ἔν τε τοῖς περιττοῖς καὶ τοῖς ἀναγκαίοις, τὰ εἰρημένα γένη τῶν Ἰχθυοφάγων τὰ μὲν ἄχρηστα περιγεγράφασιν ἅπαντα, φησί, τῶν δὲ καθηκόντων οὐδὲν ἐλλείπουσι, τῇ θείᾳ πρὸς τὸ ζῆν ὁδῷ βραβευόμενοι πάντες, οὐ τῇ παρασοφιζομένῃ ταῖς δόξαις τὴν φύσιν· οὐ γὰρ ἀρχῆς ἱμειρόμενοι τυχεῖν ἀγωνίᾳ φιλονείκῳ καὶ δυστυχεῖ συνέχονται· οὐδὲ πλεονεξίας ἐρῶντες πολλὰ μὲν ἄλλους δρῶσι, πολλὰ δὲ πάσχουσι τῶν οὐκ ἀναγκαίων· οὐδ' ἔχθρας ἐνιστάμενοι μείζους ἐπὶ βλάβῃ σώματος πολεμίου σφάλλονται ἐν ἀτυχίαις οἰκείων, οὐδὲ ναυτιλλόμενοι, κέρδους

gationis præterea usum et aquationis transferunt. Quo fit ut res eadem navis, domus, vasis et alimenti hominibus illis usum præbeat.

48. Non procul ab hoc genere mortalium remoti numero exiguo hunc vivendi morem habent. De balænis in terram expulsis victum sibi comparant : cujus si desit copia (id quod non raro accidit) cartilaginem ex ossibus et costarum extremitates conficiendo, egestatem quamtumvis moleste et ærumnose, consolantur. Tot igitur sunt genera Ichthyophagorum, quæ accepimus, quum innumera interim cognitionem nostram subterfugiant.

49. Quum vita, qualem nos sequimur, in superfluis et necessariis consistat, Ichthyophagûm quas recitavi gentes, cuncta quorum usus non est necessarius, angusto quasi orbe circumscripta excludunt; intereaque nullis rebus, quæ naturæ competunt, destituuntur, quum divina ad frugaliter vivendum ducantur via, non ea quæ fallaci opinionum specie naturam seducit; non enim circa imperii et magistratus affectationem contentiosa fortunæ et infelici trepidatione anguntur; nec avaritiæ studio multa in alios committunt, multaque contra recipiunt de malis non necessariis; nec inimicitias conflantes majores, ut noxam inferant corpori

---

Diod. ἕνεκεν, καὶ πρὸς τὰς σκηνώσεις, τιθέντες πρηνεῖς ἐφ' ὑψηλῶν τόπων, ὥστε δοκεῖν τούτοις τὴν φύσιν δεδωρῆσθαι μιᾷ χάριτι πολλὰς χρείας· τὴν γὰρ αὐτὴν αὐτοῖς εἶναι τροφήν, ἀγγεῖον, οἰκίαν, ναῦν.

48. Οὐ μακρὰν δὲ τούτων διεστῶτες νέμονται τὴν παράλιον βάρβαροι βίον ἀνώμαλον ἔχοντες. Διατρέφονται γὰρ ἀπὸ τῶν ἐκπιπτόντων εἰς τὴν χέρσον κητῶν, ποτὲ μὲν δαψίλειαν τροφῆς ἔχοντες διὰ τὰ μεγέθη τῶν εὑρισκομένων θηρίων, ποτὲ δὲ διαλειμμάτων γινομένων κακῶς ἀπαλλάττουσιν ὑπὸ τῆς ἐνδείας· καθ' ὃν δὴ χρόνον ἀναγκάζονται κατεργάσασθαι διὰ τὴν σπάνιν τῶν ἀρχαίων ὀστῶν χόνδρους καὶ τὰς ἄκρας τῶν πλευρῶν ἐκφύσεις. Τῶν μὲν οὖν Ἰχθυοφάγων τὰ γένη τοσαῦτ' ἐστὶ καὶ τοιούτοις χρῶνται βίοις, ὡς ἐν κεφαλαίοις εἰπεῖν.

[49 a. Ἡ δὲ κατὰ τὴν Βαβυλωνίαν παράλιος συνάπτει μὲν ἡμέρῳ καὶ καταφύτῳ χώρᾳ, τοσοῦτο δὲ πλῆθός ἐστι τῶν ἰχθύων τοῖς ἐγχωρίοις, ὥστε τοὺς ἀναλίσκοντας μὴ δύνασθαι ῥᾳδίως περιγενέσθαι τῆς δαψιλείας. Παρὰ γὰρ τοὺς αἰγιαλοὺς ἱστᾶσι καλάμους πυκνοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους διαπεπλεγμένους, ὥστε τὴν πρόσοψιν ὁμοίαν εἶναι δικτύῳ παρὰ θάλατταν ἑστηκότι. Κατὰ δὲ πᾶν τὸ ἔργον ὑπάρχουσι πυκναὶ θύραι, τῇ μὲν πλοκῇ ταρσώδεις, τὰς στροφὰς δ' ἔχουσαι πρὸς τὰς εἰς ἑκάτερα τὰ μέρη κινήσεις εὐλύτους. Ταύτας ὁ κλύδων φερόμενος μὲν εἰς τὴν γῆν κατὰ τὸν τῆς πλημμυ-

cis pro gurgustiis usurpent. Ita natura unum sane beneficium multis ipsorum commoditatibus, cibo, vasi, domui, navi, videtur accommodasse.

48. Non longo ab his intervallo mare accolunt barbari, dispari vitæ ratione utentes. Nam victus ipsis est a cetis forte ejectis; quandoque largos propter vastitatem belluarum cibos habent, quandoque, cessante harum præda, ægre se ab egestate expediunt. Tum enim exoletorum ossium cartilagines et quod extremum in costis exstat conficere famis stimulo coguntur. Tot nationes sunt, qui de piscibus victitant; hic vitæ illis cultus, ut summatim hoc concludatur.

¶49 a. (*Cap.* 22). Ora Babyloniæ objacens cultam et plantis consitam attingit regionem. Ubi tanta piscium ubertas, ut plus suppetat, quam incolæ absumere queant. Ad litora enim arundines statuunt densas interque se consertas, ut speciem retis juxta mare expansi referant. Totum opus crebras habet portas, quarum contextus cratitius est, et facilis in utramque partem conversionis motus. Has fluctus inundante mari in terram expulsus aperit, eoque recedente re-

---

p. 837, qui legi voluit εἰς τὰς σκην. et deinde πρηνῆ. || — 1. καὶ ὕδρ] καὶ om. A., fort. recte. Cf. Diod.

§ 48, l. 10. χαλεπῶς] AB et correct. C.; χαλεπὰ C. prima manu et vulgo.

§ 49, l. 14. τὰ εἰρ.] καὶ τὰ εἰρ. C. || — 16. θείᾳ] « Fort. ἰθείᾳ vel εὐθείᾳ » *Bekker*. || — 19. τυχεῖν] τύχης AB; τύχην C; em. Bekker. || — 22. σφάλλονται] σφάλλονται δ' C; οὐ σφάλλονται δ' AB.

Phot. ἕνεκα τὸ ζῆν ὑπερτείναντες, προσπταίσμασι τοῦ βίου μετροῦσι τὴν λύπην· ἀλλὰ μικρῶν δεόμενοι μικρὰ καὶ πενθοῦσι, τὸ μὲν ἀρκοῦν κτώμενοι, τὸ δὲ πλέον οὐ ζητοῦντες. Ἐνοχλεῖ δ' ἕκαστον οὐ τὸ ἀγνοούμενον, εἰ μὴ πάρεστιν, ἀλλὰ τὸ βουλητὸν, ὅταν ὑστερίζῃ τοῦ καιροῦ τῆς ἐπιθυμίας σπευδούσης. Οὐκοῦν ἐκεῖνος πάντ' ἔχων ἃ θέλει, εὐτυχήσει κατὰ τὸν τῆς φύσεως λογισμὸν, οὐ κατὰ τὸν τῆς δόξης. Νόμοις δὲ οὐ δικαιοῦνται· τί γὰρ δεῖ προστάγματι δουλεύειν τὸν χωρὶς γράμματος εὐγνωμονεῖν δυνάμενον;

50. Ὅτι μετὰ τοὺς Ἰχθυοφάγους παρὰ τὸν Ἀσταβάραν ποταμὸν, ὃς φέρεται μὲν διὰ τῆς Αἰθιοπίας καὶ τῆς Λιβύης, ἔστι δὲ τοῦ Νείλου πολλῷ ταπεινότερος, συμβάλλων δὲ τὴν οἰκείαν ὁρμὴν τῷ μείζονι ῥείθρῳ, νῆσον ποιεῖ τῇ περιρρύσει τὴν Μερόην, παρὰ γοῦν τὸν εἰρημένον ποταμὸν ἐπ' ἀμφοτέροις κατοικεῖ τοῖς χείλεσιν

hostili, domesticis infortuniis affliguntur, nec navigando lucri gratia vitam intendentes adversis casibus ægritudinem metiuntur, sed dum exiguis indigent, exigua etiam dolent; quod enim satis est tenent, et quod plus est non inquirunt. Unumquemque autem perturbat non id quod ignorat, si absit, sed quod libera voluntate appetit, si properante cupiditate ab occasione fruendi destituatur. Quocirca ille cuncta habens quæ velit, beatus erit ad naturæ rationem, non ad opinionis judicium. Nec legibus jus disceptant. Quid enim opus est edicto subservire eum qui sine litera rectam habere, et factis exhibere mentem potest?

50. Post Ichthyophagos juxta flumen Astabaram, qui per Æthiopiam et Libyam defertur longe Nilo submissior, alveumque suum cum majore conjungens ambitu suo Meroen insulam efficit : hujus igitur amnis juxta ripas utrasque turba quædam hominum habitat non numerosa, tali vitæ ratione. Ex vicina palude arun-

---

Diod. ρίδος καιρὸν ἀνοίγει, παλισσυτῶν δὲ κατὰ τὴν ἄμπωτιν ἀποκλείει. Διόπερ συμβαίνει καθ' ἑκάστην ἡμέραν πλημμυρούσης μὲν τῆς θαλάττης ἐκ βυθοῦ τοὺς ἰχθῦς συνεκφερομένους διὰ τῶν θυρῶν παρεισπίπτειν, ἀναχωρούσης δὲ μὴ δύνασθαι τοῖς ὑγροῖς συνδιαρρεῖν διὰ τῆς τῶν καλάμων πλοκῆς. Διὸ καὶ παρὰ τὸν Ὠκεανὸν ἐνίοτε σωροὺς ἰχθύων σπαιρόντων ὁρᾶν ἔστι γινομένους, οὓς ἀναλεγόμενοι συνεχῶς οἱ πρὸς τούτοις τεταγμένοι δαψιλεῖς ἀπολαύσεις ἔχουσι καὶ μεγάλας προσόδους. Ἔνιοι δὲ τῶν περὶ τοὺς τόπους διατριβόντων, πεδιάδος τε καὶ ταπεινῆς τῆς χώρας ὑπαρχούσης, τάφρους ὀρύττουσιν ἀπὸ θαλάττης εὐρείας ἐπὶ πολλοὺς σταδίους μέχρι τῶν ἰδίων ἐπαύλεως· ῥαβδωτὰς δὲ θύρας ἐπ' ἄκρας αὐτὰς ἐπιστήσαντες; ἀναβαινούσης μὲν τῆς πλημμυρίδος ἀνοίγουσιν, εἰς δὲ τοὐναντίον μεταπιπτούσης κλείουσιν· εἶτα τῆς μὲν θαλάττης διὰ τῶν τῆς θύρας ἀραιωμάτων ἀπορρεούσης, τῶν δ' ἰχθύων ἀποληφθέντων ἐν ταῖς τάφροις, ταμιεύονται καὶ λαμβάνουσιν ὅσους ἂν προαιρῶνται καὶ καθ' ὃν ἂν χρόνον βούλωνται.]

50. Διεληλυθότες δὲ περὶ τῶν παροικούντων τὴν ἀπὸ τῆς Βαβυλωνίας παράλιον ἕως Ἀραβίου κόλπου, περὶ τῶν ἑξῆς τούτοις ἐθνῶν διέξιμεν. Κατὰ γὰρ τὴν Αἰθιοπίαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου παρὰ τὸν Ἀσταβάραν καλούμενον ποταμὸν παροικεῖ τὸ τῶν Ῥιζοφάγων ἔθνος. Ἐκ γὰρ τῶν πλησιοχώρων τὰς ῥίζας τῶν καλάμων ὀρύττοντες οἱ βάρβαροι πλύνουσι φιλοτίμως· ποιήσαντες

vocatus iterum claudit. Hinc fit ut quotidie cum maris effluxu pisces ex profundo advecti per ostia irrumpant, eoque revertente, dum una cum aquis per arundines contextas elabi nequeunt, detineantur. Idcirco juxta Oceanum nonnunquam palpitantium acervos piscium videre est, quos huic negotio præfecti continuo colligentes et largam inde victus copiam nanciscuntur et vectigal non exiguum. Quidam recessus illius accolæ, quum litus sit campestre ac depressum, latas a mari ad tuguria sua fossas per multa stadia deducunt; ad quarum extremitates ostia e viminibus contexta statuunt, quæ ascendente maris æstu pandunt, retrolabente claudunt. Tum per ostiorum raritates effluente unda pisces vivariis interceptos asservant, et quantum libet quocumque tempore in suos inde usus depromunt.]

50 (*Cap.* 23). Percursis gentibus, quæ a Babylonia Arabicum usque sinum maritima tenent, ad ceteras deinceps gentes narrationem convertemus. Nam in Æthiopia supra Ægyptum ad fluvium quem Astabaram (Asan *codd.*) vocant, Rhizophagûm (radiculis vescentium) natio considet. Hi radices arundinum e paludibus vicinis effossas accurate primum lavant,

---

8. κατὰ] καὶ κατὰ vgo. Quæ apud Diodorum sequuntur § 49 a, ita sunt comparata, ut dubites num ex Agatharchide fluxerint an aliunde sint interposita.

§ 50. l. 11. Ἀσταβάραν] Apud Diodorum codices corrupte Ἄσαν, quod correxi. Ceterum quum reliquis fluvius hic (nunc *Atbara* et *Tacasse*) Ἀσταβόρας dicatur, id nostro quoque loco reposuissem, nisi scrupulum injiceret Ælianus N. An. XVII, 40, qui (ex Agatharchide nostro) : Ἐν Ἰνδοῖς (hoc Æliani est) ἐστὶ χώρα περὶ τὸν Ἀσταβάραν ποταμὸν ἐν τοῖς καλουμένοις Ῥιζοφάγοις. Κατὰ τὴν τοῦ Σειρίου τοίνυν ἐπιτολὴν κωνώπων νέφη τινὰ ἐκπληκτικὰ, καὶ οἷά τινα τὸν ἀέρα καταλαβεῖν ἐπιφανέντα, εἶτα μέντοι ἐλύπησέ τινα πολλά. Narrationem de Rhizophagis brevius ex Nostro refert Artemidorus ap. Strabon. p. 773 : Περὶ δὲ τὴν Μερόην καὶ ἡ συμβολὴ τοῦ τε Ἀσταβόρου καὶ τοῦ Ἀστάβου καὶ ἔτι τοῦ Ἀσταγάβα πρὸς τὸν Νεῖλον. Παροικοῦσι δὲ τούτοις οἱ Ῥιζοφάγοι καὶ Ἕλειοι προσαγορευόμενοι κτλ. In eodem tractu Rhizophagorum gentem recenset Ptolemæus IV, 7, p. 304, 11. — De hodiernis Astaboræ accolis, eorumque indole moribusque, quos immutatos inde a pristina antiquitate servarunt, v. Heeren *Ideen* II, 1,

Phot. ὄχλος, οὐ πολὺς μέν, τῷ δὲ βίῳ τοιοῦτος. Ἐκ τοῦ παρήκοντος ἕλους τὰς ῥίζας τῶν καλάμων ὀρύττει, κἄπειτα πλύνας καθαρῶς, ἐκκόπτει λίθοις πρὸς μέρος, ποιήσας δὲ λεῖον καὶ κολλῶδες ἀνέπλασεν ἐκ μαγίδος, εἰ καὶ οὐ χειροπλήθεις, ὄγκους, εἶτα ἐν τῷ καύματι παροπτῶν ταύτην ἔχει προσφοράν. Ἔχουσι δὲ οὗτοι κακὸν ἄφυκτον, τοὺς ἐν τοῖς ἕλεσι λέοντας ἐπιτιθεμένους αὐτοῖς. Ὑπὸ δὲ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ κυνὸς γίνεταί τι κωνώπων πλῆθος ἄπλετον, τηλικαύτην ἔχον δύναμιν ὥστε τὸν λαὸν εἰς τὰς λιμνώδεις ὑγρασίας ἐπελθόντα ἐκεῖ μένειν ἀφανῆ. Ὑφ' ὧν καὶ οἱ λέοντες ἐκτοπίζονται, οὐχ οὕτως ὑπὸ τοῦ δηγμοῦ δηλούμενοι, καίπερ ὄντος ἐπαχθοῦς, ὡς τὸν ὑπὸ τῆς φωνῆς ἦχον ἀλλόφυλον ἀδυνατοῦντες φέρειν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπηγγέλθω τοῦ παραδόξου χάριν· τί γὰρ ἰδιώτερον ἢ λέοντας μὲν ἐκχωρεῖν κώνωψιν, ἀνθρώποις δὲ σώζεσθαι ὑπὸ τοιούτου κινδύνου;

51. Ὅτι τοῖς εἰρημένοις, φησί, τὸ τῶν Ὑλοφάγων καὶ τῶν τὰ σπέρματα σιτουμένων ἐγγίζει γένος, βραχεῖαν ἔχον τὴν παραλλαγήν. Οἱ μὲν γὰρ τὸν πίπτοντα καρπὸν ἀπὸ τῶν δένδρων σιτοῦνται ὑπὸ τὴν θερείαν, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς πόας ἅπτονται τῆς ἐν τοῖς σκιεροῖς ἄγκεσι γινομένης στερεᾶς τε τὴν φύσιν καὶ

dinum radices effodit, pureque ablutas saxis in frustula confringit, et postquam lævem et viscosam reddidit massam, particulas inde non omnino manum implentes efformat, et ad solis æstum assatas edulii loco apponit. Ceterum cum malo hi conflictantur inevitabili, utpote leonibus in stagnis, qui ipsos invadunt. Sub ortum vero caniculæ, ingens culicum multitudo exoritur, tantis viribus pollens, ut populus in aquas lacustres præfugiens se ibi occultet. Ab his leones quoque exterminantur, non tam morsu vexati (quamvis molesto satis), quam quod stridorem vocis peregrinum perferre nequeunt. Atqui hoc miræ novitatis gratia commemoratum esto. Quid enim singularius, quam leones culicibus loco cedere, et homines ex ejusmodi periculo evadere incolumes?

51. Jam commemoratis, ait, Hylophagorum et Spermatophagorum gens non ita multum discrepans approximat, quæ arborum ramis et seminibus vescitur. Hi enim fructus ex arboribus decidentes comedunt per æstatem; reliquo tempore herbam decerpunt, quæ in umbrosis vallibus nascitur, solidæque est indolis, et

Diod. δὲ καθαρὰς κόπτουσι λίθοις, μέχρι ἂν γένηται τὸ ἔργον λεῖον καὶ κολλῶδες· ἔπειτα περιπλάσαντες χειροπληθιαίους ὄγκους ἐν ἡλίῳ παροπτῶσι, καὶ ταύτῃ χρώμενοι τροφῇ πάντα τὸν βίον διατελοῦσιν. Ἀνεκλείπτους δ' ἔχοντες τὰς τῆς τροφῆς ταύτης δαψιλείας, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀεὶ εἰρήνην ἄγοντες, ὑπὸ πλήθους λεόντων πολεμοῦνται. Ἐμπύρου γὰρ τοῦ πέριξ ἀέρος ὄντος ἐκ τῆς ἐρήμου πρὸς αὐτοὺς φοιτῶσι λέοντες σκιᾶς ἕνεκεν, οἱ δὲ καὶ θήρας τῶν ἐλαττόνων θηρίων. Διόπερ τοὺς ἐκ τῶν τελμάτων ἐξιόντας τῶν Αἰθιόπων ὑπὸ τούτων τῶν θηρίων ἀναλίσκεσθαι συμβαίνει. Ἀδυνατοῦσι γὰρ ὑφίστασθαι τὰς ἀλκὰς τῶν λεόντων, ὡς ἂν μηδεμίαν βοήθειαν ὅπλων ἔχοντες, καὶ πέρας ἄρδην ἂν αὐτῶν διεφθάρη τὸ γένος, εἰ μὴ ἡ φύσις τι αὐτοῖς αὐτόματον ἐποίησε βοήθημα. Ὑπὸ γὰρ τὴν ἀνατολὴν τοῦ κυνὸς παραδόξως, μηδεμιᾶς γινομένης μυίας περὶ τοὺς τόπους, τοσοῦτο πλῆθος ἀθροίζεται κωνώπων, ὑπερέχον δυνάμει τοὺς γνωριζομένους, ὥστε τοὺς μὲν ἀνθρώπους καταφυγόντας εἰς τὰς ἐλώδεις λίμνας μηδὲν πάσχειν, τοὺς δὲ λέοντας πάντας φεύγειν ἐκ τῶν τόπων, ἅμα μὲν ὑπὸ τοῦ δηγμοῦ κακουχουμένους, ἅμα δὲ τὸν ἀπὸ τῆς φωνῆς ἦχον καταπεπληγμένους.

51. Ἐχόμενοι δὲ τούτοις εἰσὶν οἵ τε Ὑλοφάγοι καὶ Σπερματοφάγοι καλούμενοι. Τούτων δ' οἱ μὲν ὑπὸ τὴν θερείαν τὸν πίπτοντα καρπὸν ἀπὸ τῶν δένδρων ὄντα πολὺν ἀθροίζοντες ἀπόνως διατρέφονται, κατὰ δὲ τὸν ἄλλον καιρὸν τῆς βοτάνης τῆς ἐν ταῖς σκιαζομέναις

hinc probe mundatas lapidibus, dum lævis et viscosa reddatur massa, contundunt; tum pugillos ad manus capacitatem inde formatos ad solem assant; et hoc per omnem vitam edulio fruuntur. Quamquam autem nutrimenti copia abundant, et pacem inter se colunt, a leonum tamen frequentia hostilem ad modum infestantur. Quum enim aer illis circumfusus velut igne ferveat, tum ad umbras capessendas, tum ad minores interim bestias venandum, leones ex deserta regione illuc excurrunt. Quo fit ut Æthiopes de paludibus egressi a belluis istis dilanientur. Armorum enim præsidio destituti, vim leonum sustinere nequeunt; atque tota gens ad internecionem tandem redigeretur, nisi suopte natura motu remedium peperisset. Nam sub caniculæ exortum mirabiliter, quum nulla in his locis musca reperiatur, tanta culicum, qui notos alioqui et vulgares viribus superant, agmina congregantur, ut homines quidem in paludes confugientes nocumenta declinent, leones autem universi, et morsu afflicti et culicum stridore perterriti, fuga ex hac regione se recipiant.

51 (*Cap.* 24). His Hylophagi, quos vocant, et Spermatophagi (ab arborum seminumque victu sic appellati) succedunt. Quorum hi per æstatem fructus ex arboribus copiose delapsos colligunt et citra laborem inde nutriuntur. Reliquo tempore ex herba, quæ in

p. 332 sqq., ibique laudatos viatores recentiores. || — 9. κωνώπων πλῆθος] De his vide Bruce I, p. 434; M. F. Caillaud, *Voyage à Méroë etc.*, III, p. 57, Heeren *Ideen* II, 1, *Histor. Werke.* tom. XIII. p. 333. || — 12. δειλούμενοι B.

§ 51, 21. σιτοῦνται καὶ ὑπὸ AB. || — 22. ἅπτεται τὴν...

Phot. χαυλὸν ἐκτρεφούσης παρόμοιον ταῖς καλουμέναις βουνιάσιν· οἱ δὲ τῆς ὕλης τὴν ἁπαλὴν σιτοῦνται. Οὗτοι τὰς μὲν νύκτας κοιμῶνται τόπον ἀπὸ τῶν ἐκεῖ θηρίων πρὸς ὀχύρωσιν ἐξειλεγμένοι καὶ φυλακὴν, ἅμα δὲ ἡλίῳ μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπὶ τὰ δένδρα πάντες ἀναβαίνουσι, σπουδῇ καταλαβεῖν ζητοῦντες τοὺς ἄκρους κλῶνας· κἀκεῖθεν τὴν ἁπαλωτάτην ὕλην ἀμέλγοντες εὐμαρῶς σιτοῦνται. Τοιαύτην δὲ ἐκ τοῦ παντὸς βίου πεποίηνται τὴν ἕξιν, ὥστε καὶ τὰ τῆς ἀναδρομῆς ἄπιστον ἔχειν τὴν θέαν καὶ τὴν συντονίαν οὐ χειρῶν μόνον καὶ δακτύλων καὶ ποδῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν μερῶν τῶν ὑπολοίπων ἁπλῶς. Μεταπηδῶσι γὰρ εὐπόρως ἀπ' ἄλλου πρὸς ἕτερον ἀκρέμονα. Καὶ τοὺς κλάδους ἀλλήλων πολλάκις ἐν τοῖς ἐπισφαλεστάτοις τόποις ἀφαιροῦνται, καὶ τοιαῦτα ἐνδείκνυνται ὥστε τὸν ἰδόντα αὐτὸν μὲν ἐκπλήττεσθαι, μὴ μέντοι θαρρεῖν εἰς τοὺς ἀπείρους ἐξαγγέλλειν. Καὶ πάντα δὲ κλάδον τοῖς ὀδοῦσιν ἔγχυλον κατεργάζονται, καὶ ταῖς κοιλίαις εὐπόρως πέττουσι· καὶ τὸ σφαλὲν ἄνωθεν σῶμα διὰ τὴν ἰσχνότητα οὐ βαρείας τυγχάνει τῆς πληγῆς. Οὗτοι δὲ γυμνοὶ μέν εἰσι πάντες, χρῶνται δὲ κοινοῖς καὶ τέκνοις καὶ γυναιξὶ, πολεμοῦσι δὲ περὶ τῶν τόπων ἀλλήλοις, μεταλλάττουσι δὲ οἱ πλεῖστοι λιμῷ πιεζόμενοι, γλαυκωμάτων περὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη τοῖς ὄμμασιν ἐπιτρεχόντων.

52. Ὅτι μετὰ τοὺς εἰρημένους εἰσὶν οἱ παρὰ τοῖς

caulem educat assimilem napis, quas Buniades vocant. Hylophagi autem quidquid de arborum materia tenerum exsistit et molle, comedunt. Noctes quidem somno tribuunt, locum deligentes, qui contra belluas firmus sit et excubiis aptus; mane autem quam primum sol emergit, cum liberis et uxoribus arbores universi conscendunt, et enixe summos assequi ramos contendunt. Hinc decerpta virgultarum tenerrima facile edunt. Eamque ex tota sibi vita habitudinem compararunt, ut incredibilis sit visus illorum in arbores adscensus, et mira non tantum manuum, digitorum et pedum, sed in universum ceterorum quoque membrorum contentio. Nam expediti de ramo in ramum transiliunt, et alter alteri termites, etiam in locis periculosissimis, eripit; et id genus alia ostentant, ut qui videt, ipse quidem stupore corripiatur, sed inexpertis enuntiare non ausit. Nec quicquam frondis est succi plenum, quin dentibus commolitum non concoquant ventriculis. Corporis ex alto delapsi non gravis est plaga propter exilitatem. Nudi sunt omnes communisque illis liberi et uxores. Fit ut de locis inter se belligerent. Plerique præ angustia famis vitam cum morte commutant, quando glaucomata (ad annum id quinquagesimum accidit) oculos incursant.

52. Post jam descriptos sunt quos Venatores in-

Diod. συναγκείαις φυομένης προσφέρονται τὴν προσηνεστάτην· στερεὰ γὰρ οὖσα τὴν φύσιν καὶ καυλὸν ἔχουσα παραπλήσιον ταῖς γινομέναις βουνιάσιν ἐκπληροῖ τὴν τῆς ἀναγκαίας τροφῆς ἔνδειαν. Οἱ δὲ ὑλοφάγοι μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπὶ τὰς νομὰς ἐξιόντες ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὰ δένδρα, καὶ τοὺς ἁπαλοὺς τῶν ἀκρεμόνων προσφέρονται· τοιαύτην δ' ἐκ τῆς συνεχοῦς μελέτης τὴν ἐπ' ἄκρους τοὺς κλάδους ἀναδρομὴν ποιοῦνται πάντες, ὥστε ἄπιστον εἶναι τὸ γινόμενον· καὶ γὰρ μεταπηδῶσιν ἀπὸ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον δένδρον ὁμοίως τοῖς ὀρνέοις, καὶ τὰς ἀναβάσεις ἐπὶ τῶν λεπτοτάτων κλάδων ποιοῦνται χωρὶς κινδύνων. Ἰσχνότητι γὰρ σώματος καὶ κουφότητι διαφέροντες, ἐπειδὰν τοῖς ποσὶ σφάλλωνται, ταῖς χερσὶν ἀντιλαμβάνονται· κἂν τύχωσι πεσόντες ἀφ' ὕψους, οὐδὲν πάσχουσι διὰ τὴν κουφότητα. Καὶ πάντα δὲ κλάδον ἔγχυλον τοῖς ὀδοῦσι κατεργαζόμενοι πέττουσιν εὐκόπως ταῖς κοιλίαις. Οὗτοι δ' ἀεὶ βιοῦσι γυμνοὶ μὲν ἐσθῆτος, κοιναῖς δὲ χρώμενοι γυναιξίν· ἀκολούθως δὲ καὶ τοὺς γεννηθέντας παῖδας κοινοὺς ἡγοῦνται. Διαπολεμοῦσι δὲ πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν τόπων ῥάβδοις ὡπλισμένοι, καὶ ταύταις ἀμυνόμενοι τοὺς ἐναντίους διασπῶσι τοὺς χειρωθέντας. Τελευτῶσι δ' αὐτῶν οἱ πλεῖστοι λιμῷ καταπονηθέντες, ὅταν τῶν ὀμμάτων ἀπογλαυκωθέντων τὸ σῶμα στερηθῇ τῆς ἀναγκαίας ἐκ ταύτης τῆς αἰσθήσεως χρείας.

52. Τὴν δὲ ἑξῆς χώραν τῶν Αἰθιόπων ἐπέχουσιν οἱ

convallibus umbrosis nascitur, dulcissimam quamque comedunt. Quum enim natura sit solidior et caulem habeat ad buniadum (napi genus est) formam, necessarii victus penuriæ satisfacit. At Hylophagi cum liberis et uxoribus pastum egressi, conscensis arboribus ramos teneriores depascuntur. Et continuo exercitationis studio tam expedito ad summa ramorum ascensu omnes attolluntur, ut incredibile hoc videatur. Ab arbore enim in arborem, volucrum more, transiliunt, et super tenuissimis ramorum virgultis absque periculo gradiuntur. Quum enim corpore sint admodum gracili ac levi, pedibus frustratis, manibus nituntur; immo ex alto delapsi incolumes ob levitatem abeunt. Quemvis autem termitem succi plenum dentibus commolentes stomacho sine molestia concoquunt. Vivunt corpore semper nudato, et promiscue uxoribus utuntur, et hinc natos liberos æque communes esse censent. De loco nonnunquam inter se belligerantur. Arma sunt fustes, quibus se contra hostes tuentur, et subactos discerpunt. Plerique horum fame emoriuntur, quum glaucomate correptis oculis necessaria sensus hujus facultate corpus destituitur.

52 (*Cap.* 25). Regionem illis proximam Æthiopes

γενομένην... στερεά τε τ. φ. C. || — 14. ἀλλήλους C. Ceterum de Spermatophagis cf. Artemidor. ap. Strab. l. l. || — 25 τοὺς προειρημένους C.

Phot. ἐγχωρίοις λεγόμενοι Κυνηγέται. Οὗτοι διὰ τὴν τῶν θηρίων φορὰν, ἣν ὁ τόπος ἄπλετον φέρει, ἐν τοῖς δένδρεσι σκηνοῦσιν· ἐξ ἐνέδρας δὲ ἀγρεύοντες τὰ θηρία τροφὴν ἑαυτοῖς ταῦτα ποιοῦνται. Εἰσὶ καὶ τοξείας ἐπιστήμονες. Ἐπὰν δὲ θήρας ἀπορῶσι, τοῖς δέρμασι τῶν προτεθηραμένων τὴν ἔνδειαν ἀναπληροῦσι, βρέξαντες τὰς βύρσας καὶ ἐπ' ἀνθρακιὰν κούφην ἐπιβαλόντες, εἶτα σποδίσαντες καὶ εἰς διαίρεσιν ἀγαγόντες.

53. Ὅτι μετὰ τοὺς εἰρημένους, πολὺ τούτων ἀφε-

colæ nominant. Hi propter belluarum frequentiam (nam innumeras fert regio) in arboribus contubernia habent: sed ex insidiis feras capiunt captasque sibi alimentum faciunt. Sagittariæ etiam artis peritia valent. Si accidit ut venationis proventu careant, pellibus ante captorum inopiam explent. Coria enim madefacta, levibus admovent prunis, deinde, pilis cinere ambustis, inter se dispertiuntur.

53. Sequuntur hos, sed per intervallum satis lon-

Diod. καλούμενοι Κυνηγοὶ, σύμμετροι μὲν κατὰ τὸ πλῆθος, βίον δ' οἰκεῖον ἔχοντες τῇ προσηγορίᾳ. Θηριώδους γὰρ οὔσης τῆς χώρας καὶ παντελῶς λυπρᾶς, ἔτι δὲ ὑδάτων ῥύσεις ναματιαίων ἐχούσης ὀλίγας, καθεύδουσι μὲν ἐπὶ τῶν δένδρων διὰ τὸν ἀπὸ τῶν θηρίων φόβον, ὑπὸ δὲ τὴν ἑωθινὴν πρὸς τὰς συρρύσεις τῶν ὑδάτων μεθ' ὅπλων φοιτῶντες, ἑαυτοὺς ἀποκρύβουσιν εἰς τὴν ὕλην καὶ σκοπεύουσιν ἀπὸ τῶν δένδρων. Κατὰ δὲ τὸν τοῦ καύματος καιρὸν, ἐρχομένων βοῶν τε ἀγρίων καὶ παρδάλεων καὶ τῶν ἄλλων θηρίων πλῆθους πρὸς τὸ ποτὸν, ταῦτα μὲν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ τε καύματος καὶ δίψους λάβρον προσφέρεται τὸ ὑγρὸν, μέχρι ἂν ἐμπλησθῇ, οἱ δ' Αἰθίοπες, γινομένων αὐτῶν βαρέων καὶ δυσκινήτων, καταπηδῶντες ἀπὸ τῶν δένδρων καὶ χρώμενοι ξύλοις πεπυρακτωμένοις καὶ λίθοις, ἔτι δὲ τοξεύμασι ῥᾳδίως καταπονοῦσι. Κατὰ δὲ συστήματα ταύταις χρώμενοι ταῖς κυνηγίαις, σαρκοφαγοῦσι τὰ ληφθέντα, καὶ σπανίως μὲν ὑπὸ τῶν ἀλκιμωτάτων ζῴων αὐτοὶ διαφθείρονται, τὰ δὲ πολλὰ δόλῳ τὴν ἐκ βίας ὑπεροχὴν χειροῦνται. Ἐὰν δέ ποτε τῶν κυνηγουμένων ζῴων σπανίζωσι, τὰς δορὰς τῶν πρότερον εἰλημμένων βρέξαντες ἐπιτιθέασιν ἐπὶ πῦρ ἁπαλόν· σποδίσαντες δὲ τὰς τρίχας, τὰ δέρματα διαιροῦσι, καὶ κατεσθίοντες βεβιασμένους ἀναπληροῦσι τὴν ἔνδειαν. Τοὺς δὲ ἀνήβους παῖδας γυμνάζουσιν ἐπὶ σκοπὸν βάλλειν, καὶ μόνοις διδόασι τροφὴν τοῖς ἐπιτυχοῦσι· διὸ καὶ θαυμαστοὶ ταῖς εὐστοχίαις ἄνδρες γίνονται, κάλλιστα διδασκόμενοι ταῖς τοῦ λιμοῦ πληγαῖς.

53. Ταύτης δὲ τῆς χώρας εἰς τὰ πρὸς δυσμὰς μέρη

Venatores dicti obtinent, quorum numerus quidem modicus, sed peculiaris vitæ ratio est ac nomini respondens. Quum enim feris terra sit infesta horridaque prorsus, et paucas habeat aquarum scaturigines, arboribus bestiarum metu per noctem insidentes somnum capiunt. Mane cum armis ad confluxus aquarum proficiscuntur. Hic inter frondes abditi ex arboribus interim speculantur. Invalescente autem solis æstu, boves agrestes et pardales aliæque feræ magno numero potatum festinant, et propter æstus ac sitis vehementiam eousque liquore se ingurgitant, dum satietate distendantur. Gravatas itaque et ægre se moventes Æthiopum manus ex arboribus desultans præustis sudibus lapidibusque et sagittis invadit nec magno negotio profligat. Hanc venationem in cœtus distributi peragunt, et de carnium præda epulantur. Perraro fit ut a bestiis etiam validissimis interficiantur ipsi, siquidem dolo superiores illarum vires plerumque subigunt. Quodsi venatus ferarum deficit, exuvias pridem captarum madefactas lento igni imponunt, pilisque sub cinere ambustis, coria inter se dispertiti coacto famem cibo sedant. Impuberes adhuc pueros directe jaculari docent, nec nisi scopum tangentibus quidquam edulii suppeditant. Hinc esuriei stimulis præclare docti, in sagittarios miræ certitudinis evadunt.

53 (*Cap.* 25). Ab his longe ad occasum remoti

§ 52, l. 1, Κυνηγέται] Artemidorus eadem narrans, gentem *Gymnetas* vocat ap. Strabon. p. 771: Μετὰ δὲ τὴν Ἐλέαν... αἱ Δημητρίου σκοπαὶ καὶ βωμοὶ Κόνωνος· ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ καλάμων Ἰνδικῶν φύεται πλῆθος· καλεῖται δὲ ἡ χώρα Κορακίου· ἦν δέ τις ἐν βάθει Ἐνδέρα Γυμνητῶν ἀνθρώπων κατοικία, τόξοις χρωμένων καλαμίνοις καὶ πεπυρακτωμένοις οἰστοῖς κτλ. Ne putes illud Γυμνητῶν corruptionem esse vocis κυνηγῶν, obstat Plinius qui inter populos qui ultra Meroen sunt Gymnetas recenset lib. VI, 35: *Dochi, deinde Gymnetes semper nudi; mox Anderæ;* ubi *Anderæ* haud dubie sunt incolæ Ἐνδέρας, quam ipsis Gymnetis vindicat Artemidorus. Eosdem Ptolem. IV, 7, p. 305 Μεσενδάρας vocat juxtaque Elephantophagos recenset, nulla facta mentione Gymnetum. Cum *Andera* nescio an componere liceat hodiernum *Anderasse* locum in *Samen* provincia situm, nisi potius *Endera* nomen superest in hod. provincia *Enderta*. Apud Diodorum quoque nomen populi corruptum est; nam, quantum e Dindorfii varia lectione colligere licet, nomen κυνηγοὶ in nullo est codice; unus præbet κυνιγῶν, ceteri ἰνόγονοι. Poggius autem, vetus Diodori interpres, nescio an consulto Strabone an codd. auctoritate, vertit: *reliquam circa regionem Æthiopes tenent, qui Gymnetæ vocantur.* Fortasse in Agatharchide erat οἱ καλούμενοι Γυμνῆται κυνηγοί; certe simili modo sequens gens apud Diodorum dicitur ἐλεφαντομάχοι κυνηγοί. Alium Gymnetum populum Pharusiis vicinum in occidentali Africæ ora habes ap. Plinium V, 8. || — 7. ἐπ'] ἐς B. Cum iis quæ de puerorum exercitio Diodorus et Artemidorus ap. Strab. subjungunt, cf. quæ Diodorus V, 18 narrat de pueris Gymnesiarum insularum.

Phot. στῶτες καὶ πρὸς ἑσπέραν μᾶλλον ἀνατείνοντες, εἰσὶν οἱ ἐκ τῆς τῶν ἐλεφάντων θήρας τὸν βίον ποιοῦνται. Οἱ μὲν ἀπὸ δένδρου, ἐφ' ᾧ κάθηνται, σκοποῦντες τὰς παρόδους τῶν θηρίων, ταῖς μὲν χερσὶ τῆς οὐρᾶς λαβόμενοι, τοῖς ποσὶ δὲ πρὸς τὸν μηρὸν τὸν ἀριστερὸν ἐπιβαίνουσιν· εἶτα πελέκει, ὃν ἐπιτήδειον καὶ ἕτοιμον ἔχουσι, τὴν δεξιὰν ἰγνὺν, πυκναῖς ταῖς πληγαῖς χρώμενοι, νευροκοποῦσιν, οὕτω δὲ ἐκτενῶς τῇ μὲν καταφέροντες, τῇ δὲ τῆς οὐρᾶς κρατοῦντες, ὡς ἄθλου προκειμένου τῆς ψυχῆς· ἢ γὰρ ἀποκτεῖναι χρὴ ἢ τελευτᾶν,

gum et occasui magis objecti, qui ex elephantum venatione victum acquirunt. Ex his nonnulli insidentes arbori belluarum transitus speculantur, factoque perniciter descensu, manibus complexi caudam, et pedibus in femen sinistrum connixi, bipennis, aptæ ad hoc et paratæ, crebris ictibus poplitis dextri nervos succidunt: tamque valide hac vulnera inferunt, illa caudam tenent, quam si de vita certamen instituatur; aut enim interimendum est, aut oppetendum, siquidem alium temporis hic articulus exitum

Diod. πολὺ διεστηκότες Αἰθίοπες ὑπάρχουσιν Ἐλεφαντομάχοι κυνηγοί. Νεμόμενοι γὰρ δρυμώδεις καὶ πυκνοὺς τοῖς δένδρεσι τόπους παρατηροῦσι τῶν ἐλεφάντων τὰς εἰσόδους καὶ τὰς ἐκτροπὰς, σκοπὰς ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων δένδρων ποιούμενοι· καὶ ταῖς μὲν ἀγέλαις αὐτῶν οὐκ ἐπιτίθενται διὰ τὸ μηδεμίαν ἐλπίδα ἔχειν κατορθώσεως, τοῖς δὲ καθ' ἕνα πορευομένοις ἐπιβάλλουσι τὰς χεῖρας, παραδόξοις ἐγχειροῦντες τολμήμασιν. Ὅταν γὰρ τὸ ζῷον διεξιὸν γένηται κατὰ τὸ δένδρον ἐν ᾧ συμβαίνει τὸν σκοπεύοντα κεκρύφθαι, ἅμα τῷ παραλλάττειν τὸν τόπον ταῖς μὲν χερσὶν ἐδράξατο τῆς οὐρᾶς, τοῖς δὲ ποσὶν ἀντέβη πρὸς τὸν ἀριστερὸν μηρόν· ἔχων δ' ἐκ τῶν ὤμων προεξηρτημένον πέλεκυν, κοῦφον μὲν πρὸς τὴν ἀπὸ τῆς μιᾶς χειρὸς πληγὴν, ὀξὺν δὲ καθ' ὑπερβολὴν, τοῦτον λαβόμενος ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ νευροκοπεῖ τὴν δεξιὰν ἰγνὺν, πυκνὰς καταφέρων πληγὰς καὶ διὰ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς οἰακίζων τὸ ἴδιον σῶμα. Παράδοξον δὲ ὀξύτητα τοῖς ἔργοις προσφέρουσιν, ὡς ἂν ἄθλου τῆς ἰδίας ψυχῆς ἑκάστῳ προκειμένου· ἢ γὰρ χειρώσασθαι τὸ ζῷον ἢ τελευτᾶν αὐτὸν λείπεται, τῆς περιστάσεως οὐκ ἐπιδεχομένης ἕτερον ἀποτέλεσμα. Τὸ δὲ νευροκοπηθὲν ζῷον ποτὲ μὲν διὰ τὴν δυσκινησίαν ἀδυνατοῦν στρέφεσθαι καὶ συνεκκλινόμενον ἐπὶ τὸν πεπονθότα τόπον πίπτει καὶ τὸν Αἰθίοπα συναπόλλυσι, ποτὲ δὲ πρὸς πέτραν ἢ δένδρον ἀποθλῖψαν τὸν ἄνθρωπον τῷ βάρει πιέζει μέχρι ἂν ἀποκτείνῃ. Ἔνιοι

venatores Elephantomachi, i. e. Æthiopum natio cum elephantis depugnans, habitant. Saltuosas enim et densis consitas arboribus silvas incolunt, ubi ingressus elephantum et diverticula e celsissimis arborum speculis observant. At integra quidem armenta non aggrediuntur; nulla enim rei bene gerendæ spes foret; sed singulatim accedentibus miro plane ausu manus afferunt. Quum enim arborem, ubi speculator sese abscondit, bellua prætergreditur, in ipso transitu cauda manibus prehensa, pedibus sinistro femori innititur; tum præacutam securim, quam humeris annexam et ad unius manus ictus habilem gerit, dextra corripiens, dextræ suffraginis nervos crebris vulneribus incidit; læva interim corpus suum gubernat. Mira autem huic operi celeritas adhibetur, ut quo de vita uniuscujusque certamen sit propositnm. Nam aut domanda est bellua, aut ipsi occumbendum; alium res eventum haud admittit. Animal igitur sic enervatum, quum se obvertere (quæ ipsius in motu tarditas est) nequeat, interdum ad affectum locum inclinans procumbit, Æthiopem una secum pessumdans; interdum ad arborem saxumve hominem allidens mole sua tam diu premit, dum enecarit. Elephantes

§ 53. De elephantophagis præter Diodorum (qui, nescio an librorum vitio, ἐλεφαντομάχους vocat) et Artemidorum ap. Strabon. p. 772, v. Ptolemæus IV, 7 p. 305 : Καταλαμβάνει δὲ ταῦτα τὰ ἔθνη καὶ τὴν Μερόην νῆσον· μεθ' ἃ ὑπόκεινται Γάπαχοι, ὑφ' οὓς Πτοεμφανεῖς, ὑφ' οὓς Καταδοῦποι, μεθ' οὓς οἱ Ἐλεφαντοφάγοι Αἰθίοπες, ὑφ' οὓς Πεσενδάραι. Plinius VI, 35 : *Inter montes autem et Nilum Symbari sunt, Paluogges; in ipsis vero montibus Asachæ multis nationibus. Abesse a mari dicuntur dierum quinque itinere. Vivunt elephantorum venatu.* Idem VIII, 13 : *Asachæi vocantur Æthiopes, apud quos maxime nascuntur (elephanti).* « On est disposé à voir avec Salt et Vincent dans les *Asachæ* les Abyssiniens Axumites, qui se nomment encore aujourd'hui *Agaasi* » Ritter Geogr. I, p. 303, vers. gall. Idem p. 340 monet *Dobennah, Shangallorum* hod. tribum, etiamnunc elephantorum et rhinozerotum carne vitam sustinere. — De venandi modis cf. Artemidorus et Plinius VIII, 8 : *Troglodytæ contermini Æthiopiæ, qui hoc solo venatu aluntur, arbores propinquas itineri eorum conscendunt. Inde totius agminis novissimum speculati, extremas in clunes desiliunt. Læva apprehenditur cauda; pedes stipantur in sinistro femine. Ita pendens alterum poplitem dextro cædit præacuta bipenni; hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis nervos ferit, cuncta præceleri pernicitate peragens. Alii tutiore genere, sed magis fallaci, intentos ingentes arcus defigunt humi longius. Hos præcipui viribus juvenes continent; alii connixi pari conatu contendunt, ac prætereuntibus sagittarum venabula infigunt, mox sanguinis vestigiis sequuntur.* Diodorus alteram hanc venationis rationem non memorat, sicuti ap. Plinium non habes quam tertio loco Photius et Artemidorus recensent. Venationem elephantorum ei, quæ primo loco describitur, simillimam in regione *Colla Mazagà* vidit Bruce, IV, p. 342 sq., cum quo cf. Rüppel *Reise in Abyss.* p. 146. || — 5. πρὸς] ὡς C.

Phot. ἄλλην τοῦ καιροῦ διέξοδον οὐκ ἔχοντος. Ἐπὰν δὲ τὸ ζῷον ἐκ τῆς πληγῆς καὶ τῆς αἱμορραγίας πέσῃ, οἱ συνθηραταὶ παραγίνονται ἐπὶ τὸ πτῶμα, καὶ τοῦ θηρίου ζῶντος ἔτι παρατέμνοντες ἐκ τῶν ὀπισθίων τὰς σάρκας εὐωχοῦνται, τὸν ἔσχατον τοῦ καταπονηθέντος οὕτως ὑπομένοντος θάνατον.

54. Ἀλλ' οἱ μὲν μετὰ τοῦ ἐσχάτου κινδύνου ἐλεφαντοθῆραι τοιοῦτοι· ἕτεροι δὲ θηρῶσιν αὐτοὺς οὕτω. Τρεῖς ἄνδρες ἓν μὲν ἔχοντες τόξον, ὀϊστοὺς δὲ πλείους κεχρισμένους τῇ χολῇ τῶν ὄφεων, ἑστᾶσιν ἐν δρυμῷ παρὰ τὰς τῶν θηρίων διεξόδους. Ἐπὰν οὖν προσάγῃ τὸ ζῷον, ὁ μὲν εἷς κατέχει τὸ τόξον τῷ ποδὶ προσβεβηκώς, οἱ δὲ δύο τὴν νευρὰν ἑλκύσαντες ἐκ τῆς ἁπάσης βίας ἀφῆκαν τὸ βέλος, ἕνα σκοπὸν ἔχοντες ἐπὶ μέσην τὴν πλευράν, ὥστε διανύσαι τῆς περιοχῆς ἐντὸς καὶ τοὺς κυρτοὺς τεμεῖν καὶ τρῶσαι τόπους· ἐκεῖθεν τὸ τηλικοῦτον θηρίον ἐλαυνόμενόν τε καὶ σπαραττόμενον διαλύεται καὶ πίπτει.

55. Τρίτον δέ ἐστι γένος Ἐλεφαντοφάγων, ὃ ἐπειδὰν οἱ ἐλέφαντες τῆς νομῆς ἐμφορηθέντες πρὸς ὕπνον τραπέσθαι ζητῶσιν, — οὐκ ἐπὶ γῆς δὲ ἀναπεσόντες ὑπνοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς παχυτάτοις καὶ μεγίστοις δένδρεσι προσανακλίνοντες ἑαυτούς, ὥστε τοὺς μὲν δύο πόδας τοὺς πλησίον τοῦ στελέχους πρὸς τὴν γῆν ἐλαφρῶς ὑπερείδεσθαι, τὴν δὲ πλευρὰν τὸ πᾶν σῶμα ἐκδεχομένην ὀχεῖσθαι πρὸς τῇ φύσει τοῦ ξύλου, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῆς καταφορᾶς τυγχάνειν οὐκ εἰλικρινοῦς, ἀλλὰ παρεψευσμένης, διὰ τὸ προσκεῖσθαι τοῖς βαθέσιν ὕπνοις

non patefacit. Prolapsa igitur ex continente percussu et sanguinis profluvio bestia, illico venationis comites sunt præsto, dumque adhuc vivit, carnes ex posterioribus resecant, et hilarem ad modum inde convivantur. Atque fera ita domita longum et atrocem interitum sustinet.

54. Sic ergo se habent ii qui cum extremo vitæ periculo elephantes venantur. Sunt alii qui diversam eos capiendi rationem ineunt. Viri enim terni, uno instructi arcu et sagittis pluribus felle anguium tinctis, ad exitus belluarum in saltu consistunt. Si qua igitur accedit, unus arcum pedi admotum tenet, duo reliqui summa vi tracto nervo telum emittunt, ad latus medium unice directum, ut ad interiora complexus penetret, et devexas illas secet ac vulneret partes. Hinc tantum feræ monstrum dolore convulsum et agitatum elanguescit et procumbit.

55. Tertium quoque Elephantophagûm genus est, qui hunc venationis modum servant. Quando elephantes ad satietatem pasti cubitum se recipiunt, non humi procumbentes dormiunt, sed crassis et maximis arboribus se acclinant, ut pedes stipiti proximi terræ leviter innitantur, et latus quod totum corpus excipit, a ligno sustentetur, itaque non sincerum hunc sed adulterinum dixeris cubandi modum : propterea quod somno profundiori adjuncta sit vehemens sollicitudo et metus exitii, quod prolapsum illico excipit, propter

---

Diod. δὲ τῶν ἐλεφάντων περιαλγεῖς ἐκ τῶν τραυμάτων γενόμενοι τοῦ μὲν ἀμύνεσθαι τὸν ἐπιβουλεύσαντα μακρὰν ἀφεστήκασι, τὴν δὲ φυγὴν διὰ τοῦ πεδίου ποιοῦνται, μέχρι ἂν ὅτου συνεχῶς ὁ προσβεβηκὼς τύπτων εἰς τὸν αὐτὸν τόπον τῷ πελέκει διακόψας τὰ νεῦρα ποιήσῃ πάρετον τὸ ζῷον· ὅταν δὲ τὸ ζῷον πέσῃ, συντρέχουσι κατὰ συστήματα, καὶ ζῶντος ἔτι τέμνοντες τὰς σάρκας ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν εὐωχοῦνται.

55. Ἔνιοι δὲ τῶν πλησίον κατοικούντων χωρὶς κινδύνων θηρεύουσι τοὺς ἐλέφαντας, τέχνῃ τῆς βίας περιγινόμενοι. Εἴωθε γὰρ τοῦτο τὸ ζῷον, ἐπειδὰν ἀπὸ τῆς νομῆς πληρωθῇ, πρὸς ὕπνον καταφέρεσθαι, διαφορὰν ἐχούσης τῆς περὶ αὐτὸ διαθέσεως πρὸς τὰ τῶν τετραπόδων. Οὐ γὰρ δύναται τοῖς γόνασι πρὸς τὴν γῆν συγκαθιέναι τὸν ὅλον ὄγκον, ἀλλὰ πρὸς δένδρον ἀνακλιθὲν ποιεῖται τὴν διὰ τῶν ὕπνων ἀνάπαυσιν. Διόπερ τὸ δένδρον διὰ τὴν γινομένην πρὸς αὐτὸ πλεονάκις πρόσκλισιν τοῦ ζῴου τετριμμένον τέ ἐστι καὶ ῥύπου πλῆρες, πρὸς δὲ τούτοις ὁ περὶ αὐτὸ τόπος ἴχνη τε ἔχει καὶ σημεῖα πολλά, δι' ὧν οἱ τὰ τοιαῦτα ἐρευνῶντες

nonnulli vulnerum cruciatibus victi, ultione insidiatoris omissa, tam diu in planis fugæ indulgent, donec qui a tergo cædit, continenti securis plaga in eundem locum delata, succisis belluam nervis prorsus infirmarit. Qua prostrata, catervatim homines concurrunt et carnes adhuc viventi ex posterioribus partibus exsectas hilari convivio absumunt.

55 (*Cap.* 27). Quidam finitimi absque discrimine elephantes capiunt vim arte superantes. Solet enim hoc animal, quum saturum a pastu redit, alio quam cetera quadrupedia modo dormitum se componere. Totam enim corporis molem curvatis genibus terræ applicare nequit, sed ad arborem sese acclinans somni quietem capit. Ideoque arbor illa, cui sæpius bellua se acclinaverit, deteritur et sordescit. Ad hæc in circuitu ejus vestigia sunt multaque signa, quibus indagatores hujus prædæ decubitum elephantorum deprehendunt. Quando igitur in arborem hujusmodi

---

1. δὲ om. B. || — 4. ζῶντος ἔτι] Milites quosdam qui carnem bovi viventi excisam comederint, vidisse se ait Bruceus.

§ 54, 7. τοῦ ante ἐσχάτου om. C. || — 9. δὲ καὶ λείους vgo. || — 10. ἑστᾶσιν] ἱστᾶσιν vgo. || — 12. τὸ ante τόξον vgo deest; in C. manu secunda adscriptum. || — 13. προσεβεβηκὼς vgo; ap. Artemidorum habes προβεβηκότων.

§ 55, 24. τοῦ ante στελέχους vgo deest; τοὺς στελ. C. || — 27. τυγχάνειν] τυγχάνει vgo.

Phot. ἀγωνίαν ἰσχυρὰν, φθορᾶς ὑποκειμένης παραχρῆμα τῷ σφαλέντι διὰ τὴν ἔκλυσιν τὴν φυσικήν. Οἱ οὖν ἀπὸ τῆς τούτων θήρας τὸν βίον ποιούμενοι, τοὺς δρυμοὺς περιπλανώμενοι καὶ τὴν τοῦ θηρίου κοίτην ἐπισημηνάμενοι, ἐκ τῶν ὄπισθεν τοῦ δένδρου τόπων πρίουσιν, ἕως ἂν μήτε κλίνῃ τὸ πᾶν μήτε ἰσχύον ἄγαν (καὶ ἰσχυρὸν) ἀπολείποιτο, μένῃ δὲ ἑστηκὸς ἐπὶ βραχείας ῥοπῆς. Τὸ δὲ ζῷον ἀπὸ τῆς νομῆς ἐπὶ τὸν συνήθη τῆς κοίτης τόπον ἀνακλινόμενον αἰφνίδιόν τε πίπτει, τοῦ ξύλου κλασθέντος, καὶ πρόκειται τοῖς θηράσασι δεῖπνον ἕτοιμον· τὰς γὰρ ὀπισθίας κόψαντες οὗτοι σάρκας, καὶ ποιήσαντες ἔξαιμον τὸ ζῷον, εἶτα νεκρὸν, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν ἕκαστος τὰ μέλη διαιροῦσιν.

56. Ὅτι τούτους τοὺς κυνηγοὺς Πτολεμαῖος ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς ἀποσχέσθαι τοῦ φόνου τῶν ἐλεφάντων παραινῶν, ἵν' ἔχοι αὐτὸς ζῶντας, καὶ πολλὰ καὶ θαυμαστὰ αὐτοῖς ὑπισχνούμενος, οὐ μόνον οὐκ ἔπεισεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν τὴν ὅλην ἀλλάξασθαι βασιλείαν πρὸς τὸν ἐνεστῶτα βίον εἰπόντων ἀπόκρισιν ἤκουσεν.

57. Ὅτι τῶν κυνηγῶν τούτων, οὓς οἱ Νομάδες ἀκαθάρτους καλεῖν εἰώθασι, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν ἀπόσπασμα Αἰθιόπων νέμεται οὓς καλοῦσι Σιμοὺς, τὰ δὲ

naturalem erigendi sese impotentiam. Ergo qui vitæ ex horum venatu alimenta quærunt, in nemoribus circumvagando, ubicumque bestiæ observarunt cubile, aversam arboris partem serra incidunt, dum nec tota inclinet, nec valida nimis maneat, sed ad exiguum tantummodo impulsum restet. Bellua igitur e pascuis reversa quum ad assuefactam cubandi stationem se applicat, stipite confestim diffracto evertitur, et paratam venantibus præbet cœnam. Posteriorum enim partium carnes rescindunt, et vita cum sanguine exhausta, cætera defuncti membra ad suum quisque usum distributa auferunt.

56. Hos venatores Ptolemæus rex Ægypti ab elephantum cæde abstinere hortatus est, ut vivos sibi haberet, multaque et admiratione digna eis promisit. Non modo tamen non persuasit, verum etiam cum toto Ægypti regno se præsentem hunc victum non permutaturos esse ab illis responsum accepit.

57. Venatoribus his, quos Nomades impuros nominare solent, objectas ad occidentem regiones pars Æthiopum incolit, qui Simi vocantur, eas autem

---

Diod. Αἰθίοπες γνωρίζουσι τὰς τῶν ἐλεφάντων κοίτας. Ὅταν οὖν ἐπιτύχωσι τοιούτῳ δένδρῳ, πρίζουσιν αὐτὸ παρὰ τὴν γῆν, μέχρι ἂν ὀλίγην ἔτι τὴν ῥοπὴν ἔχῃ πρὸς τὴν πτῶσιν· εἶθ' οὗτοι μὲν τὰ σημεῖα τῆς ἰδίας παρουσίας ἀφανίσαντες ταχέως ἀπαλλάττονται, φθάνοντες τὴν ἔφοδον τοῦ ζῴου· ὁ δ' ἐλέφας πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐμπλησθεὶς τῆς τροφῆς, ἐπὶ τὴν συνήθη καταντᾷ κοίτην· κατακλιθεὶς δὲ ἀθρόῳ τῷ βάρει παραχρῆμα μετὰ τῆς τοῦ δένδρου φορᾶς ἐπὶ τὴν γῆν καταφέρεται· πεσὼν δὲ ὕπτιος μένει τὴν νύκτα κείμενος διὰ τὸ τὴν τοῦ σώματος φύσιν ἀδημιούργητον εἶναι πρὸς ἀνάστασιν. Οἱ δὲ πρίσαντες τὸ δένδρον Αἰθίοπες ἅμ' ἡμέρᾳ καταντῶσι, καὶ χωρὶς κινδύνων ἀποκτείναντες τὸ ζῷον σκηνοποιοῦνται περὶ τὸν τόπον καὶ παραμένουσι μέχρι ἂν τὸ πεπτωκὸς ἀναλώσωσι.

57. Τούτων δὲ τῶν γενῶν τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν μέρη κατοικοῦσιν Αἰθίοπες οἱ προσαγορευόμενοι Σιμοὶ, τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένα νέμεται τὸ τῶν Στρουθοφάγων γένος. Ἔστι γὰρ παρ' αὐτοῖς ὀρνέου τι γένος μεμιγμένην ἔχον τὴν φύσιν τῷ χερσαίῳ ζῴῳ, δι' ἣν τῆς συνθέτου τέτυχε προσηγορίας. Τοῦτο δὲ μεγέθει μὲν οὐ λείπεται τῆς μεγίστης ἐλάφου, τὸν δὲ αὐχένα μακρὸν ἔχειν καὶ περιφερεῖς τὰς πλευρὰς καὶ πτερωτὰς ὑπὸ τῆς φύσεως δεδημιούργηται· καὶ κεφάλαιον μὲν ἀσθενὲς ἔχει καὶ μικρὸν, μηροῖς δὲ καὶ κώ-

cidunt, serra paulo supra humum eousque incidunt, dum paulum ad ruinam momenti restet. Tum deletis præsentiæ ipsorum indiciis, celeriter abscedunt ne fera superveniat. Ea sub vesperam ad satietatem pasta cubile assuetum repetit; quum primum vero tota mole incumbit, una cum arboris ruina ad terram devolvitur, et supina per noctem ibi jacet, quia natura corporis ad surgendum prorsus inepta est. At cum prima luce incisores arboris Æthiopes accurrunt, et, bellua citra periculum occisa, tabernacula ibidem exstruunt, quibus ad consumtionem usque prædæ immorantur.

57 (*Cap.* 28). His gentibus ad plagas occiduas adjecti sunt Æthiopes quos Simos appellant; australes vero partes Struthophagorum (quorum cibus struthiones) natio inhabitat. Est enim apud illos avis genus naturam cum terrestri animanti commixtam habens, unde etiam compositum (*struthiocameli*) nomen accepit. Magnitudine cervæ maximæ haud cedit. Longam ei cervicem lateraque rotunda et alata fabricavit natura. At caput infirmum habet et parvum, femoribus vero et cruribus prævalet; ungula illi bi-

---

6. καὶ om. C. || — 7 ἑστηκὸς] A; καὶ ἕστηκεν C. || — 10. πρόκειται] πρόσκειται C. || — 11. ὀπισθίους B.

§ 56, 15. ἀποσχεῖσθαι] C. || — 16. ἔχοι] ἔχῃ B. || — 19. ἐφεστῶτα C.

§ 57, l. 22. Σιμοὺς] Σίλλους et Σίλους codices Strabonis p. 772 in exc. Artemidori, quod in Σιμοὺς mutari jubet Casaubonus, aliis vulgatam tuentibus, quum σιμὸς et σίλλος voces eodem fere sensu adhibeantur. — De struthionibus, quorum descriptionem Photius non excerpsit, cum Diodoro cf. Artemidorus l. l. et Plinius X, 1. De gente cf. Ptolemæus IV, 7, p. 304: Μεταξὺ τοῦ Ἀστάποδος ποταμοῦ καὶ τοῦ Γαρβάτου ὄρους

Phot. πρὸς μεσημβρίαν οὐ μέγα ἔθνος, οἱ καλούμενοι Στρουθοφάγοι, οἳ ταύτας τέχνῃ καὶ δόλῳ καὶ ῥοπάλοις θηρεύοντες ἐκ τούτων βιοῦσι, σιτούμενοι μὲν τὰς σάρκας, ἐνδύσει δὲ καὶ στρωμνῇ τοῖς αὐτῶν χρώμενοι δέρμασι. Πολεμούμενοι δὲ ὑπὸ τῶν Σιμῶν οὗτοι τοῖς τῶν ὀρύγων κέρασιν ὅπλοις χρῶνται, μεγάλοις καὶ τμητικοῖς οὖσι· τρέφει δὲ ἡ χώρα πολυπληθὲς τὸ ζῷον τοῦτο.

58. Ὅτι τῶν εἰρημένων οὐ πολὺ διεστῶτές εἰσιν οἱ Ἀκριδοφάγοι· τὸ δὲ ἔθνος βραχύτεροι μὲν τῶν λοιπῶν, ἰσχνοὶ δὲ τοῖς εἴδεσι, μέλανες δὲ ἐξαισίως. Ὑπὸ δὲ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, ὅτε λίβες παρ' αὐτοῖς καὶ ζέ-

quæ Austro objacent, gens obtinet non ita magna Struthophagorum quos vocant; nam struthiones artificio et dolo clavisque subigunt, unde vivant; carnes enim cibos, pellesque indumenta et lectisternia sufficiunt. A Simis bello petiti, orygum cornibus pro armis utuntur; grandia enim sunt et ad incidendum peracuta. Regio illa magnam horum animalium nutrit copiam.

58. Exiguo inde intervallo disjuncti Acridophagi; gens hæc cæteris est statura breviori, tenui et macilento corporis habitu, colore supra modum nigro. Appetente æquinoctio verno, quando Africi et Favonii apud

---

Diod. λαις ὑπάρχει καρτερώτατον, διχήλου τῆς βάσεως οὔσης. Τοῦτο πέτεσθαι μὲν μετέωρον οὐ δύναται διὰ τὸ βάρος, τρέχει δὲ πάντων ὠκύτατον, μικρὸν ἄκροις τοῖς ποσὶ τῆς γῆς ἐπιψαῦον· μάλιστα δ' ὅταν κατ' ἀνέμου πνοὰς ἐξαίρῃ τὰς πτέρυγας, ὑπεξάγει καθαπερεί τις ναῦς ἱστιοδρομοῦσα· τοὺς δὲ διώκοντας ἀμύνεται διὰ τῶν ποδῶν ἀποσφενδονῶν παραδόξως λίθους χειροπληθιαίους. Ὅταν δ' ἐν νηνεμίᾳ διώκηται, ταχὺ συνιδρουσῶν τῶν πτερύγων ἀδυνατεῖ χρήσασθαι τοῖς τῆς φύσεως προτερήμασι, καὶ ῥᾳδίως καταλαμβανόμενον ἁλίσκεται. Τούτων δὲ τῶν ζῴων ἀμυθήτων ὄντων τῷ πλήθει κατὰ τὴν χώραν, οἱ βάρβαροι παντοδαπὰς μηχανὰς ἐπινοοῦσι κατ' αὐτῶν τῆς θήρας· ῥᾳδίως δὲ πολλῶν ἁλισκομένων ταῖς μὲν σαρξὶ χρῶνται πρὸς διατροφήν, ταῖς δὲ δοραῖς πρὸς ἐσθῆτα καὶ στρωμνήν. Ὑπὸ δὲ τῶν Σιμῶν ὀνομαζομένων Αἰθιόπων πολεμούμενοι διακινδυνεύουσι πρὸς τοὺς ἐπιτιθεμένους ὅπλοις ἀμυντηρίοις χρώμενοι τοῖς τῶν ὀρύγων κέρασι· ταῦτα δὲ μεγάλα καὶ τμητικὰ καθεστῶτα μεγάλην παρέχεται χρείαν, δαψιλείας οὔσης κατὰ τὴν χώραν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐχόντων αὐτὰ ζῴων.

58. Βραχὺ δὲ τούτων ἀπέχοντες Ἀκριδοφάγοι κατοικοῦσι τὰ συνορίζοντα πρὸς τὴν ἔρημον, ἄνθρωποι μικρότεροι μὲν τῶν ἄλλων, ἰσχνοὶ δὲ τοῖς ὄγκοις, μέλανες δὲ καθ' ὑπερβολήν. Κατὰ γὰρ τὴν ἐαρινὴν ὥραν παρ' αὐτοῖς ζέφυροι καὶ λίβες παμμεγέθεις ἐκρίπτου-

sulca. Gravitas autem facit, ne in sublime evolare possit, sed velocissime omnium currit, vix summis pedibus humum stringens; maximeque secundo ventorum flatu alas tollens ceu navis extentis concitata velis procurrit. Contra insequentes mira ratione jactu lapidum se defendit, quos pugni crassitudine pedibus, tanquam funda, intorquet. At quum silente vento infestatur, alis subito defessis, præsidio illo naturæ uti nequit, sed cursu facile superatus capitur. Ingens harum avium est multitudo; et quia varia eas venandi artificia excogitant barbari, facile plurimas capiunt captarumque carnibus ad victum, exuviis ad vestitum et lectorum stragula utuntur. Sed quum a Simis, quos vocant, Æthiopibus bello impetantur, orygum cornubus in conflictu pro armis, quibus vim hostium repellant, utuntur. Quum enim grandia sint et ad punctim feriendum apta, et passim ob bestiarum his præditarum multitudinem inveniantur, eximium incolis usum præbent.

58 (*Cap.* 29). Paulum ab his distant Acridophagi (locustivori), desertæ regioni contermini, homines aliis breviores, corpore macilento et supra modum nigro. Veris enim illic tempore Favonii et Africi ingravescentes infinitum locustarum e deserto numerum,

---

Πεχῖνοι, ὧν δυσμικώτεροι Στρουθοφάγοι Αἰθίοπες. Hodierni *Dobennah,* inter *Tacazze* et *Mareb* fluvios habitantes, partim elephantorum rhinozerotumque carne, partim struthionum vescuntur. V. Bruce III, p. 472; Ritter *Erdk.* I, p. 247. ‖ — 5. ὀρύγων] Cf. Plinius XI, 106 : *unicorne et bisulcum oryx;* id. VIII, 79, II, 40; Ælian. N. An. VIII, 8. Probabiliter est *Antilope Oreas.* V. Bochart De an. III, 26, p. 946; Zoega De obel. p. 166; Casaubonus in Lamprid. Commod. c. 13; Hœschel ad Horapoll. I, 49; Bœttiger in *Amalthea* III, p. 192; Bæhr. ad Herodot. IV, 192, ubi eadem animalia ὄρυες vocari videntur. Ceterum Artemidorus Sillos contra Struthiophagos orygum cornibus pugnare dicit, contra quam Photius et Diodorus. ‖ — 6. χρῶνται, μεγάλοις] sic codd. nostri; χρ. καὶ μεγάλοις vulgo.

§ 58, l. 9. Ἀκριδοφάγοι] Cf. Artemidor. l. l. et Plinius VI, 35 : *Pars quædam Æthiopum locustis tantum vivit fumo et sale duratis in annua alimenta. Ii quadragesimum annum vitæ non excedunt.* Idem VII, 2 : *Ctesias gentem* (sc. Indicam) *quæ appellatur Pandore, in convallibus sitam annos ducenos vivere... Contra alios quadragenos non excedere annos, junctos Macrobiis, quorum feminæ semel pariant; idque et Agatharchides tradit.* In quibus mentio Agatharchidis nescio an recte ad gentem Indicam referatur; ad nostros potius Acridophagos pertinuerit. Quamquam hos etiam Indos dicere licebat, quoniam Æthiopia a nonnullis vocabatur India interior. Etiamnunc *Waldubbæ* vallis incolas locustis maxime vesci ferunt. V. Bruce *Voyages* I, p 596; Burkhardt *Travels in Nubia* p. 391; Combe et Tamisier I, p. 306; Heeren *Ideen* II, 1, p. 332. ‖ — 9. μὲν om. C. ‖ — 11. λίβες Diodor. et Strabo sive Artemidor.; Λίβυες codd. Photii.

Phot. φυροι πνέουσι παμμεγέθεις, ἀκρίδων πλῆθος ἀμύθητον ἐκ τῆς ἀνιστορήτου μετὰ τῶν ἀνέμων παραγίνεται χώρας, τῇ μὲν δυνάμει τῆς πτήσεως τῶν ὀρνίθων μικρὸν παραλλάττον, μακρὸν δὲ τῷ σώματι. Ἀπὸ τούτου τοῦ ζῴου τρέφονται πάντα τὸν χρόνον, ἄλλως τε τούτοις καὶ τεταριχευμένοις χρώμενοι. Καπνῷ δὲ ταύτας θηρῶσιν, ἐκ τοῦ ἀέρος ἐπὶ γῆν καταφέροντες. Οὗτοι κοῦφοι μὲν εἶναι λέγονται καὶ τοῖς ποσὶν ὀξύτεροι, ζῶσι δὲ οὐ πλεῖον τεσσαράκοντα ἐτῶν, ξηρᾶς κοινωνοῦντες τελείως τροφῆς. Τελευτῶσι δὲ τοῦ ζῆν ἀθλιώτερον· ἅμα γὰρ [τῷ] πλησιάζειν τὸ γῆρας ἐγγίνεται τοῖς σώμασιν αὐτῶν πτερωτὰ γένη φθειρῶν, ὅμοια μὲν τῷ τύπῳ τοῖς κρότωσι, βραχεῖ δὲ ἐλάττω τῶν ἐν τοῖς

eos flant vehementer, inenarrabile locustarum agmen, ex terris nondum pervestigatis una cum ventis advolat, quæ vi quidem volatus ab avibus parum variant, sed corpore permultum. Ex hoc insecti genere quovis tempore aluntur, quum aliis modis, tum etiam in salitura præparato. Venantur eas fumo ex aere ad terram degravatas. Agiles esse perhibentur, et pedibus celeriores; verum ultra quadraginta annos non vivunt, sicco omnino utentes alimento. Finis autem iis est vita miserior. Etenim simulac senium imminet, in corporibus ipsorum volatile pediculorum genus innascitur. Ricinis hi non dissimiles, sed paulo minores sunt muscis, quæ in canibus apparent. In-

---

Diod. σιν ἐκ τῆς ἐρήμου πλῆθος ἀκρίδων ἀμύθητον, τοῖς τε μεγέθεσι διαλλάττον καὶ τῇ χρόᾳ τοῦ πτερώματος εἰδεχθὲς καὶ ῥυπαρόν. Ἐκ τούτου δαψιλεῖς τροφὰς ἔχουσιν ἅπαντα τὸν βίον, ἰδιοτρόπως αὐτῶν ποιούμενοι τὴν θήραν. Παρὰ γὰρ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπὶ πολλοὺς σταδίους παρήκει χαράδρα βάθος ἔχουσα καὶ πλάτος ἀξιόλογον· ταύτην πληροῦσιν ἀγρίας ὕλης, οὔσης ἀφθόνου κατὰ τὴν χώραν· ἐπειθ' ὅταν τῶν προειρημένων ἀνέμων πνεόντων προσφέρηται τὰ νέφη τῶν ἀκρίδων, καταδιελόμενοι πάντα τὸν τῆς χαράδρας τόπον, πυροῦσι τὸν ἐν αὐτῇ χόρτον. Ἐγειρομένου δὲ καπνοῦ πολλοῦ καὶ δριμέος, αἱ μὲν ἀκρίδες ὑπερπετόμεναι τὴν χαράδραν, καὶ διὰ τὴν τοῦ καπνοῦ δριμύτητα πνιγόμεναι, καταπίπτουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, ὀλίγον διαπετασθεῖσαι τόπον· τῆς δὲ τούτων ἀπωλείας ἐπὶ πλείονας ἡμέρας γινομένης, μεγάλοι διανίστανται σωροί· καὶ τῆς χώρας ἐχούσης ἁλμυρίδα πολλὴν, πάντες προσφέρουσι ταύτην ἀθρόοις τοῖς σωροῖς, καὶ διατήξαντες οἰκείως ποιοῦσι τήν τε γεῦσιν πρόσφορον καὶ τὸν ἀποθησαυρισμὸν ἄσηπτον καὶ πολυχρόνιον. Ἡ μὲν οὖν διατροφὴ τούτοις παραχρῆμα καὶ τὸν ὕστερον χρόνον ἀπὸ τούτων τῶν ζῴων ὑπάρχει· οὔτε γὰρ κτηνοτροφοῦσιν, οὔτε θαλάττης ἐγγὺς οἰκοῦσιν, οὔτε ἄλλης ἐπικουρίας οὐδεμιᾶς τυγχάνουσι. Τοῖς δὲ σώμασιν ὄντες κοῦφοι καὶ τοῖς ποσὶν ὀξύτατοι, βραχύβιοι παντελῶς εἰσιν, ὡς ἂν τῶν πολυχρονιωτάτων παρ' αὐτοῖς οὐχ ὑπερβαλλόντων ἔτη τετταράκοντα. Τὸ δὲ τοῦ βίου τέλος οὐ μόνον παράδοξον ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀκληρότατον. Ὅταν γὰρ πλησιάσῃ τὸ γῆρας, ἐμφύονται τοῖς σώμασι πτερωτοὶ φθεῖρες οὐ μόνον διάφοροι τοῖς εἴδεσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἰδέαις ἄγριοι καὶ παντελῶς εἰδεχθεῖς. Ἀρξάμενον δὲ τὸ κακὸν ἀπὸ τῆς γαστρὸς καὶ τοῦ θώρακος, ἐπινέμεται πάντα τὸν ὄγκον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. Ὁ δὲ πάσχων τὸ μὲν πρῶτον ὡς ὑπὸ ψώρας τινὸς ἐρεθιζόμενος μετρίως ὀδαξᾶσθαι φιλοτιμεῖται, μεμιγμένην ἔχοντες τοῦ πάθους ἀλγηδόσι τὴν χαράν· μετὰ δὲ ταῦτα

inusitata magnitudine et alarum colore turpi ac squalido, expellunt. Hinc copiosum eis per totum vitæ tempus alimentum est. Peculiari autem ratione illas aucupantur. Etenim regioni ipsorum ad multa stadia vallis oppido profunda et lata obtenditur. Hanc agresti materie, ubique illic obvia, complent. Quando igitur ventorum flatibus propulsa locustarum nubes eo defertur, dispertitis inter se locis fœnum in cavitatem illam projectum succendunt. Hinc magnus acerbusque vapor excitatus supervolantes locustas acerbitate fumi præfocat, ut non multum progressæ ad terram prolabantur. Hac ad plurimos dies internecione continuata, magni exsurgunt acervi. Quumque tractus ille salsugine abundet, consertis hanc acervis superaffundunt, debitaque maceratione efficiunt, ut et sapor accommodus sit et citra putrefactionem ad bene longum tempus hoc salsamentum duret. Facilis ergo victus etiam reliquo ipsis tempore ab insectis hisce exsistit. Nec enim pecuariæ nec piscatoriæ rei, utpote longius a pelago submoti, dant operam, nec aliud vitæ subsidium habent. Corpore sunt levi et pedibus celerrimis, sed vita admodum brevi; longævissimi enim apud eos quadraginta non egrediuntur annos. Mirabilis etiam vitæ exitus est omniumque miserrimus. Ingruente enim senio pediculi corporibus ipsorum alati innascuntur, non solum genere diversi, sed etiam specie horridi et insigniter deformes. Pestis hæc a ventre et præcordiis exorsa perexiguo tempore corpus totum exedit. Morbo hoc afflictus primum velut scabiei prurigine irritatus leni mordicatione titillatur, oblectamento scilicet cum dolore permixto. Verum posteaquam bestiolæ intercutes subinde magis ad superficiem enituntur, magna tenuis saniei vis

---

|| — 1. πνέουσι παμμεγέθεις] sic codex C et Diodorus, et similiter Artemidorus ap. Strab.: ἐαρινοὶ λίβες καὶ ζέφυροι πνέοντες μεγάλοι. Contra Phot. codd. AB et editt.: πνέουσι, παμμεγέθων ἀκρίδων. || — 4. δὲ om C. || — 7. ταύτας] ταῦτα A. || — 9. πλεῖον] πλείω C. || — 11. τῷ inserui. De morbo isto cf. Ludolfus commentat. hist. Æthiop. p. 183, laudante Wesselingio. || — 13. βραχεῖ] C; βραχεῖαν vgo.

Phot. χυσὶ φαινομένων, ἀρχόμενα μὲν ἀπὸ τοῦ στήθους καὶ τῆς κοιλίας, ἐπινεμόμενα δὲ συντόμως μετὰ τοῦ παντὸς προσώπου τὴν ἐπιφάνειαν. Οἱ τὰ μὲν πρῶτα τοῖς ὑπὸ ψώρας ἠρεθισμένοις ὁμοίως διάκεινται, ὕστερον δ' ἐπιπόνως ἑαυτοὺς σπαράττουσιν· εἶτα τοῦ πάθους εἰς ἀκμὴν ἑλκομένου, καὶ μετὰ τῆς τῶν θηρίων ἐκφύσεως καὶ λεπτῶν ἀναχεομένων ἰχώρων, ἀκαρτερήτους ὑφίστασθαι τοὺς ἀθλίους τὰς δριμύτητας συμβαίνει. Οὗτοι μὲν οὖν εἴτε τοὺς χυμοὺς εἴτε τὴν τροφὴν εἴτε τὸν ἀέρα τῆς κακίας ἔχοντες αἴτιον, οὕτως ἀπόλλυνται.

59. Ὅτι τῶν ἀκριδοφάγων, φησίν, ἀστυγείτων χώρα πολλὴ καὶ νομὰς ἔχουσα ποικιλίᾳ διαφερούσας, ἔρημος δὲ τελέως καὶ πᾶσι τοῖς περιοίκοις ἄβατος, οὐκ ἀπ' ἀρχῆς σπανίσασα ἀνθρωπίνου γένους, ἀλλ' ὑπὸ πλήθους ἀπίστου σκορπίων καὶ φαλαγγίων, ἃς τετρα-

cipiunt a præcordiis et alvo, et omnem protinus superficiem corporis cum tota facie depascuntur. Illi igitur primo affecti sunt, ut quos scabies pruritu suo lacessit; at temporis successu aliquo, non absque molestia se ipsos lacerant; tandem morbo hoc ad maturitatem extracto præter bestiolarum eruptionem et tenuis saniei effluxum intolerabiles sustinere acerbitates miseros contingit. Talem itaque interitum (sive corporis succi sive alimentum sive aer vitio et corruptioni huic causam præbeant) Acridophagi sortiuntur.

59. Contermina illis est regio quædam spatiosa, quæ mira quidem pascuorum varietate abundat, sed deserta est omnino, nullisque eo incolis patet accessus, non quod ab initio defuit ei genus mortalium, sed quod incredibilis ibi frequentia est scorpionum et pha-

Diod. ἀεὶ μᾶλλον τῶν ἐγγενομένων θηρίων εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐκπιπτόντων, συνεκχεῖται πλῆθος ἰχῶρος λεπτοῦ, τὴν δριμύτητα παντελῶς ἔχοντος ἀνυπομόνητον. Διόπερ ὁ συνεχόμενος τῷ πάθει βιαιότερον ἀμύττει τοῖς ὄνυξι, στεναγμοὺς μεγάλους προϊέμενος. Κατὰ δὲ τὰς τῶν χειρῶν ἐξελκώσεις τοσοῦτο πλῆθος ἐκπίπτει τῶν ἑρπετῶν, ὥστε μηδὲν ἀνύειν τοὺς ἀπολέγοντας, ὡς ἂν ἄλλων ἐπ' ἄλλοις ἐκφαινομένων καθάπερ ἔκ τινος ἀγγείου πολλαχῶς κατατετρημένου. Οὗτοι μὲν οὖν εἰς τοιαύτην διάλυσιν τοῦ σώματος καταστρέφουσι τὸν βίον δυστυχῶς, εἴτε διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς τροφῆς εἴτε διὰ τὸν ἀέρα τοιαύτης τυγχάνοντες περιπετείας.

59. Τῷ δὲ ἔθνει τούτῳ χώρα παρήκει κατὰ τὸ μέγεθος πολλὴ καὶ κατὰ τὰς τῆς νομῆς ποικιλίας ἀγαθή· ἔρημος δ' ἐστὶ καὶ παντελῶς ἄβατος, οὐκ ἀπ' ἀρχῆς σπανίζουσα τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις ἔκ τινος ἐπομβρίας ἀκαίρου πλῆθος φαλαγγίων καὶ σκορπίων ἐξενέγκασα. Τοσοῦτο γὰρ ἱστοροῦσιν ἐπιπολάσαι τῶν εἰρημένων θηρίων πλῆθος, ὥστε τοὺς κατοικοῦντας ἀνθρώπους τὸ μὲν πρῶτον παν-

cum intolerabili doloris acerbitate simul erumpit. Idcirco violentius unguibus sese lacerans ægrotus gemitus miserabiles effundit. In manuum vero exulceratione tanta vis vermium expullulat, ut, aliis post alios tanquam e multifariam perforato dolio scaturientibus, omnis ablegentium opera ludatur. Hi ergo per ejusmodi corporis resolutionem infelici vitam exitu claudunt. A naturane cibi, an temperie aeris eventus iste proficiscatur, ambiguum est.

59. Attingit hanc gentem terra quædam magnitudine prolixa et pascuorum varietate præstans, sed deserta et nullos præbens accessus; non quod ab initio caruerit hominibus, sed quod ab intempestivo postmodum imbre magnam phalangiorum et scorpionum vim procrearit. Adeo enim bestias illas increbuisse scribunt, ut tota primum gens communibus hostem, natura infestum, armis interimere vellet. At quum

1. χυσὶ] κύμασι C. || — 3. τοῖς om. C. || — 8. τὰς ante δριμ. om. A. || — 9. οὖν ante εἴτε om. AC.

§ 59. De re v. Artemidor. l. l. et Plinius VIII, 43 : *Citra Cynamolgos Æthiopes late deserta regio est, a scorpionibus et solipugis gente sublata.* Agatharchidem exscripsit Ælianus N. An. XVII, 40, ubi post ea quæ § 50 apposui, pergit : Κατὰ μέντοι τὴν λίμνην τὴν καλουμένην Ἀορρατίαν (Ἰνδῶν δὲ ἄρα καὶ αὕτη πλησίον ἐστὶ τοῦ προειρημένου ποταμοῦ, sc. τοῦ Ἀσταβάρου) καὶ τοῦτο μὲν τὸ θηρίον, τὸν κώνωπα, ἐπιπολάζειν· ἔρημον δὲ καὶ εἶναι τὸν χῶρον καὶ καλεῖσθαι. Τὴν δὲ αἰτίαν ἐκείνην Ἰνδοί φασιν οἱ κύκλῳ περιοικοῦντες, τὸν χῶρον τὸν προειρημένον οὐκ ἄνωθεν οὐδὲ ἐξ ἀρχῆς ἄγονον ἀνθρώπων γενέσθαι, σκορπίους δὲ ἐπιπολάσαι πλῆθος ἄμαχον, καὶ φαλαγγίων τινὰ ἐπιφοιτῆσαι φοράν, φαλαγγίων δὲ ἃ καλοῦσι τετράγναθα. Τεκεῖν δὲ ἄρα τὰ κακὰ ταῦτά φασιν ὄμβρων πονηρίαν· καὶ τέως μὲν ἐγκαρτερεῖν τοὺς ἐκεῖθι τλημόνως τοῦ κακοῦ τὴν προσβολὴν καὶ φιλοπόνως ὑπομείναντας, ἐπεὶ δὲ ἦν παντελῶς ἄμαχον, καὶ διεφθείροντο ἡλικίαι πᾶσαι, εἶτα μέντοι τελευτῶντες ὑπ' ἀπορίας τοῦ ἀμύνασθαι τὴν καταβολὴν τῆς ἐπιμελείας (ἐπιδημίας? Jacobs) τῆς προειρημένης, ἐξέλιπον τὴν χώραν καὶ ἐρήμην εἴασαν τὴν φίλην πρότερον καὶ πατρίδα ἀρίστην· οὐχ ἁμαρτήσομαι δὲ ἴσως οὐδὲ μητρίδα εἰπὼν τὴν αὐτήν. Quam in his Ælianus dicit λίμνην Ἀορρατίαν (vel Ἀορατίαν vel Ἀοράταν ex codd. var. lect.; Ἀκράβατον etymologiæ cujusdam gratia conj. Bochartus Hieroz. t. II, p. 642), haud dubie intelligi voluit hodiernum *Tzana* lacum. Certe qui deinceps ab Agatharchide recensentur Canimulgi circa hunc lacum ponendi sunt. Ptolemæus IV, 7 in hoc fere tractu memorat Σαβορίδας vel Σαβόρδας, gentem Æthiopicam. || — 15. τετραγνάθους] Plinius XXIX, 27 (ubi phalangiorum species enumerat) : *Tetragnathii duo genera habent; pejor medium caput distinguente linea alba, et transversa altera; hic oris tumorem facit. At cinereus posteriori parte candicans, lentior.* « Gœtzius in App. ad Histor. aran. Listeri, p. 25, huc refert phalangium araneoides, quod descriptum dedit Pallas Spicil. zool. fasc. IX, p. 37. » Schneider. ad Ælian. Cf. Salmasius ad Solin. p. 71.

Phot. γνάθους ὀνομάζουσιν ἔνιοι. Τοῦτο γὰρ τὸ φῦλον ἔκ τινος ἐπομβρίας λέγουσιν ἐπιπολάσαι, καὶ τῶν ἐνοικούντων πρὸς τὸ κακὸν ἀντισχεῖν οὐ δυναμένων, ἀλλὰ φυγῇ τῶν ἐκπεσόντων τοῦ ὀλέθρου τὴν σωτηρίαν ἀντὶ τῆς πατρίδος ἑλομένων, ἔρημον ἐξ ἐκείνου γένους ἀνθρώπων τὴν χώραν ὑπολειφθῆναι. Καὶ μυῶν δὲ πλῆθος ἀρουραίων, ὡς (τοῖς) περὶ Ἰταλίαν, καὶ στρουθοὶ τὰ σπέρματα κατεσθίοντες, ὡς περὶ Μηδίαν, καὶ βάτραχοι, ἃ γέγονε περὶ τοὺς Αὐταριάτας· καὶ ὑπὸ λεόντων ἐπιπολασάντων πόλεις μετανέστησαν, ὡς ἐπὶ Λιβύης· καὶ πολλὰ ἄλλα ἀνέλπιστα πάθη καταλαβόντα πολλὰς χώρας τῶν οἰκητόρων ἐξηρήμωσαν.

langiorum, quas quadrimaxillas nonnulli vocant. Hoc enim animalium genus ex imbrium vi et copia redundasse narrant; quumque incolæ pesti huic resistere non valerent, fugaque elapsi salutem patriæ anteferrent, factum esse ut deserta ab hominibus terra eo tempore relinqueretur. Sic etiam murium agrestium copia, ut in Italia, et passeres semina devorantes, ut in Media, et ranæ, quod Autariatis usu venit, et leonum increbrescens multitudo, ut in Africa, causa fuere ut civitates alio commigrarent; multæque aliæ calamitates insperatæ terras, quas corriperent, habitatoribus viduarunt.

Diod. δημεὶ κτείνειν πᾶν τὸ τῇ φύσει πολέμιον· ἀπεριγενήτου δὲ τοῦ πάθους ὄντος καὶ τῶν δηγμάτων ὀξεῖς τοῖς πληγεῖσι θανάτους ἐπιφερόντων, ἀπογνόντας τὴν πάτριον γῆν τε καὶ δίαιταν φυγεῖν ἐκ τῶν τόπων. Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν οὐδὲ ἀπιστεῖν τοῖς λεγομένοις, πολλὰ τούτων παραδοξότερα κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γεγονότα διὰ τῆς ἀληθοῦς ἱστορίας παρειληφότας. Περὶ γὰρ τὴν Ἰταλίαν μυῶν πλῆθος ἀρουραίων ἐγγενηθὲν τοῖς πεδίοις ἐξέβαλέ τινας ἐκ τῆς πατρίου χώρας, κατὰ δὲ τὴν Μηδίαν ἐπιπολάσαντες ἀμύθητοι στρουθοὶ καὶ τὰ σπέρματα τῶν ἀνθρώπων ἀφανίσαντες ἠνάγκασαν εἰς ἑτερογενεῖς τόπους μεταστῆναι, τοὺς δὲ καλουμένους Αὐταριάτας βάτραχοι τὴν ἀρχέγονον σύστασιν ἐν τοῖς νέφεσι λαμβάνοντες καὶ πίπτοντες ἀντὶ τῆς συνήθους ψεκάδος ἐβιάσαντο τὰς πατρίδας καταλιπεῖν καὶ καταφυγεῖν εἰς τοῦτον τὸν τόπον ἐν ᾧ νῦν καθίδρυνται. Καὶ μὴν τίς οὐχ ἱστόρησεν Ἡρακλεῖ τῶν ὑπὲρ τῆς ἀθανασίας ἄθλων συντελεσθέντων ἕνα καταριθμούμενον καθ' ὃν ἐξήλασεν ἐκ τῆς Στυμφαλίδος λίμνης τὸ πλῆθος τῶν ἐπιπολασάντων ὀρνίθων ἐν αὐτῇ; ἀνάστατοι δὲ κατὰ τὴν Λιβύην πόλεις τινὲς ἐγένοντο πλήθους λεόντων ἐπελθόντος ἐκ τῆς ἐρήμου. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς ἀπίστως διὰ τὸ παράδοξον πρὸς τὰς ἱστορίας διακειμένους· πάλιν δὲ ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῖς προειρημένοις μεταβησόμεθα.

invictum esset malum (morsus enim subitam ictis mortem afferebat), desperato patriæ loco et victu, alio profugere compulsos. Nec quæ hic referuntur adeo mira aut incredibilia nobis esse debent, quum his longe insolentiora per orbem terrarum accidisse ex veris historiis compertum habeamus. Nam in Italia agrestium vis murium, fœcunda luxurie in agris natorum, e patria quosdam expulit; in Media vero passerum sata vastantium catervæ homines alio migrare coegerunt; porro qui Autariatæ nominantur, hos ranæ in nubibus cretæ et pro usitatis delapsæ guttis patriam deserere et in locum, ubi nunc sedes habent, profugere compulerunt. Et quis ex antiquitatum commentariis non didicit, inter Herculis certamina, propter immortalitatem confecta, unum quoque numerari, quo de palude Stymphalide invalescentes illic volucres abegit? Similiter propter irruptionem leonum e desertis urbes quædam Libyæ a civibus derelictæ. Hæc in eos qui fidem historiis derogant propter inusitatum rei modum dicta nobis sunto. Nunc ad superiorem relationis contextum redimus.

Heerenius *Ideen* II, 1, p. 329 diversa confundit. || — 1. ὀνομάζουσιν] ἐπονομάζουσι C et vulgata. || — 2. ἐπομβρίας] Cf. Plinius XVIII, 44, 3: *Nascitur et phalangium in ervo, bestiola aranei generis, si hiems aquosa sit.* || — 6. ἀπολειφθῆναι C. || — 7. τοῖς] τοὺς AB. Structura grammatica in his neglecta. Ceterum hæc quoque Ælianus exscripsit, post laudata pergens ita (c. 41): Μυῶν ἀρουραίων ἐπιφοίτησις καὶ στόλος οὐ μὰ τοὺς θεοὺς χρηστὸς τῶν ἐν Ἰταλίᾳ τινὰς ἐξήλασαν τῆς πατρῴας γῆς, καὶ φυγάδας ἀπέφηναν, λυμαινόμενοι καὶ λήϊα καὶ φυτά, δίκην αὐχμῶν ἢ κρυμῶν ἤ τινος ἀκαιρίας ὡρῶν ἑτέρας, τὰ μὲν διακείροντες, διακόπτοντες δὲ τὰς ῥίζας. Τῇ Μηδικῇ δὲ ἐπιφοιτήσαντες στρουθῶν φορὰ, ἐξήλασαν καὶ ἐκεῖνοι τοὺς κατοικοῦντας, διαφθείροντες τὰ σπέρματα καὶ ἀφανίζοντες αὐτά. Βάτραχοι δὲ ἡμιτελεῖς πεσόντες ἐξ ἀέρος πολλοὶ Αὐταριάτας Ἰνδῶν (Ἰλλυρίων conj. Rein.; Μαιδῶν Bochart.; ἐκ τῶν ἰδίων Jacobs) μετῴκισαν εἰς χῶρον ἕτερον. Καὶ γένος μέντοι Λιβυστινὸν, οὗ καὶ ἀνωτέρω μνήμην ἐποιησάμην, ἐπιφοιτησάντων αὐτοῖς λεόντων, εἶτα τούτους ἀναστῆναι τῆς πατρῴας γῆς ἐξενίκησαν. || — 8. περὶ Μ.] περ Μ. cod. C; Μήδειαν A. || — 9. Αὐταρ.] sic codd. nostri; Ἀφθαριάτας vulg. || — 11. ἄλλα] om. C et vulg. — In Italia mures ejecerunt Cosanos, si fides est Rutilio in Itiner. 285:

Cernimus antiquas nullo custode ruinas,
  et desolatæ mœnia fœda Cosæ.
Ridiculam cladis pudet inter seria causam
  promere, sed risum dissimulare piget;
dicuntur cives quondam migrare coacti
  muribus infestos deseruisse lares.

Cf. tamen Mannert. *Geogr.* IX, 1, p. 369. De Autariatarum calamitate v. Justin. XV, 2; Appian. Illyr. c. 4; Cf. Heraclides Lembus ap. Athenæum VIII, p. 383, A (Fr. Hist. tom. III, p. 168, 3); Bochart. Hieroz. II, p. 539. 662.

Phot. 60. Ὅτι ὕστατοι, φησί, τῶν πρὸς μεσημβρίαν οἰκούντων εἰσὶν οὓς Ἕλληνες μὲν Κυναμολγοὺς καλοῦσιν, οἱ δ' ἀστυγείτονες, ὡς ἄν τις εἴποι, Ἀγρίους βαρβάρους. Οὗτοι κομῆται μέν εἰσι καὶ πώγωνας φέρουσιν ἐξαισίους, κύνας δὲ τρέφουσι πολλοὺς καὶ μεγάλους, ὁμοίως τοῖς Ὑρκανοῖς· καὶ τοὺς ἐπιφοιτῶντας αὐτῶν τὴν χώραν Ἰνδικοὺς βόας δι' αὐτῶν θηρῶσι, πλῆθος ἐπιφαινομένους ἀμύθητον, ἀπὸ τροπῶν θερινῶν ἕως μέσου

60. Postremo meridiem versus habitant, quos Græci Cynamolgos, finitimi Agrestes (ut quis ita interpretetur) barbaros appellant. Hi comas promissas et barbas gestant immodicas, canesque multos alunt et magnos, Hyrcanorum more, quorum opera evagantes in provinciam ipsorum boves Indicos venantur; innumera enim armenta a solstitio æstivo hiemem ad mediam usque ibi apparet. Adhæc femellas

---

Diod. 60. Τὰς δ' ἐσχατιὰς τῶν πρὸς μεσημβρίαν μερῶν κατοικοῦσιν ἄνδρες ὑπὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων καλούμενοι Κυναμολγοί, κατὰ δὲ τὴν τῶν πλησιοχώρων βαρβάρων διάλεκτον Ἄγριοι. Οὗτοι δὲ πώγωνας μὲν φέρουσι παμμεγέθεις, κυνῶν δὲ τρέφουσιν ἀγρίων ἀγέλας πρὸς τὴν τοῦ βίου χρείαν εὐθέτους. Ἀπὸ γὰρ τῶν πρώτων τροπῶν τῶν θερινῶν μέχρι μέσου χειμῶνος Ἰνδικοὶ βόες ἀμύθητοι τὸ πλῆθος ἐπιφοιτῶσιν αὐτῶν τὴν χώραν, ἀδήλου τῆς αἰτίας οὔσης· οὐδεὶς γὰρ οἶδεν, εἴθ' ὑπὸ ζώων πολλῶν καὶ σαρκοφάγων πολεμούμενοι φεύγουσιν, εἴτε δι' ἔνδειαν τροφῆς ἐκλείποντες τοὺς οἰκείους τόπους εἴτε δι' ἄλλην περιπέτειαν, ἣν ἡ μὲν πάντα τὰ παράδοξα γεννῶσα φύσις κατασκευάζει, τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος ἀδυνατεῖ τῷ νῷ συνιδεῖν. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦ πλήθους οὐ κατισχύοντες δι' ἑαυτῶν περιγενέσθαι τοὺς κύνας ἐπαφιᾶσι, καὶ μετὰ τούτων ποιούμενοι τὴν θήραν πολλὰ πάνυ τῶν ζώων χειροῦνται· τῶν δὲ ληφθέντων ἃ μὲν πρόσφατα κατεσθίουσιν, ἃ δὲ εἰς ἅλας συντιθέντες ἀποθησαυρίζουσι. Πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων διὰ τῆς τῶν κυνῶν ἀλκῆς θηρεύοντες ἀπὸ κρεοφαγίας τὸν βίον ἔχουσι. Τὰ μὲν οὖν τελευταῖα γένη τῶν πρὸς μεσημβρίαν οἰκούντων ἐν μορφαῖς ἀνθρώπων τὸν βίον ἔχει θηριώδη· λείπεται δὲ διελθεῖν

60 (*Cap.* 31). Extremas versus meridiem oras incolunt homines, quos Cynamolgos (i. e. canimulgos) Græci, barbari propinqui Agrestes patrio sermone vocant. Hi prælongas gerunt barbas et ad victus commoda ferocium greges canum nutriunt. Nam ab æstivi solstitii initio ad medium hiemis boum Indicorum innumerabilis multitudo terras horum ingreditur. Causa rei latet; nemo enim compertum habet, an bestias carnivoras, a quibus catervatim invadantur, fugiant; an pabuli inopia, aliove casu, quem natura mirabilium rerum parens efficit, mens autem humana intelligere nequit, pristinis locis emigrare cogantur. At vero quum horum multitudinem suis viribus non possint superare, canes in eos emittunt, et venatica eorum opera quam plurimos capiunt, captosque partim recentes comedunt, partim sale conditos reservant. Multa etiam alia animalia strenuo canum auxilio venantur; atque ita carnium esu vitam sustentant. Postremæ ergo ad meridiem rejectæ nationes sub hominum forma vitam ferarum more degunt. Restat ut

---

§ 60, lin. 30. θερινῶν] χειμερινῶν codd.; em. ex Diodoro et Artemidoro ap. Strabon., et Æliano (XVI, 31), qui de his non Agatharchidem sed Ctesiam Cnidium laudat: Λέγει δὲ ἄρα Κτησίας ἐν λόγοις Ἰνδικοῖς τοὺς καλουμένους Κυναμολγοὺς τρέφειν κύνας πολλούς, κατὰ τοὺς Ὑρκανοὺς τὸ μέγεθος. Καὶ εἶναί γε ἰσχυρῶς κυνοτρόφους, καὶ τὰς αἰτίας ὁ Κνίδιος ἐκείνας λέγει. Ἀπὸ τῶν θερινῶν τροπῶν εἰς μεσοῦντα χειμῶνα ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς ἀγέλαι βοῶν, οἱονεὶ μελιττῶν σμῆνος ἢ σφηκιὰ κεκινημένη, πλῆθος ἀριθμοῦ κρείττους οἱ βόες, εἰσὶ δὲ ἄγριοι καὶ ὑβρισταί, καὶ εἰς κέρας θυμοῦνται δεινῶς· οὔκουν ἔχοντες αὐτοὺς ἀναστέλλειν ἑτέρως οἴδε, τοὺς τροφίμους αὑτῶν κύνας ἐπ' αὐτοὺς ἀφιᾶσιν, ἐς τοῦτο ἀεὶ τρεφομένους, οἵπερ οὖν καταγωνίζονταί τε καὶ διαφθείρουσιν αὐτοὺς ῥᾷστα. Εἶτα τῶν μὲν κρεῶν τὰ δοκοῦντά σφισιν εἰς ἐδωδὴν ἐπιτήδεια ἐξαιροῦσι, τὰ δὲ λοιπὰ τοῖς κυσὶν ἀποκρίνουσιν (Hoc non habet Diodorus), καὶ μάλα γε ἀσμένως κοινωνοῦντες αὐτοῖς, ὥσπερ οὖν εὐεργέταις ἀπαρχόμενοι. Κατὰ τὴν ὥραν δὲ καθ' ἣν οὐκέτι φοιτῶσιν οἱ βόες, συνθήρους αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς ζῴοις τοῖς ἄλλοις ἔχουσι. Καὶ τῶν θηλειῶν ἀμέλγουσι τὸ γάλα, καὶ ἐκ τούτου κέκληνται· πίνουσι γὰρ αὐτό, ὥσπερ οὖν ἡμεῖς τὸ τῶν ὀΐων τε καὶ τῶν αἰγῶν. « Quæ quum ex Ctesia sumta esse profiteatur, clarum est Agatharchidem popularis sui scripta diligentissime versasse, et multa inde pro suis usurpasse. » Wesseling. ad Diodor. Addere licet quod Pollux quoque (Onom. V, 5, 41) de eadem re laudat Ctesiam: Οἱ δὲ Κυναμολγοί εἰσι περὶ τὰ ἕλη τὰ μεσημβρινά, γάλα δὲ [suppl. κυνῶν, ὥσπερ ἡμεῖς] βοῶν ποιοῦνται τὴν τροφήν. Καὶ τοὺς ἐπιόντες τῷ ἔθνει τοῦ θέρους βοῦς Ἰνδικοὺς καταγωνίζονται, ὡς ἱστορεῖ Κτησίας. Nescio an hæc ex ipso Æliano Pollux transscripserit. Utut est, nullus dubito, quin Ælianus et Pollux Ctesiam pro Agatharchide temere laudaverint, vel certe ea quæ in Ctesia de canibus Indicis legebantur, male conflaverint cum iis quæ Noster de Canimulgis Æthiopicis tradidit. Cujusmodi rerum confusio tanto facilior erat, quum Ctesianorum excerptorum codice Monacensi satis probetur, Ctesianis mirabilibus multa aliunde petita, quæ conferri apte posse viderentur, olim fuisse adjuncta. Neque in antiquioribus Memorabilium collectionibus fieri non potuit, quin sæpe numero Ctesias et Agatharchides componerentur. Huc accedit quod indicam Canimulgorum gentem alius nemo memorat; cum Agatharchide autem facit Plinius VIII, 43, ubi Canimulgos finitimos esse dicit regioni ob scorpiones desertæ. Idem VI, 35 ex alio fonte inter fabulosa hujus tractus memorat *Cyna-*

Phot. χειμῶνος· εἶτα καὶ τὰς τῶν κυνῶν θηλείας ἀμέλγοντες τῷ γάλακτι τρέφονται, καὶ ἐξ ἄλλων δὲ θήρας ζῴων. Καὶ τὰ μὲν τελευταῖα τῶν πρὸς μεσημβρίαν τοιαῦτα.

61. Τὰ δὲ κατὰ τοὺς Τρωγλοδύτας τοιαῦτα. Τὸ μὲν γένος τῆς συστάσεως τυραννὶς, αἱ δὲ γυναῖκες κοιναὶ καὶ οἱ παῖδες· μόνῃ δ' οὐκ ἔξεστι πλησιάσαι τῇ τοῦ τυράννου· τῷ δὲ τολμήσαντι πρόβατον καταθέσθαι τὸ ἐπιτίμιον δίδοται. Ἡ δὲ ἀναστροφὴ αὐτῶν· τὸν μὲν παρ' αὐτοῖς χειμῶνα (ἔστι δ' οὗτος ὑπὸ τοὺς ἐτησίας) πᾶσαν αὐτῶν τοῦ θεοῦ τὴν χώραν ὕδασι λάβροις ἐπέχοντος, ἀφ' αἵματος καὶ γάλακτος ζῶσιν, εἰς ταὐτὸ μίξαντες καὶ χυλίσαντες ἐν ἀγγείοις εἰκῇ πεπυρωμένοις. Ἐπὰν δὲ ἐπιστῇ τὸ θέρος, ἐν τοῖς τελματώδεσιν ἀναστρέφονται χωρίοις, μαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους περὶ τοῦ χιλώματος. Καὶ τὰ πρεσβύτερα τῶν βο-

canum mulgent, et de lacte nutriuntur, nihilo tamen minus ex aliarum quoque ferarum captura vivunt. Atque ita postrema ad meridiem descripta habentur.

61. Troglodytarum porro conditio hæc est. Qua gens hæc imperii forma continetur tyrannis est. Uxores, ut et liberi, sunt communes. Cum tyranni duntaxat conjuge rem habere, vetitum. Hoc tamen auso deponendæ ovis multa irrogatur. Mos vitæ talis. Quando hyems est (id quod sub Etesiarum tempus ibi natura comparatum est), deo regionem ipsorum largis inundante aquis, e sanguine et lacte pabulum vitæ capiunt, quæ in unam mixta versataque colluviem, in ollis ad ignem leviter calefaciunt. At si æstas instat, in udis versantur locis de pabulo inter se depugnantes, et tum pecorum annosiora et morbida

---

Diod. ὑπὲρ δύο ἐθνῶν, τῶν τε Αἰθιόπων καὶ τῶν Τρωγλοδυτῶν. Ἀλλὰ περὶ μὲν Αἰθιόπων ἀναγεγράφαμεν ἐν ἄλλοις, περὶ δὲ τῶν Τρωγλοδυτῶν νῦν ἐροῦμεν.

61. Οἱ τοίνυν Τρωγλοδῦται προσαγορεύονται μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Νομάδες, βίον δ' ἔχοντες ἀπὸ θρεμμάτων νομαδικὸν κατὰ συστήματα τυραννοῦνται, καὶ μετὰ τῶν τέκνων τὰς γυναῖκας ἔχουσι κοινὰς πλὴν μιᾶς τῆς τοῦ τυράννου· τὸν δὲ ταύτῃ πλησιάσαντα πρόστιμον ὁ δυνάστης πράττεται τεταγμένον ἀριθμὸν προβάτων. Κατὰ δὲ τὸν τῶν ἐτησίων καιρὸν γινομένων παρ' αὐτοῖς ὄμβρων μεγάλων, ἀφ' αἵματος καὶ γάλακτος διατρέφονται, μίσγοντες ταῦτα καὶ βραχὺν χρόνον ἑψήσαντες. Μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τὴν τῶν καυμάτων ὑπερβολὴν τῆς νομῆς ξηραινομένης, καταφεύγουσιν εἰς τοὺς ἑλώδεις τόπους, καὶ περὶ τῆς τῆς χώρας νομῆς πρὸς ἀλλήλους διαμάχονται. Τῶν δὲ βοσκημάτων τὰ πρεσβύτερα καὶ νοσεῖν ἀρχόμενα καταναλίσκοντες, ἀπὸ τούτων τὸν ἅπαντα χρόνον διατρέφονται. Διόπερ τὴν τῶν γονέων προσηγορίαν ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ προσάπτουσι, ταύρῳ δὲ καὶ βοῒ καὶ πάλιν κριῷ

de duabus adhuc gentibus dicatur, Æthiopibus nimirum et Troglodytis. Verum de Æthiopibus alibi mentio facta est; nunc ergo de Troglodytis scribemus.

61 (*Cap.* 32). Troglodytas igitur Græci Nomades appellant. Nam ex re pecuaria ritu pastorum vivunt; sed a tyrannis in certas tribus divisi reguntur, cumque liberis uxores habent communes, præter unam tyranni; cum hac qui consueverit, certo ovium numero a principe mulctatur. Sub flatum Etesiarum, quum magnæ apud eos pluviæ decidunt, sanguine et lacte, inter se commixtis et parumper coctis, nutriuntur. Post hæc exarescentibus solis æstu pascuis, ad paludes confugiunt, ubi de locis pasturæ accommodis inter se deprœliantur. Pecudes senio vel morbo affectas in cibi usum mactant, et hinc per omne vitæ tempus victitant. Ideoque mortalium nemini, sed tauro et vaccæ, nec non arieti et ovi parentum nomen attribuunt.

---

mulgos caninis capitibus. Denique quæ Pollux affert de sedibus Cynamulgorum περὶ τὰ ἕλη τὰ μεσημβρινὰ, in Agatharchidis periegesin optime quadrant, quum regioni § 59 memoratæ lacum vicinum fuisse ex ipso Æliano viderimus; a quo non ita longe absunt alii duo, qui hodie vocantur *Ashangi* et *Gunala Ashangi*. Eandem gentem haud dubie Bion apud Plin. VI, 35 dicit *Ptoemphanas, qui canem pro rege habent;* certe in eodem hos tractu habitasse e Plinio et Ptolemæo IV, 7, 34 colligitur. ‖ — Quod in fine hujus segminis Diodorus ait: ἀλλὰ περὶ μὲν Αἰθιόπων ἀναγεγράφαμεν ἐν ἄλλοις, id pertinet ad Siculi lib. III. c. 2-7, ubi de Meroes insulæ Æthiopibus exponit, deinde vero (8-10) etiam de rudioris vitæ gentibus, quas modo fusius descripsit, generaliora quædam subjungit. Testes et fontes laudat (III, 11) Agatharchidis Περὶ Ἀσίας librum secundum et Artemidori Geographiarum librum octavum. Nisi fallor, ipse etiam Agatharchides in suo De mari Rubro libro quinto Æthiopum occidentalium mentionem faciens lectorem ad Asiaticas historias relegaverat. Eodem certe modo in sinus Arabici descriptione (§ 84) lectorem ad alium librum Ag. amandat; idemque facit in Excerptis suis Diodorus, quamquam in ipsius opus ejusmodi notatio omnino non cadat. Tam oscitanter Diodorus, imbecillis homo, in excerpendo versatur.

§ 61. De re cf. Artemidor. ap. Strabonem. Pastores isti Troglodytæ, etiamnum priscam vitæ rationem servantes, non tam ad oram maritimam quam in montibus *Tigre* regni hodierni habitabant. V. G. Niebuhr *Ueber die Troglodyten in Tigre* in *Museum für Alterthumswiss.* tom. II, 1810; Ritter *Erdk.* I, p. 190, 248, et qui ibi laudantur. ‖ — 6. γυναῖκες κοιναὶ] Nunc communes quidem mulieres non sunt, attamen matrimonia sanctitate prorsus carent, levissimisque de causis solvuntur. V. Salt. *Reise in Abyssinien,* p. 588; Gobat *Basler Miss. Magaz.* 1834 p. 292; Jacobi *Alt. Geogr.* I, p. 391. ‖ — 7. πρόβατον] Sic et Artemidor.; ἀριθμὸν προβάτων Diodor. ‖ — 8. δέδοται C. ‖ — 15. τὰ πρεσβύτερα καὶ νοσοῦντα, κτλ.] Idem de

Phot. σχημάτων καὶ νοσοῦντα δαπανῶσι, διὰ τῶν μαγείρων ταῦτα κτείνοντες, οὓς καλοῦσιν ἀκαθάρτους. Οὗτοι ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ περιτιθέασι τὴν τῶν γονέων κλῆσιν, ταύρῳ δὲ καὶ βοΐ, τὸν μὲν πατέρα καλοῦντες, τὴν δὲ μητέρα, ὡσαύτως κριῷ τε καὶ προβάτῳ, διὰ τὸ λαμβάνειν τὴν τροφὴν τὴν καθ' ἡμέραν οὐ παρὰ τῶν τοκέων, ἀλλὰ παρ' ἐκείνων. Οὗτοι καὶ ποτῷ, ὁ μὲν πολὺς ὄχλος ἀποβρέγματι παλιούρου χρῶνται· οἱ δὲ τύραννοι ἀπό τινος ἄνθους σκευασθέντος πίνουσι, παραπλησίου μοχθηρῷ γλυκεῖ. Γυμνοὶ δὲ τὸ ἄλλο σῶμα τυγχάνοντες τὰ ἰσχία δέρμασίν εἰσι διεζωσμένοι. Τὰ δὲ αἰδοῖα τοῖς μὲν ἄλλοις Τρωγλοδύταις ἐστὶν εἰθισμένον περιτέμνεσθαι, καθάπερ Αἰγυπτίους πάντας· τοὺς δ' ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καλουμένους Κολοβοὺς πᾶν τὸ τοῖς λοιποῖς μέρος περιτομῆς τυγχάνον ξυροῖς ἀφαιρεῖν ἐστὶν ἔθος νηπίων ὄντων, ἐξ οὗ καὶ τὴν εἰρημένην κλῆσιν ἑαυτοῖς πεποίηνται.

62. Ὅτι κέχρηται ὁ συγγραφεύς, ἀττικιστὴς καίτοι ὤν, τῇ τῆς καμάρας λέξει.

63. Ὅτι οἱ Τρωγλοδύται περὶ τοὺς μετηλλαχότας, φησίν, οὕτω πράττουσι. Ταῖς ἐκ τῶν παλιούρων λύγοις τὸν αὐχένα πρὸς τὰ σκέλη συνέδησαν, εἶτα ἐπ' ὄχθον ἐπιθέντες, βάλλουσι χειροπληθέσι λίθοις, τωθασμῷ χρώμενοι καὶ γέλωτι, ἕως ἀποκρύψωσι τοῦ

absumunt, laniorum (qui immundi ipsis nominantur) opera mactata. Neminem ex mortalibus parentum nomine dignantur, præterquam taurum et vaccam; illum enim patrem, hanc matrem vocitant; eodem honore arietem et hircum ovemque et capellam afficiunt, quod alimentum non a parentibus, sed ab illis, quotidianum accipiant. Potu utitur vulgi pars maxima paliuri herba macerata; tyranni de confecto e flore quodam bibunt, qui mustum refert improbum. Nudi corpus reliquum, nates duntaxat pellibus succingunt. Membra corporis genitalia cæteris quidem Troglodytis præcidere more est receptum, ut cuncti solent Ægyptii: at quos Colobos sive Mutilos Græci nominant, totam illam partem, quam reliqui circumcidunt, novacula infantibus amputare religione et more sancitum habent. Unde cognomentum illud sibi ipsi consciverunt.

62. Utitur auctor καμάρα voce, quamvis attice loqui studeat.

63. Circa defunctos, ait, Troglodytæ ita agunt. Laqueis ex paliuro contextis colla mortuorum cruribus alligant. Tum colli alicui impositos manuariis lapidibus obruunt, non absque salso joco et derisu, donec de forma eis nihil amplius videatur. Capreæ dehinc

---

Diod. καὶ προβάτῳ· τούτων δὲ τοὺς μὲν πατέρας, τὰς δὲ μητέρας καλοῦσι διὰ τὸ πορίζεσθαι τὰς ἐφημέρους τροφὰς ἀεὶ παρὰ τούτων, ἀλλὰ μὴ παρὰ τῶν γεγεννηκότων. Ποτῷ δ' οἱ μὲν ἰδιῶται συγχρῶνται παλιούρων βρέγματι, τοῖς δὲ δυνάσταις ἀπό τινος ἄνθους κατασκευάζεται πόμα παραπλήσιον τῷ χειρίστῳ παρ' ἡμῖν γλεύκει. Ταῖς δὲ ἀγέλαις τῶν θρεμμάτων ἐπακολουθοῦντες ἄλλην ἐξ ἄλλης χώραν ἐπιπορεύονται, φεύγοντες τὸ τοῖς αὐτοῖς τόποις ἐνδιατρίβειν. Καὶ γυμνοὶ μέν εἰσι πάντες τὰ σώματα πλὴν τῶν ἰσχίων, ἃ δέρμασι σκεπάζουσι· τὰ δ' αἰδοῖα πάντες οἱ Τρωγλοδύται παραπλησίως τοῖς Αἰγυπτίοις περιτέμνονται πλὴν τῶν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος ὀνομαζομένων κολοβῶν· οὗτοι γὰρ μόνοι τὴν ἐντὸς τῶν στενῶν νεμόμενοι χώραν ἐκ νηπίου ξυροῖς ἀποτέμνονται πᾶν τὸ τοῖς ἄλλοις μέρος περιτομῆς τυγχάνον.

63. Ὁπλισμὸν δ' ἔχουσι τῶν Τρωγλοδυτῶν οἱ μὲν ὀνομαζόμενοι Μεγαβαρεῖς κυκλοτερεῖς ὠμοβοΐνας ἀσπίδας καὶ ῥόπαλον τύλους ἔχον περισιδήρους, οἱ δὲ ἄλλοι τόξα καὶ λόγχας. Ταφαῖς δὲ παντελῶς ἐξηλλαγμέναις ἐπιχωριάζουσι· τοῖς γὰρ τῶν παλιούρων λύ-

Hos illi patres, has matres vocant, quod ab his, non a parentibus, quotidiana ipsis vitæ nutrimenta suppetant. Potus communis privatis est liquor e paliuro expressus, sed principibus e flore quodam succus vilissimo apud nos musto similis conficitur. Et quia pecora sectantur, ex alia in aliam regionem migrant; ac ne diu in iisdem locis subsistant, sedulo cavent. Totum eis corpus nudum est præter clunes, quos pellibus incingunt. Genitalia, ritu Ægyptiorum, universi Troglodytæ circumcidunt, demtis his, quos a casu mutilos appellant. His enim solis, fauces istius terræ seu angustias incolentibus, id totum, quod aliis circumciditur, novacula in prima infantia amputatur.

63 (*Cap.* 33). Inter Troglodytas Megabarenses nominati pro armatura clypeos e crudis boum coriis rotundos, et clavas, quarum tubercula ferro obducta sunt, usurpant. Ceteri arcus et hastas gerunt. Ritus funerandi peculiaris his est et insolens. Mortui enim

---

hodiernis pastorum tribubus, quibus *Hazorta* et *Agazi* nomina, narrat Salt p. 387. || — 1. καὶ διὰ τῶν vulgo. || 3. τὴν τῶν γονέων περιτιθέασι B. || — 9. ἄνθους] βάθους C. Rem paullo accuratius narrat Artemidorus. || — 11. Circumcidi infantes nunc solent vitæ die octavo. || — 14. Κολοβοὺς] Ptolemæus IV, 7, p. 304: Μετὰ τὸ Βάζιον ὄρος Κολοβοί. Idem p. 300 inter Μέγαν αἰγιαλὸν et Σαβὰς urbem ponit Κολοβὸν ὄρος. Multo magis meridiem versus circa Diren Colobos habitare, atque Κολοβὸν ἄλσος inter Antiphili portum et Berenicen esse tradit Artemidorus ap. Strab. 772.

§ 62. Καμάρα vocem probabiliter usurparat Agatharchides de antris loquens, quæ in molli istorum montium saxo vel natura fecit vel hominum industria.

§ 63, l. 22. λύγαις A. || — 24. τέως cod. C. || — 42. Μεγαβαρεῖς quos Diodorus dicit, Μεγάβαροι vocan-

Phot. τετελευτηκότος τὴν μορφήν· κἄπειτα ἄνωθεν ἐπιθέντες κέρας αἰγὸς, ἀπαθεῖς ἀπολύονται καὶ παντελῶς ἱλαροί. Οὕτω, φησί, ταῖς κηδείαις καταχρῶνται νουνεχῶς, εἴπερ μὴ λυπεῖν ἑαυτοὺς ἐπὶ τοῖς ἀλυπήτοις συνέσεως σημεῖον. Τὰς δ' ὑπὲρ τῆς ἀναφυομένης αἰφνιδίως νομῆς ἔχθρας τε καὶ μάχας καὶ πολέμους αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους (οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς μάχονται), ἀλλ' οὖν ταύτας αἱ πρεσβύτεραι γυναῖκες προπηδῶσαι διαλύουσι, κατὰ τὸ μέσον ἐλθοῦσαι, καὶ τοῖς πραΰνουσι λόγοις τοὺς θυμοὺς ἀνηρεθισμένους καταστέλλουσαι. Ὕπνῳ δὲ, φησίν, οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους τῶν ἀνθρώπων χρῶνται, ἀλλὰ θρεμμάτων μὲν πλῆθος ἑαυτοῖς ἔχουσι συνεπόμενον, κώδωνας δὲ ἐξέδησαν ἐκ τῶν κεράτων τῶν ἀρρένων πάντων, ὅπως ὁ ἀπ' αὐτῶν ψόφος διώκῃ τὰ θηρία· ἐπὰν δὲ νὺξ ἐπῇ, εἰς μάνδρας μὲν συνάγουσι τὴν λείαν, ἄνωθεν δὲ ἐπιβάλλουσι ῥιποὺς ἐκ φοινίκων. Καὶ αἱ μὲν γυναῖκες μετὰ τῶν νηπίων τούτοις ἐπιβαίνουσιν, οἱ δὲ ἄνδρες πυρὰ κύκλῳ καίουσι, ᾄδοντες πατρίους τινὰς μύθους, καὶ τὸν ὕπνον οὕτω παρωθοῦνται, ἐν πολλοῖς τῆς μελέτης διὰ τἀναγκαῖον τὴν φύσιν νικώσης. Ἐπὰν δέ τινες, τοῦ πᾶσιν ὀφειλομένου γήρους βαρύνοντος, μηκέτι δύνωνται ταῖς ποίμναις ἐπακολουθεῖν, περιθέντες βοὸς οὐρὰν περὶ τὸν αὐχένα τὸν αὐτῶν, καὶ τὸν ὀπίσω τοῦ τραχήλου δεσμὸν εὖ μάλα

cornu in cippum fixo, sine perturbatione omnino hilares abscedunt. Sic funerationis usum sapienter invertunt, siquidem ob res mœrore vacuas mœrore se non affligere prudentiæ est. De pascuis repullulascentibus subito inimicitias et pugnas atque bella quando excitant (nam alia de re inter se non dimicant), matronæ ætate provectiores, in medium prosilientes, certamen dirimunt, et verbis ad lenitatem compositis irritatos animos reprimunt. Somnum autem (ait auctor) non pro aliorum hominum more capiunt, sed pecorum greges perpetuo secum circumducunt; quotquot ex his sunt mares, horum de cornibus tintinnabula suspendunt, ut sonitus horum feras abarceat; jam si nox ingruit, in caulas prædam cogunt, et storeas e palmis desuper injiciunt; huc fœminæ cum infantibus se recipiunt; viri autem ignibus circumcirca accensis, patrias et gentiles quasdam fabulas decantando, somnum a se repellunt. Sic in multis assuefactio naturam per necessaria quædam vincit. Si qui ingravescente senio (quod omnibus ex æquo debetur) greges assequi non possint, hi cauda bovis collo injecta, nodoque in vertice arte constricto, e vita sese exsolvunt. Quodsi quis eorum exitum e vita longius

Diod. γοις δήσαντες τῶν τετελευτηκότων τὰ σώματα προσάπτουσι τὸν αὐχένα τοῖς σκέλεσι· θέντες δὲ τὸν νεκρὸν ἐπί τινος ἀναστήματος βάλλουσι λίθοις χειροπληθέσι γελῶντες, μέχρι ἂν ὅτου τοῖς λίθοις περιχώσαντες ἀποκρύψωσι τὰ σώματα· τὸ δὲ τελευταῖον αἰγὸς κέρας ἐπιθέντες ἀπολύονται, συμπάθειαν οὐδεμίαν λαμβάνοντες. Πολεμοῦσι δὲ πρὸς ἀλλήλους οὐχ ὁμοίως τοῖς Ἕλλησιν ὑπὲρ γῆς ἤ τινων ἄλλων ἐγκλημάτων, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἐπιγινομένης ἀεὶ νομῆς. Ἐν δὲ ταῖς φιλονεικίαις τὸ μὲν πρῶτον ἀλλήλους τοῖς λίθοις βάλλουσι, μέχρι ἄν τινες τρωθῶσι, καὶ τὸ λοιπὸν ἐπὶ τὸν τῶν τόξων ἀγῶνα καταντῶσι. Πολλοὶ δὲ ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ τελευτῶσιν, ὡς ἂν εὐστόχως μὲν βαλλόντων διὰ τὴν ἐν τούτοις ἄθλησιν, τὸν δὲ σκοπὸν ἐχόντων γυμνὸν τῶν σκεπαστηρίων ὅπλων. Διαλύουσι δὲ τὴν μάχην τῶν γυναικῶν αἱ πρεσβύτεραι, προαλλόμεναι μὲν εἰς τὸ μέσον, ἐντροπῆς δὲ τυγχάνουσαι· νόμιμον γάρ ἐστιν αὐτοῖς ταύτας κατὰ μηδένα τῶν τρόπων τύπτειν· ὅθεν ἅμα τῷ φανῆναι παύονται τοῦ τοξεύειν. Οἱ δὲ διὰ τὸ γῆρας οὐ δυνάμενοι ταῖς ποίμναις ἀκολουθεῖν βοὸς οὐρᾷ τὸν αὐχένα περισφίγξαντες ἑαυτῶν ἀπολύονται τοῦ ζῆν προθύμως· τοῦ δὲ τὸν θάνατον ἀναβαλλομένου

cadaver paliuri viminibus ita constringunt, ut collum cruribus annectatur. Tum in collem quendam collocatum manuariis lapidibus cum risu tantisper impetunt, quoad congestu lapidum obruatur. Capræ tandem cornu imposito, nulla commiseratione affecti, discedunt. Belligerantur inter se, non ut Græci, de ditione vel alias ob querelas, sed de pascuis virescentibus. In conflictu primum mutuis se lapidum jactibus incessunt, dum, vulneratis aliquibus, ad certamen arcuum procedant. Exiguo temporis momento ingens cadit turba; ex longo quippe usu certos intendunt jactus, et his corpora nulla armorum munitione tecta ad ictus patent. Pugnas tandem mulieres ætate provectiores per intercessionem dirimunt, quas et reverentia dignantur. Nam nullo has pacto ferire lege cautum est. Ideo quum primum in conspectum prodeunt, a sagittarum jactu cessatur. Qui per senium non possunt greges sequi, gutture bovis caudæ illigato, æquo animo sibi vitam præcludunt. Quodsi quis mortem differt, hunc veluti ex benevolentia qua-

tur apud Strabon. p. 776 (ex Artemid.), p. 819 et 736, et ap. Plin. VI, 35: *Contra Meroen Megabari (Megabarri var. lect.), quos aliqui Adiabaros nominavere, oppidum habent Apollinis; pars eorum nomades quæ elephantis vescitur. Ex adverso in Africæ parte Macrobii; rursus a Megabaris Memnones et Dabeli.* Ptolemæus IV, 7, p. 304: Οἱ Ἀξουμῖται καὶ Σοβορίδαι· εἶτα Μολίβας (Μόλγιοι Trogl. Diodori I, 37, 8?) καὶ Μεγάβαρδοι καὶ Νοῦβαι. Nomen Megabarorum etiamnum superesse in *Mekarebah* tribu prope *Shendy* inter Nilum et Astaboram degente suspicatur Burkhardtus. Cf. Ritter, *Erdk.* I, p. 663 sq. || — 4. λυπὴν ἑαυτοῖς C. || — 15. ἐπῇ] « Malim ἐπίῃ. » BEKKER. || — 18. καίουσι κύκλῳ C. || — 20. τἀναγκαῖον] sic C;

Phot. περισφίγξαντες, ἀπολύουσι τοῦ βίου. Εἰ δέ τις αὐτῶν τὴν τελευτὴν ὑπερβάλλοι, παραστὰς ὁ θέλων ἄφνω, ὡς ἐπ' εὐνοίᾳ τὸν ὄκνον ἀφαιρούμενος, νουθετῶν ἅμα τῷ λόγῳ τῆς ἀναστροφῆς, διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παρέλυσεν. Οὐ τοὺς γηράσκοντας δὲ μόνον οὕτω τοῦ ζῆν ὑπεξάγουσιν, ἀλλὰ καὶ οὓς ἢ νόσος ἐπίμονος ἢ μελῶν τινος πήρωσις ἀχρήστους εἰς τὸ ταῖς ἀγέλαις παρασκευάσει συνέπεσθαι.

extendat, quicumque velit repente assistens, quasi benevolentia inductus cunctationem illam summoveat, dum admonet simul et culpat tergiversationem, eadem via hominem exanimat. Nec senio tantum exhaustos ita e vivis subducunt, verum etiam quos pertinax morbus aut membri alicujus vitium ad comitandum armenta inutiles reddit.

64. Ὅτι φησί, Τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐν τέτταρσι κυκλιζομένης μέρεσιν, ἀνατολῆς λέγω, δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν ἐξείργασται Λύκος τε καὶ Τίμαιος, τὰ δὲ πρὸς ἀνατολὰς Ἑκαταῖος καὶ Βάσιλις, τὰ δὲ πρὸς τὰς ἄρκτους Διόφαντος καὶ Δημήτριος, τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν, φορτικὸν, φησί, τὸ ἀληθὲς, ἡμεῖς.

64. Quum totus habitabilis orbis quattuor in circuitu plagis sit definitus, ortu inquam et occasu et septemtrione et meridie: quæ vesperam respiciunt, Lycus et Timæus exegerunt, quæ ad ortum, Hecatæus et Basilis, septentrionibus autem subjecta Diophantus et Demetrius; at quæ meridiei sunt obversa, nos (ait auctor), quamvis molesta sit veritas, persecuti sumus.

Diod. τὴν ἐξουσίαν ὁ βουλόμενος ἔχει τὸν δεσμὸν ὡς ἐπ' εὐνοίᾳ περιθεῖναι καὶ μετὰ νουθετήσεως στερῆσαι τοῦ ζῆν. Ὁμοίως δὲ νόμιμον αὐτοῖς ἐστι τοὺς πηρωθέντας ἢ νόσοις δυσιάτοις συνεχομένους ἐξάγειν ἐκ τοῦ ζῆν· μέγιστον γὰρ τῶν κακῶν ἡγοῦνται τὸ φιλοψυχεῖν τὸν μηδὲν ἄξιον τοῦ ζῆν πράττειν δυνάμενον. Διὸ καὶ πάντας ἰδεῖν ἔστι τοὺς Τρωγλοδύτας ἀρτίους μὲν τοῖς σώμασιν, ἰσχύοντας δ' ἔτι ταῖς ἡλικίαις, ὡς ἂν μηδενὸς ὑπερβάλλοντος τὰ ἑξήκοντα ἔτη.

dam prius admonitum, innexo laqueo, quicumque velit, privandi vita potestatem habet. Sic ex membro aliquo captos aut incurabili morbo correptos e vita submovere lege statutum est. Malorum enim hoc maximum arbitrantur, si quis amore vitæ teneatur, qui nihil vita dignum agere potest. Ideo Troglodytas omnes videre licet corporibus integris, et ætate valida, ut quorum nemo sexaginta annos excedat.

65. Καὶ περὶ μὲν τῶν Τρωγλοδυτῶν ἱκανῶς εἰρήκαμεν· εἰ δέ τις τῶν ἀναγινωσκόντων διὰ τὸν ξενισμὸν καὶ τὸ παράδοξον τῶν ἀναγεγραμμένων βίων ἀπιστήσει ταῖς ἱστορίαις, θεὶς πρὸ τῆς διανοίας παρ' ἄλληλα τόν τε περὶ τὴν Σκυθίαν ἀέρα καὶ τὸν περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, καὶ τὰς ἑκατέρων διαφορὰς ἰδὼν, οὐκ ἀπιστήσει τοῖς ἱστορημένοις. Τοσαύτη γὰρ παραλλαγὴ τῶν παρ' ἡμῖν ἀέρων πρὸς τοὺς ἱστορημένους, ὥστε τὴν κατὰ μέρος διαφορὰν ἄπιστον εἶναι. Ὅπου μὲν γὰρ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους πήγνυνται μὲν οἱ μέγιστοι ποταμοὶ, στέγοντος τοῦ κρυστάλλου διαβάσεις στρατοπέδων καὶ ἁμαξῶν καταγόμων ἐφόδους, πήγνυται δὲ ὁ οἶνος καὶ τὰ λοιπὰ τῶν χυμῶν, ὥστε μαχαίραις ἀποτέμνεσθαι, καὶ τὰ τούτων θαυμασιώτερα, τὰ μὲν ἀκρωτήρια τῶν ἀνθρώπων τῆς ἐσθῆτος παρατριβούσης περιρρεῖ, τὰ δὲ ὄμματα ἀμαυροῦται, τὸ δὲ πῦρ ἀλεωρὰν οὐ ποιεῖ, καὶ χαλκοῖ μὲν ἀνδριάντες ῥήγνυνται, κατὰ δέ τινας καιροὺς διὰ τὴν πυκνότητα τῶν νεφῶν οὔτε ἀστραπὴν οὔτε βροντὴν γίνεσθαι περὶ τοὺς τόπους φασί· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τούτων παραδοξότερα συντελεῖται, τοῖς μὲν ἀγνοοῦσιν ἄπιστα, τοῖς δὲ πεῖραν εἰληφόσιν ἀνυπομόνητα. Περὶ δὲ τὰς ἐσχατιὰς τῆς Αἰγύπτου καὶ Τρωγλοδυτικῆς διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀφ' ἡλίου θερμασίας κατὰ τὸν τῆς μεσημβρίας καιρὸν

65. Verum hic de Troglodytis dicendi modus esto. Quodsi quis lectorum ob novitatem rerum, aut mirabilem eorum, qui hic describuntur, vitam historiæ forsan nostræ fidem abrogabit, is Scythicum aera cum Troglodytico comparans, si quantum inter se differant animo pensitabit, narrationi assentietur. (*Cap.* 34.) Tanta enim nostri aeris et illorum, de quibus historiam teximus, diversitas est, ut discrimen, si per partes consideretur, fide majus exsistat. Nam alicubi propter intensam vim frigoris amnes maximi congelascunt adeo, ut glacies exercituum transitus curruumque onustorum vectationes sufferat; vinum quoque et alii liquores ita concrescunt, ut cultris abscindantur; et quæ majorem quam hæc admirationem secum afferunt, extremi hominum artus vestium attritu defluunt, oculique offuscantur; nec ignis teporandi vim habet; æreæ quoque statuæ dirumpuntur, quandoque nubium spissitudo facit, ut nec fulgur nec tronitru illic locorum exsistat. Plura insuper alia, ignaris quidem incredibilia, sed expertis intolerabilia ibidem contingunt. In Ægypti autem et Troglodytarum finibus propter immanem solis ardorem meridiei tempore ne

τῶν ἀναγκαίων AB et margo C; τἀναγκαῖα editt. || — 2. ὑπερβάλοι B.

§ 64, lin. 12. Ἑκαταῖος] sic C; ἀκταῖος AB et mgo. || — 13. Βάσιλις] sic prima manu C, Βασιλεὺς AB et sec. m. C. Βάσιλις scriptor vocatur ap. Athenæum IX, p. 390, B et Plin. VI, 35. — Diophantum intellige Ποντικῶν auctorem, Demetrium vero Callatianum, quem diligenter descripsisse Pontum Euxinum novimus ex Anonymo, quem Scymnum Chium vocare solent. V. Fragm. Histor. IV, p. 380.

Plut. 66. Ὅτι τοὺς τῶν ἀνθρώπων διαφορωτάτους βίους οὐ πολὺς διαμετρεῖ καὶ διορίζει τόπος. Ἐκ γὰρ τῆς Μαιώτιδος λίμνης πολλοὶ τῶν φορτιζομένων ἐν φερτηγοῖς ἀκάτοις δεκαταῖοι κατῆραν εἰς τὸν Ῥοδίων λιμένα, ἀφ' ὧν ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν τεταρταῖοι μὲν ἀφίκοντο εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἐκ δὲ ταύτης ἐναντίῳ τῷ ῥεύματι πλέοντες ἀνὰ τὸν ποταμὸν ἐν ἄλλαις δέκα παραγένοιντ' ἂν οὐ χαλεπῶς εἰς Αἰθιοπίαν· ὥστε ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ ψύχους εἰς ἄκραν τοῦ καύματος τὴν ἀκμὴν μὴ πλείους εἴκοσι γίνεσθαι καὶ πέντε τοῖς κομιζομένοις ἐνδελεχῶς ἡμέρας. Ἀλλ' ὅμως, τοσαύτης οὔσης τῆς τοπικῆς διαστάσεως, ἀνυπέρβλητον ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι τῶν τε βίων καὶ τῶν ἐθῶν καὶ τοῦ ἀέρος τὴν διαφοράν, ὥστε μηδὲ πιστεύεσθαι παρ' ἑτέροις τὰ παρ' ἄλλοις συνήθη τε καὶ ὁμολογούμενα, μηδὲ στέγειν ὅλως δύνασθαι ὧν χωρὶς ἕτεροι οὐδὲ ζῆν ἂν ἕλοιντο. Οὕτως ἔχει τι φίλτρον μέγα πᾶσα συνήθεια καὶ νικᾷ τὴν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος δυσχέρειαν ὁ χρόνος ὁ τὴν πρώτην δεξάμενος εἰς τὸν βίον ἡλικίαν.

66. Ceterum diversissimæ hominum vivendi rationes non ita longis dividuntur locorum intervallis. Nam ex palude Mæotica multi onerariis vecti navigiis, decimo die in Rhodiorum portus intrant, inde eadem navigationis commoditate ad diem quartum Alexandriæ appellunt, ab hac autem adversus amnis decursum subvecti, intra dies alios decem non difficili negotio Æthiopiam contingere possunt: adeo ut a summo frigore ad extremum æstus vigorem continuum iter facientibus intercedant non plures viginti quinque (*quattuor*) dies. Tam exigua vero quamvis sit locorum distantia, tanta inter se homines tamen vitæ morumque et aeris discrimina habent, ut majora esse non possint, adeo ut alteri non credant, quæ apud alteros more et usu sunt trita, nec omnino ferre valeant, sine quibus alii vitam acerbam sibi putent. Sic magno sui amore percellit omnis assuetudo, et circumfusi aeris difficultatem tempus primam vitæ ætatem suscipiens vincit.

Diod. οὐδὲ συνορᾶν ἀλλήλους οἱ παρεστῶτες δύνανται διὰ τὴν παχύτητα τῆς περὶ τὸν ἀέρα πυκνώσεως, χωρὶς δὲ ὑποδέσεως πάντες ἀδυνατοῦσι βαδίζειν, ὡς ἂν τοῖς ἀνυποδέτοις παραχρῆμα φλυκτίδων γινομένων. Κατὰ δὲ τὸ ποτόν, ἐὰν μὴ τὴν ἔνδειαν ἑτοίμως ἀφαιρῆται, ταχέως τελευτῶσιν, ὡς ἂν τῆς θερμασίας τὴν τῶν ὑγρῶν ἐν τῷ σώματι φύσιν ὀξέως ἀναλισκούσης· πρὸς δὲ τούτοις, ὅταν τις εἰς χαλκοῦν ἀγγεῖον ἐμβαλὼν τῶν ἐδωδίμων ὁδηποτοῦν μεθ' ὕδατος εἰς τὸν ἥλιον θῇ, ταχέως ἕψεται χωρὶς πυρὸς καὶ ξύλων.

66. Ἀλλ' ὅμως οἱ κατοικοῦντες ἀμφοτέρας τὰς εἰρημένας χώρας οὐχ οἷον φεύγειν βούλονται τὴν ὑπερβολὴν τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς κακῶν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἑκουσίως προΐενται τὸ ζῆν ἕνεκα τοῦ μὴ βιασθῆναι διαίτης ἑτέρας καὶ βίου πειραθῆναι· οὕτως αὐτοφυὲς ἔχει τι φίλτρον πᾶσα συνήθης χώρα, καὶ περιγίνεται τῆς ἐκ τῶν ἀέρων κακοπαθείας ὁ χρόνος ὁ τὴν ἐκ νηπίου παραλαβὼν ἡλικίαν. Τὰς δὲ τηλικαύτας ἐπ' ἀμφότερα διαφορὰς οὐ πολὺ διορίζει τόπου διάστημα· ἀπὸ γὰρ τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ᾗ προσοικοῦσί τινες τῶν Σκυθῶν ἐν πάγει καὶ ψύχεσιν ὑπερβάλλουσι καθιδρυμένοι, πολλοὶ τῶν πλοϊζομένων οὐριοδρομούσαις ναυσὶ φορτίσιν εἰς μὲν Ῥόδον δεκαταῖοι καταπεπλεύκασιν, ἐξ ἧς εἰς [μὲν] Ἀλεξάνδρειαν τεταρταῖοι καταντῶσιν, ἐκ δὲ ταύτης κατὰ τὸν Νεῖλον πλέοντες πολλοὶ δεκαταῖοι κατηντήκασιν εἰς Αἰθιοπίαν, ὥστε ἀπὸ τῶν κατεψυγμένων μερῶν τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὰ θερμότατα μέρη μὴ πλεῖον εἴκοσι καὶ τεττάρων ἡμερῶν εἶναι τὸν πλοῦν τοῖς κατὰ τὸ συνεχὲς κομιζομένοις. Διόπερ τῆς διαφορᾶς τῆς τῶν ἀέρων ἐν ὀλίγῳ διαστήματι μεγάλης οὔσης, οὐδὲν παράδοξον καὶ τὴν δίαιταν καὶ τοὺς βίους, ἔτι δὲ τὰ σώματα πολὺ διαλλάττειν τῶν παρ' ἡμῖν.

contueri quidem se invicem adstantes ob aeris condensati crassitiem possunt. Nemini absque calceis progredi tutum est; alioqui plantæ statim pustulis exulcerantur. Nisi parato sitim potu homines restinguant, confestim exanimantur, calore scilicet naturalem corporis humorem illico absumente. Præterea, si quis in vase æneo esculenti quidpiam cum aqua soli exponit, citra ligna et ignem extemplo coquitur.

66. Sed tamen utriusque partis incolæ hæc summa vitæ incommoda non tantum non effugere volunt, sed etiam ultro vitam profundunt, ne aliam vitæ rationem experiri cogantur. Sic omnis assueta tellus naturalem sui habet amorem, et usus a teneris cœpti annis longinquitas aeris incommoditates superat. Tantam vero utrobique differentiam non longum locorum intervallum disjungit. A lacu enim Mæotico, quem Scythæ quidam inter gelu et frigus immensum accolunt, multi navibus onerariis secundo cursu vecti decimo die Rhodum appellunt; inde quatriduo post Alexandriam delati, ex hac adverso Nili alveo decimo utplurimum die Æthiopiam contingunt. A frigidissimis igitur orbis plagis ad calidissimas continuæ navigationis cursus viginti quattuor dies non excedit. Quamobrem quum in tam exiguo intervallo tam ingens sit aeris diversitas, non mirum est victum quoque et mores et corpora a nostratibus plurimum differre.

---

§ 66, lin. 3. φορτηγαῖς C. || — 10. πέντε] debebat τέσσαρας, uti est ap. Diodor. || — 11. ἡμέραις codd.; em. Bekker. || — 15. ἄλλοις vulgo.

Phot. 68. Ὅτι οἱ κατὰ τὴν Ἀραβίαν λέοντες, φησί, ψιλότεροι μέν εἰσι καὶ θρασύτεροι, τῷ χρώματι δὲ ὁμαλοὶ καθάπερ οἱ γινόμενοι περὶ τὴν Βαβυλωνίαν, οὕτω δὲ τοῖς τριχώμασι στίλβοντες ὥστε ἀπὸ τῶν αὐχένων ξανθότητα ἀπολάμπειν χρυσῷ παραπλησίαν. (69) Τῶν δὲ καλουμένων μυρμήκων οἱ μὲν πλεῖστοι κατὰ τὴν ἰδέαν τῶν λοιπῶν οὐδὲν παραλλάττουσι, τὴν δὲ τῶν αἰδοίων φύσιν ἀπεστραμμένην ἔχουσιν, ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις.

70. Ὅτι αἱ παρδάλεις οὐχ εἰσὶ καθάπερ ἐν τοῖς τόποις τοῖς περὶ Καρίαν καὶ Λυκίαν, μακραὶ δὲ τῷ σώματι, καὶ κακοπαθεῖν ἐν τραύμασι καὶ πόνοις δυνάμεναι πολὺ μᾶλλον· τῇ δὲ ἀλκῇ τοσοῦτον διαφέρουσι τῶν ἄλλων, ὅσον ἄγριον ἡμέρου.

71. Ὅτι ὁ ῥινόκερως ἐλέφαντος μὲν οὐ λείπεται, τῷ δὲ ὕψει καταδεέστερος ὑπάρχει. Χρῶμα δὲ ἔχει πύξῳ παρεμφερὲς εὐτελεῖ, καὶ τὴν ἀφὴν τοῦ δέρματος. Σιμὸν δὲ ἐπ' ἄκρων φορεῖ τῶν μυκτήρων κέρας, σιδήρῳ τὴν βίαν παραπλήσιον· ὃ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον, πρὸς ἣν ἂν πέτραν παραγένηται, θήγει προσβαλὼν τὰ

68. Arabiæ leones minus hirsuti et ferociores sunt, colore autem æquali, sicut illi quos fert Babylonia, pilisque usque adeo rutilis, ut cervicum jubæ auri instar refulgeant. (69) Myrmecoleonum, quos vocant, plerique specie a cæteris nihil differunt; genitalia tamen his sunt aversa, contra quam aliis.

70. Pardales hic non sunt quales in Cariæ et Lyciæ tractibus, sed corpore prolixo, et vulnerum laborumque molestias perferre norunt multo constantius, viribusque tanto præstant aliis, quanto cicuribus agrestes et indomitæ.

71. Rhinoceros [*longitudine*] quidem non cedit elephanto, sed altitudine inferior est; colorem habet buxo similem vili et contactum pellis. Repandum in naribus fert cornu ad ferri vim et rigorem proxime accedens, quod cetero quidem tempore, ad quamcunque approximet cautem, limat admoto pectore; cum

---

Diod. 67. Ἐπεὶ δὲ τῶν ἐθνῶν καὶ βίων τὰ κεφάλαια τῶν δοκούντων εἶναι παραδόξων διεληλύθαμεν, περὶ τῶν ὄντων θηρίων κατὰ τὰς ὑποκειμένας χώρας ἐν μέρει διέξιμεν.

71. Ἔστι γὰρ ζῷον ὃ καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ῥινόκερως, ἀλκῇ δὲ καὶ βίᾳ παραπλήσιον ἐλέφαντι, τῷ δὲ ὕψει ταπεινότερον. Τὴν μὲν δορὰν ἰσχυροτάτην ἔχει, τὴν δὲ χρόαν πυξοειδῆ· ἐπὶ δ' ἄκρων τῶν μυκτήρων φέρει κέρας τῷ τύπῳ σιμόν, τῇ δὲ στερεότητι σιδήρῳ παρεμφερές. Τοῦτο περὶ τῆς νομῆς

67 (*Cap.* 35). Jam vero populis et moribus, prout insolens aliquid habere videbantur, per capita recensitis, de bestiis etiam regionum istarum particulatim aliquid commemorandum est.

71. Est ibi animal, quod a re ipsa rhinocerotem (i. e. naso cornutum) vocant, fortitudine ac robore cum elephante comparandum, sed minus procerum. Tergus ei durissimum colorque buxeus. In summitate narium cornu gestat forma repandum et duritie ferrum

---

§ 68. Artemidorus ap. Strabon. p. 774 ita : Πληθύει δ' ἐλέφασι ἡ χώρα (sc. ἡ ἀπὸ Δείρης μέχρι Νότου κέρατος) καὶ λέουσι τοῖς καλουμένοις μύρμηξιν· ἀπεστραμμένα δ' ἔχουσι τὰ αἰδοῖα· χρυσοειδεῖς τὴν χρόαν, ψιλότεροι δὲ τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν. Quæ si recte habent, apud Photium λέοντες non differrent ab iis quos deinceps μύρμηκες (i. e. λεοντομύρμηκες) dicit; porro initio Photio dicendum fuisset : Ὅτι οἱ λέοντες (sc. Æthiopiæ) τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν ψιλότεροι. Sin minus, negligenter Strabo Artemidorum excerpsit, vel etiam librorum vitium subest, cujus nescio an indicium præbeat hiulca Strabonis oratio; nam ista καὶ χρυσοειδεῖς inconcinne admodum cum antecc. nectuntur. Fortasse igitur nonnulla exciderunt, possisque duce Photio explere sententiam hunc fere in modum :... αἰδοῖα. [Οἱ ἄλλοι δὲ λέοντες ἐνταῦθά εἰσι ὁμαλοὶ] καὶ χρυσοειδεῖς κτλ. Ceterum de his videant rerum periti. Ex Agatharchide fluxerunt quæ leguntur ap. Ælian. N. An. XVII, 42 : Ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ γῇ γίνονται μύρμηκες καὶ ἔχουσι τὸ παιδοποιὸν σῶμα εἰς τοὐπίσω μετεστραμμένον, ἀντίως τοῖς ἄλλοις καὶ ἔμπαλιν. Indicatur haud dubie idem animal quod ex Indicôn scriptoribus tamquam formica aurum fodiens memoratur (V. quæ notavimus ad Megasthen. fr. 39 in Fr. Hist. tom. II, p. 434 sq. Cf. not. ad Ctesiæ fr. 70, p. 95 sqq.). Bestia est canis magnitudine, capite rotundo, auribus parvis, cauda longa, colore fusco (V. Moorcroft in *Asiat. Res.* XII, p. 454. Ritter *Erdk.* III, p. 659 sqq.). In Æthiopia idem reperiri animal testatur Philostratus V. Apoll. VI, 1, p. 116 ed. Didot : Γρῦπες δ' Ἰνδῶν καὶ μύρμηκες Αἰθιόπων εἰ καὶ ἀνόμοιαι τὴν ἰδέαν εἰσίν, ἀλλ' ὅμοιά γε, ὥς φασι, βούλονται· χρυσοῦ γὰρ φύλακες ἐν ἑκατέρᾳ ᾄδονται τὸ χρυσόγεων τῶν ἠπείρων ἀσπαζόμενοι. Cf. Heliodor. Æth. X, 26; Bochart. Hieroz. II, p. 598, et quos laudat Schneider. ad Ælian. IV, 27, et Hase in Steph. Thes. s. v. μυρμηκολέων.

§ 70. Ex Agatharchide sua Ælianus XVII, 43 : Πάρδαλις Καρικὴ καὶ Λυκιακὴ οὐκ ἔστι μὲν θυμικὴ, οὐδὲ οἷα σφόδρα ἁλτικὴ εἶναι, τὸ σῶμα δὲ μακρά· τιτρωσκομένη δὲ καὶ δόρασι καὶ αἰχμαῖς ἀντίτυπός ἐστι, καὶ οὐ ῥᾳδίως σιδήρῳ εἴκει, τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικὸν δρῶσα· « Ἠ ῥά τε καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένη οὐκ ἀπολήγει. In postremis Ælianus Caricis bestiis tribuit quod Noster de Æthiopicis narrat. Quare aut corrupta est Æliani narratio, ut Schneiderus censet, aut male auctorem suum Ælianus excerpsit. ‖ — 12. τοσοῦτον] τοσούτῳ C.

§ 71, lin. 14. Ante μὲν excidisse videtur μήκει. Cf. Strabo p. 774. ‖ — 16. εὐτελεῖ] sic C, εὐτελὴς δὲ B et correct. A. Neque hoc neque illud quid sibi velit, intelligo. Ceterum contradicit Strabo l. l. : οὔτε πύξῳ χρῶμα ἐμφερές, ἀλλ' ἐλέφαντι μᾶλλον. ‖ — 18. ὃ... θήγει] ὁ.. ῥήσσει C et vulgo; ᾧ.. ῥήσσει AB et Bekker.

Phot. στέρνα, συμπεσὼν δὲ ἐλέφαντι (τούτῳ γὰρ τὸν πάντα περὶ τῆς νομῆς διαμιλλᾶται βίον) ὑποδὺς τὴν κοιλίαν καὶ τῷ κέρατι τὸ κύκλωμα τῆς σαρκὸς ἀναρρήξας ἔξαιμον εὐθὺς ποιεῖ· καὶ πλείστους ἐστὶν ἐλέφαντας ἰδεῖν οὕτω τετελευτηκότας. Ἂν μέντοι συμβῇ τῷ ῥινοκέρωτι τῆς κοιλίας μὴ ἅψασθαι, τοὐναντίον αὐτὸς ὑπὸ τῆς προβοσκίδος καὶ τῶν ὀδόντων τυπτόμενος πολλαχῶς ἐξαδυνατεῖ καὶ παραλύεται, μεγάλης ὑπαρχούσης κατὰ τὴν ἰσχὺν καὶ βίαν τῆς παραλλαγῆς.

72. Ὅτι παρὰ τοῖς Τρωγλοδύταις ἐστὶν καὶ ἡ λεγομένη παρ' Ἕλλησι χαμηλοπάρδαλις, σύνθετον τρόπον τινὰ κατὰ τὴν κλῆσιν καὶ τὴν φύσιν λαχοῦσα. Τὴν μὲν γὰρ ποικιλίαν ἔχει παρδάλεως, τὸ μέγεθος δὲ καμήλου, τὸ πάχος δὲ ὑπερφυές, τὸν δὲ αὐχένα τοιοῦτον ὥστε ἀπ' ἄκρων ἀμέλγεσθαι τῶν δένδρων τὴν τροφήν.

73. Ὅτι αἱ σφίγγες, φησί, καὶ οἱ κυνοκέφαλοι καὶ κῆποι παραπέμπονται εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐκ τῆς Τρωγλοδυτικῆς καὶ τῆς Αἰθιοπίας. Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν σφίγγες ταῖς γραφομέναις παρόμοιαι, πλὴν ὅτι πᾶσαι δασεῖαι καὶ ταῖς ψυχαῖς ἥμεροι καὶ πρᾶοι· καὶ πανουργίας κοινωνοῦσι πλείστης, διδασκαλίας τε μεθοδευτικῆς ἐπὶ ποσὸν ἅπτονται, ὥστε τὴν εὐρυθμίαν ἐν πᾶσι θαυμάζειν.

elephanto autem congrediens (cum hoc enim de pascuis æternas habet conflictationes), ventrem subit, et perrupto carnium ambitu exsanguem facit. Plurimique elephantum ita exanimati cernuntur. At si alvum contingendi copia non datur, contra ipse a proboscide et dentibus ictus multifariam, amittit vires et deficit, quia robore et vi ab illo permultum differt.

72. Apud Troglodytas bestia est, quæ camelopardalis Græcis dicitur. Nam ut nomen ita et natura quodammodo composita est. Nam pellem maculis variam a pardale habet, magnitudinem a camelo. Monstrosa ei crassities (*celeritas?*), collumque adeo prælongum, ut a summis arboribus pabulum carpat.

73. Sphinges et Cynocephali et Cepi Alexandriam ex Troglodytarum solo et Æthiopia transmittuntur. Sunt autem Sphinges iis quæ a pictoribus adumbrantur consimiles, nisi quod totæ hirsutæ sunt ac lenes et placidos animos habent. Plurimum eis versutiæ inest, ideoque ad aliquam, doctrinæ compendio, scientiam perducuntur. Concinnitatem in omnibus quam servant, non abs re quis admiretur.

Diod. ἀεὶ διαφερόμενον ἐλέφαντι, τὸ μὲν κέρας πρός τινα τῶν μειζόνων πετρῶν θήγει, συμπεσὸν δ' εἰς μάχην τῷ προειρημένῳ θηρίῳ καὶ ὑποδῦνον ὑπὸ τὴν κοιλίαν ἀναρρήττει τῷ κέρατι καθάπερ ξίφει τὴν σάρκα· τῷ δὲ τοιούτῳ τρόπῳ τῆς μάχης χρώμενον ἔξαιμα ποιεῖ τὰ θηρία καὶ πολλὰ διαφθείρει. Ὅταν δὲ ὁ ἐλέφας φθάσας τὴν ὑπὸ τὴν κοιλίαν ὑπόδυσιν τῇ προβοσκίδι προκαταλάβηται τὸν ῥινόκερων, περιγίνεται ῥᾳδίως τύπτων τοῖς ὀδοῦσι καὶ τῇ βίᾳ πλέον ἰσχύων.

73. Αἱ δὲ σφίγγες γίνονται μὲν περί τε τὴν Τρωγλοδυτικὴν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ταῖς δὲ μορφαῖς ὑπάρχουσιν οὐκ ἀνόμοιοι ταῖς γραφομέναις, μόνον δὲ ταῖς δασύτησι διαλλάττουσι· τὰς δὲ ψυχὰς ἡμέρους ἔχουσαι καὶ πανούργους ἐπὶ πλεῖον καὶ διδασκαλίαν μεθοδικὴν ἐπιδέχονται.

adæquans. Quandoquidem æterna ei cum elephante concertatio est de pascuis, ad saxum aliquod majus cornu exacuit, et conflictu inito, ventri succedens carnes non secus ac gladio dissecat. Hoc pugnæ genere hostes exsangues reddit multosque hoc pacto necat. At si elephas, conatum subeuntis antevertens, proboscide rhinocerotem comprehenderit, quum dentium ictu et vi corporis præpolleat, facile superior evadit.

73. Sphinges circa Troglodyticam et Æthiopiam exsistunt, forma his non absimiles, quæ arte pictorum exhibentur, nisi quod hirsutie tantummodo differunt. Placidi illis sunt animi et admodum versuti, artisque, quæ compendio tradi potest, capaces.

Ex Agatharchide sua habet Ælianus XVII, 44 : Ἐπὶ ἄκρας τῆς ῥινὸς τὸ κέρας φέρει (ὁ ῥινόκερως), ἔνθεν καὶ κέκληται· καὶ ἔστι μὲν ὀξύτατον ἐπ' ἄκρου, σιδήρῳ δὲ τὸ κρατερὸν αὐτοῦ προσείκασται. Ταῖς πέτραις γε μὴν αὐτὸ παρατρίβων εἶτα ἐπιθήσει (l. ἀεὶ (?) ἐπιθήγει) ἐλέφαντι ὁμόσε ἰών· τὰ δὲ ἄλλα οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, διά τε τὸ ἐκείνου ὕψος καὶ τὴν ῥώμην τὴν τοῦ θηρὸς τὴν τοσαύτην, ὕπεισι οὖν αὐτοῦ τὰ σκέλη, καὶ τὴν νηδὺν ὑποτέμνει τε καὶ ὑποσχίζει τῷ κέρατι· ὁ δὲ οὐ μετὰ μακρὸν ἐκρυέντος οἱ τοῦ αἵματος κατολισθάνει. Μάχη δὲ ῥινοκέρωτος πρὸς ἐλέφαντα ὑπὲρ τῆς νομῆς ἐστιν, καὶ πολλοῖς γε, φασίν, ἐντυχεῖν ἔστι τεθνεῶσι τὸν τρόπον τοῦτον. Ἂν δὲ μὴ φθάσῃ ὁ ῥινόκερως δράσας τοῦτο, ἀλλὰ ὑποτρέχων πως ὑπὸ πεσόντος (ὑπ' ἐμπεσόντος? Schneid.) πιεσθῇ περιβαλλόμενος τὴν προβοσκίδα, [ὁ ἐλέφας] καὶ κατέχει καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκει, ἐμπίπτων δὲ τοῖς κέρασι κατακόπτει ὡς πελέκεσιν. Εἰ γὰρ καὶ φορίνην ὁ ῥινόκερως ἔχει στερεὰν καὶ δυσακόντιστον, ἀλλ' ἡ βία τοῦ ἐμπίπτοντος μάλα καρτερά. Cf. Plinius VIII, 29; Cosmas Indopleust. p. 334; Oppian. Cyneg. II, 554.

§ 72. Cf. Plinius VIII, 27. In margine cod. A legitur : Εἶδον τὸ τοιοῦτον ζῷον κἀγὼ παρὰ τοῦ τυραννοῦντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σταλὲν τῷ βασιλεῖ ἡμῶν· ζοράφιν δ' ἐκάλει τοῦτο ὁ ἀγαγὼν βάρβαρος. *Nabun* ab Æthiopibus vocari Plinius VIII, 27 tradit. Cf. Cosmas l. l., Heliodor. X 27, ibique Coray; Philostorgius H. Eccl. III, 2, p. 483 ed. Paris. ‖ — 10. καὶ addidi ex C. ‖ — 12. τὴν κλῆσιν καὶ] hæc vulgo desunt; habentur in ABC. ‖ — 14. πάχος] « an τάχος? » Bekker.

§ 73. Cf. Plinius VIII, 29 : *Lyncas frequentes et sphingas fusco pilo, mammis in pectore geminis Æthiopia generat.* Accuratius animal describitur a Philostorgio III, 2, p. 483, ubi vide. Cf. Ælian. XVI, 15.

Phot. 74. Ὁ δὲ κυνοκέφαλος τὸ μὲν σῶμα ἀνθρώπου δυσειδοῦς ὑπογράφει, τὸ πρόσωπον δὲ κυνός· φωνὴν δὲ ἀφίησι μυγμῷ παραπλησίαν· ἄγριον δὲ ὑπερβολῇ καὶ τελείως ἀτιθάσευτον, καὶ τὴν ὄψιν ἐμφαῖνον ἀπό τε τῶν ὀφρύων καὶ τῶν ὀμμάτων αὐστηράν. Περὶ μὲν τὸν ἄρρενα ταῦτα· τῷ δὲ θήλει πρόσκειται καὶ τὸ τὴν μήτραν ἔξω τοῦ σώματος φορεῖν καὶ οὕτω διάγεσθαι πάντα τὸν βίον.

74. In Cynocephalo hominis corpus, specie turpis, adumbratur; canina ei facies, vocem mussitationi non dissimilem exprimit; sed immodice ferum est animal, nec ullo modo cicuratur, vultumque a superciliis et oculis austerum prodit. Ita mas comparatus est. Fœmineo generi hoc est proprium, ut uterum extra corpus gestet, eoque habitu totam exigat vitam.

75. Ὁ δὲ κῆπος ἔχει τὸ μὲν πρόσωπον λέοντι παραπλήσιον, τὸ δὲ σῶμα πάνθηρι, τὸ δὲ μέγεθος δορκάδι, κατὰ τὴν ποικιλίαν καὶ τὴν προσηγορίαν λαβών.

75. Cepus facie leonem, corpore pantheram, et magnitudine dorcadem imitatur. Prout colore varius est, ita et nomen (*Cepus enim hortus est Græcis*) sibi inditum habet.

76. Πάντων δὲ τῶν εἰρημένων ἀγριώτατον καὶ δυσκατεργαστότατον τὸ τῶν ταύρων τῶν σαρκοφάγων γένος· ὃ τῷ μεγέθει μὲν ὑπάρχει τῶν ἡμέρων ἁδρότερον, τάχει δὲ ὑπερβάλλον, πυρρὸν δὲ ἐξαισίως. Καὶ τὸ μὲν στόμα μέχρι τῶν ὤτων αὐτοῦ διέστηκεν, ὄμμα δὲ ὑποφαίνει γλαυκότερον λέοντος. Τὰ δὲ κέρατα τὸν μὲν ἄλλον χρόνον τοῖς ὠσὶ παραπλησίως κινεῖ, μάχῃ δὲ χρώμενον ἵστησιν ἀραρότως. Τὴν δ' ἐπαγωγὴν τῆς τριχὸς ἐναντίαν ἔχει τοῖς ἄλλοις. Τοῦτο δὲ τοῖς τε

76. Omnium quæ adhuc commemoravi immanissimum et maxime indomitum est taurorum genus quod carnes vorat, magnitudine crassius domesticis, et pernicitate antecellens, insigniter rufum. Os ei ad aures usque diductum; oculus glauco colore magis rutilat quam leoni. Cornua alias non secus atque aures movet, sed in pugna, ut firmo tenore consistant, facit. Ordo pilorum inversus contra quam aliis animantibus. Bestias etiam validissimas aggreditur, et ceteras omnes

---

Diod. 74. Οἱ δ' ὀνομαζόμενοι κυνοκέφαλοι τοῖς μὲν σώμασιν ἀνθρώποις δυσειδέσι παρεμφερεῖς εἰσι, ταῖς δὲ φωναῖς μυγμοὺς ἀνθρωπίνους προΐενται· ἀγριώτατα δὲ ταῦτα τὰ ζῷα καὶ παντελῶς ἀτιθάσευτα καθεστῶτα τὴν ἀπὸ τῶν ὀφρύων πρόσοψιν αὐστηροτέραν ἔχει. Ταῖς δὲ θηλείαις ἰδιώτατον συμβαίνει τὸ τὴν μήτραν ἐκτὸς τοῦ σώματος φέρειν ἅπαντα τὸν χρόνον.

74. Qui cynocephali (a canino capite) dicuntur, corporis adspectum hominum deformium instar habent, quorum vocem mussitatione exprimunt. Apprime ferox est hoc animal nec ullo pacto cicurationem admittit, et vultum a superciliis austeriorem præfert. Singulare quiddam femellis accidit, quod vulvam perpetuo extra corpus projectam habent.

75. Ὁ δὲ λεγόμενος κῆπος ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τῆς περὶ ὅλον τὸν ὄγκον ὡραίας καὶ προσηνοῦς ἡλικίας, τὸ δὲ πρόσωπον ἔχων ὅμοιον λέοντι, τὸ λοιπὸν σῶμα φέρει πάνθηρι παραπλήσιον, πλὴν τοῦ μεγέθους, ὃ παρισοῦται δορκάδι.

75. Cepus (i. e. hortus), quem vocant, a totius corporis decore et staturæ venustate nomen accepit. Facie leonem imitatur, et reliquo corpore pantheram, præter magnitudinem, qua dorcadi par est.

76. Πάντων δὲ τῶν εἰρημένων ζῴων ὁ σαρκοφάγος ταῦρος ἀγριώτατός ἐστι καὶ παντελῶς δυσκαταμάχητος. Τῷ μὲν γὰρ ὄγκῳ τοῦτο μεῖζόν ἐστι τῶν ἡμέρων ταύρων, ὀξύτητι δὲ ποδῶν οὐ λειπόμενον ἵππου, τῷ στόματι δὲ διεστηκὸς ἄχρι τῶν ὀμμάτων· τὸ δὲ χρῶμα πυρρὸν ἔχει καθ' ὑπερβολήν, καὶ τὰ μὲν ὄμματα γλαυκότερα λέοντος καὶ τὰς νύκτας ἀστράπτοντα, τὰ δὲ κέρατα φύσεως ἰδιοτρόπου κοινωνοῦντα· τὸν μὲν γὰρ

76. Inter jam recensita animalia taurus carnivorus feritate excellit, qui nulla vi domatur. Corpore domesticis tauris major est, velocitate equis non concedens; os ad oculos usque diductum habet; colore insigniter rufo; oculi leoninis magis cæsii et noctu fulgurantes. Cornua peculiarem sibi naturam vindicant. Alias enim non minus quam aures ea movet, sed pugnæ tempore immota et fixa tenet. Pili con-

---

§ 74. De cynocephalis v. Aristoteles H. A. II, 8; Ælian. N. An. IV, 46. VI, 10. VII, 19, ibique interpr. Æliano non feræ, sed dociles bestiæ sunt. Omnino plura simiarum genera cynocephalorum nomine ap. vett. designari videntur. Cum κήπῳ κυνοκέφαλον comparat Pythagoras ap. Ælian. XVII, 8, ubi vide quæ notavit Schneiderus. || — 5. Περὶ μὲν τὸν ἄρρενα ταῦτα] Hæc verba omittunt AB. || — 7. διάγεσθαι] διαγίνεσθαι C.

§ 75, lin. 9. παραπλήσιον] om. C. Cf Artemidor. ap. Strabon. p. 774 (coll. p. 812). Uberiorem Cepi descriptionem ex Pythagoræ De mari Rubro libris affert Ælianus XVII, 8, ubi magnitudine canem Eretrium æquare dicitur. Plinius VIII, 28, ita : *Pompeii Magni primum ludi ostenderunt... ex Æthiopia quas vocant* κήπους, *quarum pedes posteriores pedibus humanis et cruribus, priores manibus fuere similes. Hoc animal postea Roma non vidit.* Κῆβος vocatur apud Aristotel. H. A. II, 8, et Damascium in Phot. p. 343, 10, et Galenum t. IV, p. 557. Nominis rationem a Pythagora et Agatharchide allatam respuit Salmasius ad Solin. p. 276. « *Cep*, inquit, aut *Ceb* Æthiopes videntur appellasse; unde Græci κῆπον aut κῆβον », probante Cuviero in annot. ad Plin. tom. VI, p. 423., qui signari censet *simiam rubram* Linnæi, *patas* Buffonii. Nomen κῆπος ab voce sanscrit. *Kapi* derivare monuerunt Schlegelius, Gesenius et Lassen, cujus vide librum de antiquit. Ind. tom. I, 314. 538.

Phot. ἀλκιμωτάτοις ἐπιτίθεται, καὶ κυνηγεῖ τὰ λοιπὰ τῶν ζῴων, καὶ τὰς ποίμνας τῶν ἐπιχωρίων μάλιστα κακοποιεῖ, καὶ μόνον ἐστὶν ἄτρωτον λόγχῃ καὶ τόξῳ. Διὸ καὶ ποιῆσαι μὲν ὑποχείριον οὐδεὶς πολλῶν ἐπιβεβλημένων κατίσχυσε, τὸ δ' εἰς ὄρυγμα ἐμπεσὸν ἤ τινα δόλον τούτῳ παραπλήσιον ὑπὸ τοῦ θυμοῦ συντόμως γίνεται περιπνιγές. Καὶ τὸ μὲν θηρίον εἰκότως κρίνεται (καὶ) παρὰ Τρωγλοδύταις ἀλκὴν μὲν ἔχειν λέοντος, τάχος δὲ ἵππου, ῥώμην δὲ ταύρου, σιδήρῳ δὲ οὐχ ὑπεῖκον.

77. Ὅτι ὁ κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν ὀνομαζόμενος κροκόττας ἐστὶ μὲν ὡς ἐκ λύκου καὶ κυνὸς σύνθετον, ἀμφοῖν δὲ ἀγριώτερον, καὶ πολλῷ βαρύτερον ἀπό τε τοῦ προσώπου καὶ τῶν ἄκρων ποδῶν, ἀλκῇ δὲ θαυμαστὸν, ὀδοῦσι δὲ καὶ κοιλίᾳ δυνατώτατον τῶν ἄλλων. Καὶ

venatur maximeque greges incolarum infestos reddit maleficio; solum est lancea et arcu invulnerabile. Quod causæ est, ut nemo id subigere (quamvis multi id tentarint) valuerit. In fossam tamen aut similem dolum, si quando incidit, præ animi ferocia cito suffocatur. Ideo recte putatur a Troglodytis fortitudine leonis et velocitate equi et robore tauri præditum, ferroque cedere nescium.

77. Qui Crocottas apud Æthiopes vocatur, quasi ex lupo et cane naturam compositam habet, sed utroque multo sævior est, et facie summisque pedibus longe gravior, et ventre et dentibus antepollet omnes. Etenim quodlibet genus ossis frangit haud difficulter,

---

Diod. ἄλλον χρόνον αὐτὰ κινεῖ παραπλησίως τοῖς ὠσὶ, κατὰ δὲ τὰς μάχας ἵστησιν ἀραρότως. Τὴν δὲ τῆς τριχὸς ἐπαγωγὴν ἔχει τοῖς ἄλλοις ζῴοις ἐναντίαν. Ἔστι δὲ τὸ θηρίον ἀλκῇ τε καὶ δυνάμει διάφορον, ὡς ἂν ἐπιτιθέμενον τοῖς ἀλκιμωτάτοις τῶν ζῴων καὶ τὴν τροφὴν ἔχον ἐκ τῆς τῶν χειρωθέντων σαρκοφαγίας. Διαφθείρει δὲ καὶ τὰς ποίμνας τῶν ἐγχωρίων, καὶ καταπληκτικῶς ἀγωνίζεται πρὸς ὅλα συστήματα τῶν ποιμένων καὶ κυνῶν ἀγέλας. Λέγεται δὲ καὶ τὸ δέρμα ἄτρωτον ἔχειν· πολλῶν γοῦν ἐπιβεβλημένων λαβεῖν ὑποχείριον μηδένα κατισχυκέναι. Τὸ δ' εἰς ὄρυγμα πεσὸν ἢ δι' ἄλλης ἀπάτης χειρωθὲν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ γίνεται περιπνιγὲς, καὶ τῆς ἐλευθερίας οὐδαμῶς ἀλλάττεται τὴν ἐν τῷ τιθασεύεσθαι φιλανθρωπίαν. Διόπερ εἰκότως οἱ Τρωγλοδῦται τοῦτο τὸ θηρίον κράτιστον κρίνουσιν, ὡς ἂν τῆς φύσεως αὐτῷ δεδωρημένης ἀλκὴν μὲν λέοντος, ἵππου δὲ τάχος, ῥώμην δὲ ταύρου, τῆς δὲ πάντων κρατίστης σιδήρου φύσεως οὐχ ἡττώμενον.

77. Ὁ δὲ λεγόμενος παρ' Αἰθίοψι κροκόττας μεμιγμένην μὲν ἔχει φύσιν κυνὸς καὶ λύκου, τὴν δὲ ἀγριότητα

tra quam ceteris bestiis illi exstant. Ferocitas et vis illi immanis, ut vel omnium validissimis animantibus se inferre non vereatur, de carnibus interfectorum victitans. Greges etiam incolarum vastat et horrendum in modum cum totis pastorum catervis canumque agminibus decertat. Pellis quoque vulneribus non patere dicitur. Propterea licet multi id subigere tentarint, nemo tamen quisquam evaluit. In foveam delapsus aut alio captus dolo, iræ impatientia se præfocat; nec unquam cicurationis humanitatem cum libertate permutat. Quapropter non abs re hanc feram Troglodytæ omnium validissimam esse judicant; cui videlicet natura leonis fortitudinem, pernicitatem equi, et tauri robur dederit, et quæ nec a ferro, re tamen omnium potentissima, vinci norit.

77. Est Æthiopibus animal, quod crocottam vocant, mixta canis ac lupi natura, ferocia utrisque terribilius,

---

§ 76, lin. 7. Καὶ om. C. De re cf. Artemidor. l. l. Ex eodem Agatharchide sua Ælianus XVII, 45 : Ἀγριώτατον δὲ ἄρα ἦσαν τῶν ζῴων οἱ τῶν Αἰθιόπων ταῦροι [οἱ] καὶ καλούμενοι σαρκοφάγοι· καὶ εἰσι μὲν τὸ μέγεθος τοῖς παρὰ τοῖς Ἕλλησι διπλασίους, ὤκιστοι δὲ τὸ τάχος· εἰσὶ πυρρότριχες, γλαυκοὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ὑπὲρ τοὺς λέοντας οὗτοι. Τὰ κέρατα δὲ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον κινοῦσιν ὡς καὶ τὰ ὦτα, ἐν δὲ ταῖς μάχαις ἐγείρουσιν αὐτὰ, καὶ ἀναστήσαντες ἰσχυρῶς εἶτα οὕτω μάχονται, τὰ δὲ οὐ κλίνονται ὑπὸ τοῦ θυμοῦ ἀνεστῶτα, φύσει ναὶ μὰ Δία θαυμαστῇ. Ἄτρωτοι δὲ εἰσι καὶ λόγχαις καὶ βέλει παντί· ὁ γάρ τοι σίδηρος οὐκ εἰσδύεται· φρίξας γὰρ ὁ ταῦρος ἐκβάλλει αὐτὸν μάτην προσπεσόντα. Ἐπιτίθεται δὲ καὶ ἵππων ἀγέλαις καὶ ποίμναις καὶ θηρίων ἄλλων. Οἱ τοίνυν νομεῖς ἐπαρκεῖν ταῖς ἑαυτῶν ἀγέλαις βουλόμενοι, τάφρους αὐτοῖς κρυπτὰς ἐργάζονται βαθείας, καὶ ταύταις αὐτοὺς ἐλλοχῶσιν. Οἱ δὲ ὅταν ἐμπέσωσιν, ὑπὸ τοῦ θυμοῦ ἀποπνίγονται. Κέκριται δὲ παρὰ τοῖς Τρωγλοδύταις δικαίως ἄριστον τοῦτο τὸ ζῷον· ἔχει μὲν γὰρ λέοντος τὴν ἀλκὴν, τὴν δὲ ὠκύτητα ἵππου, ῥώμην ταύρου, σιδήρου δὲ κρεῖττόν ἐστιν. Plinius VIII, 30 : *Sed atrocissimos habet* (Æthiopia) *tauros silvestres majores agrestibus, velocitate ante omnes, colore fulvos, oculis cæruleis, pilo in contrarium verso, rictu ad aures dehiscente, juxta cornua mobilia ; tergori duritia silicis, omne respuens vulnus. Feras omnes venantur ; ipsi non aliter quam foveis capti, feritate semper intereunt.* Cf. Solin. et Salmasius ad Solin. p. 711. « Bochartus Hieroz. I, p. 251 quærit an hi tauri sint iidem cum iis quos ταυρελέφαντας dictos describit Philostorgius III, 11, p. 482, C, et ex eo Nicephorus IX, 19 (add. Cosmas, p. 334), et cum iis quos Iphicrates ap. Strabon. XVII, p. 827 ῥίζεις vernaculo Æthiopiæ nomine appellat. Sed Philostorgii taurelephantem varietatem bovis vulgaris maximam Abyssiniæ indigenam esse censet Zimmermann Zool. Geogr. t. I, p. 156. » Schneider. Taurus ille Abyssiniæ ferox, quem falso Agathemerus σαρκοφάγον dicit cornibusque mobilibus instructum fabulatur, hodie vocatur *Goucht*.

§ 77, lin. 10. ὅτι ὁ... ὀνομ. κροκ. ἐστὶ μὲν] sic AB et mgo C; ὅτι κρ. ἐστὶ μὲν ὀνομαζ. C et vulgo. || — 13. ἄκρων... ἄλλων] ἀκροπόδων· ἐσθίει δὲ θαυμα-

Phot. γὰρ κατάγνυσιν εὐπόρως πᾶν ὀστοῦ γένος, καὶ τὸ διαιρεθὲν εὐθέως δεδαπάνηται, καὶ περὶ τὰς πέψεις ἀδιήγητον. Τοῦτο δὲ καὶ μιμεῖσθαί τινες τὴν ἀνθρωπίνην διάλεκτον διηγούμενοι ἡμᾶς μὲν οὐ πείθουσιν· ἐκεῖνοι δὲ καὶ τοῦτο προστιθέασιν ὡς καὶ ἐξ ὀνόματος κατὰ τὰς νύκτας καλοῦντες, τοὺς δὲ ὡς ἐπ' ἀνθρώπου φωνῇ προσιόντας, οἱ δὲ ἀθρόον ἐπεισπίπτοντες, κατέσθιουσιν.

78. Ὅτι ὄφεων, φησί, λέγεται μεγέθη παράδοξα ἐν τοῖς τόποις εἶναι καὶ γένη θαυμαστὰ, καὶ πάντα ἀπὸ κυνηγίας ἔχοντα τὸν βίον· τῶν μέντοι ὑπὸ τὴν ἡμετέραν, φησίν, ὄψιν πεπτωκότων ὁ μέγιστος πέφηνε πηχῶν τριάκοντα. Γίνεται δὲ, φησί, πᾶς ὄφις, καὶ ὁ μέγιστος, χειροήθης, ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων πιεζόμενός τε καὶ κακουχούμενος. Καὶ γὰρ καὶ ὃν ἰδεῖν ἐκεῖνός φησιν, ὅτι ὅτε τῆς τροφῆς ἀπορία προκειμένης συνεχῶς ἅμα τὸν θυμὸν ἐταπείνου καὶ τροφῆς ὄρεξιν ἐνεποίει

et fracta protinus consumit. Nec facile dictu quam leviter conficiat ventre et digerat. Hoc vocem quoque effingere humanam qui perhibent, nobis fidem non faciunt. Insuper addunt quidam animal istud nominatim homines noctu evocare, hosque velut ad vocem humanam accedentes concitato irruens impetu devorare.

78. Serpentes etiam stupendæ magnitudinis mirique generis illis in locis esse narratur, qui omnes vitæ nutrimenta ex venatu captent. Maximus eorum, inquit, qui nostris exhibitus est oculis, triginta cubitorum videbatur. Omnis serpens, etiam vastissimus, mansuefactioni se accommodum præbet, si inopia nutrimenti premitur et maceratur. Nam illum quoque, quem vidisse se auctor testatur, postquam cibi oculis semper subjecti inopia animi virulentiam depressisset, simulque

Diod. φοβερωτέραν ἀμφοτέρων, τοῖς δὲ ὀδοῦσι πάντων ὑπεράγει· πᾶν γὰρ ὀστῶν μέγεθος συντρίβει ῥᾳδίως, καὶ τὸ καταποθὲν διὰ τῆς κοιλίας πέττει παραδόξως. Τοῦτο δὲ τὸ ζῷον τῶν ψευδῶς παραδοξολογούντων ἱστοροῦντες ἔνιοι μιμεῖσθαι τὴν τῶν ἀνθρώπων διάλεκτον ἀποφηνάμενοι ἡμᾶς μὲν οὐ πείθουσιν.

78. Ὄφεων δὲ γένη παντοδαπὰ καὶ τοῖς μεγέθεσιν ἄπιστα θεωρεῖσθαί φασιν οἱ τὴν πλησίον τῆς ἐρήμου καὶ θηριώδους κατοικοῦντες· ἑκατὸν γὰρ πηχῶν τὸ μῆκος ἑωρακέναι τινὲς ἀποφαινόμενοι δικαίως ἂν οὐχ ὑφ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ψευδολογεῖν ὑποληφθείησαν· προστιθέασι γὰρ τῷ διαπιστουμένῳ πολλῷ παραδοξότερα, λέγοντες ὅτι τῆς χώρας οὔσης πεδιάδος, ὅταν τὰ μέγιστα τῶν θηρίων περισπειραθῇ, ποιεῖ ταῖς ἐγκυκλωθείσαις ἐπ' ἀλλήλαις σπείραις ἀναστήματα πόρρωθεν φαινόμενα λόφῳ παραπλήσια. Τῷ μὲν οὖν μεγέθει τῶν ῥηθέντων θηρίων οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως συγκατάθοιτο· περὶ δὲ τῶν μεγίστων ὄφεων τῶν εἰς ὄψιν ἐληλυθότων καὶ κομισθέντων ἐν τισιν ἀγγείοις εὐθέτοις εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ποιησόμεθα τὴν ἀναγραφὴν, προστιθέντες καὶ τῆς θήρας τὴν κατὰ μέρος οἰκονομίαν. Ὁ γὰρ δεύτερος Πτολεμαῖος, περί τε τὴν τῶν ἐλεφάντων κυνηγίαν φιλοτιμηθεὶς καὶ τοῖς τὰς παραδόξους θήρας τῶν ἀλκιμωτάτων ζῴων ποιουμένοις μεγάλας ἀπονέμων δωρεὰς, πολλὰ δὲ πάνυ χρήματα δαπανήσας εἰς ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν, ἐλέφαντάς τε συχνοὺς πολεμιστὰς περιεποιήσατο καὶ τῶν

dentium morsu cunctis antepollens. Sic quantacumque sint ossa comminuit et deglutita in ventrem mira facultate concoquit. Hanc belluam quidam portenta historiarum venditantes eo, quod hominum loquelam imitari asserunt, fidem nobis haud faciunt.

78 (*Cap.* 35). Varia quoque nec credendæ magnitudinis serpentum genera conspici desertæ et a feris occupatæ regionis accolæ testantur. Nam qui ad centum longitudinem cubitorum se nonnullos vidisse prædicant, non nobis modo, sed cunctis etiam aliis, mendacii arguantur. Narrationi tamen fidei desperatæ aliam subdunt longe absurdiorem. In campestri illic, aiunt, planitie, quum vastissimæ hæ belluæ in spiras sese colligunt, mutuo voluminum in orbem exuberantium auctu collis speciem procul videntibus ostentant. Sed de hac belluarum istarum vastitate nemo facile iis assentiatur. Maximarum tamen serpentini generis belluarum, quæ accommodatis ad hunc usum receptaculis Alexandriam deportatæ in conspectum venerunt, dabimus descriptionem, simulque venationis rationem speciatim exponemus. Ptolemæus enim secundus quum impense elephantum venationi studeret, atque eos, qui singulari modo fortissimas feras venarentur, magnis muneribus demereret, multis in hanc voluptatem sumtibus profusis, magnam elephantum bellatorum

στὸν τῶν ἄλλων B et correct. A. || — Ex Agatharchide sumta quæ in Ctesiæ excerptis (v. Ctes. fr. p. 105) habet codex Monacensis: Ἔστι δὲ ἐν Αἰθιοπίᾳ ζῷον λεγόμενον κροκόττας, κοινῶς δὲ κυνόλυκος· ἔστι δὲ τῇ δυνάμει θαυμαστόν· τοῦτο δέ φασιν ἀνθρωπίνην μιμεῖσθαι φωνὴν καὶ διὰ νυκτὸς καλεῖν ἐξ ὀνόματος τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἐπ' ἀνθρώπου φωνῇ καὶ προσιόντας· οἱ δὲ ἀθρόως ἐπιπίπτοντες κατεσθίουσιν. (Ἔχει δὲ τὸ θηρίον ἀλκὴν λέοντος, ταχύτητα ἵππου, ῥώμην ταύρου, σιδήρῳ δὲ [οὐχ] ὑπεῖκον.) Quorum postrema ex § 76 perperam huc transducta sunt. Cf. de crocotta Aristot. H. An. VIII, 7, 2; Plinius VIII, 30, 44; Ælian. VII, 22; Porphyrius De abstin. III, p. 223; Hesychius s. v. et quæ ex anonymo August. ms. affert Schneiderus ad Ælian. l. l.; Bochart. III, 11, p. 835; Salmasius ad Solin. p. 238; Cuvier. ad Plin. l. l.

§ 78, lin. 9. γένη] γένει vulg. || — 12. φησί, πᾶς] πᾶς, φησίν, A. || — 15. προσκειμένης A. || — Diodorus ea quæ Photius excerpsit, omisit, siquidem serpens ab Agatharchide visus non is esse potest quem ad Ptolemæum Philadelphum attulerant. Diodorum excerpsit Tzetzes Hist. III, 898 sqq

Phot. σφοδροτέραν, τηνικαῦτα ἐντὸς τοῦ πλέγματος περιβαλόντες ἱερεῖα πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν, οὕτω παρεσκεύασαν χειροήθη καὶ πρᾷον τὸν ἄγριον, ὥστε μηθὲν τῶν ἄλλων

vehementiorem escæ appetitum injecisset, tum intra crates victimis ad desiderium ejus circumpositis, tam cicurem et placidum esse factum, ut nec mitius inter

---

Diod. ἄλλων ζῴων ἀθεωρήτους καὶ παραδόξους φύσεις ἐποίησεν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν τοῖς Ἕλλησι. Διὸ καί τινες τῶν κυνηγῶν, δρῶντες τὴν τοῦ βασιλέως μεγαλοψυχίαν ἐν ταῖς δωρεαῖς, συστραφέντες εἰς ἱκανὸν πλῆθος ἔκριναν παραβαλέσθαι ταῖς ψυχαῖς, καὶ τῶν μεγάλων ὄφεων ἕνα θηρεύσαντες ἀνακομίσαι ζῶντα εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον. Μεγάλης δὲ οὔσης καὶ παραδόξου τῆς ἐπιβολῆς, ἡ τύχη συνεργήσασα ταῖς ἐπινοίαις αὐτῶν καὶ τὸ τέλος οἰκεῖον περιεποίησε τῆς πράξεως. Σκοπεύσαντες γὰρ ἕνα τῶν ὄφεων τριάκοντα πηχῶν διατρίβοντα περὶ τὰς συστάσεις τῶν ὑδάτων, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἀκίνητον τοῦ σώματος τὸ κύκλωμα τηροῦντα, κατὰ δὲ τὰς ἐπιφανείας τῶν διὰ τὴν δίψαν ζῴων φοιτώντων ἐπὶ τὸν τόπον ἄφνω διανιστάμενον, καὶ τῷ μὲν στόματι διαρπάζοντα, τῷ δὲ σπειράματι καταπλέκοντα τὸν ὄγκον τῶν φανέντων ζῴων, ὥστε μηδενὶ τρόπῳ δύνασθαι τὸ παραπεσὸν ἐκφυγεῖν· προμήκους οὖν ὄντος τοῦ ζῴου καὶ νωθροῦ τὴν φύσιν ἐλπίσαντες βρόχοις καὶ σειραῖς κυριεύσειν, τὸ μὲν πρῶτον παρῆσαν ἐπ' αὐτὸ τεθαρρηκότες, ἔχοντες ἐξηρτυμένα πάντα τὰ πρὸς τὴν χρείαν· ὡς δ' ἐπλησίαζον, ἀεὶ μᾶλλον ἐξεπλήττοντο τῷ δέει, θεωροῦντες ὄμμα πυρωπὸν καὶ λιχμωμένην πάντῃ τὴν γλῶτταν, ἔτι δὲ τῇ τραχύτητι τῶν φολίδων ἐν τῇ διὰ τῆς ὕλης πορείᾳ καὶ παρατρίψει ψόφον ἐξαίσιον κατασκευάζοντα, τὸ μέγεθός τε τὸ τῶν ὀδόντων ὑπερφυὲς καὶ στόματος ἀγρίαν πρόσοψιν καὶ κυκλώματος ἀνάστημα παράδοξον. Διόπερ τῷ φόβῳ τὰ χρώματα τῶν προσώπων ἀποβεβληκότες δειλῶς ἐπέβαλλον τοὺς βρόχους ἀπὸ τῆς οὐρᾶς· τὸ δὲ θηρίον ἅμα τῷ προσάψασθαι τοῦ σώματος τὸν κάλων ἐπεστράφη μετὰ πολλοῦ φυσήματος καταπληκτικῶς· καὶ τὸν μὲν πρῶτον ἁρπάζει τῷ στόματι μετεωρισθὲν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὰς σάρκας ἔτι ζῶντος κατεσιτεῖτο, τὸν δὲ δεύτερον φεύγοντα τῇ σπείρᾳ πόρρωθεν ἐπεσπάσατο, καὶ περιειληθὲν ἔσφιγγε τὴν κοιλίαν τῷ δεσμῷ, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκπλαγέντες διὰ τῆς φυγῆς τὴν σωτηρίαν ἐπορίσαντο. Οὐ μὴν ἀπέγνωσαν τὴν θήραν, ὑπερβαλλούσης τῆς ἀπὸ τοῦ βασιλέως χάριτος καὶ δωρεᾶς τοὺς ἀπὸ τῆς πείρας ἐγνωσμένους κινδύνους, φιλοτεχνίᾳ δὲ καὶ δόλῳ τὸ τῇ βίᾳ δυσκαταγώνιστον ἐχειρώσαντο, τοιάνδε τινὰ μηχανὴν πορισάμενοι. Κατεσκεύασαν ἀπὸ σχοίνου πυκνῆς περιφερὲς πλόκανον, τῷ μὲν τύπῳ τοῖς κύρτοις ἐμφερές, τῷ δὲ μεγέθει καὶ τῇ διαλήψει τῆς χώρας δυνάμενον δέξασθαι τὸν ὄγκον τοῦ θηρίου. Κατοπτεύσαντες οὖν τὸν φωλεὸν αὐτοῦ καὶ τὴν ὥραν τῆς τε ἐπὶ τὴν νομὴν ἐξόδου καὶ πάλιν τῆς ἐπανόδου, ὡς τάχισθ' ὥρμησεν ἐπὶ τὴν ἄγραν τὴν συνήθη τῶν ἑτερογενῶν ζῴων, τὸ μὲν προϋπάρχον τοῦ φωλεοῦ στόμα λίθοις εὐμεγέθεσι καὶ γῇ συνῳκοδόμησαν, τὸν δὲ πλησίον τῆς λόχμης τόπον ὑπόνομον ποιήσαντες καὶ τὸ πλόκανον εἰς αὐτὸν ἐνθέντες ἐναντίον

vim sibi comparavit, utque aliæ prius non visæ et insolentes bestiarum species in notitiam Græcorum pervenirent effecit. Ob id venatores quidam, quum regis in muneribus largiendis magnificentiam viderent, mediocri consociati numero, cum vitæ suæ discrimine unum de serpentibus illis prægrandibus vivum Alexandriam ad regem transportare decreverunt. Res inceptu ardua et effectu difficilis erat, sed fortuna conatus adjuvit et cœpta ad felicem exitum promovit. Etenim per speculationem indagarunt serpentem triginta cubitorum in stagnis demorantem, qui ceteroqui spiris jacebat immotis; quum primum vero bestiæ ad sitim levandam illic accedere videbantur, subito exsiliens corpora illarum qua rictu oris correpta qua spiris implexa tam arcte constringebat, ut nulla occurrens malum evadendi esset facultas. Quum igitur ob prolixitatem corporis et naturæ segnitiem spes laqueis et catenis potiundi subesset, confidenti primum animo incurrunt, cunctis ad præsentem usum præparatis. At quo propius accedunt, eo plus terroris invadit, quum oculos igni quasi ardentes et exsertæ linguæ vibratum strepitumque immanem asperitate squamarum et virgulta prosternente incessu excitatum et enormium dentium magnitudinem adspectumque oris truculentum et peraltum spiræ orbem deprehendunt. Per totam igitur faciem consternatione pallidi timide laqueum caudæ injiciunt. Qui simulac corpus attigit, cum sibilo se monstrum horrendo retorquens, primum super caput ejus sese arrigens rictu suo arreptat, vivique adhuc carnes devorat; secundum procul ex ipsa fuga spiræ innexu attrahit, et circumvolvens se medio constrictum ventre firmiter tenet. Reliqui metu perculsi fuga consulunt. (*Cap.* 37.) Nec tamen ideo capiendæ belluæ curam abjiciunt. Regiæ enim munificentiæ spes periculorum, quæ experti erant, metum evincit. Ergo quod vi expugnare nequiverant, arte doloque edomare nituntur, hujusmodi ad eam rem artificio usi. Opus vitile ex conserto junco contexunt, forma nassis assimile, tantæque magnitudinis et capacitatis, ut totam intra se belluam complecteretur. Observato igitur latibulo ejus et tempore exitus ad pastum ac reditus, quum primum ad consuetam diversi generis bestiarum venationem perrexit, pristinum speluncæ ostium prægrandibus saxis terraque obstruunt, et in vicino ejus loco cuniculum agunt,

Phot. νομίζειν μήτε ἡμερώτερον μήτε φοβερώτερον· εἰκότως, οἶμαι, τοῖς ὑποχειρίοις τῶν ζώων τούτου συναντῶντος· τὸ μὲν γὰρ ἀντιβαῖνον κακουχεῖται, τὸ δὲ συγχωροῦν τρέφεται. Πᾶν δὲ θηρίον διδάσκεται σωφρονεῖν οὐ

alia cuncta, nec terribilius quicquam esse judicetur. Consentaneum hoc est, arbitror, bestiis contingere mansuefactis. Nam quod contra tendit, male tractatur; quod vero cedit, nutritur. Quævis autem bestia

---

Diod. ἐποίησαν τὸ στόμιον, ὥστε ἐξ ἑτοίμου τῷ θηρίῳ τὴν εἴσοδον ὑπάρχειν. Κατὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον τοῦ ζώου, παρεσκευασμένοι τοξότας καὶ σφενδονήτας, ἔτι δὲ ἱππεῖς πολλούς, πρὸς δὲ τούτοις σαλπιγκτὰς καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν χορηγίαν, ἅμα τῷ προσπελάζειν τὸ μὲν θηρίον μετεωρότερον τῶν ἱππέων ἐξῆρε τὸν αὐχένα· οἱ δ' ἐπὶ τὴν θήραν ἠθροισμένοι προσεγγίσαι μὲν οὐκ ἐτόλμων, νενουθετημένοι ταῖς προγεγενημέναις συμφοραῖς, πόρρωθεν δὲ πολλαῖς χερσὶν ἐφ' ἕνα καὶ μέγαν σκοπὸν βάλλοντες ἐτύγχανον, καὶ τῇ τε τῶν ἱππέων ἐπιφανείᾳ καὶ πλήθει κυνῶν ἀλκίμων, ἔτι δὲ τῷ διὰ τῶν σαλπίγγων ἤχῳ κατέπληττον τὸ ζῷον. Διόπερ ὑποχωροῦντος αὐτοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν αὐτοῦ λόχμην, τοσοῦτον ἐπεδίωκον ὥστε μὴ παροξύνειν ἐπὶ πλεῖον. Ὡς δὲ τῆς ἐνῳκοδομημένης φάραγγος ἤγγισεν, ἀθρόως ψόφον μὲν πολὺν διὰ τῶν ὅπλων ἐποιήσαντο, ταραχὴν δὲ καὶ φόβον διὰ τῆς τῶν ὄχλων ἐπιφανείας καὶ σαλπίγγων· τὸ δὲ θηρίον τὴν μὲν εἴσοδον οὐχ εὕρισκε, τὴν δὲ τῶν κυνηγῶν ὁρμὴν καταπληττόμενον κατέφυγεν εἰς τὸ πλησίον κατεσκευασμένον στόμιον. Πιμπλαμένου δὲ τοῦ πλοκάνου τῇ διαλύσει τῆς σπείρας, ἔφθασαν τῶν κυνηγῶν τινες προσιππασάμενοι, καὶ πρὸ τοῦ στραφῆναι τὸν ὄφιν ἐπὶ τὴν ἔξοδον κατελάβοντο δεσμοῖς τὸ στόμιον πρόμηκες ὃν καὶ πεφιλοτεχνημένον πρὸς ταύτην τὴν ὀξύτητα· ἐξελκύσαντες δὲ τὸ πλόκανον καὶ φάλαγγας ὑποθέντες μετέωρον ἐξῆραν. Τὸ δὲ θηρίον ἀπειλημμένον ἐν ἀπεστενωμένῳ τόπῳ παρὰ φύσιν συριγμὸν ἐξαίσιον ἠφίει καὶ τοῖς ὀδοῦσι τὴν περιέχουσαν σχοῖνον κατέσπα, πάντῃ δὲ διασειόμενον προσδοκίαν ἐποίησε τοῖς φέρουσιν ὡς ἐκπηδῆσον ἐκ τοῦ περιέχοντος αὐτὸ φιλοτεχνήματος. Διὸ καὶ καταπλαγέντες ἔθεσαν ἐπὶ τὴν γῆν τὸν ὄφιν, καὶ τοὺς περὶ τὴν οὐρὰν τόπους κατακεντοῦντες ἀντιπεριέσπων τοῦ θηρίου τὸν ἀπὸ τῶν ὀδόντων σπαραγμὸν ἐπὶ τὴν αἴσθησιν τῶν ἀλγούντων μερῶν. Ἀπενέγκαντες δ' εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐδωρήσαντο τῷ βασιλεῖ, παράδοξον θέαμα καὶ τοῖς ἀκούσασιν ἀπιστούμενον. Τῇ δ' ἐνδείᾳ τῆς τροφῆς καταπονήσαντες τὴν ἀλκὴν τοῦ θηρίου τιθασὸν ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον ἐποίησαν, ὥστε θαυμαστὴν αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἐξημέρωσιν. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος τοῖς μὲν κυνηγοῖς τὰς ἀξίας ἀπένειμε δωρεάς, τὸν δ' ὄφιν ἔτρεφε τετιθασευμένον καὶ τοῖς εἰς τὴν βασιλείαν παραβάλλουσι ξένοις μέγιστον παρεχόμενον καὶ παραδοξότατον θέαμα. Διόπερ τηλικούτου μεγέθους ὄφεως εἰς ὄψιν κοινὴν κατηντηκότος οὐκ ἄξιον ἀπιστεῖν τοῖς Αἰθίοψιν οὐδὲ μῦθον ὑπολαμβάνειν τὸ θρυλούμενον ὑπ' αὐτῶν. Ἀποφαίνονται γὰρ ὁρᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν ὄφεις τηλικούτους τὸ μέγεθος, ὥστε μὴ μόνον βοῦς τε καὶ ταύρους καὶ τῶν ἄλλων ζώων τὰ τηλικαῦτα τοῖς ὄγκοις ἀναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐλέφασιν εἰς ἀλκὴν συνίστασθαι,

in quem junceum illud rete obverso ejus ostio collocant, ut paratus in hoc belluæ ingressus pateat. Hanc e pascuis revertentem continue sagittarii et funditores equitesque cum reliquo apparatu excipiunt. Quæ propior facta cervicem supra equites longe extollit; at venatorum agmen nequaquam cominus occurrere (prius enim infortunium cautos fecerat) audet: sed procul multis manibus ad unum eumque grandem scopum jaculantes, equitum conspectu et canum prævalidorum multitudine tubarumque strepitu belluam perterrefaciunt, dumque ad notum se cubile sensim recipit, eatenus insectantur, ne nimia provocatione magis irritetur. Jamque præstructo cavernæ ostio appropinquat; tum demum ingenti arma strepitu complodunt, et ostentata hominum multitudine tubarumque clangore exsternatam perturbant. Ingressum igitur non inveniens et venatorum tamen impressionem reformidans ad apertum in propinquo ostium profugit. Interea dum resolutione spirarum textum illud junceum impletur, quidam e vestigio adequitant, qui orificium oblongum et ad hunc celeritatis usum sollerter comparatum, antequam ad exitum se bellua reflectat, vinculis obstringunt. Mox nassam illam extractam phalangibus suppositis levant. Tum coarctata intus bestia immanes præter naturam sibilos edit, dentibusque juncum discerpens et hinc inde se jactans jamjam ex artificioso isto carcere exsilientis speciem præfert. Id extimescentes terræ serpentem applicant, crebraque caudæ punctione ad partium dolore affectarum sensum morsus dentium abstrahunt. Illum denique Alexandriam deportatum regi donant, insolens profecto et audientibus incredibile monstrum. Ad miraculum hujus rei accessit cicuratio plane admiranda. Alimenti enim penuria ferociam ejus subegerunt, ut sensim mitigaretur. Ptolemæus autem quum dignis venatores præmiis affecisset, serpentem ita mansuefactum nutrivit, ingens hospitibus in regnum ejus profectis et plenum admirationis spectaculum. Quum igitur anguis tam enormis palam in conspectum venerit, non adeo fides deneganda est Æthiopibus, aut statim pro fabula accipiendum, quod ab illis dictitatur. Memorant enim, tam vastos apud se angues conspectos esse, ut non solum vaccas et tauros aliasque tantæ

hot. λόγῳ τὴν ἐκδοχὴν τοῦ κρείττονος μανθάνον, παραπεπλεγμένης δ' ἐναλλὰξ τῷ πάθει τῆς μνήμης.

[79 a. Ælianus N. A. V, 27 : Ἀγαθαρχίδης δὲ τὰς ἐν Αἰθιοπίᾳ ὗς κέρατα ἔχειν λέγει.]

sapere discit, non ratione melioris electionem docta, sed quod implicata est per vices affectioni memoria.

[79. a. Agatharchides in Æthiopia sues cornubus instructos esse tradit.]

Diod. καὶ διὰ μὲν τῆς σπείρας ἐμπλεκομένους τοῖς σκέλεσιν ἐμποδίζειν τὴν κατὰ φύσιν κίνησιν, τὸν δ' αὐχένα μετεωρίσαντας ὑπὲρ τὴν προβοσκίδα τὴν κεφαλὴν ἐναντίαν ποιεῖν τοῖς τῶν ἐλεφάντων ὄμμασι, διὰ δὲ τοῦ πυρωποῦ τῶν ὀφθαλμῶν ἀστραπῇ παραπλησίας τὰς λαμπηδόνας προσβάλλοντας ἀποτυφλοῦν τὴν ὅρασιν, καὶ σφήλαντας ἐπὶ τὴν γῆν σαρκοφαγεῖν τὰ χειρωθέντα τῶν ζῴων.

79. Διευκρινηκότες δ' ἀρκούντως τὰ περὶ τὴν Αἰθιοπίαν καὶ Τρωγλοδυτικὴν καὶ τὴν ταύταις συνάπτουσαν μέχρι τῆς διὰ καῦμα ἀοικήτου, πρὸς δὲ ταύταις περὶ τῆς παραλίας τῆς παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν,.. περὶ τοῦ καταλελειμμένου μέρους, λέγω δὲ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, ποιησόμεθα τὴν ἀναγραφὴν, τὰ μὲν ἐκ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλικῶν ὑπομνημάτων ἐξειληφότες, τὰ δὲ παρὰ τῶν αὐτοπτῶν πεπυσμένοι...

Ὁ δὲ προσαγορευόμενος Ἀράβιος κόλπος ἀνεστόμωται μὲν εἰς τὸν κατὰ μεσημβρίαν κείμενον Ὠκεανόν, τῷ μήκει δ' ἐπὶ πολλοὺς πάνυ παρήκων σταδίους, τὸν μυχὸν ἔχει περιοριζόμενον ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Ἀραβίας καὶ Τρωγλοδυτικῆς· εὖρος δὲ κατὰ μὲν τὸ στόμα καὶ τὸν μυχὸν ὑπάρχει περὶ ἑκκαίδεκα σταδίους, ἀπὸ δὲ Πανόρμου λιμένος πρὸς τὴν ἀντιπέραν ἤπειρον μακρᾶς νεὼς διωγμὸν ἡμερήσιον. Τὸ δὲ μέγιστόν ἐστι διάστημα κατὰ τὸ Τύρκαιον ὄρος καὶ Μαρίαν δυσ-

molis bestias deglutierint, sed cum elephantis quoque conflictarint. Spirarum enim nexu crura illorum tam arcte implicare, ut movere se nequeant, arrectoque super proboscidem collo, caput suum elephanti oculis obvertere, igneisque visus radiis tanquam fulgetris excæcatos ad terram profligare, profligatosque devorare.

79. (*Cap.* 38.) Postquam ergo narratione perspicua Æthiopiam cum Troglodytica et conterminis ad inhabitabilem æstu plagam regionibus, oras quoque Rubri maris, quantum satis esse videtur, persecuti sumus:... nunc reliquæ partis, Arabici sinus inquam, descriptionem subjungemus; quam partim ex regiis Alexandriæ commentariis, partim auditu ex his, qui viderunt, accepimus...

Arabici igitur quem vocant sinus ostia in Oceanum australem sese prolatant. Longitudo ad multa excurrit stadia; remotissima ejus pars extremæ Arabiæ et Troglodyticæ terminis continetur. Latitudo in ostio et recessu ad sedecim stadia provehitur. A Panormo vero portu ad oppositam continentem concitata unius diei navigatione extenditur. Maxima distantia est circa Tyrcæum (*Tauricum*) montem et Mariam in-

---

§ 79. Quod Diodorus initio hujus segminis ait descriptionem oræ sinus Arabici se subjungere partim ex commentariis regiis partim e fide testium oculatorum: id ex ipso transtulit Agatharchide, quem etsi non nominat, tamen presso pede in singulis quibusque sequitur. || — 23. ἐπὶ πολλοὺς πάνυ παρήκων σταδίους.] Haud dubie paullo accuratius hoc definivit Agatharchides. *Herodotus* II, 11: Μῆκος μὲν πλόου, ἀρξαμένῳ ἐκ μυχοῦ διεκπλῶσαι ἐς τὴν εὐρέαν θάλασσαν, ἡμέραι ἀναισιμοῦνται τεσσαράκοντα εἰρεσίῃ χρεωμένῳ· εὖρος δὲ, τῇ εὐρύτατός ἐστι ὁ κόλπος, ἥμισυ ἡμέρης. (De quibus v. Bæhr. ad h. l. et Gosselin. t. II, p. 159 sqq.) *Timosthenes* (ap. Plin. VI, 33) *totum sinum quatridui* (*quadraginta dierum* ex Herodoto leg. conj. Gosselin. l. l.) *navigationem taxavit, bidui in latitudinem, angustias VII mill. D passus*. Porro Alexandri Magni comites et *Anaxicrates* (sec. Eratosthenem ap. Strabon. p. 768) Arabici lateris longitudinem inde ab Ælanitico recessu computarunt stad. 14000. Quod nimium esse censens Eratosthenes (sicut Agathem. I, 3) Ægyptio lateri (quod Arabico longius est) ab Heroopoli ad Ptolemaidem stadia 9000, hinc ad fauces stadia 4500 (= 13500) tribuit. Apud Plinium l. l. Eratosthenes *ab ostio* 1300 *mill.* (= 10400 stad.) *in quamque partem* computasse dicitur, corrupte utique. Aut 13000 stadia pro 1300 mill. dicere debebat, aut pro XIII, leg. XVII, i. e. 1700 mill. (= 13600 stad.), ut probabiliter censet Gosselinus. Similiter Artemidorus sec. Plin. Arabicum latus esse statuit 1750 mill. (= 14000 stad. ut ap. Agathem. I, 3), oram autem Troglodyticam usque ad Ptolemaidem 1137 ½ mill. (= 9100 stad.). *Agrippa* ap. Plin. quodque latus censet 1722 mill. (= 13776 stad.). *Strabo* I, p. 35 computat stad. 15000 (II, p. 100 sunt 10,000; corrupte, ut videtur). Ptolemæus V, 17 Arabico lateri assignat stad. 10400; Ægyptio usque ad Ptolemaidem 7200 stad. || — 26. ἑκκαίδεκα σταδίους] « Vereor vehementer ut sani hi numeri sint; magno enim consensu veteres angustias sinus Arabici, quæ circa Diren promontorium cognominemque urbem sunt, stadiorum 60 faciunt, Strabo XVI, p. 768, Arrian. Peripl. m. Erythr. p. 155 (§ 25), Agathemer. I, 3; quæ fere æquant Plinii VII mill. D pass., ut fidem codicum vetustiorum secutus correxit Harduinus. » Wesseling. Incerta res est, præsertim quod cum faucibus componitur intimus recessus, qui ad Arsinoen perbene sedecim stadiorum dici poterat, quum ostium sinus multo latius esset. || — 27. ἀπὸ δὲ Πανόρμου] Nemo ejus nominis portum in sinu Ar. memorat; cogitandum videtur de eo loco quem Myoshormum dicit Ptolemæus. Cf. infra. || — 29. Τύρκαιον ὄρος καὶ Μαρίαν δυσπελαγίαν] Τύρκαιον ὄρος sic nemo memorat. Pro Μαρίαν δυσπελαγίαν in editionibus nunc legitur Μακαρίαν νῆσον πελαγίαν, auctore Strothio. At codicum lectio tantum non om-

Phot. 80. Ὅτι φησί, Πολλῶν ὑπαρχόντων θαυμασίων καὶ πόῤῥω κειμένων ἀπὸ τῆς συνηθείας, αὐτοὺς ἐπελεύσομαι τῶν τόπων τοὺς μνήμης ἀξίους.

Πρῶτον μὲν ἀπ' Ἀρσινόης παραθέοντι τὴν δεξιὰν ἤπειρον θερμὰ πλείοσιν αὐλοῖς ἐκ πέτρας ὑψηλῆς εἰς

80. Quum multa sint admirationis plena et a vulgari consuetudine procul sejuncta, ad ipsa quæ commemoratione digna habentur loca, inquit, me conferam.

Primo igitur, si quis ab Arsinoe continentem prætercurrit dextram, thermæ pluribus ceu fistulis ex

Diod. πελαγίαν, ὡς ἂν τῶν ἠπείρων οὐχ ὁρωμένων ἀπ' ἀλλήλων. Ἀπὸ δὲ τούτου τὸ πλάτος ἀεὶ μᾶλλον συγκλείεται καὶ τὴν συναγωγὴν ἔχει μέχρι τοῦ στόματος. Ὁ δὲ παράπλους αὐτοῦ κατὰ πολλοὺς τόπους ἔχει νήσους μακράς, στενοὺς μὲν διαδρόμους ἐχούσας, ῥοῦν δὲ πολὺν καὶ σφοδρόν.

80. Ἡ μὲν οὖν καφαλαιώδης τοῦ κόλπου τούτου θέσις ὑπάρχει τοιαύτη. Ἡμεῖς δ' ἀπὸ τῶν ἐσχάτων τοῦ μυχοῦ τόπων ἀρξάμενοι τὸν ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη παράπλουν τῶν ἠπείρων καὶ τὰς ἀξιολογωτάτας κατ' αὐ-

sulam in alto sitam (νῆσον πελαγίαν), ubi continentes invicem non conspiciuntur. Exinde latitudo subinde fit angustior, seque ad ostium usque contrahit. In freto ejus magnæ passim insulæ habentur, inter quas strictus navium cursus, et immodicus ac vehemens maris fluxus.

80. Hic summatim sinus illius situs est. A cujus extremitatibus nos exorsi, utriusque continentis oras, et quod singulis insit proprii, ceu præterlegendo, re-

nium est Μαρίαν δυσπελαγίαν, nisi quod unus liber habet Μ. δυσπελάγιον, alius Μαριάνδης πελάγιον. Lectionem Μακαρίαν ad marginem notaverat Stephanus, num ex alterutro duorum codicum Clarimontanorum, ex quibus varietas lectionum ei præsto erat, an ex conjectura, nescio. Utut est, Μακαρίαν insulam ex Ptolemæi insularum catalogo IV, 7, p. 306,2, perperam illatam esse censeo; quare priscam lectionem etsi vitii non vacuam reduxi. Ex Agatharchidis rationibus ora Troglodytica recta fere linea meridiem versus tendit usque ad Tauros montes (Gaurum sive Taurum) montem dicit Ptolemæus); hinc vero versus orientem et Arabiam deflectitur (§ 84). Satis inde colligitur maximam sinus latitudinem ad angulum, quem oræ flexus efficit, esse quærendam. Angulus vero ille est paullo infra hodiernam urbem *Suakin*, ad quam Tauros montes ponendos esse reliqua locorum ap. Artemidorum et Ptolemæum series docet. Ibique revera est maxima sinus latitudo. Quare Τόρκαιον ὄρος non diversum fuerit ab eo jugo quod infra (§ 84) Ταῦροι vocatur a Photio, Artemidoro et ipso etiam Diodoro, nisi quod apud hunc optimi codices tres (ABC Dindorfii) pro Ταύρων bis præbent Ταυρικῶν. Unde probabile fit nostro quoque loco pro Τόρκαιον scriptum fuisse Ταυρικόν. Angulus ille sinum efficit, quem ante Ptolemaidem recensens Plinius (VI, 35) multis refertum dicit insulis, quarum de regiis præfectis *aquosæ* vocatæ sint *Mareu, sitientes Eratonos* (*Martis et Amatis*, l. *Amoris*, *inss.* in Geogr. Rav. V, 18). Cum his componenda Μαρία (Μάρεια?) Diodori. *Maraten* insulam in hoc sinu notavit Don Juan de Castro; etsi quænam illa sit hodie non constare monet Berghaus in *Geohydrograph. Memoir. z. Karte von Arabia u. d. Nillande*, p. 45; tot enim ibi arenarum sunt tæniæ et meatus, ut singulas insulas indagare difficile sit, atque ipse sinus, auctore Valentia (II, p. 286), ab Anglis vocetur *Bother'em Bay*, quasi sinus confusionis. Quam locorum naturam putares significari voce δυσπελαγίαν, nisi nimis suspectum esset vocabulum, in quo forsitan latet νῆσ. (i. e. νῆσον) πελαγίαν seu πελάγιον vel [νῆσον] θέσει (ut § 82) πελαγίαν. Apud Ptolemæum cum nostra insula componenda videtur Μόρωνος (Μάρωνος?) insula, quam ad *Maraten* Joannis de Castro retulit Gosselinus. At *Marate* fortassis eadem est cum *Amarat* ins. in mappa Moresbyi; quæ insula situ suo minus convenit.

§ 80. In sequenti oræ Troglodyticæ descriptione quamquam complura omisisse Diodorum et Photium consentaneum est, ita tamen utriusque excerpta inter se concinunt, ut quæ fuerit narrationis Agatharchideæ ratio et indoles facile intelligatur. Nimirum non id egit auctor, ut justum παράπλουν singula quæque recensentem contexeret, sed præter majores oræ flexus memorabilia quædam mirandaque attulisse habuit satis. Itaque ex magno isto oppidorum, portuum, venationum numero, quem apud Artemidorum, scriptorem fere supparem, legere est, duorum solummodo, Myoshormi et Ptolemaidis, mentio injicitur, et ne hos quidem memoratos esse credideris, nisi ille ad radices situs esset montis adeo rutilantis, ut oculos læderet intuentium, Ptolemais vero observatâ ibi circa solstitii tempus umbrarum ratione nomen apud geographos nacta foret. Ne Berenices quidem, celeberrimi tunc emporii, excerpta meminerunt, quum tamen commemorent vicinam ei peninsulam, cujus per cervicem navigia transducebantur. Monenda hæc erant, ne quis denuo in errores incideret Gosselini, Mannerti, aliorum, qui, neglectis omnibus quæ de ætate Agatharchidis aliunde comperta habemus, ex oræ Troglodyticæ descriptione colligi voluerunt nullum ultra Ptolemaidem oppidum vel portum Agatharchidi cognitum fuisse, ideoque tempora ejus ad Ptolemæi tertii quartique regna removenda esse || — 4. ἀπ' Ἀρσινόης] Hæc nota est Arsinoe urbs, ad exitum sita canalis (Diodor. I, 33, 12; Strabo p. 735, 804; Plin. VI, 33. V, 9; Tab. Peut.; Itin. etc.). Artemidorus autem in sua sinus descriptione primum memorat Heroopolin (quæ paullo supra Arsinoen sita erat), deinde Philoteram urbem, εἶτα ἄλλην πόλιν Ἀρσινόην, tum ea quæ Agatharchides memorat, fontes calidos, montem rubricosum, Myoshormum: adeo ut hæc Arsinoe, si eadem est cum ea quam aliunde bene novimus, non suo memoretur loco (ut Mannertus, Reichardus, alii statuunt), aut, si nihil auctor peccavit, duæ sint ejus nominis urbes distinguendæ, quarum alteram Artemidorus non

Phot. θάλατταν διηθεῖται, στενοὺς ἔχοντα πόρους, οὐ γλυκέος ὕδατος, ἀλλὰ πικρᾶς ἁλμυρίδος τε καὶ πηγῆς φύσιν ἐχούσης τοιαύτην. Εἶτα ἀπὸ τῆς λίμνης συμβέβληκεν ὁ Νεῖλος, ὀχετοῦ διά τινῶν ἀραιωμάτων εἰς τὸν κοιλότατον ὑπερθέοντος τόπον.

81. Πλησίον δὲ τῆς λίμνης εὐμεγέθει πεδίῳ βεβηκὸς ὄρος ἀναφαίνεται μιλτῶδες, ἄλλην μὲν οὐδεμίαν ὑποδεικνύον ἰδιότητα, χροιὰν δὲ τοιαύτην ἀπὸ τῆς κορυφῆς σημαῖνον τῆς ἄκρας, ὥστε τῶν ἀτενιζόντων τὰς ὄψεις ἐπὶ πλέον βλάπτεσθαι. Ἐφεξῆς δὲ λιμὴν μέγας ἐκδέχεται, ὃς πρότερον μὲν Μυὸς ἐκαλεῖτο ὅρμος, ἔπειτα

sublimi petra in mare percoluntur, quæ angustos habent meatus non dulcis aquæ, sed amaræ salsilaginis et fontis talem sortiti naturam. Post lacum deinde obvius est Nilus, dum rivus ejus per laxa et spongiosa quædam in locum maxime humilem et concavum transcurrit.

81. Prope lacum in campo spatioso mons assurgere videtur rubricosus, qui, ut nihil aliud exhibeat singulare, ejusmodi tamen colorem a summo vertice ostendit, ut oculi intente ad tempus contuentium lædantur. Hinc portus excipit magnus, qui primo Myos hormos, i. e. Muris portus, postea autem Veneris portus ap-

---

Diod. τὰς ἰδιότητας διέξιμεν· πρῶτον δὲ ληψόμεθα τὸ δεξιὸν μέρος, οὗ τὴν παραλίαν τῶν Τρωγλοδυτῶν ἔθνη νέμεται μέχρι τῆς ἐρήμου.

Ἀπὸ πόλεως τοίνυν Ἀρσινόης κομιζομένοις παρὰ τὴν δεξιὰν ἤπειρον ἐκπίπτει κατὰ πολλοὺς τόπους ἐκ πέτρας εἰς θάλατταν ὕδατα πολλά, πικρᾶς ἁλμυρίδος ἔχοντα γεῦσιν.

81. Παραδραμόντι δὲ τὰς πηγὰς ταύτας ὑπέρκειται μεγάλου πεδίου μιλτώδη χρόαν ἔχον ὄρος καὶ τὴν ὅρασιν τῶν ἐπὶ πλεῖον ἀτενιζόντων εἰς αὐτὸ λυμαινόμενον. Ὑπὸ δὲ τὰς ἐσχατιὰς τῆς ὑπωρείας κεῖται λιμὴν σκολιὸν ἔχων τὸν εἴσπλουν, ἐπώνυμος Ἀφροδίτης. Ὑπέρ-

censebimus; ac initio dextram ejus oram nobis desumemus, quam Troglodytarum gentes ad vastas usque solitudines inhabitant.

(*Cap.* 39.) Ab urbe igitur Arsinoe dextra continentis litora legentibus crebri plurimis in locis fontes e petris in mare præcipitantes, amaro salsilaginis sapore, occurrunt.

81. Prætercursis his fontibus mons vasto imminens campo et rubricosi coloris offertur, cujus intentiori contuitu oculi videntium offenduntur. Extremis ejus radicibus portus tortuosi ingressus, et Veneris cogno-

---

memorarit, altera ex uno nota sit Artemidoro, quæ est Letronnii Droyseniique sententia (V. not. ad fragm. Artem.) || — 2. ἁλμυρίδος] ἁλμυριάδος A. Cf. Artemidorus l. l. : εἶτα θερμῶν ὑδάτων ἐκβολὰς πικρῶν καὶ ἁλμυρῶν κατὰ πέτρας τινὸς ὑψηλῆς ἐκδιδόντων εἰς τὴν θάλασσαν. Hæc ad nostra proxime accedunt; minus accurate Diodorus excerpsit. Fontes aquæ salsæ et amaræ in tota Troglodytica frequentes sunt; at de fontibus calidis, quales Noster describit, in Ægyptio litore sinus Heroopolitici nihil compertum habeo, nisi quod affert Gosselinus t. II, p. 83 : « Sur la côte occidentale, vers le 29e degré et demi et à l'embouchure du vallon qui conduit jusqu'au Nil, est une montagne d'où sort un torrent d'eau chaude, amère et salée, dont Agatharchide, Artémidore et Diodore ont parlé, et que le P. Sicart (*Missions du Levant*, tom. V, p. 286) a rencontré dans ses courses. » Quo testimonio impedior ne sinûs latus occidentale confundi dicam cum latere orientali. Ibi enim quadringentis ab hod. *Suez* stadiis maris est recessus (*Birket Faraoun* sive lacus Pharaonis), cui adjacet *Wadi Faran*, quæ vallis rupem habet duobus e foraminibus decem pedes supra maris æquor elatis sulphureos exhalantem vapores, inferius autem variis e locis aquas emittentem tam calidas, ut digito tangi nequeant. Vocatur balneum calidum *Hammam Faraoun*. V. Ritter, XII, p. 170. XIV, p. 763. || — 3. εἶτ' ἀπὸ τῆς λίμνης συμβέβληκεν ὁ Νεῖλος.] συμβέβηκεν codd. AC; deinde ἀρεωμάτων cod. C. Nihil de his apud Diodorum et Artemidorum; neque Photius integram auctoris narrationem reddidit, quum nullus in antecc. memoretur lacus, post quem jam refert συμβάλλειν τὸν Νεῖλον. Tractus his locis assignandus sat angustus relinqueretur, si Myoshormus portus ex Agatharchidis sententia ponendus foret ubi posuit Ptolemæus (27° 30′). Quo concesso, lacum putares esse maris recessum ad prom. *Seitije Ezzeit* et *Ras el Gimsche*, et Nili rivum videre liceret in *Wadi Billi*. At cf. quæ de situ Myoshormi in sqq. notavimus.

§ 81, l. 6. βεβηκὸς] leg. vid. aut ἐν εὐμεγ. π. βεβηκός aut εὐμεγ. π. ἐπιβεβηκός. || — 11. Μυὸς ὅρμος] Myoshormus a Ptolemæo collocatur 27° 30′. Nuper autem sub 27° 24′ ruinæ urbis alicujus repertæ sunt prope *Ras Abouchaar* (V. Rüppell *Reise* p. 211. Wilkinson in *Journal of the geogr. soc. of London.* tom. II, p. 50. 1832). Itaque Myoshormi has esse reliquias pro explorato haberi nunc solet. Quod rationem locorum attinet, nonnulla e Wilkinsono transcribere liceat : « The port, ait, is a small bay, which runs inland at some distance on the northern side of the station; here the ships could ride at anchor, protected from the violence of the sea and could quietly discharge their cargoes, which might either be deposited within walls or immediately transported on camels to the Nile (v. Strabon. p. 781). The accumulation of sand continually driven into the bay, has rendered it now so shallow, that no vessel could float in it even at high tide. The same most happen to the port of Cosseir, or any other on this shore (Pliny assures us there were once many on this side of the sea), if the are neglected; the water however in this bay is deeper than any other part of the coast, and on one side there seems to be a sort of channel, where the principal current runs on the ebb and flow of the tide. On the southern side projects a point of land which, at high water, becomes an island, and appears to have rendered the entrance to the port circuitous (τὸν εἴσπλουν

Phot. δὲ Ἀφροδίτης ὠνομάσθη. Ἐν οἷς καὶ νῆσοι τρεῖς εἰσὶ προκείμεναι, ὧν αἱ μὲν ἐλαίαις πεπύκνωνται, μία δὲ

pellatus est. Ubi tres etiam insulæ exstant, quarum duæ olivas habent crebras et densas, una minus qui-

Diod. κεινται δὲ τούτου νῆσοι τρεῖς, ὧν δύο μὲν πλήρεις εἰσὶν ἐλαιῶν καὶ σύσκιοι, μία δὲ λειπομένη τῷ πλήθει τῶν

mento insignis, adjacet. Supra eum sunt tres insulæ, quarum duæ olearum copia umbrosæ sunt, tertia arbo-

ἔχοντα σκολιόν). We found no remains of cisterns or wells. As to the *fons Tadnos* [quem Plinius VI, 33 ad Myoshormum esse refert], we must look for it in the low ridge of mountains about tree or four milẽs off. A watering-place still exists there; but the water is salt, though drinkable by camels. *Mox deserta ad Myoshormon*, says Pliny; and with reason may this be said of the whole coast for miles. To the south the eye wanders over a plain on which is neither herb nor tree, except the bushy safsaf (*Elæagnus*), close to the waters edge; on spot of the coast is resorted to as being entirely covert with salt; it is nearly opposite the Saffagi or Jaffatine Isles. To the S. W. the place is bordered by the El Memfayah chain of primitif mountains, which are at a considerable distance from the sea; on the W. and N. W. a low ridge of calcarious hills (uniting a similar rang a little to the north) approaches within four miles of the sea; and in the distance on the north is seen the mountain of Ez-zeit, so called from the quantity af petroleum found there, whence project two small headlands forming two gulfs at the entrance of which are many long sand-banks. May this be the *mons Eos* of Pliny or the ὄρος ἐν πεδίῳ μιλτῶδες of Strabo? » Cf. Wellsted *Travels in Arabia* II, p. 123 sqq. A Copto ad Myoshormum, Strabone teste p. 805, sex septemve iter dierum; idque quadrat in distantiam qua *Keft* separatur ab *Abuchaar*. His adde quod viæ a Copto illuc ducentis priscas stationes etiamnum licet agnoscere. Devehebantur in hunc portum ingentes porphyritæ lapides qui inde a Claudii imp. temporibus in propinquo *Djebel Dokhan* sive Claudiano monte eruebantur (Vide fuse docteque de his exponentem Letronnium in *Recueil des Inscr.* I, p. 176 sqq.). Atque hoc quidem certissimum; alia quæstio est num reapse ibi Myoshormus, celeberrimum olim emporium, collocandus sit; nam una hoc nititur auctoritate Ptolemæi; antiquiorum testium, Agatharchidis, Artemidori, Peripli maris Rubri, longe alia fuit sententia. Insulas quidem tres, quas objectas Myoshormo Ag. dicit, cum Wellstedio dixeris esse *Shadwan*, *Pilots island* et *Jobal*, quamquam in alto sitæ sunt a portu isto longe distantes : at nullus ibi conspicitur *mons rufus*, ut expresse testatur Wellsted. l. l. : « Its position, inquit, was indicated by a red rock, which glistened so as to dazzle the eye of the spectator; *but of this we saw nothing.* » Quæ quum ita sint, Myoshormum in eum potius locum transferendum putes, quem sic describit De Rozière in *Descript. de l'Égypte* tom. VI, p. 346 : « A environ 17 lieues marines au nord de Cosseyr sur la côte occidentale, la vue est frappée par des montagnes de couleur rouge, que les pilotes arabes nomment par cette raison *Gebel Ahmar.* Une lieue et demie plus au sud se trouve un port commode et spacieux, où séjournèrent les bâtiments français. Cette position convient parfaitement avec la latitude de 27°, 15′ [debebat 27°, 30′], assignée par Ptolemée au Myoshormos; car en ajoutant 15 à 16 lieues marines, c'est-à-dire 45′ à la latitude de Cosseyr, qui est de 26° 15′ où, selon quelques observations, 26° 20′ [vera lat. est 26° 6′ 59″. V. Wellsted. II, p. 315], on ne trouvera que 5′ ou au plus 10′ de différence avec la latitude indiquée par Ptolemée. Ce port a près de deux lieues d'étendue et mérite très-bien le nom de *portus magnus*, que lui ont donné les anciens. Ils est fermé du côté de la plaine mer par deux grandes îles, dont le sol est bas et uni, et par un îlot beaucoup plus élevé; circonstances décisives par elles seules, car elles ne se représentent nulle part ailleurs dans toute l'étendue de la mer Rouge. L'élévation et les formes aiguës de la plus petite de ces trois îles expliquent assez bien pourquoi deux seulement étaient couvertes d'arbres à l'époque où ces lieux étaient fréquentés par les anciens. La passe qui est au nord entre l'île la plus septentrionale et la côte forme un canal long de plusieurs centaines de toises et un peu sinueux, comme l'indiquent Diodore, Agatharchides et Strabon. Autour du port règne une plage basse et sablonneuse. Les montagnes environnantes, savoir, le Gebel Ahmar au nord, et vers le sud une très-haute chaine de montagnes qui s'avance vers la mer jusque vis-à vis l'extrémité de la seconde île, sont séparées du port par une plaine déserte de près de deux lieues d'étendue. Ceci explique très-bien le passage d'Agatharchides qui représente ce port environné d'une grande plaine déserte. Tous ces renseignements présentent une concordance si parfaite avec ce qu'ont dit de ce port les anciens écrivains, qu'il deviendrait superflu de s'y arrêter plus longtemps. » — Comparatis mappis Moresbyanis, describi patet regionem quæ est ad *Ras Abou-somer* (26°, 52′), quod dimidio fere gradu distat ab ruinis istis quas Wilkinsonus aliique Myoshormo vindicant. Sec. Ptolemæi tabulas ibi ponendus foret, qui proxime post Myoshormum memoratur, Φιλωτέρας λιμήν (26° 45). Suspicari itaque licet duos hos portus inverso ordine recensendos fuisse, idque tanto facilius largiaris, quum frequentes ejusmodi transpositiones in Ptolemæi libris sint, deinde vero Artemidorus apud Strabonem *primum* Philoteram, *deinde meridiem versus* Myoshormum memoret. At ne sic quidem profligata res est. Nam ita habet Photius (§ 82) : Τούτοις (τοῖς περὶ Μυὸς ὅρμον) ἐγγίζει κόλπος, ὃν καλοῦσιν Ἀκάθαρτον. Quo tandem pacto ita loqui auctor potuisset, si Myoshormum ad hod. *Abou-somer* situm voluisset, a quo promontorio sinus Immundus 2000 stadiis et amplius distat? Ne culpes excerptorem, impedit pedissequa Agatharchidis Artemidorus. Etenim Strabo, p. 769, ex Artemidoro refert post Myoshormum sequi ἑξῆς τὸν

Phot. ἧττον μὲν δασεῖα, τῶν δὲ καλουμένων μελεαγρίδων ἐκτρέφουσα πλῆθος.

82. Τούτοις δ' ἐγγίζει κόλπος, ὃν καλοῦσιν Ἀκάθαρ-

dem silvosa est, sed avium, quas Meleagrides vocant, copiam nutrit.

82. His propinquus est sinus, quem Immundum no-

Diod. προειρημένων δένδρων, πλῆθος δ' ἔχουσα τῶν ὀνομαζομένων μελεαγρίδων.

82. Μετὰ δὲ ταῦτα κόλπος ἐστὶν εὐμεγέθης ὁ καλού-

rum multitudine illis inferior meleagridum quas vocant magnam habet copiam.

82. Inde sinus est permagnus, qui Immundus no-

Ἀκάθαρτον κόλπον καὶ αὐτὸν κατὰ τὴν Θηβαΐδα κείμενον ὥσπερ καὶ τὸν Μυὸς ὅρμον. Ἐνταῦθα δὲ ἱδρῦσθαι Βερενίκην πόλιν ἐν βάθει τοῦ κόλπου. Idem p. 815: Ἐντεῦθέν (a Copto) ἐστιν ὁ ἰσθμὸς εἰς τὴν Ἐρυθρὰν κατὰ πόλιν Βερενίκην.... οὐκ ἄπωθεν δὲ τῆς Βερενίκης ἐστὶ Μυὸς ὅρμος πόλις, ἔχουσα τὸν ναύσταθμον τῶν πλοϊζομένων· καὶ τῆς Κοπτοῦ οὐ πολὺ ἀφέστηκεν ἡ καλουμένη Ἀπόλλωνος πόλις, ὥστε καὶ αἱ διορίζουσαι τὸν ἰσθμὸν δύο πόλεις ἑκατέρωθέν εἰσιν. Posterior locus cum priori ita consentit, ut ex eodem Artemidoro fluxisse liqueat. Censet igitur auctor isthmum sive eum Ægypti tractum, ubi Nilus mari proximus est, quattuor circumscribi urbibus, quarum duæ Nilo adsitæ, Coptus et Apollinopolis, iisque recta fere linea oppositæ urbes maritimæ sint Myoshormus et Berenice. Falsum hoc esse, quum a Copto Berenicen meridiem versus sit undecim dierum iter, patet. Credidisse Agatharchides videtur vias a Copto ad portus ductas esse, quia hinc brevissimum ad oram iter esset; ideoque urbes ad ipsum istum isthmum collocavit. Illud tamen recte statuere potuit non ita magnam inter utrumque portum esse distantiam. Nam ne suspiceris Berenicen quidem a meridie boream versus, Myoshormum autem a borea meridiem versus Agatharchidis opinione removeri, obstat testis gravissimus, auctor Peripli maris Rubri, qui § 1 et Myoshormum et Berenicen ἐν τῷ ἐσχάτῳ τῆς Αἰγύπτου κεῖσθαι docet; neque ita magno utrumque portum tractu separatum fuisse etiam ex ratione, qua § 19 utriusque mentionem auctor conjungit, colligas. His adde quod index rei disertissimus, ὄρος istud μιλτῶδες, quod supra jam vidimus, denuo occurrit juxta *Sacaram* portum (uno gradu et paullo plus a Berenice distantem), ubi vidit Joannes de Castro (p. 210), ut optime monet Reichardus (*Kleine geogr. Schriften*, p. 391 Cf. mappa Arabiæ Berghausiana). De colore eximie rufo hic quoque collis apud Arabes dicitur *Djebel Ahmar*. Quæ antecedunt ap. Ag. de Nili aqua usque ad mare penetrante, de *Wadi* aliquo intelligenda sunt, eaque opinio iterum nos ducit ad isthmi regionem, qualem Agatharchides statuit, conferendaque sunt quæ § 23 de regione aurifodinarum leguntur, in qua Nilus mare versus adeo deflecti dicitur, ut marina et fluvii aqua in unum coeat. Qui autem post montem rubrum memoratur Myoshormus haud dubie est, Reichardo judice, hodiernus *Schauna* portus, bonus ille satisque spatiosus, ad quem olim celebrem gentilium urbem fuisse ex indigenis Joannes de Castro audivit; quadrat denique sex septemve dierum iter, quod a Copto ad Myoshormum esse dicit Strabo. Quod præterea Agatharchides refert Myoshormum postea Veneris portum denominatum esse, id præter Artemidorum nemo tradit; Diodorus nonnisi posterius nomen memorat, quod tamen non diu viguisse videtur, quum apud posteriores scriptores nonnisi Myoshormus occurrat. Sunt qui nomen duplex eodem redire censeant; etenim Μυὸς ὅρμον non esse *Muris portum*, sed *Conchæ*, nimirum *conchæ Veneris*, quæ in sinu Arabico sit frequens. Nescio an hoc longe petitum dixeris. Mitto aliam Ἀφροδίτης ὅρμου etymologiam, quam, si tanti est, legere licet ap. D'Anvillium (*Description du golfe Arabique*, p. 229, coll. Gossellin. l. l. II, p. 193) et Vincentum (*The commerce and navig. in the Indian ocean*, II, p. 78). Magis ad rem facit, quod *Schaunæ* portui meridiem versus objacet *Jambo* insula, cui parvulæ insulæ tres anonymæ in mappa Berghausiana adspersæ sunt. Eas ipsas esse putes, quas Myoshormo objectas dicit Agatharchides. Jam vero quum *Jambo*, quam *Jamben* Plinius VI, 33 vocat, Ptolemæus Græco nomine appellet Ἀφροδίτης νῆσον (sub eadem latitudine cum Smaragdo monte (*Djebel Zabarah*) collocatam, 25°): proclivis suspicio est nomen Veneris nonnullos ab insula ad portum objacentem transtulisse. A Berenice ad Myoshormum Periplus numerat stadia 1800; aut parum aut nimium dicit; oræ longitudo usque ad *Schaunam* mille stadiis non multo major; at distantiæ in Periplo sæpe justo longe majores sunt; beneque reputandum est quantopere mare scopulis ibi horrens navigationem trahere debuerit. Ceterum quum 1800 stadia ducerent fere ad hodiernum *Koseir*, ibi Peripli auctoritate Myoshormum ponendum multi censent. At misellus iste portus, quinque vix navibus excipiendis potis, florente commercio nunquam principem inter emporia locum obtinere potuit, ut recte monet Letronnius, l. l.; Nilo quidem proximus erat, ob eamque causam nunc in usu est; sed Strabo ad Myoshormum septem dierum iter esse dicit, quum ad *Koseir* (quem *portum Album* ab adjacente monte albo vocat Ptolemæus) vix quattuor forent dies; neque reliqua Agatharchidis descriptio eo referri potest. || — 2. προκείμεναι] προσκείμεναι C. Mox ἥττων pro ἧττον BC. || — 2. ἐλαίαις] Id non de veris olivis, sed de *safsaf* sive de ἐλαιάγνῳ, arbore vel frutice olivis simillimo, intelligendum censet Wilkinson l. l. Corroborare sententiam licet ex ipso Agatharchide, qui § 91 in Arabica ora insulas memorans συσκίους ἐλαίαις expresse addit: οὐ ταῖς παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ ταῖς ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις φυομέναις.

§ 82. Κόλπος.. Ἀκάθαρτον] *Sinus Immundus* Plinio; hod. *Faul-Bai* anglice dictus. Rationem nominis a Diodoro et Photio non additam, habes apud Artemidorum. Chersonesus cujus per cervicem navigia transduci Diodorus refert, est Λεπτὴ ἄκρα Ptolemæi, sive tenue, humile, arenosum et in mare longe porrectum *Râs el anf* (i. e. nasi prom.) sive *Ras Bernos*, præ-

Phot. τον· ὃν παραπλεύσαντι νῆσος ἔκκειται, τῇ μὲν θέσει πελαγία, μῆκος [δ'] ἔχουσα σταδίων ὡς ὀγδοήκοντα, ἣν καλοῦσιν Ὀφιώδη, πρότερον μὲν γέμουσαν παντοίων ἑρπετῶν, ἐφ' ἡμῶν δὲ ἐλευθέραν τούτων. Ἐν δὲ ταύτῃ γίνεται τῇ νήσῳ, φησί, καὶ τὸ καλούμενον τοπάζιον. Ἔστι δὲ τοῦτο λίθος διαφαινόμενος, ὑάλῳ προσεμφερής, ἡδεῖαν ἔγχρυσον θεωρίαν ἀποδιδούς. Τοῦτον τὸν λίθον οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες καὶ τὴν λίθον βασιλικῷ

minant. Quem ubi prætemavigaris, insula exporrigitur in pelago sita, longitudine stadiorum fere octoginta, quam Ophiodem sive Serpentinam vocant; nam omnis generis serpentibus quondam referta erat, sed ætate nostra iis libera est. In hac, inquit, etiam lapillus nascitur, topazi nomine celebris. Pellucidus est et vitro similis, jucundumque aurei coloris contuitum sui præbet. Hoc insulæ habitatores, qui etiam regio lapidem

---

Diod. μενος Ἀκάθαρτος, καὶ πρὸς αὐτῷ βαθεῖα καθ' ὑπερβολὴν χερρόνησος, ἧς κατὰ τὸν αὐχένα στενὸν ὄντα διακομίζουσι τὰ σκάφη πρὸς τὴν ἀντιπέραν θάλατταν. Παρακομισθέντι δὲ τοὺς τόπους τούτους κεῖται νῆσος πελαγία μὲν τῷ διαστήματι, τὸ δὲ μῆκος εἰς ὀγδοήκοντα σταδίους παρεκτείνουσα, καλουμένη δὲ Ὀφιώδης, ἣ τὸ μὲν παλαιὸν ὑπῆρχε πλήρης παντοδαπῶν καὶ φοβερῶν ἑρπετῶν, ἀφ' ὧν καὶ ταύτης ἔτυχε τῆς προσηγορίας, ἐν δὲ τοῖς μεταγενεστέροις χρόνοις ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν βασιλέων οὕτως ἐξημερώθη φιλοτίμως, ὥστε μηδὲν ἔτι κατ' αὐτὴν ὁρᾶσθαι τῶν προϋπαρξάντων ζῴων. Οὐ παραλειπτέον δ' ἡμῖν οὐδὲ τὴν αἰτίαν τῆς περὶ τὴν ἡμέρωσιν φιλοτιμίας· εὑρίσκεται γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ τὸ καλούμενον τοπάζιον, ὅπερ ἐστὶ λίθος διαφαινόμενος ἐπιτερπής, ὑάλῳ παρεμφερὴς καὶ θαυμαστὴν ἔγχρυσον πρόσοψιν παρεχόμενος. Διόπερ ἀνεπίβατος τοῖς ἄλλοις τηρεῖται, θανατουμένου παντὸς τοῦ προσπλεύσαντος ὑπὸ τῶν κατεσταμένων ὑπ' αὐτῶν φυλάκων. Οὗτοι δὲ τὸν ἀριθμὸν ὄντες ὀλίγοι, βίον ἔχουσιν ἀτυχῆ. Ἵνα μὲν γὰρ μηδεὶς λίθος διακλαπῇ, πλοῖον οὐκ ἀπολείπεται τὸ παράπαν ἐν τῇ νήσῳ· οἱ δὲ παραπλέοντες αὐτὴν διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ βασιλέως φόβον πόρρωθεν παραθέουσι· τροφαὶ δὲ αἱ μὲν παρακομιζόμεναι ταχέως ἐκλείπουσιν, ἕτεραι δ' ἐγχώριοι τὸ σύνολον οὐχ ὑπάρχουσι. Διόπερ ὅταν τῶν σιτίων ὀλίγα καταλείπηται, κάθηνται πάντες οἱ κατὰ τὴν κώμην προσδεχόμενοι τὸν τῶν κομιζόντων τὰς τροφὰς κατάπλουν· ὧν βραδυνόντων, εἰς τὰς ἐσχάτας ἐλπίδας συστέλλονται. Ὁ δὲ προειρημένος λίθος φυόμενος ἐν ταῖς πέτραις τὴν μὲν ἡμέραν διὰ τὸ πνῖγος οὐχ ὁρᾶται, κρατούμενος ὑπὸ τοῦ περὶ τὸν ἥλιον φέγγους, τῆς δὲ νυκτὸς ἐπιγινομένης ἐν σκότει διαλάμπει καὶ πόρρωθεν

minatur, et juxta eum profunda admodum peninsula, cujus per angustam quasi cervicem navigia in adversum mare transportant. Prætermeanti hæc loca insula jacet, alto circumfusa pelago, ad octoginta stadiorum longitudinem, cui Serpentariæ nomen est. Id inde manavit, quod variis olim et formidolosis anguibus scateret. Sed insecutis deinde temporibus regum Alexandriæ studio ita ad cultum redacta est, ut nulla vestigia bestiarum ibi conspiciantur. Nec causa prætermittenda est, ob quam insula tantis impendiis repurgata fuit. Reperitur enim in ea topazium, qui lapis est pellucidus et adspectu jucundus, vitro similis, miro modo auri adspectum colore suo et nitore præbens. Aditu igitur cunctis interdictum; et si quis adnavigat, illico supplicio capitis ab insulæ custodibus mulctatur. Pauci hi sunt, ærumnosamque exigunt vitam. Ne enim lapidis quid furtim exportetur, nullum omnino illic navigium relinquitur; si qui forte per tractus illos navigant, regis metu a longinquo prætervehuntur. Alimenta quæ importantur cito deficiunt, nec aliud quidquam de terræ fructibus suppetit. Ideo quum pauca dum cibaria supersunt, omnes pagi incolæ ad litus sedentes adventum illorum, qui commeatum importent, avide præstolantur. Quibus moram nectentibus, in extremum spes ipsorum discrimen coguntur. Lapis ille in petris nascens per diem splendore [solis veluti suffocatus, non videtur]; sed noctu per tenebras effulget, suique locum situs, quicumque sit, a longinquo prodit. Excubitores insulæ, sorte

---

fixis scopulis periculosum, quod nautæ Berenicen petentes trajicere quam circumnavigare, tempestate minus tranquilla, tutius putaverint. Templum in eo promontorio vidit Castro (*Hist. gén. des voyages*, t. I, p. 205). Wellsted (II, p. 308) ibi conspexit « a rude tomb, constructed of wood. It appears to occupy the site of a better constructed edifice, the remains of which may be traced in the sand for same distance. » Olim ibi pharum stetisse suspicatur. De ruinis Berenices, cujus situm accurate indicavit Strabo, v. idem ib. p. 322 sqq. || — 2. νῆσος πελαγία], hodie *Zemorgete*, ab opposito promont. (*Rás*) *el Naschef* 350 stadia distans, quam Ἀγάθωνος νῆσον (23°, 40′ lat.) dicit Ptolemæus, *Topazon* Juba apud Plin. XXXVII, 32 : *Juba Topazon insulam in Rubro mari a continente diei navigatione abesse tradit, nebulosam et ideo quæsitam sæpe navigantibus, ex ea causa nomen accepisse ; topazin* (τοπάζειν) *enim Troglodytarum* (imo Græcorum) *lingua significationem habere quærendi*. Aliam etymologiam proponit Salmasius ad Solin. p. 763 (de qua v. Wesseling. ad Diodor.) Ceterum de Topazo ins. cf. Juba ap. Plin. XXV, 22 et Plinius VI, 34, ubi inter insulas post *Jamben* recensentur : *Stenæ diræ aliquot* (hod. *Schuarit* cum proximis rupibus oræ periculosæ adjacens), *Halonnesi non pauciores* (hod. *Swallow* inss. in alto objectæ), *Cardamine* (*Cornaca* sive *Macour* ad *Ras el Anf?*), *Topazus quæ gemmæ nomen dedit*. || — 6. ὑάλῳ] γάλῳ BA. || — 7. ἔγχρυσον]

Phot. φυλάσσοντες καὶ συλλέγοντες προστάγματι οὕτω λαμβάνουσιν. Ἐν τῇ νυκτὶ πρὸς μέρος περιπολοῦσιν, ἔχοντες παντοίας τοῖς μεγέθεσι σκαφίδας. Ὁ δὲ ἐν ταῖς πέτραις λίθος, τὴν μὲν ἡμέραν ὑπὸ τοῦ φέγγους κρατούμενος, διὰ τὸ πνῖγος οὐ γίνεται σύνδηλος, σκότου δὲ ἐπιστάντος, ἐν ᾧ ποτ' ἂν ᾖ πεφυκώς, διαλάμπει πάντοθεν. Ὁ δὲ συνιδὼν φύλαξ τηλικοῦτον περιέθηκεν ἄγγος σημείου χάριν περὶ τὸ διαστίλβον, ἡλίκον ἂν ᾖ τοῦ θεωρουμένου φαντάσματος τὸ μέγεθος· εἶτα τὴν ἡμέραν ἐπερχόμενος, ἰσοπληθῆ τῇ προειρημένῃ περιτεμὼν πέτραν, τοῖς ἐκλεαίνειν δυναμένοις τεχνίταις παραδίδωσι.

83. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ πέλαγος οὕτως ἐστὶ ταπεινὸν, ὥστε μήτε πλεῖον δυεῖν ὀργυιῶν ἀναμετρεῖσθαι, καὶ χλωρὸν πάντοθεν, οὐ τῇ φύσει τῶν ὑγρῶν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ διαφαίνοντος μνίου τε καὶ φύκους· ὅθεν καὶ κυνῶν ἔχει θαλαττίων ἀναρίθμητον πλῆθος. Δι' ἣν αἰτίαν ὁ ῥηθεὶς πόρος νηῒ μὲν μακρᾷ καὶ τοῖς ἐπήρεσι πλοίοις γίνεται εὐάρμοστος· ἀκύμων τε γάρ ἐστιν, οὐκ ἐκ πολλοῦ κυλίων τὸν κλύδωνα, καὶ θήραν ἰχθύων παραδίδωσιν ἄπιστον. Τὸ δὲ περὶ τὰς ἐλεφαντηγοὺς κακὸν πολὺν ἔλεον τοῖς πάσχουσιν ἀπὸ τῶν ὁρώντων ἐκκαλεῖται· τὰ γὰρ πλοῖα τὸ κῦμα ἐξαίφνης ἢ πέτρᾳ περιέθηκεν, ἢ πρὸς ἀμμώδη συνήλασε περιοχὴν, καὶ ἄπορον τὴν σωτηρίαν παρέσχε τοῖς ἐμπλέουσι. Διὸ τὰ μὲν πρῶτα ὀδυρμὸς τοὺς ἐπιπλέοντας συνέχει πολὺς μὲν, οὐκ ἀπογινώσκων δὲ τὴν ἀμείνω προσδοκίαν· ἤδη γάρ τινας οὕτως ἀπενεχθέντας σέσωκε πλημμυρὶς ὑπολα-

edicto custodiunt et colligunt, isto modo potiuntur. Noctu divisis agminibus circumvagantur, vasis ligneis variæ magnitudinis instructi. Nam intra petras lapis interdiu quia a luce superatur, propter solis splendorem non fit manifestus, sed ingruente noctis umbra, ubicumque loci nascitur, ab omni parte resplendet. Quo observato, custos signi causa id quod splendet tanto circumdat vase, quantam visæ imaginis magnitudinem esse arbitratur. Per diurnam postea lucem accedens, quum æqualem priori designationi partem saxi exciderit, magistris lævigandi peritis segmentum tradit.

83. Post hæc mare adeo humile est et exiguæ profunditatis, ut nec binas orgyias mensura superet, circumquaque etiam viride, non aquarum natura, sed a musco et alga colorem suum transmittente. Unde et canum marinorum innumerabilis illic est multitudo. Quam ob causam navi longa, et his quæ remigio moventur, iter illac percommodum est et aptum; tempestates enim tractus ille ignorat, quod ex longinquo fluctus non advolvatur, et incredibilem piscium sufficit prædam. Quæ vero navibus elephantos vehentibus ibi accidunt infortunia ad magnam spectantes misericordiam erga afflictos provocant. Navigia enim fluctus repente scopulo illidit, aut in angustias arenarum compingit, et salutis viam nautis tantum non præcludit. Ideo prolixus initio conquestus eo delatos occupat, melioris tamen fortunæ spe non abjecta. Jam enim nonnullos eo discriminis redactos æstus, intu-

---

Diod. δῆλός ἐστιν ἐν ᾧ ποτ' ἂν ᾖ τόπῳ. Οἱ δὲ νησοφύλακες κλήρῳ διῃρημένοι τοὺς τόπους ἐφεδρεύουσι, καὶ τῷ φανέντι λίθῳ περιτιθέασι σημείου χάριν ἄγγος τηλικοῦτον, ἡλίκον ἂν ᾖ τὸ μέγεθος τοῦ στίλβοντος λίθου· τῆς δ' ἡμέρας περιιόντες περιτέμνουσι τὸν σημειωθέντα τόπον τῆς πέτρας, καὶ παραδιδόασι τοῖς διὰ τῆς τέχνης δυναμένοις ἐκλεαίνειν τὸ παραδοθὲν οἰκείως.

83. Παραπλεύσαντι δὲ τούτους τοὺς τόπους πολλὰ μὲν ἔθνη Ἰχθυοφάγων κατοικεῖ τὴν παράλιον, πολλοὶ δὲ νομάδες Τρωγλοδῦται. Πρὸς δὲ τούτοις ὄρη παντοῖα ταῖς ἰδιότησιν ὑπάρχει μέχρι λιμένος τοῦ προσαγορευθέντος Σωτηρίας, ὃς ἔτυχε τῆς ὀνομασίας ταύτης ἀπὸ τῶν πρώτων πλευσάντων Ἑλλήνων καὶ διασωθέντων. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν μερῶν ἄρχεται συναγωγὴν λαμβάνειν ὁ κόλπος καὶ τὴν ἐπιστροφὴν ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀραβίαν μέρη ποιεῖσθαι· καὶ τὴν φύσιν δὲ τῆς χώρας καὶ θαλάττης ἀλλοίαν εἶναι συμβέβηκε διὰ τὴν ἰδιότητα τῶν τόπων. Ἥ τε γὰρ ἤπειρος ταπεινὴ καθορᾶται, μηδαμόθεν ἀναστήματος ὑπερκειμένου, ἥ τε θάλαττα τεναγώδης οὖσα τὸ βάθος οὐ πλεῖον εὑρίσκεται τριῶν ὀργυιῶν, καὶ τῇ χρόᾳ παντελῶς ὑπάρχει χλωρά. Τοῦτο

dispertitis inter se locis, indagationi dant operam; et ubicumque apparet lapis, vas tantæ magnitudinis signi causa imponunt, quantum refulgens lapis spatii complecti videtur; signatum porro locum saxi per diem obeuntes circumcidunt, excisumque tradunt illis, qui lapillos apte lævigandi artificium tenent.

83. (*Cap.* 40.) Si ulterius excurris, multæ se Ichthyophagûm gentes per oram sparsæ offerunt, multi etiam Troglodytæ pastores, et cum his varii montes usque ad Soterias sive Salutis portum, a Græcis ita cognominatum, qui sospites eo primi appulissent. Inde coarctari et ad Arabiam converti sinus incipit. Natura quoque locorum tum maris tum regionis diversitatem quandam efficit. Continens enim humilis apparet nec collibus assurgens, et mare palustre ac cœnosum non altius tribus orgyiis et totum viride esse deprehenditur. Causam viroris non aquarum illic naturæ, sed musci algæque per aquas apparentis

---

ἐν χρυσῷ codd. et editt. || — 1. οὕτω λαμβάνουσιν, κτλ.] Quid ansam dederit fabulæ, nescio. || — 6. σκότους B.

§ 83, l. 14. δυεῖν] sic Artemidorus quoque; τριῶν Diodor. || — 16. τε om. C. || — 18. ἐπήρεσι] κωπήρεσι mgo A; « Diodorus enim ἐπικώποις. » Bekker. || — 23. ἢ πέτρᾳ] A; τῇ πέτρᾳ B; ἡ τῇ πέτρᾳ C. || — 28. ἀπενεχθέντες] ἐπενεχθέντες. AB.

Phot. δοῦσα τοῖς ἀνοιδοῦσιν αἰφνιδίως ἐκ τῆς θαλάττης ὄγκοις· ἐπὰν δὲ λήγῃ τὰ τῆς τροφῆς, μυρία μὲν ἀναδέχονται πάθη, τέλος ἀναλίσκονται πάντες ἢ λιμῷ ἢ (τοῦ λιμοῦ

mescente ex mari fluctu, repente susceptos servavit. Quando vero alimenta deficiunt, innumeræ succedunt anxietates, donec ad ultimum omnes absumuntur aut

Diod. δ' αὐτῇ φασι συμβαίνειν οὐ διὰ τὸ τὴν τῶν ὑγρῶν φύσιν εἶναι τοιαύτην, ἀλλὰ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ διαφαινομένου καθ' ὕδατος μνίου καὶ φύκους. Ταῖς μὲν οὖν ἐπικώποις τῶν νεῶν εὔθετός ἐστιν ὁ τόπος, κλύδωνα μὲν οὐκ ἐκ πολλοῦ κυλίων διαστήματος, θήρας δ' ἰχθύων ἀπλάτους παρεχόμενος· αἱ δὲ τοὺς ἐλέφαντας διάγουσαι, διὰ τὰ βάρη βαθύπλοοι καθεστῶσαι καὶ ταῖς κατασκευαῖς ἐμβριθεῖς, μεγάλους καὶ δεινοὺς ἐπιφέρουσι κινδύνους τοῖς ἐν αὐταῖς πλέουσι. Διάρσει γὰρ ἱστίων θέουσαι, καὶ διὰ τὴν τῶν πνευμάτων βίαν πολλάκις νυκτὸς ὠθούμεναι, ὁτὲ μὲν πέτραις προσπεσοῦσαι ναυαγοῦσι, ποτὲ δ' εἰς τεναγώδεις ἰσθμοὺς ἐμπίπτουσιν· οἱ δὲ ναῦται παρακαταβῆναι μὲν ἀδυνατοῦσι διὰ τὸ πλεῖον εἶναι τὸ βάθος ἀνδρομήκους, διὰ δὲ τῶν κοντῶν τῷ σκάφει βοηθοῦντες ὅταν μηδὲν ἀνύωσιν, ἐκβάλλουσιν ἅπαντα πλὴν τῆς τροφῆς· οὐδ' οὕτω δὲ τῆς τροφῆς

copiæ adscribunt. Navibus igitur remigio instructis locus ille opportunus est, quod ex longinquo fluctus non advolvatur, uberemque piscium capturam exhibeat. At quæ elephantes transportant, tum profunditate carinæ, tum structuræ gravitate, magnis et atrocibus nautas periculis involvunt. Non raro enim intensis concitatæ velis, et ventorum impetu sub noctem eo compulsæ, nunc ad scopulos naufragia faciunt, nunc in isthmos limosos deferuntur. Nec exscendendi facultas datur nautis, quod vadum homine altius sit. Jam si navem contis impellendo nihil quidquam efficiunt, cunctorum præter cibos jacturam faciunt; quodsi ne sic quidem salutem sibi paraverint, ad summas rediguntur angustias; nec enim insulam, nec

— 3. τέλος δὲ editt.; particula δὲ a codd. nostris abest, neque ea opus. || — De rebus fusius exponit Diodorus, cum quo conferendus Artemidorus apud Strabon. Secundum Diodorum ora post sinum Immundum meridiem versus tendit usque ad Σωτηρίας (Σωτῆρος var. lect.; *Sotiras* Poggii interpr.; Σωτίρας Artemidor, Σωτήρων Ptol.) portum, post quem deflectit versus ortum, sinusque fit angustior. Idem tradit Artemidorus. Photius de eo litoris flexu hoc loco nihil, sed initio § 84 ait a Tauris montibus et Ptolemaide non amplius meridiem versus oram tendere, sed ortum versus declinare. Quod ipsum etiam Diodorus § 84 habet, quamquam hæc ad eandem litoris declinationem pertinent, de qua § 83 jam monuerat. Nam Soterias portus et Tauri et Ptolemais ad eundem pertinent tractum. Seriem locorum Ptolemæus præbet hanc: Γαῦρος (l. Ταῦρος) ὄρος, Θεῶν σωτήρων λιμήν, Εὐαγγέλων λιμήν, Πτολεμαῒς τῶν θηρῶν. In Artemidori excerptis loci memorantur hoc ordine: Σωτείρας λιμήν, Ταῦροι ὄρη, Ἴσιδος ὄρος, νῆσος ἐλαίᾳ κατάφυτος ἐπικλυζομένη, Πτολεμαΐς. Salutis portus respondere videtur hodierno *Suakim*, a quo non longe distare debebat, sive boream sive meridiem versus, Taurus mons vel Tauri montes (Ταυρικὰ ὄρη Diodori codd. optimi; Τύρκαιον ὄρος corrupte supra § 79, ubi vide). Isidis mons num recte deinceps ponatur ab Artemidoro, dubitare licet, quoniam Ptolemæus Ἴσιον ὄρος ponat (21° 20′) prope *Cap Calmez*, isque mons tanto facilius post nostrum Salutis portum transponi potuit, quum altius deorum Sospitatorum portus, Διοσκούρων λιμήν, prope Isium montem a Ptolemæo memoretur (21°). Fides igitur esto penes Artemidorum. Εὐαγγέλων λιμένα Ptolemæi Valentia (II, p. 273) probabiliter esse censet pulchrum et profundum maris recessum qui post multas insulas scopulosque latet prope *Ras Howie*, in mare illud procurrens, sed tam humile, ut ex parte undis tegatur (v. Berghaus. *Memoir z. Karte v. Arab.* p. 44). Quare ad ipsum hoc promontorium referre possis quam Artemidorus memorat νῆσον ἐλαίᾳ κατάφυτον ἐπικλυζομένην. Eadem insula vel alia in alto magis jacens proprio nomine in Diodori codicibus Μαρία, a Plinio *Marea*, a Ptolemæo Μύρωνος, a Geogr. Rav. *Martis* insula appellatur. Deinde sequitur *Ras Assiz* sive *Asccase* (18°, 24′), peninsula, perhumili cervice arenosa cum continente cohærens, adeo ut insula ex longinquo videatur. Hanc esse Ptolemaidem τῶν θηρῶν vel *Epitheram* (Plin.), κτίσμα Εὐμήδους... λάθρα περιβαλλομένου χερσονήσῳ τινὶ τάφρον καὶ περίβολον (Artem.), statuit D'Anvillius et Valentia, qui pone eam in regione *Kuschtan* plurimos degere elephantos compererat. Nec multum a vero aberrasse videntur. Nam prope Ptolemaidem lacum esse *Monoleum* docet Plinius. Jam vero in mappa Moresbyi lacus magnus notatur paullo post *Ras Howie* (*Ras Mugda* ap. Moresby), adeo ut hunc esse Monoleum vix sit dubium. Inter Taurum et Ptolemaidem Astaboræ ἀπόσπασμα in mare egredi auctor est Artemidorus; quod patet intelligendum esse de *Wadi Shinterab*, qui sub eadem fere latitudine in mare exit, sub qua Astaboras in Nilum influit. In Periplo maris Rubri a Berenice ad Ptolemaidem numerantur stadia 4000, qui computus in locum Ptolemaidi modo assignatum bene quadrat; quodsi vero hinc usque ad Adulin Periplus esse ait stadia 3000, quum vix 2500 sint, aperte aut auctor erravit, aut codex depravatus est; contra satis recte Plinius (VI, 31) Ptolemaidem ab Aduli distare ait navigatione dierum quinque; quod eodem modo intelligendum est, quo paullo post ab Aduli ad Isidis portum (non longe a faucibus sinus Arabici situm) e Juba refert esse decem dies *remigii*. Unde facile patet in unius diei navigationem in his plagis perdifficilem non ultra quadringenta stadia posse computari. Reichardus (*Kl. geogr. Schriften*, p. 402) Ptolemaidis chersonesum esse putat *Ras Ahvid* sive *Akik* prope portum *Mornington*. Quod etsi minus est probabile, nonnisi paullulum a Valentiæ sententia re-

Phot. τὸ μακροχρόνιον οὐ φέροντες) ξίφει, ἢ αὐτῇ θαλάσσῃ σφᾶς αὐτοὺς ἐπιρρίπτοντες.

fame aut, si diuturnam famis tabem non perferunt, ense confecti, aut spontaneo impulsu in æquor præcipitati.

Diod. (ἀποστροφῆς ?) τυγχάνοντες εἰς μεγάλην ἀπορίαν ἐμπίπτουσι διὰ τὸ μήτε νῆσον μήτε ἄκραν ἠπείρου μήτε ναῦν ἑτέραν πλησίον ὑπάρχουσαν ὁρᾶσθαι· ἄξενοι γὰρ παντελῶς οἱ τόποι καὶ σπανίους ἔχοντες τοὺς ναυσὶ διακομιζομένους. Χωρὶς δὲ τούτων τῶν κακῶν ὁ κλύδων ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ τῷ χύτει τῆς νεὼς τοσοῦτο πλῆθος ἄμμου προσβάλλει καὶ συσσωρεύει παραδόξως, ὥστε τὸν κύκλῳ τόπον περιχώννυσθαι καὶ τὸ σκάφος ὥσπερ ἐπίτηδες ἐνδεσμεύεσθαι τῇ χέρσῳ. Οἱ δὲ τούτῳ τῷ συμπτώματι περιπεσόντες τὸ μὲν πρῶτον μετρίως ὀδύρονται πρὸς κωφὴν ἐρημίαν, οὐ παντελῶς (δὲ) ἀπεγνωκότες εἰς τέλος τὴν σωτηρίαν· πολλάκις γὰρ τοῖς τοιούτοις ἐπιφανεὶς ὁ τῆς πλημμυρίδος κλύδων ἐξῇρεν εἰς ὕψος, καὶ τοὺς ἐσχάτως κινδυνεύοντας ὡσπερεὶ θεὸς ἐπιφανεὶς διεφύλαξεν· ὅταν δὲ ἀπὸ μὲν τῶν θεῶν ἡ προειρημένη μὴ παρακολουθήσῃ βοήθεια, τὰ δὲ τῆς τροφῆς λίπῃ, τοὺς μὲν ἀσθενεστέρους οἱ κατισχύοντες ἐκβάλλουσιν εἰς θάλατταν, ὅπως τοῖς ὀλίγοις τὰ λειπόμενα τῶν ἀναγκαίων πλείους ἡμέρας ἀντέχῃ· πέρας δὲ πάσας τὰς ἐλπίδας ἐξαλείψαντες ἀπόλλυνται πολὺ χεῖρον τῶν προαποθανόντων· οἱ μὲν γὰρ ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ τὸ πνεῦμα τῇ δούσῃ φύσει πάλιν ἀπέδωκαν, οἱ δ' εἰς πολλὰς ταλαιπωρίας καταμερίσαντες τὸν θάνατον, πολυχρονίους τὰς συμφορὰς ἔχοντες τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς τυγχάνουσι. Τὰ δὲ σκάφη ταῦτα τῶν ἐπιβατῶν οἰκτρῶς στερηθέντα, καθάπερ τινὰ κενοτάφια, διαμένει πολὺν χρόνον πανταχόθεν περιχωννύμενα· τοὺς δ' ἱστοὺς καὶ τὰς κεραίας μετεώρους ἔχοντα πόρρωθεν τοὺς ὁρῶντας εἰς οἶκτον καὶ συμπάθειαν ἄγει τῶν ἀπολωλότων· πρόσταγμα γάρ ἐστι βασιλέως ἐᾶν τὰ τοιαῦτα συμπτώματα τοῖς πλέουσι διασημαίνειν τοὺς τὸν ὄλεθρον περιποιοῦντας τόπους.

promontorium, nec aliam navem videre est, quum plane inhospita sit hæc regio, et raro a nautis trajiciatur. Ad cætera incommoda accedit quod brevissimo tempore tantum ad alveum navis arenarum repentini fluctus advehunt et accumulant, ut circumcirca magni exsistant aggeres, et ceu data opera continenti alicui impacta navis inhærescat. In hanc demersi calamitatem modicis primum querelis surdæ licet solitudini infortunium suum occinunt; nondum tamen omni ad extremum salute desperata. Nam sæpe æstuantis pelagi fluctus alte navem elevans extreme periclitantes, ceu deus ex machina opitulans, conservat. Si vero hoc dei auxilium non succurrit, deficiente tandem cibo, infirmissimum quemque potentiores in mare dejiciunt, ut paucioribus quod residuum est victus ad plures dies suppetat. Sed tandem exstincta spe omni, longe miserabiliorem quam prius defuncti mortem oppetunt. Hi enim brevi, quem natura dederat spiritum, illi reddidere; isti vero mortem in multas ærumnas quasi partiendo, suasque miserias longius protrahendo, difficulter animam exhalant. Naves autem miserum in modum vectoribus orbatæ, tanquam inania quædam sepulcra ad longum tempus durant; et arenarum cumulis undique circumfusæ, malosque et antennas sublime ostentantes, ad commiserationem et gemitum super exstinctis procul intuentes adducunt. Regis enim edicto cautum est, ut monumenta harum calamitatum intacta sinantur, quibus exitiosa navigantibus loca significentur.

Παρὰ δὲ τοῖς πλησίον κατοικοῦσιν Ἰχθυοφάγοις παραδέδοται λόγος, ἐκ προγόνων ἔχων φυλαττομένην τὴν φήμην, ὅτι μεγάλης τινὸς γενομένης ἀμπώτεως ἐγεώθη τοῦ κόλπου πᾶς ὁ τόπος ὁ τὴν χλωρὰν ἔχων τοῦ τύπου πρόσοψιν, μεταπεσούσης τῆς θαλάττης εἰς τἀναντία μέρη· φανείσης δὲ τῆς ἐπὶ τῷ βυθῷ χέρσου, πάλιν ἐπελθοῦσαν ἐξαίσιον πλήμην ἀποκαταστῆσαι τὸν πόρον εἰς τὴν προϋπάρχουσαν τάξιν.

Apud Ichthyophagos, brevium illorum accolas, ex fama per multas proavorum ætates conservata traditur, totam quondam sinus regionem, quæ virorem oculis offert, ingenti refluxu desiccatam fuisse, mari in opposita tum litora refuso. Jamque terra usque ad ipsum maris fundum detecta, per gravem denuo æstum pristino undam alveo restitutam esse.

---

cedit. Paullo post Mornington sita est insula, quæ quum ruinas habeat, in mappa Moresbyana Ptolemaidis sedes fuisse censetur. Ceterum longe aliter statuit Ptolemæus, qui Ptolemaidem in 16° 25′, sive in eadem cum Meroe latitudine collocat, observatione quadam nitens astronomica (v. not. seq.), putansque a Berenice ad Ptolemaidem stadia esse 5000 vel 4820 (Strabo p. 768. Plin. VI, 4). De his h. l. disputare longum foret. Priscum subesse errorem reliqua omnia suadent. Falsissimas sæpe fuisse observationes, quibus fisi astronomi latitudinem locorum definiebant, satis constat. Sic, ut unum afferam, Hipparchus aliique Massiliam et Byzantium sub eodem parallelo posuerunt, quod gnomonis umbram eodem tempore eandem esse in utroque loco animadvertisse putabant (Strabo I, p. 63). Ceterum inde ab hoc fere tractu tanta est apud Ptolemæum in graduum notatione perturbatio, ac tam longe a vero recedit sinus Arabici quam ille sibi finxit delineatio, ut unica fere tabularum utilitas in serie nominum posita sit.

Phot. 84. Ὅτι φησί, Τὰ μὲν ἕως τῶν Ταύρων καὶ Πτολεμαΐδος ἡρμήνευται, τὰ δὲ ἀνωτέρω τούτων οὐ τὴν τυχοῦσαν λαμβάνει μετάβασιν· κεῖται γὰρ οὐκέτι τὰ ἐπέκεινα πρὸς μεσημβρίαν τῆς χώρας, ἀεὶ δὲ πρὸς τὴν ἀνατολὴν ἀναστρέφει μᾶλλον, καὶ τὰς σκιὰς βάλλει τέως δυεῖν ὡρῶν εἰς τὸν ἀντικείμενον τόπον τῆς ἄρκτου. Ἔτι δὲ ποταμοῖς καταρρεῖται τὰς πηγὰς ἀναφαίνουσιν ἀπὸ τῶν Ψεβαιῶν καλουμένων ὀρῶν. Τῆς δὲ χώρας ἡ μὲν εἰς τὴν μεσόγειαν ἀνατείνουσα πλήρης ἐλεφάντων καὶ ῥινοκέρων καὶ ταύρων καὶ ὑῶν, τὰ δὲ εἰς τὸν πόρον καθήκοντα νήσοις ἅπαντα πυκνοῦται τῇ φύσει μὲν ἀκάρποις, γεμούσαις δὲ ὀρνέων ἀνιστορήτους

84. Loca quæ sunt ad Tauros et Ptolemaidem usque jam explicata sunt. His autem ulteriora insignem subeunt situs mutationem; non enim ad meridiem amplius jacent, sed magis ac magis ad ortum se reflectunt, et umbras ad horas binas (?) projiciunt in oppositam septentrionibus plagam. Fluviis etiam rigantur, qui e Psebæis, quos vocant, montibus scaturiunt. Ejus regionis tractus versus mediterranea pertinens, plenus est elephantis ac rhinocerotibus taurisque et suibus; quæ vero ad sinum pertingunt, multis conferta sunt insulis, quæ fructuum inopes, avibus, quarum

---

Diod. 84. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν τόπων τὸν μὲν ἀπὸ Πτολεμαΐδος παράπλουν ἕως τῶν Ταύρων ἀκρωτηρίων προειρήκαμεν, ὅτε Πτολεμαίου τὴν τῶν ἐλεφάντων θήραν ἀπηγγείλαμεν. Ἀπὸ δὲ τῶν Ταύρων ἐπιστρέφει μὲν ἡ παράλιος πρὸς τὰς ἀνατολάς, κατὰ δὲ τὴν θερινὴν τροπὴν αἱ σκιαὶ πίπτουσι πρὸς μεσημβρίαν ἐναντίως ταῖς παρ' ἡμῖν ἄχρι πρὸς ὥραν δευτέραν. Ἔχει δὲ καὶ ποταμοὺς ἡ χώρα ῥέοντας ἐκ τῶν προσαγορευομένων Ψεβαιῶν· διείληπται δὲ καὶ πεδίοις μεγάλοις φέρουσι μαλάχης καὶ καρδάμου καὶ φοίνικος ἄπιστα

84. (*Cap.* 41.) Navigatio a Ptolemaide ad Tauros promontorium (*Navigatio ad Tauros et Ptolemaidem*) jam a nobis explicata est, quum de Ptolemæi circa elephantorum venationem studio dicebatur. A Tauris maritima se ad orientem vertunt. Hic sub æstivi solstitii circulo umbræ ad meridiem, contra quam apud nos fit, usque ad anni vertentis tempestatem secundam projiciuntur. Hæc terra fluviis, e Psebæis, ut vocant, montibus effusis rigatur, et in longe patentes campos distributa insolitæ magnitudinis

---

§ 84, l. 1. ἕως τῶν Ταύρων καὶ Πτολεμαΐδος] sic C; voc. Ταύρων om. A; ταύρων καὶ om. B, spatium vacuum relinquens. Apud Diodorum legitur: ἀπὸ δὲ τούτων τῶν τόπων τὸν μὲν ἀπὸ Πτολεμαΐδος παράπλουν ἕως τῶν Ταύρων (Ταυρικῶν var. lect.) ἀκρωτηρίων, προειρήκαμεν κτλ. Quæ confusa et oscitanter dicta esse ex comparatis Photio, Artemidoro et Ptolemæo patet. Debebat: Τούτων δὲ τῶν τόπων τὸν ἀπὸ * * ἕως τῶν Ταύρων ἀκρωτηρίων καὶ Πτολεμαΐδος παράπλουν προειρήκαμεν ὅτε κτλ. At nusquam de his Diodorus exposuit, sed temere exscripsit Agatharchidem, qui de hoc tractu, quem paucis nunc absolvit, accuratius exposuerit ubi de Eumede ad elephantorum venationem emisso deque prima Ptolemaidis origine sermonem instituit. Nonnulla hinc servavit Artemidorus. || — 4. πρὸς τὴν] παρὰ τὴν C. || — 6. τέως δυεῖν ὡρῶν]. Nisi majus ulcus latet, antiquo librorum vitio τέως β' ὡρῶν scriptum fuerit aut pro τέως α' ὥρας, *per primam anni vertentis tempestatem*, i. e. per tres menses (inde a solstitio) aut pro τέως ϟ' ἡμερῶν (uti est apud Plinium) aut pro ἕως β' ὥρας, quod posterius præferendum esse videtur, quoniam eodem ducunt verba Diodori ἄχρι πρὸς ὥραν δευτέραν, quamquam si rem spectas, minus recte habet, quoniam tres isti menses quibus umbra meridiem vergebat, non debebant computari ab initio anni Olympici sive a solstitio. Distinctius rem exponit Plinius II, 75: *Constatque in Berenice urbe Troglodytarum, et inde quattuor milibus DCCCXX in eadem gente, Ptolemaide oppido quod in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quinis diebus totidemque postea fieri, et per eos XC dies in meridiem umbras jaci.* Idem II, 76: *In tota Troglodytice umbras bis quadraginta diebus in anno Eratosthenes in contrarium cadere prodidit.* Idem VI, 34: *Ultra silvæ, ubi Ptolemais a Philadelpho condita ad venatus elephantorum, ob id Epitheras cognominata, juxta lacum Monoleum. Hæc est regio secundo volumine a nobis significata, in qua XXXXV diebus ante solstitium totidemque postea hora sexta consumuntur umbræ et in meridiem reliquis horis cadunt, ceteris diebus in septentrionem, cum in Berenice quam primam posuimus ipso die solstitii sexta hora umbræ in totum apsumantur, nihilque adnotetur aliud novi. DCII mil. pass. intervallo a Ptolemaide res ingentis exempli locusque suptilitatis immensæ, mundo ibi deprenso, cum indubitata ratione umbrarum Eratosthenes mensuram terræ prodere inde cœperit.* Cf. Ptolem. VIII, 16, 10. || — 7. ποταμοῖς] om. AB; dein καταρρύτοις correct. A. || — 8. Ψεβαιῶν] sic Photius et 5 codd. Diodori; Ψεσβαίων, Θεβαίων, Θηβαίων, Ψεκίων ceteri. Infra pro Ψεβαίας plurimi libri habent Ψεβάρας. Montes Psebæos in Artemidori exc. non memorantur; at Ψεβὼ λίμνην ex Artemidoro, et Ψεβὼ χώραν ἐνδοτέραν Αἰθιοπίας... ἀπέχουσαν τῆς Αἰθιοπίας ὁδῶν ε', ex Aristagora laudat Stephanus Byz. s. v. Ex Artemidoro hausisse videtur etiam Strabo XVII, p. 822, ubi: Ὑπέρκειται δὲ τῆς Μερόης ἡ Ψεβώα, λίμνη μεγάλη, νῆσον ἔχουσα οἰκουμένην ἱκανῶς. Urbem istam *Semboitin* e Bione vocat Plinius; lacus est hodiernus *Tzana* in *Dembea* regione. Quibus collatis probabile fit Psebæos montes ab Agatharchide appellari totum istum montium tractum qui inde ab 18° lat. usque ad fauces sinus pertinet. Vaga sunt quæ in Pseudo-Aristotele De mundo leguntur, ubi tanquam insulas Britannia non minores nominantur Taprobane et ἡ Ψεβὼ καλουμένη κατὰ τὸν Ἀραβικὸν κειμένη κόλπον. Cf. Salmasius ad Solin. p. 782. || — 12. ὀρνέων ἀνιστορήτους] ἀνι-

Phot. ἰδέας ἐχόντων. Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἡ μὲν θάλαττα βαθεῖά τε καὶ πλόϊμος, κήτη δὲ ἔχει τηλικαῦτα, ὥστε ἀγωνιᾶν τὸν ἰδόντα· οὐ μέντοι διαπεφώνηκεν οὐδεὶς, πλὴν τῶν περιπεπτωκότων ἀκουσίως ταῖς λοφιαῖς διὰ τὴν τῶν εἰρημένων ἄγνοιαν· καὶ γὰρ οὐδὲ διώκειν δύναται θρασύτερον τοὺς πλέοντας, τῶν ὀμμάτων τοῖς θηρίοις ἀμαυρουμένων, ὅταν ἐκ τῆς θαλάττης τὰ πρόσωπα ἀναφαίνωσιν.

species nondum compertæ, frequentantur. Mare exinde profundum est et navigabile, ubi tantæ vastitatis sunt cete, ut horrorem incutiant videnti. Nemo tamen ab iis perit, nisi si qui inviti in arrectas dorsi pinnas propter rei ignorantiam incurrant; non enim consectari possunt audacius navigantes, quum obtusa oculorum sit acies e mari eminentibus.

Diod. μεγέθη· ἐκφέρει δὲ καὶ καρποὺς παντοίους, τὴν μὲν γεῦσιν ἔχοντας νωθρὰν, ἀγνοουμένους δὲ παρ' ἡμῖν. Ἡ δὲ πρὸς τὴν μεσόγειον ἀνατείνουσα πλήρης ἐστὶν ἐλεφάντων καὶ ταύρων ἀγρίων καὶ λεόντων καὶ πολλῶν ἄλλων παντοδαπῶν θηρίων ἀλκίμων. Ὁ δὲ πόρος νήσοις διείληπται καρπὸν μὲν οὐδένα φερούσαις ἥμερον, ἐκτρεφούσαις δ' ὀρνέων ἴδια γένη καὶ ταῖς προσόψεσι θαυμαστά. Ἡ δ' ἑξῆς θάλαττα βαθεῖα παντελῶς ἐστι, καὶ κήτη παντοδαπὰ φέρει παράδοξα τοῖς μεγέθεσιν, οὐ μέντοι λυποῦντα τοὺς ἀνθρώπους, ἐὰν μή τις ἀκουσίως αὐτῶν ταῖς λοφιαῖς περιπέσῃ· οὐ δύνανται γὰρ διώκειν τοὺς πλέοντας, ὡς ἂν κατὰ τὴν [ἐκ] τῆς θαλάττης ἄρσιν ἀμαυρουμένων αὐτοῖς τῶν ὀμμάτων ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸν ἥλιον φέγγους. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ μέρη τῆς Τρωγλοδυτικῆς ἔσχατα γνωρίζεται, περιγραφόμενα ταῖς ἄκραις ἃς ὀνομάζουσι Ψεβαίας.

85. Τὸ δ' ἄλλο μέρος τῆς ἀντιπέραν παραλίου τὸ προσκεκλιμένον Ἀραβίᾳ πάλιν ἀναλαβόντες ἀπὸ τοῦ μυχοῦ διέξιμεν. Οὗτος γὰρ ὀνομάζεται Ποσείδειον, ἱδρυσαμένου Ποσειδῶνι πελαγίῳ βωμὸν Ἀρίστωνος τοῦ πεμφθέντος ὑπὸ Πτολεμαίου πρὸς κατασκοπὴν τῆς ἕως Ὠκεανοῦ παρηκούσης Ἀραβίας. Ἑξῆς δὲ τοῦ μυχοῦ τόπος ἐστὶ παραθαλάττιος ὁ τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφερόντως πρὸς τὴν εὐχρηστίαν τὴν ἐξ αὐτοῦ.

malvas, cardamum et palmas variosque insuper fructus sapore hebetes et nobis ignotos producit. Quæ se versus mediterranea protendit, elephantibus, tauris agrestibus, leonibus aliisque bestiis efferis plena est. Fretum distinctum est insulis, quæ nihil quidem mitioris fructus gignunt, sed peculiaris generis aves exhibent, specie admirandas. Mare inde profundissimum est et varia cete magnitudinis stupendæ gerit; quæ tamen hominibus non sunt molesta, nisi quis invitus fortassis in arrectas dorsi pinnas incurrat. Non possunt enim persequi navigantes, quoniam ad maris superficiem evectis claritate solis oculi hebetantur. Hæc Troglodyticæ extrema, promontoriis, quas Psebæas vocant, circumscripta, in notitiam nostram cadunt.

85. (*Cap.* 42.) Nunc alteram ex adverso oram, quæ ad Arabiam inclinat, perlustrabimus, ab extremo sinu iterum exorsi. Id Neptunium appellatur, quod Aristo, ad explorandum Arabiæ litorales terras ad Oceanum usque a Ptolemæo missus, aram Neptuno pelagi deo illic consecravit. Intimum hunc recessum excipit locus maritimus, quem propter utilitatem apprime honorant accolæ, Palmeti nomine insignem. Plurimis

---

στορήτων ὀρνέων ἰδέας· τὸ δὲ ἀπὸ κτλ. C. Inter insulas sinus etiam Ὀρνέων νῆσον memorat Ptolemæus IV, 5, p. 305. || — 2. πλώϊμος B. || — 4. περιπεπτωκότων... ταῖς λοφιαῖς κτλ.] Horum fides penes auctorem esto. Nescio an huc pertineat quod Saltius narrat; de piscium magnorum recensque mortuorum cumulis immensis, quos natantes sæpius offendit non ita longe ab ostio sinus Arabici (sub 10° lat.). || — 8. ἀναφήνωσιν C.

§ 85, l. 27. Οὗτος γὰρ ὀνομάζεται Ποσείδειον] Pro Ποσείδειον nonnulli codices Ποσείδιον, quod in Artemidori excerptis etiam Strabonis codices exhibent. Insolita ratione ipse μυχὸς sinus Heroopolitici vocatur Ποσείδειον; exspectabas Ποσειδείου, a promontorio scilicet, in quo proficiscens Aristo aram struxerat. Sed nihil mutandum. Similiter Strabo ait p. 767: Ἀπὸ Ἡρώων πόλεως, ἥτις ἐστὶ πρὸς τῷ Νείλῳ μυχὸς τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου, *quæ urbs est recessus sinus Arabici a Nili latere* (quum alter esset recessus Ælaniticus), pro *ad quam urbem est recessus*. Quæ verba varie ab interpretibus tentata, recte, opinor, tuetur Bernhardyus in Fragm. Eratosth., p. 102. Ceterum μυχὸς Diodoro non est totus sinus Heroopoliticus, sed intima ejus pars. Nam ἑξῆς τοῦ μυχοῦ (συνεχὴς τοῦ Ποσειδίου Artemidor.) est ὁ φοινικὼν, qui ad hodiernam *Tor* urbem pertinet; tum sequitur ἀκρωτήριον τῆς ἠπείρου (*Ras Mahomed*) cum Phocarum insula, tum Maranitarum prisca sedes, tum demum sinus Ælaniticus. Confer etiam verba Strabonis p. 776: Φησὶ δὲ (Artemidorus) ἐνδοτέρω κεῖσθαι τοῦτο (τὸ Ποσείδιον) τοῦ Ἐλανίτου μυχοῦ, in quibus Gosselinus, Letronnus, Groskurdius vocem Ἐλανίτου expellendam esse putarunt, adeo ut sensus sit Posidium in interiore sinus Heroop. parte situm esse. At mendo h. l. codices vacui; dicit auctor Posidium interius jacere, i. e. τὸν μυχὸν sinus Heroopolitici profundius in continentem penetrare quam recessum sinus Ælanitici. Quonam potissimum loco Aristo aram Neptuno erexerit, certius quidem dici vix potest; probabiliter autem ὁ μυχὸς pertinuit usque ad *Ras Scheratibh* prope *Wadi Firam* situm, ubi ponendum etiam quod unicum in hoc tractu Ptolemæus VI, 7 memorat τὸ κατὰ Φαρὰν ἀκρωτήριον; in eoque, puto, erat ara Neptuni. Falsum esse Mannertum eumque secutos Ritterum aliosque, qui Posidii nomine *Ras Mahomed* significari censebant, e Photio patet. Sinum Heroopoliticum, quem nonnulli *Arsinoiten* et

Phot. 86. Ὅτι τοῦ Φοινικῶνος τὰ μὲν ἄνωθεν ὁρώμενα πέτραας ὕψεσι ποικίλαις κατέχεται, τοῖς δὲ πρὸς θάλασσαν διήκουσιν ᾐὼν ὑπόκειται στενή τε καὶ μακρά.

86. Quæ Palmeto illi a mediterraneis imminentia oculis se offerunt, obtinentur a petris celsitudine variis; porrectis autem ad mare litus subjectum est angustum et longum.

Diod. Οὗτος δ' ὀνομάζεται μὲν Φοινικών, ἔχει δὲ πλῆθος τούτου τοῦ φυτοῦ πολύκαρπον καθ' ὑπερβολὴν καὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ τροφὴν διάφορον. Πᾶσα δ' ἡ σύνεγγυς χώρα σπανίζει ναματιαίων ὑδάτων καὶ διὰ τὴν πρὸς μεσημβρίαν ἔγκλισιν ἔμπυρος ὑπάρχει· διὸ καὶ τὸν κατάφυτον τόπον, ἐν ἀπανθρωποτάτοις ὄντα μέρεσι καὶ χορηγοῦντα τὰς τροφάς, εἰκότως οἱ βάρβαροι καθιερώκασι. Καὶ γὰρ ὕδατος οὐκ ὀλίγαι πηγαὶ καὶ λιβάδες ἐκπίπτουσιν ἐν αὐτῷ, ψυχρότητι χιόνος οὐδὲν λειπόμεναι· αὗται δὲ ἐφ' ἑκάτερον μέρος τὰ κατὰ τὴν γῆν χλωρὰ ποιοῦσι καὶ παντελῶς ἐπιτερπῆ. Ἔστι δὲ καὶ βωμὸς ἐκ στερεοῦ λίθου παλαιὸς τοῖς χρόνοις, ἐπιγραφὴν ἔχων ἀρχαίοις γράμμασιν ἀγνώστοις· ἐπιμελοῦνται δὲ τοῦ τεμένους ἀνὴρ καὶ γυνή, διὰ βίου τὴν ἱερωσύνην ἔχοντες. Μακρόβιοι δ' εἰσὶν οἱ τῇδε κατοικοῦντες, καὶ τὰς κοίτας ἐπὶ τῶν δένδρων ἔχουσι διὰ τὸν ἀπὸ τῶν θηρίων φόβον.

87. Παραπλεύσαντι δὲ τὸν Φοινικοῦντα πρὸς ἀκρωτηρίῳ τῆς ἠπείρου νῆσός ἐστιν ἀπὸ τῶν ἐναυλιζομένων ἐν αὐτῇ ζῴων Φωκῶν νῆσος ὀνομαζομένη· τοσοῦτο γὰρ πλῆθος τῶν θηρίων τούτων ἐνδιατρίβει τοῖς τόποις, ὥστε θαυμάζειν τοὺς ἰδόντας. Τὸ δὲ προκείμενον ἀκρωτήριον τῆς νήσου κεῖται κατὰ τὴν καλουμένην Πέτραν τῆς Ἀραβίας καὶ τὴν Παλαιστίνην· εἰς γὰρ ταύτην τόν τε λίβανον καὶ τἄλλα φορτία τὰ πρὸς εὐω-

enim palmis consitus est, quæ summa ubertate fructus tam ad voluptatem quam ad victum conducentes proferunt. Sed totus in propinquo ager aquis fluvialibus destitutus est; et quia ad meridiem vergit, maximos solis ardores sustinet. Propterea locum ita fertilem, inque remotissimis ab hominum cultu terris tam largum nutrimenti, non immerito Barbari consecrarunt. Nam aquarum fontes non exigui, et rivi frigiditate aquarum nivi haud cedentes ibidem promanant, quorum ad utrumque latus virescunt omnia et dulci amœnitate perfunduntur. Ara etiam illic e duro saxo vetustissima est, obsoletis et incognitis literarum notis inscripta. Huic sacrario vir et mulier continenti per vitam sacerdotio præsunt. Longævi sunt qui ibi morantur, et propter bestiarum metum cubilibus suis arbores occupant.

87. Palmetum hoc prætervectus ad continentis promontorium insulam offendit, quæ a belluis ibi stabulantibus Phocarum nomen habet. His enim adeo redundat, ut in summam videntes admirationem deveniant. Prætentum huic insulæ promontorium Petram Arabiæ et Palæstinam respicit. In hanc Petram thus aliasque odoriferas merces, ut fer-

---

Ægyptium (Joseph. A. J. VIII, 2) vocabant, Arabes, testante Plinio VI, 33, appellabant *Ean* (*Æant*, *Sean*, *Soean* var. lect.), nescio an ab *Ain* vel *Ajun Muse*. Idem Plinius VI, 34 Arsinoen conditam dicit in sinu *Caranda* s. *Charandra* s. *Carandra*, quod nomen duxerim ab *Wadi Gharandel* (sic scribit Seetzen; alii: *Garondel*, *Garundel*, *Gharundel*, *Girondel*, *Corondel*. V. Ritter XIV, p. 35. 115. 816. 885), quæ vallis a borea promontorii *Hammam* in sinum (*Birket Gharandel*) exit, ad quem urbem cognominem, ab Antonio Martyre (§ 20) *Surandela* dictam, fuisse monet Ritterus XIV, p. 34. || — 1. Φοινικών] Proxime sequitur urbs *Tor* palmetis suis famigerata. V. Ritter XII, p. 773, qui nostrum locum in Arabia primum vel inter primos fuisse censet, in quem ex Nabatæis Babyloniis cultura palmarum frugiferarum deducta sit. De panegyri ibi celebrata vide § 88. Etiamnum Arabes ferocissimii, qui in *Magna* ad sinum Ælaniticum degunt, palmularum maturarum tempestate festos agunt et peregrinos quosque hospitio contra morem excipiunt. Ceterum ita Wesselingius : « Nobilis hujus palmeti frequens est mentio, quamquam non omnes eodem modo describunt. Theophrastus Hist. pl. II, 9 partem facit vallis palmiferæ, quæ a Syriæ finibus in sinum usque Arabicum pertineat; quod verum esse haud puto. Procopius Bell. Pers. I, 19, Saracenos in eo incoluisse cum Nonnoso ap. Phot. cod. 3 [Fr. Histor. t. IV, p. 169] prodit. Cosmas vero Indopleustes Topogr. V, p. 195, Israelitas, sinum Arabicum emensos, ad Phœniconem in Arabiæ continentem escendisse auctor est, haud profecto absurde : neque enim longe hinc abfuerunt *Elim*, ubi et fontes plures pluresque palmæ, plane ut hoc in loco, Exod. XV, 27; ut prorsus mihi persuadeam Phœniconem hunc ab eo diversum non fuisse. Ceterum insignis de Phœnicone locus est in Actis Sinaitarum monachorum, ab Ammonio descriptis et in Lectis martyrum triumphis a Francisco Combefisio vulgatis p. 96 sqq. Ea vide. » Quæ apud Procopium l. l. leguntur, ad nostrum locum pertinere nequeunt; pluresque erant Phœnicones, quorum unum in ora Arabiæ (26° 20′ lat.) memorat Ptolemæus, φοινίκων κώμην vocans. || — 16. βωμὸς ἐκ στερεοῦ λίθου]. Rupes ac magna saxa ignotis literis inscripta etiamnum quamplurima exstant in eo tractu, ubi *Sarbal* mons ingentes vertices prisco *Baal* sive *Serval* (i. q. *Civa*) dei cultu Syrio vel Philistæo olim sanctos in auras attollit. De quibus legi meretur Ritterus XIV, p. 37 et 733 sqq. || — 19. Μακρόβιοι]. Sic codd. optimi; alii μακροί; deteriores μακάριοι, quorum lectionem secutus est Ritter. XIII, p. 774. Cf. Lucian. Macrob. c. 4 : Καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστόρηται διὰ τὴν δίαιταν, ὥσπερ... Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων. Hodie palmetorum pars, quæ ad Sinaitarum

Phot. 87. Τῇ δὲ εἰρημένῃ παραλίᾳ συνάπτει μὲν τόπος, ὃν προσηγόρευσαν Νῆσσαν ἀπὸ τῆς τοῦ ζώου πολυπληθίας· αὕτη δὲ ἡ Νῆσσα κεῖται μὲν ἐγγὺς ἀκρωτηρίου καθ' ὑπερβολὴν ὑλώδους, διατείνει δὲ ἐπ' εὐθείας θεωρουμένη πρός τε τὴν Πέτραν καλουμένην καὶ τὴν Παλαιστίνην, εἰς ἣν Γερραῖοι καὶ Μιναῖοι καὶ πάντες οἱ πλησίον ἔχοντες τὰς οἰκήσεις Ἄραβες τόν τε λιβανωτόν, ὡς λόγος, καὶ τὰ φορτία τὰ πρὸς εὐωδίαν ἀνήκοντα ἀπὸ τῆς χώρας τῆς ἄνω κατάγουσιν.

87. Oram hanc attingit locus, quem Nessam seu Anatem (deb.: *attingit insula, quam Phocarum*) ab animalis hujus multitudine nuncupant. Jacet hæc juxta promontorium apprime silvosum, et linea recta ad Petram, quam vocant, et Palæstinam tendit, in quam Gerrhæi et Minæi et omnes in propinquo Arabes thus (ut ferunt) et rerum fragrantium sarcinas e superiori provincia deportant.

Diod. δίαν ἀνήκοντα κατάγουσιν, ὡς λόγος, ἐκ τῆς ἄνω λεγομένης Ἀραβίας οἵ τε Γερραῖοι καὶ Μινναῖοι.

tur, ex Arabia superiori Gerrhæi et Minnæi convehunt.

88. Τὴν δ' ἑξῆς παραθαλάττιον τὸ μὲν παλαιὸν ἐνέμοντο Μαρανῖται, μετὰ δὲ ταῦτα Γαρινδανεῖς, ὄντες

88. (*Cap.* 43.) Oram quæ sequitur antiquitus colebant Maranitæ, postea autem Garindanenses, qui re-

---

monasterium pertinet, monachos habet custodes, priscæ longævitatis heredes. « We found an old priest, 70 years of age, who had fulfilled that duty for forty years. His habitation was a small square tower, erected in one corner of the garden, inaccessible except by mean of a ladder, which, when retiring to his retreat in less tranquil time, he draw up after him. » *Wellsted. Travels in Arabia* I, p. 11.

§ 87, l. 2. Νῆσσαν] « Equidem Agatharchidis hæc esse induci ut credam, necdum possum; prohibent Diodorus et Artemidorus, e quo sua Strabo; Photio potius vitiosum codicem secuto ea tribuero. Nam ne alium locum signari putes, eadem omnia quæ Phocarum insulæ Diodorus et Strabo tribuunt, Nessæ illi in Excerptis Ag. dantur. » Wesseling. ad Diodor. Recte haud dubie. Certe nihil huc pertinet neque *Beled el Nessara* (i. e. vicus Christianorum. Wellsted. I, p. 9) prope *Tor* urbem, neque *Wadi Nassub* ad sinum Heroopoliticum (sub 29° lat. in mappa Sinaitæ peninsulæ ap. Wellstedium), neque quod ad Ælaniticum sinum ex Burchardo Ritterus (XIV, p. 558) memorat *Wadi Nasseb*. Occurrit quidem apud Plinium VI, 32 *Nessa* quædam inter oppida Arabiæ, sed in loco a nobis prorsus alieno. Phocarum genus, *Halicore*, quod ad sinum Ælaniticum etiam nunc capitur, ab indigenis vocatur *Naka* vel *Uakat el bahr* (i. e. *vacca maris*), testante Rüppellio (*Reise* p. 187). Jam videant literarum Arabicarum periti, an non ex vetere Arabum lingua insula phocarum vel *Nessa* vel similiter appellari potuerit, ideoque Photiana refingere liceat hunc fere in modum : Συνάπτει μὲν τούτοις τοῖς τόποις νῆσος ἣν προσηγόρευσαν Νησσὰν ἤτοι Φωκῶν, ἀπὸ κτλ. Promontorium (ἀκρωτήριον τῆς ἠπείρου), cujus nomen nemo tradit, ultima est peninsulæ extremitas, tenui tænia longe procurrens, quod hodie vocamus *Ras Mahomed;* adjacet parva insula, de qua monuimus. Gosselinus Phocarum insulam in hodierna *Scheduan*, Libyæ quam Arabiæ propiori, quæsivit; Mannertus de insula *Tyran* cogitavit. || — 4. διατείνει δὲ, κτλ.] Hoc de promontorio dicit Diodorus, nec non Artemidorus : ὃ διατείνει πρὸς τὴν Πέτραν, i. e. promontorii tractus ita directus est, ut linea recta per longitudinem ejus ducta boream versus Petram et Palæstinam tangat. Quamquam minus hoc accurate traditur. || — 5. Πέτραν] De Petra, magno istis temporibus emporio, quod ex meridionali Arabia Minæi 70 dierum itinere, ex ora sinus Persici 40 dierum via Gerrhæi petebant, in quod a Leucocome portu merces mari advectæ deportabantur (Peripl. M. Rubr. p. 11 Huds.), multus est Ritterus XIV, p. 118 sqq. || — 6. Μιναῖοι] Μινναῖοι BC. *Minæos* dicunt etiam Plinius VI, 32. XII, 30, Ptolemæus VI, 7 p. 407 et Stephanus Byz. v. Κάρναχα, eaque scriptura nominis (hod. *Iemen*) præstat. Μινναῖοι Diodori codd., Dionys. Per. 959, Marcianus Her. ap. Stephan. v. Μινναῖοι (ubi contra codd. auctoritatem Μιναῖοι scripserunt Berkelius et Meinekius); Μειναῖοι codd. Strabonis p. 767.

§ 88, l. 12. τὴν δ' ἑξῆς] i. e. oram inde ab *Ras Mahomed* usque ad ostium sinus Ælanitici, de quo sermo est § 89. || — 13. Μαρανῖται] Codices Diodori h. l. Μαρανεῖς, Μαριανεῖς, Μαρινεῖς, Ναρινεῖς, Νεαρῖνες, Νεαρινεῖς; at paullo post : Μαρανητῶν et Μαρανιτῶν. Strabonis codd. : Μαρανειτῶν et Μαρανιτῶν. Nomen populi vel Agatharchidis ætate deleti a serioris ævi geographis non memorari haud mirum foret; quare imbecillis Salmasii (ad Solin. p. 346) conjectura pro Μαρανῖται e Ptolemæo V, 7, legendum esse Φαρανῖται (*Wadi Firan* accolæ), probante Gosselino II, p. 242, nec refragante Rittero XIV, p. 70. 87. Ceterum apposite Gosselinus contra Wesselingium monet nihil ad Maranitas nostros facere *Maranen* urbem ap. Plin. VI, 32. Contra vero ad nos pertinent *Epimaranitæ*, quos in eodem capite Plinius memorat. Etenim quæ ap. Plinium leguntur inde a verbis : *Gentes Epimaranitæ ; mox Ichthyophagi* usque ad : *emporium eorum Acila :* ea pertinent ad descriptionem oræ orientalis sinus Arabici : quod fugisse plurimos miror. || — 13. Γαρινδανεῖς] Sic codd. AD; Γαρυνδανεῖς ceteri; Γαρινδαῖοι Artemidor. ap. Strabon. Ritterus XIV, p. 87. 148. veteris nominis vestigia superesse suspicatur in *Wadi Gharundel*, cujus supra jam memini. Addere licebat non longe inde abesse *Wadi Marra* sive *Mara*, in eaque regione fuisse *Maran* locum (Moses II, 15, 22) cum fonte aquæ *amaræ* (*mara* hebr.; *morra* arab.), qui hodie est *Ain Howara* (Ritter XIV, 818), adeo ut Maranitarum ibi sedes fuisse conjiceres. At series narrationis non illuc nos ducit, sed ad oram Ælanitico sinui vicinam, in qua alterum *Wadi Marra* mappa Berghausiana ha-

Diod. πλησιόχωροι. Τὴν δὲ χώραν κατέσχον τοιῷδέ τινι τρόπῳ· ἐν τῷ πρόσθεν λεχθέντι Φοινικῶνι συντελουμένης πανηγύρεως πενταετηρικῆς, ἐφοίτων πανταχόθεν οἱ περίοικοι, καμήλων εὖ τεθραμμένων ἑκατόμβας τοῖς ἐν τῷ τεμένει θεοῖς θύσοντες, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ὑδάτων τῶν ἐξ αὐτοῦ κομιοῦντες εἰς τὰς πατρίδας διὰ τὸ παραδίδοσθαι τοῦτο τὸ ποτὸν παρασκευάζειν τοῖς προσενεγκαμένοις τὴν ὑγίειαν. Διὰ δὴ ταύτας τὰς αἰτίας τῶν Μαρανιτῶν καταντησάντων εἰς τὴν πανήγυριν, οἱ Γαρινδανεῖς τοὺς μὲν ἀπολελειμμένους ἐν τῇ χώρᾳ κατασφάξαντες, τοὺς δ' ἐκ τῆς πανηγύρεως ἐπανιόντας ἐνεδρεύσαντες διέφθειραν· ἐρημώσαντες δὲ τὴν χώραν τῶν οἰκητόρων, κατεκληρούχησαν πεδία καρποφόρα καὶ νομὰς τοῖς κτήνεσι δαψιλεῖς ἐκτρέφοντα. Αὕτη δ' ἡ παράλιος λιμένας μὲν ὀλίγους ἔχει, διείληπται δὲ ὄρεσι πυκνοῖς καὶ μεγάλοις, ἐξ ὧν παντοίας ποικιλίας χρωμάτων ἔχουσα θαυμαστὴν παρέχεται θέαν τοῖς παραπλέουσι. Παραπλεύσαντι δὲ ταύτην τὴν χώραν ἐκδέχεται κόλπος Λαιανίτης, περιοικούμενος πολλαῖς κώμαις Ἀράβων τῶν προσαγορευομένων Ναβαταίων. Οὗτοι δὲ πολλὴν μὲν τῆς παραλίου νέμονται, οὐκ ὀλίγην δὲ καὶ τῆς εἰς μεσόγειον ἀνηκούσης χώρας, τόν τε λαὸν ἀμύθητον ἔχοντες καὶ θρεμμάτων ἀγέλας ἀπίστους τοῖς πλήθεσιν. Οἳ τὸ μὲν παλαιὸν ἐξῆγον δικαιοσύνῃ χρώμενοι καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν θρεμμάτων τροφαῖς ἀρκούμενοι, ὕστερον δὲ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας βασιλέων πλωτὸν τοῖς ἐμπόροις ποιησάντων τὸν πόρον, τοῖς τε ναυαγοῦσιν ἐπετίθεντο καὶ λῃστρικὰ σκάφη κατασκευάζοντες ἐλῄστευον τοὺς πλέοντας, μιμούμενοι τὰς ἀγριότητας καὶ παρανομίας τῶν ἐν τῷ Πόντῳ Ταύρων· μετὰ δὲ ταῦτα ληφθέντες ὑπὸ τετρηρικῶν σκαφῶν πελάγιοι προσηκόντως ἐκολάσθησαν.

gionem hoc occuparunt modo. In Palmeto ante memorato ad quinquennem festi celebritatem undique finitimi conveniebant, tum ut saginatorum hecatombas camelorum diis luci præsidibus immolarent, tum ut de aquis inde scaturientibus aliquid in patriam referrent, quarum potu sanitatem conciliari traditum esset. Hanc ob causam Maranitis ad solemne sacrum profectis, Garindanenses domi relictos trucidant, et a festo quoque reversos per insidias cædunt. Atque ita terra incolis viduata, campos illos frugiferos et pascua gregibus et armentis nutriendis apta sorte inter se dividunt. Raros tamen hæc ora portus habet, propter crebros vastorum montium intercursus; unde variis ornata coloribus mirificum præternavigantibus spectaculum præbet. Ulterius progressos sinus Læanites excipit, multis Arabum pagis frequentatus, quos Nabatæos vocant. Hi multum ad mare, multum etiam in mediterraneis loci obtinent. Populosa enim est et supra modum pecorosa regio. Olim juste exigebant vitam alimentis ex re pecuaria contenti; sed postquam Alexandriæ reges navigabilem mercatoribus sinum reddiderant, non modo naufragis vim intulere, verum prædatoriis myoparonibus de aliis etiam nautis prædas egere, Tauros Ponti accolas feritate scelerumque ausu nefario imitantes. Sed tandem quadriremibus scaphis in alto pelago expugnati meritas dedere pœnas.

---

bet. Ut autem complures *valles Mara*, sic etiam complures *wadi Gharundel* in Arabia Petræa reperiuntur (Ritter. XIV, p. 115). || — 3. πανηγύρεως πενταετηρικῆς] Pentaetericam festi rationem nescio an a Græcorum celeberrimis solennitatibus ad Arabicas auctor de suo transtulerit. Cf. Nonnosus in Phot. cod. 3 (Fr. Hist. IV, p. 179): Τῶν Σαρακηνῶν οἱ πλεῖστοι, οἵ τε ἐν τῷ Φοινικῶνι καὶ οἱ τοῦ Φοινικῶνος καὶ τῶν ὀνομαζομένων Ταυρηνῶν ὀρῶν (Cf. *Djebel Tauran*, de quo ex Robinsono Ritterus XIV, p. 260) ἐπέκεινα, ἱερόν τι χωρίον νομίζουσιν ὁτῳδὴ θεῶν ἀνειμένον, καὶ ἐνταῦθα συλλέγονται κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον δίς· ὧν τὴν μὲν τῶν πανηγύρεων αὐτῶν μὴν ὅλος μετρεῖ παρατείνων, σχεδόν που τοῦ ἔαρος κατὰ τὸ μέσον τελουμένην, ὅτε τὸν ταῦρον ὁ ἥλιος ἐπιπορεύεται· ἡ δὲ ἑτέρα πανήγυρις δυσὶ μησὶ παρατείνεται. Μετὰ θερινὰς τροπὰς ἄγουσι ταύτην. Ἐν ταύταις, φησί, ταῖς πανηγύρεσιν πᾶσαν ἄγουσιν εἰρήνην, οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐνδημούντας ἀνθρώπους, φασὶ δὲ ὅτι καὶ τὰ θηρία πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὰ πρὸς ἄλληλα. || — 6. κομιοῦντες εἰς τὰς πατρίδας κτλ.] « Ein Vorbild der Wallfahrten nach Mekka und dem Wunderbrunnen Zemzem. » Ritter. XIII, 774. || — 12. διέφθειραν] Cf. similis calamitas quæ Petræis per panegyris tempus accidit ap. Diodor. XIX, 93. || — 19. Λαιανίτης] Sic ex Photio § 89 Wesselingius; Λαϊνίτης Diodori codd. ABD ap. Dindorf., Ἀλαινίτης ceteri. Εἶτ' ὁ Ἐλανίτης κόλπος Artemidor. ap. Strabon. (sicut Agathemer. I, 3 et Ptolemæus V, 17. VI, 2), quamquam, Plinio teste (VI, 32) Artemidorus *Aleniticum* sinum dixit: *Sinus intumus, in quo Læanitæ, qui nomen ei dedere; regia eorum Agra et in sinu Læana vel, ut alii, Ælana; nam et ipsum sinum nostri Ælaniticum scripsere, alii Æleniticum, Artemidorus Aleniticum, Juba Læniticum.* Urbs τὰ Αἴλανα Straboni, Ἐλάνα Ptol., Αἰλανή Joseph. A. G. VIII, 6, Ἀΐλανον Steph. B., Αἰλὰς Procop. B. P. I, 19, Ἀειλά Philostorg. H. Eccl. III, c. 8, Elat (אילת) Deuteron. II, 8, 2 etc., Αἰλὰθ et Αἰλὼν in LXX. Nunc *Acaba*. Vetus nomen in eo superest quod nautæ sinus Arabici ventum ex Ælanitico recessu flantem (*N. N. O.*) *Ayli* vocant (Ritter. XIII, p. 280). || — 32. τετρηρικῶν] sic e codice D. editiones; τριηρικῶν AEQ; τετριηρικῶν ceteri. Malim τριηρικῶν.

Phot. 89. Ὅτι μετὰ τὸν καλούμενον Λαιανίτην κόλπον, ὃν Ἄραβες περιοικοῦσιν, ἡ Βυθημανέων ἐστὶ γῆ, πολλή τε καὶ πεδιὰς, καὶ πᾶσα κατάρρυτος καὶ βαθεῖα, ἀγρώστει δὲ μόνον καὶ μηδίκῃ καὶ λωτῷ βάθος ἀνδρόμηκες ἔχοντι πᾶς ὁ καρπὸς αὐτῇ περιγράφεται, ἕτερον δὲ γεωργεῖ οὐδέν. Διὸ πολλαὶ μὲν ἐν αὐτῇ ἄγριαι κάμηλοι, πολλαὶ δὲ ἐλάφων καὶ δορκάδων ἀγέλαι, συχναὶ δὲ ποῖμναι προβάτων, καὶ ἀμύθητος ἀριθμὸς ἡμιόνων καὶ βοῶν. Τούτοις δὲ τοῖς εὐκληρήμασιν ἀντικείμε-

89. Post Læanitem (ut vocant) sinum, quem circumbabitant (*Nabatæi*) Arabes, Bythemanensium terra exsistit, spatiosa et plana, totaque irrigua et profunda. Gramine tantum et medica atque loto, ad viri staturam assurgente, omnis ei fructus definitur, nec præterea quicquam agricolatur. Ideoque multæ in ea cameli agrestes, multæ cervorum et dorcadum catervæ, multi etiam ovium greges, et infinita mulorum atque boum armenta. His autem sortis beatæ commodis infortunium hoc annexum est, ut leonum

Diod. 89. Μετὰ δὲ τούτους τοὺς τόπους ὑπάρχει χώρα πεδιὰς κατάρρυτος, ἐκτρέφουσα διὰ τὰς πάντῃ διαρρεούσας πηγὰς ἄγρωστιν καὶ μηδίκην, ἔτι δὲ λωτὸν ἀνδρομήκη. Διὰ δὲ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς νομῆς οὐ μόνον κτηνῶν παντοδαπῶν ἀμύθητον ἐκτρέφει πλῆθος, ἀλλὰ καὶ καμήλους ἀγρίας, ἔτι δ' ἐλάφους καὶ δορκάδας. Πρὸς δὲ τὸ πλῆθος τῶν τρεφομένων ζώων φοιτῶσιν ἐκ τῆς ἐρήμου λεόντων καὶ λύκων καὶ παρδάλεων ἀγέλαι, πρὸς ἃς οἱ κτηνοτροφοῦντες ἀναγκάζονται καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ θηριομαχεῖν ὑπὲρ τῶν θρεμμάτων· οὕτω τὸ τῆς χώρας εὐτύχημα τοῖς κατοι-

89. Post hæc irrigua quædam planities sequitur, quæ propter fontium ubertatem agrostin et medicam lotumque viri longitudine copiose producit. Tum ob pascuorum frequentiam ac bonitatem non tantum infinita pecorum omnis generis agmina alit, verum camelos quoque agrestes cervosque et dorcadas. Quorum abundantia ex desertis invitat leones, lupos et pardales, cum quibus pro tutela armentorum pastores dies ac noctes decertare coguntur. Sic regionis fe-

§ 89, l. 2. ἡ Βυθημανέων] Diodorus et Artemidorus gentem non memorant. Plinius VI, 33: *Nabatæis Thimaneos junxerunt veteres, nunc sunt Taveni*, etc., in quibus *Thimaneos* non diversos esse a Bythemanensibus nonnulli putarunt; at Plinius Thimaneos in *mediterraneis* Nabatæorum vicinos facit, neque id falso, quandoquidem iidem sunt cum *Themanitis* librorum sacrorum: Pertinent ad nos potius *Bathyni*, quos post Epimaranitas et Ichthyophagos Plinius in oræ descriptione recenset. Hodie inde ab intumo sinu usque ad *Ain-une* (Ὄννην Ptolemæi) oram insulasque tenent *Tchmi* vel *Hutehmi* Arabes piscatores, qui etiam in superiori litoris tractu (sub 20° latitud.) occurrunt (v. Ritter. XII, p. 176. XIII, p. 307); eandemque Ichthyophagorum stirpem in sinu Persico Θεμῶν (Θαιμῶν var. lect.) nomine signare videtur Ptolemæus VI, 17, p. 405. Hosce *Hutehmi* ab Agatharchide Βυθημανεῖς appellari crediderim. || — 3. γῆ.. πεδιὰς.. πᾶσα κατάρρυτος] Regio non humo quidem fecunda, attamen perennibus rivis irrigua pascuisque idonea, a meridie *Magna* loci usque ad *Moilah* urbem pertinet. Exstantes adhuc passim ruinæ (in via quæ a Leuce come Petram ducebat?) priscam arguunt culturam (v. Ritter. XIII, p. 293. 326. 284 sqq.). In medio hoc tractu sita est *Ain-une*, prope quam sinus est profundus, cujus § 90 fit mentio. Bythemanenses igitur nonnisi ea quæ proxima adjacent ostio sinus Ælanitici, obtinebant. || — 9. εὐκληρήμασιν] ἐγκλήμασιν et deinde παραπλέκεται AB. || — In sequentibus Artemidorus post memoratam belluarum copiam addit hæc: Παράκειται δὲ νῆσος καλουμένη Δία, quæ nonnisi de magna insula *Tiran* sive *Tyran* intelligi possunt. Portum illa habet accessu difficilem sed tutissimum; ruinas in insula esse accepit Moresby ejusque socii (v. *Proceedings of the Bombay geogr. soc.* 1837. Jan. p. 37. Ritter. XIII, p. 223). Montis ibi vertex 1500 pedes altus, ex quo in intimum sinum Ælaniticum prospicere licebit. Ab *Akaba* s. Ælana urbe insula distat stadia mille. Unde liquet eandem dici Ἰωτάβην a Procopio Bell. Pers. I, 19 p. 99 ed. Bonn.: Καὶ πόλις Αἰλὰς καλουμένη πρὸς τῇ ταύτης ἠόνι ἐστὶν, ἔνθα ἡ θάλασσα, ὥσπερ μοι εἴρηται, ἀπολήγουσα πορθμός τις ἐς ἄγαν στενὸς γίνεται, καὶ αὐτὸν ἐνθένδε ἐσπλέοντι ἐν δεξιᾷ μὲν ὄρη τὰ Αἰγυπτίων πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα ἐστὶν, ἐπὶ θάτερα δὲ χώρα ἔρημος ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον διήκει πρὸς βορρᾶν ἄνεμον, ἥ τε γῆ αὔτη τῷ ἐσπλέοντι ἑκατέρωθεν ὁρατὴ γίνεται, μέχρι ἐς τὴν Ἰωτάβην καλουμένην νῆσον, Αἰλᾶ πόλεως σταδίους οὐχ ἧσσον ἢ χιλίους διέχουσαν. Ἔνθα Ἑβραῖοι αὐτόνομοι μὲν ἐκ παλαιοῦ ᾤκηντο, ἐπὶ τούτου δὲ Ἰουστινιανοῦ βασιλεύοντος κατήκοοι Ῥωμαίων γεγένηνται. Πέλαγος δὲ τὸ ἐνθένδε μέγα ἐκδέχεται· καὶ γῆν μὲν τὴν ἐν δεξιᾷ οἱ ταύτῃ ἐσπλέοντες οὐκέτι ὁρῶσιν, ἐς μέντοι τὴν εὐώνυμον νυκτὸς ἀεὶ ἐπιγινομένης ὁρμίζονται. Ἐν σκότῳ γὰρ ναυτίλλεσθαι ἐν ταύτῃ δὴ τῇ θαλάσσῃ ἀδύνατά ἐστιν, ἐπεὶ βράχους αὐτὴν ἔμπλεων ἐπὶ πλεῖστον ξυμβαίνει εἶναι· ὅρμοι δέ εἰσιν ἐνταῦθα πολλοὶ οὐ χερσὶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν χωρίων πεποιημένοι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῖς πλέουσιν οὐ χαλεπόν ἐστιν ὅπῃ παρατύχοι ὁρμίζεσθαι. His adde quæ Malchus (Fr. Hist. t. IV, p. 113) in Leonis imperatoris historia (ad an. 473) narrat: Ἐν δὲ τοῖς Πέρσαις ἦν ὁ Ἀμόρκεσος τοῦ Νοκαλίου γένους· καὶ εἴτε τιμῆς οὐ τυγχάνων ἐν τῇ Περσίδι γῇ ἢ ἄλλως τὴν Ῥωμαίων χώραν βελτίω νενομικὼς, ἐκλιπὼν τὴν Περσίδα εἰς τὴν γείτονα Πέρσαις Ἀραβίαν ἐλαύνει. Κἀντεῦθεν ὁρμώμενος προνομὰς ἐποιεῖτο καὶ πολέμους Ῥωμαίων μὲν οὐδενὶ, τοῖς δὲ ἀεὶ ἐν ποσὶν εὑρισκομένοις Σαρακηνοῖς. Ἀφ' ὧν καὶ τὴν δύναμιν αὔξων προῄει κατὰ μικρόν. Μίαν δὲ τῶν Ῥωμαίων παρεσπάσατο νῆσον Ἰωτάβην ὄνομα· Καὶ τοὺς δεκατηλόγους ἐκβαλὼν τῶν Ῥωμαίων αὐτὸς ἔσχε τὴν νῆσον, καὶ τὰ τέλη ταύτης λαμβάνων χρημάτων εὐπόρησεν

Phot. νον παραπέπλεκται κακόν· λεόντων γὰρ καὶ λύκων καὶ παρδάλεων συναναφέρει πλῆθος ἡ γῆ, ὡς εἶναι τὸ τῆς χώρας ἐπίτευγμα τοῖς οἰκηταῖς αἴτιον ἀκληρίας.

90. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐφεξῆς αἰγιαλῶν κόλπος ἐστὶ νενευκὼς μὲν εἰς τὸν μυχὸν τῆς χώρας, οὐκ ἔλαττον δὲ σταδίων πεντακοσίων ὑποδείκνυσι τὸ βάθος. Οἱ δὲ τὴν ἐντὸς τοῦ κόλπου κατοικοῦντες καλοῦνται μὲν Βατμιζομανεῖς, εἰσὶ δὲ κυνηγοὶ τῶν χερσαίων ζώων.

91. Τὴν δ' εἰρημένην χώραν νῆσοι τρεῖς ἐκδέχονται,

luporumque et pardalium copiam tellus producat. Quod igitur regioni felicitatem efficit, habitatoribus causa est infelicitatis.

90. A proximis inde litoribus sinus est, ad regionis illius interiora devergens, qui profunditate ad minimum quingentorum stadiorum deprehenditur. Intra complexum hujus qui habitant, Batmizomanensium habent nomen, bestiarum terrestrium venatores.

91. Post hanc terram tres sequuntur insulæ, quæ

Diod. χοῦσιν ἀτυχίας αἴτιον γίνεται διὰ τὸ τὴν φύσιν ὡς ἐπίπαν τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τῶν ἀγαθῶν διδόναι τὰ βλάπτοντα.

90. Παραπλεύσαντι δὲ τὰ πεδία ταῦτα κόλπος ἐκδέχεται παράδοξον ἔχων τὴν φύσιν. Συννεύει μὲν γὰρ εἰς τὸν μυχὸν τῆς χώρας, τῷ μήκει δ' ἐπὶ σταδίους πεντακοσίους παρεκτείνεται· περικλειόμενος δὲ κρημνοῖς θαυμασίοις τὸ μέγεθος, σκολιὸν καὶ δυσέξιτον ἔχει τὸ στόμα· ἀλιτενοῦς γὰρ πέτρας τὸν εἴσπλουν διαλαμβανούσης, οὔτ' εἰσπλεῦσαι δυνατόν ἐστιν εἰς τὸν κόλπον οὔτ' ἐκπλεῦσαι. Κατὰ δὲ τὰς τοῦ ῥοῦ προσπτώσεις καὶ τὰς τῶν ἀνέμων μεταβολὰς ὁ κλύδων προσπίπτων τῇ ῥαχίᾳ καχλάζει καὶ τραχύνεται πάντῃ περὶ τὴν παρήκουσαν πέτραν. Οἱ δὲ τὴν κατὰ τὸν κόλπον χώραν νεμόμενοι, Βανιζομενεῖς ὀνομαζόμενοι, τὰς τροφὰς ἔχουσι κυνηγοῦντες καὶ σαρκοφαγοῦντες τὰ χερσαῖα ζῶα. Ἱερὸν δ' ἁγιώτατον ἵδρυται, τιμώμενον ὑπὸ πάντων Ἀράβων περιττότερον.

91. Ἑξῆς δὲ τῇ προειρημένῃ παραλίᾳ νῆσοι τρεῖς

licitas mali causam incolis præbet : natura enim plerumque cum bonis noxia simul hominibus largitur.

90. (*Cap.* 44.) Hos in transcursu campos sinus excipit mirabilis naturæ. In regionis enim interiora devergens ad quingenta stadia porrigitur, vastisque circum rupibus inclusus perplexum habet ostium et transitu difficile. Humilis enim scopulus aditum intersepiens nec ingressum navigantibus nec egressum concedit. Inter magni autem fluctus allisiones et ventorum vices undarum æstus crepidini incumbens immane stridet, et undique circa saxum exasperatur. Accolæ, quos Banizomenenses nuncupant, de carnibus ferarum venatu captarum victitant. Fanum inibi sacratissimum in summa universis Arabibus religione habetur.

91. Deinceps litorali huic regioni tres insulæ adja-

οὐκ ὀλίγων ἐντεῦθεν. Ritterus XIV, p. 19 ad hanc *Tyran* insulam referri vult templum Isidis, quod § 90 memoratur. Fieri id nequit, quum templum istud fuisse dicatur in una ex tribus insulis, cujus in sqq. Artemidorus, Diodorus et Photius meminerunt. Bene autem Ritterus monuit fallaci sonorum similitudine seductos esse Gosselinum (II, p. 253), Mannertum (VI, 1, p. 37), alios, qui Ἰωτάβην in hodierna *Jeboa* sive *Jobab* sive rectius *Youbea* ins. reperisse sibi visi sunt.

§ 90, l. 4. κόλπος] Hic sinus est prope *Ain-une* (Ὄννη Ptol.), qui scopulorum strue ita circumseptus est, ut nonnisi angustus introitus parvis tantum navigiis pateat. V. accurate de his exponentem Carless in *Proceedings of the Bombay geog. soc.* 1837, Jan. p. 37. Cf. Ritter. XIII, p. 226. 299. Ceterum quæ de 500 stadiis leguntur, veram sinus longitudinem, quæ est 80 fere stadiorum, longe excedunt. || — 7. Βατμιζομενεῖς] Βανιζομενεῖς Diodor. codd. ABDFG; Βνιζομενεῖς CEQ; Κνιζομενεῖς cett. Artemidorus non nominat gentem, neque aliunde de ea constat. Fresnel ap. Ritterum XIII, p. 312 opinatur nomen contractum esse ex Βανυζουδαμενεῖς, idque esse *Beni Djoudham* sive *Djouzam*, quæ tribus stirpis Sabaicæ Mohamedi temporibus sec. Arabes scriptores ad orientale sinus Ælanitici latus, ubi nunc sunt *Howetat* Arabes, et ad intimum ejus recessum degebat. Videri igitur tribum istam e Sabaica regione boream versus paullatim progressam esse, ita ut Agatharchidis ætate circa hod. *Moilah* versaretur. Wesselingius cum Banizomenensibus componendos pûtavit Μνασομενεῖς, quos Ptolemæus VI, 7 p. 406 ad Zametem montem in mediterraneis collocat. Nimis hæc omnia sunt incerta. Quodnam fuerit fanum hujus regionis, ab Arabibus universis pro sancto habitum, non constat. Fuerunt qui *Medinah* (Ἰάθριππα Stephani) signari crederent, quum tamen ab iis locis, in quibus nunc versamur, absit longissime. Fuerit fanum potius in loco quem Ὄννην vocat Ptolemæus, Arabes dicunt *Ain-une*, qui a *fontibus* nomen nactus etiamnum *palmeta* habet et aquæductus urbisque ruinas. Ejusmodi enim loca sacris delecta esse Arabibus supra jam vidimus. || — 8. τῶν χερσαίων] τῶν τε χερσαίων C.

§ 91, l. 9. νῆσοι τρεῖς] Indicari videntur quæ post *Tyran* sequuntur insulæ tres majores, *Barakan* (Isidis insula) *Schuschua* sive *Abu-Schuscha* (Σουκαβύα) et *Senafir* (Σαλυδώ). Inter eas *Senafir* forma sua semicirculari sinum profundum efficit, a nautis indigenis frequentatum; itemque *Barakan* in parte meridiei et orienti obversa sinum navium stationi habet accommodum (v. Ritter XIV, p. 222, auctoresque ibi laudati). Fieri tamen potest ut Agatharchides Isidis fano sacram dixerit insulam *Wales* (in mapp. Berghaus.), litori proxime adcubantem, Sucabyam vero hodiernam

Phot. λιμένας ποιοῦσαι πλείους· ὧν τὴν πρώτην Ἴσιδος ἱερὰν ὠνόμασαν, τὴν δὲ δευτέραν Σουχαβύαν, τὴν δὲ τρίτην Σαλυδὼ, ἐρήμους δὲ πάσας καὶ συσκίους ἐλαίαις, οὐ ταῖς παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ ταῖς ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις φυομέναις.

92. Μετὰ δὲ τὰς νήσους τὰς ἐκκειμένας ἔστιν ἰδεῖν αἰγιαλὸν λιθώδη καὶ μακρόν· ἡ δὲ χώρα Θαμουδηνῶν Ἀράβων. Ὁ δὲ πρὸς ταύτην παράπλους ἐπὶ σταδίους τῶν χιλίων πλείους πάντων χαλεπώτατος· οὐ γὰρ ἔστιν οὐ λιμὴν εὔορμος, οὐ σάλος ἐπ' ἀγκύρας, οὐ κόλπος ἐπὶ σκέπης, οὐ χηλῆς ἐντύπωμα, ἀναγκαία καταφυγὴ, τὸν ναυτίλον δεχόμενον.

plures efficiunt portus. Prima Isidi sacra, altera Sucabya, tertia Salydo nominatur. Desertæ omnes et olivis umbrosæ, non quales apud nos, sed illis in locis, crescunt.

92. Post expositas jam insulas litus patet lapidosum longeque porrectum. Terra est Arabum Thamudenorum, propter quam navigantibus iter est ultra mille stadia omnium molestissimum. Non enim portus ibi est accessui et stationi commodus, non statio ancoris opportuna, non sinus ad protectionem, non molis efformatio, quo ceu necessario nauta perfugio recipiatur.

Diod. ἐπίκεινται, λιμένας ποιοῦσαι πλείους. Καὶ τούτων τὴν μὲν πρώτην ἱστοροῦσιν ὑπάρχειν ἱερὰν Ἴσιδος, ἔρημον οὖσαν· παλαιῶν δ' οἰκιῶν ἔχειν λιθίνας ὑποστάθμας καὶ στήλας γράμμασι βαρβαρικοῖς κεχαραγμένας· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἐρήμους ὑπάρχειν· πάσας δ' ἐλαίαις καταπεφυτεῦσθαι διαφόροις τῶν παρ' ἡμῖν.

92. Μετὰ δὲ τὰς νήσους ταύτας αἰγιαλὸς παρήκει κρημνώδης καὶ δυσπαράπλους ἐπὶ σταδίους ὡς χιλίους· οὔτε γὰρ λιμὴν οὔτε σάλος ἐπ' ἀγκύρας ὑπόκειται τοῖς ναυτίλοις, οὐ χηλὴ δυναμένη τοῖς ἀπορουμένοις τῶν πλεόντων τὴν ἀναγκαίαν ὑπόδυσιν παρασχέσθαι.

93. Ὄρος δὲ ταύτῃ παράκειται κατὰ μὲν τὴν κορυφὴν πέτρας ἀποτομάδας ἔχον καὶ τοῖς ὕψεσι καταπληκτικὰς, ὑπὸ δὲ τὰς ῥίζας σπιλάδας ὀξείας καὶ πυκνὰς ἐνθαλάττους καὶ κατόπιν αὐτῶν φάραγγας ὑποβεβρωμένας καὶ σκολιάς. Συντετρημένων δ' αὐτῶν

cent, quæ plures exhibent portus. Primam, quæ deserta est, Isidi consecratam ferunt. De antiquis ibi domiciliis fundamenta restant saxea et columnæ barbaricis literis insculptæ. Cæteræ non minus desolatæ sunt, olivis tamen ab iis quæ apud nos sunt diversis omnes inumbrantur.

92. Ultra has insulas litus abruptum et transitu arduum ad mille se stadia prolatat; nec enim portus, nec statio in mari jaciendis ancoris idonea, nec moles, quæ nautis rerum omnium egenis et perplexis necessarium præbeat receptum.

93. Mons illi adjacet, qui confragosas in vertice petras habet et celsitate horrendas. Radices crebris et acutis in mare saxis descendunt, et pone cavitates exesæ et anfractuosæ. Quæ quum inter se perforata sint, et alta ibi sit maris profunditas: fluctus nunc

---

Youbah, Salydo insulam *Sillah*, quæ nihil nisi humilis scopulus est. || — 2. Σουχαβύαν].... χαβαν, prima syllaba evanida, B. || — 3. οὐ ταῖς παρ' ἡμῖν] Artemidor. : οὐ τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ τῶν ἐντοπίων, ἃς καλοῦμεν Αἰθιοπικὰς, ὧν τὸ δάκρυον καὶ ἰατρικῆς δυνάμεώς ἐστιν.

§ 92. Quod sequitur litus per mille stadia et ultra extensum inde a *Moilah* fere urbis regione usque ad *Widjeh* pertinet. || — 7. Θαμουδηνῶν] Θαμουδινῶν C. Ptolemæus VI, 7, p. 406, 23 mediterraneas gentes recensens, Θαμυδηνοὺς memorat. Idem eandem gentem inter maritimas mutato paullulum nomine habet p. 402, 8 : Ταύτης δὲ τῆς παραλίας (ab ostio sinus Ælanitici usque ad Iambiam (*Iambo*) vicum) τὰ μὲν πρῶτα κατέχουσι Θαμυδῖται, καὶ ἐφεξῆς Σιδηνοί, εἶτα Δάρραι, μεθ' οὓς Βανούβαροι, εἶτα Ἄρσαι. Famosa in Arabum historia gens *Thamud* initio in Sabæorum regione sedes habuit; hinc vero jam Himyarus Sabæ filius eos expulisse narratur. Nunc inde ab *Ianbo* boream versus in mediterraneis degunt, domos saxis incisas habitantes. Vide Ritter. XII, p. 156. XIII, p. 265, ibique laudatos. || — 10. οὐ λιμὴν] οὐ γὰρ οὐκ ἔστι λιμὴν C. || — 11. ἐπισκεπής C. || — 12. ναυτίλον] ναυτιλλόμενον C. Ceterum Agatharchides tragice rem exaggerat; complura enim ora habet loca ancoris jaciendis idonea.

§ 93, l. 25. ὄρος] Idem, opinor, mons est, quem post Modianam (h. *Moilah*; 27° 45' sec. Ptol.) notat Ptolemæus Hippum vocans (27° 30'), cui subjungit satis longe dissitum Hippum vicum (26°, 40') et deinceps Palmarum vicum (26° 20'). Apud Berghausium mons vocatur *Djebel Schaar* ; Moresbyus satis habuit adscripsisse *Mewilah high peak*. Wellstedius (II, p. 176) vertices montis ad 6000 pedes altos esse dicit, addens : « They have frequently been noticed by navigators in their passage. Mr. Irwin has styled them *Bulloks horn*. To me the whole group seemed to bear a great resemblance to representations which i have seen of enormous icebergs. » E regione montis in litore Moresbyus habet *Sherm Jibber* et magis meridiem versus *Sherm Zibber*. Num his commune aliquid sit cum Hippo vico Ptolemæi tu videas. Φοινίκων (f. Φοινικῶν) κώμη Ptolemæi pertinet ad hodiernam *Woileh* s. *Wodjeh* (26° 15'), qui locus et portum habet commodum et palmetum ac veteris urbis ruinas (de quibus vide Wellsted. II, 188). Itaque Hippus vicus tertia gradus parte hinc dissitus respondebit fere hodierno *Demerah* vel *Demeg*, ubi castelli ruinas notat Moresbyus. || — 27. σπιλάδας ὀξείας] Wellsted. (II, p. 183) de litore hujus tractus ita habet : « The country in the vicinity of this (sc. of Sherm Jezzeh) and the neighbouring sherms is remarkably barren and destitute of vege-

Diod. πρὸς ἀλλήλας, καὶ τῆς θαλάττης βάθος ἐχούσης, ὁ κλύδων ποτὲ μὲν εἰσπίπτων, ποτὲ δὲ παλισσυτῶν βρόμῳ μεγάλῳ παραπλήσιον ἦχον ἐξίησι. Τοῦ δὲ κύματος τὸ μὲν πρὸς μεγάλας πέτρας προσαραττόμενον εἰς ὕψος ἵσταται καὶ τὸν ἀφρὸν θαυμαστὸν τὸ πλῆθος κατασκευάζει, τὸ δὲ καταπινόμενον κοίλωμα σπασμὸν ποιεῖ καταπληκτικὸν, ὥστε τοὺς ἀκουσίως ἐγγίσαντας τοῖς τόποις διὰ τὸ δέος οἱονεὶ προαποθνήσκειν. Ταύτην μὲν οὖν τὴν παράλιον ἔχουσιν Ἄραβες οἱ καλούμενοι Θαμουδηνοί· τὴν δ' ἑξῆς ἐπέχει κόλπος εὐμεγέθης, ἐπικειμένων αὐτῷ νήσων σποράδων, τὴν πρόσοψιν ἐχουσῶν ὁμοίαν ταῖς καλουμέναις Ἐχινάσι νήσοις. Ἐκδέχονται δὲ ταύτην τὴν παράλιον ἀέριοι θῖνες ἄμμου κατά τε τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος, μέλανες τὴν χρόαν. Μετὰ δὲ τούτους ὁρᾶται χερρόνησος καὶ λιμὴν εἰς αὐ-

impingens, nunc resultans, magni instar fremitus sonum emittit. Undarum autem pars grandibus illis scopulis allisa in altum se crispat et mirandam spumæ vim gignit; pars intra vortices absorpta voraginem et divulsionem aquarum terribilem efficit, adeo ut præter voluntatem his locis appulsi metu tantum non prius exanimentur. Oram hanc tenent Arabes Thamudeni. Contigua vastus quidam sinus alluit, multas sparsim insulas complexus, Echinadibus adspectu non absimiles. Oram hanc, quam longa est et quam lata, alti arenæ nigro colore cumuli excipiunt. Inde peninsula se dat in conspectum portum habens omnium, quos historici describunt, elegantissimum, nomine

---

tation. A stratum of black stone on the surface of the hills and plains gives the whole a black and desolate appearance. The coast is partly fronted with steep overhanging cliffs of coral and sandstone. From their base, to the distance of about forty yards, extends a level band of rocks, the outer part of which is nearly dry, and rises like a wall from an almost unfathomable depth; against this the sea, meeting with a resistance so abrupt, breaks with violence, and produces a considerable surf, which would render landing on the intermediate coast between the sherms almost impraticable. » || — 10. κόλπος.. νήσων σποράδων] Hic est tractus inter vicesimum quintum et vicesimum sextum latitudinis gradum, magna insularum scopulorumque farragine distinctus, ut bene monet Ritterus XIII, p. 226. Includitur sinus a borea promontorio (*Ras*) *Gharkumah*, a meridie autem promontorio (*Rás* vel *Abu*) *Mud*. Maxima insularum, e regione fere promontorii *Gharkumah* sita, hodie vocatur *Om-Rume* (*Umuromah* apud Moresbyum, sub 25° 43′ lat.); Ptolemæus vero in eadem latitudine (25° 45′) collocat Timagenis insulam, ut eo nomine *Om-Rume* signari veri sit simillimum. Ad meridionalem sinus extremitatem paullo supra *Ras Mud* sita est *Hassani* insula, monte 400 pedes alto conspicua (24° 55′ latit.); cui respondet Ζύγαινα νῆσος (24° 20′), quam unicam in hoc tractu ponit Ptolemæus, nomine autem isto signarint piscatores a zygæna pisce in sinu Arabico frequenti, et circa hanc insulam, ut videtur, frequentissimo. Certe mare circa insulam apprime piscosum esse, insulamque piscatorum vicum habere testatur Wellstedius II, p. 196. Eadem *Hassani* insula vocatur *Assima* in Geogr. Ravennate (nimis illo a recentioribus geographis neglecto), in quo insularum series a borea meridiem versus hæc est : *Sela* (h. *Sillah*), *Cetrea* (ins. prope *Ras Abu-Mussarib* (27° 8′) ap. Moresby?) *insulia*, *Ocene* (h. *Okadi*?), *Scopos*, *Assima*. || — 15. Χερρόνησος... καὶ λιμὴν κάλλιστος Χαρμουθάς] Sinum insularum a meridie claudit *Ras Mud*, ita illud efformatum ut chersonesus accommode dici possit; nomen vero hujus promontorii in portus nomine Χαρμουθάς (*sherm-Mud*) facile agnoscis. Excipiunt chersonesi extremitatem portus tres haud longe inter se dissiti, *Abban* (sic Moresby; *Shabban* Berghaus), *Mahar*, *Hussey*. In *Mahar* portum quum exeat magna vallis quæ ita est comparata, ut primo adspectu Wellstedius magni torrentis alveum desiccatum cernere putaret : huc referre licet quod de magno fluvio in Charmutham incidente narrat Diodorus; nam fluvii perennes in tota hac ora omnino nulli egrediuntur. At reliqua portus hujus indoles cum Diodori descriptione parum quadrat; nam neque χηλὴν prætensam neque sitam in medio insulam habet; introitus ei capax est, magnamque enavigandi facilitatem, in ceteris oræ portubus rarissimam, præbet (Wellsted. II, p. 203), at minime spatiosus est; contra et χηλὴν habet et spatiosus est sequens *Hussey* portus; sed ne hic quidem insulam habet; sin hinc satis longe meridiem versus pergas ad proximum portum, *Sherm Ianbo*, et insulam in medio sitam offendis, tantamque ipsius portus capacitatem, quæ maximis classibus sufficiat. Quid igitur? An tota Diodori de chersoneso et Charmutha narratio ad loca circa *Ianbo* sita transferenda est, ita ut Chersonesi nomine signetur *Cap Beridi*? Minime, opinor. Nam primum nomen Χαρμουθὰς ad hod. *Mud* refertur facillime, seriesque narrationis Diodoreæ ducit eodem; deinde hodiernum *Ianbo* hoc ipso, non alio nomine recensetur a Ptolemæo; tum vero qui sequuntur apud Diodorum post Charmutham montium vertices pyramidibus similes aperte pertinent ad *Djebel Nabt*, qui medius situs est inter *Abu-mud* et *Ianbo*, adeo ut Χαρμουθὰς a borea hujus montis, non vero a meridie collocandus sit. Quæ quum ita habeant, Agatharchidem puto diversa miscuisse, et quæ de Ianbo portu acceperat, perperam ad portum qui est prope *Mud* chersonesum, transtulisse. Superest ut conferatur Ptolemæus, qui χερσόνησον in eaque Ῥαυνάθου κώμην collocat sub 25° 40′ lat., adeo ut hæc referenda sint ad regionem circa Ras *Gharkumah*, quod a borea sinum insularum terminat, dum Agatharchidis chersonesus a meridie sinus sit. Sed vehementer vereor ne extremitates istas sinus Ptolemæus confuderit; certe nomen chersonesi in regionem Ptolemæi numeris indicatam omnino non cadit. Præterea nomina Χαρμουθὰς et Ῥαυνάθου ad eundem locum referenda esse in tanta nominum Ara-

Phot. 94. Μετὰ ταῦτα δὲ οὐχ εὐθὺς ἐφεξῆς, ἀλλὰ μεθ' ἕτερά τινα, ἔστιν αἰγιαλὸς εἰς ὑπερβολὴν κάθυδρος ἐκτεινόμενος, καὶ τὸ προσηγορευμένον Λαιμὸν ὄρος, ἀμύθητον μὲν ἀναφαῖνον τῆς περιμέτρου τὸ μέγεθος, παντοίας δὲ ὕλης δρυμοῖς διεζωσμένον.

95. Ὅτι τὴν ἀστυγείτονα τῆς ὀρεινῆς χέρσου Δέβαι

94. Post hæc non continuo quidem, sed post alia nonnulla litus extenditur eximie irriguum et mons Læmus (*Chabinus* Diodor.) ingentem circuitus magnitudinem ostentans, et arborum omnis generis saltibus amictus.

95. Finitima deinceps his montanis Debæ incolunt,

Diod. τὴν κάλλιστος τῶν εἰς ἱστορίαν πεπτωκότων, ὀνομαζόμενος Χαρμουθάς. Ὑπὸ γὰρ χηλὴν ἐξαίσιον κεκλιμένην πρὸς ζέφυρον κόλπος ἐστὶν οὐ μόνον κατὰ τὴν ἰδέαν θαυμαστὸς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν εὐχρηστίαν πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπεράγων· παρήκει γὰρ αὐτὸν ὄρος συνηρεφὲς, κυκλούμενον πανταχόθεν ἐπὶ σταδίους ἑκατόν· εἴσπλουν δ' ἔχει δίπλεθρον, ναυσὶ δισχιλίαις ἄκλυστον λιμένα παρεχόμενος. Χωρὶς δὲ τούτων εὔυδρός τέ ἐστι καθ' ὑπερβολὴν, ποταμοῦ μείζονος εἰς αὐτὸν ἐμβάλλοντος, καὶ κατὰ μέσον ἔχει νῆσον εὔυδρον καὶ δυναμένην ἔχειν κηπεύματα. Καθόλου δ' ἐμφερέστατός ἐστι τῷ κατὰ τὴν Καρχηδόνα λιμένι, προσαγορευομένῳ δὲ Κώθωνι· περὶ οὗ τὰς κατὰ μέρος εὐχρηστίας ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις πειρασόμεθα διελθεῖν. Ἰχθύων δὲ πλῆθος ἐκ τῆς μεγάλης θαλάττης εἰς αὐτὸν ἀθροίζεται διά τε τὴν νηνεμίαν καὶ τὴν γλυκύτητα τῶν εἰς αὐτὸν ῥεόντων ὑδάτων.

Παραπλεύσαντι δὲ τοὺς τόπους τούτους ὄρη πέντε διεστηκότα ἀλλήλων εἰς ὕψος ἀνατείνει, συναγομένας ἔχοντα τὰς κορυφὰς εἰς πετρώδη μαστὸν, παραπλήσιον φαντασίαν ἀποτελοῦντα ταῖς κατ' Αἴγυπτον πυραμίσιν. Ἑξῆς δ' ἐστὶ κόλπος κυκλοτερὴς μεγάλοις ἀκρωτηρίοις περιεχόμενος, οὗ κατὰ μέσην τὴν διάμετρον ἀνέστηκε λόφος τραπεζώδης, ἐφ' οὗ τρεῖς ναοὶ θαυμαστοὶ τοῖς ὕψεσιν ᾠκοδόμηνται θεῶν, ἀγνοουμένων μὲν ὑπ' Ἑλλήνων, τιμωμένων δ' ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφερόντως.

94. Μετὰ δὲ ταῦτα αἰγιαλὸς παρήκει κάθυγρος, ναματιαίοις καὶ γλυκέσι ῥείθροις διειλημμένος· καθ' ὃν ἐστιν ὄρος ὀνομαζόμενον μὲν Χαβῖνον, δρυμοῖς δὲ παντοδαποῖς πεπυκνωμένον.

95. Τὴν δὲ χέρσον τὴν ἐχομένην τῆς ὀρεινῆς νεμον-

Charmutham. Nam crepidini ejus prolixæ, qua ad Zephyrum inclinat, sinus non tantum forma admirandus, sed commoditate etiam longe vincens alios subjectus est. Silvosus in eum mons prominet, ad centum stadia undique circumfusus; duûm plethrorum ostio, bis mille naves excipit, tranquillum a fluctibus portum exhibens. Quin aquis etiam optimis redundat, magno se fluvio in eum exonerante. In medio insulam complectitur irriguam, hortorum culturæ aptam. Denique per omnia similis est portui Carthaginiensium, qui Cothon nuncupatur, de cujus opportunitate suo dicetur loco singulatim. Magna vis piscium ex Oceano propter tranquillitatem et aquarum affluentium dulcedinem in eum congregatur.

(*Cap.* 45.) Prætervehenti hæc loca quinque per intervallum montes in altum sese erigunt, quorum vertices pyramidum Ægyptiarum specie in unam quasi papillam coeunt. Sinus inde rotundus, magnis circumvallatus promontoriis, exsistit. In cujus diametri medio collis mensæ in modum exsurgit, in quo tria mirandæ celsitatis fana deorum, Græciæ quidem incognitorum, sed quos accolæ summo venerationis cultu prosequuntur, exstructa sunt.

94. Post hæc litus fontibus scatens et dulcis aquæ rivis interceptum procurrit. In hoc Chabinus qui vocatur est, variis opacus saltibus.

95. Terra montanis locis finitima ab Arabum tribu,

---

bicorum ap. Græcos varietate non adeo improbabile est. || — 24. ὄρη πέντε] Illum oræ locum auctor designat quo altissimum *Raduah* jugum, a meridie boream versus tendens, e mediterraneis ad maris litus accedit. Mons oræ proximus appellatur *Djebel Nubt*, cujus vertices pyramidum instar sese attollentes Moresbyus nominat *Scragged hill*, *Sugarloaf*, *Cliff hill*, et pone eos alio vertici verba *Round mountain* adscripsit. Qui deinde memoratur collis τραπεζώδης cum templis deorum, quærendus ad *Cap Beridi*, cui a meridie adjacet sinus semicircularis.

§ 94. Sequitur litus irriguum, juxta quod montes saltibus opaci. De eodem tractu ita habet Wellstedius II, p. 223: « From the town of Yembo' the coast-line southward as far as Sherm Bareikah is low, marshy, and thickly overrun with mangrovetrees (rhizophora). Yembo' is principally supplied with fire-wood from this tract; the trees are felled and permitted to remain in the sun until they are perfectly dried. » || — 3. Λαιμὸν] Χαβῖνον Diodorus. Quidnam sit verius quæritur. Diodorum antiquum auctorem multisque codicibus superstitem quam Photium sequi mavelis. Miror Ritterum qui (Reichhardi, ut videtur, ludibria secutus. V. Reichh. *Klein. geogr. Schften* p. 452) Λαιμὸν esse putat *Djebel Nabt*, Χαβῖνον vero *Shaab Djabalah* prope *Abu Mud* prom. et *Mahar* portum. Quod ne tum quidem, si diversos montes haberes, posset admitti. *Chabini* nomine ille haud dubie indicatur locus, quo montium tractus, inde ab *Ianbo* in mediterranea recedens, denuo ad oram accedit prope *Ras el Hama* sive *Abbiah* (sic Berghaus.; *Attiah* in mappa Moresbyi). || — 4. τὸ μέγεθος] τὸ om. AB.

§ 95. l. 6. Δέβαι] Δεδεβαὶ codd. Photii; Δέβαι Diodorus et Artemidorus. Cum Debis nostris fluvioque aurifero regionem eorum perlabente componendus apud Ptolemæum est Θέβαι (sic 4 codd.) vel Θῆβαι

Phot. κατοικοῦσιν, οἱ μὲν νομάδες, οἱ δὲ γεοῦχοι. Ὧν κατὰ μέσην τὴν χώραν ποταμὸς διαφέρεται τριμερὴς μὲν τῇ φύσει, ψῆγμα δὲ χρυσοῦ κατάγων, οὕτω σύνδηλον τὴν δαψίλειαν ἔχων, ὥστε τὴν ἰλὺν τὴν πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς συνηγμένην πόρρωθεν ἀποστίλβειν. Οἱ δὲ τὸν τόπον οἰκοῦντες τῆς μὲν ἐργασίας εἰσὶ τῆς τοιαύτης ἄπειροι, φιλόξενοι δὲ εἰς ὑπερβολὴν οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ Πελοποννήσου διεκβάλλουσι καὶ Βοιωτίας, διά τινα μυθικὴν ἀφ' Ἡρακλέους ἱστορίαν.

96. Τούτων ἀστυγείτονές εἰσιν Ἀλιλαῖοι καὶ Κασανδρεῖς, κέκτηνται δὲ γῆν οὐδαμῶς ἐοικυῖαν ταῖς προει-

partim nomades partim agricolæ; quorum per mediam regionem amnis labitur natura tripartitus, qui et ramenta auri defert, tam conspicua ubertate, ut limus ad ostia coacervatus procul inde rutilet. At loci possessores ignari sunt id genus operationis, sed eximie hospitales, non quidem erga homines universos, sed eos qui ex Peloponneso et Bœotia illuc trajiciunt, propter fabulosam quandam de cognatione ab Hercule repetenda narrationem.

96. His contermini sunt Alilæi et *Gasandenses*, qui terram obtinent superioribus nequaquam similem. Nec

Diod. ται τῶν Ἀράβων οἱ καλούμενοι Δέβαι. Οὗτοι δὲ καμηλοτροφοῦντες πρὸς ἅπαντα χρῶνται τὰ μέγιστα τῶν κατὰ τὸν βίον τῇ τοῦ ζώου τούτου χρείᾳ· πρὸς μὲν γὰρ τοὺς πολεμίους ἀπὸ τούτων μάχονται, τὰς δὲ κομιδὰς τῶν φορτίων ἐπὶ τούτων νωτοφοροῦντες ῥᾳδίως ἅπαντα συντελοῦσι, τὸ δὲ γάλα πίνοντες ἀπὸ τούτων διατρέφονται, καὶ τὴν ὅλην χώραν περιπολοῦσιν ἐπὶ τῶν δρομάδων καμήλων. Κατὰ δὲ μέσην τὴν χώραν αὐτῶν φέρεται ποταμὸς τοσοῦτο χρυσοῦ καταφέρων ψῆγμα φαινόμενον, ὥστε κατὰ τὰς ἐκβολὰς τὴν ἰλὺν ἀποφέρεσθαι περιστίλβουσαν. Οἱ δ' ἐγχώριοι τῆς μὲν ἐργασίας τῆς τοῦ χρυσοῦ παντελῶς εἰσιν ἄπειροι· φιλόξενοι δ' ὑπάρχουσιν, οὐ πρὸς πάντας τοὺς ἀφικνουμένους, ἀλλὰ πρὸς μόνους τοὺς ἀπὸ Βοιωτίας καὶ Πελοποννήσου διά τινα παλαιὰν ἀφ' Ἡρακλέους οἰκειότητα πρὸς τὸ ἔθνος, ἣν μυθικῶς ἑαυτοὺς παρειληφέναι παρὰ τῶν προγόνων ἱστοροῦσιν.

96. Ἡ δ' ἑξῆς χώρα κατοικεῖται ὑπὸ Ἀράβων Ἀλιλαίων καὶ Γασανδῶν, οὐχ ἔμπυρος οὖσα καθάπερ αἱ

quos Debas vocant, inhabitatur. Camelorum armentis hi pascendis vacant, quorum usus ad maxima vitæ negotia illis paratus est; ex his enim contra hostem pugnant; horum tergis onera vectant, et expedite cuncta peragunt; horum lac bibunt; hi nutrimenta eis præstant; dromedariis quoque camelis totam regionem percursitant. Per mediam fertur amnis, auri secum ramenta tanta ubertate devolvens, ut limus circa ostia ejectus rutilare videatur. Auri tamen operatio accolis prorsus incognita est. Hospitales sunt, non erga quosvis advenas, sed Bœotos et Peloponnesios tantum, propter antiquam scilicet ab Hercule inde cum gente hac necessitudinem, quam fabulose a majoribus ad se derivatam asserunt.

96. Adjacens illi regio ab Alilæis et Gasandensibus, Arabum populis, habitatur, quæ non igneo solis æstu

(sic vulgo) locus (21° lat.) et *Bætius* fluvius, quem in mare egredi ait 69° 30′ long., 20° 40 lat., cujusque fontes in media Arabia sub 76° long. collocat. Haud enim diversos a Θήβαις esse Δέβας vel inde colligitur, quod Debæ erga solos Bœotos Peloponnesiosque ob cognationem ab Hercule, qui *Thebanus* erat, repetendam hospitales esse feruntur. Ceterum neque aurum Arabia habet, neque ullus in hac ora est fluvius. Arenas auri in modum rutilantes (*Glimmer*) fabulæ ansam dedisse sunt qui putent. Bochartus (Phal. II, 27) Debas a *deheb* (i. e. auro) dictos esse censet; ego quidem ex nominum istorum similitudine famam de auri apud Debas divitiis ortam duxerim. Fluvii fingendi occasionem præbuisse *Sherm Obhor* (21° 41′), sinum angustum longeque in terram penetrantem, putat Mannertus; contra Reichardus (l. l. p. 462) portum *Gonfude* urbis (19° 8′) pro Bætio Ptolemæi habet, ac Thebas urbem, quam Mannertus cum hod. *Duloema* (circa 21° 55′) componit, hodiernam *Dhaban* esse censet, quæ a *Gonfude* uno fere gradu meridiem versus distat, quum Thebæ a borea Bætii fluvii a Ptolemæo ponantur. Sed nemo nescit talia minime curare Reichardum, qui sonorum gratia et distantias et graduum notationes et seriem nominum pro lubitu ac puerili judicii confidentia solet miscere. Nolo scire quæ sciri nequeunt. *Debæ* sive *Thebæ* καμηλοτροφοῦντες esse dicuntur. Nescio an casu fiat ut in Asiaticis linguis cameli nomen *tebe*, *dewe*, *tepe* (v. Ritter. XIII, p. 658), cum nomine gentis nostræ concinat. || — 1. γεοῦχοι] γαιοῦχοι AB.

§ 96, l. 10. Ἀλιλαῖοι καὶ Κασανδρεῖς] Ἀλιλαίων καὶ Γασανδῶν Diodorus; Strabo nomina harum gentium barbara ex Artemidoro enotare noluit. *Alilæi* alibi non memorantur. Nomen significare Alilat, i. e. *lunæ adoratores*, censuit Bochartus; certius est Alilæos esse *Beni Halal* ap. Edrisium I, 142, locumque gentis esse *Hali* (18° 35′), de quo cf. Edrisium I, p. 135. 145, Abulfedam, alios (V. Ritter. XII, 186. XIII, p. 215). Κασανδρεῖς vel Γασανδεῖς apud Ptolemæum vocantur Κασσανῖται, quos inter Κυναιδοκολπίτας (ab Iambia ad Bætium fluvium pertinentes, sec. Ritterum XIII, p. 314 a *Kindah* tribu nominatos) et Elesaros (Sabæos) collocat; loca autem Cassanitis adscribit quattuor: Baden regiam, 20° 15′ (h. *Liht*, 20° 10′?); Acmen, Amben oppidum, 19° 20 (*Gunfude* 19° 10?); Mamala vicum, 18° 10′ (Μαμάλι Theophrast. Hist. Pl. IX, 4?), i. e. *Hali* (18° 35′); Adedu vicum (17° 10), i. e. *Attuid* (17° 39′). Elesarorum locus primus est *Pudnu* oppidum (16°, 30′), cui nomini respondere videtur hod. *Beidani* (16°, 30′). A *Beidani* boream versus sita est *Djisan* (16° 42′), quam urbem portumque

Phot. ρημέναις. Οὔτε γὰρ ἐψυγμένος ὁ ἀὴρ οὔτε ξηρὸς οὔτε ἔμπυρος, μαλακὴν δὲ καὶ δασεῖαν νεφέλην ὑποδεικνύων, ἀφ' ἧς ὑετοὶ καὶ χειμῶνες γίνονται καὶ θέρους εὔκαιροι. Τῆς τε χώρας ἡ πλείστη πάμφορος μέν ἐστιν, οὐ πᾶσα δὲ τυγχάνει θεραπείας, τῶν λαῶν ἀπειροτέρων ὄντων. Τὸν μέντοι χρυσὸν ὀρύσσοντες ἐν τοῖς πλακώδεσι τῆς χώρας ὑπονόμοις εὑρίσκουσι πολὺν, οὐ τὸν συντηκόμενον μετ' ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐκ τοῦ ψήγματος, ἀλλὰ τὸν αὐτόματον, καλούμενον δὲ διὰ τὸ συμβαῖνον παρ' Ἕλλησιν ἄπυρον· οὗ τὸ μὲν ἐλάχιστον ἔχει μέγεθος πυρῆνος, τὸ δὲ μέσον μεσπίλου, τὸ δὲ μέγιστον ὥστε βασιλικοῖς παραβάλλεσθαι καρύοις. Ὃν τρήσαντες ἐναλλὰξ διαφανέσι λίθοις περί τε τοὺς καρποὺς φοροῦσι τῶν χειρῶν καὶ περὶ τοὺς αὐχένας, πρός τε τοὺς ἀστυγείτονας μετάγοντες πωλοῦσιν εὐτελῶς· τὸν μὲν γὰρ χαλκὸν πρὸς τὸν χρυσὸν τρίσταθμον ἀλλάττονται, τὸν δὲ σίδηρον πρὸς διπλοῦν χρυσίον. Ὁ δὲ ἄργυρος τοῦ χρυσοῦ δέκα δύναται μοίρας, τῇ δαψιλείᾳ καὶ σπάνει τῆς ἀξίας παραμετρουμένης, ἐν οἷς ἀποβλέπει πᾶς ὁ βίος οὐ πρὸς τὴν φύσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν.

enim frigidus est ibi aer, nec siccus nec fervidus, sed mollem et spissam refert nubem, a qua pluviæ et tempestates etiam æstate exsistunt commodæ. Pleraque regionis feracissima sunt, sed ob hominum inscitiam non ubique justo cultu afficiuntur. Aurum sane in crustosis terræ illius cuniculis ad magnam inveniunt copiam, non quale adhibita scientia et arte colliquescit e ramentis, sed sponte natum, quod apyron (ignis expertem) Græci ab eventu denominant; cujus portio minima non minor est olivæ ossiculo, media granum mespili adæquat, maxima cum nucibus regiis comparari potest. Hoc perforatum inter lapillos pellucidos alternatim, circa radices manuum et colla gestant, et ad finitimos translatum vili pretio vendunt; nam cum ære aurum triplum commutant, et pro ferro duplum reddunt, et argentum auri decuplum valet. Modus enim æstimationis comparatur ad rationem abundantiæ et raritatis; quibus in rebus tota hominum vita non tam ad naturam rei, quam usus necessitatem respicit.

Diod. πλησίον, ἀλλὰ μαλακαῖς καὶ δασείαις νεφέλαις πολλάκις κατεχομένη· ἐκ δὲ τούτων νεφετοὶ (l. ὑετοὶ) γίνονται καὶ χειμῶνες εὔκαιροι καὶ ποιοῦντες τὴν θερινὴν ὥραν εὔκρατον. Ἥ τε χώρα πάμφορός ἐστι καὶ διάφορος κατὰ τὴν ἀρετὴν, οὐ μέντοι τυγχάνει τῆς ἐνδεχομένης ἐπιμελείας διὰ τὴν τῶν λαῶν ἀπειρίαν. Τὸν δὲ χρυσὸν εὑρίσκοντες ἐν τοῖς φυσικοῖς ὑπονόμοις τῆς γῆς συνάγουσι πολὺν, οὐ τὸν ἐκ τοῦ ψήγματος συντηκόμενον, ἀλλὰ τὸν αὐτοφυῆ καὶ καλούμενον ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἄπυρον. Κατὰ δὲ τὸ μέγεθος ἐλάχιστος μὲν εὑρίσκεται παραπλήσιος πυρῆνι, μέγιστος δὲ οὐ πολὺ λειπόμενος βασιλικοῦ καρύου. Φοροῦσι δ' αὐτὸν περί τε τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν καὶ περὶ τοὺς τραχήλους, τετρημένον ἐναλλὰξ λίθοις διαφανέσι. Καὶ τούτου μὲν τοῦ γένους ἐπιπολάζοντος παρ' αὐτοῖς, χαλκοῦ δὲ καὶ σιδήρου σπανίζοντος, ἐπ' ἴσης ἀλλάττονται ταῦτα τὰ φορτία πρὸς τοὺς ἐμπόρους.

torretur, ut propinquæ, sed mollibus et spissis sæpe nubibus obtegitur; unde pluviæ commodæ et opportunæ exsistunt, quæ æstatem quoque bene temperant. Ad quodvis illa tellus ferendum est idonea, et benignitate excellit, sed per inscitiam hominum non justo afficitur cultu. Magna vis auri e cuniculis a natura factis eruitur, non e ramentis colliquefactum, sed sponte sua natum, quod ab eventu apyrum, id est ignis expers, nominatur. Minimum ejus frustum nucleo par est, maximum a nuce regia non multum exceditur. Circa basim manuum et colla id ipsum gestant, pellucidis invicem lapillis trajectum. Ut autem hoc metalli genere abundant, sic æris et ferri penuria laborant. Propterea æquali hæc auri pondere permutantes a mercatoribus accipiunt.

---

vel ex Ptolemæis rationibus *Cassanitis* attribuere licet; iisque tribuenda sane est, si recte Ritterus (XIII, p. 215) conjecit ab hac urbe derivare nomen Γασανδεῖς s. Κασσανῖται. Idem XIII, p. 314 (cf. XII, 86. 107 sq.) Gasandenses Diodori non diversos censet a *Ghassan* tribu, quæ in Syriam migravit, ita tamen ut pars in meridionali Arabia remanserit. Eo facit Edrisius I, p. 144, qui ita habet : « De Djenouan (Djisan) dépendent plusieurs bourgs et habitations, des champs cultivés, des eaux employées à l'agriculture. La population se compose d'Arabes de la tribu de *Ghassan* et d'autres. » Idem populus apud Plinium VI, 42 vocatur *Gasani : Litus Mamæum, ubi aurea metalla; regio Canauna; gentes Apitami, Gasani* (var. lect. *Casani*). Denique cum Gasandensibus, Casandrensibus, Cassanitis, componendi sunt Κανραεῖται (sic codex, corrupte, ut videtur), qui in Periplo maris Erythr. p. 12 Hudson. ad oram maritimam inter Nabatæorum ditionem et Arabiam felicem degentes tanquam latrones, pestis mercatorum, memorantur. Ceterum de ferocicissimis istis tribubus quæ etiam nunc in eo litore deprehenduntur, nullius imperio subjectæ atque religione a Mohamedanis diversæ, v. Niebuhrius ex eoque sua petens Ritterus XII, p. 192. || — 1. Ὁ ἀὴρ] Cf. quæ de aeris temperie in hod. provincia *Abn Arisch* (15° 50'—17° 40') refert Tamisier *Voyage* I. p. 374-390 ex eoque Ritter. XII, p. 1018. || — 3. ὑετοὶ] sic C; ὑετὸς AB. Idem apud Diodorum pro inepto νιφετοὶ reponendum esse bene monet Wesselingius. || — 3. θέρους] θέρος B. || — 5. λαῶν] sic Diodorus; ἄλλων codd. Photii. || — 6. χρυσὸν] Memorat auri hæc metalla Plinius l. l., in quo

Phot. 97. Τούτων δὲ τῶν ἀνδρῶν συνεχεῖς Κάρϐαι κατέχουσι τὴν ἤπειρον, ἐκδεχομένου λιμένος ἀγχιϐαθοῦς, ἐν ᾧ κρῆναι πλείους ἀναϐάλλουσιν. Ἐφεξῆς δὲ τὸ τῶν Σαϐαίων ἐπισυνάπτει γένος, μέγιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀραϐίαν καὶ παντοίας κύριον εὐδαιμονίας. Καὶ γὰρ ἡ γῆ πάντα φέρει τὰ παρ' ἡμῖν γινόμενα πρὸς βίον, καὶ τὰ σώματά ἐστι τῶν κατοικούντων ἀξιολογώτερα. Βοσκημάτων κεχορήγηνται πλήθεσιν ἀμυθήτοις. Ὀσμή τε πᾶσαν ἐπέχει τὴν παραλίαν θέας τε καὶ λόγου κρείττω τέρψιν τοῖς ἀφικνουμένοις κατασκευάζουσα. Παρὰ μὲν γὰρ αὐτὴν πέφυκε τὴν θάλατταν τό τε βάλσαμον πολὺ καὶ κασσία καὶ [πόα] τις ἄλλη πρόσφατος μὲν ἡδίστην ἔχουσα τῶν ὀμμάτων τέρψιν, ἐν δὲ τῷ χρονίζειν γινομένη συντόμως ἐξίτηλος, ὥστε πρότερον ἀπαμαυροῦσθαι τοῦ φυτοῦ τὴν χρείαν ἢ πρὸς ἡμᾶς παραπέμπεσθαι τοῦ γένους τὴν δύναμιν. . Ἐπὶ δὲ τῆς μεσογείου δρυμοὶ συνεχεῖς στείχουσι καὶ μεγάλοι· δένδρα γὰρ ἠλίϐατα σμύρνης τε καὶ λιϐανωτοῦ, πρὸς δὲ καὶ

97. His hominibus contigui Carbæ habitant continentem in qua portus sequitur profundus, in quem plurimi erumpunt fontes. His deinceps conţermina est Sabæorum gens, per Arabiam omnium maxima, et nullius non generis felicitatem in potestate habens. Namque tellus omnia fert quæ ad commoda vitæ apud nos proveniunt, et corpora sunt spectabiliora quam alibi; pecorum multitudo innumerabilis suppetit; amœnitas et fragrantia totam hanc oram obtinens, voluptatem præbet advenis *divinam* et dictu majorem. Nam ad ipsas litorum crepidines largum nascitur balsamum et cassia et alia herba quæ recenti adhuc vigore suavissimam oculis voluptatem affert, sed inveterascens subito exolescit, adeo ut stirpis usus hebetetur priusquam vis ejus ad nos transmittatur. In mediterraneis autem frequentes et magnæ se attollunt silvæ; nam arbores præcelsæ myrrhæ ac thuris necnon cinnamomi,

Diod. 97. Μετὰ δὲ τούτους ὑπάρχουσιν οἱ ὀνομαζόμενοι Κάρϐαι, καὶ μετὰ τούτους Σαϐαῖοι, πολυανθρωπότατοι τῶν Ἀραϐικῶν ἐθνῶν ὄντες. Νέμονται δὲ τὴν εὐδαίμονα λεγομένην Ἀραϐίαν, φέρουσαν τὰ πλεῖστα τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαθῶν καὶ θρεμμάτων παντοδαπῶν ἐκτρέφουσαν πλῆθος ἀμύθητον. Εὐωδία τε γὰρ αὐτὴν πᾶσαν ἐπέχει φυσικὴ διὰ τὸ πάντα σχεδὸν τὰ ταῖς ὀσμαῖς πρωτεύοντα φύεσθαι κατὰ τὴν χώραν ἀνέκλειπτα. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν παράλιον φύεται τὸ καλούμενον βάλσαμον καὶ κασία καὶ πόα τις ἄλλη ἰδιάζουσαν φύσιν ἔχουσα· αὕτη δὲ πρόσφατος μὲν οὖσα τοῖς ὄμμασι προσηνεστάτην παρέχεται τέρψιν, ἐγχρονισθεῖσα δὲ συντόμως γίνεται ἐξίτηλος. Κατὰ δὲ τὴν μεσόγειον ὑπάρχουσι δρυμοὶ συνηρεφεῖς, καθ' οὓς ἐστι δένδρα μεγάλα λιϐανωτοῦ καὶ σμύρνης, πρὸς δὲ τούτοις φοίνικος καὶ καλάμου καὶ κινναμώμου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τούτοις ὁμοίαν ἐχόντων τὴν εὐωδίαν· οὐδὲ γὰρ ἐξαριθμήσασθαι δυνατὸν τὰς ἑκάστων ἰδιότητάς τε καὶ φύσεις διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ὑπερϐολὴν τῆς ἐκ πάντων ἀθροιζομένης ὀσμῆς. Θεία γάρ τις φαίνεται καὶ λό-

97. (*Cap.* 46.) Hos sequuntur quos Carbas vocant, et deinde Sabæi, præ aliis Arabiæ gentibus populosi. Arabiam enim illam felicem tenent, rerum quæ apud nos magni æstimantur, oppido divitem et pecorum omnis generis longe fœcundissimam. Totam enim naturalis quædam fragrantia obtinet, eo quod pleraque omnia, unde præstantissimi odores exspirant, citra defectionem ibi nascuntur. In maritimis enim balsamum crescit et casia aliaque peculiaris genii herba, quæ recenti adhuc vigore suavissimam oculis voluptatem affert, inveterata subito flaccescit. In mediterraneis saltus opaci exsistunt, inque his celsæ thuris, myrrhæ, palmæ, calami, cinnamomi et aliorum ita suaveolentium arbores exsurgunt. Quis singulorum proprietates et naturas in tanta multitudine et odorum e cunctis prodeuntium excellentia percenseat? Fragrantia enim illa, uniuscujusque sensus exhalatione sua percellens, omnino res divina est et oratione major,

suspicari licet verba *Mamæum litus* e male lecto græco nomine orta; ΑΛΑΛΛΑΙΟΝ=ΜΑΜΑΙΟΝ; quamquam cum *Mamæo* componi potest Μάμαλα κώμη Ptolemæi.

§ 97, l. 1. Κάρϐαι] Iidem *Carphati* apud Plinium VI, 32 : *Gasuni* (v. § 96), *fons Coralis, Carphati; insulæ Aleu et Amnamethu, gens Darrhæ*. In quibus fons Coralis haud dubie unus est ex fontibus, quorum Agatharchides meminit. Idem Plinius paullo post ex alio auctore juxta Sabæos recenset *Agræos* et *Cerbanos*, nescio an ad nos pertinentes. ‖ — 3. Ἐφεξῆς δὲ] δὲ om. AB. ‖ — 6. γινόμενα] γενόμενα cod.; em. Bekker. ‖ — 6. πρὸς βίον] πρὸς τὸν βίον C. Sequens de Sabæis narratio inter ea quæ de hac gente accepimus, principem facile locum obtinet, quamquam oratorie rem pro more Agatharchides exornavit. Quæ huc pertinent collecta vel indicata habes apud Ritterum XII, p. 72 sqq. ‖ — θέαν] θείαν e Diodoro scribendum esse recte procul dubio suspicatur Bekkerus. Ceterum comparandus est Herodotus III, 107 sqq., quo nihilo accuratiora Noster tradidit. Merces ex India et Africa in Arabiam, hinc ad Phœnices Græcosque advectas pro Arabiæ proventu habebantur; nam neque cinnamomum neque cassiam fert Arabia. V. Plinius XII, 41 sq., interpretes Herodoti et Ritter. XII, p. 364 sqq. ‖ — 11. θάλασσαν C. ‖ — 12. κασία C. ‖ — πόα] supplevi e Diodoro. ‖ — 13. ἔχουσα] δὲ ἔχ. cod.; em. Bekker. ‖ — ὀμμάτων] Ap. Photium Diodorumque legendum puto τῶν ἀρωμάτων τέρψιν, sicut infra habes τῶν ἀρωμάτων ἀπόλαυσιν. Nam de odoribus nunc sermo est, atque ita habet Artemidorus : Καὶ ἄλλη τις πόα σφόδρα εὐώ-

Phot. κινναμώμου φοίνικός τε καὶ καλάμου καὶ τῶν ἄλλων ἀνεῖται τῶν τοιούτων, ὥστε εἶναι μηδενὶ λόγῳ τὸ πρᾶγμα δηλωτὸν, ὃ συμβαίνει τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις εἰληχόσι τοῦ γένους τὴν δοκιμασίαν. Οὐ γὰρ τὴν τεθησαυρισμένην καὶ παλαιὰν ἔχει τῶν ἀρωμάτων ἀπόλαυσιν, οὐδὲ τὴν ἀπὸ τοῦ γεννῶντος καὶ τρέφοντος ὄγκου διακεχωρισμένην, ἀλλὰ τὴν ἀνθοῦσαν ἀπὸ τῆς θείας ἀκμῆς καὶ τὴν ἀπὸ τῶν οἰκείων καὶ φυσικῶν τὸ θαυμαζόμενον ἀποπέμπουσαν, ὥστε πολλοὺς εἰς λήθην ἀφικομένους τῶν θνητῶν εὐτυχημάτων τῆς ἀμβροσίας ὑπονοεῖν ἀπολαμβάνειν, ὄνομα τοῦ πράγματος ἐπιζητοῦντος οἰκεῖον τῆς ὑπερβολῆς.

98. Περὶ δὲ τοὺς δρυμοὺς τῶν εὐωδῶν γένος ἐστὶν ὄφεων ἰδιώτατον πάντων, οἱονεὶ φθονούσης τοῖς ἁδροῖς ἐπιτεύγμασι τῆς τύχης καὶ παραπλεκούσης τἀγαθῷ τὸ βλαβερὸν, ὅπως μηδεὶς εἰς τέλος ἐξυβρίζων τιτανῶδες καὶ κατεγνωκὸς τοῦ θείου τὸ φρόνημα λαμβάνῃ τῶν ἀγαθῶν εὐτυχούντων, παιδεύηται δὲ τῇ παραθέσει καὶ μνήμῃ τῶν ἐναντίων. Τὸ δὲ γένος τῶν ὄφεων χρῶμα μὲν ἔχει φοινικοῦν, μῆκος δὲ ὅσον σπιθαμῆς, δῆγμα

et palmæ et calami et id genus aliorum exsurgunt, adeo ut nulla ratione explicari queat voluptas illorum qui sensibus suis periculum de his fecerunt. Non enim in cellas abditis et exoletis aromatibus illi fruuntur, nec a materia procreante et nutriente separatis, sed quæ a divina illa maturitate adhuc floreant, et a familiari proprioque et genuino vigore vim illam admirabilem emittant, usque adeo ut multi in oblivionem mortalis delati felicitatis, de ambrosia se percipere nonnihil opinentur, dum res nomen ad summam prædicationem idoneum et par sibi quærit.

98. In saltibus rerum odoratarum serpentis genus est omnium insolentissimum, quasi fortuna tam largis terræ commodis invideat, et bono attexat nocumentum, ne quis bonis prospere affluentibus animo efferatur superbo, et flagitiis usque perpetrandis indulgeat numenque aspernetur, sed adjectione et memoria adversorum commonefactus, vitam modestius agat. Genus id serpentis colore est puniceo et longitudine spithamæ morsuque insanabili, quando su-

Diod. γου κρείττων ἡ προσπίπτουσα καὶ κινοῦσα τὰς ἑκάστων αἰσθήσεις εὐωδία· καὶ γὰρ τοὺς παραπλέοντας, καίπερ πολὺ τῆς χέρσου κεχωρισμένους, οὐκ ἀμοίρους ποιεῖ τῆς τοιαύτης ἀπολαύσεως. Κατὰ γὰρ τὴν ἐαρινὴν ὥραν, ὅταν ἄνεμος ἀπόγειος γένηται, συμβαίνει τὰς ἀπὸ τῶν σμυρνοφόρων δένδρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἀποπνεομένας εὐωδίας διικνεῖσθαι πρὸς τὰ πλησίον μέρη τῆς θαλάττης· οὐ γὰρ ὥσπερ παρ' ἡμῖν ἀποκειμένην καὶ παλαιὰν ἔχει τὴν τῶν ἀρωμάτων φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἀκμάζουσαν ἐν ἄνθει νεαρὰν δύναμιν καὶ διικνουμένην πρὸς τὰ λεπτομερέστατα τῆς αἰσθήσεως. Κομιζούσης γὰρ τῆς αὔρας τὴν ἀπόρροιαν τῶν εὐωδεστάτων, προσπίπτει τοῖς προσπλέουσι τὴν παράλιον προσηνὲς καὶ πολὺ, πρὸς δὲ τούτοις ὑγιεινὸν καὶ παρηλλαγμένον ἐκ τῶν ἀρίστων μῖγμα, οὔτε (γὰρ) τετμημένου τοῦ καρποῦ καὶ τὴν ἰδίαν ἀκμὴν ἐκπεπνευκότος, οὔτε τὴν ἀπόθεσιν ἔχοντος ἐν ἑτερογενέσιν ἀγγείοις, ἀλλ' ἀπ' αὐτῆς τῆς νεαρωτάτης ὥρας, καὶ τὸν βλαστὸν ἀκέραιον παρεχομένης τῆς θείας φύσεως· ὥστε τοὺς μεταλαμβάνοντας τῆς ἰδιότητος δοκεῖν ἀπολαύειν τῆς μυθολογουμένης ἀμβροσίας διὰ τὸ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐωδίας μηδεμίαν ἑτέραν εὑρίσκειν οἰκείαν προσηγορίαν.

98. Οὐ μὴν ὁλόκληρον καὶ χωρὶς φθόνου τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς ἀνθρώποις ἡ τύχη περιέθηκεν, ἀλλὰ τοῖς τηλικούτοις δωρήμασι παρέζευξε τὸ βλάπτον καὶ νουθετῆσον τοὺς διὰ τὴν συνέχειαν τῶν ἀγαθῶν εἰωθότας καταφρονεῖν τῶν θεῶν. Κατὰ γὰρ τοὺς εὐωδεστάτους δρυμοὺς ὄφεων ὑπάρχει πλῆθος, οἳ τὸ μὲν χρῶμα φοινικοῦν ἔχουσι, μῆκος δὲ σπιθαμῆς, δήγματα

quæ et procul continentem hanc præternavigantes voluptatis suæ non immunes esse patitur. Veris enim tempore excitatus a terra ventus e myrrhiferis et id genus ceteris arbustis promanantes odorum auras in vicinas maris partes transmittit. Non enim abjectam et quasi exolescentem, ut apud nos, aromata naturam habent, sed virtutem adhuc novam et in flore vigentem ad intimos usque sensus subtiliter transfundunt. Dum enim evaporantes fragrantissimorum germinum spiritus auræ transportant, fit ut jucunda et copiosa nec non sanitati conducens et inusitata ex optimis odoribus mixtura ad legentes oram illam deferatur. Non enim ex fructu absciso, et cujus vigor jam exspiraverit, aut qui in diversi generis vasa sit reconditus, sed a recenti maturitate et divina sinceræ stirpis natura odoratus ille promanat; adeo ut, qui participes hujus boni sint, ambrosia fabulis decantata sibi frui videantur, quum summa odorum suavitas dignius se nomen haud inveniat.

98. (*Cap.* 47.) Nec tamen integram nullaque invidia permixtam hanc felicitatem sors hominibus affudit, sed tantis dotibus nocumentum quoddam adjunxit, quo per continuam bonorum affluentiam deos contemnere soliti meliora doceantur. Saltus enim fragrantissimi serpentibus abundant, colore puniceo, longitudine spithamæ, et morsu plane immedicabili. As-

δης, ταχὺ δ' ἐξίτηλον τὴν ὀδμὴν ἔχουσα. || — 17. δένδρη AC. || — 1. καλάμου] sc. ἀρωματικοῦ.

§ 98. Serpentes Herodoto III, 107 dicuntur ὑπόπτεροι, μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα. Rectius Aga-

Phot. δὲ ἀνίατον, ἂν τῆς λαγόνος ἀνώτερον αἱμάξῃ· τὴν δὲ πληγὴν δίδωσι παλλόμενον εἰς ὕψος.

99. Παρ᾽ αὐτοῖς δὲ τοῖς Σαβαίοις ἡ μὲν ὀσμὴ τῶν εὐωδῶν ἀκροτάτη, ἡ δὲ χάρις ἐλλιπής· τὸ γὰρ ἐνδελεχὲς ἐκ νηπίου κινεῖ μὲν τὴν αἴσθησιν ἧττον, ἀμβλυτέραν δὲ κατασκευάζει, μεταβολῆς τοῖς βίοις οὐχ ὑποκειμένης. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἀπειδὰν οὐ δύνωνται τὴν ζωὴν παιδαγωγεῖν παραπλησίως εὐσταθῆ, διαπνεομένου τοῦ σώματος ὑπ᾽ ἀκράτου καὶ τμητικῆς δυνάμεως, καὶ τὴν σύμμετρον πύκνωσιν ἐπὶ ἀραιὸν ἀγούσης, ὥστε ἄγειν εἰς ἔκλυσιν ἐσχάτην, τότε δὴ ἀσφάλτου παραθυμιῶντες βραχὺ καὶ τράγου πώγωνα, τοῖς τοιούτοις ἀφαιροῦνται τὴν ἄγαν εὐώδη τῆς ἐπιφορᾶς ὑπερβολήν, καὶ τῇ μίξει τοῦ δοκοῦντος λυπεῖν τὸ τῆς ἡδονῆς βλαβερὸν ὑποκαταστέλλουσιν. Οὕτως ἅπαν ἐπίτευγμα μεσότητι μὲν καὶ τάξει κυβερνώμενον παραπέμπει τὸν βίον, συμμετρίας δὲ καὶ καιροῦ στερηθὲν οὐκ ἔχει τὴν κτῆσιν ὀνησιφόρον.

100. Τὸ δὲ τῶν Σαβαίων ἄστυ τοῦ παντὸς ἔθνους προσηγορίαν δηλοῦν, ἐπ᾽ ὄρους ἐστὶν οὐ μεγάλου, πολὺ κάλλιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν, ὃ καλεῖται Σάβας.

per ilia hominem sauciaverit; plagam enim infert assiliens in altum.

99. Ceterum apud Sabæos stirpium fragrantium odor summus quidem est, sed voluptas minor. Nam quod a puero assiduum est, sensum minus afficit movetque, imo obtusiorem reddit, nulla vitæ commutatione adjuncta. Porro quum non ita regere vitam possint, ut in bono semper statu permaneat (spiritus enim facultate incisoria corpus perflat, et constipationem ejus moderatam sic in laxius diducit, ut ad extremam tandem exsolutionem redigatur) : huic vitio ut medeantur, pauxillum bituminis et hirci barbam ægrotis succendunt, atque ita nimium fragrantiæ perpetuo aspirantis excessum amoliuntur, et quod voluptate noxium est, attemperatione ejus quod molestum huic esse videtur, reprimunt. Adeo omnis felicitas, si mediocritate et bono ordine gubernatur, vitam optime transmittit; at si moderatione et opportunitate destituitur, inutilis ejus possessio.

100. Sabæorum oppidum, totius gentis appellationem indicans, monti incumbit non magno, omnium in Arabia pulcherrimum, quod Sabas vocatur. Rex

---

Diod. δὲ ποιοῦνται παντελῶς ἀνίατα· δάκνουσι δὲ προσπηδῶντες καὶ ἀλλόμενοι πρὸς ὕψος αἱμάττουσι τὸν χρῶτα.

99. Ἴδιον δέ τι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις συμβαίνει περὶ τοὺς ἠσθενηκότας ὑπὸ μακρᾶς νόσου τὰ σώματα. Διαπνεομένου γὰρ τοῦ σώματος ὑπ᾽ ἀκράτου καὶ τμητικῆς φύσεως, καὶ τῆς συγκρίσεως τῶν ὄγκων εἰς ἀραίωμα συναγομένης, ἔκλυσις ἐπακολουθεῖ δυσβοήθητος. Διόπερ τοῖς τοιούτοις ἄσφαλτον παραθυμιῶσι καὶ τράγου πώγωνα, ταῖς ἐναντίαις φύσεσι καταμαχόμενοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐωδίας. Τὸ γὰρ καλὸν ποσότητι μὲν καὶ τάξει μετρούμενον ὠφελεῖ καὶ τέρπει τοὺς ἀνθρώπους, ἀναλογίας δὲ καὶ καθήκοντος καιροῦ διαμαρτὸν ἀνόνητον ἔχει τὴν δωρεάν.

100. Τοῦ δ᾽ ἔθνους τούτου μητρόπολίς ἐστιν ἣν καλοῦσι Σάβας, ἐπ᾽ ὄρους ᾠκισμένη. Βασιλέας δ᾽ ἐκ γένους ἔχει τοὺς διαδεχομένους, οἷς τὰ πλήθη τιμὰς

sultu quodam feriunt, et concitato in altum impetu corpus cruentant.

99. Singulare quid incolis longo debilitatis morbo accidit. Nam quia immoderata penetrandi vis corpus perflat, et concretionem ad laxitatem redigit, vix curabilis tandem exsolutio consequitur. Idcirco bitumine hircique barba suffitum ægris faciunt, ut nimias fragrantiæ vires contrarii odoris natura expugnent. Bonum enim justa mensura et convenienti ordine adhibitum juvat et delectat homines; debitum autem proportionis et opportunitatis modum excedens infructuosam sui largitionem habet.

100. Gentis hujus caput est urbs, quam Sabas vocant, monti incumbens. Reges successione gentili imperant, quibus honores bonis malisque permixtos

---

tharchides non alatos, sed ἀλλομένους πρὸς ὕψος (ap. Diodor. et Artemidor.) dicit; indicatur serpentium genus motus celeritate insigne. V. Niebuhr. *Arab.* I, p. 246, Miot ad Herodot. l. l., Bæhr ibid. et ad II, 75 et p. 932. Veneno carere istos serpentes refert Pausanias IX, 28, ubi vide plura. || — 1. τὴν δὲ πληγὴν] τὴν πλ. δὲ C; δὲ om. B.

§ 99, l. 10. ἀραιὸν vel ἀραίωμα leg. videtur ex Diodoro; πλεῖον codd. Photii; ἀραιούσης conj. Bekker. || — 11. δὴ] δὲ ABC. || — 12. τράγου πώγωνα] Cf. Plinius XII, 41 : *Ex Syria* (Arabes) *revehunt styracem, acri odore ejus abigentes suorum fastidium. Cetero, non alia ligni genera sunt in usu quam odorata; cibosque Sabæi coquunt thuris ligno, alii myrrhæ, oppidorum vicorumque non alio quam ex aris fumo atque nidore* (Cf. Ag. § 101). *Ad hunc ergo sanandum urunt styracem in pellibus hircinis, suffiuntque tecta. Adeo nulla est voluptas quæ non assiduitate fastidium pariat. Eundem et ad serpentes fugandas urunt* (Cf. Herod. III, 107), *in odoriferis silvis frequentissimas.* Cf. Salmasius ad Solin. p. 382 sq. || — 13. ἐπιφορᾶς] ἀποφορᾶς conj. Salmasius l. l. absque causa idonea.

§ 100, l. 21. Σάβας] Σαβᾶς C. Ἡ δὲ πόλις τῶν Σαβαίων, ἡ Μαρίαβα κεῖται ἐπ᾽ ὄρους εὐδένδρου Artemidor. ap. Strab. 779. Cf. Eratosth. ibid. p. 768. Μαράβα ap. Ptolem.; Plinius VI, 32 : *Regia omnium* (Sabæorum) *Mariaba*. Quod nomen, compluribus urbibus commune, sec. Plinium quo loco Mariabam Calingiorum memorat, designat *Dominos omnium*, obloquente tamen Rittero XII, p. 283, qui istam interpretationem ad epitheton urbis Calingiorum *Baramalcum* (*filii regum*) pertinere censet, ipse autem nomen Mariaba derivare putat ab hebraico *ereb, latibulum* sc. ferarum

Phot. Ὁ δὲ βασιλεύων τοῦ παντὸς ἔθνους προεδρίαν ἔχει παρὰ τοῦ λαοῦ τῇ μὲν ἔντιμον τῇ δὲ ἀκληροτάτην· ἔντιμον μὲν ὅτι πολλοῖς ἐπιτάττει, κατὰ κρίσιν ἀνυπεύθυνον ὃ βούλεται πράττων, ἄκληρον δὲ ὅτι παραλαβὼν τὴν ἐπιμέλειαν οὐ δύναται πάλιν ἐκ τῶν βασιλείων ἐξελθεῖν· εἰ δὲ μή, λιθόλευστος ὑπὸ πάντων γίνεται κατὰ χρησμὸν ἀρχαῖον, ὥστε εἶναι τὴν ὑπεροχὴν βλαβεράν.

101. Τῶν δὲ ἀνδρῶν οἱ μὲν καταγινόμενοι πρὸς τὸ οἴκοι ἐνδιατρίβειν βραχύ τι τοῦ θήλεος γένους ἀλκιμώτερον ἄγουσιν, ὑπὸ τῆς συνεχοῦς ἀπογυναικούμενοι ῥᾳστώνης· οἱ δὲ ἄλλοι τά τε πρὸς πόλεμον μελετῶσι καὶ τὴν χώραν ἅπασαν ἐργάζονται καὶ στέλλουσιν ἀπ' οἰκίας, τοῖς μείζοσι χρώμενοι σχεδίαις. Κομίζουσι δὲ ἄλλα τε, καὶ μάλιστα τὸν εὐώδη καρπὸν τὸν ἐν τῷ πέραν φυόμενον (ἀραβιστὶ δὲ λέγεται λάριμναν), μεγίστην ἔχοντα τῶν ἄλλων θυμιαμάτων εὐωδίαν, ὃν κρατεῖν λέγεται γένους ἀρρωστίας ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σωματικῆς. Οὐδεμίαν δὲ τῆς γῆς ἄλλην ὕλην φερούσης, ἀναγκάζονται πρὸς τὰ καθ' ἡμέραν τὸ κιννάμωμον καὶ τὴν κασσίαν καίειν, καὶ πρὸς τὰς ὑπολοίπους ἐν τῷ βίῳ χρείας· οὕτως ἀνίσως τὰ αὑτῆς ἡ τύχη μεμέρικε, τοῖς μὲν σπάνιν τῶν σπουδαίων, τοῖς δὲ πλῆθος διδοῦσα. Τῶν δὲ Σαβαίων χρῶνται καὶ τοῖς δερματίνοις οὐκ ὀλίγοι πορείοις, διδασκούσης τὴν χρείαν τῆς ἀναπώτιδος, καίπερ ἐν τρυφῇ καταγινομένους.

102. Οὐδὲν γὰρ εὐπορώτερον Σαβαίων καὶ Γερραίων εἶναι δοκεῖ γένος, ἐκτεταμιευμένων πᾶν τὸ πῖπτον εἰς διαφορᾶς λόγον ἀπὸ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης. Οὔ-

toti genti imperans, summi gubernatoris munus a populo ita habet, ut partim honorificum, partim infelicissimum sit; honorificum quidem, quod multis imperitat, et libero quæ decernit arbitrio agit, nulli subjectus censuræ; infelix vero quod accepta regni cura, regale egredi palatium ei nefas. Secus si fiat, lapidibus a populo obruitur; ita enim antiquum jubet oraculum. Honorum igitur eminentia illic nociva.

101. E virorum numero ad hoc destinati, ut domum servent, exiguo fortius se gerunt quam feminæ. Continuo namque otio in feminas degenerant. Ceteri et rebus bellicis dant operam, et totam regionem opere exercent, et proventus foras deducunt, majoribus ad hoc ratibus utentes. Vehunt quum alia, tum fructum præsertim odoratum, in ulteriore terra natum (Arabice Larimnan dicitur), maxima inter cetera thymiamata fragrantia præditum, quem certas quasdam infirmitates corporis plerumque vincere perhibent. Porro quum nulla solum hoc alia ferat ligna, ad usus quotidianos cinnamomum et cassiam urere et ad ceteros vitæ usus applicare necesse habent. Tam inæqualiter bona sua divina sors distribuit; his rerum appetendarum vix paucitatem concedit, illis redundantiam largitur. Sabæorum non pauci coriaceis utuntur naviculis, docente hunc eos usum refluxu maris, quamvis in luxu et deliciis viventes.

102. Nulla enim Sabæis opulentior esse et Gerrhæis hominum natio videtur, qui quicquid sub calculum transportationis cadit ex Asia et Europa dispensant.

Diod. ἀπονέμει μεμιγμένας ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς. Μακάριον μὲν γὰρ βίον ἔχειν δοκοῦσιν, ὅτι πᾶσιν ἐπιτάττοντες οὐδένα λόγον ὑπέχουσι τῶν πραττομένων· ἀτυχεῖς δὲ νομίζονται καθ' ὅσον οὐκ ἔξεστιν αὐτοῖς οὐδέποτε ἐξελθεῖν ἐκ τῶν βασιλείων, εἰ δὲ μή, γίνονται λιθόλευστοι ὑπὸ τῶν ὄχλων κατά τινα χρησμὸν ἀρχαῖον.

102. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος οὐ μόνον τῶν πλησιοχώρων Ἀράβων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρει

vulgus defert. Beatam quidem vitam agere videntur, quod cunctis jura dantes ipsi nullam gestorum a se rationem reddere coguntur; at infelix horum conditio est, quatenus nunquam e regia exire illis licet; si contra egerint, plebs lapidum conjectu (sic enim vetus jubet oraculum) eos obruit.

102. Natio hæc non finitimos tantum Arabes, sed ceteros etiam mortales divitiis et quavis rerum pre-

in silva; eamque conjecturam eo commendari quod Mariaba Sabæorum ἐπ' ὄρους εὐδένδρου sita esse dicatur. Quæ vereor ne inanis sit opinatio. De Sabæ regiæ ruinis in hod. *Mareb* vico inter summa pericula ab Arnaudo detectis vide Th. Jo. Arnaud *Relation d'un voyage à Mareb en* 1843 in *Journal Asiatique, quatrième série*, tom. V (Paris 1845), p. 208-245 et p. 309-345. Cf. Ritter. XII, p. 858 sqq. || — 2. τῇ.. τῇ] πῇ πῇ.. B et correct. A. || — βασιλέας] « Verba Diodori βασιλέας δ' ἐκ γένους ἔχει τοὺς διαδεχομένους vertunt *reges successione gentili imperant*, non male, nec tamen per omnia bene; major enim vis et emphasis residet penes τοὺς διαδεχομένους, qui repræsentant et exprimunt titulum *Tobbaorum*, circumdari solitum regibus Sabæorum e gente Jectanidæa oriundis. *Tobboa* enim *tebha*, διάδοχον, διαδεχόμενον, *successorem*, designat arabice, a themate *tabha*, *secutus est*, *successit*. Jam vero disertim testantur philologi Arabum *Tobbaorum* appellatione insignitos tantum fuisse antiquos illos et præpotentes reges, qui *Hadramaut*, *Saba* et *Himiar* perpetua serie possederunt. » Schultens oratio I De ling. Arab. origin. p. 25, citante Wesselingio. Ceterum cf. Strabo p. 783, et Eratosthenes ap. Strabon. p. 768. De regum conditione cf. Heraclides Cumanus (Fr. Histor. II, p. 97, 4.) ap. Athenæum XII, p. 517, B.

§ 101. Cum Photii excerptis cf. Artemidorus ap. Strabonem. — 15. ἀραβιστὶ δὲ] δὲ om. B. Pro λάριμναν Artemidorus λάριμνον. || — 16. ἔχοντα] ἔχων C. || — ὃν κρατεῖν] B; ὧν κρατεῖν AC. || — 17. γένους] γένος AB. || — ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ om. B. || — 21. τὰ αὑτῆς] ἑαυτῆς C. || — 24. πορείοις] πλοίοις Artemidor. Intellige σχεδίας δερματίνας ἐξ ἀσκῶν, quas dicit Anonymus auctor peripli maris Erythræi § 27. Conf. Ptolemæus VI, 7, Stephan. Byz. v. Ἀσχῖται, Juba ap. Plinium VI, 4. Etiamnunc in usu sunt.

Phot. τοι πολύχρυσον τὴν Πτολεμαίου Συρίαν πεποιήκασιν, οὗτοι τῇ Φοινίκων φιλεργίᾳ κατεσκευάκασι λυσιτελεῖς ἐμπορίας, καὶ μυρία ἄλλα. Ἔστι δὲ πολυτέλεια παρ' αὐτοῖς οὐ μόνον ἐν τορεύμασι θαυμαστοῖς καὶ ποτηρίων ποικιλίαις, ἔτι δὲ κλινῶν καὶ τριπόδων μεγέθεσι, [ἀλλὰ] καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατ' οἰκίαν παρ' ἡμῖν ἐκτεινομένων λαμβάνει τὴν ὑπερβολήν, πολλῶν, ὡς ἔοικε, κεκτημένων χορηγίαν βασιλικήν. Κίονάς τε πολλοὺς αὐτοῖς φησὶ κατεσκευάσθαι ἐπιχρύσους τε καὶ ἀργυροῦς, πρὸς δὲ καὶ τὰς ὀροφὰς καὶ θύρας φιάλαις λιθοκολλήτοις ἐξειλῆφθαι πυκναῖς, ὡσαύτως καὶ τὰ μεσοστύλια θέαν ἔχειν εὐπρεπῆ, καὶ καθόλου τοὺς παρὰ τῶν ἄλλων πλούτους ἐκκεῖσθαι τὴν διαφορὰν μεγάλην. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕως τοῦ καθ' ἡμᾶς παρ' αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται βίου. Εἰ δὲ μὴ πόρρω διεστηκυῖαν τὴν οἴκησιν κατεῖχον τῶν ἐπὶ πάντα τόπον τὰς δυνάμεις στρεφόντων, οἰκονόμοι τῶν ἀλλοτρίων ἂν ὑπῆρχον οἱ κύριοι τῶν ἰδίων ἄθλων, τῆς ῥαθυμίας ἀδυνατούσης τὸ ἐλεύθερον πλείω χρόνον διατηρεῖν.

103. Παρὰ δὲ τὴν χώραν ταύτην ἡ μὲν θάλαττα

Hi auri ditissimam Ptolemæi Syriam fecerunt; hi sedulitati Phœnicum lucrosissimas negotiationes dederunt, ut. sexcenta alia præterea. Magnos impendunt sumptus non solum in toreumata admirabilia et poculorum varietatem et lectorum et tripodum magnitudinem, [*sed*] in reliquis quoque rebus quæ apud nos per ædes extenduntur, vulgarem modum egrediuntur, siquidem multi, ut æstimare est, sumptus faciunt regios. Multas illis esse ait columnas deauratas et argenteas, porro etiam fastigia domorum et fores crebris phialis lapillorum pretiosiorum copia ornatis distingui, et similiter mesostylia quoque decentissimam præbere sui contemplationem; in summa, quicquid apud alios divitiarum est, id omne hic magna varietate expositum est. Et hæc quidem ad nostram usque ætatem de illis ita prædicantur. Nisi vero longe summotas haberent sedes ab his qui ad omnem fere locum copias vertunt, alienarum curatores opum forent, qui nunc in sua quasi præmia dominium retinent, siquidem ignavia libertatem ad prolixius tempus conservare nequit.

103. Juxta hanc regionem mare conspicitur al-

Diod. πλούτῳ καὶ ταῖς ἄλλαις κατὰ μέρος πολυτελείαις. Ἐν γὰρ ταῖς τῶν φορτίων ἀλλαγαῖς καὶ πράσεσιν ὄγκοις ἐλαχίστοις πλείστην ἀποφέρονται τιμὴν ἁπάντων ἀνθρώπων τῶν ἀργυρικῆς ἀμείψεως ἕνεκα τὰς ἐμπορίας ποιουμένων. Διόπερ ἐξ αἰῶνος ἀπορθήτων αὐτῶν γεγενημένων διὰ τὸν ἐκτοπισμὸν, καὶ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πλήθους ἐπικεκλυκότος παρ' αὐτοῖς, καὶ μάλιστα ἐν Σάβαις, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια κεῖται, τορεύματα μὲν ἀργυρᾶ τε καὶ χρυσᾶ παντοδαπῶν ἐκπωμάτων ἔχουσι, κλίνας δὲ καὶ τρίποδας ἀργυρόποδας, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν ἄπιστον τῇ πολυτελείᾳ, κιόνων τε ἁδρῶν περίστυλα, τὰ μὲν ἐπίχρυσα, τὰ δ' ἀργυροειδεῖς ἐπὶ τῶν κιονοκράνων τύπους ἔχοντα. Τὰς δ' ὀροφὰς καὶ θύρας χρυσαῖς φιάλαις λιθοκολλήτοις καὶ πυκναῖς διειληφότες, ἅπασαν τὴν τῶν οἰκιῶν κατὰ μέρος οἰκονομίαν πεποίηνται θαυμαστὴν ταῖς πολυτελείαις· τὰ μὲν γὰρ ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ, τὰ δ' ἐξ ἐλέφαντος καὶ τῶν διαπρεπεστάτων λίθων ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τῶν τιμιωτάτων παρ' ἀνθρώποις κατεσκευάκασιν. Ἀλλὰ γὰρ οὗτοι μὲν ἐκ πολλῶν χρόνων τὴν εὐδαιμονίαν ἀσάλευτον ἔσχον διὰ τὸ παντελῶς ἀπεξενῶσθαι τῶν διὰ τὴν ἰδίαν πλεονεξίαν ἕρμαιον ἡγουμένων τὸν ἀλλότριον πλοῦτον.

103. Ἡ δὲ κατὰ τούτους θάλαττα λευκὴ φαίνεται

tiosarum copia antecellit. Nam in commerciis quando aliquid distrahunt, pro exigui ponderis merce plurimum auferunt pretii præ omnibus, qui argentum rebus suis commutant. Ideo quum per omnium memoriam propter longinquitatem situs in nullius unquam potestatem venerint, aurique et argenti copia quasi circumfluant, maxime Sabis, ubi regia illis sedes, toreumata omnis generis et ex argento auroque pocula, lectos etiam et tripodes argenteis fulcris, aliamque supellectilem magis quam credas sumtuosam possident. Porticus multarum columnarum partim deauratæ sunt, partim argentea in capitellis habent ornamenta. Fastigia et portæ crebras ex auro et pretiosis lapillis phialas ostentant; siquidem in totam ædium adornationem mirificos impendunt sumtus, nunc argento et auro, nunc ebore et lapillis exquisitis aliisque apud homines magnæ æstimationis rebus illas exornantes. Per multas enim ætates illabefactatam, retinuere felicitatem, quod longissime remoti sunt ab illis, qui per avaritiam suam in aliorum opibus lucrum ponunt.

103. Mare illic candidum refert colorem, ut quis

§ 102, l. 11. ἐξειλῆφθαι λιθοκολλήτοις B. || — 12. παρ' αὐτῶν τοῖς τῶν ἄλλων πλούτοις B. Pro τοὺς παρὰ leg. vid. παρὰ τούς. || — 16. τρεφόντων codd.; em. Bekker. Intelligit auctor Romanorum grassantem potentiam.

§ 103, l. 20. θάλαττα λευκή.. ποταμῷ ἐμφερής] De mira quadam coloris maris mutatione prope *Cap Jask* ad sinum Persicum, v. Ritter. XII, p. 429, qui nostro loco rem nonnisi de mari fluentis undisque vehementius agitato intelligendum esse suspicatur (XII p. 248). Certius est sermonem h. l. esse de mari extero, ubi *Aden* erat Sabæorum portus (Εὐδαίμων Ἀραβία Peripli); nam naves Indicæ prægrandes in fauces sinus Arabici nondum solebant penetrare (Peripl. m. Er. § 26). Insulas beatas, navigatorum ex India Arabiam petentium stationes, quasnam potissimum designare auctor voluerit, quæritur. Cogitare licet de Zenobii insulis (*Kuria-Muriah*) vel de Sarapidis insula (*Massera*); at ipsa *beatarum inss.* denominatio ad hodiernam ducit *Socotara* insulam, quam veteres geographi *Dioscoridæ* insulam vocare solent; hoc enim nomen natum

Phot. λευκὴ φαίνεται, ποταμῷ ἐμφερής, ὥστε παραπλήττεσθαι τοῦ γινομένου τὴν αἰτίαν, νῆσοι δὲ εὐδαίμονες παράκεινται, ἐν αἷς βοσκήματα λευκὰ μέν ἐστι πάντα, οὐδενὶ δὲ τῶν θηλειῶν ἐπιφύεται κέρας. Ἐν ταύταις ταῖς νήσοις ἰδεῖν ἔστιν ὁρμούσας ἐμπορικὰς τῶν προσχώρων σχεδίας, πλείστας μὲν ἐκεῖθεν οὗ κατεστήσατο παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ὁ Ἀλέξανδρος ναύσταθμον, οὐκ ὀλίγας δὲ ἀπὸ τῆς Περσίδος καὶ Καρμανίας καὶ τῆς σύνεγγυς πάσης.

104. Ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ κατὰ τὸν οὐρανὸν θαυμασίως ἔχοντα· ὧν ἐστὶ καὶ τὸ περὶ τὴν ἄρκτον συμβαῖνον. Ἀπὸ γὰρ Μαιμακτηριῶνος, ὃς ἄγεται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οὐδεὶς ἀστὴρ τῶν ἑπτὰ φαίνεται μέχρι φυλακῆς πρώτης, ἐν δὲ Ποσειδεῶνι μέχρι δευτέρας, ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς τῶν μηνῶν κατὰ λόγον. Τῶν δ' ἄλλων ἀστέρων οἱ μὲν πλάνητες ἀόρατοι, τινὲς δὲ τοῖς ὄγκοις μείζονες, οἱ δὲ οὐδὲ κατὰ τοὺς ὑφεστῶτας καιροὺς τὰς δύσεις ποιούμενοι καὶ τὰς ἐπιτολάς.

bum ad fluvii speciem, ita ut effectus hujus causam non sine stupore demireris. Adjacent autem insulæ fortunatæ, in quibus niveo sunt colore pecora universa, nec ulli feminarum cornu adnascitur. In his mercatorias accolarum naves stationem habere videas, plerasque inde profectas, ubi juxta Indum amnem navale instituit Alexander, nec paucas e Perside et Carmania et tota continente finitima.

104. Cœlestia etiam illis mirabiliter se habent; inter quæ est quod circa Ursam contingit. Nam inde a Mæmacterione mense Atheniensium, nulla de septem ejus stellis conspicitur usque ad vigiliam noctis primam; Posideone ad secundam usque, et eadem ratione mensibus deinceps sequentibus; tum de ceteris stellis erraticæ non videntur; nonnullæ autem globos habent majores; sunt quæ non statis et legitimis sibi temporibus occidunt et oriuntur.

Diod. τὴν χρόαν, ὥσθ' ἅμα θαυμάζειν τὸ παράδοξον καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ συμβαίνοντος ἐπιζητεῖν. Νῆσοι δ' εὐδαίμονες πλησίον ὑπάρχουσιν, ἔχουσαι πόλεις ἀτειχίστους, ἐν αἷς τὰ βοσκήματα πάντα λευκὴν ἔχει τὴν χρόαν, καὶ τοῖς θήλεσιν αὐτῶν οὐκ ἐπιφύεται τὸ καθόλου κέρας. Εἰς ταύτας δ' ἔμποροι πάντοθεν καταπλέουσι, μάλιστα δ' ἐκ Ποτάνας, ἣν Ἀλέξανδρος ᾤκισε παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, ναύσταθμον ἔχειν βουλόμενος τῆς παρὰ τὸν Ὠκεανὸν παραλίου. Περὶ μὲν οὖν τῆς χώρας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων ἀρκεσθησόμεθα τοῖς εἰρημένοις.

104. Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν δρωμένων παραδόξων ἐν τοῖς τόποις οὐ παραλειπτέον. Θαυμασιώτατον μὲν οὖν ἐστι τὸ περὶ τὴν ἄρκτον ἱστορούμενον καὶ πλείστην ἀπορίαν παρεχόμενον τοῖς πλοϊζομένοις. Ἀπὸ γὰρ μηνὸς ὃν καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Μαιμακτηριῶνα τῶν ἑπτὰ τῶν κατὰ τὴν ἄρκτον ἀστέρων οὐδένα φασὶν ὁρᾶσθαι μέχρι τῆς πρώτης φυλακῆς, τῷ δὲ Ποσειδεῶνι μέχρι δευτέρας, καὶ κατὰ τοὺς ἑξῆς ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον (l. κατὰ λόγον). Τῶν δ' ἄλλων τοὺς [μὲν] ὀνομαζομένους πλανήτας ἀθεωρήτους ὑπάρχειν, τοὺς δὲ (μὲν codd.) μείζονας τῶν παρ' ἡμῖν, ἑτέρους δὲ μηδὲ τὰς ὁμοίας ἀνατολὰς καὶ δύσεις ποιεῖσθαι.

simul inusitatum rei modum et causam merito demiretur. Fortunatæ prope insulæ exstant haud munitis frequentatæ oppidis, ubi greges et armenta omnia nivei sunt coloris; nec ullum femineo sexui cornu agnascitur. Ad has undique mercatores commeant, inprimis a Potana (*Pattalis*), quam Alexander ad Indum flumen condidit, ut commodam in illa Oceani ora navium stationem haberet. Atqui de regione hac ejusque incolis jam satis dictum esse arbitramur.

104. (*Cap.* 48.) Nunc quæ mira istic in cœlo videntur non prætermittenda sunt. Omnium maximam incutit admirationem nec mediocrem navigantibus dubitationem movet, quod de Ursa cœlesti commemoratur. A mense enim, quem Mæmacterionem Athenienses vocant, nulla Septemtrionum stella circa Ursam a navigantibus conspici narratur ad primam usque vigiliam; Posideone usque ad secundam, similique progressione sequentibus mensibus. De reliquis eas, quas erraticas vocant, conspectui illorum non exhiberi; alias majores esse quam nobis videntur; alias non consimili modo ascendere ac descendere.

---

est ex indico: *dvîpa sukhatara*, i. e. *insula beata sive fortunata*, uti post Bochartum (Geogr. sacr. I, 1, p. 436) monuerunt Bohlen *Ind.* II, 139, Lassenius, Benfey, Ritterus, alii. Pecora alba cornibus carentia esse videntur *Zebus* indicæ, quæ tanquam vaccæ sacræ a *Banianis* mercatoribus ex India etiamnunc in stationes eorum Arabicas deduci solent, monente Rittero XII, p. 249. ‖ — 7. ναύσταθμον], quod apud Diodorum vocatur Ποτάνα, librorum vitio, ut videtur, pro Πάτταλα (Arrian. Anab. V. 4, VI, 17. Ind. c. 2. Plin. II, 75 etc., hod. *Tatta*). Notus locus erat ex Alexandri M. historia, at non Alexander primus ναύσταθμον inde fecit.

§ 104, lin. 13. μέχρι φυλακῆς πρώτης κτλ.] « Si l'on suppose que le lieu de la remarque soit à 15 degrés de latitude nord, on trouve qu'alors la première des sept principales étoiles de la grande Ourse (l'étoile α) se levait vers neuf heures du soir le 15 octobre, et vers sept heures le 15 novembre. A la première de ces dates, le soleil se couchait vers cinq heures 50 minutes; et par conséquent la première garde, qui commencait avec le coucher du soleil, finissait à huit heures 50 minutes; la seconde garde s'étendait de huit heures 40 minutes à onze heures 40 minutes du soir. L'observation qui reporte le lever de la grande Ourse pour le mois de novembre à la seconde

Phot. 105. Τοῦ δὲ ἡλίου τὴν ἔκφασιν ἐν τοῖς ἐπέκεινα Πτολεμαΐδος ἰδίαν λέγουσι καὶ παρηλλαγμένην. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ καθάπερ παρ' ἡμῖν φῶς ἀνήλιον ἕωθεν δρῶμεν ἐπὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον, εἶτα τὴν ἀνατολήν· ἀλλὰ νυκτὸς σκοτίας ὑπαρχούσης, ἐξαίφνης ἀνέλαμψεν ἥλιος, ἡμέρα δὲ οὐδέποτε γίνεται ἐκεῖσε πρὶν τὸν ἥλιον ἰδεῖν. Δεύτερον ὁ ἥλιος ἀναφερόμενος φαίνεται ἐκ μέσου τοῦ πελάγους. (Τρίτον) ποιεῖ δὲ τοῦτο ἄνθρακι μὲν ὢν τῶν πυρωδεστάτων παρόμοιος, σπινθῆρας δὲ μεγάλους ἀπορρίπτων, τοὺς μὲν εἰς τὸν κύκλῳ τόπον τοῦ φωτίζοντος, τοὺς δὲ εἰς τὸν ἀπωτέρω. (Τέταρτον) καὶ τὸ σχῆμα δὲ οὐ δισκοειδὲς ἔχειν τὸν ἥλιόν φασιν, ἀλλὰ κίονι παχεῖ τά γε πρῶτα ἐμφερῆ, μικρὸν ἐμβριθέστερον ἔχοντι τὴν ἀπὸ τῶν ἄκρων φαντασίαν, οἱονεὶ κεφαλήν. (Πέμπτον) ἔτι τοίνυν οὔτε αὐγὴν οὔτε ἀκτῖνα ἀπολάμπειν οὐδεμίαν, οὔτε ἐπὶ τὴν γῆν, οὔτε ἐπὶ τὴν θάλατταν, ἕως πρώτης ὥρας, ἀλλ' ἐπὶ σκότει πῦρ ἀλαμπές· δευτέρας δ' ἐνισταμένης τὸ ὅλον ἄστρον ἀναβαῖνον, ἀσπιδοειδὲς καθιστάμενον, τοῦ σχήματος τὸν τύπον καὶ τὸ φῶς ἐπί τε τὴν γῆν καὶ τὸ πέλαγος βάλλει οὕτως ἄτοπον καὶ πυρῶδες, ὥστε ἀμφοῖν νομίζεσθαι παμμεγέθεις τὰς ὑπερβολάς. (Ἕκτον) εἰς δὲ τὴν ἑσπέραν ἐναντίον τὸ περὶ τὸν ἥλιον πάθος φασὶν ὁρᾶσθαι· ὑποδείξαντα γὰρ ὅτι δέδυκε κατὰ τῆς γῆς, οὐκ ἐλάττω χρόνον ὡρῶν τριῶν μετὰ ταῦτα φωτίζειν, ὃν καὶ νομίζουσι παρ' αὐτοῖς καιρὸν εἶναι τῆς ἡμέρας τὸν ἥδιστον.

105. Peculiari etiam et diverso narrant modo solem exhiberi ultra Ptolemaidem. Primo (aiunt) non, ut apud nos, lucem absque sole mane vident ad tempus mediocre, et tum demum sideris exortum, sed ex ipsis noctis tenebris repente sol effulget, nec unquam ibi fit dies, priusquam totum conspiciant solem. Deinde sol ex medio pelago ascendere videtur. Tertio offert se carboni ignitissimo persimilis, et grandes projicit scintillas, aliquas in tractum sideri circumcirca proximum, aliquas etiam longinquius. Quarto, nec sol ad disci formam se habet, sed crassam refert columnam principio, cujus a summo species aliquanto plenior, quasi caput, appareat. Quinto, nec jubar nec radium inde resplendere, tam in mari quam in terra, perhibent, usque ad exitum horæ primæ, sed interim ceu ignem esse non lucidum, caligine involutum. Secunda autem hora sidus totum ascendere, clypei effigiem repræsentans, et terræ marique et formæ habitum et lucem immittere tam insolentem et igneam, ut utriusque immodicam esse magnitudinem existimetur. Sexto, ad occasum contrario affectum modo solem conspici affirmant. Postquam enim demersionem infra terram ostendit, non angustiore deinceps spatio tribus horis lumen retro mittit. Quod tempus vesperæ jucundissimum apud se esse arbitrantur.

Diod. 105. Τὸν δ' ἥλιον οὐχ ὥσπερ παρ' ἡμῖν βραχὺ πρὸ τῆς ἰδίας ἀνατολῆς προαποστέλλειν τὸ φῶς, ἀλλ' ἔτι νυκτὸς οὔσης σκοταίου παραδόξως ἄφνω φανέντα ἐκλάμπειν. Διὸ καὶ μηδέποθ' ἡμέραν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις γίνεσθαι πρὶν ὁραθῆναι τὸν ἥλιον. Ἐκ μέσου δὲ τοῦ πελάγους φασὶν ἀναφαινόμενον αὐτὸν ὁρᾶσθαι μὲν ἄνθρακι παραπλήσιον τῷ πυρωδεστάτῳ, σπινθῆρας δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ μεγάλους ἀπορρίπτειν, καὶ τῷ τύπῳ μὴ κωνοειδῆ (l. κυκλοειδῆ) φαίνεσθαι, καθάπερ ἡμεῖς δοξάζομεν, ἀλλὰ κίονι τὸν τύπον ἔχειν ἐμφερῆ, μικρὸν ἐμβριθεστέραν ἔχοντι τὴν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπιφάνειαν, πρὸς δὲ τούτοις μήτ' αὐγὴν ποιεῖν μήτ' ἀκτῖνας βάλλειν ἄχρι πρώτης ὥρας, φαινομένου πυρὸς ἀλαμποῦς ἐν σκότει· δευτέρας δ' ἀρχομένης ἀσπιδοειδῆ γίνεσθαι καὶ τὸ φῶς βάλλειν ἀπότομον καὶ πυρῶδες καθ' ὑπερβολήν. Κατὰ δὲ τὴν δύσιν ἐναντία γίνεσθαι συμπτώματα περὶ αὐτόν· δοκεῖν γὰρ τοῖς ὁρῶσι καιναῖς ἀκτῖσι φωτίζειν τὸν κόσμον οὐκ ἔλαττον ὡρῶν δυοῖν, ὡς δ' Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος ἀνέγραψε, τριῶν. Τοῦτον δὲ

105. Nec solem, ut apud nos, modicum ortui suo jubar præmittere, sed intempesta adhuc nocte insolenti apparitione subito effulgere. Ideo nunquam illic prius lucescere, quam sol conspiciatur. Ex medio, ut aiunt, pelago emergit, candenti assimilis carboni, et scintillas de se ingentes projicit. Nec rotunda, aut disci, ut nobis videtur, figura apparet, sed columnæ speciem refert, cujus caput aliquando crassius appareat. Præterea neque splendorem neque radios ad primam usque horam fundit, sed ut ignis absque luce in tenebris emicat. Ineunte secunda, clypei formam induit, subitumque ac supra modum fervens lumen dispergit. Sub occasum vero contraria in ipso eveniunt. Nam novis radiis non minus quam per duas, vel, ut Agatharchides scribit, per tres horas illustrare mundum intuentibus videtur. Quod tempus incolis

---

garde de la nuit, est donc fausse; il est également faux d'en conclure que le lever de la grande Ourse recule de mois en mois, tandis que, dans la vérité, ce lever avance. » Miot ad vers. gall. Diodori. || — 16. οἱ μὲν πλάνητες ἀόρατοι κτλ.] Hæc quoque absurda sunt. Num fabula fuerit a navigatoribus sparsa, an verum aliquid subsit ab Agatharchide parum intellectum, tu videas. Quæ vero deinceps (§ 105) leguntur de solis ortu, ea recentiorum peregrinatorum testimoniis comprobata sunt. Vide Valentia *Voy. and Trav.* II, p. 342. Ritter. XII, p. 780.

§ 105, l. 16. ἀπολάμπειν] ἀπολάμπει B. || — 21. πυρῶδες] πυρρῶδες C.

Phot. 107. Ὅτι εἰπὼν περὶ ἀμπώτεων ὁ συγγραφεὺς διαφόρους αἰτίας, καὶ πάσας ὡς οὐδὲν ἐχούσας ἀληθὲς ἀποδοκιμάσας, ἐπάγει· Ὅτι δὲ ταῦτα πάντα λαλιὰν μὲν ἔχει σιγᾶν αἰσχυνομένην, πράγματος δὲ οὐδενὸς ἀντείληπται βοήθειαν δυναμένου τοῖς εἰρημένοις παρασχεῖν, εὐχερές ἐστι μαθεῖν. Εἶτα προσθεὶς καὶ ἕτερα τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἐχόμενα, πάλιν ἐπιφέρει· Διὸ περὶ μὲν ἀμπώτιδος καὶ σεισμοῦ καὶ πνευμάτων καὶ κεραυνῶν καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων τὰς μὲν αἰτίας, δι' ἃς γίνεται, παραχωροῦμεν τοῖς ἑτοιμότερον ἔχουσι πρὸς εὐχολίαν ἡμῶν· τὰ δὲ πάθη τὰ γεννῶντα τὰς προφανεῖς συμφορὰς δεδηλώκαμεν, μαθόντες παρὰ τῶν εἰδότων. Εὑρίσκειν δὲ πιθανώτερα τούτων εἰς μὲν ὑπόθεσιν παράδοξον φιλοτιμούμεθα, ἱστορίαν δὲ ἀπαγγέλλοντες ἀληθινὴν οὐκ ἂν ὑπομείναμεν.

108. Ὅτι ἐν τῷ προειρημένῳ πόρῳ, φησί, περὶ τὰς ἐλαίας τοιοῦτόν τι ξένον συμβαίνει. Πλημμυρίδος ὑπαρχούσης πᾶσαι καλύπτονται, τῆς δ' ἀμπώτεως γινομένης ἐν τῇ θαλάσσῃ πάντα τὸν χρόνον θάλλουσιν. Ἔστι δέ τι φυόμενον αὐτόθι κατὰ βάθος ἐν ταῖς ῥαχίαις, μελαίνῃ σχοίνῳ παραπλήσιον, ὅ φασιν οἱ ἐκεῖσε κατοικοῦντες Ἴσιδος εἶναι τρίχωμα, μυθώδει πλάσματι πίστιν εὐήθη περιτιθέναι ζητοῦντες. Συμβέβηκε δ' αὐτῷ τυπτομένῳ μὲν ὑπὸ τοῦ κύματος κάμπτεσθαι πολλαχῶς, ἁπαλῆς οὔσης τῆς ὅλης περιοχῆς καὶ τοῖς ἄλλοις παραπλησίας φυτοῖς· ἂν δέ τις ἀποκόψας εἰς τὸν ὕπαιθρον ἀναφήνῃ τόπον, σιδήρου παραχρῆμα γίνεται τὸ διῃρημένον σκληρότερον.

109. Ὅτι καὶ ἄλλοι μὲν πολλοί, φησίν, ἰχθύες περὶ τοὺς προειρημένους τίκτονται τόπους, παρηλλαγμένην ἔχοντες τὴν φύσιν, γίνεται δέ τις ἰχθὺς ὑπερβαλλόντως μέλας, ἀνδρὸς ἔχων μέγεθος, ὃν καλοῦσιν αἰθίοπα, διὰ τὸ καὶ τοῦ προσώπου σιμὸν ἔχειν τὸν τύπον. Τοῦτον κατ' ἀρχὰς μὲν οἱ θηρεύσαντες διὰ τὴν ὁμοιότητα οὔτε πωλεῖν ἠξίουν οὔτε καταναλίσκειν, τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος ἀμφότερα πράττοντες οὐδὲν ἁμαρτάνουσι.

107. Hinc postquam varias reciprocationis causas auctor percensuit, omnesque, ut quæ nihil veri contineant, improbatas rejecit, deinceps infert : Quod hæc nugis constent, et a nullius rei veritate, quæ recitatis opituletur, sint desumpta, cognitu facile est. Tum quibusdam aliis in eam sententiam adjectis, iterum subdit : Ideo de recursu maris terræque motu ac ventis et fulminibus et id genus universis disputationem, quibus videlicet causis exsistant, concedimus aliis, qui ad expediendum ista quam nos sunt paratiores. At affectiones quibus manifestæ calamitates generentur, exposuimus, a gnaris acceptas. Verisimiliora autem hisce invenire, ad argumentum quidem insolens enixe cupimus, sed ad veræ professionem historiæ tale quiddam a nobis admitti non potest.

108. In freto supra memorato circa olivas mirum hoc accidere tradit. Æstu maris exundante, omnes operiuntur, marique undas resorbente, omni tempore florent. Nascitur hic quippiam in profundo per scopulos, junco nigro non dissimile, quod Isidis capillum vocant incolæ, fabuloso commento simplicem adstruere fidem conati. Accidit vero ut impulsum a fluctu variis agitetur flexibus, quum tota ejus substantia sit mollis, ceterisque in hoc genere plantis respondeat. At si quis avulsum in lucem efferat subdialem, pars illa ablata continuo rigescens durior ferro evadit.

109. In locis, quæ recensui, quum alii multi varioque naturæ discrimine pisces nascuntur, tum quidam offertur immodice niger, ad magnitudinem viri, cui Æthiopis nomen imponunt, quod etiam simiam imagine sua faciem imitatur. Hunc piscatores initio, propter similitudinem istam, nec vendendum nec in cibo absumendum judicabant, sed temporis progressu utrumque factitantes, nihil peccant.

Diod. τὸν καιρὸν ἥδιστον τοῖς ἐγχωρίοις φαίνεσθαι, ταπεινουμένου τοῦ καύματος διὰ τὴν δύσιν τοῦ ἡλίου.

106. Τῶν δ' ἀνέμων ζέφυροι μὲν καὶ λίβες ἔτι δ' ἀργέσται καὶ εὖροι πνέουσι καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις· νότοι δὲ κατὰ μὲν Αἰθιοπίαν οὔτε πνέουσιν οὔτε γνωρίζονται τὸ σύνολον, κατὰ δὲ τὴν Τρωγλοδυτικὴν καὶ τὴν Ἀραβίαν θερμοὶ γίνονται καθ' ὑπερβολήν, ὥστε καὶ τὰς ὕλας ἐκπυροῦν καὶ τῶν καταφευγόντων εἰς τὰς ἐν ταῖς καλύβαις-σκιὰς ἐκλύειν τὰ σώματα. Ὁ δὲ βορέας δικαίως ἂν ἄριστος νομίζοιτο, διικνούμενος εἰς ἅπαντα τόπον τῆς οἰκουμένης καὶ διαμένων ψυχρός.

omnium est jucundissimum, deminuto jam per occasum solis æstu.

106. Ex ventis Favonii et Africi nec non Argestæ et Euri, ut alibi terrarum, spirant; sed Austri per Æthiopiam neque flant neque in ullam venere cognitionem. In Troglodytica tamen et Arabia fervorem supra modum intendunt, ita ut silvas quoque incendant, et quamvis sub tuguriorum umbram homines refugiant, toto tamen corpore languescant. Ideo boreas merito ventorum optimus judicetur, qui totum pervadens orbem perpetuam refrigerandi vim conservat.

---

§ 108, l. 18. ἀμπότεως] ἀναπότεως B; ἀμαπότεως C. ‖ — γινομένης] γενομένης C. ‖ — 19. θαλάττῃ B. De olivis istis jam vidimus supra. Cf. Plin. XIII, 41. ‖ — 21. μελαίνῃ] μέλανι C. De re cf. Plinius XIII, 42 : *Juba tradit circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidis crinem, corallio similem, sine foliis; præcisum mutato colore in nigrum durescere; quum cadat, frangi.*

§ 109, l. 33. τοῦτον] τοῦτο C. De Æthiope pisce nescio an aliunde constet.

Phot. 110. Τὰ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν τῶν ἐκκειμένων πρὸς μεσημβρίαν, ὡς ἦν ἐφ' ἡμῖν, ἐν πέντε βιβλίοις ἐπιμελῶς ἱστορήκαμεν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν τῷ πελάγει νήσων ὕστερον τεθεωρημένων, καὶ τῶν ἑξῆς ἐθνῶν, καὶ τῶν εὐωδῶν ὅσα φέρειν συμβαίνει τὴν Τρωγλοδῦτιν χώραν, ἡμεῖς μὲν παραιτησάμενοι τὴν ἐξήγησιν ἄρδην ἀπολελοίπαμεν, οὔτε τὸν πόνον τῆς ἡλικίας ὁμοίως ὑποφέρειν δυναμένης, πολλῶν ἡμῖν ὑπέρ τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ἀναγεγραμμένων, οὔτε τῶν ὑπομνημάτων διὰ τὰς κατ' Αἴγυπτον ἀποστάσεις, ἀκριβῆ παραδιδόντων σκέψιν. Ὁ δὲ καὶ τοῖς κατὰ μέρος πράγμασιν ἐντετευχώς, καὶ λόγοις κατεσκευασμένος ἱστορίας ἀξίοις, καὶ προαίρεσιν ἔχων δυναμένην δόξαν πόνῳ θηρεύειν, οὐκ ἀφέξεται.

111. Ὅτι Ἀρριανὸς περὶ κομητῶν φύσεώς τε καὶ συστάσεως καὶ φασμάτων βιβλιδάριον γράψας, πολλοῖς ἀγωνίσμασι πειρᾶται δεικνύναι ὅτι μηδὲν μήτε τῶν ἀγαθῶν μήτε τῶν φαύλων τὰ τοιαῦτα φάσματα ἀποσημαίνουσιν.

110. Jam quæ memorabilia sunt de gentibus ad meridiem summotis, pro facultate nostra quinque libris accurate sunt exposita. De insulis autem in pelago serius repertis et cognitis populisque ulterioribus et gratis odoribus, quos Troglodytis edit regio, nos quidem deprecati expositionem prorsus omisimus, quum ætas nostra laborem perinde sufferre jam nequeat, multaque de Europa et Asia a nobis sint literis prodita, nec commentarii, propter defectiones in Ægypto disquisitionem exactam suppeditent. Qui vero et particulatim rebus interfuerit, et verbis historia dignis instructus studium adhibeat, gloriæ per laborem venandæ par et sufficiens, ab hoc se negotio non abstinebit.

111. Arrianus in libello de cometarum natura et constitutione meteororum enixe conatur ostendere haud quidquam eorum quæ bona aut mala sunt, hujusmodi apparitionibus portendi.

FRAGMENTA SEDIS INCERTÆ.

112. Diodor. I, 41, 4, de Nili incrementis : Ἔγγιστα δὲ τῇ ἀληθείᾳ προσελήλυθεν Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος· φησὶ γὰρ κατ' ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν ὄρεσι γίνεσθαι συνεχεῖς ὄμβρους ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι τῆς μετοπωρινῆς ἰσημερίας· εὐλόγως οὖν τὸν Νεῖλον ἐν μὲν τῷ χειμῶνι συστέλλεσθαι, τὴν κατὰ φύσιν ἔχοντα ῥύσιν ἀπὸ μόνων τῶν πηγῶν, κατὰ δὲ τὸ θέρος διὰ τοὺς ἐκχεομένους ὄμβρους λαμβάνειν τὴν αὔξησιν. Εἰ δὲ τὰς αἰτίας μηδεὶς ἀποδοῦναι δύναται μέχρι τοῦ νῦν τῆς τῶν ὑδάτων γενέσεως, οὐ προσήκειν ἀθετεῖσθαι τὴν ἰδίαν ἀπόφασιν· πολλὰ γὰρ τὴν φύσιν ἐναντίως φέρειν, ὧν τὰς αἰτίας οὐχ ἐφικτὸν ἀνθρώποις ἀκριβῶς ἐξευρεῖν· μαρτυρεῖν δὲ τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ λεγομένοις καὶ τὸ γινόμενον περί τινας τόπους τῆς Ἀσίας. Πρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὅροις τῆς Σκυθίας τοῖς πρὸς τὸ Καυκάσιον ὄρος συνάπτουσι, παρεληλυθότος ἤδη τοῦ χειμῶνος, καθ' ἕκαστον ἔτος νιφετοὺς ἐξαισίους γίνεσθαι συνεχῶς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἐν δὲ τοῖς πρὸς βορρᾶν ἐστραμμένοις μέρεσι τῆς Ἰνδικῆς ὡρισμένοις καιροῖς καὶ χάλαζαν ἄπιστον τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος καταράττειν, καὶ περὶ μὲν τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν ἀρχομένου θέρους συνεχεῖς ὄμβρους γίνεσθαι,

112. Quam proxime ad verum accessit Agatharchides Cnidius. Is enim memorat, quotannis in Æthiopiæ montibus pluvias exsistere continentes, a retrogressione solis æstiva usque ad diei et noctis exæquationem autumnalem. Consentaneum esse igitur rationi, Nilum hieme contrahi, ubi pro naturæ suæ modo a solis fontibus procurreret, et per æstatem ab imbribus effusis increscere. Etsi autem nemo hactenus generationis aquarum rationes reddere potuerit, suæ tamen sententiæ expositionem idcirco non repudiandam esse docet. Multa enim naturam ferre contra solitum, quorum causas homines accurate invenire non possent. Dictis a se testimonium id afferre, quod in aliquibus Asiæ locis accideret. Nam in finibus Scythiæ Caucasium montem attingentibus, jam hieme exacta, singulis annis per dies continue multos vim nivium immanem decidere. In Indiæ quoque partibus ad Boream conversis grandinem magnitudine et copia incredibili certis temporibus præcipitare, et circa Hydaspin fluvium ineunte æstate continenter

§ 110, l. 3. τῷ πελάγει] τῷ om. AB. || — 12. ἐντετυχηκὼς C.

§ 111. Arrianus quinam fuerit, quæritur.

§ 112. Eadem brevius ex Agatharchide (vel potius Diodoro) narrat Theophylactus Hist. lib. VII, ap. Phot. cod. 65 p. 32 : Ὁ δὲ συγγραφεὺς Ἀγαθαρχίδου τοῦ Κνιδίου τῇ δόξῃ προστίθεται. Φησὶ δὲ οὗτος ἀν' ἔτος ἕκαστον ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν μεγάλους καὶ συνεχεῖς γίνεσθαι ὄμβρους ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι τῆς ἰσημερίας τῆς ἐν τῷ μετοπώρῳ γινομένης καθ' ἕκαστα· εὐλόγως οὖν τὸν Νεῖλον ἐν μὲν τῷ χειμῶνι συστέλλεσθαι, κατὰ φύσιν ἔχοντα ῥύσιν ἀπὸ μόνων τῶν ἑαυτοῦ πηγῶν, κατὰ δὲ τὸ θέρος διὰ τοὺς ἐκεῖθεν ἐκχεομένους εἰς αὐτὸν ὄμβρους λαμβάνειν τὴν αὔξησιν. Ceterum quum de ejusmodi ἀπορήμασιν Agatharchides aliorum sententias recensere soleat, probabile est Diodorum, Nostri pedissequum, etiam ea quæ in præcedentibus (inde a cap. 37) de eadem re exponit, ex eodem duxisse Agatharchide.

κατὰ δὲ τὴν Αἰθιοπίαν μεθ' ἡμέρας τινὰς ταὐτὸ συμβαίνειν, καὶ ταύτην τὴν περίστασιν κυκλουμένην ἀεὶ τοὺς συνεχεῖς τόπους χειμάζειν. Οὐδὲν οὖν εἶναι παράδοξον εἰ καὶ κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν τὴν κειμένην ὑπὲρ Αἰγύπτου συνεχεῖς ἐν τοῖς ὄρεσιν ὄμβροι καταράττοντες ἐν τῷ θέρει πληροῦσι τὸν ποταμὸν, ἄλλως τε καὶ τῆς ἐναργείας αὐτῆς μαρτυρουμένης ὑπὸ τῶν περὶ τοὺς τόπους οἰκούντων βαρβάρων. Εἰ δὲ τοῖς παρ' ἡμῖν γινομένοις ἐναντίαν ἔχει τὰ λεγόμενα φύσιν, οὐ διὰ τοῦτ' ἀπιστητέον· καὶ γὰρ τὸν νότον παρ' ἡμῖν μὲν εἶναι χειμέριον, περὶ δὲ τὴν Αἰθιοπίαν αἴθριον ὑπάρχειν, καὶ τὰς βορείους πνοὰς περὶ μὲν τὴν Εὐρώπην εὐτόνους εἶναι, κατ' ἐκείνην δὲ τὴν χώραν βληχρὰς καὶ ἀτόνους καὶ παντελῶς ἀσθενεῖς.

113. Plutarch. Qu. Conv. VIII, 9, 16 : Οἱ δὲ περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν νοσήσαντες, ὡς Ἀγαθαρχίδας ἱστόρηκεν, ἄλλοις τε συμπτώμασιν ἐχρήσαντο καινοῖς καὶ ἀνιστορήτοις, καὶ δρακόντια μικρὰ τὰς κνήμας διεσθίοντα καὶ τοὺς βραχίονας ἐξέκυψεν, ἁψαμένων δ' αὖθις ἀνεδύετο, καὶ φλεγμονὰς ἀκαρτερήτους ἐνειλούμενα τοῖς μυώδεσι παρεῖχε· καὶ τοῦτο τὸ πάθος οὔτε πρότερον οἶδεν οὐδεὶς, οὔτε ὕστερον ἄλλοις, ἀλλὰ ἐκείνοις γε μόνοις γενόμενον, ὡς ἕτερα πολλά.

114. Ælian. N. A. XVI, 27 : Ἀγαθαρχίδης φησὶν εἶναι γένος ἐν τῇ Λιβύῃ τινῶν ἀνθρώπων, καὶ μέντοι καὶ καλεῖσθαι αὐτοὺς Ψύλλους· καὶ ὅσα μὲν κατὰ τὸν ἄλλον βίον τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων διαφέρειν οὐδὲ ἓν, τὸ δὲ σῶμα ἔχειν ξένον τε καὶ παράδοξον ὡς πρὸς τοὺς ἑτεροφύλους ἀντικρινόμενον· τὰ γάρ τοι ζῷα τὰ δάκετα καὶ τὰ ἐγχρίμπτοντα πάμπολλα ὄντα, μηδὲν αὐτοὺς μόνους ἀδικεῖν· οὔτε γοῦν ὄφεως δακόντος ἐπαΐουσιν, οὔτε φαλαγγίου νύξαντος ὡς τοὺς ἄλλους εἰς θάνατον, οὔτε μὴν σκορπίου κέντρον ἀπερείσαντος. Ἐπὰν δὲ ἄρα τούτων προσπελάσῃ τι καὶ παραψαύσῃ τοῦ σώματος, καὶ ἅμα τι καὶ τῆς ὀσμῆς τῆς ἐκείνων (ψαύσῃ ἢ) σπάσῃ, ὥσπερ οὖν φαρμάκου γευσάμενον ὑπνοποιοῦ, κάρωσίν τινα ἑλκτικὴν εἰς ἀναισθησίαν ἐμποιοῦντος, ἐξασθενεῖ καὶ παρεῖται, ἔστ' ἂν παραδράμῃ ὁ ἄνθρωπος. Ὅπως δὲ ἐλέγχουσι τὰ ἑαυτῶν βρέφη, εἴτε ἐστὶ γνήσια, εἴτε καὶ νόθα, ἐν τοῖς ἑρπετοῖς βασανίζοντες, ὡς ἐν τῷ πυρὶ τὸν χρυσὸν οἱ βάναυσοι χρυσουργοὶ, ἀνωτέρω εἶπον.

115. Plinius H. N. VII, 2 : *Similis et in Africa gens Psyllorum fuit, ut Agatharchides scribit, a Psyllo rege dicta, cujus sepulcrum in parte Syrtium majorum est. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, et cujus odore soporent eas. Mos vero liberos genitos protinus objiciendi sævissimis earum,*

pluere. Id ipsum in Æthiopia quoque aliquot diebus post contingere. Et hanc aeris intemperiem perpetuo circumactam locis contiguis tempestates inducere. Non igitur mirum, si Æthiopiæ quoque, supra Ægyptum sitæ, montana assiduis obruerentur imbribus, unde per æstatem fluvius auctior factus insurgeret; præsertim quum rem ita se habere barbari locorum accolæ testarentur. Quodsi hæc jam memorata contrariam habeant naturam iis, quæ apud nos fiunt, non propterea fidem esse derogandam. Nam austrum apud nos turbidum esse et nimbosum, in Æthiopia vero serenum, et boreales ventos in Europa esse concitatos et vehementes, in illis regionibus remissos prorsusque infirmos.

113. Circa Rubrum mare morbo correpti, ut Agatharchidas narrat, quum aliis novis et inauditis accidentibus sunt vexati, tum angues exigui nati intus exsertis capitibus suras et brachia peredebant, et tacti rursum carnem subibant ac per musculosa serpentes inflammationum vim intolerabilem excitabant : idque morbi genus aut prius aut posterius ullis aliis, præter solos istos, obtigisse nemo comperit, ut et multa alia.

114. Agatharchides dicit in Libya nationem esse, Psyllos nuncupatam; et nihil quidem quoad vivendi rationem a reliquis hominibus differre, verumtamen cum aliis nationibus peregrinum eorum corpus comparatum admirationem habere; non enim venenatas bestias, quæ vel ictu vel morsu venenum relinquunt, eis quippiam nocere posse, neque serpentis morsu aut phalangiorum mortiferis vulneribus, ut ceteros homines, affici, neque scorpionum aculeis lædi solere. Quum enim venenatum quiddam ad eos accesserit et corpus eorum attigerit vel aliquem odorem hauserit, veluti soporiferam bibisset potionem, stupore affectum ac sensu privatum sopitur, et tamdiu debilitatur, quoad ab eo Psyllus recesserit. Porro natos sibi infantes quomodo, germani an spurii sint, experiantur serpentibus admotis, ut auri puritatem igne explorant aurifabri, supra (I, 57) narravi.

eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc gens ipsa quidem prope internecione sublata est a Nasamonibus, qui nunc eas tenent sedes : genus tamen hominum ex iis, qui profugerant, aut, quum pugnatum est, abfuerant, hodieque remanet in paucis.

§ 114. De Psyllis v. Herodot. IV, 173; Callias Syracus. in Fr. Hist. II, p. 382, 3; Agrœtas ib. IV, p. 294, 1; Antigonus Mir. c. 19; Plin. V, 4. VIII, 38. XI, 28. 30. XXVIII, 6; Strabo p. 131. 588. 814. 838; Hecatæus ap. St. Byz. s. v.; Plutarch. Cato min. c. 56; Dio Cass. LI, 14; Lucan. IX, 893; Silius Ital. I, 411; Ptolemæus IV, 4; Suckey in *Mém. de l'Acad. d. inscr.* t. VII, p. 273; *Description de l'Égypte*, t. XXIV, 82; Minutoli *Abhandl. vermischten Inhalts* I, p. 42 sqq.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ
[ΣΚΥΜΝΟΥ ΧΙΟΥ, ΩΣ ΦΕΡΕΤΑΙ,]
ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

Πάντων ἀναγκαιότατον ἡ κωμῳδία,
θειότατε βασιλεῦ Νικόμηδες, τοῦτ' ἔχει
τὸ καὶ βραχέως ἕκαστα καὶ φράζειν σαφῶς
καὶ ψυχαγωγεῖν πάντα τὸν ὑγιῆ κριτήν.
Διὸ δὴ δοκιμάσας τὸ πιθανὸν τῆς λέξεως
σοί τε διὰ ταύτης ἐντυχεῖν ἐσπούδασα
καὶ διαλεγῆναι βραχέα, τό τε συνηγμένον
εὐπεριγράφως ὠφέλιμον ἀναδοῦναι τόδε
σύνταγμα, κοινὴν πᾶσι τὴν εὐχρηστίαν
διὰ σὲ παρέξων τοῖς θέλουσι φιλομαθεῖν.
Βουλόμενος οὖν σοι πρῶτον ἐκθέσθαι σαφῶς
τὸν ἀπολογισμὸν τῆς ὅλης συντάξεως,
αἰτῶ δοθῆναι τῇ προεκθέσει λόγον
μὴ πολύν· ἐμοὶ γὰρ κρίνεται λακωνικῶς
περὶ μεγάλων ἐλάχιστα πραγμάτων λέγειν.
Ἔστι δ' ἃ γράφω τοιαῦτα. Τοῖς ἐν Περγάμῳ
βασιλεῦσιν, ὧν ἡ δόξα καὶ τεθνηκότων
παρὰ πᾶσιν ἡμῖν ζῶσα διὰ παντὸς μένει,
τῶν Ἀττικῶν τις γνησίων τε φιλολόγων,
γεγονὼς ἀκουστὴς Διογένους τοῦ Στωϊκοῦ,
συνεσχολακὼς δὲ πολὺν Ἀριστάρχῳ χρόνον,
συνετάξατ' ἀπὸ τῆς Τρωϊκῆς ἁλώσεως
χρονογραφίαν στοιχοῦσαν ἄχρι τοῦ νῦν βίου.
Ἔτη δὲ τετταράκοντα πρὸς τοῖς χιλίοις
ὡρισμένως ἐξέθετο, καταριθμούμενος
πόλεων ἁλώσεις, ἐκτοπισμοὺς στρατοπέδων,
μεταναστάσεις ἐθνῶν, στρατείας βαρβάρων,
ἐφόδους περαιώσεις τε ναυτικῶν στόλων,
θέσεις ἀγώνων, συμμαχίας, σπονδάς, μάχας,
πράξεις βασιλέων, ἐπιφανῶν ἀνδρῶν βίους,
φυγάς, στρατείας, καταλύσεις τυραννίδων·

ANONYMI
[SCYMNI CHII, UT FERTUR,]
ORBIS DESCRIPTIO.

Omnium maxime necessarium comœdia,
divinissime rex Nicomedes, hoc habet,
ut et breviter singula dicat et perspicue,
oblectetque sanum quemvis judicem.
Itaque probans ejus dictionis commoda,
per hanc adire te institui,
tecumque pauca colloqui, atque compositam
modico ambitu utilem edere hanc
scriptionem, commune omnibus commodum
per te præbiturus discendi studio deditis.
Primum igitur diserte tibi volens exponere
rationem totius hujus operis,
præviæ expositioni peto ne detur sermo
multus; mihi enim decretum est laconice
de magnis minima rebus dicere.
Sunt quæ scribam talia. Pergamenis
regibus, quorum gloria vel mortuorum
apud omnes nos viva semper manet,
Atticorum quidam verorumque philologorum,
qui fuerat auditor Diogenis Stoici,
discipulusque Aristarchi multum temporis,
conscripsit chronographiam a Trojano excidio
progredientem ad præsens usque ævum;
annos autem quadraginta supra mille
definite exposuit, enumerans
urbium expugnationes, translationes exercituum,
migrationes gentium, expeditiones barbarorum,
impetus et traductiones navalium classium,
institutiones certaminum, fœdera, pacta, prœlia,
gesta regum, clarorum virorum vitas,
exilia, expeditiones, eversiones tyrannidum,

Anonymi hujus periegesis in codice Parisino excipit iambos Dionysii, quibus p. 124 lin. ult. subscriptum est: Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος. In pagina 125 lin. 1 leguntur verba εὐτυχῶς Μαρκιανῷ, et deinde post vacuum decem literarum spatium in eadem linea Πάντων ἀναγκαιότατον κτλ. Quomodo verba εὐτυχῶς Μαρκιανῷ huc aberraverint, et quid sibi velint, nunc nihil curo, quum ad periegesin nihil pertinere persuasum sit. In apographo autem Vaticano (fol. 246, R.) titulus ex iis effictus est miniatis literis distinctus: Μαρκιανοῦ Ἡρακλειώτου, quem hinc repetivit princeps editor Hœschel. Nomen poetæ scriba codicis Parisini pro more suo fini operis subscripserat nunc deperdito. Explet periegesis in codice Parisino paginas viginti (p. 125-144; in apogr. Vat. fol. 246 R. — 256 R.) totius voluminis postremas. Verum ultima pagina adeo est detrita, ut legi jam non queat. Ceterum non erat hæc ultima codicis integri, in quo unus saltem quaternio desideratur. Vulgo periegesin nostram Scymno Chio tribuunt, ne nomine auctor careat (v. Prolegg.). Versus in codd. Paris. et Vat. non distinguuntur. || — 8. ἐκ περιγράφως codex; em. Meineke, addens dubitari tamen posse an participio εὖ περιγράφων scriptor usus sit et versu 10 pro παρέξων præstet παρέξον. — || 9. τὴν εὐχαριστείαν cod.; em. Meineke. || — 16. δ' ἀγράφω cod. — || 22. συνέταξε τὰ ἀπὸ cod.; em. Letronnius. Sermo est de Apollodoro. || — 26. « An ἐκπορισμούς? » *Mein.* || — 27. στρατίας cod. || — 31. στρατείας] ἐπανόδους conj. Heyne ad Apollodor. I, p. 404; fort. leg. φυγὰς στρατηγῶν, *exilia prætorum*, conj.

πάντων ἐπιτομὴν τῶν χύδην εἰρημένων·
μέτρῳ δὲ ταύτην ἐκτιθέναι προείλετο,
τῷ κωμικῷ δὲ, τῆς σαφηνίας χάριν,
εὐμνημόνευτον ἐσομένην οὕτως ὁρῶν.
Τὸ δ' ὅμοιον ἔλαβεν εἰκάσας ἐκ τοῦ βίου·
ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἀναλαβὼν θέλοι φέρειν
ξύλων λελυμένων πλῆθος, οὐκ ἂν εὐχερῶς
τούτων κρατῆσαι, δεδεμένων δὲ ῥᾳδίως·
οὕτω λελυμένην λέξιν ἀναλαβεῖν ταχὺ
οὐκ ἔστι, τῷ μέτρῳ δὲ περιειλημμένην
ἔστιν κατασχεῖν εὐσκόπως καὶ πιστικῶς·
ἔχει γὰρ ἐπιτρέχουσαν ἐν ἑαυτῇ χάριν,
ὅταν ἱστορία καὶ λέξις ἔμμετρος πλεχῇ.
Κεῖνος μὲν οὖν κεφάλαια συναθροίσας χρόνων
εἰς βασιλέως ἀπέθετο φιλαδέλφου χάριν,
ἃ καὶ διὰ πάσης γέγονε τῆς οἰκουμένης,
ἀθάνατον ἀπονέμοντα δόξαν Ἀττάλῳ
τῆς πραγματείας ἐπιγραφὴν εἰληφότι.
Ἐγὼ δ' ἀκούων, διότι τῶν νῦν βασιλέων
μόνος βασιλικὴν χρηστότητα προσφέρεις,
πεῖραν ἐπεθύμησ' αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ λαβεῖν
καὶ παραγενέσθαι καὶ τί βασιλεύς ἐστ' ἰδεῖν,
ἵν' αὐτὸς ἑτέροις πάλιν ἀπαγγέλλειν ἔχω.
Διὸ τῇ προθέσει σύμβουλον ἐξελεξάμην
τὸν συγκατορθώσαντα καὶ τῷ σῷ πατρί
τὰ τῆς βασιλείας πρότερον, ὡς ἀκούομεν,
παρά σοί τε, βασιλεῦ, γνησίως τιμώμενον
κατὰ πάντα, τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Διδυμῆ λέγω,
τὸν καὶ θεμιστεύοντα καὶ μουσηγέτην.
Οὗ δὴ σχεδὸν μάλιστα καὶ πεπεισμένος
πρὸς σὴν κατὰ λόγον ἧκα (κοινὴν γὰρ σχεδόν
τοῖς φιλομαθοῦσιν ἀναδέδειχας) ἑστίαν·
θεὸς δὲ συνεφάψαιτο τῇ προαιρέσει.
Ἐκ τῶν σποράδην γὰρ ἱστορουμένων τισίν
ἐν ἐπιτομῇ σοι γέγραφα τὰς ἀποικίας
κτίσεις τε πόλεων, τῆς ὅλης τε γῆς σχεδόν
ὅσ' ἐστὶ πλωτὰ καὶ πορευτὰ τῶν τόπων.
Τούτων δ' ὅσα μὲν εὔσημά τ' ἐστὶ καὶ σαφῆ
ἐπὶ κεφαλαίου συντεμὼν ἐκθήσομαι,
ὅσα δ' ἐστὶν αὐτῶν οὐ σαφῶς ἐγνωσμένα,
ὁ κατὰ μέρος ταῦτ' ἐξακριβώσει λόγος,
ὥστε, βασιλεῦ, τὸν πάντα τῆς οἰκουμένης
ἔχειν σε περιορισμὸν ἐπιτετμημένον,
ποταμῶν τε μεγάλων ἰδιότητας καὶ ῥύσεις,

omnium epitomen quæ dicta fuse sunt;
versu autem hanc exponere decrevit,
eoque comico, perspicuitatis gratia,
facile sic hæsuram videns memoria.
Simile vero quiddam comparat e vita sumens.
Quemadmodum enim, si quis susceptam velit ferre
lignorum solutorum copiam, non facile
res cesserit, ligata autem nullo tulerit negotio:
sic solutam orationem excipere celeriter
non licet, at versu comprehensam
licet retinere apte et fideliter;
habet enim accessionem in se gratiæ,
quando historia et ligata oratio nectantur.
Ille igitur capita a se collecta temporum
in regis Philadelphi gratiam reposuit;
quæ quidem per totum manarunt orbem
et immortalem pararunt gloriam Attalo,
operis ejus inscriptionem nacto.
Ego vero audiens te ex hujus ævi regibus
solum regiam ostendere benignitatem,
periculum cupivi ipse per me facere,
et adesse, et quid sit rex videre,
ut ipse aliis rursus nuntiare possim.
Propterea cœpto meo consiliarium elegi
eum qui feliciter etiam patri tuo
regnum constituit olim, ut audimus,
quique apud te, rex, vere honoratur
per omnia, Apollinem dico Didymæum,
qui et vates simul et Musarum præses est.
Hoc igitur maxime fere jam persuasus,
ad tuam utique venio, quam communem fere
literarum studiosis designasti, domum.
Deus autem cœptum meum adjuvet!
E sparsis enim complurium historiis
in epitome tibi scripsi colonias
originesque urbium, et totius fere terræ
quæcunque navi et itineri patent loca.
Horum autem quæ clara sunt et nota,
summatim contrahens exponam;
quæ vero sunt non manifeste cognita,
particularis hæc explanabit sermo:
adeo ut totius, rex, orbis terrarum
habeas descriptionem breviatam,
fluminum magnorum proprietates et cursus,

Meineke; possis etiam φυγάδων στρατείας; quamquam carere omnibus his præstat. — ‖ 44. πλέχῃ cod.; em. Mein. ‖ — 45. ἐκεῖνος codex; em. Mein. ‖ — 48. Ἀτάλῳ cod. ‖ — 50. τῶν μὲν βασ. cod.; em. Mein. ‖ — 51. προσφέρει cod.; em. Vindingus. — ‖ 54. ἣν αὐτὸς, cod.; em. Morellus. ‖ — 56. συνκατορθ. cod. ‖ — 59. Διδύμῃ cod.; em. Voss. ‖ — 62. πρὸς σὲ (sic, non vero absque accentu, ut Letronnius ait) κατὰ λόγον ἥκω codex; em. Meineke. Priores editores metro consuluerunt transponendo verba hunc in modum: κατὰ λόγον πρὸς σὲ ἥκω· κοινὴν γάρ... ἀναδέδειχας ἑστίαν vel, ut spondeus in sede pari vitaretur, κατὰ λόγον ἥκω πρὸς σέ. At verba πρὸς σὲ haud dubie eo loco, ubi in codice leguntur, relinquenda sunt. Vereor ne verbis κατὰ λόγον, jejunis sane illis, inhæreat menda. Fortasse erat πρὸς σὲ κατὰ λόγιον ἧκα. De v. πείθεσθαι genitivo juncto Meinekius conferri jubet Herodot. I, 126. Idem monet perfectum ἧκα, de quo v. Lobeck. ad Phryn. p. 741, a Scymni usu non magis alienum videri debere, quam formam hellenisticam ἔσχοσαν, qua usus sit v. 695. ‖ — 63. εστῖαν cod. ‖ — 64. συναιφάψετο cod. ‖ — 65. τῇ σῇ pro τισίν cod.

τὴν τῶν δύ' ἠπείρων τε κατὰ μέρος θέσιν,
ἐν ἑκατέρᾳ τίνες εἰσὶν Ἑλλήνων πόλεις,
τίνες ἔκτισαν, κατὰ τίνας ᾤκησαν χρόνους,
τοὺς ὁμοεθνεῖς ὄντας τε τούς τ' αὐτόχθονας,
τίν' ἔστι πλησιόχωρα βαρβάρων γένη,
τίνα μιγάδων λεγόμενα, ποῖα νομαδικά,
τίνες ἥμεροι, τίνες εἰσὶν ἀξενώτατοι
ἔθεσι, τρόποις τ' ἔργοις τε βαρβαρώτατοι,
τίνα τῶν ἐθνῶν μέγιστα πολυανδροῦντά τε,
τίσιν νόμοις ἕκαστα χρῆται καὶ βίοις,
τῶν ἐμπορίων ὅσα τ' ἐστὶν εὐτυχέστατα,
νήσων τε πασῶν τῶν πρὸς Εὐρώπην θέσιν,
ἑξῆς τε τῶν σύνεγγυς Ἀσίᾳ κειμένων,
κτίσεις τε πόλεων τῶν ἐν αὐταῖς φερομένων,
ἁπλῶς θ' ἁπάντων ορικῶς * διέξοδον
καὶ τὴν ὅλην περίοδον ἐν ὀλίγοις στίχοις,
ἧς ὁ κατακούσας οὐ μόνον τερφθήσεται,
ἅμα δ' ὠφελίαν ἀποίσετ' εὔχρηστον μαθών,
εἰ μηθὲν ἕτερον, φασί, ποῦ ποτ' ἐστι γῆς,
κἂν τίσι τόποις τὴν πατρίδα κειμένην ἔχει,
τίνων τε πρότερον γενομένην οἰκητόρων
πόλεσί τε ποίαις συγγένειαν ἀναφέρει·
συνελόντι δ' εἰπεῖν, οὐχὶ τὴν Ὀδυσσέως
ἀναδεξάμενος, ὥς φασιν οἱ μῦθοι, πλάνην,
ἐπὶ τῆς ἰδίας δὲ καταμένων εὐδαιμόνως,
οὐχὶ μόνον ἑτερόφυλον ἀνθρώπων βίον,
ἐθνῶν ὅλων δὲ γνώσετ' ἄστη καὶ νόμους.
Λαβοῦσα δ' ἡ σύνταξις ἐπιφανέστατον
ἀρχηγέτην σε φιλάγαθόν τε προστάτην
ἥξει διὰ λόγους ἐπιμελεῖς εἰς τὸν βίον,
τὸ σόν τε, βασιλεῦ, πᾶσι κηρύξει κλέος
διαπεμπομένη πρὸς ἕτερον ἀφ' ἑτέρου τόπον
καὶ τοῖς μακρὰν ἀπέχουσι τὴν εὐφημίαν.
Ἤδη δ' ἐπ' ἀρχὴν εἶμι τῆς συντάξεως
τοὺς συγγραφεῖς ἐκθέμενος, οἷς δὴ χρώμενος
τὸν ἱστορικὸν εἰς πίστιν ἀναπέμπω λόγον·
τῷ τὴν γεωγραφίαν γὰρ ἐπιμελέστατα
γεγραφότι, τοῖς τε κλίμασι καὶ τοῖς σχήμασιν,
Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένος,
Ἐφόρῳ τε καὶ τῷ τὰς κτίσεις εἰρηκότι
ἐν πέντε βίβλοις Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ,

ambarum continentium speciatim situm,
in utraque quæ sint Græcorum urbes,
qui condiderint, quo habitare cœperint tempore,
qui ejusdem stirpis sint et qui indigenæ,
quænam vicinæ barbarorum gentes
quæ convenarum dictæ, quales pastoritiæ,
quinam mansueti, qui sint inhospitales maxime
moribus, et animis factisque maxime barbari,
quæ gentes maximæ et virorum copia pollentes,
quæ sint leges singulis et quod vitæ genus,
emporiorum quot sint fortunatissima,
insularumque situm omnium, quæ ad Europam,
et deinde quæ sunt Asiæ vicinæ,
et quæ in iis feruntur urbes conditæ,
simpliciterque omnium scitam expositionem
et totius terræ circuitum paucis versibus,
quem audiens non solum delectabitur,
sed fructum simul discens auferet perutilem :
si nihil aliud, ut aiunt, at ubinam sit terrarum,
et in quibus locis sitam habeat patriam,
et a quibusnam olim conditam,
urbesque ad quasnam cognationem referat;
ut compendio autem dicam, non Ulyssis
suscipiens, ut aiunt fabulæ, errores,
sed domu manens beate,
non solum diversæ stirpis hominum vitam,
sed omnium gentium urbes legesque noscet.
Hic autem liber nactus illustrissimum
ducem et patronum optimum,
prodibit partu probe sublevato in lucem,
tuamque, rex, cunctis prædicabit gloriam,
transmittens in alium ex alio locum
vel procul remotis famam egregiam.
Jam vero ad initium progredior operis,
scriptores exponens, quibus usus sum,
ut in fidem veniat sermo historicus;
geographiam enim qui diligentissime
scripsit, quod climata et figuras terrarum attinet,
Eratostheni maxime fisus sum,
Ephoroque et, qui de urbibus conditis
dixit quinque libris, Chalcidensi Dionysio,

76. δύο codex. || — 78. ᾤκισαν conjecit Boissonadius, probante Letronnio, improbante Meinekio. || — 80. τίνες ἐστί cod.; em. Letronn. — || 83. ἤθεσι cod.; em. Morellus; deinde τρόποις ἔργοις cod.; em. Bernhardy in Anal. in Geogr. min. p. 8. || — 85. τί σοι νόμοις cod. || — 88. ἐξ ἧς τῶν cod.; em. Hœschel. || — 90. ἁπλῶς τε cod.; em. Morell. || — ορικῶν] sic codex corrupte; καὶ ὁρικῶς Hœschel.; quod contraxit in χώρικῶς Letronne. Ad quæ Meineke : « Adverbio nullus hic locus est. Mihi aliquando χωρίων scribendum videbatur; nunc malim fere : ἁπλῶς θ' ἁπάντων ὅρια καὶ διέξοδον. Fateor tamen ne hoc quidem satisfacere. » Quam emendationem obscuram dicens Bernhardyus, scribendum putat, ἁπάντων ἱστορικῶς διέξοδον, quum scriptor aperte glorietur optimos fontes auctorum (v. 111. τὸν ἱστορικὸν εἰς πίστιν ἀναπέμπω λόγον). Sic vero versus claudicat. Lenissima mutatio foret : ὡρικῶς, *opportune*, *tempestive*, vel, quod malim, ὡρικήν. || — 93. ὠφέλειαν cod.; em. Mein.; dein ἀπείσετ' cod.; em. Letronn. || — 94. εἰ μήθ' ἕτερον cod.; em. Letronn. Tum φασὶν οὐ πότε εστι (sic) cod.; em. Krebsius. || — 95. κἂν τισι cod.; em. Letronn. || — 102. ἄστυ cod.; em. Scaliger. || — 105. ἕξει διαδόχους cod. et edd., quod sensu carere monuit Meinekius. Piccolous, vir clar., rogatus hæc proposuit : ἥξει διὰ τάχους ἐπιτελὴς εἰς τὸν βίον, vel etiam : ἕξει διαδόχους ἐπιμελεῖς τὸ βιβλίον. || — 106. τοσοῦτον τε cod.; em. Letronn. || — 116. Χαλκίδοι cod.

Δημητρίῳ τε Καλλατιανῷ συγγραφεῖ
καὶ τῷ Σικελῷ Κλέωνι καὶ Τιμοσθένει,
τὴν τῆς (υ . . . . ῶ . .) τέ . . . (τῶν) θέσιν.
καὶ τὸν πολίτην δ' ἐκ . . . .
. . (π . ψ) . . . ασιν . γνω(ρι. μεν) . . εἰ(σ)ὶ . φ . . (καί)
(ὀγε . . φετ) . . . . π(α)ρ' ἱ(στορεῖν)
(ἑ . πι . . λλομέν) . . . τόπους . . . .
. . . . . ἀκολου(θῶν) δὲ καὶ Καλλισθέν(η)
. . . (ἰληφα) καὶ χ . . . (χ . χ) . ενίων δὲ καί
Τίμαιον, ἄνδρα Σικελὸν ἐκ Ταυρομενίου,
ἐκ τῶν ὑφ' Ἡροδότου τε συντεταγμένων·
ἃ δ' αὐτὸς ἰδίᾳ φιλοπόνως ἐξητακώς
αὐτοπτικὴν πίστιν τε προσενηνεγμένος,
ὡς ὢν θεατὴς οὐ μόνον τῆς Ἑλλάδος
ἢ τῶν κατ' Ἀσίαν κειμένων πολισμάτων,
ἵστωρ δὲ γεγονὼς τῶν τε περὶ τὸν Ἀδρίαν
καὶ τῶν κατὰ τὸν Ἰόνιον ἑξῆς κειμένων,
ἐπεληλυθὼς δὲ τούς τε τῆς Τυρρηνίας
καὶ τοὺς Σικελικοὺς καὶ πρὸς ἑσπέραν ὅρους
καὶ τῆς Λιβύης τὰ πλεῖστα καὶ Καρχηδόνος.
Τὰ δὲ πολλὰ συνελὼν ἄρξομαι τῶν πραγμάτων,
πρῶτον δὲ τάξω τοὺς κατ' Εὐρώπην τόπους.

Demetrioque Callatiano historico
et Siculo Cleoni et Timostheni,
qui *maris terrarumque exposuerunt* situm;
atque civem meum ex . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . et Callisthenem
. . . . . . et . . . . eion*a* et
Timæum, virum Siculum e Tauromenio,
et ex iis quæ Herodoto conscripta sunt;
alia autem ipse diligenter scrutatus,
ocularemque fidem adhibens,
utpote spectator non solum Græciæ
vel in Asia sitarum urbium,
sed cognitas etiam habens quæ circa Adriam
et ad Ionium mare deinceps sitæ sunt,
aggressus etiam Tyrrheniæ
et Siculos et qui ad vesperam sunt limites,
et Libyæ pleraque et Carthaginis.
Hæc multa in pauca contrahens rem ordiar,
primum vero ponam quæ in Europa sunt loca.

ΕΥΡΩΠΗ.

Τὸ τῆς θαλάττης τῆς Ἀτλαντικῆς στόμα
σταδίων μὲν εἶναί φασιν ἑκατὸν εἴκοσιν·
ἡ περιέχουσα δ' αὐτὸ χώρα πλησίον
ἡ μὲν Λιβύης ἡ δ' ἐστὶν Εὐρώπης ἄκρα.
Νῆσοι δὲ τούτων ἑκατέρωθεν κείμεναι
διέχουσ' ἀπ' ἀλλήλων τριάκοντα σχεδόν

EUROPA.

Maris Atlantici ostium
stadiorum esse dicunt centum viginti;
regio autem utrinque ori proxima,
hinc Libyæ, illinc Europæ est extremitas.
Insulæ autem ab utraque parte iis adsitæ
distant inter se triginta circiter

|| — 117. Καλλατιανῷ] Καλατιανῷ codex; em. Mein. || — 118. καὶ τῷ Σικελικῷ cod.; em. Meineke. Cf. v. 126. καὶ Σικελικῷ dedit Morellus. || — 119 sqq. Quæ inde a voce Τιμοσθένει sequuntur in codice (p. 128, 3) lineæ quinque, adeo sunt detritæ et exesæ, ut nonnisi literæ aliquot hic illic appareant. Arte chemica resuscitare semimortua tentavit Letronnius, conatu infausto. Quæ supra cum Meinekio dedimus, partim legit, partim legisse sibi visus est Haasius Vratislaviensis; ceterum uncis inclusi incerta. Ego etsi centies codicem inspexerim aliisque inspiciendum dederim, nihil quod momenti alicujus sit, eruere potui. Hoc tamen patebat, v. 120 post vocem πολίτην non legi Χ, ut Letronnius et Haasius credebant, sed δ' ἐκ, sequente, ut videtur, litera Θ. Desideratur inter alia Theopompi et Hecatæi Eretriensis mentio. Versum 119 Letronn. explere tentavit ita: τὴν τῆς θαλά]ττ[ης, ὅς γ' ὁ ρ ί[ζ] ε τ α ι θέσιν, in quibus istud ὅς γ' ὁρίζεται sic dixisse auctorem non credideris. — 128. ἃ δ' αὐτὸς] « ἃ δέ sequioris temporis scriptores post τὰ μὲν inferre notum est. Idem dicendi genus passim apud Nostrum vel obscuratum vel male intellectum est, velut v. 419. 422. 544. In eandem sententiam accipio v. 127 ἃ δ' αὐτὸς ἰδίᾳ φιλοπόνως ἐξητακώς, *alia autem ipse diligenter scrutatus*, ut verbum in superioribus, quæ exciderunt, positum fuisse videatur. » Meineke, p. 56. || — 130. ὡς ἂν θεατὴς cod.; em. Bernhardyus, l. l. p. 8. || — 131. ἢ τῶν κατὰ Σικελίαν codex; em. Meineke; Sicilia in seqq. demum una cum reliquis regionibus occiduis memoratur. || — 132. τόν τε cod. || — 134. τὰς δὲ cod. || — 135. ὅρους cod. || — 140. Strabo II, p. 122, Mela I, 1, 4, Turranius Gracilis ap. Plin. VI, 38 et Agathemerus II, 14, *longitudinem* freti 120 stadiorum esse aiunt, eoque sensu etiam Scymni verba intelligenda esse censet Mannertus X, 2, p. 460, quum plerique de *latitudine* accipiant, eaque numeri interpretatio quo loco de ostio aliquo sermo est sponte sese offerat, ipse autem numerus in tanta sententiarum discrepantia (v. not. ad Scylac. § 1) nihil dirimat. || — 144. δι' ἔχουσα' πάλλήλων (sic) cod. De re cum Nostro facit Euctemon ap. Avien. Or. mar. 343: *Sunt paria porro saxa prominentia Abyla atque Calpe... Atheniensis dicit Euctemon item Non esse saxa, aut vertices adsurgere Parte ex utraque; cespitem Libyci soli Europæ et oram memorat insulas duas Interjacere; nuncupari has Herculis Ait columnas; stadia triginta refert Has distinere; horrere silvis undique, Inhospitasque semper esse nauticis. Inesse quippe dicit ollis Herculis Et templa, et aras*, etc. Subest his memoria insularum ad Cuneum promontorium sitarum, earundemque, puto, in quibus

σταδίους· καλοῦνται δ' ὑπό τινων Ἡρακλέους
στῆλαι. Μιᾶς τούτων δὲ Μασσαλιωτική
πόλις ἐστὶν ἐγγύς, Μαινάκη καλουμένη·
αὕτη πρὸς Εὐρώπην δὲ τῶν Ἑλληνίδων
πόλεων ἁπασῶν ἐσχάτην ἔχει θέσιν.
Κάμψαντι τὴν ἄκραν δὲ τὴν κατ' ἀντικρύ
πρὸς ἥλιον δύνοντα πλοῦς ἔσθ' ἡμέρας·
εἶτ' ἐχομένη 'στὶ νῆσος ἡ καλουμένη
Ἐρύθεια, μεγέθει μὲν βραχεῖα παντελῶς,
βοῶν δ' ἀγέλας ἔχουσα καὶ βοσκημάτων,
προσεμφερεῖς ταύροις τε τοῖς Αἰγυπτίοις
καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἤπειρον ἔτι Θεσπρωτίοις·
προσεσπερίους δ' Αἰθίοπας οἰκητὰς ἔχειν
λέγουσιν αὐτὴν γενομένης ἀποικίας.
Ταύτης σύνεγγυς δ' ἐστὶ . . . . πόλις
λαβοῦσα Τυρίων ἐμπόρων ἀποικίαν,

stadia. Vocantur a quibusdam Herculis
columnæ. Harum alteri Massiliotica
urbs propinqua est, cui nomen Mænace.
Hæc ad Europam Græcarum
urbium omnium extremum habet situm.
Flectenti autem promontorium oppositum
solem versus occidentem navigatio est diei;
tum sequitur insula quæ vocatur
Erythia, magnitudine prorsus exigua,
boûm greges habens atque pecorum,
æqualesque tauris Ægyptiis
et qui in Epiro sunt Thesprotiis.
Hesperios Æthiopes incolere eam
dicunt, deducta huc colonia.
Huic vicina est urbs [*nobilis*],
nacta Tyriorum mercatorum coloniam,

Ephorus (f. 41) Herculis fanum monstrari tradiderat. Alii insulas transtulerunt ad Gadira et Junonis promontorium, alii denique Junonis promontorium cum Calpe confundentes, ad Calpen promontorium insulam quoque Junonis finxerunt, quum nulla ibi sit (v. Groskurd ad Strabon. l. l.). Ab his omnibus recedit Noster, prope unam istarum insularum Mænacam urbem collocans. Fuisse qui ad Mænacam sibi insulam finxerint, Herculis columnam (ut Groskurd. putat), veri simile non est; immo Noster insulam suam collocaverit ad Calpen promontorium; idque arguunt etiam v. 150 verba τὴν ἄκραν τὴν κατ' ἀντικρύ, id est promontorium Calpe huic insulæ oppositum; verba autem τούτων μιᾶς .. ἐστὶν ἐγγύς negligentiæ scriptoris imputanda sunt. Gailii opiniones silentio premo. || — 146. Μιᾶς δὲ τούτων M. codex; em. Letronnius. || — 147. Μαινάκη Meinekius; Μαινακὴ codex. Meminit urbis Avien. Or. mar. 426 : *Malachæque flumen urbe cum cognomine, Mænace priore quæ vocata est Sæculo.* At falsos esse qui Malacam eandem esse cum Mænaca putent, censet Strabo III, p. 156 : Ταύτην (sc. τὴν Μαλάκην, *Malaga*) τινὲς τῇ Μαινάκῃ τὴν αὐτὴν νομίζουσιν, ἣν ὑστάτην τῶν Φωκαϊκῶν πόλεων πρὸς δύσει κειμένην παρειλήφαμεν, οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἀπωτέρω τῆς Κάλπης ἐστὶ, κατεσκαμμένη, τὰ δ' ἴχνη σώζουσα Ἑλληνικῆς πόλεως, ἡ δὲ Μαλάκα, πλησίον μᾶλλον, Φοινικικὴ τῷ σχήματι. Pertinet huc etiam locus Stephani, ubi inter voces Μαιδοί et Μαίναλος legitur : Μάκη (l. Μαινάκη), Κελτικὴ πόλις· εὕρηται καὶ Μαινάκη (Μάκη?) Κελτικὴ πόλις. Celtica urbs dicitur, non propterea quod Massiliæ colonia erat, ut Holstenius et Meinekius putant, sed quod Stephanus, sicut Scymnus noster, sua ex Ephoro habet, qui totam Hispaniam ad Celticam regionem referebat. Nonnullis non diversa urbs esse videtur ab ea quam a Malaca orientem versus ponunt et *Mænobam* dicunt Mela II, 6, Plin. III, 3, Itin. p. 405, Ptol. II, 4 (*Velez Malaga*), *Mænoboram* Hecatæus f. 8. Ipse quidem Strabo p. 143 item Mænobam urbem memorat; sed hanc trans columnas ad Mænobam fluvium qui in Bætin incidit, ponendam esse, ob æstuaria quæ ibi esse dicuntur, censet Ukertus II, 1, p. 349 probabiliter. Dubitationem tamen injicit quod Mænacam Strabo κατεσκαμμένην dicit. Palmerio est hod. *Almunecar.* || — 151. πρὸς δύνοντα] Id ex opinione vett. geographorum de hujus regionis situ explicatur. || — 153. Ἐρύθεια Morell.; Ὀριουία (sic) codex. De re constat. Laudasse sufficiat fontem Scymni Ephorum fr. 40. Cf. not. ad Scyl. § 1. || — 154. βοῶν ἀγέλας codex; em. Krebsius. || — 155. προσεμφερῆς ταύροις codex; ταύρους legi jussit Salmasius, quod necessarium non est. Dein αἰγυπίοις codex. De Thesprotiæ tauris Cestrinis cf. not. ad Scylac. § 26. || — 157. πρὸς ἑσπερίους Αἰθ. cod.; em. Salmasius et particulam δὲ addens Letronnius; mox οἰκιτὰς cod.; οἰκιστὰς Salmasius. Quod de Hesperiis Æthiopibus Erythiæ incolis Scymnus, quem dicere liceat, tradit, alibi non est legere. Fluxit hoc quoque, sicuti sequentia, ex geographia Ephori, quem tradidisse quædam de migrationibus Æthiopum liquet ex Strabonis loco vix tamen illo sano. Ita habet I, p. 33 : Λέγεσθαι γάρ φησιν (Ἔφορος) ὑπὸ τῶν Ταρτησσίων Αἰθίοπας τὴν Λιβύην ἐπελθόντας μέχρι δύσεως τοὺς μὲν αὐτοῦ μεῖναι, τοὺς δὲ καὶ τῆς παραλίας κατασχεῖν πολλήν. Ad quæ Cramerus : « Verba μέχρι δύσεως nullo modo ferenda esse neminem fugiet, qui paullo accuratius et de his ipsis et de iis quæ sequuntur cogitaverit; Strabonem scripsisse opinor μέχρι Αὑάσεως. Sunt autem præter Auases tres Ægypti vicinas multæ aliæ in Africa dispersæ. » At ob id ipsum conjectura illa, etsi ad traditas literas proxime accedit, parum probabilis est. Scymno innitens conjicere possis μέχρι Ἐρυθείας, vel etiam μέχρι τῆς ἰδίας, sc. Tartessiorum. Ceterum nititur hæc Ephori opinio confusis cum Æthiopibus Maurusiis sive μαύροις, de quibus adi Moversium *Phœn. Alt.* II, p. 372 sqq. || — 159. Ante voc. πόλις Meinekius supplendam esse censet v. ἐπιφανής, quo epitheto sæpius utitur Scymnus, ut v. 163. 340. 518. 625. 971. Letronnius de Scaligeri conjectura vocem τὴν inferens dederat : ταύτῃ σύνεγγυς δ' ἐστὶ πόλις λαβοῦσα [τὴν] Τυρίων [παλαιῶν] ἐμπόρων ἀποικίαν Γάδειρ' κτλ. Quod vel propterea minus probandum esse Meinekius monet, quod sic primus versus in secunda dipodia frangitur cæsura trochaica. Scaligeri supplementis testimonii loco non uti debebat Movers. l. l. p. 148.

Γάδειρ', ὅπου μέγιστα γίνεσθαι λόγος
κήτη. Μετὰ ταύτην δ' ἔστιν ἡμερῶν δυοῖν
τελέσαντι πλοῦν ἐμπόριον εὐτυχέστατον
ἡ λεγομένη Ταρτησσὸς, ἐπιφανὴς πόλις,
ποταμόρρυτον κασσίτερον ἐκ τῆς Κελτικῆς
χρυσόν τε καὶ χαλκὸν φέρουσα πλείονα.
Ἔπειτα χώρα Κελτικὴ καλουμένη
μέχρι τῆς θαλάττης τῆς κατὰ Σαρδὼ κειμένης,
ὅπερ μέγιστόν ἐστι πρὸς δυσμαῖς ἔθνος.
Τὴν μὲν γὰρ ἐντὸς ἀνατολῶν πᾶσαν σχεδὸν
οἰκοῦσιν Ἰνδοὶ, τὴν δὲ πρὸς μεσημβρίαν
Αἰθίοπες ἐγγὺς κείμενοι νότου πνοῆς·
τὸν ἀπὸ ζεφύρου Κελτοὶ δὲ μέχρι δυσμῶν τόπον
θερινῶν ἔχουσιν, τὸν δὲ πρὸς βορρᾶν Σκύθαι.

Gadira, ubi maximos nasci fama fert
cetos. Post hanc occurrit bidui
emenso navigationem fortunatissimum
emporium, Tartessus quæ vocatur, clara urbs,
stannum amne advectum ex Celtica
aurumque et æs ferens plurimum.
Sequitur deinde terra dicta Celtica
usque ad mare quod objacet Sardiniæ.
Quæ quidem gens est ad occasum maxima.
Nam sitam intra ortum terram fere omnem
tenent Indi, meridiei autem obversam
Æthiopes prope austri flatum positi;
quæ autem a Zephyro est regio usque ad occasum
æstivum, eam Celtæ tenent; borealem vero Scythæ.

---

161. μέγιστα κήτη] Vide de his Strabonem III, 2, 7 p. 115. || — 162. δηοῖν codex || — 164. ἐπιφανής] sic plenis literis codex. Fabricius nescio quo lapsu edidit ἐμφανής, quod ex eo repetiit Meinekius, ita tamen, ut ἐπιφανὴς scrib. esse in annotatione moneret rectissime. De Tartesso multi multa; optima et uberrima nuper Moversius l. l. II, p. 594, quem tu adeas. Summam tamen doctæ disputationis paucis liceat indicare. Tartessiorum, gentis Ibericæ, regio, Phœnicum emporiis olim celebris, postea ejusdem nominis varietate Turditania dicta, ab Ana fluvio usque ad Calpen (secundum Scymnum (v. vs. 198) et Avienum etiam ad orientalem Iberiæ oram) pertinebat. Nomen dedit, vel certe cogmininis erat fluvius mediam perfluens Tartessus, qui postea vocatur Bætis, sicut regio ipsa Bætica denominata est. *Urbs* autem Tartessus nulla unquam fuit, sed Græcorum quorumdam est figmentum. Minus tamen recte Moversius contendere videtur primo demum ante Christ. sæculo eam commento natam esse. Nam Herodoti verba IV, 152: Ἀπίκοντο ἐς Ταρτησσόν· τὸ δὲ ἐμπόριον τοῦτο ἦν ἀκήρατον τοῦτον τὸν χρόνον, aperte urbem indicant, neque in regionis vel fluvii mentionem verba detorqueri possunt, neque violentam ejusmodi interpretationem excusare licet eo, quod inde ab Herodoto usque ad Scymnum nemo *urbis* Tartessi disertam fecerit mentionem. Ipse autem Scymnus, quum in reliqua Iberiæ descriptione non suæ, sed Ephoreæ ætatis geographiam exhibeat, urbis quoque Tartessi ex eodem meminerit Ephoro, qui urbem Tartessum eadem rerum ignorantia dixit qua πόλιν εἶναι μίαν τοὺς Ἴβηρας tradidit (fr. 39). Deinde Romanorum temporibus patefacta Hispania, veterem de urbe ista opinionem ad certum aliquem locum referre studebant; at ne Mela quidem, in ipsa natus Tartesside, de Tartesso urbe certius quiddam eruere potuit, aliorumque suspicionem notasse satis habet II, 6: *Carteia, ut quidam putant, aliquando Tartessus.* Cf. Plinius III, 3: *Carteia Tartessus a Græcis dicta.* Hieronymus tom. IV, p. 254: *Oppidum Tartesson, quod nunc vocatur Carteia.* Appian. VI, 2; Arrian. An. II, 16; Avien. Or. m. 269. Carteia hæc ad Calpen sita est. Alii Tartessum ad Gades retulerunt, ut Sallust. Histor. lib. II, fr. 33; Plinius IV, 36; coll. eod. VII, 49 et Valer. Max. VIII, 13, 4, ubi Arganthonius Tartessiorum rex *Gaditanus* vocatur, sicuti jocans Cicero Ad Att. VII, 3, 11 Gaditanum Cornelium Balbum *Tartessium* dicit. Tertia denique sententia affertur a Strabone III, p. 148 et Pausania VI, 19, 3 qui *perhiberi* dicunt olim Tartessum urbem inter duo Bætis fluvii ostia sitam fuisse. Scymnus sec. Moversium de Carteia, quam Mela memorat, cogitavit. Id vero ferri nequit. Nam v. 151 dicit a columnis Herculeis ad Erythiam esse navigationem diei unius; a Gadibus autem ad Tartessum duplum ponit itineris, quod non orientem sed occasum versus pergere debet ad fluvium stanniferum auriferumque. Talem fama celebrat Bætin; at Bætis a Gadiris proxime abest; aut igitur usque ad Anam fluvium progrediendum est, aut dicendum Ephorum de his regionibus male doctum distantiam notasse perperam, neque de alio fluvio quam de eo quem reliqui auctores celebrant Bætin, cogitasse. At hoc quidem verisimillimum esse videtur, et ex Eratosthene apte potest explicari; nam hic quoque distantiarum in hac regione tam ignarus erat, ut putaret τὸ ἀπὸ Γαδείρων ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀκρωτήριον διάστημα ἀπέχειν ἡμερῶν πέντε πλοῦν, οὐ πλειόνων ὄντων ἢ χιλίων καὶ ἑπτακοσίων σταδίων, testante Artemidoro ap. Strabon. III, p. 148. Reichhardus Tartessum inter Urium et Anam fluvios notat, eandemque esse censet cum Carteia quadam urbe, quam ibidem notat. Quæ vereor ne ex Scymni loco atque testimoniis eorum, qui Tartessum esse eandem cum Carteia (ad Calpen sita) tradunt, efficta sint, collato Livio XXI, 5, ubi alia quædam Carteia, Olcadum gentis caput, ab Hannibale diruta esse narratur. || — ποταμ. κασσίτερον] De his plura v. ap. Avien. 284 sqq., Aristot. Mir. 147, Stephan. Byz. v. Ταρτησσός, Stesichorum ap. Strabon. III, 148. Quomodo hæc intelligenda sint, in vulgus constat. || — 167. Ἔπειτα] i. e. reliquam Hispaniam a Tartesso sive ab occasu versus orientem et mare Sardoum Celtæ obtinent, excepta tamen ipsa ora maritima. Quæ sequuntur de divisione τῆς οἰκουμένης petita sunt ex Ephoro, cujus vide fr. 38. De Sardoo mari cf. v. 196 et Eratosthenes ap. Plin. III, 10: *Eratosthenes autem inter ostium Oceani et Sardiniam quidquid est, Sardoum fretum appellat.* || — 174. θε-

Ἰνδοὶ μὲν οὖν μεταξὺ θερινῶν ἀνατολῶν
καὶ χειμερινῶν οἰκοῦσι· Κελτοὶ δ' ἀνάπαλιν
ὑπ' ἰσημερινῆς θερινῆς τε δύσεως, ὡς λόγος.
Τὰ μὲν οὖν ἔθνη τὰ τέτταρ' ἐστὶ τοῖς ὄχλοις
τοῖς πλήθεσίν τε τῶν κατοικούντων ἴσα·
ἡ δ' Αἰθιόπων πλέον' ἐστὶ χώραν καὶ Σκυθῶν
ἐρημίαν δ' ἔχουσα πλείστην, διὰ τὸ καί
τὰ μὲν ἔμπυρ' εἶναι μᾶλλον αὐτῶν τὰ δ' ἔνυγρα.
Χρῶνται δὲ Κελτοὶ τοῖς ἔθεσιν Ἑλληνικοῖς,
ἔχοντες οἰκειότατα πρὸς τὴν Ἑλλάδα
διὰ τὰς ὑποδοχὰς τῶν ἐπιξενουμένων·
σὺν μουσικῇ δ' ἄγουσι τὰς ἐκκλησίας,
ζηλοῦντες αὐτὴν ἡμερώσεως χάριν.
Τούτων δὲ κεῖται λεγομένη τις ἐσχάτη
στήλη βόρειος· ἔστι δ' ὑψηλὴ πάνυ

Indi igitur inter æstivum ortum
et hibernum habitant, Celtæ e contrario
sub occasu æquinoctiali et æstivo, ut ferunt.
Jam vero gentes quidem istæ quattuor copia
ac multitudine habitantium sunt pares,
regio autem Æthiopum et Scytharum major est
at solitudinem habet plurimam, quoniam
illa ignita, hæc aquosa est nimium.
Utuntur Celtæ moribus Græcanicis,
contracta cum Græcis consuetudine
ob receptiones subinde adventantium.
Cum musica conciones peragunt,
studentes ei, ut quæ mansuefaciat.
Horum in extremis sita est quædam
columna borealis dicta; peralta illa

ρινὸν ἔχουσιν codex; em. Vindingus.'|| — 177. ἀπὸ ἰσημερινῆς τε δύσεως, ὡς λόγος codex; em. Meineke; inde ab Hœschelio legebatur : ἀπὸ τῆς ἰσημερινῆς τε δύσεως, ὡς λόγος. Ad quæ Meinekius : « Ea autem non recte emendata esse pluribus argumentis intelligitur : primum enim articulus contra nostri quidem scriptoris usum illatus est, tum particula τε post ἰσημερινῆς non habet quo referatur, denique ipsa vacillat sententia; nam quum accurate ambitus locorum, quæ Celtæ incolerent, indicandus esset, non sane in universum eos ἀπὸ ἰσημερινῆς δύσεως, *ab æquinoctiali occasu*, habitare dici potuit. His incommodis hæc medetur emendatio : ὑπ' ἰσημερινῆς [θερινῆ]ς τε δύσεως, ὡς λόγος. At præterea hæreo in ἰσημερινῆς. Quum enim Celtæ e diametro oppositi sint Indis, Indi autem inter hibernum et æstivum ortum ponantur, necessario, nisi inter Æthiopes et Celtas vacuum locum relictum volumus, Celtæ inter hibernum et æstivum occasum habitare dicendi erant, unde consequens est scribendum esse : ὑπὸ χειμερινῆς θερινῆς τε δύσεως. Atque hanc rationem plane confirmat quem in tota hac disputatione presse sequitur Scymnus, Ephorus (f. 38) ap. Cosmam Indopl. p. 148, ubi hæc habes : Οἱ μὲν γὰρ Ἰνδοί εἰσι μεταξὺ θερινῶν καὶ χειμερινῶν ἀνατολῶν, Κελτοὶ δὲ τὴν ὑπὸ θερινῶν μέχρι χειμερινῶν δυσμῶν χώραν κατέχουσι· καὶ τοῦτο μὲν ἴσον ἐστὶν ἐκείνῳ τῷ διαστήματι καὶ μάλιστά πως ἀντικείμενον. Sed adscribam etiam sequentia : Ἡ δὲ τῶν Σκυθῶν κατοίκησις τοῦ μὲν ἡλίου τῆς περιφορᾶς τὸν διαλείποντα κατέχει τόπον, ἀντίκειται δὲ πρὸς τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος, ὃ δοκεῖ παρατείνειν ἀπὸ ἀνατολῶν τῶν χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν τῶν βραχυτάτων. Adde Strabon. I, p. 31 : Δοκεῖ γάρ, φησίν (Ephorus), τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος παρατείνειν ἀπ' ἀνατολῶν χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν (i. e. δυσμῶν χειμερινῶν), ἡ Σκυθία δ' ἀντίκειται τούτῳ. » || — 178. τέσσαρ' codex; em. Fabricius. || — 180. πλεῖόν ἐστι χώρα καὶ Σκυθῶν ἐρημίαν ἔχουσα codex; olim edebatur πλείστη 'στι χώρα κ. Σ. ἐρ. ἔχ. Correxit Meineke : « Quomodo emendandum sit, inquit, docet Ephorus ap. Cosmam l. l. : Ἔστι μὲν οὖν οὐχ ἴσον ἕκαστον τῶν μέρων· ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν Σκυθῶν καὶ τῶν Αἰθιόπων μεῖζον, τὸ δὲ τῶν Ἰνδῶν καὶ τῶν Κελτῶν ἔλαττον, καὶ παραπλήσιον ἑκάτερον ἀλλήλοις ἔχει τοῦ τόπου τὸ μέγεθος. Adde Strabon. I, p. 59 : Προστίθησι δὲ (Ephorus) ὅτι μείζων ἡ Αἰθιοπία καὶ (ita Marxius pro ἢ) ἡ Σκυθία. Itaque scribendum videtur paullo duriore quidem et parum eleganti, a Scymno autem non aliena junctura : ἡ δ' Αἰθιόπων πλέον' ἐστὶ χώραν καὶ Σκυθῶν, Ἐρημίαν δ' ἔχουσα πλείστην, i. e. ἡ δ' Αἰθιόπων καὶ Σκυθῶν πλέονα χώραν ἔχει, ἐρημίαν δὲ πλείστην. Versu sequenti propter ἔμπυρα malim ἔνυδρα scribi quam ἔνυγρα. » || — 183. ἔθνεσιν ἑλληνικῶς cod.; em. Hœschelius; adverbium ἑλληνικῶς defendere instituit Letronnius, recte obloquente Meinekio : « Ego vero quid sit *moribus græce uti* adeo non intelligo, ut Hœschelii emendationem lubens amplectar; neque erat quod de solœcismo vereretur vir cl. Rectissime enim dicitur τοῖς ἔθνεσιν χρῆσθαι ἑλληνικοῖς, in quo adjectivum prædicati loco positum. Neque hoc dicere voluit Scymnus, græcis uti moribus Celtas, sed mores suos ita conformare, ut quandam cum græcis moribus similitudinem habeant. » De re cf. Ephorus fr. 43 : φιλέλληνάς τε ἀποφαίνει τοὺς ἀνθρώπους κτλ. Nicolai Damasc. fr. 105 (Fr. Hist. t. III, p. 457). Proxime etiam ad Græcorum cum Celtis commercia pertinent quæ tradit Aristotel. Mir. c. 86 : Ἐκ τῆς Ἰταλίας φασὶν ἕως τῆς Κελτικῆς καὶ Κελτολιγύων καὶ Ἰβήρων εἶναί τινα ὁδὸν Ἡράκλειαν καλουμένην, δι' ἧς ἐάν τε Ἕλλην ἐάν τε ἐγχώριός τις πορεύηται, τηρεῖσθαι ὑπὸ τῶν παροικούντων, ὅπως μηδὲν ἀδικηθῇ· τὴν γὰρ ζημίαν ἐκτίνειν καθ' οὓς ἂν γίνηται τὸ ἀδίκημα. || — 185. καὶ τὰς ὑποδ. codex; em. Meineke. || — στήλη βόρειος] « Hæc confuse respondent Alpibus, imo et Pyrenæis; nam ἄκρα, quæ in κυματῶδες πέλαγος pertingit, videtur in oceanum Atlanticum descendere potius quam respondere Alpibus maritimis in mediterraneum mare desinentibus. » GAILIUS. « Que cette indication tienne à la confusion de la géographie d'Éphore concernant l'Europe occidentale, cela n'est pas douteux. Cette *colonne boréale* est là une expression poétique de quelque grande chaîne, dont le pic le plus élevé servait de *colonne du ciel*, στήλη ou κιὼν οὐρανία, qui faisait, au nord, le même office que l'*Atlas* à l'ouest, l'*Etna* au sud, et le *Caucase* à l'est. Cette στήλη désigne par un point toute la chaîne occidentale des Alpes et des Pyrénées, que cette géographie confondait en une seule, en y plaçant la source de l'Ister. Par son extrémité vers l'occident, cette colonne s'avançait au loin

εἰς κυματῶδες πέλαγος ἀνατείνουσ' ἄκραν.
Οἰκοῦσι τῆς στήλης δὲ τοὺς ἐγγὺς τόπους
Κελτῶν ὅσοι λήγουσιν ὄντες ἔσχατοι
Ἐνετοί τε καὶ τῶν ἐντὸς εἰς τὸν Ἀδρίαν
Ἴστρων καθηκόντων· λέγουσι δ' αὐτόθεν
τὸν Ἴστρον ἀρχὴν λαμβάνειν τοῦ ῥεύματος.
Τῶν πρὸς τὸ Σαρδῷον δὲ πέλαγος κειμένων
οἰκοῦσι Λιβυφοίνικες, ἐκ Καρχηδόνος
ἀποικίαν λαβόντες· ἑξῆς δ', ὡς λόγος,
Ταρτήσσιοι κατέχουσιν· εἶτ' Ἴβηρες οἱ

in fluctuosum pelagus protendit summitatem.
Inhabitant vicina columnæ loca
Celtarum qui huc desinunt extremi,
Enetique et extremi Istrorum qui
intus ad Adriam pertingunt. Ferunt hinc
Istrum sumere fluxus principium.
Ad Sardoum autem mare primi
habitant Libyphœnices, e Carthagine
colonia deducta; deinceps, ut ferunt,
Tartessii locum tenent; tum Iberes sunt

---

dans la mer, à l'extremité de la Celtique; sous cette vague indication semble cachée la notion de la proéminence des côtes de la Bretagne, marquée, dans la géographie d'Erastothène par le grand promontoire de *Calbium*, le *Gobæum* de Ptolémée : notion que les voyages maritimes aux mines d'étain de Cornouailles avaient dû donner de bonne heure. » Letronnius p. 67. Cf. Ukert. *Géogr.* II, 1, p. 473. Forbiger *Géogr.* I, p. 269 de Alpium promontorio in Adriaticum mare excurrente cogitavit; perperam. || — 190. ἄβραν pro ἄκραν cod. || — 191. δὲ τοῖς codex. || — 193. ἀνδρίαν cod. || — 194. Ἴστρῳ codex; Ἴστρον τε scripsit Letronnius, adeo ut columnæ vicini nonnisi duo populi memorentur, Celtæ et Heneti, quorum Heneti bifariam divisi sint, in Henetos *de la Bretagne* atque Henetos maris Adriatici accolas. Quod quidem longissime petitum est. De cetera hujus mutationis ratione ita Meinekius : « Prorsus alieni sunt a Scymni arte quos Letronnius restituit numeros inserenda contra codicis fidem particula τε. Quamquam hoc quidem incommodum vitare potuisset omittenda quam intulit particula, ita ut Ἀδρίας adjectivi locum obtineat, et ὁ Ἀδρίας Ἴστρος conjungantur. Scymnum enim eorum sententiam secutum esse, qui Istrum in duo flumina disjungi existimarent, quorum alterum in sinum Adriaticum, alterum in Pontum Euxinum exiret, ex v. 664 intelligitur : τὴν ὑπεράνω χώραν δὲ μέχρι τοῦ Ποντικοῦ Ἴστρου παρεκτείνουσι Θρᾷκες νεμόμενοι, quibus verbis manifesto ὁ Ποντικὸς Ἴστρος opponitur τῷ Ἀδριατικῷ. Cf. v. 776. Enimvero alia quoque difficultate locus premitur. Quid enim causæ esse dicamus, quod tertiam gentem quam boreali columnæ vicinam dicit scriptor, inutili verborum circumscriptione e longinquo ostendere quam suo nomine appellare voluerit? Itaque non Istrum sed Istros commemoratos arbitror; eoque etiam codex ducit in quo Ἴστρῳ scriptum est. Istri autem Venetis contermini. V. Scylax § 20, Hecatæus ap. St, Byz. v. Ἴστροι, Scymnus v. 391, et quem Scymnus expressit Apollodorus ap. St. B. v. Ὑλλεῖς. Ceterum ἐντὸς non cum τῶν jungendum, ut visum est Letronnio, sed cum sequentibus εἰς τὸν Ἀδρίαν; genitivi autem pendent ab ἔσχατοι, quod ex superioribus assumendum. » || — 196. A digressione de Celtarum sedibus late patentibus redit auctor ad Herculis columnas, orientalem Hispaniæ oram expositurus. Quum in antecedentibus jam meminerit sitæ in eo litore Mænacæ urbis, ordo periegeseos neglectus foret, nisi Mænace ex auctoris opinione prope columnas esset collocanda. || — 196. De Sardoo mari cf. v. 168. || — 197. Λιβυφοίνικες] Totam hanc oram usque ad Murgim oppidum, qui finis est Bæticæ, originis Punicæ existimavit Agrippa ap. Plin. III, 3. *Libyphœnices* ibi cum Scymno memorat Avienus Or. mar. 421. Ac sane numi urbium, quæ huc pertinent, Carteiæ, Sixi, Malacæ, Abderorum, literas habent scripturæ Libyphœniciæ (v. Movers *Phœn. Alterth.* II, p. 632 sqq.). Apud alios auctores Punici coloni cum gente indigena conjunguntur. Sic Ptolemæus II, 3 : Βαστούλην τῶν καλουμένων Ποινῶν; Marcianus p. 107 : τὸ ἔθνος Βλαστουρῶν τῶν καλουμένων Ποινῶν; Appian. Hisp. c. 56 : τοὺς λεγομένους Βλαστοφοίνικες, οἷς φασιν Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον ἐποικίσαι (*novos* colonos misisse) τινὰς ἐκ Λιβύης. Eandem gentem Ibericam Hecatæus vocare videtur Ἐλβεστίους, quos cum Mastienis componit, sicuti Avienus l. l. *Massienos* post Libyphœnices memorat. || — 198. ἐξ ἧς δ' ὁ λόγος codex; em. Scaliger. || — 199. Ταρτήσσιοι] Tartessios etiam ad orientalem Hispaniæ oram pertinuisse præter Scymnum unus tradit Avienus Or. mar. 416 : *Igitur columnæ, ut dixeram Libystidi Europæ in agro adversa surgit altera. Hic Chrysus* (hod. *Guadiaro*) *amnis intrat altum gurgitem. Ultra citraque quatuor gentes colunt. Nam sunt feroces hoc Libyphœnices loco; sunt Massieni; regna Cilbicena sunt feracis agri, et divites Tartessii, qui porriguntur in Calactinum sinum. Hos propter autem mox jugum Barbetium est, Malachæque flumen, urbe cum cognomine... Tartessiorum juris illic insula antistat urbem, Noctilucæ ab incolis sacrata pridem.* Deinde postquam sequentem oram (in eaque Massienam urbem multaque Phœnicum loca) recensuit usque ad Theodorum (*Tader* Plin. III, 4. *Terebis* Pt., h. *Segura*) fluvium, addit v. 462 : *Hic terminus quondam stetit Tartessiorum; hic Herna civitas fuit; Gymnetes istos gens locos insederat.* Ceterum eo fere usque Tartessiorum sedes prolatas esse nonnisi a serioribus parumque accuratis scriptoribus, qui totam Bæticam et ulteriorem etiam regionem usque ad Balearides fere insulas Tartessiam laxiore vocabuli sensu vocarint, credi possit, ac statuere videtur Moversius. Licet tamen Scymni Avienique sententiam defendere et ad remotiorem ætatem referre. Etenim quum Pœnis Tartessus diceretur *Tarsis*, ad Tartessios Movers refert Ταρσήιον et Θερσίτας, quorum meminit Polybius III, 33, 9, ubi : ἦσαν δὲ οἱ διαβάντες (sc. gentes Ibericæ ab Hannibale in Libyam transductæ) Θερσῖται, Μαστιανοί, πρὸς δὲ τούτοις Ὀρεῖται Ἴβηρες καὶ Ὀλκάδες; et III, 24, ubi in vetusto fœdere Carthaginiensium legitur : τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου, Μαστίας, Ταρσηίου,

προσεχεῖς. Ἐπάνω τούτων δὲ κεῖνται τῶν τόπων
Βέβρυκες. Ἔπειτα παραθαλάττιοι κάτω
Λίγυες ἔχονται καὶ πόλεις Ἑλληνίδες,
ἃς Μασσαλιῶται Φωκαεῖς ἀπῴκισαν·
πρώτη μὲν Ἐμπόριον, Ῥόδη δὲ δευτέρα·
ταύτην δὲ πρὶν ναῶν κρατοῦντες ἔκτισαν
Ῥόδιοι. Μεθ' οὓς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν
οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς
Ἀγάθην Ῥοδανουσίαν τε, Ῥοδανὸς ἣν μέγας
ποταμὸς παραρρεῖ, Μασσαλία δ' ἐστ' ἐχομένη,
πόλις μεγίστη, Φωκαέων ἀποικία.
Ἐν τῇ Λιγυστικῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν
πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Σαλαμῖνι γενομένης
ἔτεσιν πρότερον, ὥς φασιν, ἑκατὸν εἴκοσι.
Τίμαιος οὕτως ἱστορεῖ δὲ τὴν κτίσιν.
Εἶτεν μετὰ ταύτην Ταυρόεις καὶ πλησίον
πόλις Ὀλβία κἀντίπολις αὐτῶν ἐσχάτη.
Μετὰ τὴν Λιγυστικὴν Πελασγοὶ δ' εἰσὶν οἱ
πρότερον κατοικήσαντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος,
κοινὴν δὲ Τυρρηνοῖσι χώραν νεμόμενοι.
Τυρρηνίαν δ' ὁ Λυδὸς Ἄτυος ἔκτισεν
Τυρρηνὸς ἐπὶ τοὺς Ὀμβρικοὺς ἐλθών ποτε.
Ἐν τῷ πόρῳ κεῖνται δὲ νῆσοι πελάγιαι,
Κύρνος τε καὶ Σαρδὼ, μεγίστη λεγομένη
μετὰ τὴν Σικελίαν νῆσον, αἵ τε πρίν ποτε

contigui. Intus his superjacent locis
Bebryces. Tum infra maritimi
Ligyes sequuntur et urbes Græcæ,
quas e Massilia Phocæenses colonis frequentarunt;
Prima est Emporium, Rhode autem altera.
Hanc olim navibus pollentes condiderant
Rhodii. Post quos profecti in Iberiam
Massiliæ conditores tenuerunt Phocæenses
Agathen Rhodanusiamque, Rhodanus quam magnus
fluvius præterlabitur; hinc prope abest Massilia,
urbs maxima, Phocæensium colonia.
In Liguria hanc condiderunt
ante pugnam ad Salaminem pugnatam
annis, uti perhibent, centum et viginti.
Timæus sic narrat de urbe condita.
Sequitur post hanc Taurois et in propinquo
urbs Olbia et Antipolis, Ligurum ultima.
Post Liguriam Pelasgi sunt, qui
pridem huc immigrarunt e Græcia,
communem cum Tyrrhenis regionem colentes.
Tyrrheniam vir Lydus Atye natus condidit
Tyrrhenus ad Umbros olim veniens.
In freto autem per altum jacent insulæ
Corsica et Sardinia, quæ maxima esse
post Siciliam insula dicitur, et prius olim

μὴ λῃζεσθαι Ῥωμαίους ἐπέκεινα. De quibus addit Polybius: Πρόσκειται δὲ τῷ Καλῷ ἀκρωτηρίῳ Μαστία, Ταρσήιον. In his Ταρσήιον Moversius promontorium ab occidente, Mastiam ab occidente columnarum situm esse censet. Sed non ita statuisse Polybium luce clarius; nec omnino causa idonea subest, cur ultra columnas terminum Carthaginienses designarent. Apud Stephanum Mastia et Tarseium ex Polybio tanquam *urbes* recensentur πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Accuratiora eruere licet ex Avieno, secundum quem Massiena urbs in cognomine sinu sita erat (qui inde a Carthagine nova usque ad Veneris sive Charidemi prom. pertinet); post eam urbem boream versus memoratur *Træte* jugum, et juxta Strongyle insula. Jugum vero est illud in quo Carthago nova postea condita. Hic olim fuerit Ταρσήιον, fortasse non diversum a *Thiar* loco, 25 mill. a Carthagine dissito, cujus meminit Itin. p. 401. Pulcrum igitur promontorium (quod nonnulli cum cognomine pr. Libycæ oræ confundunt) non aliud esse potest nisi id, in quo postea Carthago exstructa, cuique a septentrione Tarseion, a meridie Mastia adjacebat. Quodsi igitur concesseris nomen Ταρσήιον ad Tartessos spectare (quamquam incertissimam hanc conjecturam esse puto), consequitur revera priscis temporibus ad oram maris occidentalem eos pertinuisse. || — 199. Ἴβηρες] Hi inde ab hod. *Segura* fluvio usque ad Emporium habitasse putandi sunt, adeo ut Iber fluvius in media eorum ora egrediatur. Aliter Scylax § 1, ubi v. || — 200. ἐπάνω δὲ τούτων δὲ codex. || — Βέβρυκες] Eodem modo de Bebrycum sedibus statuit Avienus 482: *Præstringit amnis Tyrius oppidum Tyrin. At qua recedit ab salo tellus procul, dumosa late terga regio porrigit. Bebryces illic*, etc. Alii aliter. Vid. not. ad Scylac. § 3. De Emporio v. ibid. || — 204. Ῥόδη] nunc *Rosas*; ἡ Ῥόδος ap. Strabon. III, p. 160. XIV, p. 654. Cf. Eustath. ad Dion. 504; Ptolem. II, 6; Stephan. s. v.; Livius XXXIV, 8; Mela II, 6; numi ap. Mionnet I, p. 48, *Suppl.* I, p. 90; Sestini p. 179; Inscript. ap. Gruter. p. 404; Raoul-Rochette *Etabl.* III, p. 404. || — 205. ναυῶν codex; em. Letronn. || — Ἰβηρίαν] Iberiam nunc vocat regionem, quam Ligures tenere antea ipse dixerat, ubi melius cum Scylace dixisset mixtos Liguribus Iberes. || — 207. Φωκεεῖς et v. 210. Φωκαίων cod. || — 208. Ἀγάθην] Cf. Stephan.: Ἀγάθη, πόλις Λιγύων ἢ Κελτῶν. Σκύμνος δὲ Φωκαέων αὐτήν φησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Strabo IV, 180. 182; Plin. III, 5; Mela II, 5; Timosthen. ap. Steph. s. v.; Ptol. II, 10; Geogr. Rav. IV, 28. Nunc *Agde*. Rhodanusiam Strabo IV, p. 180 et Plinius III, 5 et numi ap. Mionnet I, p. 78, *Suppl.* I, p. 148 Ῥόδην vocant. Cf. Steph. v. Ῥοδανουσία, Hieronym. Op. tom. IV, p. 254. || — 211. Λιγυστινῇ cod. || — 215. Ταυρόεις] Sic etiam Steph. s. v., Cæsar B. G. II, 4 et Mela II, 5 (*Taurois*); Ταυροέντιον Strabo l. l. et Ptol. II, 8; *Taurento* in Itiner. p. 566; nunc *Tarente*. Doctorum Gallorum de hoc oppido scripta v. ap. Ukert III, 1, p. 427. De Olbia, nunc *Eoubes*, cf. Strabo, Mela, Ptol. l. l., Steph. s. v. De Antipoli v. not. ad Scylac. § 4, qui eandem urbem terminum Liguriæ et Tyrrheniæ facit. || — 218. κατοικίσαντες cod.; em. Meineke. De re non est cur notissima virorum doctorum scripta recenseantur. Cf. Dionysius Per. 347.

Σειρηνίδες Κίρκης τε νῆσοι λεγόμεναι.
Εἰσὶ δ' ἐπάνω μὲν τῶν Πελασγῶν Ὀμβρικοί,...
οὓς ᾤκισ' οὐκ Κίρκης Ὀδυσσεῖ γενόμενος
Λατῖνος, Αὔσονές τε μεσόγειον τόπον
ἔχοντες, Αὔσων οὓς συνοικίσαι δοκεῖ,
Ὀδυσσέως παῖς καὶ Καλυψοῦς γενόμενος.
Ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις δὲ Ῥώμη 'στὶν πόλις
ἔχουσ' ἐφάμιλλον τῇ δυνάμει καὶ τοὔνομα,
ἄστρον τι κοινὸν τῆς ὅλης οἰκουμένης,
ἐν τῇ Λατίνῃ· Ῥωμύλον δ' αὐτὴν κτίσαι
θέμενον ἀφ' αὑτοῦ φασι τοῦτο τοὔνομα.
Μετὰ δὲ Λατίνους ἔστιν ἐν Ὀπικοῖς πόλις
τῆς λεγομένης λίμνης Ἀόρνου πλησίον
Κύμη, πρότερον ἣν Χαλκιδεῖς ἀπῴκισαν,
εἶτ' Αἰολεῖς· [οὗ Κερβέριόν τι δείκνυται

Sirenides Circesque dictæ insulæ.
Supra Pelasgos autem Umbri sunt,...
Latini, quos constituit Ulysse et Circe natus
Latinus, Ausonesque mediterraneum locum
tenentes, Auson quos constituisse videtur,
Ulyssis filius e Calypso procreatus.
In his autem gentibus est Roma urbs,
habens par potentiæ etiam nomen,
astrum quoddam commune totius orbis,
in Latio; Romulum illam condidisse
imponentem de se ferunt hocce nomen.
Post Latinos vero est in Opicis urbs,
Avernæ, quam vocant, paludi propinqua,
Cuma, prius quam Chalcidenses condiderunt,
deinde Æoles; [ubi Cerberium quoddam ostenditur,

---

225. Circes insulæ ad Circeium prom.; Sirenides, tres parvæ insulæ post Misenum prom. sitæ, aliis Σιρηνοῦσαι, *Sirenum scopuli* vel *petræ* (hod. *Licosa, Pietro, la Galetta*). V. Strabo I, p. 22. VI, p. 258; Aristot. Mir. 110; Ptol. III, 1; Virgil. Æn. v, 164; Mela II, 4. Cf. Dion. 360 ibique Eustath. || — 227. ᾤκισεν ὀκκιρκης codex; em. Letronne. Ceterum excidisse in antecc. Latinorum mentionem, quum ad hos, non ad Umbros, Latinus pertineat, ac omnino diserta Latii mentio desideretur, recte statuit Cluverius, monente Fabricio. De Latini parentibus cum Nostro faciunt Hesiod. Theog. 1013 et Stephan. v. Πραινέστη. Similiter Telemachi et Circes filium dicit Hygin. fab. 127 et Clinias ap. Festum. p. 249 ed. M. Alii longe aliter. || — 229. Αὐσωνοῦς συνοικεῖσαι cod. || — 231. ῥώμ' ἐστι cod. || — 234. αὐτὸν cod. || — 239-253. Horum series turbata est. Quæ post verba εἶτ' Αἰολεῖς uncis inclusi, in codice leguntur v. 252 post verba οἱ Φωκαεῖς; ea autem quæ ego post verba οἱ Φωκ. cancellis notavi, codex habet post v. εἶτ' Αἰολεῖς hunc in modum mutata et metrice corrupta : μάλιστά τ' εὐανδρουμένη κατὰ τὴν Ἀσίαν Κύμη κειμένη πόλις. Patet ordinem geographicum in codice susque deque mixtum esse, quum Cerberium ad Cumas pertineat, deinde proxime sequatur Neapolis, quam excipiunt Samnitum ora et dein Œnotria in eaque urbs Elea. Hanc igitur seriem transponendo restituimus. Aliter rem instituit Letronnius, qui verba οὗ Κερβέριον ... Ὀδυσσέα post εἶτ' Αἰολεῖς inseruit; deinde post verba οἱ Φωκαεῖς collocavit verba : μάλιστά τ' εὐανδρουμένη κατὰ τὴν Ἀσίαν Κύμη ['στι ex suppl. Hœschelii] κειμένη, adeo ut post Phocæenses Eleæ nescio quo pacto memorentur Cumani Asiatici, deinde vero contra ordinem introducatur Cumanorum Opicorum colonia Neapolis. De qua rerum adornatione Meinekius : « At transpositio istorum versuum, quum per errorem quo integri sæpe versus loco suo moti sunt, facta esse non possit, difficillimum habet explicatum, nec quo consilio instituta fuerit ullo pacto potest intelligi. Ferendam tamen putarem et casu factam dicerem, si tamen ita dicendi legibus aliquo modo consultum esset. At vide mihi infantiam scriptoris in hunc modum balbutientis : *in finibus OEnotriorum sita est Posidonia Sybaritarum et Velia Phocæensium colonia, et frequentissima Asiaticarum civitatum est Cuma; ab illis autem quæ ad Avernum sitæ sunt Cumis originem ducit Neapolis.* Nisi igitur probabilior emendandi ratio reperta fuerit, præstabit, opinor, suum auctori errorem relinquere. » Hæc vero incommoda nostræ rationes jam sustulerunt. Causa autem turbarum in eo quærenda esse videtur, quod sciolus quidam verba poetæ εἶτ' Αἰολεῖς accuratius definire voluit, ut sciret lector, quod sponte fere intelligitur, Æolenses illos, qui Cumas venerint, Cumanos fuisse Asiaticos. Id vero efficere sibi visus est transferendo huc quæ postea de Phocæa parenthetice dicta sunt, nisi quod nomini Φωκαία substituit nomen Κύμη, parum considerans metrum sic pessumdari; quod quomodo Hœschelius restituendum putaverit supra indicavi. (Mirum de hoc supplemento neque Letronnium neque Meinekium monuisse, quasi Κύμη 'στὶ codicis esset lectio.) Jam vero satis patet ipsum poetam, si fusius explicare voluisset Æoles illos esse Cumanos Asiaticos, id non tam ineptis facturum fuisse verbis, quæ nihilo perspicuiora fore censeo si cum Meinekio dicas : « Hæc de Cuma Æolica quo consilio addiderit scriptor, paullo melius intelligetur si scripseris : μάλιστα δ' εὔανδρος μὲν ἡ κατὰ τὴν Ἀσίαν Κύμη 'στὶ κειμένη πόλις, sive cum Bernhardyo (Anal. in geogr. min. p. 8) proposueris : εἶτ' Αἰολεῖς μάλιστά τ' εὐανδρουμένη κ. τ. Ἀσ. Κύμη [ποτὲ] κειμένη πόλις. || — 239. Αἰολεῖς] Æolenses Cumanos una cum Chalcidensibus recenset etiam Strabo V, p. 243, non eo tamen modo quo Noster fecit; nam ita habet : Κύμη, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα· πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελικῶν καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων. Οἱ δὲ τὸν στόλον ἄγοντες, Ἱπποκλῆς ὁ Κυμαῖος καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεύς, διωμολογήσαντο πρὸς σφᾶς αὐτούς, τῶν μὲν ἀποικίαν εἶναι, τῶν δὲ τὴν ἐπωνυμίαν· ὅθεν νῦν μὲν προσαγορεύεται Κύμη, κτίσαι δ' αὐτὴν Χαλκιδεῖς δοκοῦσι. Alii nonnisi Chalcidenses memorant, nisi quod Eretrienses iis jungit Dionysius Hal. VII, 3. Vid. Vellejus I, 4, Livius VIII, 21. Scymni sententiam, sec. quam Æolenses postea demum advenerint, calculo suo probarunt Salmasius ad Solin. p. 72, Cluverius Ital. t. II, p. 1104, Raoul-Rochette, *Etabl.* III, p. 110. Movit eos Eusebius, qui in Chronico Cumam Italicam conditam dicit

ὑποχθόνιον μαντεῖον· ἐλθεῖν φασι δὲ
δεῦρο παρὰ Κίρκης ἐπανάγοντ' Ὀδυσσέα.
Ἐκ τῆς δὲ Κύμης τῆς πρὸς Ἀόρνῳ κειμένης
κτίσιν κατὰ χρησμὸν ἔλαβεν ἡ Νεάπολις.]
Τούτοις δὲ Σαυνῖται παροικοῦσ' ἐχόμενοι
τῶν Αὐσόνων· μεθ' οὓς μεσόγειοι κείμενοι
οἰκοῦσι Λευκανοί τε Καμπανοί θ' ἅμα.
Προσεχεῖς δὲ τούτοις εἰσὶ πάλιν Οἰνώτριοι
μέχρι τῆς Ποσειδωνιάδος ὠνομασμένης,
ἣν φασι Συβαρίτας ἀποικίσαι προτοῦ,
καὶ Μασσαλιωτῶν Φωκαέων τ' Ἐλέα πόλις,
ἣν ἔκτισαν φυγόντες ὑπὸ τὰ Περσικὰ
οἱ Φωκαεῖς· [μάλιστα δ' εὐανδρουμένη
κατὰ τὴν Ἀσίαν Φωκαία κειμένη πόλις.]
Ἐν τῷ πόρῳ κεῖνται δὲ τῷ Τυρρηνικῷ
νησῖδες ἑπτὰ τῆς Σικελίας οὐ πρόσω,
ἃς δὴ προσαγορεύουσι νήσους Αἰόλου,
ὧν ἔστιν Ἱερὰ λεγομένη τις εὐλόγως·
καιόμενα φαίνεται γὰρ ἐξ αὐτῆς πυρὰ
ἀπὸ σταδίων εὔδηλα πᾶσι πλειόνων,
καὶ διαπύρων εἰς ὕψος ἀναβολαὶ μύδρων,
ἔργα τε σιδήρειός τε ῥαιστήρων κτύπος.

subterraneum oraculum. Venisse autem aiunt
huc a Circe redeuntem Ulyssem.
Ex Cuma autem ad Avernum sita
conditores secundum oraculum accepit Neapolis.]
Hos juxta habitant Samnites, finitimi
Ausonum; post quos in mediterraneis
habitant Lucani atque Campani simul.
Finitimi vero his sunt rursus Œnotrii
usque ad Posidoniam quam vocant
et Sybaritas dicunt condidisse olim,
atque Massiliensium Phocæensiumque urbs Elea,
quam condiderunt fugientes sub tempora Persica
Phocæenses; [magnopere enim virorum copia
pollebat in Asia sita Phocæa urbs].
In freto autem sitæ sunt Tyrrhenico
parvæ insulæ septem a Sicilia non procul,
quas appellant insulas Æoli,
quarum est Hiera dicta quædam congrue;
ardentes enim ex illa surgunt ignes
per multa stadia omnibus conspicui,
et candentes in altum jacti globi ignei,
operaque ferreusque malleorum sonitus.

---

an. Abram. 966 (1049 a. C.); quo admisso, fieri vix potuit, ut illo jam tempore ex Asiatica Cuma coloni advenirent. Quamquam fidem testimonii Eusebiani omnino nullam esse nescio an recte contenderit Niebuhrius H. R. I, p. 174. Nam ista Cumarum antiquitas cum reliquis quæ de Græcorum in Italia Siciliaque coloniis tradita sunt, quadrat minime. Dubitationem vero in majus etiam auxerim ratione habita numerorum chronologicorum. Etenim auctor Vitæ Homeri c. 38 Cumam Asiaticam conditam esse dicit annis 168 ἀπὸ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας (quam an. 1270 assignat. Vid. Clinton. F. Hell. tom. I, p. 133. Fischer Tab. Chron. p. 10). Jam vero si annos illos 168 addideris anno 1049 a. C., quo Cumam Italicam Eusebius conditam dicit, eruitur annus 1217 a. C., qui notissimus est annus expeditionis Trojanæ, adeo ut eodem inde a Troicis anno utraque urbs esset condita. Nonne satis hinc intelligitur diversa Eusebium vel auctorem ejus confudisse vel perperam conglutinasse? || — Κερβέριόν τι κτλ.] Fuse de his exponit Strabo V, p. 243 sq. Pauca hæc adscribere liceat : Ἐμύθευον δ' οἱ πρὸ ἡμῶν ἐν τῷ Ἀόρνῳ τὰ περὶ τὴν νεκυιαν τὴν Ὁμηρικήν· καὶ δὴ καὶ νεκυομαντεῖον ἱστοροῦσι ἐνταῦθα γενέσθαι, καὶ Ὀδυσσέα εἰς τοῦτο ἀφικέσθαι... καὶ τοῦτο χωρίον Πλουτώνιόν τι ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς Κιμμερίους ἐνταῦθα λέγεσθαι. Cimmerios istos Homericos (Od. λ, 14) nonnulli Κερβερίους dixerunt (v. Steph. Thes. v. Κερβέριοι). Cf. Virg. Æn. 6,236 sqq., ibique Exc. Heynii; Lycophr. 688 sqq., alii. Cerberum in numis Cumanis v. ap. Millingen Sylloge p. 10. An Cerberum ibi in lucem protractum ab Hercule quidam dixerint, ut Gailius et Letronnius suspicantur, nescio. || — 243. Ἔλαβ' ἡ Νεάπολις ex Boissonadi conj. Letronnius dedit, metro, ut putabat, flagitante. De re cf. Strabo V, 246. XIV, p. 654; Livius VIII, 22; Tzetzes ad Lyc. 732; Plin. III, 9; Solin c. 8. De oraculo præter Scymnum nemo quidquam monuit. De tempore deductæ coloniæ non constat. || — 248. Ποσιδωνιάδος cod. || — 250. τελεάπολις codex; em. Grotefend et Letronnius; olim Νεάπολις. Phocæenses post captam ab Harpalo patriam (c. an. 542) primum in Corsicam, deinde Massiliam, sexaginta fere annis ante conditam, abierunt; hinc vero ἀποκρουσθέντες τὴν Ἐλέαν condiderunt. Sic Antiochus apud Strabon. VI, p. 253. Addubitatum tamen est Massilienses, quibus tum contra barbaros vicinos multum negotii erat, repulisse novos colonos civesque exules. Ego nihil video cur Antiochi fidem suspectam habeamus; nam illud ἀποκρουσθέντες non ita intelligendum esse, quasi Massilienses novos advenas omnino non admisissent, ex eo patet quod Scymnus (qui hæc sicuti alia nonnulla ex ipso Antiocho habere videtur) Eleam conditam dicit a *Massiliensibus et* Phocæensibus. Igitur statuendum videtur, receptos in Massiliam colonos mox ob subortas turbas intestinas urbe pulsos una cum parte Massiliensium Eleam condidisse. Ceterum nonnulli, ut Thucyd. I, 13, Pausan. VIII, 4, 1, Gellius N. A. X, 16, Ammian. Marcell. XV, 9, nonnisi novos hos Massiliæ colonos memorant, vel cum primis urbis conditoribus eos confundunt. V. Clinton. tom. I, ad an. 600, Fischer. Tab. Chron. ad an. 600 et qui de professo Massiliæ historiam concinnarunt. Herodotus Veliæ sive Hyeles (in Œnotria, I, 167) conditæ historiam verbo tetigisse satis habet II, 167. || — 252. μάλιστά τ' cod. || — 253. Κύμη pro Φωκαία codex. Vide supra ad. v. 239. Præterea pro κατὰ τὴν Ἀσίαν metri causa malim ἡ κατ' Ἀσίαν. || — 255. ἑπτὰ] Στρογγύλη, Εὐώνυμος, Ἱερά, Λιπάρα, Διδύμη, Ἐρικώδης, Φοινικώδης, ex recensione schol. Apoll. Rh. III, 41. Cf. Strabo VI, p. 275. || — 259. πλειόνων] πεντήκοντα

Μία δ' ἐστὶν αὐτῶν Δωρικὴν ἀποικίαν
ἔχουσα, Λιπάρα δ' ὄνομα, συγγενὶς Κνίδου.
Ἑξῆς Σικελία νῆσος εὐτυχεστάτη,
ἣν τὸ πρότερον μὲν ἑτερόγλωσσα βάρβαρα
λέγουσι πλήθη κατανέμεσθ' Ἰβηρικά,
διὰ τὴν ἑτερόπλευρον δὲ τῆς χώρας φύσιν
ὑπὸ τῶν Ἰβήρων Τρινακρίαν καλουμένην
χρόνῳ Σικελίαν προσαγορευθῆναι πάλιν,
Σικελοῦ δυναστεύσαντος· εἶθ' Ἑλληνικὰς
ἔσχεν πόλεις, ὥς φασιν, ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν
δεκάτῃ γενεᾷ μετὰ ταῦτα Θεοκλέους στόλον
παρὰ Χαλκιδέων λαβόντος· ἦν δ' οὗτος γένει
ἐκ τῶν Ἀθηνῶν· καὶ συνῆλθον, ὡς λόγος,
Ἴωνες εἶτα Δωριεῖς οἰκήτορες.
Στάσεως δ' ἐν αὐτοῖς γενομένης, οἱ Χαλκιδεῖς
κτίζουσι Νάξον, οἱ Μεγαρεῖς δὲ τὴν Ὕβλαν,
τὸ δ' ἐπὶ Ζεφύριον τῆς Ἰταλίας Δωριεῖς
κατέσχον. Ἀρχίας δὲ τούτους προσλαβὼν
ὁ Κορίνθιος μετὰ Δωριέων κατῴκισεν
ἀπὸ τῆς ὁμόρου λίμνης λαβούσας τοὔνομα
τὰς νῦν Συρακούσας παρ' αὐτοῖς λεγομένας.
Μετὰ ταῦτα δ' ἀπὸ Νάξου Λεοντῖνοι πόλις,
ἥ τὴν θέσιν τ' ἔχουσα Ῥηγίου πέραν,
ἐπὶ τοῦ δὲ πορθμοῦ κειμένη τῆς Σικελίας,

Una autem ex illis Doricam coloniam
habet, cui Lipara nomen, cognata Cnidi.
Inde Sicilia, insula fortunatissima,
quam prius diversæ linguæ barbaram
dicunt multitudinem coluisse Ibericam;
ob plurilateram vero terræ naturam
ab Iberibus Trinacriam vocatam,
postea Siciliam appellatam esse rursus,
imperante Siculo. Deinde Græcanicas
habuit urbes, ut aiunt, post Troica,
decima ab iis generatione, Theocle classem
a Chalcidensibus nacto. Erat autem hic
genere Atheniensis; unaque venerunt, ut fertur,
Iones, deinde Dorienses habitatores.
Seditione vero inter ipsos orta, Chalcidenses
condunt Naxum, Megarenses Hyblam;
ad Zephyrium autem in Italia Dorienses
consederunt, quos deinde Archias assumens
Corinthius cum Doriensibus condidit
nactas a finitima palude nomen
Syracusas quas illi nunc vocant.
Post hæc a Naxo Leontini urbs
et quæ situm habet contra Rhegium
ad fretum jacens in Sicilia

sec. Calliam Syracusan. ap. schol. Apoll. Rhod. l. l. || — 263. Κνίδου] V. Strabo. l. l, Antiochus Syrac. fr. 2 ap. Pausan. X, 11. || — 264. ἐξ ἧς cod. || — 266. κατανέμεσθ'] « κατενεμῆσθ' e Letronnii conjectura editum est, quum codex habeat κατενέμεσθ', quod in apographo Palatino κατανέμεσθ' scriptum. Improbavit hoc Letronnius, Scymni usum post λέγουσι præteritum postulare dicens; hoc quidem falso, ut docent vs. 347, 259, 681. Illam perfecti formam autem perquam incertæ fidei esse docuisse mihi videor ad Fragm. Com. gr. vol. III, p. 112, ubi etiam Hesychium commemorare debebam: ἐγύμνασμαι, ἐγυμνήτευσα, quod ex ἐγυμνασάμην corruptum esse addita interpretatio indicare videtur. » MEINEKE. || — 266. Ἰβηρικά] V. Thucydid. VI, 2; Philistus (fr. 3) apud Diodor. V, 6; Ephorus (fr. 51) apud Strabon. VI, p. 270; Dionysius Hal. I, 22. || — 269. κασαγορευθῆναι cod.; em. Hœsch.; ἀπαγορευθῆναι Scaliger. || — 270. Σικελοῦ] V. Philistus (fr. 2) ap. Dionys. l. l. || — 271 sqq. Cf. Thucyd. VI, 3; Ephorus (fr. 52) ap. Strab. VI, p. 267; Diodor. XIV, 14; Pausan. VI, 13, 4. Scymnus Ephorum exscripsit. Ita habet ap. Strabon. l. l.: Ταύτας (Naxum et Megara) Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ [δε]κάτῃ (καὶ τῇ codd.; em. Scaliger.; plurimi scribi vol. πεντεκαιδεκάτῃ, quasi in hac re omnes scriptores computum Herodoteum sequantur) γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωικά... Θεοκλέα δ' Ἀθηναῖον... Χαλκιδέας τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ συχνοὺς παραλαβόντα καὶ τῶν Ἰώνων τινάς, ἔτι δὲ Δωριέων, [ὧν] οἱ πλείους ἦσαν Μεγαρεῖς, πλεῦσαι· τοὺς μὲν οὖν Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον, τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὕβλαν πρότερον καλουμένην. De tempore vide chronologos ad Ol. 11, 1. 736 a. C. || — 273. οὕτως cod. || — 277. κτίζουσιν ἄξονοι μεγαρεῖς cod.; em. Morellus. Ceterum parum distincte poeta dicit: οἱ Μεγαρεῖς .... Δωριεῖς. Quomodo intelligenda sint, ex Strabonis verbis modo laudatis et mox laudandis liquet. Ceterum de Megaris Hyblæis eodem tempore quo Naxus conditis cum Nostro consentit Strabo p. 267, qui etiam de reliquis Siciliæ coloniis eundem ducem, Ephorum puta, sequitur. Aliter de urbis originibus statuit Thucydides VI, 2. || — 278. τὸ δ' ἐπιζέφυρον τῆς Ἰταλίας οἱ Δωριεῖς codex; em. Letronnius collato Strabone VI, p. 270: τὸν δ' Ἀρχίαν κατασχόντα πρὸς τὸ Ζεφύριον τῶν Δωριέων εὑρόντα τινὰς δεῦρο ἀφιγμένους ἐκ τῆς Σικελίας παρὰ τῶν τὰ Μέγαρα κτισάντων, ἀναλαβεῖν αὐτούς, καὶ κοινῇ μετ' αὐτῶν κτίσαι τὰς Συρακούσας. || — 281. λίμνης] Steph. Byz. v. Συράκουσαι· Καὶ λίμνη ἥτις καλεῖται Συρακώ. || — λαβοῦσα τοὔνομα cod.; em. Vindingius. || — 282. παρ' αὐτοῖς καλουμένας cod.; em. Boissonadius. || — 283. Λεοντῖνοι πόλις vel etiam Λεοντίνων πόλις scribi jussit Meinekius. Λεοντὴ ἡ τὴν θέσιν τ' ἔχουσα codex; Λεοντῖνοί τε καὶ dederat Cluverus in Sic. ant. p. 38, quod ob sequens τε ferri nequit. Neque erat cur Cluverianæ conjecturæ gratia Krebsius scribendum putaret: ἡ τὴν θέσιν μὲν ἔχουσα. || — 285. ἐπὶ τοῦ δὲ Letronnius; ἐπὶ τοῦδε codex. Meinekius: « Scribendum suspiceris ἐπίταδε πορθμοῦ. Τῆς Σικελίας autem, cui τοῦ Σικελικοῦ substituit apographum Palatinum (i. e. Hœschelius), non cum πορθμοῦ conjungendum, sed eodem modo dictum est, ut e. c. apud Thucyd. I, 47: κεῖται τῆς Θεσπρωτίας ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι, vel apud Sophocl. Electr. 800: ἐσχάτης ὁρῶ πυρᾶς νεωρῆ βόστρυχον τετμημένον. » — De *Leontinis* et *Catana*, Naxiorum coloniis, v. Strabo VI, p. 270; Thucyd. VI, 3. De *Zancle* utpote Naxiorum colonia cum Nostro facit Strabo p. 268. Aliter Thucy-

Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις ἔσχ' ἀποικίαν.
Πάλιν δ' ἀπὸ τούτων δύο πόλεις, Εὔβοια καὶ
Μύλαι κατῳκίσθησαν ἐπικαλούμεναι,
εἶθ' Ἱμέρα καὶ Ταυρομένιον ἐχομένη·
εἰσὶν δὲ πᾶσαι Χαλκιδέων αὗται πόλεις.
Τὰς Δωρικὰς δὲ πάλιν ἀναγκαῖον φράσαι.
Μεγαρεῖς Σελινοῦνθ', οἱ Γελῷοι δ' ἔκτισαν
Ἀκράγαντα, Μεσσήνην δ' Ἴωνες ἐκ Σάμου,
Συρακόσιοι δὲ τὴν Καμάριναν λεγομένην·
αὐτοὶ δὲ ταύτην ἦραν ἐκ βάθρων πάλιν,
πρὸς ἓξ ἔτη καὶ τετταράκοντ' ᾠκημένην.
Αὗται μὲν οὖν εἰσ' αἱ πόλεις Ἑλληνίδες·
τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τῶν πολισμάτων,
Καρχηδονίων ἐντειχισάντων τοὺς τόπους.
Ἡ δ' Ἰταλία προσεχὴς μέν ἐστ' Οἰνωτρίᾳ,
μιγάδας τὸ πρότερον ἥτις ἔσχε βαρβάρους,
ἀπὸ τοῦ δυναστεύσαντος Ἰταλοῦ τοὔνομα
λαβοῦσα, μεγάλη δ' ὕστερον πρὸς ἑσπέραν

Zancle, et Catane et Callipolis accepere colonos.
Rursus ab his urbes duæ, Eubœa et
Mylæ, quas vocant, sunt conditæ;
deinde Himera et Tauromenium finitimum;
Hæ omnes sunt urbes Chalcidensium.
Jam vero Doricas quoque necesse est dicere.
Megarenses Selinuntem, Geloi condiderunt
Agrigentum, Messanam Iones ex Samo,
Syracusii Camarinam dictam;
ipsi autem hanc sustulerunt rursum funditus
ad sex annos et quadraginta habitatam.
Hæ igitur urbes sunt Græcanicæ;
reliqua barbara sunt oppidula,
munita a Carthaginiensibus loca.
Italia autem finitima est Œnotriæ,
quæ prius diversarum gentium barbaros habuit,
ab imperante Italo nomen
nacta, postea autem Magna ad occidentem

---

dides VI, 4. Cf. Pausan. IV, 23, 3. Callipolin a Naxiis conditam item narrat Strabo p. 272, sua ætate urbem desertam dicens; præterea memoratur ap. Herodot. VII, 154 et Stephan. Byz., apud alium neminem. Situs incertus. Fuisse putant hodiernam *Gallodoro* vel prope *Mascali vecchio*. || — 287. εὐδοικαὶ cod.; em. Cluverius. *Eubœa* Leontinorum colonia fuit sec. Strabon. p. 272; coll. X, p. 449, ubi: Εὔβοια Χαλκιδέων τῶν ἐκεῖ κτίσμα, ἣν Γέλων ἐξανέστησε, καὶ ἐγένετο φρούριον Συρακοσίων. Strabonis ætate urbs deserta erat. Aliunde non nota. Fort. hodiernam *Eubali* vel ad *Licodiam* fuisse opinantur. || — 288. *Mylæ*, Zanclæorum seu Messaniorum colonia in ipsa eorum ditione comprehensa. V. Strabo p. 272 et not. ad Scylac. § 14, p. 22. Condita Ol. 16, 1. 716, uti ex uno novimus Eusebio. Ceterum de temporibus reliquarum in Sicilia coloniarum nihil moneo, quum intricata sit quæstio, quæ paucis profligari nequeat. || — 289. *Himeram* οἱ ἐν Μύλαις ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι, uti Strabo ait. Ἱμέρα ἀπὸ Ζάγκλης ᾠκίσθη Thucyd. VI, 4; Olymp. 33, 1. 648 sec. Diodor. XIII, 62. || — Ταυρομένιον δὲ τῶν ἐν Ὕβλῃ Ζαγκλαίων (κτίσμα), Strabo p. 268. Hanc Hyblam Noster in antecc. memorare omisit; est Hybla prope Ætnam ad Symæthum fluvium sita, quæ ἡ μείζων ap. Thucyd. VI, 94 dicitur, dum altera quam Megarenses Dores occupaverant, ἡ μικρὰ vocatur. Sec. Diodorum Tauromenium Dionysii demum temporibus, an. 396 a. C., a *Siculis* urbs ædificata est. Quare Du Theil apud Strabonem legendum putabat τῶν ἐν Ὕβλῃ Σικελῶν. Quo opus non esse dicit Groskurdius; nam Zanclæos haud dubie fuisse Siculos, qui Zancle profecti et Mylas et Hyblam tenuissent, adeo ut Diodori et Strabonis narrationes conciliari possent. Attamen hæc nihili sunt. Nam quum Noster et Strabo de Siculis coloniis adeo inter se concinant, ut ex eodem hausisse fonte appareant, Scymnus autem Tauromenium inter Chalcidenses colonias recenseat, consentaneum est Zanclæos Hyblæos ap. Strabonem non Siculos dici, sed Græcos colonos, qui Tauromenium vel occuparunt vel ædificarunt eodem fere tempore quo Himera condita est. Prorsus igitur ab his diversa sunt quæ ducentis et quinquaginta fere annis post facta esse narrat Diodorus. Quodsi utrumque componere velis, statuendum foret Tauromenium priscis jam temporibus exstitisse, deinde vero dirutum, Dionysii denique temporibus denuo esse ædificatum. Neque hoc adeo improbabile esse concesseris, si aliorum fata Siculorum oppidorum iterum iterumque dirutorum restauratorumque perpenderis. Attamen dubitationem movet vox ἐχομένη apud Scymnum. Nam Tauromenium quod omnes novimus, ab Himera abest longissime. Quare λεγομένη scripsit Meinekius; quod imitari ausus non sum. Nam fieri potest ut aliud prorsus Tauromenium haud longe ab Himera dissitum (fort. quo loco Cephalœdium a posterioris ævi scriptoribus memoratur) indicetur, quod cum nota serioris ævi urbe Strabo confuderit. || — 292. De ipsius Gelæ origine monere auctor neglexit. De Agrigento, Messana et Camarina v. Thuc. VI, 5. || — 293. Μέσσην cod.; em. Scalig. || — 294. Μακαρίναν cod.; em. Scaliger. || — 296. Condita Camarina sec. Euseb. Arm. Ol. 45, 3. 598 (45, 2 sec. Hieronym.); prima ejus eversio incidit in Ol. 57. 552, sec. schol. Pindar. Ol. V, 16. Intermedium igitur spatium annorum quadraginta sex. V. Clinton. ad an. 599. || — 295. αὗται μόνον αἱ πόλεις εἰσὶν ἑλληνίδες cod.; em. Meinekius. Multum abest ut omnes Græcorum colonias Siculas auctor recensuerit. || — 300. Italia sec. Antiochum Syracusanum (fr. 4 sqq.) ap. Strabon. VI, p. 254, Dionysium Hal. I, 35 et Aristot. Pol. VII, 9, 3 primum erat ea Œnotriæ pars quæ inde a Napetino et Scylletico sinu meridiem versus excurrit; ipsius vero Antiochi ætate Italiæ nomen jam pertinebat usque ad Laum fluvium et Metapontium. Eodem modo etiam Thucydidem statuisse inde colligitur, quod Metapontium τῆς Ἰταλίας dicit (VII, 33, 5), Tarentum vero Iapygiæ accensere videtur (VI, 44, 2), ut expresse facit Antiochus ap. Strabonem p. 254, coll. p. 27. Scymnus autem (Ephorum sequens) ab Antiocho eatenus dissentit, quod Tarentum urbem Italiæ annumerat v. 330. cf. v. 361. || — 301. τε πρότερον codex;

Ἑλλὰς προσαγορευθεῖσα ταῖς ἀποικίαις.
Ἑλληνικὰς γοῦν παραθαλαττίους ἔχει
πόλεις· Τέρειναν πρῶτον, ἣν ἀπῴκισαν
Κροτωνιᾶται πρότερον, ἅς θ' οἱ πλησίον
Ἱππώνιον καὶ Μέδμαν ᾤκισαν Λοκροί.
Εἶτ' εἰσὶ Ῥηγῖνοι πόλις τε Ῥήγιον,
ὅθεν ἐστὶν ἐγγυτάτω πλέοντι διάβασις
εἰς τὴν Σικελίαν· Χαλκιδεῖς δὲ Ῥήγιον
ἀποικίσαι δοκοῦσιν. Οἱ δὲ λεγόμενοι
Ἐπιζεφύριοι πλησίον κεῖνται Λοκροί.
Τούτους δὲ πρώτους φασὶ χρήσασθαι νόμοις
γραπτοῖσιν, οὓς Ζάλευκος ὑποθέσθαι δοκεῖ·
εἰσὶν δ' ἄποικοι τῶν Ὀπουντίων Λοκρῶν·
ἔνιοι δὲ Λοκρῶν φασι τῶν ἐν Ὀζόλαις.
Ἔχεται δὲ τούτων πρῶτα μὲν Καυλωνία,
ἐκ τοῦ Κρότωνος ἥτις ἔσχ' ἀποικίαν·
ἀπὸ τοῦ σύνεγγυς κειμένου δὲ τῇ πόλει
αὐλῶνος αὕτη τοὔνομα σχοῦσ' ὕστερον
μετωνομάσθη τῷ χρόνῳ Καυλωνία.
Ἑξῆς δὲ ταύτης ἡ πρὶν εὐτυχεστάτη
εὐανδροτάτη πόλις τε γενομένη Κρότων,
Μύσκελος Ἀχαιὸς ἣν ἀποικίσαι δοκεῖ.
Μετὰ δὲ Κρότωνα Πανδοσία καὶ Θούριοι·
ὅμορον δὲ τούτοις ἐστὶ τὸ Μεταπόντιον.
Ταύτας Ἀχαιοὺς ἐκ Πελοποννήσου κτίσαι
ἀφικομένους λέγουσι πάσας τὰς πόλεις.
Εἶτεν μεγίστη τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Τάρας,
ἀπό τινος ἥρωος Τάραντος λεγομένη,
Λακεδαιμονίων ἄποικος, εὐδαίμων πόλις.
Οἱ Παρθενίαι ταύτην γὰρ ἔκτισαν προτοῦ
εὔκαιρον, ὀχυράν, φυσικὸν εὐτύχημά τι·
συναγομένη γὰρ λιμέσιν ἐπὶ νῆσον δυσίν

Græcia cognominata ob colonias.
Græcanicas itaque maritimas habet
urbes : Terinam primum, quam condidere
Crotoniatæ prius, quasque vicini
condiderunt Locri, Hipponium et Medmam.
Deinde sunt Rhegini urbsque Rhegium,
unde proximus est transitus naviganti
in Siciliam; Chalcidenses Rhegium
condidisse videntur. Juxta siti sunt
Epizephyrii qui vocantur Locri.
Hos primos aiunt usos fuisse legibus
scriptis, quas Zaleucus proposuisse videtur;
sunt autem coloni Opuntiorum Locrorum,
nonnulli tamen Locrorum aiunt Ozolarum.
Finitima his primum quidem Caulonia,
quæ deducta e Crotone colonia,
ab eo qui prope urbem situs est
aulone sive valle, dicta Aulonia,
postero tempore denominata est Caulonia.
Post illam vero urbs olim beatissima
virisque pollentissima Croton,
quam Myscelus Achæus condidisse videtur.
Post Crotonem Pandosia et Thurii;
finitimum his est Metapontium.
Has omnes urbes Achæos e Peloponneso
advenas condidisse perhibent.
Sequitur Italicarum maxima, Tarentum,
a Tarante heroe quodam dicta,
Lacedæmoniorum colonia, felix urbs.
Partheniæ enim hanc condiderunt olim
opportunam, munitam, natura feliciter instructam;
coarctata nempe portubus duobus in peninsulam

em. Krebsius. || — 305. γὰρ pro γοῦν mavult Meinekius. || — 306. Τέριναν codex. Vid. not. ad Scyl. § 12. Crotonis coloniam urbem dicit etiam Plinius III, 10 : *Crotoniensium Terina*. || — 307. ἅς οἱ πλησίον cod.; em. Meineke. || — 308. Ἱπώνιον καὶ Μέδναν cod.; em. Vindingius. Cf. Scylax. l. l. || — 315. οὓς Ζαλ.] V. Ephor. fr. 47; Diodor. XII, 21; Timæus fr. 69. || — 316. Ὀπουντίων] Sic Ephorus fr. 46, quem reprehendit Strabo VI, p. 259, de Ozolis cogitandum esse dicens, ut fecit Aristoteles fr. 229 (tom. II, p. 173) et Timæus fr. 70, nisi quod is fugitivorum colluviem urbis conditores fuisse, quod Aristoteles contenderat, negavit, ipse eo nomine a Polybio reprehensus. Aristotelis opinionem secutus est etiam Dionysius Periegetes 366, ubi vide Eustathium, ex quo liquet ea quæ Aristoteles, Timæus, Polybius, Dionysius tradunt, de Ozolis Locris intelligenda esse. Ceterum cf. Heyne Opusc. II, p. 46 sqq.; Mannert. IX, 2, p. 187; Müller. *Dor*. II, 227. || — 319. ἔσχεν cod. || — 320. Particulam δὲ inseruit Meineke; τε Salmasius. || — 321. De hac nominis etymologia cf. Hecatæi fr. 52; Parthax ἐν Ἰταλικοῖς ap. Eustath. ad Hom. Il. IX, 48, p. 734, 48 (Fr. H. tom. III, p. 641. coll. IV, p. 466); Strabo VI, p. 261; Pausan. VI, 5, 3. || — σχοῦσ' ὕστερ.] σχοὐσύστερον cod.; em. Letronnius. || — 324. « Malim εὐανδροτάτη τε γενομένη πόλις Κρότων. Quamquam enim Periegeseos auctor miris sæpe modis particulas δέ et τέ trajicit, plerumque tamen versus causa id facit, cujus rei hic nulla necessitas. » MEINEKE. || — 325. De re v. Hippys Rhegin. (fr. 4) ap. Zenob. III, 42 (Fr. Hist. II, p. 14); Antiochus Syrac. fr. 11 ap. Strabon. VI, p. 259; coll. p. 269. VIII, p. 387; Diodor. VIII, 17 (ubi pro Μύσκελλος Ἀχαιὸς ὢν τὸ γένος ἐκ Κρήτης leg. ἐκ Ῥυπῶν, monente Fischero in Tab. Chron. ad Olymp. 17, 3); Dionys. Hal. II, 59; Ovid. Metam. XV, 20. || — 326. Πανδοσία] V. not. ad Scylac. § 12. || — 333. De re v. Antiochi Syr. fr. 14 et Ephori fr. 53 ibique laudatos. || — 335. ἐπὶ νῆσον] ἐπ' ἴσον codex; em. Meinekius. Gailius conjecerat ἐπ' ἰσθμόν, versum pangens qui nullus est. « Si quis paullo accuratius, Meinekius ait, locorum situm investiget, non in isthmo, sed in peninsula ultra isthmum projecta Tarentum situm fuisse intelliget. Docet hoc satis aperte Strabo VI, p. 278 : Ἐνταῦθα λιμήν ἐστι μέγιστος καὶ κάλλιστος γεφύρᾳ κλειόμενος μεγάλῃ, σταδίων δ' ἐστὶν ἑκατὸν τὴν περίμετρον. Ἐκ δὲ τοῦ πρὸς τὸν μυχὸν μέρους ἰσθμὸν ποιεῖ πρὸς τὴν ἔξω θάλατταν, ὥστ' ἐπὶ χερρονήσῳ

πάσῃ σκεπεινὴν νηὶ καταγωγὴν ἔχει.
Ἦν καὶ πρότερον μέγιστον ἐξυμνημένη
πόλις μεγάλη, βαρεῖα, πλουσία, καλή,
ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Συβάριδος ὠνομασμένη
Σύβαρις, Ἀχαιῶν ἐπιφανὴς ἀποικία,
δέκα μυριάδας ἔχουσα τῶν ἀστῶν σχεδόν
περιουσίᾳ πλείστῃ τε κεχορηγημένη·
οἳ δὴ παρεξαρθέντες οὐχ ἀνθρωπίνως
αὔτανδρον ἐξέφθειραν ἐπιφανῆ πόλιν,
τἀγαθὰ τὰ λίαν μὴ μαθόντες εὖ φέρειν.
Λέγεται γὰρ αὐτοὺς μήτε τοῖς νόμοις ἔτι
τοῖς τοῦ Ζαλεύκου τἀκόλουθα συντελεῖν,
τρυφὴν δὲ καὶ ῥᾴθυμον ἑλομένους βίον
χρόνῳ προελθεῖν εἰς ὕβριν τε καὶ κόρον,
σπεῦσαι δὲ καὶ τὸν τῶν Ὀλυμπίων ὅπως
ἀγῶνα καταλύσωσι, τάς τε τοῦ Διός
ἀνέλωσι τιμὰς τῇδε τῇ παρευρέσει·
ἀδρόμισθον * Διὶ γυμνικόν τιν' ἐπετέλουν
κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν Ἠλείοις, ἵνα
πᾶς τις πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἐπάθλοις ἀγόμενος

omni tutum navi appulsum præbet.
Fuit olim etiam maxime celebrata
urbs magna, gravis, opulenta, pulcra,
a Sybaride fluvio nuncupata,
Sybaris Achæorum illustris colonia,
decem fere myriades habens civium,
copiaque rerum plurima instructa;
at elati isti humanum extra modum,
totam cum incolis perdiderunt claram urbem,
bona nimia nescientes recte ferre.
Aiunt enim eos haud amplius legibus
Zaleuci consentanea peregisse,
luxum vero et ignavam eligentes vitam,
tempore prolapsos esse in injuriam et insolentiam,
et operam etiam dedisse, ut Olympicum
certamen dissolverent, Jovisque
tollerent honores commento hujusmodi:
largæ mercedis certamen gymnicum quoddam
Jovi instituerunt eodem tempore quo Elei,
ut quisque ad ipsos præmiis certaminis ductus

κεῖσθαι τὴν πόλιν, καὶ τὰ πλοῖα ὑπερνεωλκεῖσθαι ῥᾳδίως ἑκατέρωθεν, ταπεινοῦ ὄντος τοῦ αὐχένος. Ταπεινὸν δὲ καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος, μικρὸν δ' ὅμως ἐπῆρται πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. Ex his, quæ non sine fructu cum descriptione Procopii B. G. III, 23 comparabuntur, apertum esse arbitror, non satis recte in isthmum urbem συνάγεσθαι dici... Ac ne quis insulam dici miretur, ubi peninsulam memorari exspectes, Græci quidquid terrarum longo tractu in mare projectum esset νῆσον appellabant, cujus usus immemores fuerunt interpretes Stephani Byz. v. Βουθρωτὸς, νῆσος περὶ Κέρκυραν, ubi nunc χερρόνησος editur contra librorum fidem. Idem s. v. Τέρινα· πόλις Ἰταλίας.. τινὲς δὲ νῆσον αὐτὴν ἔφασαν. Idem v. Φάσηλις· πόλις Παμφυλίας... Ἡρωδιανὸς δὲ μόνος νῆσόν φησι. Cf. Procop. B. Goth. I, 11. Itaque Tarenti simillimus situs fuit ei quem Amastris, Paphlagoniæ urbis, fuisse testatur Strabo XII, p. 544: Ἵδρυται δὲ ἐπὶ χερρονήσου λιμένας ἔχουσα τοῦ ἰσθμοῦ ἑκατέρωθεν. Hinc intelligitur rectissime Stephanum Byz. dixisse Ἀχιλλεῖος δρόμος, νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικήν, in quo frustra laborabat Kœhlerus Comment. Acad. Petrop. vol. X, p. 621. Ipsam Chersonesum Tauricam νῆσον appellat Dionysius Per. 550; item Helicen, Achaiæ urbem, schol. Hom. Υ, 404. Nec mirum videri potest Istriam longo tractu in mare projectam Ἴστρον νῆσον dici ab auctore Chronici Pasch. p. 541, 18. Pariter Tænarum promontorium alicubi νῆσον dici memini. Præterea in Scymni loco nonnihil dubitationis afferunt quæ secundo versu leguntur verba φυσικὸν εὐτύχημά τι, quæ quum parum apte dicta videantur, fortasse non male ita corrigi possunt, ut scribatur φυσικὸν ὂν τείχισμά τι. » Meinekius. Codex habet φυσικὸν εὐτυχήματι. Legi possit εὐτυχήματι φυσικῷ. || — 336. πάσῃ σκέπεινην (sic) καταγωγὴν ἔχων codex; νηὶ Hudsonus, ναὶ Letronnius supplerunt. || — 340. ἐφανὶς cod.; em. editt. || — 341. δέκα μυρ.] Diodor. XII, 9, 2: Πολλοῖς δὲ μεταδιδόντες τῆς πολιτείας, ἐπὶ τοσοῦτον προέβησαν... ὥστε τὴν πόλιν ἔχειν πολιτῶν τριάκοντα μυριάδας. Idem § 5 Sybaritas contra Crotoniatas exercitum eduxisse trecentorum millium fabulatur. || — 343. ἤδη pro οἳ δὴ codex; em. Boissonadius Anecd. II, p. 157. Meinekius forsan scribendum ait: περιουσίᾳ πλείστῃ δὲ κεχορηγημένοι ἤδη παρεξαρθέντες. || — 345. τὰ λίαν] Confert Meinekius Menandri fragm. inc. 184: Ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν τἀγαθὰ τὰ λίαν ἀγαθά. || — 350 sqq. Eandem rem narrat Heraclides Ponticus ἐν τῷ Περὶ δικαιοσύνης ap. Athenæum XII, p. 521, E: Διόπερ ἀνάστατοι ἐγένοντο καὶ διεφθάρησαν ἅπαντες, καὶ τὸν τῶν Ὀλυμπίων τῶν πάνυ ἀγῶνα ἀμαυρῶσαι ἐθελήσαντες· καθ' ὃν γὰρ ἄγεται καιρὸν ἐπιτηρήσαντες, ἄθλων ὑπερβολῇ ὡς αὐτοὺς καλεῖν ἐπεχείρουν τοὺς ἀθλητάς. Idem de Crotoniatis narraverat Timæus (fr. 82) ap. Athen. XII, p. 522 B: Οἱ Κροτωνιᾶται, φησὶν ὁ Τίμαιος, ἐπεχείρησαν τὴν Ὀλυμπιακὴν πανήγυριν καταλῦσαι, τῷ αὐτῷ χρόνῳ προθέντες ἀργυρικὸν σφόδρα πλούσιον ἀγῶνα. Οἱ δὲ Συβαρίτας τοῦτο ποιῆσαι λέγουσιν. Eandem rem spectat Dionysius Per. 372 Sybaritas dicens μηναμένους ὑπὲρ αἶσαν ἐπ' Ἀλφαιοῦ γεράεσσιν. V. Heyne Opusc. II, p. 134. || — 353. ἀδρόμισθον δι ἰγυμνικόν codex; olim editt. ἀδρόμισθον δὴ ἐγυμνικόν. Casaubonus conj. ἀδρομίσθιον Διὶ γ., quæ emendandi ratio omnium lenissima, fortasse etiam verissima, quanquam dubitationem movet forma adjectivi parum probata. Boissonadius conjecit ἀδρόμισθον οὖν, quod ferri posse hoc loco negat Meinekius, qui: « vix omitti potuit ἀγῶνα vel ἆθλον, quod ipsum vide ne post ἀδρόμισθον exiderit; Διὶ autem fortasse ex interpolatione natum est. Certe nihil desideraretur, si versum Scymnus ita scripsisset: ἀδρόμισθον ἆθλον γυμνικόν τιν' ἐπετέλουν. » Quæ parum placent. Vox ἀγῶνα ex antecc. sponte repetitur. Quodsi Casauboni conjecturam admittere nolis, licet pro ἀδρόμισθον, voce aliunde non nota, scribere μεγαλόμισθον vel (collato Timæo) ἀργυρόμισθον. Spondeus in sede pari a Scymno non alie-

σπεύδοι καταντᾶν, ἀπολιπὼν τὴν Ἑλλάδα.
Κροτωνιᾶται πλησίον δὲ κείμενοι
κατὰ κράτος αὐτοὺς ἦραν ἐν βραχεῖ χρόνῳ
τὰ πάντα διαμείναντας ἀπταίστως ἔτη
ὡς ἑκατὸν ἐνενήκοντα πρὸς τοῖς εἴκοσι.
Μετὰ τὴν Ἰταλίαν εὐθὺς Ἰόνιος πόρος
κεῖται· καθήκοντες δὲ πρὸς τὴν εἰσβολὴν
οἰκοῦσ' Ἰάπυγες· μεθ' οὓς Οἰνώτριοι
Βρεντέσιον ἐπίνειόν τε τῶν Μεσσαπίων.
Πέραν δὲ τούτων ἔστ' ὄρη Κεραύνια.
Μεσσαπίων δ' οἰκοῦσιν. . . . .
. . . . Ὀμβρικοί,
οὕς φασιν ἁβροδίαιτον αἱρεῖσθαι βίον
Λυδοῖσι βιοτεύοντας ἐμφερέστατα.
Εἶτ' ἔστιν Ἀδριανὴ θάλαττα λεγομένη.
Θεόπομπος ἀναγράφει δὲ ταύτης τὴν θέσιν,
ὡς δὴ συνισθμίζουσα πρὸς τὴν Ποντικὴν

studeret accurrere, deserens Græciam.
Crotoniatæ autem, prope siti,
vi et armis eos sustulerunt brevi tempore,
postquam in summa permanserant sine offensione
per annos circiter ducentos atque decem.
Post Italiam statim Ionium fretum
situm est; pertingentes autem ad ostium ejus
habitant Iapyges. Post quos Œnotrii
Brundusiumque navale Messapiorum.
E regione autem his montes sunt Ceraunii.
Messapiorum habitant (*vicini Dauni,*
deinde sunt Samnites ; post hos) Umbri,
quos aiunt delicatam elegisse vitam,
Lydis viventes simillimi.
Deinde est Adrianum mare dictum.
Theopompus ejus describit situm,
ut quod cum Pontico isthmum faciens,

nus. || — 355. σπεύδει et Ἑλλάδαν codex; em. editt. || — 359. ἔτη omis. codex, supplevit Scaliger. Fortasse ἀπταίστους leg. esse suspicatur Meinekius. || — 360. Hocce testimonium cum Diodori locis XI, 90. XII, 10, sec. quæ deleta Sybaris est Olymp. 67, 2. 511 a. C, jungentes chronologi originem urbis referunt ad an. 721 sive Ol. 14, 4. Eusebius Sybarim eodem anno quo Crotonem conditam dicit, Ol. 18, 1. 708; sed Sybarim ante Crotonem deductam esse liquet ex Antiocho ap. Strab. VI, p. 262. V. Clinton. F. H. tom. I, p. 174. || — 361. Hæc si accurate dicta sunt, Italia non modo usque ad Tarentum pertinuit, sed reliquam etiam complectebatur oram, quæ ab oriente sinum Tarentinum claudit. || — 362. καθήκοντος cod.; em. Scaliger. || — 363. Γάπυγες cod. || — Οἰνώτριοι] Mirum est usque ad orientalem maris oram Œnotrios extendi. Videtur Noster totum inferiorem Italiæ tractum inde ab Lao fluvio usque ad Garganum eo nomine generaliori designasse, ideoque etiam Iapygiam, quam Scylax dicit, eo comprehendisse, nisi quod singulas Œnotriæ gentes tamquam peculiares populos parum accurate distinguit, ut in antecc. distinxit Ausones ab Opicis. Nam Italos esse Œnotriæ gentem apud Antiochum aliosque scriptores, sicuti Morgetes erant et Chones, in confesso est. Eodem modo in versu sequenti Messapii memorari parum distincte putandi sunt. Nam post Iapyges parvum oræ tractum ad Œnotros pertinuisse, deinde Messapios habitasse, minime probabilis foret sententia. || — 364. Μεσσαπίων] μεσαιγέων codex et similiter v. 366 μεσσαγίων. Utroque loco Μεσσαπίων restituit Meinekius. Ac Messapiorum mentionem inesse vs. 364 recte jam conjecerat Gailius, quamquam in textu reliquit Hœschelii scripturam μεσαιγέων. De quo bene Meinekius : « Ut de insolentia formæ nullo exemplo comprobatæ taceam, quid tandem hoc est, quod Brundisium mediterraneorum hominum portus dicitur? id quod prorsus absonum est, omnisque rationis expers. » In sequenti versu Hœschelius ediderat μεσαίτατον; lacunam vero Scaliger ita explevit: μεσαίτατον δ' οἰκοῦσιν Ὀμβρικοὶ λεώ; pro λεώ Salmasius voluit πέδον; Letronnius e Boissonadi conjectura scripsit τόπον; Fabricius e Grotefendi conj. πάλιν; Krebsius legendum proposuit : μεσαίτατον δ' αὐτῶν (i. e. gentium Italarum quæ sunt ad Adriaticum Ioniumque) οἰκοῦσι Ὀμβρικοί. Quæ quidem conjecturæ, quibus mediam oræ Adriaticæ oram Umbris ab auctore assignari volunt, veram sane sententiam, sed mirum in modum enuntiatam effingunt, ut pluribus monet Meinekius. Codicis scriptura tantum non integris literis offert nomen Messapiorum. Quo reposito Meinekius versum explet hunc in modum : Μεσσαπίων δ' οἰκοῦσι Ὀμβρικοὶ πέλας. Verum quis unquam dixit Umbros usque ad Messapios pertinuisse? Quod ne tum quidem probabile est, si fines Messapiorum usque ad Garganum extendi velis. Quare non duas syllabas, sed versum integrum excidisse puto, quo recensebantur Peucetii vel Daunii et probabiliter Samnitæ. || — 367. Quæ sequitur sinus Adriatici ejusque accolarum descriptio tota petita est e Theopompo, quem ipse auctor nominat v. 370, quemque fontem fuisse clarius etiam arguunt fragmenta libri XXI. Sic quæ nostro loco de Umbris leguntur, e Theopompo (fr. 142) affert Athenæus XII, p. 526, F : Τὸ τῶν Ὀμβρικῶν φησιν ἔθνος... ἐπιεικῶς εἶναι ἁβροδίαιτον παραπλησίως τε βιοτεύειν τοῖς Λυδοῖς, χώραν τε ἔχειν ἀγαθήν, ὅθεν προελθεῖν εἰς εὐδαιμονίαν. || — 369. εἶτεν] Quod si accurate dictum, Adriaticum mare post Umbros demum incipit, ideoque nonnisi ad τὸν μυχὸν sinus Ionici prope Adriam urbem pertinet, quo sensu id nomen a priscis scriptoribus usurpatum esse monui ad Scylacem. Quocum bene concinit quod Theopompus (fr. 140) nomen illud ab Adria fluvio deducit. Ionium mare secundum eundem ab Ionio, viro Illyrico, qui in Issa ins. regnavit, nomen accepit. Unde satis patet non eo modo Ionium mare a Theopompo dictum esse, quo seriores scriptores dicere solent. || — 370. Θεόπεμπτος ἀναγράφῃ ταύτης codex; em. editt. || — 371. συνιθμίζουσα codex. Deinde πρὸς τὴν Ἰονικὴν scripserunt Vindingius, Hudson, Gailius, quod fauces Adriatici et Ionici maris communes sint. Quod quomodo Forbigerus tueri conatus sit, quæro. De ista Theopompi sententia, qua Adriaticum cum Pontico mari isthmum effecerit adeo

νήσους ἔχει ταῖς Κυκλάσιν ἐμφερεστάτας,
τούτων δὲ τὰς μὲν λεγομένας Ἀψυρτίδας
Ἠλεκτρίδας τε, τὰς δὲ καὶ Λιβυρνίδας.
Τὸν κόλπον ἱστοροῦσι τὸν Ἀδριατικόν
τῶν βαρβάρων πλῆθός τι περιοικεῖν κύκλῳ
ἑκατὸν σχεδὸν μυριάσι πεντήκοντά τε
χώραν ἀρίστην νεμομένων καὶ καρπίμην·
διδυμητοκεῖν γάρ φασι καὶ τὰ θρέμματα·
ἀὴρ διαλλάττων δὲ παρὰ τὸν Ποντικόν
ἐστὶν ὑπὲρ αὐτούς, καίπερ ὄντας πλησίον·
οὐ γὰρ νιφετώδης οὐδ' ἄγαν ἐψυγμένος,
ὑγρὸς δὲ παντάπασι διὰ τέλους μένει·
ὀξὺς δὲ ταραχώδης τε πρὸς τὰς μεταβολάς,
μάλιστα τοῦ θέρους δέ, πρηστήρων τε καί
βολὰς κεραυνῶν τούς τε λεγομένους ἔχει
τυφῶνας. Ἐνετῶν δ' εἰσὶ πεντήκοντά που
πόλεις ἐν αὐτῷ κείμεναι πρὸς τῷ μυχῷ,
οὓς δὴ μετελθεῖν φασιν ἐκ τῆς Παφλαγόνων
χώρας κατοικῆσαί τε περὶ τὸν Ἀδρίαν.
Ἐνετῶν ἔχονται Θρᾷκες Ἴστροι λεγόμενοι.
Δύο δὲ κατ' αὐτούς εἰσι νῆσοι κείμεναι,
κασσίτερον αἳ δοκοῦσι κάλλιστον φέρειν.

insulas habeat Cycladibus simillimas,
harum autem alias dictas Apsyrtides
Electridesque, alias etiam Liburnicas.
Sinum Adriaticum ferunt
barbarorum multitudinem circumhabitare
centum fere et quinquaginta myriadibus,
regionem optimam colentium et fructuosam;
gemellos enim parere etiam pecora aiunt.
Aer autem a Pontico diversus
apud eos est, quamvis vicini Ponto sint.
Non nivosus enim neque nimis frigidus,
sed humidus omnino usque manet;
subitus vero turbulentusque ad mutationes,
præsertim æstate, presterumque et
jactus fulminum dictosque habet
typhones. Enetorum vero quinquaginta fere
sunt urbes ad illius sitæ intimum recessum;
quos advenisse aiunt ex Paphlagonum
regione, habitasseque circa Adriam.
Enetis finitimi sunt Thraces Istri dicti;
quibus duæ objectæ sunt insulæ,
quæ stannum putantur ferre optimum.

---

angustum, ut ex monte quodam utrumque mare posset conspici, verbo monuit Strabo l. l. (Theop. fr. 140). Disertius de his exponit Aristoteles Mir. 111: Λέγεται δὲ μεταξὺ τῆς Μεντορικῆς καὶ τῆς Ἰστριανῆς ὄρος τι εἶναι τὸ καλούμενον Δέλφιον, ἔχον λόφον ὑψηλόν· ἐπὶ τοῦτον τὸν λόφον ὅταν ἀναβαίνωσιν οἱ Μέντορες οἱ ἐπὶ τοῦ Ἀδρίου οἰκοῦντες ἀποθεωροῦσιν, ὡς ἔοικε, τὰ εἰς τὸν Πόντον εἰσπλέοντα πλοῖα. Εἶναι δὲ καί τινα τόπον ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον διαστήμασιν, εἰς ὃν ἀγορᾶς κοινῆς γινομένης πωλεῖσθαι παρὰ μὲν τῶν ἐκ τοῦ Πόντου ἐμπόρων ἀναβαινόντων τὰ Λέσβια καὶ Χῖα καὶ Θάσια, παρὰ δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ἀδρίου τοὺς Κερκυραϊκοὺς ἀμφορεῖς. Postremis his similia sed multo magis mirabilia sunt Theopompina. Is enim l. l. συντετρῆσθαι τὰ πελάγη contenderat ἀπὸ τοῦ εὑρίσκεσθαι κέραμον Θάσιόν τε καὶ Χῖον ἐν τῷ Νάρωνι. Vel Philippus Persei pater, Macedoniæ rex, fidem adhuc præbuit isti de marium proximitate opinioni, siquidem Livius XL, 21 narrat: *Cupido eum ceperat in verticem Hæmi montis ascendendi, quia vulgatæ opinioni crediderat, Ponticum simul et Hadriaticum mare et Histrum amnem et Alpes conspici posse.* Livius hæc sumsit e Polybio, uti ex Strabone VI, p. 313 colligo. Cf. etiam Florus II, 12. Satis ex his colligitur Theopompum superiorem maris partem justo majorem longeque versus ortum porrectam finxisse. Idem testantur quæ sequuntur de quinquaginta Henetorum oppidis ad ipsum μυχὸν sitis, deque Hyllicæ peninsulæ magnitudine. Quibus adde quod a Strabone l. l. traditur, Theopompum a Liburnia ad Ceraunios montes duo millia stadiorum et paullo amplius computasse (quod a vero non multum abest), verum τὸν πάντα ἀπὸ τοῦ μυχοῦ πλοῦν ἡμερῶν ἓξ εἰρηκέναι, πεζῇ δὲ τὸ μῆκος τῆς Ἰλλυρίδος καὶ τριάκοντα. In quibus sex dierum navigatio ita intelligenda est, ut noctes quoque eo numero comprehendantur, nisi fortasse τὸν πλοῦν directum neque καταχολπίζοντα dici cogitaveris. || — 372. Cf. Strabo VII, p. 307, ubi Theopompus dicitur τῶν νήσων τῶν Λιβυρνίδων [τοσοῦτον εἶναι τὸ μέγεθος] τιθείς, ὥστε κύκλον ἔχειν σταδίων καὶ πενταχοσίων. De singulis insulis cf. Scylax. § 21. || — 378. De soli fertilitate v. Strabo p. 317. || — 380. περὶ τὸν, mox ὄντα et νηφετώδης cod. || — 384. ὀξὺς ταραχώδης ὤν τε πρὸς codex; ὀξύς τε ταρ. τε πρὸς em. Bernhardyus. || — 385. πριστήρων cod. || — 386. λεγομένους ἐκεῖ codex, quod mutavi, quia accusativi a præpositione πρὸς v. 384 pendere vix possint, prætereaque offendat illud λεγομένους ἐκεῖ, quum τυφῶνας (τύφωνας codex) apud omnes Græcos, non apud barbaros Illyriæ, aeris turbines vocentur. Quare Meinekius scribi voluit γινομένους ἐκεῖ, « nisi forte editum interpretari malis: *qui istic esse dicuntur.* » Bernhardyus proposuit νεμομένους, idemque, nisi numeri displiceant, in antecc. scrib. proponit μάλιστα τοῦ θέρους διὰ πρηστήρων τε κτλ.' || — 387. ἐν ἐτῶν δ' εἰσὶ codex. Post digressionem de situ maris Adriatici ad oræ descriptionem auctor redit, post Umbros collocans Venetos. Scylax inter utrosque ponit brevem tractum Tyrrheniæ ac Celtarum, qui inter Padi ostia sedes fixerant. || — 389. De Henetorum origine sive Paphlagonica sive Celtica satis est laudasse Strabon. p. 61. 195. 212. 543. 552. 600. Fragm. Hist. tom. II, p. 337, 9. III, p. 122, 22. 596, 12. || — 391. Θρᾷκες Ἴστροι] Eadem iisdem fere verbis Apollodor. fr. 119. Vid. infra not. ad v. 405. Cur Thracibus gentibus Istri annumerentur, ratio nos latet. Vide Mannert. IX, 1, p. 43. Ceterum hoc loco memorandum erat Istri brachium in Adriaticum excurrens. || — 392. Duæ istæ insulæ esse videntur Apsyrtides. Quæ de stanno in his locis sicuti de electro ferebantur, referenda sunt ad commercia, quibus illa ad mare Adriaticum deportari solebant.

ὑπὲρ δὲ τούτους Ἴσμενοι καὶ Μέντορες....
Ἠριδανὸς, ὃς κάλλιστον ἤλεκτρον φέρει,
ὅ φασιν εἶναι δάκρυον ἀπολιθούμενον,
διαυγὲς αἰγείρων ἀποστάλαγμά τι.
Λέγουσι γὰρ δὴ τὴν κεραύνωσιν προτοῦ
τὴν τοῦ Φαέθοντος δεῦρο γεγονέναι τινές·
διὸ καὶ τὰ πλήθη πάντα τῶν οἰκητόρων
μελανειμονεῖν τε πενθικάς τ' ἔχειν στολάς.
Ἡ πλησίον χώρα δὲ τούτων κειμένη
ὑπὸ τῶν Πελαγόνων καὶ Λιβυρνῶν κατέχεται.
Τούτοις συνάπτον δ' ἐστὶ Βουλινῶν ἔθνος·
ἑξῆς δὲ μεγάλη χερρόνησος Ὑλλική
πρὸς τὴν Πελοπόννησόν τι ἐξισουμένη·
πόλεις δ' ἐν αὐτῇ φασι πέντε καὶ δέκα
Ὕλλους κατοικεῖν, ὄντας Ἕλληνας γένει·
τὸν Ἡρακλέους γὰρ Ὕλλον οἰκιστὴν λαβεῖν,
ἐκβαρβαρωθῆναι δὲ τούτους τῷ χρόνῳ
τοῖς ἔθεσιν ἱστοροῦσι τοῖς τῶν πλησίον,
ὥς φασι Τίμαιός τε κἀρατοσθένης.
Νῆσος κατ' αὐτοὺς δ' ἔστιν Ἴσσα λεγομένη,
Συρακοσίων ἔχουσα τὴν ἀποικίαν.
Ἡ δ' Ἰλλυρὶς μετὰ ταῦτα παρατείνουσα γῆ
ἔθνη περιέχει πολλά· πλήθη γὰρ συχνά
τῶν Ἰλλυριῶν λέγουσιν εἶναι καὶ τὰ μέν
αὐτῶν κατοικεῖν τὴν μεσόγειον νεμόμενα,

Super hos Ismeni sunt et Mentores...
Eridanus, qui optimum electrum fert,
quod aiunt esse lacrimas petrificatas,
pellucidam populorum destillationem.
Dicunt enim nonnulli fulminationem
olim Phaethontis hic accidisse;
quare etiam multitudinem omnem incolarum
atratam esse lugubresque habere vestes.
Regio autem juxta illos sita
a Pelagonibus et Liburnis obtinetur.
His contigua est Bulinorum gens;
deinde autem magna peninsula Hyllica,
quæ Peloponneso æqualis fere judicatur.
Urbes in illa aiunt quindecim
Hyllos habitare, qui sint Græci genere;
Herculis enim filium Hyllum conditorem accepisse;
at progressu temporis hos evasisse barbaros
narrant vicinorum moribus,
ut aiunt Timæus et Eratosthenes.
Insula ante illos sita est Issa dicta,
Syracusanorum habens coloniam.
Illyrica post hæc porrecta terra
gentes continet multas; frequentes enim turbas
Illyriorum esse dicunt; earum alias
habitare mediterranea colentes,

|| — 394. De Ismenis aliunde non constat. Vindingius eumque secuti reliqui editores, qui Letronnium antecedunt, scripsere Ὕμανοι, quum Hymani medii inter Mentores et Encheleos recenseantur apud Plinium III, 25 (Cf. not. ad Scylac. § 21 et 23 pag. 27 sq.). Quodsi eundem populum uterque auctor indicat, uti mihi quoque videtur, non tamen est cur alterum ex altero emendemus. De Mentoribus vide Scylacem l. l. || — 395. Oratio abrupta lacunam arguit; unus vel duo versus exciderint, in quibus de Electridibus insulis, quas una cum Mentoridibus Scylax memorat, sermo fuerit; his juncta erat mentio Eridani, sive eum in Illyria sibi finxerit (Catarbaten Scylacis?), sive cum plurimis Padum intellexerit auctor. Cur versus transponamus cum Clausenio (ad Hecat. fragm. p. 60) et Meinekio, quorum ille post v. 374, hic post v. 391, indicata lacuna, inseruit, causa idonea non subest. Fabricius pro Ἠριδ. scripsit Κηριδανὸς, fortassis recte. || — 398. πρὸ (non πρὸς) τὴν τοῦ Φ. codex; em. editt. Fort. scrib. πάρος conj. Meineke. || — 401. μελαν μονεῖν πενθικὰς codex, em. Hœschelius. Meinekius mallet μελανειμονεῖν πενθητικάς τ' ἔχειν, ad dicendi usum rectius dictum, quum πενθικὰς ἔχειν στολὰς nihil sit nisi amplificatio τοῦ μελανειμονεῖν. Rem præter Nostrum memorat Polybius II, 16, 13, ubi de Pado loquens: Λέγω δὴ τὰ περὶ Φαέθοντα καὶ τὴν ἐκείνου πτῶσιν, ἔτι δὲ τὰ δάκρυα τῶν αἰγείρων καὶ τοὺς μελανείμονας τοὺς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦντας, οὕς φασι τὰς ἐσθῆτας εἰσέτι καὶ νῦν φορεῖν τοιαύτας ἀπὸ τοῦ κατὰ Φαέθοντα πένθους. Vestitus niger etiam de Ponti populis quibusdam, Melænochlænis dictis, memoratur. || — 403. Pelagones juxta Illyricam oram habitasse nemo tradit. Vulgo cum Pæonibus componuntur, sedesque iis ad Axium fluvium et Erigonem assignantur, quare Homerus Il. 21, 154 Pelagonem Axii filium dixit. Vid. Strabo VII, p. 323. 327 et fr. 37 sq.; IX, p. 434. Plinius IV, 17. Livius XXVI, 25. XLV, 29. Nostra, ni fallor, ex Theopompi opinione explicanda sunt, ex qua populi inter Adriaticum et Ponticum mare interjecti in angustum spatium coarctabantur. Inde fortasse etiam Istri Thraces nati sunt. || — 405. Eadem Apollodor. lib. II Περὶ γῆς (fr. 119) apud Stephanum v. Ὑλλεῖς. Quem locum corruptum ita refinxit Meinekius ad Steph.: Ἀπολλόδωρος [Ὕλλους τούτους γράφει λέγων (malim λέγει γράφων)] ἐν τῷ Περὶ γῆς δευτέρῳ· « Ὑπὲρ δὲ τοὺς Ὕλλους Λιβυρνοὶ καί τινες Ἴστροι λεγόμενοι Θρᾷκες. » καὶ τὸ θηλυκόν· « Ὑλλὶς πρόκειται χερρόνησος ἡλίκη | μάλιστα Πελοπόννησος, ὥς φασι... πεντεκαίδεκα | πόλεις ἔχουσα παμμεγέθεις οἰκουμένας. Ex his Noster profecit. Apollodorus in περιηγήσει a meridie boream versus pergit; Noster inverso ordine. Ceterum cf. Scylax § 22. || — 406. τι ἐξισ.] « Ita ad codicis fidem nunc editur; vulgo pro τι legebatur τέ, quod Vossius post τὴν transponebat. At nec τί verum puto, quamquam hiatus excusari potest exemplis ad Com. gr. vol. III, p. 81 allatis; sed scribendum videtur τις, quod præter alios similiter postposuit Philemo Com. gr. IV, p. 8: ὁλκεῖον εἶδον ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον πυρῶν τι μεστόν. » Meineke. || — 410. ἐκβαρβαρωθεῖναι cod.; em. Scal. || — 412. καὶ Ἐρατ. cod.; em. Mein. || — 413. κατ' αὐτοὺς] Parum accurate dictum. Recensenda insula erat una cum Pharo v. 426. Ceterum cf. Scylax § 23. || — 415. Apud Scylacem

ἃ δὲ τὴν παράλιον ἐντὸς ἐπέχειν Ἀδρίου,
καί τινα μὲν αὐτῶν βασιλικαῖς ἐξουσίαις
ὑπήκο' εἶναι, τινὰ δὲ καὶ μοναρχίαις,
ἃ δ' αὐτονομεῖσθαι· θεοσεβεῖς δ' αὐτοὺς ἄγαν
καὶ σφόδρα δικαίους φασὶ καὶ φιλοξένους,
κοινωνικὴν διάθεσιν ἠγαπηκότας
εἶναι, βίον ζηλοῦν τε κοσμιώτατον.
Φάρος δὲ τούτων οὐκ ἄπωθεν κειμένη
νῆσος Παρίων κτίσις ἐστὶν ἥ τε λεγομένη
Μέλαινα Κόρκυρ', ἣν Κνίδιοι κατῴκισαν.
Ἔχει δὲ λίμνην εὖ μάλ' ἡ χώρα τινὰ
μεγάλην, παρ' αὐτοῖς τὴν Λυχνῖτιν λεγομένην.
Προσεχὴς δὲ νῆσός ἐστιν, οὗ φασίν τινες
ἐλθόντα Διομήδην ὑπολιπεῖν τὸν βίον·
ὅθεν ἐστὶ Διομήδεια ταύτῃ τοὔνομα.
Ὑπὲρ δὲ τούτους εἰσὶ Βρῦγοι βάρβαροι.
Πρὸς τῇ θαλάττῃ δ' ἐστὶν Ἐπίδαμνος, πόλις
Ἑλληνίς, ἣν Κόρκυρ' ἀποικίσαι δοκεῖ.
Ὑπὲρ δὲ Βρύγους Ἐγχέλειοι λεγόμενοι
οἰκοῦσιν, ὧν ἐπῆρξε καὶ Κάδμος ποτέ.
Οἷς πλησιόχωρός ἐστιν Ἀπολλωνία,
Κορκυραίων τε καὶ Κορινθίων κτίσις,
Ἑλληνὶς Ὠρικός τε παράλιος πόλις·
ἐξ Ἰλίου γὰρ ἐπανάγοντες Εὐβοεῖς
κτίζουσι, κατενεχθέντες ὑπὸ τῶν πνευμάτων.
Ἔπειτα Θεσπρωτῶν τε καὶ τῶν Χαόνων
ἔθνη κατοικεῖ βάρβαρ' οὐ πολὺν τόπον.

alias maritimam oram tenere ad Adriam;
nonnullas horum potestati regiæ
subjectas esse, quasdam etiam monarchiis,
alias propriis uti legibus; pios valde
et justos admodum dicunt et hospitales,
socialisque rationis amantes esse
vitamque sectari cultissimam.
Pharus ab his non procul sita
insula, Pariorum opus, quæque dicitur
Nigra Corcyra, Cnidiorum colonis frequentata.
Habet autem regio paludem quandam
permagnam apud illos Lychnitin dictam.
Finitima insula est, in quam aiunt quidam
venisse Diomedem ibique reliquisse vitam;
unde Diomedeæ huic nomen est.
Super hos sunt Brygi barbari.
Ad mare vero est Epidamnus urbs
Græca, quam Corcyra condidisse videtur.
Super Brygos Enchelei dicti habitant,
quibus imperavit Cadmus olim.
His finitima est Apollonia,
Corinthiorum Corcyræorumque opus,
et Oricus, maritima urbs Græca;
ex Ilio namque redeuntes Eubœenses
condunt, delati illuc ventis.
Deinde Thesprotiorum et Chaonum
gentes barbaræ habitant non multum locum.

Illyria magis versus septentrionem pertinet, quum Bulini in ea collocentur. || — 419. παραλίαν dedit Meinekius. — 425. ζηλοῦντες cod. || — 426. Scymnus, quem Stephanus v. Πάρος novit, hanc insulam non Pharum sed *Parum*, neque Illyriorum, sed Liburnorum dixit. || — 431. Diomedea insula in Illyriæ litore nusquam, quantum scio, memoratur; *Diomedis promontorium* inter Tariona castellum et Tragurium (*Trau*) oppidum habet Plinius III, 26. Quodsi unam ex parvulis insulis, quæ adjacent, Noster intelligi voluit, certe periegeseos ordinem neglexit; haud minus negligens erat, si indicare voluit, ut equidem puto, Diomedis insulam quæ ad objectam Italiæ oram supra Garganum promontorium sita est. Plinius III, 30: *Contra Apulum litus Diomedea, conspicua monumento Diomedis* (hod. ins. *Tremili*). Cf. Antonin. Lib. 37; Tzetzes ad Lyc. 603. 602; Strabo p. 124. 215. 284; Ælian. N. A. I, 1. — Brygos inter populos Illyricos Epiro propinquos recenset Strabo, VII, 326: Τῆς γὰρ Ἐπιδάμνου καὶ τῆς Ἀπολλωνίας μέχρι τῶν Κεραυνίων ὑπεροικοῦσι Βυλλίονές τε καὶ Ταυλάντιοι καὶ Παρθῖνοι καὶ Βρῦγοι (Βρίγοι et Φρύγοι codd.) Apud Apollon. Rhod. IV, 330 Brygi etiam ad intimum Adriatici sinus recessum memorantur, siquidem Colchus Absyrtus ex Istro in Adriaticum mare deveniens duas reperit Ἀρτέμιδος Βρυγηΐδας νήσους (Apsyrtides inss.), in quarum altera ναὸς erat, ὅν ποτ' ἔδειμαν Ἀρτέμιδι Βρυγοὶ περιναιέται ἀντιπέρηθεν (vs. 470). Eadem gens etiam in Macedonia habitabat. V. Strabo p. 327 et Stephan.: Βρύξ, τὸ ἔθνος, καὶ Βρῦγοι... εἰσὶ δὲ ἔθνος προσεχὲς Ἰλλυριοῖς. || — 436. Epidamnus condita Ol. 38, 4 sec. Euseb. Chron. Vide Diodor. XII, 20, qui Corcyræorum et Corinthiorum coloniam dicit. Cf. Thucyd. I, 24. Strabo VII, p. 316. Stephan. Byz. v. Δυρράχιον. Raoul-Rochette III, p. 345. || — 437. ἐγχέλιοι cod. V. not. ad Scylac. § 25. || — 439. « Ipsi Apolloniatæ se ab Apolline deductos esse gloriati sunt (Epigram. ap. Pausan. V, 22, 2). Stephanus s. v. Illyrios eam antea incoluisse refert, inter quos præcipue notandi Enchelei, Bulini, aliique (V. O. Müller. *Macedon.* p. 88). A Corcyræis præcipue hanc coloniam constitutam esse certum est, qui tamen, quod coloniæ facere assueverunt, ducem ê patria majore advocaverunt (Gylacem appellat Stephanus, a quo oppidum primo Gylacia dicta sit). Quem quia complures Corinthii comitati sunt (Stephan.), et Corcyram Corinthi filiam Periander tum sub imperio tenebat (Plutarch. De ser. n. vind. c. 7), patet cur Thucydides (I, 28) aliique (Dio Cassius XLI, 45; Plin. III, 23) eam Corinthiorum coloniam appellaverint. (Communem Cor. et Corcyræorum coloniam diserte dicunt Scymnus et Strabo VII, p. 316). Sed matrem Corcyram profitentur nummi vaccam vitulum lactantem, in aversa aream in quattuor partes dissectam, quam hortos Alcinoi appellant rei numismaticæ periti, exhibentes. » G. MULLER. De rep. Corcyr. p. 18. Condita est circa Olymp. 48, 1, uti colligas ex Plutarch., Strabon. l. l. et Pausan. VI, 22, 2. V. Raoul-Roch. III, p. 348 || — 441. ὡρικός, cod. V. not. ad

Κόρκυρα νῆσος δ' ἐστὶ κατὰ Θεσπρωτίαν.
Μετὰ τοὺς δὲ Θεσπρωτοὺς Μολοττοὶ λεγόμενοι
οἰκοῦσιν, οὓς κατήγαγεν Πύρρος ποτέ,
ὁ Νεοπτολέμου παῖς, ἥ τε Δωδώνη Διός
μαντεῖον· ἵδρυμ' ἐστὶ δ' οὖν Πελασγικόν.
Ἐν τῇ μεσογείῳ δ' εἰσὶ μιγάδες βάρβαροι,
οὓς καὶ προσοικεῖν φασι τῷ χρηστηρίῳ.
Μετὰ τοὺς Μολόττους δ' Ἀμβρακία Κορινθίων
ἄποικός ἐστιν· ᾤκισεν δ' ὁ Κυψέλου
αὐτὴν πρότερον παῖς Γόργος· εἶτ' Ἀμφιλοχικόν
Ἄργος λεγόμενον· τοῦτο δὲ κτίσαι δοκεῖ
Ἀμφίλοχος, υἱὸς Ἀμφιαράου μάντεως.
Εἰσὶ δ' ἐπάνω τούτων ἔποικοι βάρβαροι.
Ἐν τῇ παραλίᾳ δ' ἔστ' Ἀνακτόριον πόλις·
ταύτην δ' Ἀκαρνᾶνές τε καὶ Κορίνθιοι
ἀπῴκισαν· μετέπειτα δ' Ἀκαρνανία·
ὧν τοὺς μὲν Ἀλκμέωνά φασιν οἰκίσαι,
τοὺς δὲ τὸν ἐκείνου παῖδ' Ἀκαρνᾶνα κτίσαι.
Κεῖνται δὲ καὶ νῆσοι κατὰ ταύτην πλείονες·
Λευκὰς μὲν ἐν πρώταις, Κορινθίων κτίσις,
εἶθ' ἡ Κεφαλλήνων, Ἰθάκη δὲ πλησίον,
ἥ τε Πελοποννήσῳ σύνεγγυς κειμένη
Ζάκυνθος, εἶτεν αἱ καθήκουσαι πέραν
πρὸς τὸν Ἀχελῷον, λεγόμεναι δ' Ἐχινάδες.
Ἑξῆς διέξιμεν δὲ πάλι τὴν Ἑλλάδα,
ἐπὶ κεφαλαίου τούς τε περὶ αὐτὴν τόπους
ἐθνικῶς ἅπαντας κατ' Ἔφορον δηλώσομεν
Μετὰ τοὺς Ἀκαρνᾶνες μὲν ἔστ' Αἰτωλία,
ἐξ Ἤλιδος λαβοῦσα τὴν ἀποικίαν·
Κουρῆτες αὐτὴν γὰρ κατῴκουν τὸ πρότερον,
ἀφικόμενος δ' Αἰτωλὸς ἐκ τῆς Ἤλιδος
Αἰτωλίαν ὠνόμασ' ἐκείνους ἐκβαλών.
Πρὸς τῷ Ῥίῳ κεῖται δὲ Ναύπακτος πόλις,
ἣν Δωριεῖς κτίζουσιν οἱ σὺν Τημένῳ.
Ἔπειτ' ἀπ' Αἰτωλῶν παροικοῦσιν Λοκροί,
οὓς Ὀζόλας καλοῦσ', ἀποίκους γενομένους
ἀπὸ τῶν πρὸς Εὔβοιαν Λοκρῶν ἐστραμμένων.

Corcyra insula est Thesprotiæ opposita,
Post Thesprotios Molossi dicti
habitant, quos olim deduxit eo Pyrrhus,
Neoptolemi filius, et Dodone, Jovis
oraculum quod a Pelasgis conditum.
In mediterraneo sunt mixti barbari,
quos etiam accolere dicunt oraculum.
Post Molossos vero Ambracia Corinthiorum
colonia est. Condidit Cypseli
eam olim filius Gorgus. Dein Amphilochicum
Argos dictum; hoc condidisse putatur
Amphilochus filius Amphiarai vatis.
Super hos sunt accolæ barbari.
In ora autem maritima est Anactorium urbs,
quam Acarnanes et Corinthii
condiderunt; deinde Acarnania;
Acarnanum alios Alcmæonem illuc aiunt collocasse,
alios filium illius Acarnanem posuisse.
Sitæ etiam insulæ ad eam sunt complures,
Leucas in primis, Corinthiorum colonia,
dein Cephallenia et prope eam Ithaca,
quæque Peloponneso vicina adjacet
Zacynthus, deinde his oppositæ ad
Acheloum pertinentes Echinades dictæ.
Hinc jam percurremus denuo Græciam,
et per capita quos illa habeat locos
populatim omnes secundum Ephorum docebimus.
Post Acarnanes igitur est Ætolia,
ex Elide quæ nacta coloniam.
Curetes nempe prius eam habitarunt;
adveniens vero ex Elide Ætolus
Ætoliam nuncupavit, illis ejectis.
Ad Rhium jacet Naupactus urbs,
quam Dores condunt sub Temeno.
Dein post Ætolos accolunt Locri
quos Ozolas vocant, deductos huc
a Locris Eubœæ obversis.

Scylac. § 27. || —449. ἥτε Δωδ. cod. ||—455. πρότερος cod. De re vid. not. ad Nicol. Damasc. fr., tom. III, p. 394. ||—456. κτίσοι cod. || —457. Sic etiam Thucyd. II, 68. Ephorus fr. 28 conditam urbem ab Alcmæone, denominatam vero esse dicit a fratre ejus Amphilocho. V. Strabo p. 326. 462. Apollodorus III, 7, 7 Amphilochum Alcmæonis filium conditorem urbis dicit. || —461. δ' ἡ Ἀκαρνανία cod.; em. Meineke. || — Ἀλκμέωνας cod.; vgo Ἀλκμαίωνα; em. Meineke, de forma Ἀλκμέων laudans Fragm. Com. gr. III, p. 106 sq. De re v. Ephor. fr. 28. || — 463. παῖδα κάρνακα cod.; em. Morellus. || — εἶτ' ἔναι cod.; em. Mein.; vgo εἶτ' ἔνιαι ex conj. Vindingi. || — 470. διεξίεμεν δὲ πάλιν cod.; em. Meinekius addens: « De forma πάλι, qua Noster v. 585, fortasse etiam 834 usus est, dixi in Comic. fr. vol. II, p. 625. » || — 471. ἐπὶ κεφαλαίῳ cod.; em. Meinekius; ἐπὶ κεφαλαίου habes v. 70; licet etiam leg. ἐπὶ κεφαλαίων, ut vulgo legitur in editt. Idem Meinekius: « Nove dictum est, quod sequenti versu habes ἐθνικῶς, i. e. *populatim*. Et habet Scymnus etiam alia quædam minus usitate dicta, ex quo genere est πρὶν cum genitivo conjunctum v. 716, quo frequenter usus est Sextus Empiricus, δεῦρο pro ἐνταῦθα v. 399, κεῖσθαι de fluvio v. 672, φέρεσθαι memorari v. 89, ἐπώνυμος ἀπό τινος v. 547 et 704, ὁ Ἰόνιος de mari Ionico v. 133. » Ephorum non solum ubi expresse laudatur, sed per totum fere opus, nisi aliorum auctoritas diserte allegatur, præcipuum Nostri ducem fuisse dubitari nequit. || — 473. Ampliora de his vide in Ephor. fr. 29. || — 477. ὠνόμασεν codex; em. editt. || — 478. ῥίῳ δὲ κεῖται N. cod. || — 479. τιμέῳ pro Τημένῳ cod.; em. Palmer. V. Ephorus fr. 14 ap. Strabon. IX, p. 426, Apollodor. II, 8, 2, Pausan. X, 38. Scylax § 35 urbem Locridi tribuit. Scymnus sive Ephorus, si cum Scylace comparatur, in plerisque antiquiorem geographiæ et Italicæ et Græcæ statum exhibet. || — 481. καλοῦσιν

Δελφοὶ συνάπτουσιν δὲ τούτοις ἐχόμενοι
τό τε Πυθικὸν μαντεῖον ἀψευδέστατον.
Ἑξῆς δὲ Φωκεῖς, οὓς δοκεῖ συνοικίσαι
Φῶκος, κατελθὼν μετὰ Κορινθίων προτοῦ
γενεαλογεῖται δ' Ὀρνύτου τοῦ Σισύφου.
Ταύτης δὲ κεῖται πλησίον Βοιωτία,
χώρα μεγίστη καιρία τε τῇ θέσει·
χρῆται μόνη γὰρ τρισὶ θαλάτταις, ὡς λόγος,
ἔχει δὲ λιμένας οὓς μὲν εἰς μεσημβρίαν
βλέποντας εὐκαιρότατα πρὸς τὸν Ἀδρίαν
τὸ Σικελικόν τ' ἐμπόριον, οὓς δὲ πρὸς Κύπρον
καὶ τὸν κατ' Αἴγυπτόν τε τὰς νήσους τε πλοῦν·
οὗτοι δὲ περὶ τὴν Αὐλίδ' εἰσὶν οἱ τόποι,
ἐν οἷς Ταναγραίων ἐστὶ κειμένη πόλις,
ὑπὲρ δὲ ταύτην ἐν μεσογείῳ Θεσπιαί·
τὸν δὲ τρίτον ἔξω τοῦ κατ' Εὔριπον δρόμου
εἰς τὴν Μακεδόνων Θετταλῶν θ' ἱκνούμενον,
ἐφ' οὗ παράλιός ἐστιν Ἀνθηδὼν πόλις.
Θῆβαι μέγισται δ' εἰσὶ τῆς Βοιωτίας.
Εἶτεν συνάπτει Μέγαρα, Δωρικὴ πόλις·
σύμπαντες αὐτὴν ἐπόλισαν γὰρ Δωριεῖς,
πλεῖστοι Κορίνθιοι δὲ καὶ Μεσσήνιοι.
Λέγουσι δ' Ὀγχηστοῦ γενόμενον ἐγκρατῆ
Μεγαρέ' ἀφ' αὐτοῦ τοῦτο θέσθαι τοὔνομα.
Ἡ Μεγαρὶς ἀφορίζει δὲ τὴν Βοιωτίαν.

Delphi junguntur his finitimi
Pythicumque oraculum veracissimum.
Dein Phocenses, quos putatur constituisse
Phocus deveniens eo cum Corinthiis olim.
Genus ejus ducitur ab Ornyto Sisyphi.
Huic vicina jacet Bœotia,
regio maxima situque opportuna;
nam sola tribus utitur maribus, ut ferunt,
habetque portus partim versus meridiem
spectantes opportunissime ad Adriam
Siculamque mercaturam, partim versus Cyprum
navigationemque in Ægyptum et insulas
(Hæc autem circa Aulidem sunt loca,
in quibus Tanagræorum urbs sita est,
superque eam in mediterraneis Thespiæ),
tertium vero portum extra cursum Euripi,
et versus Macedoniam Thessaliamque patentem;
ibi est maritima urbs Anthedon.
Thebæ autem Bœotiæ urbs est maxima.
Dein conjungitur Megara, urbs Dorica;
nam cuncti illam condiderunt Dores,
plurimi tamen Corinthii et Messenii.
Aiunt vero Onchesti potitum imperio Megareum
de se hoc imposuisse nomen.
Megaris disterminat Bœotiam.

---

cod.; em. Meineke. || — 482. ἐστραμμένους omnes editiones, sed codex habet ἐστραμμένων, quod notare omisit Millerus, reponendum esse conjecit Meinekius : « Horum verborum, inquit, si is sensus est, quem volunt interpretes, ut Ozolæ Locri sedes suas prope Ætoliam fixisse dicantur, postquam ab Opuntiis Locris pulsi fuerint, necessario ὑπὸ τῶν πρὸς Εὔβοιαν Λοκρῶν scribendum est. Sed credo Scymnum scripsisse : ἀπὸ... ἐστραμμένων, ut Λοκροὶ πρὸς Εὔβοιαν ἐστραμμένοι sint Locri in Eubœam spectantes, i. e. Opuntii. » De re cf. Strabo IX, p. 416. 425, Plutarch. Qu. gr. c. 15, p. 294, Eustathius ad Il. 2, 531, etc. || — 483. Nota sacram Delphorum regionem a reliqua Phocide disjungi. Prodere hoc videtur auctorem qui tempore belli Sacri scripsit. Quamquam etiam Doricam Delphorum originem a mixta reliquæ Phocidis multitudine distingui putare licet. || — 487. δορνύτου codex; em. Vindingius. De Phoco, Sisyphi Corinthii nepote, v. Pausan. II, 4, 3. 29, 2. IX, 17, 6. X, 1, 1. 4, 10. 32, 10. Patrem Phoci Pausanias ubique *Ornytionem* dicit; cum Nostro autem facit schol. Hom. Il. II, 517, ubi hæc aliunde non nota : Ὄρνυτος ὁ Σισύφου εἰς Ὑάμπολιν ἐλθὼν ἐπικουρῆσαι τοῖς αὐτόθι τοῖς Λοκροῖς πολεμοῦσι, καὶ νικήσας ἦρξε τῆς χώρας αὐτός· οὗ υἱὸς Φῶκος, ἀφ' οὗ Φωκέας αὐτοὺς ὠνόμασαν, οὗ Ὀρνυτίων, οὗ Ναύβολος, οὗ Ἴφιτος, οὗ Σχεδίος. || — 489. κερία cod. || — 490. γὰρ μονὴ cod.; em. editt. De re cf. Ephorus (fr. 67) ap. Strabon. IX, p. 400 : Ἔφορος δὲ καὶ ταύτῃ κρείττω τὴν Βοιωτίαν ἀποφαίνει τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, καὶ ὅτι μόνη τριθάλαττός ἐστι, καὶ λιμένων εὐπορεῖ πλειόνων, ἐπὶ μὲν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ καὶ τῷ Κορινθιακῷ τὰ ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ Λιβύης δεχομένη, ἐπὶ δὲ τῶν πρὸς Εὔβοιαν μερῶν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Εὐρίπου σχιζομένης τῆς παραλίας, τῇ μὲν ἐπὶ τὴν Αὐλίδα καὶ τὴν Ταναγρικὴν, τῇ δ' ἐπὶ τὸν Σαλγανέα καὶ τὴν Ἀνθηδόνα, τῇ μὲν εἶναι συνεχῆ τὴν κατ' Αἴγυπτον καὶ Κύπρον καὶ τὰς νήσους θάλατταν, τῇ δὲ τὴν κατὰ Μακεδόνας καὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. || — 495. αὖλιν cod.; em. Meineke. || — 497. Θεσπεσίαι cod.; uti in Dionys. Decr. Hell. v. 100. || — 502. εἶτε ἐνσυνάπτει cod. || — 503. ἐπώλησαν cod. || — 504. Κορ. τε καὶ cod.; mutavi e conj. Meinekii. De Peloponnesiorum expeditione, qua Megara occuparunt, omnia nota. V. præ ceteris Herodot. V, 76; Pausan. I, 39, 4. VII, 25. 2; Lycurg. C. Leocr. p. 196; Strabo p. 333. 393. 653; Conon. 26; schol. Pindar. N. VII, 155; schol. Arist. Ran. 440; Raoul-Roch. III, p. 56; Müller *Dor.* I, p. 88. || — 505. De hac re cf. Pausan. I, 39, 4, qui post alia quædam de *Megara* nominis origine affert hæc : Βοιωτοὶ δὲ ἐν Ὀγχηστῷ Μεγαρέα τὸν Ποσειδῶνος οἰκοῦντα ἀφικέσθαι στρατιᾷ Βοιωτῶν φασι Νίσῳ τὸν πρὸς Μίνω πόλεμον συνδιοίσοντα, πεσόντα δὲ αὐτὸν ἐν τῇ μάχῃ ταφῆναί τε αὐτοῦ καὶ τῇ πόλει Μέγαρα ὄνομα ἀπὸ τούτου γενέσθαι, πρότερον Νίσα καλουμένῃ. Cf. de Megareo Onchestio, Neptuni vel Hippomenis filio, Apollodor. III, 15, 8, Hellanic. fr. 47 ap. Stephan. v. Νίσαια. Apud Plutarchum Qu. gr. c. 16 Megareus filius Onchesti dicitur, sicuti ap. Stephan. Byz. aliosque Copeus, Coparum conditor, ab Onchesto oriundus perhibetur. Fabulas has ex vi quam Onchestia panegyris, Neptunium Amphictyonicumque in Bœotiam et vicinas urbes exercuerit, explicandas esse censet Müllerus *Min.* p. 238. || — 506. Μεγαρέα codex. em. Letr. ||

Ὁ Κορίνθιος δὲ κόλπος ἐστὶν ἐχόμενος
ὅ τε Κεγχρεάτης, οἳ τὸν ἰσθμὸν εἰς στενὸν
συνάγουσιν ἑκατέρωθεν ἠπειρούμενον.
Εἶτ' ἔστι Πελοπόννησος ἑξῆς κειμένη,
κόλπους βαθεῖς ἔχουσα καὶ πολλὰς ἄκρας,
Μαλέαν μεγίστην Ταίναρόν τε λεγομένην·
ἱερὸν Ποσειδῶνος δὲ θεοπρεπέστατον
ὑπὸ τῶν Λακώνων ἐνθάδ' ἔσθ' ἱδρυμένον.
Τὰ μὲν οὖν βόρεια τῆς Πελοποννήσου μέρη
Σικυώνιοι κατέχουσιν, οἵ τε πρίν ποτε
Κόρινθον οἰκίσαντες ἐπιφανῆ πόλιν,
ἄλλοι τ' Ἀχαιοί· τοὺς πρὸς ἑσπέραν δ' ὅρους
καὶ ζέφυρον Ἠλεῖοί τε καὶ Μεσσήνιοι·
τὸ πρὸς μεσημβρίαν δὲ καὶ νότον κλίμα
Λάκωνες Ἀργεῖοί τε· πρὸς ἀνιόντα δέ
ἥλιον ὅσαι κατέχουσι τὴν Ἀκτὴν πόλεις·
ἐν τῇ μεσογείῳ δ' ἔστιν ἡ Φλιασία,
τό τ' Ἀρκάδων μέγιστον ἐν τούτοις ἔθνος.
Τοὺς Ἀρκάδας μὲν οὖν λέγουσ' αὐτόχθονας,
ὕστερον Ἀλήτην δ' οἰκίσαι Κορινθίους,
Φάλκην δὲ τὸν Σικυῶνα, τὴν δ' Ἀχαΐαν
Τισαμενὸν, Ἤλιδος δ' ὑπάρχειν Ὄξυλον
ἡγεμόνα, Κρεσφόντην δὲ τῆς Μεσσηνίας,
Εὐρυσθένην δὲ καὶ Προκλῆν Λακεδαίμονος,
Ἄργους δὲ Κεῖσον καὶ μετ' αὐτοῦ Τήμενον,
τῶν δὲ περὶ τὴν Ἀκτὴν Ἀγέλαον, ὡς λόγος,
καὶ Δηϊφόντην, γαμβρὸν ὄντα Τημένου.
Κρήτη δὲ νῆσος τῆς Πελοποννήσου πέραν
κεῖται, μεγάλη τὸ μέγεθος εὐδαίμων τ' ἄγαν,
ἀπὸ τῆς Μαλείας τῆς Λακωνικῆς ἄκρας
κατὰ μῆκος εἰς τὸ πέλαγος ἄχρι τῆς Δωρίδος
Ῥόδου παρεκτείνουσα καὶ πλείστοις σχεδὸν
ὄχλοις ἀπ' ἀρχῆς καὶ πόλεσιν οἰκουμένη.
Ἀρχαιοτάτους ἔχει δὲ τοὺς οἰκήτορας
τοὺς δὴ παρ' αὐτοῖς Ἐτεόκρητας λεγομένους.
Πρώτους δὲ Κρῆτάς φασι τῆς Ἑλληνικῆς
ἄρξαι θαλάττης τάς τε νησιώτιδας

Corinthius autem sinus est finitimus
et Cenchreates, qui isthmum in angustum
cogunt utrinque continentem facientem.
Deinde Peloponnesus est proxime sita,
sinus profundos habens multaque promontoria,
Maleum maximum Tænarumque dictum;
fanum Neptuni numine dignissimum
a Laconibus ibi consecratum est.
Boreales autem Peloponnesi partes
Sicyonii tenent, quique prius olim
Corinthum condiderunt, illustrem urbem,
aliique Achæi; fines vero ad occidentem
zephyrumque Elei et Messenii;
quod autem ad meridiem austrumque clima est,
Lacones et Argivi; ad orientem vero
solem quæcumque Acten urbes obtinent.
In mediterraneo est Phliasia
Arcadumque maxima ibi gens.
Arcades quidem indigenas esse aiunt;
postea autem Aletem constituisse Corinthios,
Phalcem vero Sicyonem, Achaiam
Tisamenum; Elidis fuisse Oxylum
ducem, Cresphontem Messeniæ,
Eurysthenem et Proclem Lacedæmonis,
Argi Cisum cum eoque Temenum,
locorum in Acte sitorum Agelaum, ut fertur,
et Deiphontem generum Temeni.
Creta autem insula ultra Peloponnesum
sita est, magna magnitudine felixque valde,
a Malea, Laconico promontorio,
in longitudinem per altum ad Doricam
usque Rhodum extensa, et plurimis sane
gentibus urbibusque ab initio habitata.
Vetustissimos habet incolas
dictos ab illis Eteocretas.
Primos autem Cretenses aiunt Græco
imperasse mari, insularesque

— 508. ἐχομένως cod. || — 513. μέγιστον cod.; em. Gail.; cf. v. 537. Ceterum etiam masculino genere nomen adhiberi constat. V. Stephan. Thes. v. Μάλεια. || — 515. vulgo ἱδρύμενον; at codex habet ἱδρυμένον, quod e conj. reposuit Meinekius. || — 518. οἰκήσαντες codex; em. Gailius. || — 519. ἄλλοἱ τἀχαιοὶ codex (non vero ἄλλ' οἵ τ' Ἀχ. uti ante Meinekium edebatur), non suo loco posito signo apostrophi, ut passim in codice nostro; deinde cod. δόρους; em. Mein.; θ' ὅρους scripserat Letronnius. || — 521. τε καὶ codex; em. Mein. || — 524. μεσογείᾳ cod.; em. Fabricius, collat. v. 451. 467. 624. Dein φλειασία cod. || 525. ἐν τούτοις, liberius dictum, nisi forte corrigendum esse putes cum Meinekio vel ἐπὶ τούτοις vel ἐν ταύτῃ 'στ' ἔθνος. || 526. λέγουσιν cod. || — 527. ὕστερον δ' Ἀλήτην οἰκῆσαι cod.; em. Letronnius. Ceterum de rebus confer Ephori fr. 16 sqq., Ephorique sectatores Diodorum (fr. 4 Exc. De ins) et Nicolaum Damascenum (fr. 38. tom. III, p. 376). || — 529. τειχισάμενον pro Τισαμενὸν cod.; em. Vindingius. || — 531. Πρόκλην cod.; Προκλῆ Fabricius. || — 532. Κρίσων codex, ubi tamen ρ litera ita scripta, ut ε literæ simillima sit.; Κίσσον editt. inde a Vindingio. De variis hujus nominis formis in codd. obviis dixi in Fragm. Hist. tom. II, præf. p. VIII. || — 583. Ἀγέλαον ex Apollodoro II, 8, 5 reposuit Meineke; codex Ἀγανὸν; Pausanias II, 28, 3 Ἀγραῖον dicit. Apud Nicolaum l. l. et Strabonem VIII, p. 389 codices habent Ἀγαῖον. || — 534. υἱὸν] codex: Δηιφόντην ὄντα, suprascripta voce υἱὸν, quæ postea demum addita videtur. Certe Deiphontes non filius sed gener Temeni erat, neque eo sensu υἱὸς vox hoc loco adhiberi potuit. || — 544. θάλαττάς τε νησιώτηδας cod.; em. Meineke; θαλάττης ἅς τε scripserat Gailius. Cf. Thucyd. I, 4: Καὶ τῶν Κυκλάδων ἦρξε (Minos) καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο. Diodor. V, 84, 1: Ἐθαλαττοκράτει.. τῶν δὲ Κυκλάδων νή-

πόλεις κατασχεῖν, ἃς δὲ καὶ συνοικίσαι
αὐτῶν Ἔφορος εἴρηκεν, εἶναί φησί τε
ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,
τοῦ δὴ γενομένου βασιλέως αὐτόχθονος,
πλοῦν ἡμέρας ἀπέχειν δὲ τῆς Λακωνικῆς.
Ἐν τῷ πόρῳ δὲ κειμένη τῷ Κρητικῷ
ἄποικός ἐστιν Ἀστυπάλαια Μεγαρέων,
νῆσος πελαγία· πρὸς δὲ τῇ Λακωνικῇ
Κύθηρα· μετὰ δὲ ταῦτα κατ' Ἐπίδαυρον ἣ
πρότερον μὲν Οἰνώνη προσηγορεύετο,
ὕστερον ἀπ' Αἰγίνης δὲ τῆς Ἀσωπίδος
Αἴγιναν ἐκάλεσεν κατασχὼν Αἰακός·
καὶ πλησίον ταύτῃ Σαλαμὶς, ἐν ᾗ λόγος
τὸν Αἰακοῦ Τελαμῶνα βασιλεῦσαί ποτε.
Ἑξῆς Ἀθῆναι· φασὶ δ' οἰκητὰς λαχεῖν
ταύτας Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ καὶ λόγος
Κραναοὺς καλεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας,
Κέκροπος δυναστεύσαντος, ὑστέροισι δὲ
χρόνοις, Ἐρεχθέως τῆς πόλεως ἡγουμένου,
ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν προσηγορίαν λαχεῖν.
Ἡρόδοτος ἱστορεῖ δὲ ταῦτα συγγράφων.
Τὸ Σούνιον κάμψαντι δ' ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς
Εὔβοια κεῖται νῆσος, ἡ καλουμένη
διὰ τὴν φύσιν τὸ πρότερον, ὥς φασιν, Μάκρις,
ἔπειτεν ἀπὸ τῆς λεγομένης Ἀσωπίδος
χρόνῳ λαβοῦσα τοὔνομ' Εὐβοίας πάλιν.
Πρώτους δ' ἐν αὐτῇ φασὶν οἰκῆσαι προτοῦ
μιγάδας συνοίκους Λέλεγας· ἐκ τῆς δ' Ἀττικῆς
τὸν Ἐρεχθέως διαβάντα Πάνδωρον κτίσαι

urbes obtinuisse, quasdam vero etiam condidisse
illarum Ephorus narrat; aitque nomen
nactam insulam a Crete quodam,
qui rex indigena fuerit;
navigatione autem diei distare a Laconica.
Porro in mari Cretico sita est
colonia Megarensium Astypalæa,
insula in alto jacens; juxta vero
Laconicam Cythera. Post hæc contra Epidaurum est
insula quam prius Œnonen dicebant,
postea ab Ægina Asopide
Æginam vocavit occupans Æacus;
et prope hanc Salamis, in qua ferunt
Æaci filium Telamonem olim regnasse.
Dein Athenæ, quas aiunt habitatores nactas
primum Pelasgos, quos etiam Cranaos
vocari dicunt, postea vero Cecropidas,
Cecrope imperante; posterioribus autem
temporibus, Erechtheo urbi imperante,
ab Athena nactas appellationem esse.
Hæc conscribens docet Herodotus.
Sunio circumflexo, post Atticam
Eubœa jacet insula, vocata
ob sitûs naturam prius, ut fertur, Macris;
deinde vero a dicta Asopide
successu temporis accepit nomen Eubœæ.
Primos in illa habitasse ferunt pridem
mixtos convenas Leleges; ex Attica autem
Pandorum, Erechthei, transgressum condidisse

σων τὰς πλείους κατῴκισε; idem ib. 78, 3. Mitto ceteros. || — 545. συνοικῆσαι cod. || — 546. V. Ephor. fr. 61. Meinekius φησὶ δὲ leg. suspicatur. || — 551. « Ἀστυπαλία codex, i. e. Ἀστυπάλαια, quod Gailius, quem Letronnius et Fabricius secuti sunt, Αἰγίλεια scribendum censuit, propterea quod Astypalæa non sita dici possit inter Cretam et Laconicam. Recte sane; et tamen ista correctio eo usque mihi improbabilis videtur, ut scriptoris potius quam librariorum errorem subesse credam. Accedit quod insula, cujus nomen hoc loco requirunt viri docti, non Αἰγίλεια dicebatur, sed Αἴγιλα, qua de re dixi ad Steph. Byz. s. v. Αἰγιλία, ubi quod libri habent ἔστι καὶ νῆσος μεταξὺ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου Αἰγίλεια, ὁ οἰκήτωρ Αἰγίλιος ὡς Κυθήριος, id Αἴγιλα scribendum esse et patronymica forma Αἰγίλιος docet et comparatio cum Κυθήριος. Ab Αἰγίλεια enim patronymicum formandum esset Αἰγιλεύς. Quem præterea Gailius affert Herodoti locum VI, 107, in eo Αἰγίλεια Euboicæ insulæ nomen est, nihil attinens ad eam de qua hic agitur insulam. Denique codicis lectioni favet quodammodo Strabo X, p. 488: ἡ μὲν οὖν Ἀστυπάλαια ἱκανῶς ἐστι πελαγία. » MEINEKIUS. Ne erroris quidem auctor accusandus est. Nam illud ἐν πόρῳ Κρητικῷ nihil est, cur ad fretum inter Cretam et Laconicam interjectum referri debeat, sed simpliciter significat *mare* Creticum. Sic latiore vocabuli sensu πόρον auctor usurpat v. 222, et de mari Ionico v. 361. || — 553. ἡ pro ἣ cod.; em. Miller. || — 554. Οἰνώνη] V. Pindar. N. V, 16; Pherecyd. fr. 78; Herodot. VIII, 46; Pythænetus ἐν Αἰγινητικοῖς fr. 1 (Hist. fr. IV, p. 487); Apollodor. III, 12, 6, 7; Strabo VIII, p. 375; Plin. IV, 19; Steph. Byz. s. v.; O. Müller. Ægin. p. 8. || — 556. ἐκάλεσε cod. || — 557. Σαλαμὶν cod.; em. Fabricius. || — 559. ἑξῆς Ἀθῆνας φασὶ οἰκητὰς λαχεῖν (non vero λαβεῖν ut editt.) ταῦτα Πελασγοῦ πρῶτον cod.; em. Meineke, nisi quod λαβεῖν in codice esse credere debebat. Olim e conj. Scaligeri edebatur: ἑξῆς Ἀθῆν', ἅς φασιν οἰκητὰς λαβεῖν τὸ μὲν Πελασγοὺς (τοὺς ἀπὸ Πελασγοῦ Letronn.) πρῶτον κτλ. || — 564. λαχεῖν cod.; λαβεῖν editt. || — 565. V. Herodot. VIII, 44: Ἀθηναῖοι δὲ ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλευμένην ἔσαν Πελασγοὶ, ὀνομαζόμενοι Κραναοὶ, ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλέος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι, ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθέος τὴν ἀρχὴν Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν. Ephorus, quem in Hellenicis se secuturum esse auctor supra profitetur, priscam Atticæ historiam non exposuit. || — 568. Μάκρις] V. Dionysius et Ephorus ap. Plin. IV, 21 et schol. Apoll. Rhod. I, 1024 (Fr. Hist. IV, p. 395, 10), Dionys. Per. 520 ibiq. Eustath.; Strabo X, p. 445; Callimach. in Ap. Del. 20; Stephan. Byz. v. Εὔβοια. || — τοὔνομα Εὐβοίᾳ (non Εὔβοια) πάλιν cod.; em. Meineke, nisi quod Εὔβοιαν scripsit. || — 573. Pandorum Erechthei memorant Apollodorus I, 15, 1, 1 et Eustathius ad Il. p. 281, 38. Secundum Proxenum ap. schol. Apoll. Rh. I, 97 Alcon Erechthei filius cum Chalciopa filia in Eubœam *ad Chalcidenses* fugit. Non

πόλιν μεγίστην τῶν ἐν αὐτῇ Χαλκίδα,
Αἴκλον δ' Ἐρέτριαν, ὄντ' Ἀθηναῖον γένει,
τὴν δ' ἐναλίαν Κήρινθον ὡσαύτως Κόθον,
Δρύοπας δὲ τὴν Κάρυστον ὠνομασμένην·
ἡ δ' Ἑστίαια γέγονε Περραιβῶν κτίσις.
Κεῖνται δὲ καὶ νησῖδες αὐτῆς πλησίον,
Σκῦρος, Πεπάρηθος, Σκίαθος, ὧν Κρῆτες μὲν οἱ
μετὰ Σταφύλου διαβάντες ἐκ Κνωσσοῦ ποτε
Πεπάρηθον ἐγγὺς κειμένην τ' αὐτῆς Ἴκον
νῆσον συνοικίζουσι, τὴν Σκῦρον δὲ καί
[τὴν] Σκίαθον ἐκ Θρᾴκης διαβάντες, ὡς λόγος,
Πελασγιῶται· πάλι δ' ἐρήμους γενομένας
αὐτὰς ἁπάσας Χαλκιδεῖς συνῴκισαν.
Ἀπέναντι δ' Εὐβοίας κατοικοῦσιν Λοκροί,
ὧν πρῶτος ἦρξεν, ὡς λέγουσ', Ἀμφικτύων
ὁ Δευκαλίωνος, ἐχόμενος δ' ἀφ' αἵματος
Αἰτωλὸς, εἶτα Φύσκος, ὃς γεννᾷ Λοκρόν,

Chalcidem urbem in insula maximam,
Aiclum, Atheniensem genere, Eretriam,
maritimam Cerinthum pariter Cothum,
Dryopes Carystum, quæ vocatur;
Hestiæa denique a Perrhæbis condita.
Jacent etiam parvæ prope Eubœam insulæ,
Scyrus, Peparethus, Sciathus, de quibus Cretenses
cum Staphylo e Cnosso olim transvecti
Peparethum et propinquam ei Icum
insulam colonis frequentarunt, Scyrum vero
et Sciathum e Thracia transvecti, ut fertur,
Pelasgiotæ; rursus autem desertas factas
omnes illas frequentarunt Chalcidenses.
Ex adverso Eubœæ habitant Locri,
quibus primus imperavit, ut aiunt, Amphictyo
Deucalionis, proximus tum sanguine
Ætolus, deinde Physcus; hic gignit Locrum,

---

igitur cum Ephoro Proxenus fecisse videtur, ac omnino varia de Atticis in Eubœa coloniis ferebantur. || — 574. χαλκίδαν cod.; em. Hœschel. De re ita habet Strabo X, p. 447 : Ἀμφότεραι δὲ (Chalcis et Eretria) πρὸ τῶν Τρωικῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἐκτίσθαι λέγονται, καὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ Αἶκλος καὶ Κόθος ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντες, ὁ μὲν Ἐρέτριαν ᾤκισε, Κόθος δὲ τὴν Χαλκίδα. Idem p. 445 : Καὶ Ἑλλοπία δ' ὀνομάσθη (Eubœa) ἀπὸ Ἔλλοπος, τοῦ Ἴωνος· οἱ δὲ Αἴκλου καὶ Κόθου ἀδελφόν φασιν, ὃς καὶ τὴν Ἑλλοπίαν κτίσαι λέγεται... καὶ τὴν Ἱστίαιαν προσκτήσασθαι καὶ τὴν Περιάδα καὶ Κήρινθον κτλ. Cf. id. X, p. 321 : Καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δὲ ἐνίων τὸ βάρβαρον ἐμφαίνεται· Κέκροψ καὶ Κόδρος καὶ Αἶκλος καὶ Κόθος κτλ. Plutarchus, Qu. gr. c. 22 : Τίς ὁ Παίδων τάφος παρὰ Χαλκιδεῦσι; Κόθος καὶ Ἄρκλος (sic) οἱ Ξούθου παῖδες εἰς Εὔβοιαν ἧκον οἰκήσοντες, Αἰολέων τότε τὰ πλεῖστα τῆς νήσου κατεχόντων. Stephan. Byz. : Ἐλευθερίς, πόλις Βοιωτίας, Ὠρωποῦ πλησίον, Κόθου καὶ Αἴκλου (sic Berkel; Ἐγκλέου codd.) [κτίσμα]. Θεόπομπος (fr. 226) μ'. Τὸ ἐθνικὸν Ἐλευθερίτης. Hæc sunt quæ de Æclo et Cotho veterum testimonia exstant, quorum nullum cum Nostro prorsus concinit. Cf. Vellejus I, 4 : *Athenienses in Eubœa Chalcidem et Eretriam colonis occupavere; Lacedæmonii in Asia Magnesiam. Nec multo post Chalcidenses... Atticis Hippocle et Megasthene ducibus, Cumas in Italia condiderunt.* || — 675. Αἶκλον δὲ ρετριανόν τ' Ἀθηναῖον cod.; em. Letronne, nisi quod Meinekius pro Αἶκλον dedit Ἄϊκλον, « quod nomen, inquit, ex Ἀϊκλῆς (Ἀεικλῆς) formatum, ut Πρόκλος, Πάτροκλος et alia. » || — 576. Pro ἐναλίαν Meinekius scrib. putat ἐφαλίαν, comparans Hom. Il. 2, 538 : Κήρινθόν τ' ἔφαλον. Sed quum eodem sensu etiam ἐνάλιος dicere liceat (v. Steph. Thes. s. v.), mutatione non opus est. || — Pro Κόθον codex Κόθων; em. Hœschel. || — 577. De re vide Diodor. IV, 37, 2. Thucyd. VII, 57, 4. Pausan. IV, 34. || — 578. ἡ δὲ στιαία cod.; em. Meineke; vgo ἡ δ' Ἱστιαία. Deinde codex γέγωνε Περρέβων. Sec. Strabon. IX, p. 437 (coll. X, p. 445) Perrhæbi non condiderunt Hestiæam, sed regionem ejus devastarunt, incolasque deduxerunt in Thessaliam, ubi Hestiæotis regio ab iis vocata sit. Contra Stephanus s. v. Hestiæam Eubœæ nomen habere dicit ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Ὄλυμπον Ἑστιαίας. Denique Strabon. X, p. 445 : Ἔνιοι δ' ὑπ' Ἀθηναίων ἀποικισθῆναί φασι τὴν Ἑστίαιαν ἀπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ἱστιαιέων, ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ Ἐρετρίων τὴν Ἐρέτριαν. || — 581. Σταφύλου] Cf. Diodor. VI 79, 2 : Τῶν δὲ ἄλλων τῶν περὶ αὐτὸν ἡγεμόνων ἑκάστῳ νῆσον ἢ πόλιν δωρήσασθαι λέγουσι τὸν Ῥαθάμανθον, Θόαντι μὲν Λῆμνον, Ἐνυεῖ δὲ Κύρνον (?), Σταφύλῳ (Παμφύλῳ codd.; quod e Scymno correxit Heynius) δὲ Πεπάρηθον, κτλ. De Staphylo Bacchi et Ariadnes filio v. Diodor. V, 62; Apollodor. I, 9, 16; schol. Apoll. Rh. III, 997; Plutarch. Thes. c. 20; Parthen. Erot. c. 1; Lycophr. 570; schol. Aristoph. Plut. 1022; Plin. VII, 56; Hygin. f. 130; Ovid. Met. VI, 125. || — Κνωσσοῦ] ἐκ νώσσου ποτέ cod. || — 584. τὴν omis. codex; add. editt. Quæ de hac insula tradit Noster, aliunde non nota sunt. || — 585. πάλιν cod. || — 588. λέγουσιν cod. || — 590. Αἰτωλός] Ætolus ex vulgari genealogia quattuor generationibus Amphictyone posterior; neque ejus meminerunt qui de eodem stemmate agunt, Eustathius et Plutarchus. Quorum ille ad Il. p. 277, 17 : Οἱ δὲ παλαιοί φασι καὶ ταῦτα. Ἀμφικτύονος καὶ Χθονοπάτρας ἀπόγονος Φύσκος, οὗ Λοκρός· ὧν ἀπὸ μὲν Φύσκου Φύσκοι πρῴην, ἀπὸ δὲ Λοκροῦ Λοκροὶ οἱ αὐτοὶ ὠνομάσθησαν. Λοκροῦ δὲ Ὀποῦς· πρὸς ὃν διενεχθεὶς ὁ πατὴρ Λοκρὸς ἐᾷ μὲν ἄρχειν ἐκεῖνον, αὐτὸς δὲ οἰκεῖ τὰ πρὸς ἑσπέραν τοῦ Παρνασσοῦ, ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν τοὺς ἐκεῖ, οἳ ἑσπέριοί τε καὶ Ὀζόλαι ἐκαλοῦντο... ἀφ' ὧν ὕστερον καὶ ἀποικία εἰς Ἰταλίαν ἐστάλη. Plutarch. Qu. gr. c. 15, p. 294, E : Φύσκου (vgo Φυσκίου) τοῦ Ἀμφικτύονος υἱὸς ἦν ὁ Λοκρός· ἐκ δὲ τούτου καὶ Καβύης Λοκρός· πρὸς ὃν ὁ πατὴρ διενεχθεὶς,.. περὶ ἀποικίας ἐμαντεύετο, κτλ. Cum Nostro autem facit Stephanus : Φύσκος, πόλις Λοκρίδος, ἀπὸ Φύσκου τοῦ Αἰτώλου [τοῦ] Ἀμφικτύονος, τοῦ Δευκαλίωνος... Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. « Φύσκος δὲ ἀφ' οὗ οἱ Λέλεγες οἱ νῦν Λοκροί. » Ceterum de Locro ejusque filio varia narratio. V. Aristoteles fr. 118 sq. ap. schol. Pindar. P. IX, 86 et plura ap. Bœckh. Expl. Pind. p. 191; Clavier, *Histoire des prem. temps de la Gr.* I, p. 93. Raoul-Rochette, *Etabl.* II, p. 15; Clinton. F. H. tom. I,

ὅς τοὺς Λέλεγας ὠνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ Λοκρούς.
Ἑξῆς δὲ τούτων Δωριεῖς μικρὰς πόλεις,
Ἐρινεὸν Βοιόν τε καὶ Κυτίνιον,
ἀρχαιοτάτας ἔχουσι Πίνδον τ' ἐχομένην,
ἃς Δῶρος Ἕλληνος γενόμενος ᾤκισεν·
τούτων δ' ἄποικοι πάντες εἰσὶ Δωριεῖς.
Εἶτεν παρ' αὐτὰς Ἡράκλει' ἐστὶν πόλις,
ἣν οἱ Λάκωνες, μυρίους οἰκήτορας
πέμψαντες εἰς Τραχῖνα, πρότερον ἔκτισαν.
Ταύτης Πύλαια δ' ἐστὶν ἑξῆς παράλιος·
ἀγορὰ δ' ἐν αὐτῇ γίνετ' Ἀμφικτυονική.
Κόλπος δὲ κεῖται Μαλιακὸς ἐν τῷ μυχῷ,
Ἐχῖνος οὗ πόλις ἐστὶ, τοῦ Σπαρτοῦ κτίσις
Ἐχίονος, καὶ Μαλιέων ἄλλαι πόλεις.
Ἔπειτ' Ἀχαιοὶ παράλιοι Φθιωτικοί.
Μάγνητες οἰκοῦσιν δὲ περὶ τὸ Πήλιον.
Ὑπὲρ δὲ τούτους ἐστὶν εὐβοτωτάτη
χώρα, κράτιστα πεδία καὶ τελεσφόρα
ἔχουσα καὶ Λάρισαν εὐτυχεστάτην
πόλιν συχνὰς ἄλλας τε, Πηνειὸς δι' ἧς
μέγας διαρρεῖ ποταμὸς ἐπί τε τὰ στενὰ
Τέμπη διήκων, τήν τε πρὸς τῷ Πηλίῳ
λίμνην βαθεῖαν λεγομένην Βοιβηΐδα.
Τῇ Θετταλίᾳ δ' ἔσθ' ὅμορος Ἀθαμανία,
Δολόπων τε Περραιβῶν τε συνορίζοντ' ἔθνη
τά τ' Αἰνιάνων, οἵτινες τῶν Αἱμόνων
δοκοῦσι Λαπιθῶν Μυρμιδόνων τε γεγονέναι.
Ὑπὲρ τὰ Τέμπη δ' ἐστὶν ἡ τῶν Μακεδόνων
χώρα παρὰ τὸν Ὄλυμπον ἑξῆς κειμένη,
ἧς φασι βασιλεῦσαι Μακεδόνα γηγενῆ,
ἔθνος τὸ Λυγκηστῶν δὲ καὶ τῶν Πελαγόνων,
τῶν κειμένων ἐκεῖσε παρὰ τὸν Ἄξιον,
καὶ Βοττεατῶν, τῶν τε περὶ τὸν Στρυμόνα.
Ἐν τῇ μεσογείῳ δ' εἰσὶ μὲν πολλαὶ πόλεις,
ἡ Πέλλα καὶ Βέροια δ' ἐπιφανέσταται·
ἐν παραλίᾳ δὲ Θετταλονίκη Πύδνα τε.

qui Leleges nuncupavit de se ipso Locros.
Post hos Dores parvas urbes,
Erineum Bæumque et Cytinium
antiquissimas habent, Pindumque proximam,
quas Dorus Hellene natus condidit.
Horum coloni reliqui omnes Dores sunt.
Deinde juxta eas urbs est Heraclea,
quam Lacones, decies mille habitatoribus
missis in Trachinen, pridem condiderunt.
Hanc juxta est Pylæa maritima,
in qua concio fit Amphictyonica.
Sinus vero jacet in recessu Maliacus,
Echinus ubi urbs est, a Sparto condita
Echione, et Maliensium urbes aliæ.
Deinde maris accolæ Achæi Phthiotici.
Magnetes vero habitant circa Pelium.
Super hos est pascuis abundans
regio, optimos campos et frugiferos
habens, ac Larisam felicissimam
urbem multasque alias (Regionem Peneus
magnus perfluit amnis ad angusta
Tempe pertingens) ac juxta Pelium
profundam paludem Bœbeidem dictam.
Thessaliæ finitima est Athamania,
Dolopumque et Perrhæborum conterminæ sunt
gentes, et Ænianum, qui ab Hæmonibus
Lapithis et Myrmidonibus orti putantur.
Super Tempe vero est Macedonum
regio deinceps sita ad Olympum,
cui ferunt imperasse Macedonem terrigenam,
populusque Lyncestarum atque Pelagonum
qui ibi juxta Axium sunt,
et Botteatarum et Strymonis accolarum.
In mediterraneis multæ sunt urbes,
Pella vero et Berrhœa illustrissimæ;
in ora autem maritima Thessalonica

p. 67. || — 592. μικραὶ cod. De re v. Müller. *Dor*. I, p. 37. || — 593. Ἐρίνεον, Βόιον cod. || — 594. « An ἀρχαιοτάτας δ', ut sit μικρὰν μὲν, ἀρχαιοτάτας δέ. » *Meineke*. Haud credo. || — 598. De Heraclea cf. Scymnus § 62. || — 604. Ἐχῖνος, καὶ M. cod.; em. Meineke. De Echione Sparto v. Eurip. Bacch. 213; Pausan. IX, 5, 3; Apollodor. III, 4, 1. 5. 2; Hygin. fr. 178; Ovid. Met. X, 686; schol. Eurip. Phœn. 670, etc. De Maliensium ditione cum Nostro facit Scylax, quem vide § 62. || — 607. εὐβοτάτη cod.; em. Miller. || — 614. ἡ Ἀθαμανία cod.; em. Meineke. || — 615. Περραίβων cod. || — 616. Heliodor. II, p. 122 (ed. 1619) Ænianes nobilissimam Græcorum stirpem dicit, utpote ab Hellene proxime oriundos. Initio in Thessalia ad Ossam sedebant, unde a Lapithis pulsi ad Pindum Œtamque migrarunt (Strabo p. 61. 442). In pristinis sedibus Noster admixtos iis etiam Lapithas indicat. || — 621. λυγκιστῶν et Πελασγόνων cod. || — 622. τῶν κειμένων ἔχει τε παρὰ τὸν Ἀξίονα καὶ Βουτεατῶν codex corrupte; Letronnius dedit: τῶν κειμένων τε παρὰ τὸν Ἄξιον ἔχεται Τῶν Βουτεατῶν. In quo numeros reprehendit Meinekius: « Quamquam enim, ait, in quinta sede passim Noster tribrachyn admisit, diligenter tamen cavit, ne post secundam syllabam incideret, in quo ille optimorum poetarum exemplum secutus est. » Idem pro Βουτεατῶν reposuit Βοττεατῶν, formam rariorem, cujus meminit Stephanus Byz. v. Ἄζωρος et Etym. p. 206, 6. Simili errore in Welckeri Syllog. epigr. p. 263 Βουτηΐδα legi monet pro Βοττηΐδα. Quibus adde Strabon. VII, fragm. Vatic. 11: Βοττιαῖοι... ἐκ Κρήτης τὸ γένος ὄντες ἡγεμόνα ἔχοντες Βούτωνα (Βόττωνα e Schneidewini conj. correx. Cramerus). Ceterum nostro loco Meinekius ita scripsit: τῶν κειμένων ἑξῆς τε παρὰ τὸν Ἄξιον καὶ Βοττεατῶν. Ego posui ἐκεῖσε, quod a codicis ductibus abest multo propius. Usurpata vox pro ἐκεῖ, sicut v. 652 (vs. 399 vel δεῦρο pro ἐνταῦθα habes); neque hoc loco abundat. Nam quum Pelagones jam memorasset auctor in ora Illyrica, distinguendi ab his erat Pelagones Axii fluvii accolæ. || — 623. Malim cum Meinekio: παρὰ τὸν Στρυμόνα, quoniam *Parastrymonii*

Κάμψαντι τὴν ἄκραν δὲ τὴν καλουμένην
Αἴνειαν ἡ πρὶν γενομένη Κορινθίων
κτίσις Ποτίδαι' ἐστὶ, Δωρικὴ πόλις,
μετὰ ταῦτα Κασάνδρεια δ' ὠνομασμένη.
Ἐν τῇ μεσογείῳ δ' Ἀντιγόνεια λεγομένη·
Ὄλυνθος ὕστερον δὲ γενομένη πόλις,
ἣν ἐξανέστησεν Φίλιππος ὁ Μακεδών,
δόρατι κρατήσας. Μετὰ δὲ τὴν Ὀλυνθίαν
Ἀρέθουσα, Παλλήνη τ' ἐπ' ἰσθμοῦ κειμένη.
Ταύτην δὲ, Φλέγραν τὸ πρότερον καλουμένην,
τοὺς θεομάχους Γίγαντας οἰκῆσαι λόγος,
μετὰ ταῦτα Παλληνεῖς δ' ἀφ' αὐτῶν ὀνομάσαι
λέγουσιν ὁρμηθέντας ἐξ Ἀχαΐας.
Εἶτ' ἔστι κόλπος λεγόμενος Τορωνικός,
οὗ πρότερον ἦν τις Μηκύβερνα κειμένη·
ἑξῆς Τορώνη τοῖς τόποις ὁμώνυμος.
Εἶτεν πελαγία Λῆμνος, Ἡφαίστου τροφός,
ἣν ὁ Διονύσου πρῶτος οἰκίζει Θόας,
μετὰ ταῦτα δ' ἔσχεν Ἀττικὴν ἀποικίαν.
Τὸν Ἄθω δὲ παραπλεύσαντι παράλιος πόλις
Ἄκανθός ἐστιν, Ἀνδρίων ἀποικία,
παρ' ἣν διῶρυξ δείκνυται τετμημένη
ἑπταστάδιος· Ξέρξην δὲ λέγετ' αὐτὴν τεμεῖν·
εἶτ' Ἀμφίπολις. Στρυμὼν δὲ παρὰ ταύτην μέγας
ποταμὸς παραρρεῖ μέχρι θαλάττης φερόμενος
κατὰ τοὺς λεγομένους κεῖσε Νερῄδων χορούς·
ἐφ' οὗ κατὰ μεσόγειον Ἀντιφάνους πατρίς
κεῖται λεγομένη Βέργα, τοῦ δὴ γεγραφότος
ἄπιστον ἱστορίας τε μυθικῆς γέλων.
Μετ' Ἀμφίπολιν δ' ἡ πρότερον Οἰσύμη πόλις
Θασίων γενομένη, μετὰ δὲ ταῦτα Μακεδόνων,
ἀπὸ τῆς Μακέσσης Ἠμαθίας τε λεγομένη.

Pydnaque. Circumflexo promontorio
Ænea dicto, prius fuit Corinthiorum
colonia Potidæa, urbs Dorica;
post hæc vero Cassandria nuncupata.
In mediterraneo Antigonia dicta,
Olynthus porro, quæ urbs fuit,
quam evertit Philippus Macedo
armis expugnatam. Post Olynthium agrum
Arethusa et Pallene in isthmo sita.
Hanc vero, Phlegram olim appellatam,
habitasse ferunt Gigantes qui contra deos pugnarunt;
postea Pallenenses de se nuncupasse
aiunt profectos ex Achaia.
Deinde sinus est Toronicus dictus,
ubi olim fuit quædam Mecyberna sita;
deinceps Torone locis cognominis;
tum in alto sita Lemnus, Vulcani nutrix,
quam Thoas, Bacchi filius, primus frequentavit,
postea autem colonia Attica.
Athonem præternaviganti maritima urbs
Acanthus adest, Andriorum colonia,
juxta quam fossa ostenditur secta
septem stadiorum; Xerxes eam secuisse dicitur;
dein Amphipolis. Strymon juxta hanc magnus
fluvius præterlabitur usque ad mare fluens
ad dictos illic Nereidum choros.
Ad quem in mediterraneo sita est
Berga dicta, patria Antiphanis, qui scripsit
Incredibilia historiæque fabulosæ risum.
Post Amphipolim Œsyma quæ prius
Thasiorum urbs fuit, postea Macedonum,
et a Macessa Emathia nomen accepit.

---

ap. Livium XLII, 51 aliosque fluvii accolæ dicuntur. || — 628. αἴνιαν cod.; em. Letronnius. Promontorium præter nostrum nemo commemorat. Mannertus quidem VII, p. 467 apud Ptol. III, 12, p. 220, 24 pro Γιγωνὶς ἄκρα reponi vult Αἰωνὶς ἄκρα; sed obstat et ipsa illa vocis Αἰωνὶς forma, et Γίγωνος urbs, quam in hoc tractu memorant Herodotus VII, 123 et Thuc. I, 61 et St. Byz. s. v. Æneam urbem habes ap. Scylac. § 66; Dionys. Hal. A. R. I, 47; Livium XLIV, 10; Strabon. VIII, fr. 21; Steph. Byz. || — 629. Ποτέδαι' cod. || — 636. φλέγρον cod. De re cf. Herodot. VII, 123; Lycophron. 1404; Theagenes fr. 11 (tom. IV, p. 510); Eustath. ad Dionys. 327; Strabo p. 330; Apollodor. I, 6, 1, 3; Theon Progymn. p. 91, etc. || — 638. Πελληνεῖς scribi vult Meinekius, quum *Pellene* sit Achaiæ civitas. Sed apertum est auctorem nostrum sicuti reliqui, qui eadem tradunt, Πελληνεῖς et Παλληνεῖς pro ejusdem nominis varietate habuisse. Sic *Pellenensis* Achaiæ originem referebant ad *Pallantem*. Pausanias VII, 26, 12: Τὸ δὲ ὄνομα ἐγένετο τῇ πόλει, λόγῳ μὲν τῶν Πελληνέων, ἀπὸ Πάλλαντος· τῶν Τιτάνων δὲ καὶ Πάλλαντα εἶναι λέγουσι. Cum Scymno conf. Thucydides IV, 120: Φασὶ δὲ οἱ Σκιωναῖοι Πελλήνης μὲν εἶναι ἐκ Πελοποννήσου, πλέοντας δ' ἀπὸ Τροίας σφῶν τοὺς πρώτους κατενεχθῆναι ἐς τὸ χωρίον τοῦτο τῷ χειμῶνι, ᾧ ἐχρήσαντο Ἀχαιοὶ, καὶ αὐτοῦ κατοικῆσαι. Mela II, 2: *Hæc* (Scione) *ab Achivis capto Ilio remeantibus posita*. Cf. Strabo VII, fr. 25: Κἀνταῦθα δὲ τῆς λύμης αἱ Τρῳάδες αἴτιαι λέγονται, ἐμπρήσασαι τὰς ναῦς, ἵνα μὴ ταῖς γυναιξὶ τῶν ἑλόντων αὐτὰς δουλεύοιεν. Ceterum non satis liquet num regionem tantum Pallenen intelligi velit Noster, an etiam urbem, quæ quamvis nunquam fuerit, a nonnullis tamen fingitur, ut a Steph. Byz. s. v. et Eustath. ad Dionys. 327 et Plin. IV, 17: *Oppida: Pallene, Phlegra*. || — 638. ἀμφυντῶν pro ἀφ' αὐτῶν cod.; em. Vindingius. || — 639. ὁρμισθέντες cod.; em. Mein. || — 642. τορινή cod. || — 643. εἶτ' ἐμπελαγία cod.; em. Gail.; dein Λίμνος cod. || — 652. ἐκεῖσε νηρηιδῶν cod.; κεῖσε νηρείδων vgo; nostra Meinekius. De istis Nereidum choris alibi me legere quidpiam non memini. || — 653. Ἀντιφάνου cod.; em. Hœschel. De Antiphane cf. Polybius ap. Strabon I, p. 47. II, p. 102; Polybius Exc. Val. XXXIV, 6, 15; Marcian. Peripl. p. 62; Stephan. v. Βέργη. Urbem memorant Hierocles p. 640 et Ptolem. III, 12 p. 223, 20. Sita fuisse videtur ad Prasiam lacum. V. Leake *N. Gr.* III, p. 229. || — 655. ἱστορίας μυθικῆς cod.; em. Vinding. || — 656. δὴ pro δ' ἡ codex; em. Mein. Deinde ἡσυμὴ πόλις cod.; em. Vinding. || — 658. γε pro τε

Ἑξῆς Νέα πόλις ἐστὶ καὶ νῆσος Θάσος,
ἣν βάρβαροι τὸ πρότερον ᾤκουν, ὡς λόγος,
ἔπειτα Φοίνικες μετὰ Κάδμου καὶ Θάσου
ἐκ τῆς Ἀσίας διαβάντες· ἔλαβε δ' ἡ Θάσος
ἀπὸ τοῦ Θάσου καὶ τοὔνομ', ὡς καὶ νῦν ἔχει.
Τὴν ὑπεράνω χώραν δὲ μέχρι τοῦ Ποντικοῦ
Ἴστρου παρεκτείνουσι Θρᾷκες νεμόμενοι.
Τῶν δ' ἐπὶ θαλάττῃ κειμένων ἔστιν πόλις
Ἄβδηρ', ἀπ' Ἀβδήρου μὲν ὠνομασμένη
τοῦ καὶ κτίσαντος πρότερον αὐτήν, ὃς δοκεῖ
ὑπὸ τῶν Διομήδους ὕστερον ξενοκτόνων
ἵππων φθαρῆναι· Τήιοι δὲ τὴν πόλιν
συνῴκισαν φυγόντες ὑπὸ τὰ Περσικά.
Ταύτης δ' ἐπίταδε ποταμός ἐστι κείμενος
Νέστος λεγόμενος, ἐκ δὲ τῶν πρὸς ἀνατολὴν
μερῶν λαβοῦσα τοὔνομ' ἀπὸ τῶν Βιστόνων
Θρᾳκῶν προμήκης ἐστὶ λίμνη Βιστονίς.
Εἶτεν Μαρώνει', οὗ κατοικῆσαι τὸ πρὶν
τοὺς Κίκονας ἱστοροῦσι τοὺς ἐν Ἰσμάρῳ·
αὕτη δὲ Χίων ἐγένεθ' ὕστερον κτίσις.
Πέραν Σαμοθράκη δ' ἔστι νῆσος Τρωϊκή,
ἔχουσα τὴν οἴκησιν ἀναμεμιγμένην·

Deinde Neapolis est et insula Thasus,
quam barbari prius habitabant, ut fertur,
deinde Phœnices cum Cadmo et Thaso
ex Asia transvecti; accepit vero Thasus insula
a Thaso illo etiam nomen, quod etiamnunc habet.
Superiorem vero regionem usque ad Ponticum
Istrum pertingentes Thraces incolunt.
Eorum autem qui ad mare siti sunt, urbs est
Abdera ab Abdero nuncupata,
ab eoque prius etiam condita, qui videtur
a Diomedis postea hospiticidis
equis periisse; Teji autem urbem
colonis frequentarunt exulantes sub tempora Persica.
Citra eam situs est fluvius
Nestus dictus. Ex iis vero quæ ad ortum sunt
partibus, nacta nomen a Bistonibus
Thracibus, longe porrecta est palus Bistonis.
Deinde Maronea, ubi habitasse prius
Cicones narrant eos qui in Ismaro fuerunt.
Hæc vero Chiorum fuit postea colonia.
Contra jacet Samothrace insula Troica,
mixtos habens incolas;

cod.; em. Hœschel. Deinde codex et editt. λεγομένης. Excidisse quædam ante hunc versum, quæ ad Macedoniam spectarent, aut transponendum versum post v. 619 censuit Fabricius. Contra Meinekius : « Scribendum potius videtur : ἀπὸ τῆς Μακέττης Ἠμαθίου τε λεγομένη. Ita Œsyme nomen traxisse dicitur ab Œsyma, Macettæ et Emathii filia. Macettam ab aliis memorari non memini, Emathium autem habemus ap. Stephanum, s. v. Βρουσίς et Γαλάδραι. » Addi possit Emathus, Macedonis frater, a quo Emathia Macedonia dicta, ap. Eustath. ad Hom. p. 980, 32. Sed hæc ad nos nihil pertinent. Quid rei sit docet Stephanus Byz. : Οἰσύμη, πόλις Μακεδονίας· Θουκυδίδης τετάρτῳ (4, 107)· ἡ νῦν Ἠμαθία. Τὸ ἐθνικὸν Οἰσυμαῖος. Ταύτην Αἰσύμην Ὅμηρος ἔφη (Il. 8, 304). Idem : Ἠμαθία, πόλις καὶ χωρίον [καὶ suppl.] ἡ νῦν Μακεδονία. Symeon p. 706, 19 ed. Bonn. : Ἦν δὲ καὶ πόλις Ἀμαθία (sic) λεγομένη πρὸς τῇ θαλάσσῃ, τῷ ἔθνει ὁμώνυμος. Zonaras Thessalonicen olim Emathiam dictam esse refert, diversa, ut videtur, confundens. Nihil igitur nostro loco mutandum, nisi quod λεγομένη scribendum. Particula τε a proprio suo loco longius remota in Scymno non offendit. Sensus : Œsyme urbs, quum prius Thasiorum fuisset, deinde Macedonum facta et ab heroina Macedonica Emathia nominata est. Mutavit nomen eodem, ut opinor, tempore, quo Crenides evaserunt Philippi, aliæque hujus tractus urbes, quas Philippus destruxerat, a novis Macedonum colonis restauratæ sunt. Ceterum de Œsyme urbe testimonia v. in not. ad Scylac. § 67, quibus adde locum Armenidæ ap. Athenæum I, p. 31, A (Fr. Hist. tom. IV, p. 339, 6). || — 659. Vulgo νεάπολις; at codex distincte habet νέα πόλις, quod numeris consulens Meinekius reponendum esse recte conjecit. || — 663. De Thaso conditore v. Herodot. II, 44. VI, 47; Pherecydes fr. 42; Demagoras Samius ap. schol. Eur. Phœn. 7 (Fr. Hist. IV, p. 378, 1); Arrian. ap. Eustath. ad Dionys. 517 (Fr. H. III, p. 599, 67); Apollodor. III, 1, 7; Conon Narrat. 37; Pausanias V, 25, 12; Stephan. Byz. v. Θάσος. De Phœnicum colonia præ ceteris adi Moversium *Phœn. Alterth.* II, p. 273 sqq. || — 664. Ponticum Istrum dicit, quum etiam Adriaticum esse cum sui ævi geographis crederet. || — 667. σαύδηρα ἀπ' αὐδήρου cod.; em. Hœschel. De Abderi fabula v. Hellanicus (fr. 98) ap. Steph. Byz. s. v.; Apollodor. II, 5, 8; Hygin. fab. 30; Strabo VII, fr. 42. Aliter Mela II, 2, qui urbem de Abdera, sorore Diomedis, nominatam dicit. || — 670. Plura de his v. ap. Herodot. I, 168 ibiq. interp., Strabo XIV, p. 644; Raoul-Rochette *Etabliss.* III, p. 400. || — 672. ἔπιτα ποτ. cod.; em. Letronnius. || — 673. Νεστὸς cod.; em. Meineke, laudato Arcadio p. 79, 20 : τὸ δὲ Νέστος πόλις (l. ποταμὸς) καὶ κόστος καὶ νόστος (βαρύνεται). || — 674. τοὔνομα ἀπὸ cod. || — 676. Μαρώνεια οὗ cod. || — 677. De Ismaro Ciconum urbe ad montem Ismarum lacumque Ismaridem v. Hom. Od. IX, 39. 60 sqq. 198; Strabo VII, 42; Hecatæus ap. Stephan. Byz. s. v.; Virgil. Eclog. VI, 30. Georg. II, 37; Lucret. V, 30; Virgil. Æn. X, 351; Plinius IV, 18. Cf. Herodot. VII, 109; Archilochus ap. Athenæum I, p. 30, F. Tzetzes ad Lycophr. 818 Ismarum et Maroneam unam eandemque urbem dicit : Ἴσμαρον τὴν νῦν λεγομένην Μαρώνειαν. Cf. Harpocration : Μαρώνεια.. ἥν φασιν εἶναι τὴν ὑφ' Ὁμήρου Ἴσμαρον καλουμένην. V. Ephor. fr. 74. || — 678. αὐτὴ cod. De Chiorum colonia aliunde non constat. Secundum Diodorum V, 79 Rhadamanthus Œnopioni filio Chium, Euanthi duci Maroneam (a Marone conditam I, 18, 3) assignavit. Noster quoque ad Euanthem coloniam referre poterat, quem filium dixerit Œnopionis Chii, sicut facit Ion Chius ap. Pausan. VII, 4, 8

πρότερον γὰρ εἶναί φασιν ἐν ταύτῃ τινές
τοὺς Τρῶας, Ἠλέκτρας τεκούσης Δάρδανον
τῆς λεγομένης Ἄτλαντος Ἰασίωνά τε,
ὧν τὸν μὲν Ἰασίωνα δυσσέβημά τι
πρᾶξαι περὶ Δήμητρος λέγουσ' ἄγαλμα καί
πληγῇ κεραυνωθέντα δαιμονίῳ θανεῖν,
τὸν Δάρδανον δὲ [δὴ] λιπόντα τοὺς τόπους
πρὸς τὴν ὑπώρειάν [γε] τῆς Ἴδης κτίσαι
πόλιν ἀφ' ἑαυτοῦ Δαρδανίαν καλουμένην·
τοὺς δὲ Σαμοθρᾷκας, Τρῶας ὄντας τῷ γένει,
ἀπὸ τοῦ τόπου δὲ Θρᾷκας ἐπικαλουμένους,
δι' εὐσέβειαν ἐγκαταμεῖναι τῷ τόπῳ.
Ἐν σιτοδείᾳ τῶν Σαμίων δ' αὐτοῖς ποτε
ἐπαρκεσάντων, τηνικαῦτ' ἐκ τῆς Σάμου
ἐπιδεξάμενοί τινας συνοίκους ἔσχοσαν.
Μετὰ τὴν Μαρώνειαν [δὲ] κεῖτ' Αἶνος πόλις
ἔχουσ' ἐποίκους ἐκ Μιτυλήνης Αἰολεῖς.
Ἡ Θρᾳκία δὲ χερρόνησος ἐχομένη
κεῖται, καθ' ἣν πόλις ἐστὶ πρώτη Καρδία,
ἀρχὴν μὲν ὑπὸ Μιλησίων κτισθεῖσα καί
Κλαζομενίων, πάλιν δ' Ἀθηναίων ὕπο,
ὅτε Μιλτιάδης ἐκράτησε Χερρονησίων.
Προσεχὴς δὲ Λυσιμάχεια· ταύτην δ' ἔκτισεν
ἐπώνυμον Λυσίμαχος ἀφ' ἑαυτοῦ πόλιν.
Λίμναι δ' ἐφεξῆς εἰσιν αἱ Μιλησίων·
εἶτ' Αἰολέων Ἀλωπεκόννησος πόλις·

nam prius in ea fuisse quidam dicunt
Trojanos, quum Electra, Atlantis filia,
peperisset Dardanum Jasionemque;
quorum Jasionem facinus impium
patrasse in Cereris aiunt simulacrum,
et ictum fulmine divino periisse;
Dardanum igitur, relictis illis locis,
ad radicem Idæ montis condidisse
urbem de ipso Dardaniam vocatam;
Samothraces vero, Trojanos genere,
a loco autem Thraces cognominatos,
pietatis causa in eo loco permansisse.
In fame autem quum Samii ipsis quondam
auxiliati essent, tunc e Samo illi
excipientes quosdam habitationis socios habuerunt.
Post Maroneam sita est Ænus urbs,
habens incolas e Mitylene Æoles.
Thracia vero Chersonesus finitima
jacet, in qua urbs est prima Cardia,
initio a Milesiis condita et
Clazomeniis, rursus vero ab Atheniensibus,
quando Miltiades subegit Chersonesios.
Finitima tum Lysimachia; hanc condidit
Lysimachus cognominem sibi urbem.
Limnæ deinde sunt Milesiorum,
tum Æolum Alopeconnesus urbs;

(Fragm. Hist. II, p. 50, 13). || — 683. Ἀτλαντίδος pro Ἄτλαντος, quod codex habet, conjecerat Krebsius, recepit Letronnius, quamquam vulgata eundem fundit sensum, ista autem conjectura numeros mire debilitat. || — 685. λέγουσι ἄγαλμα codex. De re cum Nostro faciunt Hellanicus et Idomeneus ap. schol. Apoll. Rh. I, 916 : Φασὶ κεραυνωθῆναι αὐτὸν ὑβρίζοντα ἄγαλμα τῆς Δήμητρος. Similiter Conon Narr. 21 ; Φάσμα Δήμητρος αἰσχῦναι βουληθεὶς ἐκεραυνώθη. Vulgo aliter narrant, uti constat. Ad Nostra proxime accedit Strabo VII, fragm. 48. || — 686. δαιμονίᾳ editt. ante Letronnium. || — 687. Particulam δὴ inseruit Meinekius, ante quem edebatur τὸν Δάρδανον δὲ λιπόντα τοὺς τόπους [προτοῦ], in quo offendit cæsura trochaica pedis tertii; ipsum præterea supplementum friget. Ceterum ne Meinekiana quidem genuina poetæ verba habeo; nam quod versu seq. legitur γε a codice abest (quod notare omisit Miller.), nec unquam in libris fuerit, quum vi sua careat h. l. particula. Possis : τὸν Δάρδανον δὲ δὴ λιπεῖν τε τοὺς τόπους, πρὸς τὴν ὑπώρειάν τε τῆς Ἰ. κτίσαι. Sed quum in seqq. poeta causam dicat, cur Troes manserint, δι' εὐσεβείας scilicet, dixerit etiam disertius cur abierit Dardanus. Reliquit insulam: λυπούμενος, ut Apollodorus (III, 12, 1) ait, vel ἐπὶ τἀδελφῷ συγχυθείς, ut Conon l. l. Similiter nescio an Noster dixerit : τὸν Δάρδανον δεδιότα δὲ λιπεῖν τοὺς τόπους. || — 691. Τρῶας pro Θρᾷκας codex; em. Krebsius Lectt. Diod. p. 153. || — 694. τηνικαῦτα codex. Rem sic alius nemo tradidit. Proxime ad nostra accedunt qui Samothracen dictam insulam tradunt a Samiis extorribus, quos sive Ephesii sive tyranni patria ejecerant. Vid. Heraclides Ponticus Polit. 21 (Fr. H. II, p. 218), Pausanias VII, 4, 3, Antiphon Περὶ τοῦ Σαμοθρᾳκῶν φόρου ap. Suidam v. Σαμοθρ.; quæ res evenit an. 209 post Troica, teste Apollodoro fr. 180 (Fr. H. I, p. 461). Ex aliorum sententia primum insula Samus, deinde ab advenis Thracibus Samothrace dicta est, uti constat. || — 696. δὲ particulam addidit Hœschelius. || — 697. Μυτιλήνης scr. Meinekius; quæ nominis forma inscriptionibus probatur, altera tamen adeo apud vett. auct. frequens est, ut scribis imputari nequeat. De re cf. Strabon. VII, fr. 50 : Πρὸς δὲ τῇ ἐκβολῇ τοῦ Ἕβρου... πόλις Αἶνος ἐν τῷ Μέλανι κόλπῳ κεῖται, κτίσμα Μιτυληναίων καὶ Κυμαίων, ἔτι δὲ πρότερον Ἀλωπεκοννησίων. Fluxerunt hæc ex Ephoro, cujus vide fr. 73. Cf. Stephan. Byz. s. v.; Strabo p. 319. Novit urbem Homerus, Il. 4, 520. Ab Ænea conditam fabulantur Mela II, 2 et Virgil. III, 18. V. Mannert. VII, p. 206 sq. — 700 sq. Cf. Strabo VII, fr. 50 : Μιλησίων καὶ Κλαζομενίων κτίσμα, ὕστερον δὲ καὶ Ἀθηναίων. Mitto alios. || — 703. Λυσιμάχια cod.; em. Mein. || — 705. Limnas a Milesiis conditas ex Anaximene Lampsaceno etiam Strabo tradit XIV, p. 635. Idem in fragm. Vatican. lib. VII, 50 : Μετὰ δὲ Καρδίαν Δράβος καὶ Λίμναι· εἶτ' Ἀλωπεκόννησος, εἰς ἣν τελευτᾷ μάλιστα ὁ Μέλας κόλπος. Hæc si cum nostris, ubi eadem est locorum series, comparaveris, apparet a vero aberrasse Kiepertum, qui Limnas ab Alopeconneso boream versus ponit. Quonam loco Alopeconnesus sita fuerit e Strabonis verbis jam liquet, et acu rem in mappa tetigit Reichardus. Præterea Limnarum mentio, minus tamen accurata, exstat ap. Stephan. Byz. : Λίμναι, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ περὶ

ἑξῆς Ἐλαιοῦς, Ἀττικὴν ἀποικίαν
ἔχουσα, Φόρβας ἣν συνοικίσαι δοκεῖ.
Ἔπειτα Σηστὸς καὶ Μάδυτος, αἱ κείμεναι
ἐπὶ τοῦ στενωποῦ Λεσβίων δ' οὖσαι κτίσεις.
Εἶτ' ἔστι Κριθώτη πόλις τε Πακτύη·
λέγουσι καὶ ταύτας δὲ Μιλτιάδην κτίσαι.
Μετὰ τὴν δὲ Χερρόνησον ἐν Προποντίδι
Θράκη παρήκει, καὶ Σαμίων ἀποικία
Πέρινθός ἐστιν· ἐχομένως Σηλυμβρία,
ἣν οἱ Μεγαρεῖς κτίζουσι πρὶν Βυζαντίου·
ἑξῆς Μεγαρέων εὐτυχῶν Βυζάντιον.
Μετὰ ταῦτα δ' ἔσθ' ὁ Πόντος, οὗ δὴ τὴν θέσιν
ὁ Καλλατιανὸς συγγράφων Δημήτριος
ἔοικεν ἐπιμελεστάτως πεπυσμένος.
Κατὰ μέρος αὐτοῦ τοὺς τόπους διέξιμεν.
Τοῦ Ποντικοῦ γὰρ στόματός ἐστι πλησίον
Βυζαντίων χώρα Φιλία καλουμένη.
Εἶτ' αἰγιαλός τις Σαλμυδησσὸς λεγόμενος

tum Elæûs Atticam coloniam
habens, quam Phorbas condidisse putatur.
Deinde Sestus et Madytus sitæ
ad freti angustissimum, a Lesbiis conditæ.
Dein Crithote est urbsque Pactya;
has quoque fertur Miltiades condidisse.
Post Chersonesum in Propontide
Thracia porrigitur, et Samiorum ibi colonia
Perinthus est; finitima Selymbria,
quam Megarenses condunt ante Byzantium.
Dein beatorum Megarensium Byzantium.
Post hæc est Pontus, cujus situm
Callatianus scriptor Demetrius
accuratissime videtur comperisse.
Singillatim ejus loca describemus.
Ponti namque ori est vicina
Byzantiorum regio Philia quam vocant.
Deinde litus quoddam Salmydessus dictum,

Σηστόν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. || — 707. ἐλαιουσα (sine acc.) ττικὴν codex. Hinc Ἐλαιοῦς Τηικὴν edebatur ante Letronnium. Putari possit scribendum esse Ἐλαιοῦσ' Ἀττικὴν, quam formam aliorum nominum exemplis licet defendere, monente Meinekio. « Ita Ταφιοῦς dicitur et Ταφιοῦσσα, Κοχλιοῦς et Κοχλιοῦσσα, Τειχιοῦς et Τειχιόεσσα. Cf. Salmasius ad Solin. p. 714. Nihil tamen mutandum; quamquam enim hujusmodi nomina proprie masculinum sibi genus postulant, id quod de Elæunte et Trapezunte disertim testatur Strabo VII, p. 331 : ὅτι ἡ πόλις ὁ Ἐλαιοῦς ἀρσενικῶς λέγεται · τάχα δὲ καὶ ὁ Τραπεζοῦς, usus tamen obtinuit ut utroque genere dicerentur, e. c. Σελινοῦς, de quo Stephanus Byzantius p. 249, 17 : Σελινοῦς, πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη. Cujus rei exemplum habemus ap. Diodor. XIII, 59 et Virgilium Æn. III, 507 : *palmosa Selinus*. Pariter ἡ Τραπεζοῦς dixerunt Ælianus N. An. V, 42 et Aristot. Mir. Ausc. 17. » MEINEKE. Ipsa nostra urbs Elæûs feminino genere commemoratur ap. Procop. De ædif. IV, 10. p. 89, D, notante Dindorfio in Thes. gr. s. v. Ἐλαιοῦς. || — 708. Φορϐοων (sine acc.) codex; in Vaticano apographo margo habet Φόρϐη; Φόρϐας scripserunt Vindingius, Berkel ad Stephan. Byz. s. v. Ἀλωπεκόννησος et Gailius; Φορϐῶν Letronnius. Aut Φόρϐος aut Φόρϐας fuisse recte Meinekius statuit; hoc tamen verisimilius, quum Phorbas in Attica historia occurrat. Sic Phorbantem novimus archontem perpetuum (Pausan. VI, 19, 13), atque heroem Phorbantem, qui Theseum in expeditione contra Amazones comitatus esse dicitur (Polemon. fr. 55, tom. III, p. 132); nescio an hunc ipsum Scymnus indicaverit, ideoque pro more Græcorum ad remotam antiquitatem retulerit coloniam, quæ probabiliter ad ea demum tempora pertinet, quibus Cardia, Crithote et Pactye ab Atheniensibus frequentatæ sunt. Erat in Attica demus Ἐλαιοῦς tribus Hippothoontidis. Ceterum Chersonesi urbs Elæûs ab Hegesistrato Ephesio condita, si fides habenda Pseudo-Plutarcho in Parall. min. c. 41, ubi testem adducit Pythoclem ἐν Γεωργικοῖς. || — 709. Ἄϐυδος pro Μάδυτος codex; em. Gail. in notis p. 389. Eodem modo urbis nomen corruptum erat in Scylac. § 67, quod ibi jam Gronovius correxit. Urbis originem præter Nostrum indicat Eustathius ad Dionys. 513 : Σηστὸς μὲν, Λεσϐίων ἄποικος, καθὰ καὶ ἡ Μάδυτος, ὡς ὁ γεωγράφος φησί, Strabo scilicet in libri septimi parte deperdita. Ceterum cf. not. ad Scylac. « Quod autem Sestum (Meinekius monet) ante Madytum nominavit scriptor, id versus causa fecisse putandus est, similiterque v. 626 Thessalonicam posuit ante Pydnam. » || — 715. ἐχομένως ἡ Σ. cod.; em. Fabricius. De Samia Perinthi origine v. Strabon. VII, fr. 54; Plutarch. Qu. gr. c. 56 et Marcianus Heracleota p. 29. Condita urbs Ol. 45, 3 sec. Euseb. Chron. Arm. V. Clinton F. H. tom. I, p. 222. Longe aliter statuit Panofka De reb. Sam. p. 22. || — 716. Nota usum vocis πρίν. V. Steph. Thes. s. v. p. 1599, D. De anno urbis conditæ non constat. Clinton l. l. p. 192. ad an. 662 vel Ol. 29, 3 rem retulit. || — 719. συγγραφεὺς apogr. Vatican. Cf. v. 565. || — 720. πεπεισμένος cod. || — 723. Φιλία] Cf. Steph. Byz. : Φιλέας, χωρίον Βυζαντίου · τὸ ἐθνικὸν Φιλεάτης. Τινὲς δὲ Φιλίαν, ἄλλοι δὲ Φινέαν γράφουσι. In Anonym. Peripl. Pont. Eux. codex semel Φιλέας, semel Φιλίας habet. Forma Φιλέας est ap. Nicetam Chron. p. 750, 20 ed. Bonn.; *Philias* in Tab. Peuting. et Geogr. Ravenn. IV, 6. V, 12; *Phileæ* ap. Melam II, 2. Φιλία ἄκρα Ptolem. III, 11. Φιλεατίνη λίμνη ap. Zosim. I, 34. Oppidum ap. Arrianum Peripl. p. 25 vocatur Φρυγία, nescio an librorum vitio. Hinc Anonymus l. l. Φρυγίαν τὴν καὶ λεγομένην Φιλίαν. || — 724 sqq. Hos de Salmydesso versus in sua transtulit Anonymus auctor Peripl. Ponti Euxini p. 15 Huds. De re cf. Strabo VIII, p. 319 : Ἔστι δὲ οὗτος (ὁ Σαλμυδησσὸς) ἔρημος αἰγιαλὸς καὶ λιθώδης, ἀλίμενος, ἀναπεπταμένος πολὺς πρὸς τοὺς βορέας, σταδίων ὅσον ἑπτακοσίων, μέχρι Κυανέων τὸ μῆκος, πρὸς ὃν οἱ ἐκπίπτοντες ὑπὸ τῶν Ἀστῶν διαρπάζονται τῶν ὑπερκειμένων Θρακίου ἔθνους. Cf. id. p. 50. 52. 541; Xenophon Anab. VII, 5, 12, coll. Diodoro XIV, 37, 2. Æschylus Prometh. 726 : τραχεῖα πόντου Σαλμυδησία γνάθος ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ

ἐφ' ἑπτακόσια στάδια τεναγώδης ἄγαν
καὶ δυσπρόσορμος ἀλίμενός τε παντελῶς
παρατέταται, ταῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος.
Εἶτ' εὐλίμενος ἄκρα συνάπτει Θυνιάς,
τῆς Ἀστικῆς Θρᾴκης ὑπάρχουσ' ἐσχάτη,
μεθ' ἣν πόλις ἐστὶ σύνορος Ἀπολλωνία.
ταύτην δὲ πρότερον ἔτεσι πεντήκοντά που
κτίζουσι τῆς Κύρου βασιλείας τὴν πόλιν
εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι·
πλείστας ἀποικίας γὰρ ἐξ Ἰωνίας
ἔστειλαν εἰς τὸν Πόντον, ὃν πρὶν ἄξενον
διὰ τὰς ἐπιθέσεις λεγόμενον τῶν βαρβάρων
προσηγορίας ἐποίησαν εὐξείνου τυχεῖν.
Περὶ τὴν ὑπώρειαν δὲ τοῦ καλουμένου
Αἵμου πόλις ἐστὶ λεγομένη Μεσημβρία,
τῇ Θρᾳκίᾳ Γετικῇ τε συνορίζουσα γῇ·
Καλχηδόνιοι ταύτην δὲ Μεγαρεῖς τ' ᾤκισαν,
ὅτ' ἐπὶ Σκύθας Δαρεῖος ἐστρατεύετο.
Αἷμος μέγιστον δ' ἔστιν ὑπὲρ αὐτὴν ὄρος,
τῷ Κίλικι Ταύρῳ τὸ μέγεθος προσεμφερὴς
τῇ τε κατὰ μῆκος τῶν τόπων παρεκτάσει·
ἀπὸ γὰρ Κροβύζων τῶν τε Ποντικῶν ὅρων

ad septingenta stadia, paludosum valde
et difficile appulsu, portuque prorsus carens,
porrigitur, navibus inimicissimus locus.
Sequitur cum portu commodo promontorium Thynias,
quod Asticæ Thraciæ extremum est.
Post id urbs est contermina Apollonia;
hanc annis fere quinquaginta
ante Cyri regnum urbem condunt
in ea loca venientes Milesii;
plurimas enim colonias ex Ionia
miserunt in Pontum, quem prius Inhospitalem
ob insidias dictum barbarorum,
Hospitalis nomen effecere nancisci.
Circa radicem montis cui nomen
Hæmi, urbs est dicta Mesembria,
Thraciæ Geticæque finitima terræ.
Chalcedonii et Megarenses eam condiderunt,
quum contra Scythas Darius arma movit.
Hæmus ei celsissimus imminet mons,
Ciliciæ Tauro similis magnitudine
et secundum longitudinem locorum extensione;
a Crobyzis enim et finibus Ponticis

νεῶν (qui tamen regionem hanc ad Thermodontem transfert); Sophocles Antigon. 969 ibique schol.; Herodot. IV, 93; Lycophron 186 et 1286, ubi perperam Tzetzes: Σαλμυδησσὸς, τὸ μεταξὺ Βυζαντίου καὶ Δαμάλεως πέλαγος ἀπὸ Σαλμυδησσοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ. Stephan. Byz.: Σαλμυδησσὸς, κόλπος τοῦ πόντου. Arrian. Peripl. § 25. De urbe Salmydesso v. præter Arrianum Apollodor. I, 9, 21. Mela II, 2. Plin. IV, 18. || — 727. παρατέτανται cod. || — 728. ἐλίμος et Θυνίας cod. || — 729. Quod apud Fabricium (et hinc ap. Meinekium) legitur Ἀστυκῆς, typothetarum errori deberi videtur. De Astis, Thraciæ gente, v. Steph. Byz. v. Ἀσταί, ubi cum Meinekio legendum est: Ἀσταὶ, ἔθνος Θρᾴκης· Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ια'· τὸ κτητικὸν Ἀστικός· καὶ Ἀστικὴ [χώρα Βυζαντίων, ὡς Θεόπομπος ἐν μζ'.] Uncis inclusa codd. exhibent s. v. Ἀστακός. Strabo p. 319. 320. Plinius IV, 18: *Astice regio*. || — 730. ἡ Ἀπολλωνία cod.; em. Mein. De Milesia origine cf. Strabo VII, p. 319; Stephanus: Ἀπολλωνία.. ἐν νήσῳ (i. e. in chersoneso) πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ, ἀποικία Μιλησίων καὶ Ῥοδίων. Ælian. V. Hist. III, 17: Ἀναξίμανδρος δὲ ἡγήσατο τῆς εἰς Ἀπολλωνίαν ἐκ Μιλήτου ἀποικίας. Hæc cum nostris num concilianda sint, quæritur. Ex vulgari enim computu quum Anaximander sec. Apollodorum natus sit an. 610, Apollonia autem sec. Scymnum deducta sit circa an. 609, minime hæc concinunt. Fieri tamen potest, ut Apollodorus Anaximandrum quoque, sicuti Democritum et Anaxagoram (v. C. Hermanni Disp. de philos. Ionicorum ætatibus. Gotting. 1849) justo juniorem fecerit. || — 740. Vox Γετικῇ lectu difficilis in cod. Parisino; hinc spatium vocis vacuum in apogr. Palat. Suppleta olim ex Anonymi Peripl., qui eadem habet e Nostro. || — 741. Καρχηδόνιοι cod. V. Herodot. VI, 33: Βυζάντιοι μέν νυν καὶ οἱ πέρηθεν Καλχηδόνιοι οὐδ' ὑπέμειναν ἐπιπλέοντας τοὺς Φοίνικας, ἀλλ' οἴχοντο ἀπολιπόντες τὴν σφετέρην ἔσω ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον, καὶ ἐνταῦθα πόλιν Μεσαμβρίην οἴκησαν. Cf. Strabo VII, p. 319: Μεσημβρία, Μεγαρέων ἄποικος, πρότερον δὲ Μενεβρία. κτλ. || — 742. ἐστρατεύσατο ante Meinekium; ἐστρατεύετο et codex Parisinus et apogr. Vatican. et codex Anonymi Peripl. exhibent. || — 743. Αἷμος] Hæc vox ultima est in codicis Parisini pagina 143. Sequens pagina, quæ codicis, qualem nunc habemus, postrema est, proximosque poetæ versus circiter quadraginta continebat, tantas subiit temporum hominumque injurias, ut legi nihil nisi syllabæ literæve quædam hic illic possint. Quæ in sequentibus exhibentur poetæ fragmenta, depromta sunt ex Peripli Ponti Euxini auctore anonymo, quem ex Nostro multa in sua transtulisse inde a versu 724 erat intelligere. Ac casu factum est ut ultima pag. 143 vox, Αἷμος, apud Anon. initium sit fragmenti poetici. Ex iis vero quæ deinceps ap. Anon. sequuntur, vocabulum μέγιστον, literæque υ et ρ et κι in ὑπὲρ et Κίλικι intentis oculis etiam nunc in codicis pagina ultima apparent. Ceterum primi poetica hæc ex Anonymi periplo expiscari, et ubi soluti in prosam numeri essent, versus recudere instituerunt Lucas Holstenius et Isaacus Vossius. Holsteniana edidit Theodorus Rykius ad calcem notarum Holsten. in Stephan. Byz. (Lugd. Bat. 1692); Vossius sua protulit in notis ad Anonym. Deinde cum integra Nostri parte hæc junxerunt Hudsonus, Gailius, Letronnius, Fabricius, Meinekius. || — 743. Αἷμος δὲ μέγιστον dedit Letronnius, particulam δὲ in codice adhuc superesse monens, quam ego ut metris consulatur, transposui e conjectura Meinekii. || — 746. ὀρῶν Anom.; em. Letronnius. Post vocem τόπων versus et dimidius excidit; nam verborum διεκβάλλει τόπων in codice vestigia supersunt linea quarta; media autem linea sexta distinguere adhuc licebat ..ζους Θρακ,

ἄχρι τῶν Ἀδριατικῶν διεκβάλλει τόπων.

usque ad Adriaticos excurrit tractus.

Ὀδησσὸς, ἣν Μιλήσιοι
κτίζουσιν, Ἀστυάγης ὅτ' ἦρχε Μηδίας·
αὕτη Κροβύζους Θρᾷκας ἐν κύκλῳ δ' ἔχει.

Odessus, quam Milesii
condunt, quum Astyages regebat Mediam;
hæc Crobyzos Thraces circumcirca habet.

Διονυσόπολις δ', ἣ πρῶτον ὠνομάζετο
Κρουνοὶ διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις·
Διονυσιακοῦ δὲ προσπεσόντος ὕστερον
ἐκ τῆς θαλάττης τοῖς τόποις ἀγάλματος,
Διονυσόπολιν λέγουσι κληθῆναι πάλιν.
Ἐν μεθορίοις δὲ τῆς Κροβύζων καὶ Σκυθῶν
χώρα μιγάδας Ἕλληνας οἰκητὰς ἔχει.

Dionysopolis primum nominabatur
Cruni ob propinquas aquarum scaturigines;
postea quum Dionysi seu Bacchi signum
mare in hæc litora expulisset,
Dionysopolin rursus dictam asserunt.
Hæc in Crobyzorum et Scytharum finibus
regio mixtos Græcos habet incolas.

. . . Βιζώνη. . . . Τοῦτο δέ
τὸ πολίχνιον φασίν τινες μὲν βαρβάρων,
τινὲς δ' ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας.

Bizone. . . . . . Hoc
oppidulum quidam ferunt barbarorum,
quidam autem Mesembriæ fuisse coloniam.

Κάλλατις,
ἀποικία τῶν Ἡρακλεωτῶν γενομένη
κατὰ χρησμόν· ἔκτισαν δὲ ταύτην, ἡνίκα
τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν Ἀμύντας παρέλαβεν.

Callatis,
Heracleotarum colonia deducta
jussu oraculi; condiderunt eam, quando
Macedonum regnum Amyntas suscepit.

---

i. e. Κροβύζους Θρᾷκας. || — 748. *Anonym. p.* 13 *Huds.; p.* 228, 2 *Gail.* : Ὀδησσὸν κτίζουσι Μιλήσιοι, ὅτε Ἀστυάγης ἦρχε τῆς Μηδίας· ἐν κύκλῳ δὲ αὐτῆς ἔχει Κροβύζους Θρᾷκας. Versus sunt Holstenii, nisi quod initio pro Ὀδησσὸν οἱ Μιλήσ. cum Meinekio malui Ὀδησσὸς, ἣν Μιλ.; deinde δὲ inserui ante ἔχει (τε ins. Letronnius). Meinekius ita : Ὀδησσὸς ἣν Μιλήσιοι | κτίζουσ', ὅτ' Ἀστυάγης ἐπῆρχε Μηδίας. | Θρᾷκας Κροβύζους ἐν κύκλῳ δ' αὐτῆς ἔχει. Quæ non admisi, quod Κροβύζους Θρᾷκας in codice poetæ fuisse patet. Quæ Vossius luserit, non refero. De Crobyzis v. Herodot. IV, 49, Hecatæi fr. 149, Phylarch. fr. 19, Etym. M. v. Ζάμολξις, Strabo VII, p. 318, Ptolem. III, 10, Hesychius s. v. et a Nostro ceterisque dissentiens Plinius IV, 26, qui Crobyzos ad Rhoden fluv. collocat. Odessum Milesiorum coloniam Strabo quoque VII, p. 319 et Plinius IV, 18 testantur, tempus vero deductæ coloniæ præter Nostrum tradit nemo. Cf. Raoul-Rochette, III, p. 786 sq., Clinton. F. H. I, an. 592. || — 751-757. *Anom. p.* 13. *Huds., p.* 227, 7 *Gail.* Initio Anonymus : αὕτη ἡ Διονυσόπολις πρῶτον; mutavit Meinekius; ἡ Διον. πρῶτον Holsten. et Vossius; Διον. δὲ πρῶτον Letronn. || — 753. Anonymus post vocem ἐκρύσεις pergit : ἔπειτα δὲ μετωνομάσθη Ματιόπολις· ὕστερον δὲ Διονυσιακοῦ ἀγάλματος προσπεσόντος ἐκ τῆς θαλάσσης τοῖς τόποις, Διονυσόπολιν λέγουσι κληθῆναι πάλιν. In quo verba ἔπειτα... Ματιόπολις non ex Nostro petita esse censet Vossius; Ματιόπολις corruptum putat ex Μαρκιανόπολις; hanc urbem, a Marciana Trajani uxore nominatam, quum non ita longe a Crunis sive Dionysopoli dissita sit, Anonymum pro altero Crunorum nomine habuisse perperam; eamque suspicionem confirmari quodammodo a Stephano Byzantio, qui ita habet : Διονύσου πόλις, ἐν τῷ Πόντῳ, ἡ πρότερον Κρουνοὶ ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων καταρροῆς, « Διονυσιακοῦ δὲ προσπεσόντος ὕστερον | ἐκ τῆς θαλάττης τοῖς τόποις ἀγάλματος », οὕτως ἐκλήθη. Nullam ibi mentionem fieri Matiopolis, quam de suo Anonymus addiderit. Quæ quidem argumentatio quamquam firma non est, probabilitate tamen non caret. Adde quod Plinius quoque IV, 18 nihil nisi hæc tradit : *Dionysopolin Crunos ante dictam alluit Ziras amnis*. Porro si reputes quæ de aqua fluvioli limpidissima in Marcianopoli refert Jornandes De reb. Get. c. 16 (v. Fragm. Hist. III, p. 676), non negabis facile fieri potuisse, ut Crunorum nomen ad hanc nonnulli referrent. Ceterum Crunos præter Plinium l. l. memorat Strabo p. VII, p. 319. De Dionysopoli v. Ptolemæus III, 10, p. 211, 33; Arrian. Peripl. Pont.; Hierocles p. 637; Itiner. Ant. p. 228; Tab. Peuting.; Geogr. Rav. IV, 6; Constantin. De Them. II, 1 (nunc *Baldsjik*). || — 756. « An ἦν μεθορίοις? » MEIN. || — 757. χώρας κειμένη μιγάδας Anom.; in ordinem redegit Letronnius; χώρας μιγάδας Holstenius. || — 758-760 *Anonym. p.* 13 *H., p.* 227, 3 *G.* : Τοῦτο τὸ πολίχνιόν (sc. Βιζώνη) τινες μέν φασι βαρβάρων, τινὲς δὲ ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας. Versus fecit Holstenius. Vossius ita : Τοῦτο τὸ πολίχνιόν τινές φασι βαρβάρων κτλ. Bizonen memorant Strabo I, p. 54. VII, p. 319; Mela II, 2; Plinius IV, 18; Arrian. Peripl. p. 24 (ubi Βίζον); Tab. Peut.; Steph. Byz.; Geogr. Rav. IV, 6 (ubi *Bizoi*). Quod de origine urbis Noster tradit, aliunde non novimus. || — 761-764. *Anonym. p.* 12 *H., p.* 226, 4 *G.* : Κάλατις Ἡρακλεωτῶν ἀποικία κατὰ χρησμὸν γενομένη· ἔκτισαν κτλ. Ordinavit Letronnius. Heracleotarum coloniam dicunt etiam Memno c. 21 (Fr. Hist. III, p. 537), Strabo I, p. 54 et XII, p. 542, et Etym. M. p. 486, 41 : Κάλλατις ... κτισθεῖσα ὑπὸ Ἡρακλειώτου (sic)· ὠνόμασται δ' ἀπὸ τῆς παρακειμένης λίμνης.

Τόμοι δ' ἄποικοι γενόμενοι Μιλησίων,
ὑπὸ Σκυθῶν κύκλῳ δὲ περιοικούμενοι.

Tomi colonia est Milesiorum,
a Scythis undique cincta accolis.

Πόλις
Ἴστρος ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβοῦσα τοὔνομα.
Ταύτην τὴν πόλιν
Μιλήσιοι κτίζουσιν, ἡνίκα Σκυθῶν
εἰς τὴν Ἀσίαν στράτευμα διέβη βαρβάρων
τὸ Κιμμερίους διώκον ἐκ τοῦ Βοσπόρου.

Urbs
Istrus a fluvio suum nacta nomen.
Hanc urbem
Milesii condunt, quando Scytharum
barbarorum exercitus in Asiam transiit,
Cimmerios e Bosporo fugientes persequens.

Ἴστρος ὁ ποταμός·
κατέρχετ' ἀπὸ τῶν ἑσπερίων οὗτος τόπων
τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος·
καὶ δυσὶ δὲ ῥεῖ σχιζόμενος εἰς τὸν Ἀδρίαν.
Ἀμέλει δὲ μέχρι τῆς Κελτικῆς γινώσκεται.
καὶ τῷ θέρει τὸν πάντα διαμένων χρόνον·
χειμῶνι μὲν γὰρ αὔξεται πληρούμενος
τοῖς γινομένοις ὄμβροισιν, ἐν δὲ τῷ θέρει
ἀπὸ τῆς χιόνος, ὥς φασι, τὰς ἐπιρρύσεις
τῶν τηκομένων τε λαμβάνων ἀεὶ πάγων,
τὸ ῥεῖθρον ἐξίησιν ὡσαύτως ἴσον.
Ἔχει δὲ καὶ νήσους ἐν αὐτῷ κειμένας

Ister fluvius.
Is ex occiduis devenit locis
quinque ostiis in Pontum exiens,
duobus vero scissus in Adriam quoque influit.
Ad Celticam usque satis notus est. . .
[*idem fere et hieme*] et æstate omni manens tempore;
nam hieme quidem augetur impleturque
quæ fiunt pluviis, æstate autem
a nive, ut ferunt, augmenta
liquefactâque subinde sumens glacie,
fluentum emittit pariter æquale.
Habet etiam insulas in ipso sitas

Tempus unus Noster tradit. Ante Heracleotas locum insedisse Milesios nonnulli putant, siquidem Mela II, 2 Callatin *a Milesiis deductam*, Plinius vero l. l. urbem *antea Acervetin* (?) vocatam tradunt. Quæ quidem sententia non certior est quam altera illa, ex qua Heracleam et Byzantium denuo incolis frequentatam a Milesiis esse censent, quoniam conditas eas a Milesiis dicunt Strabo p. 542 et Vellejus II, 15. Vide Müller. *Min.* p. 293 sq. || — 765 sq. *Anom. p.* 12, *H.*, *p.* 226, 1 *G.* : Τομέοι ἄποικοι γινόμενοι Μιλησίων ὑπὸ Σκυθῶν ἐν κύκλῳ οἰκούμενοι. Refinxit Letronnius. Pro Τομέοι fort. fuisse Τομεῖς conj. Meinekius. || — 667-672. *Anom. p.* 12 *H.*, *p.* 225, 10 *G.* : Αὕτη ἡ πόλις Ἴστρος ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔλαβεν τὸ ὄνομα καὶ ταύτην τὴν πόλιν κτλ. Refinxit Meinekius; ἔλαβε τοῦτο τοὔνομα dedit Letronnius. Ceterum verba ταύτην τὴν et ex seqq. διε.... βαρ et βοσπορ conspiciuntur in codicis Parisini paginæ ultimæ lin. 5. 4. 3 ab ima. De Istro Milesiorum colonia cf. Strabo p. 319 et Eustath. ad Perieg. Dion. 823. De tempore rei v. Hieronym. ad. an. Abrah. 1363 (Ol. 31, 3. 654 a. C.) vel Euseb. Arm. ad an. 1362 : *Acanthus condita et Stagira. Istrus in Ponto condita. Lampsacus condita et Abdera. In Sicilia Selinus condita. In Ponto Borysthenes condita.* Cf. Syncell. p. 213, B. Vulgo tamen ob Scytharum expeditionem quam Noster memorat, deductam Istrum statuunt circa Ol. 36, 4. 633 a. C. (v. Clinton. Fast. Hell. tom. I, p. 204). Attamen non temere positus ille Eusebii numerus, ipsiusque Ephori calculis niti videtur. De quo pluribus exponere non hic est locus. Ceterum de Istro urbe adi Mannertum tom. VII, p. 125 sqq. || — 773-791. *Anom. p.* 11 *H.*, *p.* 224, 5 *G.* : Οὗτος ὁ Ἴστρος ποταμὸς (ὁ καὶ Δανοῦβις καλούμενος) κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων, τὴν ἐκβολὴν κτλ. Hæc ita dedi ut refinxit Meinekius in Præfat. p. XI. In ipso contextu scripserat : Ἴστρος ὁ ποταμὸς | ἀφ' ἑσπερίων μόνος κατέρχεται, seductus iis quæ laudato *Scymno* affert schol. Apoll. Rhod. IV, 284, de quo loco v. Prolegg. Letronnius scripsit : Ἴστρος δὲ ποταμὸς | κατέρχεται μὲν ἑσπερίων ἀπὸ τῶν τόπων. Vossius luserat : Ἴστρος ποταμὸς ὅ τε Δάνουβις καλούμενος | κατέρχεται μὲν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων. Mitto Holstenium, qui minus etiam quam Vossius numeros curavit. || — 776. Anonymus ita : δυσὶ δὲ περισχιζόμενος καὶ εἰς τὸν Ἀδρίαν ῥεῖ. Quæ refinxi. Letronnius tentavit : δυσὶ δὲ διασχιζόμενος ἐς Ἀδρίαν ῥέει. Meinekius : « Hoc unum, inquit, video apud Anonymum verba ex pluribus esse contracta et inter περὶ et σχιζόμενος aliquid excidisse. Id quale fuerit suspicari licet ex his Apollonii Rhod. IV, 321 : Οὐδ' οἱ περὶ Λαύριον ἤδη Σίνδοι ἐρημαῖον πεδίον μέγα ναιετάοντες, et paucis interjectis : καὶ ἄπωθεν ἰόντα ἀγγούρου ὄρεος σκόπελον παρὰ Καυλιακοῖο, ᾧ πέρι δὴ σχίζων Ἴστρος ῥόον ἔνθα καὶ ἔνθα βάλλει ἁλὸς, ubi vide schol., collato Stephano Byz. v. Καυλικοί, ἔθνος κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον, Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Κέκληται δ' ἀπὸ ὄρους. Itaque non vituperaverim equidem, si quis Scymni verba hæc fere fuisse conjiciat : δυοῖν δὲ περὶ [Σίνδους ὄρος τε Καυλικὸν] | σχιζόμενος ἐξίησιν εἰς τὸν Ἀδρίαν. » Quinque Istri ostia præter Nostrum memorant Herodot. IV, 47, II, 10; Ephorus ap. Strabon. VII, p. 305 ; Arrian. An. I, 3. V, 4; Peripl. p. 23; Dionys. Per. 301; Eustath. ad Dion. 298; Mela II, 1 ; Claudian. De bello Get. 387; Leo Diacon. VIII, 1. Alii aliter. V. Ukert. III, 1, p. 159. De Istri brachio Adriatico bifariam rursus fisso v. Apollon. Rh. IV, 291, ibiq. schol. et Ukert. III, 1, p. 147. || — 477. δὲ μέχρι pro δὲ ἄχρι, quod Anom. habet, reposuit Meinekius; δ' ἄχρις Letronnius e conj. Boissonadii. || — 778-784. Sic hæc constituit Meinekius p. 47. Priores versus duos recte habet Anonymus, deinde vero pergit ita : τοῖς γινομένοις ὄμβροισι καὶ ἀπὸ

πολλάς τε καὶ μεγάλας μεγέθεσιν, ὡς λόγος,
ὧν ἡ μεταξὺ τῆς θαλάττης κειμένη
καὶ τῶν στομάτων οὐκ ἔστ' ἐλάττων μὲν Ῥόδου,
Πεύκη δὲ λέγεται διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἔχει
πευκῶν· ἐπ' εὐθείας κατ' αὐτὴν πελαγία
Ἀχιλλέως ἡ νῆσός ἐστι κειμένη.

multas atque magnas ambitu, ut fama est,
quarum una inter mare jacens
fluviique ostia non minor est Rhodo;
Peuce ei nomen propter copiam quam continet
picearum. Rectâ ei opposita
Achillis insula in alto jacet.

Ἔχει δὲ πλῆθος χειρόηθες ὀρνέων
θέαν ἱεροπρεπῆ τε τοῖς ἀφικνουμένοις.
Οὐ δυνατὸν ἀπὸ ταύτης δ' ἰδεῖν χώραν τινά
καίπερ ἀπεχούσης τῆς πέραν στάδια μόνον
τετρακόσι', ὡς δὴ συγγράφει Δημήτριος.

Habet insula mansuetam avium copiam,
religiosumque præbet advenis spectaculum.
Nequit ab ea terra ulla conspici,
quamquam non distat continens ultra stadia
quadringenta, ut tradit Demetrius.

τῆς χιόνος, ὥς φασιν, τὰς ἐπιρρύσεις τῶν τε τηκομένων λαμβάνων ἀεὶ πάγων, ἐν δὲ τῷ θέρει τὸ ῥεῖθρον ἔξεισιν ὡσαύτως ἴσον. Letronnius ita : ἀμέλει δ' ἄχρις τῆς Κελτικῆς γινώσκεται | κἂν τῷ θέρει τὸν πάντα διαμένων χρόνον· | χειμῶνι μὲν γὰρ αὔξεται πληρούμενος | τοῖς γινομένοις ὄμβροισι καὶ χιόνος ἄπο | τῶν τηκομένων τε λαμβάνων ἀεὶ πάγων, | ὥς φασι, τὰς ἐπιρρύσεις· κἂν τῷ θέρει | τὸ ῥεῖθρον ἐξίεισιν ὡσαύτως ἴσον. Contra Meinekius, recte, opinor, statuit post v. γινώσκεται excidisse videri versum, siquidem verba καὶ τῷ θέρει oppositionem sibi postulent. Itaque in fine ejus qui excidit versus fuisse suspicatur ἐν χειμῶνι δέ. Idem de sequentibus Letronnianis ait : « Fateor me in his nullum sensum videre, neque grammaticam legem ita ut decebat servatam. Nam ut de infelici isto ἐξίεισι taceam, verba χειμῶνι μὲν γὰρ satis docent non scribi posse κἂν τῷ θέρει, sed quod Anonymus habet ἐν δὲ τῷ θέρει. Male item χιόνος ἄπο scriptum est, propter omissum articulum, qui necessarius est. Quod autem summum est, ipsa laborat sententia, quæ quum hæc esse debeat, ut rationes explicentur, quibus fieri possit, ut Ister et æstate et hieme æquabilem aquarum multitudinem habeat, de hiemali tempore partim afferuntur ea quæ de hoc anni tempore dici non possunt, de æstivo autem tempore nihil omnino affertur. Has difficultates removeris si ita locum refingas : χειμῶνι μὲν etc. (vid. supra). Hæc autem vera esse docent, opinor, quæ ante oculos habuit Scymnus verba Herodoti IV, 50 : ἴσος δὲ αἰεὶ ῥέει ἔν τε τῷ θέρεϊ καὶ χειμῶνι ὁ Ἴστρος κατὰ τοιόνδε τι, ὡς ἐμοὶ δοκέει. Τοῦ μὲν χειμῶνός ἐστι ὅσος περ ἐστὶ, ὀλίγῳ τε μέζων τῆς ἑωυτοῦ φύσιος γίνεται· ὕεται γὰρ ἡ γῆ αὕτη τοῦ χειμῶνος πάμπαν ὀλίγῳ, νιφετῷ δὲ πάντα χρέεται, τοῦ δὲ θέρεος ἡ χιὼν ἡ ἐν τῷ χειμῶνι πεσοῦσα, ἐοῦσα ἀμφιλαφής, τηκομένη πάντοθεν ἐσδιδοῖ ἐς τὸν Ἴστρον. In quibus etsi insunt, a quibus Noster dissentiat, in universum tamen summus est amborum consensus. » Herodoteis adde Pausaniam VIII, 38, 3. Ea quoque quæ initio hujus loci leguntur, ἀμέλει... γινώσκεται, in animum revocant quæ Herodotus II, 34 Istrum cum Nilo comparans dicit : Ὁ μὲν δὴ Ἴστρος (ῥέει γὰρ δι' οἰκευμένης) πρὸς πολλῶν γινώσκεται, περὶ δὲ τῶν Νείλου πηγέων οὐδεὶς ἔχει λέγειν. || — 786. τοῖς μεγέθεσιν Anom.; correx. Holsten. || — 787. θαλάσσης An.; em. Letronn. || — 788. οὐκ ἔστιν ἐλάττων μὲν τῆς Ῥόδου νήσου, Πεύκη δὲ λέγεται αὐτὴ διὰ κτλ. Anom.; em. Holstenius. De re cf. Eratosthenes ap. schol. Apoll. Rh. IV, 310 : Ἐρατοσθένης ἐν γ' Γεωγραφικῶν νῆσον εἶναι ἐν τῷ Ἴστρῳ φησὶ τρίγωνον, ἴσην τῇ Ῥόδῳ κτλ. || — 790. εἶτ οὕτως μετ' αὐτὴν πελαγία κειμένη ἡ προειρημένη τοῦ Ἀχιλλέως νῆσος Anom. Hinc Holstenius et Letronnius : μετ' αὐτὴν εἶτα πελαγία (πλαγία Letr.) κειμένη | Ἀχ. νῆσος. At dici εἶτα μετὰ ταῦτα, non dici μετὰ ταῦτα εἶτα, monet Meineke; πλαγία vero parum apte introductum, ut versus Holstenianus corrigeretur; πελαγία insula etiam Straboni VII, p. 383 vocatur. Meinekius itaque dedit : ἔπειτ' οὕτως μετ' αὐτὴν πελαγία | Ἀχιλλέως ἡ νῆσός ἐστι κειμένη, addens tamen vocem οὕτως corruptam esse. Scripsi ἐπ' εὐθείας (an fort. ἐναντίως?) | κατ' αὐτήν, collato Arrian. p. 24 : κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ στόμα ἐπ' εὐθὺ πλέοντι... νῆσος πρόκειται... Ἀχιλλέως. De ipsa insula vide uberrime disserentem Ukertium tom. III, 2 p. 442 sqq. et quos laudat. || — 792-796. *Anonym. p.* 10 *H., p.* 222, 3 *G.* || — 793. Particulam τε post θέαν habet Anom.; transposuit Meineke. Ceterum de avibus Leucæ insulæ v. Antigonus Mir. 134, Plinius X, 24, Solinus c. 19, Salmasius ad Solin. p. 152. Euripides Iphig. Taur. 435 : πολυόρνιθον αἶαν, λευκὰν ἀκτὰν, Ἀχιλλῆος δρόμους καλλισταδίους dicit, Achillis δρόμον cum Leuce insula confundens. || — 794. Anonymus : οὐ δυνατὸν δέ ἐστιν ἀπὸ ταύτης χώραν ἰδεῖν, καίπερ ἀπεχούσης αὐτῆς ἀπὸ τῆς ἠπείρου σταδίους υ', ὡς δὴ συγγράφει Δημήτριος. Ad quæ accommodare numeros tentavi. Letronnius scripsit : οὐ δυνατόν ἐστ' (οὐ δύνατα δ' ἐστίν conj. Mein.) ἤπειρον ἀπὸ ταύτης ἰδεῖν, | καίπερ ἀπεχούσης στάδια τῆς χώρας ἄπο | τετράκοσι' κτλ. || — 796. τετρακόσια] Consentit Plinius IV, 27 a Peuce insula Leucen insulam abesse dicens 50 millia : *Ante Borysthenem Achillea est supra dicta. Hanc temporum horum demonstratio a Borysthene* 140 *mill. ponit, a Tyra* 120 *mill.* (500 stad. sec. Strabon. VII, p. 306), *a Peuce insula quinquaginta millia. Cingitur circiter decem mill. passuum.* || — 797. *Anon. p.* 10 *H., p.* 221, 12 *G.* : Οὗτοι (sc. qui sunt inter Istri ostia et Tyram fluvium) Θρᾷκες καὶ Βαστάρναι ἐπήλυδες. Hinc supra adscripta dedit Holstenius numerus parum curans; quare Letronnius ut spondeum sede illegitima ejiceret, pro Βαστάρναι scripsit Βαστράναι; quæ literarum transpositio quamvis passim obvia, in opere tamen geographico juventutis in usum conscri-

(Οὗτοι δὲ Θρᾷκες Βαστάρναι τ' ἐπήλυδες.)

Ὁ ποταμός
Τύρας βαθύς τ' ὢν εὔβοτός τε ταῖς νομαῖς,
τῶν ἰχθύων διάθεσιν ἐμπόροις ἔχων,
ταῖς ὁλκάσιν τε ναυσὶν ἀνάπλουν ἀσφαλῆ.
Ὁμώνυμος δὲ τῷ ποταμῷ κεῖται πόλις
Τύρας, ἄποικος γενομένη Μιλησίων.

Ἐπὶ ταῖς δὲ καθ' Ὕπανίν τε καὶ Βορυσθένην
ποταμῶν διπλαῖσι συμβολαῖς ἔστιν πόλις
κτισθεῖσα, πρότερον Ὀλβία καλουμένη,
μετὰ ταῦθ' ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης
κληθεῖσα· ταύτην τὴν πόλιν Μιλήσιοι
κτίζουσι κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν·
διακοσίων σταδίων δὲ καὶ δὶς εἴκοσιν
ἀπὸ τῆς θαλάττης τὸν ἀνάπλουν Βορυσθένει

(Hi vero Thraces sunt Bastarnæque convenæ.)

Fluvius
Tyras profundus abundansque pascuis,
piscium venditionem mercatoribus præbens,
onerariisque navibus tutam subvectionem.
Cognominis fluvio adjacet urbs
Tyras, colonia quæ fuit Milesiorum.

Ad Hypanisque et Borysthenis
fluviorum geminos confluentes urbs est
condita, quæ prius Olbia vocata,
postea a Græcis rursus Borysthenes
nominata est. Hanc urbem Milesii
condunt Medici tempore imperii.
Ducentorum stadiorum et quadraginta
a mari est ad eam navigatio adverso flumine

---

pto inque non.ine parum noto ægre tuleris. Meinekius igitur liberius in his versatus dedit : Θρᾷκές τε Βαστάρναι τ' ἐπήλυδες. Ego uncis Holsteniana inclusi, utpote quæ a Scymno aliena esse putem. Nam Anonymi locus neque verbis neque orationis numero poetam prodit, neque omnino probabile est Nostrum, qui in tota hac Ponti descriptione Ephoreæ ætatis geographiam adumbrat, commemorasse Bastarnas, quorum ante Romana tempora sive ante Philippi ab Æmilio victi ætatem nemo fecit mentionem. Primus de iis dixit Polybius (v. Ukert. III, 2, p. 427 et passim). Itaque quum proxime antecedentia ex Artemidoro Anonymus adduxerit, ad eundem auctorem etiam hæc referenda esse censeo. Deinceps Fabricius (cujus vide Lectt. Scymn. p. 12) eique obtemperans Meinekius præter ordinem quem Anonymus sequitur, posuerunt versus 838-864, quibus gentes Scythicæ inde ab Istro usque ad Mæotidem habitantes eodem loco omnes recensentur. Causa vero hujus transpositionis est nulla. Nam perinde prorsus erat, sive de Istro locutus auctor barbaras gentes, quæ illinc sunt usque ad Mæotidem, recenseret, et deinde ad oræ descriptionem rediret, sive primum oram ad paludem usque legeret, et deinde populorum istorum recensum subjiceret. Idem valet de Anonymo, qui ut in reliquis ordinem periegesis probe servavit, sic etiam hoc loco non deseruisse putandus est. || — 798-803. *Anon. p.* 9 *H.*, *p.* 220, 4 *G.* : Οὗτος ὁ Τύρας ποταμὸς βαθύς τε ὢν, εὔβοτος ταῖς νομαῖς τῶν ἰχθύων ἐστὶν διάθεσιν ἐμπόροις ἔχων. In numeros redegerunt alius post alium melius quædam constituentes, Holstenius, Vossius, Letronnius, Meinekius. || — 803. λεγομένη ἄποικος Μιλησίων Anom.; em. Holsten. De natura Tyræ fluvii cf. Ovid. Ex Ponto IV, 10, 50 : *nullo tardior amne Tyras*. Flaccus Arg. VI, 84. Græcos ad ostia ejus habitasse narrat Herodotus IV, 51 : ἐπὶ δὲ τῷ στόματι αὐτοῦ κατοίκηνται Ἕλληνες, οἱ Τυρῖται καλέονται. (Ammianus. XXVII, 4 ludens : *civitas Tyros, colonia Phœnicum, quam præstringit fluvius Tyras*). Urbem Tyram ab Ophiusa non distinguunt Alexander Polyhistor ap. Stephan. Byz. v. Τύρας · ὁ δὲ Πολυίστωρ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πόλιν Τύραν (φησί), τοὺς δὲ πολίτας Τυράνους· ἐκαλεῖτο δὲ Ὀφιοῦσα, atque Plinius. *Clarus amnis Tyra oppido nomen imponens, ubi antea Ophiussa dicebatur*. Ptolemæus III, 10 inter utramque distinguit, Tyram non longe ab ora maritima, Ophiussam in eodem fluvii latere in mediterraneis ponens. At Alexandri et Plinii sententiam potiorem duxerim, quod reliqui scriptores nonnisi vel hoc vel illud nomen commemorant; Tyram novit Mela II, 1, 7; Ophiussam Scylax § 68 et Strabo, VII, p. 306, qui urbem a mari dissitam fuisse 140, vel sec. alios 120 stadiis refert (cf. not. Crameri tom. II, p. 31). Arrianus neque Ophiussam neque Tyram commemorat, ut tunc ad oram saltem nulla fuisse urbs videatur. || — 804-811. *Anonym. p.* 8 *H.*, *p.* 218, 12 *G* : Ἐπὶ δὲ ταῖς καθ' Ὕπανιν καὶ Βορυσθένην ταῖς τῶν δυοῖν ποταμῶν συμβολαῖς ἔστιν κτισθεῖσα πόλις, πρότερον μὲν Ὀλβία (Σαβία) καλουμένη, μετὰ δὲ ταῦτα ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης κληθεῖσα. Ταύτην δὲ κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν Μιλήσιοι κτίζουσιν· διακοσίων δὲ καὶ τεσσαράκοντα σταδίων τὸν ἀνάπλουν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἔχει τῷ ποταμῷ Βορυσθένει. Refinxit Letronnius. Meinekius v. 806 mallet : κτισθεῖσα πρὶν μὲν Ὀλβία, et 807 : ὑφ' Ἑλλήνων δὲ πάλι Βορυσθένης. Nomen Σαβία nihil est, opinor, nisi dittographia nominis Ὀλβία (CABIA, OΛBIA); tertium urbis nomen a *Sabo*, i. e. Baccho deo, derivans in eo agnoscere sibi visus est Creuzerus in *Heidelberg. Jahrbüch.* 1822. p. 1235 (in censura libri : *Choix des médailles antiques d'Olbiopolis ou d'Olbia, faisant partie du cabinet du conseiller d'état Blaramberg* Paris 1822.), eumque secutus Bæhrius in Exc. ad Herodot. IV, 18 (tom. II, p. 663). Olbia urbs non ad Borysthenem, sed ad dextram Hypanis fluvii ripam sita erat, ut testatur qui diutius ibi versatus est Dio Chrysostomus Or. 36, tom. II, p. 74 R, et ex ipsis ruinis liquet, quæ sunt juxta vicum *Ilinsky*, eo loco qui a tumulis sepulcralibus vocatur *Stomagil* (i. e. centum tumuli), sex milliaria Russica distans a sinu sive lacu (ἕλος Herodotus dicit IV, 53), in quem Hypanis et Borysthenes confluunt. Quum vero a majori fluvio Olbia etiam Borysthenes vocaretur, factum est, ut nonnulli Hypanim Borysthenem, hunc autem

ἔχει ποταμῷ.

Οὗτος δὲ πάντων ἐστὶ χρειωδέστατος,
κήτη μεγάλα καὶ πολλὰ καὶ καρποὺς φέρων
τοὺς φυομένους νομάς τε τοῖς βοσκήμασιν.
Ῥεῖν δ' αὐτὸν ἐπὶ μὲν ἡμερῶν λέγουσι πλοῦν
ὡς τετταράκοντα πλωτὸν, εἰς δὲ τοὺς ἄνω
τόπους ἄπλωτός ἐστι κοὔ περάσιμος·
ὑπὸ χιόνος γὰρ καὶ πάγων ἐξείργεται.

Ἀχίλλειος δρόμος,
ὅπερ ἐστὶν ἠὼν σφόδρα μακρά [τε] καὶ στενή . . .

Ἡ Ταυρικὴ δὲ χερρόνησος λεγομένη
τούτοις συνάπτει, πόλιν ἔχουσ' Ἑλληνίδα,
ἣν Ἡρακλεῶται Δήλιοί τ' ἀπῴκισαν,
τοῖς Ἡρακλεώταις γενομένου χρησμοῦ τινος
τοῖς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσιν ἐντὸς Κυανέων
ἅμα Δηλίοισι χερρόνησον οἰκίσαι.

Borysthene.

Hic (*Borysthenes fl.*) est omnium utilissimus,
pisces magnos plurimosque et fructus alens
plantarum et pascua pecudi.
Quem fluere aiunt navibus ferendis idoneum
per XL dierum navigationem; ad superiores autem
locos nec navigabilis est nec permeabilis;
nix enim atque glacies impedit.

Achilleus cursus
litoralis tænia est perlonga et angusta.

Taurica chersonesus, quam dicunt,
his jungitur, urbem habens Græcam,
quam Heracleotæ Deliique condiderunt,
quum oraculum præcepisset Heracleotis,
qui Asiam intra Cyaneas incolunt,
ut una cum Deliis chersonesum frequentarent.

Hypanim dicerent, uti Strabo VII, 306 et Ptolemæus III, 5, alii. *Olbiæ* nomen (quod solum præbent numi) altero fuisse antiquius cum Nostro tradit Plinius IV, 26 : *A Tyra* 120 *millibus pass. flumen Borysthenes lacusque et gens eodem nomine, et oppidum a mari recedens quindecim millibus pass.* (sec. Nostrum 30 mill. sive 240 stadiis; sec. Strabonem 200 stadiis) *Olbiopolis et Miletopolis antiquis nominibus*. Aliter Stephanus v. Βορυσθένης· ἔστι καὶ πόλις Ἑλληνὶς πρὸς ἑσπέρᾳν [Βορυσθένους τοῦ ποταμοῦ suppl. censet Mein.], Μιλησίων ἀποικία, ἣν οἱ μὲν ἄλλοι Βορυσθένην, αὐτοὶ δὲ Ὀλβίαν, ἣν ποιοῦσιν ὅ τε Βορυσθένης καὶ Ὕπανις. Quæ vereor ne male ad urbem translata sunt ex iis quæ sic dicit Herodotus IV, 18 : ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι Γεωργοὶ, τοὺς Ἕλληνες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας, σφέας δὲ αὐτοὺς Ὀλβιοπολίτας. Mela, II, 1, 6, inter Borysthenem et Olbiam urbem distinguit : *Borysthenes secundum Borysthenida et Olbiam, Græca oppida, egreditur*. Ceterum res hujus urbis certatim exposuerunt viri docti, quorum nomina scriptaque recenset Ukert. III, 2 p. 452. Cf. Forbiger III, p. 1130. Tempus urbis conditæ Eusebius refert ad Ol. 21, 3. 654 : *Borysthenes in Ponto condita*. || — 812-818. *Anonym. p.* 8. *H.* p. 218, 6 *Gail.*, ubi prima sic leguntur : Οὗτος ὁ Βορυσθένης ποταμὸς πάντων ἐστὶ χρειωδέστατος; quæ refinxit Letronnius. || — 815. « An τῶν φυομένων, *plantarum et arborum?* Cf. Aristot. H. An. IX, 7 : Τῶν φυομένων καὶ τῶν ζῴων τῶν τετραπόδων πολλὴν αἱ χῶραι ποιοῦσι διαφοράν. » Meineke. Auctor (Ephorus, ut puto) ex quo sua hausit poeta, ante oculos habuit Herodotum IV, 53, ubi : Βορυσθένης ποταμός.. ἐστι μέγιστός τε μετὰ Ἴστρον τούτων καὶ πολυαρκέστατος..., ὃς νομάς τε καλλίστας καὶ εὐκομιδεστάτας κτήνεσι παρέχεται, ἰχθῦς τε ἀρίστους διακριδὸν καὶ πλείστους... σπόρος τε παρ' αὐτὸν ἄριστος γίνεται, ποίη τε, τῇ οὐ σπείρεται ἡ χώρη, βαθυτάτη.. κήτεά τε μεγάλα ἀνάκανθα, τὰ ἀντακαίους καλεῦσι, παρέχεται ἐς ταρίχευσιν... Μέχρι μὲν οὖν Γέρρου χώρου, ἐς τὸν τεσσεράκοντα ἡμερέων πλόος ἐστὶ, γινώσκεται ῥέων ἀπὸ βορέεω ἀνέμου· τὸ δὲ καθύπερθε δι' ὧν ῥέει ἀνθρώπων οὐδεὶς ἔχει φράσαι. Eodem duce utitur Mela II, 1 : *Borysthenes.. inter Scythiæ amnes amœnissimus... alit lætissima pabula, magnos pisces, quibus et optimus sapor et nulla ossa sunt. Longe venit, ignotisque ortus e fontibus, quadraginta dierum iter alveo stringit, tantoque spatio navigabilis.... egreditur*. Quorum testium consensu satis liquet istud *quadraginta* dierum iter, quo navigabilis fluvius sit, non esse mutando removendum, præsertim quum nihil verbis insit, quod a ratione geographiæ Herodoteæ sit alienum. V. Ukert III, 2, p. 189 not. 93. || — 819 sq. *Anom. p.* 8 *H.*, *p.* 217, 5 *G.* Part. τε post μακρά inseruit Meinekius, qui primus hunc Anonymi locum poetæ nostro vindicavit probabiliter. Certe non omisisse eum celebratissimæ tæniæ mentionem asseverare licet. De re v. Ukert III, 2, 454 sqq. || — 821-826. *Anon. p.* 6 *H.*, *p.* 216, 14 *G.* || — 823. τούτοις, sc. Borysthenitis, uti videtur. || — Ἑλληνίδα] « Quam in Taurica peninsula Heracleotæ et Delii condidere urbem, ea non alia esse potest quam Chersonesus in infima insulæ parte sita. Ejus nomen cur contra morem suum scriptor reticuerit, quum causam videam nullam, nescio an scribendum sit πόλιν ἔχουσ' ὁμώνυμον. » Meineke. Non credo. Nomen urbis pendebat haud dubie ex verbis oraculi, quibus χερρόνησον οἰκίσαι Heracleotæ jubebantur, ideoque post oraculi demum mentionem poeta ejus meminerit. De Heracleotis urbis conditoribus cf. Strabo VII, p. 308, Plinius IV, 26: *Heraclea Chersonesus... Megarice vocabatur antea* (Ipsi Heracleotæ Megarenses erant). De Deliis sociis aliunde non constat. || — 826. τοῖς Ἀσίαν scripsit Letronnius, antepenultimam in Ἀσίαν a Scymno produci opinatus; quod secus esse pluribus docet Meinekius p. 53. Idem ex verbis ἐντὸς Κυανέων bene colligit auctorem, quum hæc scriberet, in Bithynia vixisse; alias ἐκτὸς K. dixisset. || — 827. Δηλίοις χ. codex; em. Mein.; Δηλίοις

Τοῦτον εἰς τόπον τινές
τῆς Ταυρικῆς λέγουσιν ἀφικέσθαι ποτέ
κλαπεῖσαν Ἰφιγένειαν ἐκ τῆς Αὐλίδος. . .
Εἰσὶν δὲ τοῖς ὄχλοισιν οἱ Ταῦροι συχνοί,
βίον δ' ἐνόρειον νομάδα τ' ἐζηλωκότες,
τὴν δ' ὠμότητα βάρβαροί τε καὶ φονεῖς,
ἱλασκόμενοι τὰ θεῖα τοῖς ἀσεβήμασιν.

Hunc in locum
Tauricæ quidam dicunt olim venisse
subreptam ex Aulide Iphigeniam...
Numerosis autem Tauri turbis pollent,
vitæ montanæ vagæque dediti,
crudelitate cædibusque barbari,
exorantes numina impiis sceleribus.

Ἔπειτ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ στόματος Μαιώτιδος
λίμνης τὸ Παντικάπαιόν ἐστιν ἔσχατον,
τοῦ Βοσπόρου βασίλειον ὠνομασμένον....
Ἄνωθε τούτων ἡ Σκυθὶς γῆ βάρβαρος
πρὸς τὴν ἀοίκητον συνορίζουσ' ἐστὶ γῆν
καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένην.
Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Καρπίδας
εἴρηκεν Ἔφορος, εἶτεν Ἀροτῆρας πρόσω
Νευρούς τε μέχρι γῆς πάλιν ἐρήμου διὰ πάγον,
πρὸς ἀνατολὰς δ' ἐκβάντι τὸν Βορυσθένην
τὴν λεγομένην Ὕλαιαν οἰκοῦντας Σκύθας
εἶναι, Γεωργοὺς δ' ἐχομένους τούτων ἄνω,
ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον,
ὑπὲρ δὲ ταύτην Ἀνδροφάγων Σκυθῶν ἔθνος,
ἐπέκεινα δ' εἶναι πάλιν ἔρημον ἐχομένην.

Deinde ad ipsum ostium Mæotidis
paludis Panticapæum jacet ultimum,
quæ Bospori regia cognominatur...
Supra hæc est Scythica regio barbara,
contermina terræ incolis carenti
et cunctis Græcis incognitæ.
Primos vero juxta Istrum esse Carpidas
dixit Ephorus, deinde Aroteres, ulteriusque
Neuros usque ad desertam ob frigus regionem;
orientem autem versus transeunti Borysthenem
occurrere Scythas Hylæam dictam incolentes;
his conterminos esse Georgos versus mediterranea,
deinde rursus desertum sequi longe patens;
supra illud autem gentem Scytharum Androphagorum,
et ultra hos denuo esse solitudinem.

τὴν X. dedit Letronnius. || — 827-833. *Anon. p.* 6 *Huds., p.* 216, 8 *Gail.*, ubi nostra introducuntur verbis : Ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ (quæ est ad Criumetopon) τῆς Ταυρικῆς τινὲς λέγουσιν ἀφικέσθαι. In numeros redegit Fabricius. In antecc. Anonymus narrat a Lampade ad Criumetopum stadia esse 220; quæ item iambis excudit Holstenius; at mere Holsteniana hæc esse, non poetæ nostri recte monent Gailius et Fabricius. || — 831. ὄχλοις Anom.; em. Meineke; ὄχλοις μὲν Letronn. || — 832. ἐνόριον An.; em. Bast. De rebus v. Ukert. III, 2, p. 463 sqq. || — Post v. 834 novum poetæ fragmentum eruerunt ex Anom. p. 5 H., p. 212, 6 Gail., quod ap. Letronnium ita habet : Ἀπ' οὖν Ἀθηναιῶνος ἄχρι τῶν Κυτῶν | Σκύθαι κατοικοῦσι· μετὰ ταῦτα Βόσπορος | Κιμμέριός ἐστιν, ἥ τε Κιμμερὶς πόλις. | Ἐνταῦθα ναῦσιν ὅρμος τοῖς ἀφ' ἑσπέρας | ἐστὶν ἀνέμοις· ἐν τῇ θαλάττῃ δ' ἄντικρυς | νῆσοι πετρώδεις οὐ πάνυ μεγάλαι δύο, | ὀλίγον ἀπ' ἠπείρου διέχουσαι... In ipso Anonymo sane non ita hæc leguntur, at negari tamen nequit in nonnullis orationem speciem quandam præbere metricam. Itaque poetam nostrum subesse non pernego; certe unde sua sumserit Anonymus nescimus. At consultius duxi hæc relinquere intacta, uti fecerunt Fabricius et Meinekius, qui tamen illum locum, ubi Cimmerici Bospori mentio fit, in Scymniana receperunt, hunc pangentes trimetrum : Ὁ Κιμμέριός ἐστι μετὰ ταῦτα Βόσπορος. Id vero imitari nolui. Nam si reliqua Scymni non sunt, nihil est cur Cimmerium Bosporum, quem nemo omittere poterat, e Scymno potius quam aliunde Anonymum memorare putemus. || — 835-874. *Anon. p.* 3 *H., p.* 208, 6-211, 3 *Gail.* Versu 837 τοῖς B. β. ἐπωνομασμένον, em. Voss. et Holsten. || — 838. ἄνωθεν δὲ τούτων An.; mutavit Mein.; ἄνω δὲ τούτων Fabricius; ἐπάνω δὲ τ. Letronn. || — ἡ Σκυθικὴ βαρβ. An.; em. Letronn.; fort. leg. Σκυθία γῆ conj. Mein. || — 841. Καλπίδας scripsit Letronnius, Niebuhrium, ut videtur, secutus, qui in Opusc. I, p. 398 Καρπίδας Ephori esse Καλλιπίδας Herodoti, et in εἶτ' ἐναρωτῆρα, quod codex Anom. præbet, latere εἶτ' Ἀλάζωνας sive Alazones Herodoti, censuit. At hoc quidem aperte erat εἶτεν Ἀροτῆρας, uti jam Gronovius vidit eodem duce Herodoto, qui ipse quoque Aroteras hosce commemorat. Callipides autem eosdem esse cum nostris Carpidibus haud nego quidem, non tamen propterea quidquam mutandum duxerim; nam si Ephorus in his sicuti in seqq. ad Herodotea in plerisque accedit, haud pauca tamen habet, quæ in Herodoto non leguntur. Gailius Carpides illos dici a Carpi fluvio censuit, improbante Ukerto III, 2, p. 436, quum Carpis ἐκ τῆς καθύπερθε χώρας Ὀμβρικῶν (Herodot. IV, 49) in Istrum influat, ideoque ad Scythicas gentes non pertineat. Ipse Carpidas esse putat quos postea Romani Carpos vocabant (Vopisc. 39. Aurel. Vict. 39 etc.). Ceterum cum nostro populorum catalogo omnino comparanda sunt quæ simillima leguntur apud Herodotum IV, 17 sq., quem Ephorus præ ceteris ante oculos habuisse videtur. De singulis vero populis adeundus Ukertus. || — 843. νευρούτας τε μέχρι An.; em. Vossius; Νεύρους τ' ἄχρις Letronn. || — πάγων An.; em. Meinek. || — 844. διαβάντι? *Meineke*. Sane ita Herodotus IV, 18 : ἀτὰρ διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη, ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι Γεωργοί. || — 845. τοὺς τὴν λεγομ. Anom.; em. Meinekius. Deinde Ὕβλαν An.; em. Voss. ex Herodoto. || — 846. εἶναι δὲ γεωργοὺς ἐχ. An.; em. Mein. Dein τοὺς τῶν ἄνω An.; em. Holsten. || — 849. ἐπέ-

Τὸν Παντικάπην διαβάντι Λιμναίων ἔθνος
ἕτερά τε πλεῖον' οὐ διωνομασμένα,
Νομαδικὰ δ' ἐπικαλοῦμεν', εὐσεβῆ πάνυ,
ὧν οὐδὲ εἷς ἔμψυχον ἀδικῆσαι ποτ' ἄν·
οἰκοφόρα δ', ὡς εἴρηκε, καὶ σιτούμενα
γάλακτι ταῖς Σκυθικαῖσί θ' ἱππομολγίαις·
ζῶσιν δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδεδειχότες
κοινὴν ἁπάντων τήν θ' ὅλην συνουσίαν.
Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν
φησὶν γενέσθαι τῶν σφόδρ' εὐσεβεστάτων.
Καὶ κατοικῆσαί τινας
εἰς τὴν Ἀσίαν ἐλθόντας, οὓς δὴ καὶ Σάκας
καλοῦσιν· εὐσημότατον εἶναί φησι δέ
τὸ Σαυροματῶν καὶ τῶν Γελωνῶν καὶ τρίτον
τὸ τῶν Ἀγαθύρσων ἐπικαλούμενον γένος...
Ἀπὸ τῶν δὲ Μαιωτῶν λαβοῦσα τοὔνομα
Μαιῶτις ἑξῆς ἐστι λίμνη κειμένη,
εἰς ἣν ὁ Τάναϊς
ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως
ἐπιμίσγεθ', ὡς Ἑκαταῖος εἶφ' οὑρετριεύς,
ὡς δ' Ἔφορος ἱστόρηκεν, ἐκ λίμνης τινός,
ἧς τὸ πέρας ἔστ' ἄφραστον. Ἐξίησι δέ
δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον εἰς τὴν λεγομένην
Μαιῶτιν εἰς τὸν Κιμμερικόν τε Βόσπορον.

Panticapen transgresso occurrere Limnæorum gentem,
aliasque plures suis singulas nominibus haud notas,
Nomadicas quas vocant, pias admodum,
ex quibus nemo ullus animanti inferat injuriam;
domos (in plaustris) vehunt, ut ait, ac victitant
lacte Scythicisque equarum mulctibus.
Vivunt vero ita ut communia esse omnium
destinent opes et cunctam familiam.
Sapientem quoque Anacharsin ex his Nomadicis
inquit fuisse, omnium piissimis.
Ac nonnullos eorum in Asiam
transgressos sedem fixisse, quos et Sacas
vocant. Clarissimam vero gentem dicit
Sauromatarum et Gelonorum atque tertiam
Agathyrsorum quam cognominant stirpem...
A Mæotis autem nomen nacta
Mæotis est deinceps sita palus,
in quam Tanais,
qui ab Araxe fluvio undas accipit,
ingreditur, ut Hecatæus dicit Eretriensis,
ut vero Ephorus narravit, ex palude quadam,
cujus terminus nequit indicari, profluit; exit autem
duplici alveo in dictam
Mæotin inque Bosporum Cimmericum.

κεινα πάλιν ἔρημον εἶναι cod; em. Mein. || — 850. Λιμναίων] Hoc nomen non habet Herodotus. Indicari videntur Mæotidis λίμνης accolæ (V. Ukert. III, 2, p. 338), cui sententiæ nihil obstat quod Mæotis palus in seqq. demum, ubi ad oræ descriptionem redit auctor, memoratur. Fort. Λιμναίους reponendum in Orphei Arg. 1064, ubi: Σαυρομάτας τε Γέτας καὶ Γυμναίους Κέκρυφάς τε, censente ita Holstenio. || — 852. ὧν οὐδεὶς ἐμψύχων ἀδικῆσαί ποτ' ἂν An.; em. Bastius. || — 855. γάλακτι Σκυθικαῖς ἱππομολγίαις cod; em. Letronnius.; ἱππημολγίαις scr. Hudsonus. || — 857. τήν θ' ὅλην οὐσίαν An.; τήν τε σύνολον οὐσίαν Letronnius; quod neque facile neque aptum dicit Meinekius, quum κτῆσις et οὐσία non differant; ipse dedit τὴν ὅλην συνουσίαν, conjecturam firmans ex Ephoro ap. Strabon. VII, p. 303: ταῖς διαίταις εὐτελεῖς ὄντες καὶ οὐ χρηματισταὶ πρός τε ἀλλήλους εὐνομοῦνται κοινὰ πάντα ἔχοντες τά τε ἄλλα καὶ τὴν ὅλην συγγένειαν. De familia vero etiam συνουσία vox usurpatur. || — 861. Σάβακας pro Σάκας Anom.; em. Holstenius. || — 862. εἶναι δέ φησι An.; em. Meineke. || — 863. τὸ τῶν Σαυροματῶν καὶ Γελ. cod.; em. Meinek. || — 865. ἀπὸ δὲ τῶν Μ. Anom.; em. Voss. || — 868. ῥεῦμα ῥάξεως ἐπιμιγέσθω ἑκατέως ἐφοτιεις Anom.; em. Buttmann in Niebuhr. Opusc. I, p. 397. Hecatæi nomen jam eruerat Toupius ad Hesych. p. 5. || — 871. ἔξεισι δὲ An.; em. Meinek. Tanaim bracchium esse Araxis fluvii cum Hecatæo etiam Aristoteles statuit Meteorol. I, 13: Τούτου δ' ὁ Τάναϊς ἀποσχίζεται μέρος ὢν εἰς τὴν Μαιώτιδα λίμνην. E lacu Tanain profluere Ephorus putavit cum Herodoto IV, 57: Τάναϊς ποταμός, ὃς ῥέει τὰ ἀνέκαθεν ἐκ λίμνης μεγάλης ὁρμεώμενος, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς μέζω ἔτι λίμνην καλευμένην Μαιῆτιν, ἣ οὐρίζει Σκύθας τε τοὺς βασιληίους καὶ Σαυρομάτας. Quod vero de duobus Tanai ostiis in Mæotidem ac Bosporum exeuntibus Ephorus statuit, alibi me legere non memini. Quodsi nihil aliud auctor voluisset nisi duplici ostio Tanaim in Mæotidem influere (quem nonnulli pro ipsius Tanai parte habebant), inde vero in Cimmerium Bosporum: miro sane modo hæc expressa forent. Ni fallor, Hypanin fluvium pro altero Tanaidis bracchio habuit; is enim unicus est fluvius, qui ab oriente in Bosporum exeat. Hinc etiam explicaverim locum Vibii Sequestri, qui quod vulgo de Tanai Europæ Asiæque termino prædicatur, idem de Hypani dicit p. 11 ed. Oberlin.: *Hypanis Scythiæ, qui, ut ait Gallus « Uno tellures dividit amne duas; » Asiam enim ab Europa separat.* Aliorum de Tanai in Mæotin et Caspium mare exeunte opiniones v. ap. Ukertum III, 2, p. 193 sqq. Verbo monuisse liceat inter eos qui de Tanai laudantur scriptores etiam Scymnum afferri apud schol. Apoll. Rhod. IV, 284, ubi ex eo narratur Argonautas per Tanaim sursum navigasse, ac deinde navem eductam per terram in mare Magnum transportasse; quæ quidem nec leguntur apud Nostrum neque legi ibi poterant, nisi fortasse præter Hecatæi et Ephori sententias etiam alias, quas Anonymus omiserit, allatas esse fingas; sed neque tantam rerum ubertatem in compendio nostro deprehendimus, neque ipsissima Scymni verba, quæ affert scholiasta, poeticum, sed prosaicum opus arguunt. || — 874-886. *Anonym. p. 2 H., p. 206, 6 Gail.* || —

[ΑΣΙΑ.]

Τὸν Τάναϊν, ὅστις ἐστὶ τῆς Ἀσίας ὅρος,
τέμνων γε τὴν ἤπειρον ἑκατέραν δίχα,
πρῶτοι νέμονται Σαρμάται, δισχίλια
στάδι' ἐπέχοντες.
Εἶτα μετὰ τούτους ἐστὶ Μαιωτῶν γένος
Ἰαζαματῶν λεγόμενον, ὡς Δημήτριος
[ὁ συγγραφεὺς] εἴρηκεν, ὡς δ' Ἔφορος λέγει
Σαυροματῶν λέγεται ἔθνος.
Τούτοις ἐπιμεμίχθαι δὲ τὰς Ἀμαζόνας
τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν ἐλθούσας ποτέ
ἀπὸ τῆς περὶ Θερμώδοντα γενομένης μάχης,
ἐφ' οἷς ἐπεκλήθησαν Γυναικοκρατούμενοι.

Εἶτ' ἔστιν Ἑρμώνασσα Φαναγόρειά τε,
ἣν Τηΐους λέγουσιν οἰκίσαι ποτέ,
καὶ Σινδικὸς λιμήν, ἔχων οἰκήτορας
Ἕλληνας ἀπὸ τῶν ἐγγὺς ἥκοντας τόπων.
Ταύτας περιέχει τὰς πόλεις διακειμένας
νῆσος, κατὰ τὴν Μαιῶτιν ἄχρι τοῦ Βοσπόρου
χώραν ἀπολαμβάνουσα πολλὴν πεδιάδα,
ἥτις τὰ μὲν τοῖς ἕλεσι καὶ τοῖς ποταμίοις
ἀδιάβατος τοῖς τενάγεσίν τ' ἐν τῷ πέραν,
ἃ δὲ τῇ θαλάττῃ τῇ τε λίμνῃ γίνεται.
Τὸ δὲ στόμ' ἐκπλέοντι Κιμμερὶς πόλις,

[ASIA.]

Tanain, qui Asiæ terminus est,
secans utramque continentem bifariam,
primi accolunt Sarmatæ, bis mille
stadia obtinentes.
Post hos sequitur gens Mæotica
Jazamatarum dicta, ut Demetrius
scriptor prodidit, ut vero Ephorus dicit,
Sauromatarum nomen huic genti est.
His autem Sauromatis mixtas fuisse
Amazones dicunt, quæ huc devenerint
olim post commissum ad Thermodontem prœlium;
unde cognominati sunt Gynæcocratumeni.

Deinde Hermonassa est et Phanagoria,
quam Tejos dicunt condidisse quondam,
et Sindicus portus, Græcos habens
incolas, qui ex vicinis eo venerunt locis.
Has continet civitates hic illic sitas
peninsula, juxta Mœotim usque ad Bosporum,
terram absumens multam campestrem,
quæ partim paludibus et fluviusculis
impervia fit ac vadis quæ sunt in ulteriore tractu,
partim ob mare et paludem *Mæotin*.
Egredienti autem os Bospori Cimmeris urbs

---

874. Τὸν δὲ Τάναιν ποταμόν, ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας ὅρος τέμνων τὴν ἤπειρον Anom.; in ordinem, quem supra habes, redegit Meinekius. || — 875. ἑκάτερα An.; em. Holsten. || — 877. ἐπέχοντα An.; em. Mein. || — 878. Anonymus : Εἶτα μετὰ τοὺς Σαρμάτας Μαιωτῶν γένος Ἰαζαματῶν λεγόμενον, ὡς Δημήτριος εἴρηκεν (ἐφ' οἷς καὶ Μαιῶτις λίμνη λέγεται. Hoc jam vidimus in antecc.), ὡς δὲ Ἔφορος λέγει, Σαυροματῶν λέγεται ἔθνος. « Quibus in verbis quædam Scymni inesse nemo negabit, sed complura addita, et Scymni orationem male distractam esse apparet. » Hæc bene Fabricius Lectt. Scymn. p. 16 monet. Anonymus quum e sui Peripli ratione a Bospori latere Asiatico ad Tanaim progredi deberet, ordine inverso a Tanai ad ostium Bospori pergit. Hinc satis liquet inferri aliunde arrepta; non ex uno tamen eodemque auctore hæc desumta esse inde patet quod easdem urbes, Phanagoriam et Cepos, bis recenset diversis nominum formis. Alter fons poeticus noster erat, alter prosaicus idemque e quo Scylacis quem habemus Periplus excerptus est. Quæ supra exhibuimus constituit Meinekius, qui et ipse tamen ultima reliquit intacta. || — 879. Editiones inde ab Hudsono præbent Ἰαξαματῶν. Cujus mutationis necessitatem non video. Cf. Stephan. Byz. : Ἰαζαβάται, ἔθνος παρὰ Μαιῶτιν, οὓς Σαυρομάτας φησὶν Ἔφορος. Adeo ut, si quid mutandum, Ἰαζαβατῶν videatur scribendum. Eosdem Hecatæus vocat Ἰξιβάτας, Mela I, 1, 19 *Ixamatas*, Polyænus VIII, 55 Ἰξομάτας, Valerius Flaccus Arg. VI, 143 *Exomatas*, Plinius III, 5 *Iaxamatas*, itemque Ptolemæi V, 8 p. 348, 27 codices plurimi. || — 882 sq Fuse rem narrat Herodotus IV, 110 sqq. || — 886-899. *Anom. p.* 2 *H.*, *p.* 207, 4 *Gail.* Hæc ab antecedentibus nonnisi hisce separantur : Εἶτα ἔστι Φαναγόρου πόλις, Κῆποι πόλις, cum quibus cf. Scylac. § 72. || — 886. Hermonassa a Scymno Ἑρμώνεια dicebatur, teste Stephano v. Ἑρμώνασσα. Quod unum est ex reliquis indiciis, nostra non esse Scymno vindicanda. Ceterum ordo geographicus neglectus est; nam Hermonassa extra Bosporum sita post Phanagoriam recensenda erat. || — Φαναγορία cod.; em. Letronnius. De re cf. not. ad Scylac. § 72. || — 887. οἰκῆσαι An.; em. Meineke. || — 891. ἡ νῆσος An.; em. Mein.; νῆσον dicit chersonesum. Quæ sequuntur ἄχρι τοῦ Βοσπόρου cum antecc. male quadrant, quum Sindicus portus jam extra Bosporum situs sit, et Phanagoria in ipso Bosporo locum habeat. Tota hujus tractus descriptio admodum confusa est. || — 893. τοῖς ποταμοῖς Anon.; em. Meineke. Letronnius dederat τοῖς τε ποταμοῖς, quod ob neglectas leges numerorum elegantiorum respuit Meinekius, suam vero conjecturam etiam naturæ locorum istorum consentaneam esse monet, quum non fluviis sed fluviusculis totus ille tractus scindatur. || — 894. τενάγεσί τε τοῖς ἐν τῷ cod. An.; em. Mein. || — 895. θαλάττῃ τῇ λίμνῃ τε Anom.; em. Letronn. || — 896. Qui sequuntur versus tres Holstenius cum eoque reliqui editores ante versum 886 transposuerunt; id enim ordo geographicus postulare videbatur, quandoquidem Cimmerium ad boreale Bospori ostium situm fuisse tradit Mela I, 2, 19 : *Cepi, Phanagoria, in ipso ore Cimmerium*, et Plinius VI, 6 : *In aditu Bospori primo Hermonassa, dein Cepi Milesiorum, mox Stratoclia et Phanagoria et pæne desertum Apaturos, ulti-*

ἀπὸ Κιμμερίων μὲν βαρβάρων κεκλημένη,
κτίσις τυράννων δ' οὖσα τῶν ἐν Βοσπόρῳ,
Κῆπός τ' ἀποικισθεῖσα διὰ Μιλησίων.

obvia fit, a Cimmeriis barbaris nominata,
condita autem a tyrannis Bosporanis,
ac Cepus, a Milesiis deducta colonia.

....Μοσύνοικοι....
ἔθεσι νόμοις ἔργοις τε βαρβαρώτατοι·
φασὶν γὰρ ἐν ξυλίνοισιν ὑψηλοῖς τ' ἄγαν
πύργοις ἐνοικεῖν πάντας, ἐν φανερῷ δ' ἀεὶ
ἕκαστα πράττειν, τὸν δ' ἑαυτῶν βασιλέα
δεδεμένον ἐν πύργῳ τε συγκεκλεισμένον
τηρεῖν ἐπιμελῶς, τὴν ἀνωτάτω στέγην
ἔχοντα, τοῖς φρουροῦσι δ' αὐτὸν ἐπιμελές
εἶναι, νομίμως ἵνα πάντα προστάττῃ ποιεῖν·
εἰ δὲ παραβαίη, κόλασιν αὐτοῦ λαμβάνειν
φασὶν μεγίστην, μὴ διδόντας τὴν τροφήν.

... Mosynœci....
moribus, legibus factisque maxime barbari.
Aiunt enim in ligneis et valde excelsis
turribus omnes habitare, in aperto autem semper
quælibet facere; porro regem suum
vinculis constrictum et turri inclusum
summamque ejus contignationem occupantem
assidue custodire; custodibus vero curæ
esse, ut secundum leges rex omnia fieri jubeat;
sin eas neglexerit, pœnam ex eo sumere
aiunt maximam, denegando cibum.

Κερασοῦς Σινωπέων ἄποικος
καθ' ἣν ἔρημος κειμένη
παρήκει νῆσος Ἄρεως λεγομένη.

Cerasus Sinopensium colonia...
.. cujus in conspectu deserta jacens
parva protenditur insula Martis quam dicunt.

Τιβαρηνοὶ ᾤκουν ἔθνος ὁμοχώριον,
γελᾶν πάνυ σπεύδοντες ἐκ παντὸς τρόπου,
εὐδαιμονίαν ταύτην [μεγίστην] κεκρικότες.

Tibareni, quorum gens contermina,
ridere valde student omni modo,
felicitatem hanc habentes maximam.

---

moque in ostio Cimmerium, quod ante Cerberium vocabatur; porro Strabo quoque eundem locum designare videtur XI, p. 494, ubi memorat κώμην τὴν Κιμμερικήν, ἥτις ἐστὶν ἀφετήριον τοῖς τὴν λίμνην πλέουσιν (v. Ukert. III, 2, p. 487). At non reputarunt una cum Cimmerio Nostrum nominare Cepos sive Cepum. Hæc vero apud omnes geographos (v. not. ad Scylac. § 72) tanquam ea memoratur urbs, quæ proxime sequatur, si quis ab Hermonassa Bospori petat angustias, adeo ut vel ad ipsum Bospori ostium meridionale sita fuerit vel haud longe ab eo remota. Igitur quum duæ jungantur urbes quæ in oppositis Bospori partibus sitæ erant, patet transpositione ista nihil nos lucrari. Huc accedit, quod si transponas versus, inepta prorsus sunt ideoque delenda verba τὸ δὲ στόμ' ἐκπλέοντι. Et sane delevit Fabricius, connivente Meinekio. Ego autem miror criticam quæ versus integerrimos, ubi sponte offeruntur, exstirpandos ducat, desudet vero in effingendis iambis, ubi forsan nulli unquam legebantur. Præterea quum Anonymus a Tanai meridiem versus progrediatur, quænam causa probabilis fingi possit, cur ordinem hunc in Cimmerii et Cepi mentione ex eodem fonte petita reliquerit, turbis novas addens turbas? Formam Κῆπος pro vulgari Κῆποι novimus ex Apollodoro apud Steph. Byz. v. Ψησσοί, ubi versus laudatur: ἔπειτα δ' Ἑρμώνασσα καὶ Κῆπος πόλις, Τρίτον δὲ τῶν Ψησσῶν γένος. Probabiliter ipsum Apollodorum hic quoque, uti alibi, Noster ante oculos habuit. Quodsi est, vides poetam de Cepi mentione non aliter quam reliquos auctores statuisse, ideoque Cimmerium ad meridionale bospori ostium posuisse. In hoc vero si erravit, facilis saltem error erat, quum Cimmerium urbem aliunde non notam in Europa ad meridionale Bospori ostium Anonymus memoret. || — 898. κτίσις δὲ τυράνν. An.; em. Meinekius. || — 900-910. *Anonymi Peripli fragmentum alterum p.* 12 *Huds., p.* 159, 10 *Gail.*: Ἀπὸ οὖν Φαρνακίας, τῆς καὶ πάλαι Κερασοῦντος, ἕως τοῦ πλησίον Κοτυώρου πρῶτον ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Μοσύνοικοι ἔθεσι κτλ. Hinc primi versus finem aliquem eruens Letronnius scribit ... οἱ Μόσυνοι λεγόμενοι. Quam nominis mutationem e tantilla causa admittere nolui. Ephorus (fr. 81. 82), fons Nostri, Mosynœcos, non Mosynos, dixit. || — 901. ἔθεσι ὠμοῖς, ἔργοις βαρβαρικοῖς Anom.; em. Holstenius et Letronnius. || — 902. φασὶ cod. || — 903. δὲ ἂν pro δ' ἀεὶ An.; em. Holsten. || — 904. τὸν αὐτῶν An.; em. Mein.; τὸν τούτων Letronn. || — 905. τε post πύργῳ inseruit Holsten. || — 908. προστάττει cod. An.; em. Gail. || — 909. ἂν δὲ παραβ. An.; em. Letronn. || — 910. φασὶ cod. || — 911. τὴν ante τροφὴν inseruit Holstenius. De his gentis moribus vide quæ laudavimus ad Scylac. § 86. || — 911-913. *Anom. p.* 12 *H., p.* 159, 5 *Gail.*, ubi: αὕτη ἡ Φαρνακία πάλαι μὲν Κερασοῦς ἐκαλεῖτο, Σινωπέων καὶ αὐτὴ ἄποικος, κτισθεῖσα ὑπ' αὐτῶν, καθ' ἃς (sic) ἔρημος κειμένη (ἧς ἀντικρὺς) παρήκει νῆσος Ἄρεως λεγομένη. Ante παρήκει fort. excidisse μικρὰ conj. Meineke. Ceterum cf. not. ad Scylac. § 86. || — 914-916. *Anon. p.* 12 *H., p.* 158, 5 *Gail.*: Ἀπὸ δὲ Κοτυώρου ἕως τοῦ πλησίον Πολεμωνίου πρῶτον Τιβαρηνοὶ ᾤκουν κτλ. Hinc post Holstenium Letronnius: Ἀπὸ Κοτυώρου δ' ἐς τὸ πέλας Πολεμόνιον | ᾤκουν Τιβαρηνοὶ πρῶτον, ἔθνος ὁμοχώριον, | πάντως γελᾶν κτλ. At quum accuratæ istæ limitum cuique Ponti populo assignandorum definitiones in reliquis Peripli locis non vindicentur poetæ, neque hæc ei intorquenda erant. || — 915. πάνυ γελᾶν σπεύδοντες cod. An.; em. Meineke; πάντως γελᾶν σπ. Letr. || — 916. εὐδαιμονίαν εἶναι ταύτην κεκρικότες Anon.; em. Meinekius laudans fontem

Ἀμισὸς ἐν τῇ Λευκοσύρων γῇ κειμένη
Φωκαέων ἀποικία,
τέτταρσι πρότερον ἔτεσιν οἰκισθεῖσα γάρ
τῆς Ἡρακλείας ἔλαβ' Ἰωνικὴν κτίσιν.
Κατὰ τὴν πόλιν ταύτην δὲ τῆς Ἀσίας σχεδόν
στενότατος αὐχήν ἐστιν εἰς τὸν Ἰσσικόν
κόλπον διήκων τήν τ' Ἀλεξανδρούπολιν,
τῷ Μακεδόνι κτισθεῖσαν· ἡμερῶν δ' ὁδόν
εἰς τὴν Κιλικίαν ἑπτὰ τῶν πασῶν ἔχει·
τὸ τῆς Ἀσίας λέγεται γὰρ ἰσθμωδέστατον
εἰς τὸν περὶ αὐτὸν ὄντα συνάγεσθαι μυχόν.
Ὁ δ' Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν, λέγων
ἐκ τῆς Κιλικίας [ἀνδρί γ' εὐζώνῳ μολεῖν
πένθ' ἡμερῶν εἰς Πόντον εἶναι τὴν ὁδόν.
Ἔθνη δ' ἔχει τὰ πάντα] πεντεκαίδεκα
ἡ χερρόνησος, ὧν τρία μὲν Ἑλληνικά,
Αἰολικὸν εἶτ' Ἰωνικὸν καὶ Δωρικόν,
τὰ λοιπὰ τῶν μιγάδων δὲ χωρὶς βάρβαρα.
Κίλικες μὲν οὖν Λύκιοί τε πρὸς τούτοις ἅμα
Κᾶρες Μαριανδυνοί τε παραθαλάττιοι
οἰκοῦσι Παφλαγόνες τε καὶ Παμφύλιοι·
Χάλυβες δὲ τὴν μεσόγειον οἵ τε πλησίον
Καππάδοκες οἵ τε νεμόμενοι τὴν Πισιδικήν
Λυδοί τε καὶ πρὸς τοῖσδε Μυσοὶ καὶ Φρύγες.

Amisus in Leucosyrorum terra sita,
Phocæensium colonia,
quæ quattuor annis ante Heracleam
colonis frequentata Ionicam habuit originem.
Ad hanc urbem est Asiæ fere
arctissimum collum, ad Issicum
sinum pertingens et Alexandropolin
a Macedone conditam. Viam illud habet
in Ciliciam septem dierum in summa;
nam fertur Asia angustiis arctissimis
ad Issici sinus recessum comprimi.
Herodotus autem videtur errare, dicens
e Cilicia [*viro expedito quinque*
dierum esse ad Pontum usque viam.
Gentes vero in summa habet] quindecim
hæc peninsula, quarum tres sunt Græcæ,
Æolica et Ionica et Dorica,
reliquæ autem præter mixtas barbaræ.
Cilices quidem ac Lycii et cum his simul
Cares et Mariandyni et Paphlagones
et Pamphylii ad mare habitant;
in mediterraneis autem Chalybes iisque
vicini Cappadoces et Pisidiam colentes
Lydique et præter hos Mysi et Phryges.

Nostri Ephorum (fr. 82.) ap. Steph. v. Τιβαρηνία : Τιβαρηνοὶ καὶ τὸ παίζειν καὶ τὸ γελᾶν εἰσὶν ἐζηλωκότες καὶ μεγίστην εὐδαιμονίαν τοῦτο νομίζουσι. Mela I, 19 : *Tibareni Chalybes attingunt, quibus in risu lusuque summum bonum est.* Letronnius scripsit : εὐδαιμονίαν εἶναί τε τοῦτο κεκρικότες. || — 917-939. *Anon. p.* 9 *Huds., p.* 154, 1 *Gail.* Prima ita An. codex habet : Ἀμισός, πόλις Ἑλληνίς, Ἀθηναίων ἄποικος, ἐπὶ θαλάσσῃ οἰκεῖται, ἐν τῇ Λευκοσύρων γῇ κειμένη, Φωκαέων ἀποικία. Mixta hæc e Nostro et ex Arriani Peripl. p. 16 Huds., ubi : Ἀμισός, πόλις Ἑλληνίς, Ἀθηναίων ἄποικος ἐπὶ θαλάττῃ οἰκεῖται. « Non improbabile tamen videri potest, illud Ἀθηναίων utrique scriptori commune fuisse, Scymnum autem scripsisse Ἀμισός ἐν τῇ Λευκοσύρων γῇ κειμένη | Ἀθηναίων καὶ Φωκαέων ἀποικία. De Atheniensibus Amisi conditoribus etiam Plutarchus testis est Vit. Lucull. c. 19. In mensura nominis Ἀθηναίων Atticorum comicorum exemplum secutus est. Vid. Pherecrat. in Com. gr. vol. II, p. 367 et Polyzelus ib. p. 871. Ad eandem normam Κερκυραίων Noster dixit penultima brevi v. 440 : Κερκυραίων τε καὶ Κορινθίων πόλις. » Meineke. Letronnius scripserat : ἔστι δὲ πόλις Ἀμισὸς ἔν τε τῇ Λευκῶν Σύρων | γῇ κειμένη, τῶν Φωκαέων δ' ἀποικία. Ceterum Theopompus (fr. 202) de Amiso ita tradidit ap. Strabon. XII. p. 547 : Φησὶ δὲ αὐτὴν Θεόπομπος πρώτους Μιλησίους κτίσαι, εἶτα Καππαδόκων ἄρχοντα· τρίτον δ' ὑπ' Ἀθηνοκλέους καὶ Ἀθηναίων ἐποικισθεῖσαν Πειραιᾶ μετονομασθῆναι. || — 919. τέτταρσι γὰρ πρότερον An.; γὰρ transposuit M. || — De Heraclea v. infra 972. || — 920. ἔλαβεν cod. || — 921. κατὰ δὲ τὴν πόλιν An.; part. δὲ transposuit M. || — 923. Alexandropolis est Alexandria ἡ κατ' Ἰσσόν. || — 926. γὰρ λέγεται An.; transpos. M. || — 929. Inclusa ad explendam sententiam addidi verbis Meinekii, qui priora etiam hunc in modum refingenda proponit : ἐκ τῆς Κιλικίας [εἰς τὸν Εὔξεινον πόρον | πένθ' ἡμερῶν τὸ μῆκος εἶναι τῆς ὁδοῦ. Mitto Holsteniana. Herodoti verba I, 72 hæc : Οὕτω ὁ Ἅλυς ποταμὸς ἀποτάμνει σχεδὸν πάντα τῆς Ἀσίης τὰ κάτω ἐκ θαλάσσης τῆς ἀντίον Κύπρου ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον. Ἔστι δὲ αὐχὴν οὗτος τῆς χώρης ταύτης ἁπάσης· μῆκος ὁδοῦ εὐζώνῳ ἀνδρὶ πέντε ἡμέραι ἀναισιμοῦνται. Cf. Scylac. § 102. || — 631 sqq. Cf. Ephorus (fr. 80) apud Strabon. XIV, p. 677 : Φήσαντος δὲ τοῦ Ἐφόρου διότι τὴν χερρόνησον ταύτην κατοικεῖ ἑκκαίδεκα γένη, τρία μὲν Ἑλληνικά, τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρα, χωρὶς τῶν μιγάδων. Plinius VI, 2 : *Ejusdem nominis sinus* (Amiseni) *tantus recessus ut Asiam pæne insulam faciat,* 200 *m. passuum haud amplius per continentem ad Issicum Ciliciæ sinum. Quo in omni tractu proditur tres tantum gentes Græcas jure dici, Doricam, Ionicam, Æolicam, ceteras Barbarorum esse.* Nostra quoque ex Ephoro manere vix dubium est, quamvis quindecim tantum populos habeamus, neque singulorum populorum recensus per omnia idem sit. Sec. Strabonem vel potius sec. Apollodorum ex quo sua Strabo habet, Ephorus inter maris accolas, præter eos quos Noster habet, Bithynos quoque et Troes numerat, in mediterraneis autem Milyas recenset, missis Cappadocibus et Lydis. || — 934. χωρία βάρβαρα An.; e Strabone em. Meineke. || — 935. Λύκιοί τε καὶ πρὸς τούτοις Μάκαρες cod.; em. Meineke, addens posse etiam legi πρὸς τούτοισι καὶ Κᾶρες. || — 940. Λύ-

Εἶτεν Σινώπη πόλις ἐπώνυμος μιᾶς
Ἀμαζόνων, ὧν πλησίον τὸ χωρίον,
ἣν ποτε μὲν ᾤκουν εὐγενεῖς ὄντες Σύροι,
μετὰ ταῦτα δ', ὡς λέγουσιν, Ἑλλήνων ὅσοι
ἐπ' Ἀμαζόνας διέβησαν, Αὐτόλυκός τε καὶ
σὺν Δηϊλέοντι Φλόγιος, ὄντες Θετταλοί,
ἔπειτα δ' Ἀβρώνδας γένει Μιλήσιος·
ὑπὸ Κιμμερίων οὗτος δ' ἀναιρεῖσθαι δοκεῖ·
μετὰ Κιμμερίους Κῷος, πάλιν δὲ Κρητίνης,
οἱ γενόμενοι φυγάδες ὅρων Μιλησίων·
οὗτοι συνοικίζουσι δ' αὐτήν, ἡνίκα
ὁ Κιμμερίων κατέδραμε τὴν Ἀσίαν στρατός.

Dein Sinope urbs cognominis uni
Amazonum, quarum in propinquo castellum;
quam urbem olim incolebant Syri *indigenæ*,
postea autem, ut dicunt, Græci qui
contra Amazonas trajecerunt, Autolycusque
et cum Deileonte Phlogius, viri Thessali;
deinde vero Habrondas genere Milesius;
a Cimmeriis his interemtus esse putatur;
post Cimmerios Cous denuo et [καὶ] Cretines,
qui exules erant e finibus Milesiorum;
hi colonis frequentarunt eam, quando
Cimmeriorum invasit in Asiam exercitus.

Κατάντικρὺ δὲ Καράμβεως ἐν τῇ πέραν
κεῖται μέγιστον

E regione Carambis in terra opposita
jacet maximus

διοι An. || — 941-952. *Anon. p.* 8 *H.*, *p.* 150, 11 *Gail.* || — 941. Σινώπη δὲ ἐπώνυμός ἐστι μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων, πλησίον χωρίον ἣν ποτὲ μὲν τὸ πρὶν ᾤκουν. An. cod.; em. Meineke, monetque χωρίον, *castellum*, dici Themiscyra sive Themiscyrum, quo Amazones utebantur propugnaculo; v. Schol. Apoll. Rh. II, 370; Procop. B. G. IV, 2. Letronnius dederat: Ἀμαζόνων, ὧν πλησίον ἦν χώρα ποτὲ | ἣν τὸ πρὶν ᾤκουν εὐγενεῖς, in quo et dactylum πλησίον et productionem in v. πρὶν M. reprehendit. De Sanape sive Sinope Amazone v. Hecatæus fr. 352; Andron Tejus fr. 2 (Fr. Hist. vol. II, p. 348). Alii nomen a Sinopa Asopi filia deducunt. V. Schol. Ap. Rh. II, 946; Diodor. II, 946; Plutarch. Lucull. 23. De Autolyco, Deileonte (Demoleonte ap. Plutarch. l. l. et Hygin. f. 14) et Phlogio fratribus, Herculis cont. Amaz. comitibus, deque cultu Autolyci ap. Sinopenses, v. Apoll. Rh. II, 956; Apollodor. I, 9, 16; Strabo XII, p. 546; Plutarch. l. l.; Appian. Mithrid. 83. In universum adi Raoul-Rochette II, p. 206. || — 943. « At quorsum εὐγενεῖς? an forte quod Syri, i. e. Leucosyri, a Syro Apollinis filio genus ducebant? Tradidit hoc sane Plutarchus Vit. Lucull. c. 23, et ex Plutarcho Eustathius ad Dionys. Per. 772. Credo tamen hoc si indicare voluisset Scymnus, id aliter eum dicturum fuisse. Itaque nescio an Scymnus ἐγγενεῖς scripserit. » Meinekius, recte haud dubie. Syri oriundi ex ipsa Sinope, sive Amazone sive Asopi filia, ferebantur. || — 945. ἐξ Ἀμαζόνων An.; em. Fabricius; ἐπ' Ἀμαζόνων Hudsonus. || — 946. Δηλέων καὶ Φλογέως An. cod.; em. Gail. || — 947. ἀμβρώντας An. cod.; em. Meinekius, qui in not. ad Scymnum legi voluit Ἅβρων τῷ γένει, quum Ἄμβρων forma vitiosa recteque Sylburgio suspecta sit ap. Etym. M. p. 226, 29. 624, 57. Idem deinde ad Stephanum Byz. p. 571: « Nunc non dubito quin Ἀβρώνδας scribendum sit, quod nominum genus non Bœotis tantum usitatum fuisse docent Diondæ et Leondæ Atheniensium exempla ap. Plutarch. Vit. X Or. p. 848 C, et in titulo ap. Keil. Anall. epigr. p. 147. » || — 948. Κιμερίων et dein Κιμερίου cod. An. || — 949. Κριτίνης et v. 950 φυγάδες τῶν Μιλ. cod. An.; em. Meinekius, qui: « Pro Κριτίνης, quod parum caute Fabricius nec sine metrico vitio Κριτίης scripsit, reponendum Κρητίνης, cujus nominis exemplum præbet Herodotus VII, 165, ex quo Anaxilæ Rhegini patrem ita appellatum fuisse discimus. Fuit item Ephesiaci agri oppidum Κρητίναιον a Parthenio Erot. c. 3 memoratum, et incolarum nomine οἱ Κρητίναι dictum a Plutarcho Prov. I, 57: Ἐφέσιοι Κρητίνας ἐκτήσαντο τὰς (l. ὄντας) Μαγνήτων, de quo vide quæ dicta sunt Choliamb. poet. p. 123, ubi Herodotum VII, 190 memorare debebam: Ἀμεινοκλέϊ τῷ Κρητίνεω ἀνδρὶ Μάγνητι, quamquam is Magnesiam dicit Thessalicam. Jam non dubium videri potest, quin idem nomen restituendum sit Stephano Byz. s. v. Σινώπη, ubi hodie editur κτίσμα Κριτίου Κῴου, ὥς φησι Φλέγων. Præterea præeunte Radulpho Rochette Hist. col. gr. III, p. 330 inter Κρητίνου et Κῴου inserendum καὶ, quamvis Eustathius ad Dionys. Per. 772 editam lectionem expressit, κτίσμα κατά τινας Κριτίου ἀνδρὸς Κῴου, ex quo nihil aliud intelligitur quam Eustathium eandem, qua nostri codices vitiati sunt, lectionem etiam in suo Stephani codice repperisse; ἀνδρὸς autem ille de suo addidit. De Κῷος nomine proprio in tanta similium copia (v. Lehrs Aristarch. p. 285) non dubitandum videtur. Fuerunt igitur duo novæ Milesiorum coloniæ duces, qui quum non separatim nec diversis temporibus colonos Sinopen deduxisse videantur, maxima est suspicio Scymnum in hunc modum scripsisse: μετὰ Κιμμερίους Κῷος πάλιν καὶ Κρητίνης. Sequenti versu, in quo τῶν pro edito τοῦ e codice restitutum est, Letronnus post φυγάδες inseruit τέ, quo versui consulitur, non item sententiæ, quæ postulat ut ipsi illi, quos superiore versu memoravit, coloniæ duces Milesiorum exules fuisse dicantur. Scribendum igitur: οἱ γενόμενοι φυγάδες ὅρων Μιλησίων. Consimili modo supra v. 746 habemus Ποντικῶν ὅρων pro Ποντικῆς χώρας. Cf. v. 135 et 519. Quem usum qui nostro scriptori proprium dicit Letronnus, non meminerat, ut alia mittam, Euripidis *Hec.* 937: ἐν μέσοις Θρῄκης ὅροις. » || — 951. δὲ συνοικίζουσι cod.; transposuit Mein. || — 952. ὁ Κ. στρατὸς κατέδραμε τὴν Ἀσίαν cod. An.; em. Mein. || — 953-957. *Anon. p.* 6 *H.*, *p.* 148, 7 *Gail.*: Κατ' ἀντικρὺς δὲ Καράμβεως ἐν τῇ Εὐρώπῃ κεῖται μέγιστον ἀκρωτήριον, ἀπότομον εἰς θάλασσαν ὑψηλὸν ὄρος, τὸ λεγόμενον Κριοῦ μέτωπον, ἀπέχον ἐκ Καράμβεως πλοῦν νυχθήμερον. Versuum fragmenta con-

ἀπότομον εἰς θάλατταν ὑψηλόν τ' ὄρος,
Κριοῦ μέτωπον λεγόμενον,
νυχθήμερον πλοῦν ἀπέχον ἐκ Καράμβεως.

et præruptus inque mare vergens excelsus mons,
Criu-metopon dictus,
diei noctisque navigatione distans a Carambi.

Ὧν δὴ τόπων [λέγουσιν] ἄρξαι Φινέα,
τὸν τοῦ Τυρίου Φοίνικος, ὑστέροισι δὲ
χρόνοις κατελθεῖν ἐξ Ἰωνίας στόλον
Μιλησίων κτίσαι τε ταύτας τὰς πόλεις,
ἃς εἰς Ἄμαστριν ὕστερον συνήγαγεν
ἐπὶ τῶν τόπων κτίσασ' ὁμώνυμον πόλιν
Ἄμαστρις, Ὀξυάθρου μὲν ἱστορουμένη
θυγάτηρ ὑπάρχειν, ὡς λόγος, τοῦ Περσικοῦ,
τοῦ δ' Ἡρακλείας γενομένη Διονυσίου
γυνὴ τυράννου.

Quibus locis imperasse [*ajunt*] Phineum,
Phœnicis, viri Tyrii, filium; posterioribus autem
temporibus eo venisse ex Ionia classem
Milesiorum et condidisse hasce urbes,
quas in Amastrim postea conduxit
cognominem sibi in his locis condens urbem
Amastris, Oxyathræ quæ narratur
Persici, ut fertur, fuisse filia,
uxor autem Dionysii Heracleæ
tyranni.

Παρθένιος... Οὗτος ὁ ποταμός
πλωτὸς καταφέρων ῥεῖθρον ἡσυχώτατον.
Ἐν δ' αὐτῷ λόγος
Ἀρτέμιδος εἶναι λουτρὸν ἐπιφανέστατον.

Parthenus.... Hic amnis
navigabilis, volvens fluentum placidissimum.
In eo fama est
Dianæ esse lavacrum celeberrimum.

[Εἶτ' ἔστιν] Ἡράκλεια, Βοιωτῶν κτίσις
καὶ Μεγαρέων· ἐντὸς δὲ ταύτην Κυανέων
κτίζουσιν ὁρμηθέντες ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος,
καθ' οὓς χρόνους ἐκράτησε Κῦρος Μηδίας.

[*Deinde est*] Heraclea, Bœotorum colonia
et Megarensium, quam intra Cyaneas
condunt profecti ex Græcia,
quo tempore Cyrus imperavit Mediæ.

Σαγγάριος... Οὗτος ὁ ποταμός
ἐκ τῆς ὑπὲρ Θυνῶν τε καὶ Φρυγῶν [χθονός]
φερόμενος ἐξίησι διὰ τῆς Θυνίδος.

Sangarius.. . Hic fluvius
ex imminente Thynis et Phrygibus [*terra*]
delabens per Thyniam in mare egreditur.

Ὕπιος· ἐφ' αὐτῷ δ' ἔχει
μεσηγὺ τὴν Προυσιάδα λεγομένην πόλιν.

Hypius adjacentem sibi habet
mediam Prusiada quam vocant urbem.

---

stituit Meinekius. Cf. Ephori fr. 84 Strabon. p. 545. || — 958-967. *Anonym. p.* 5 *H., p.* 147, 1 *Gail.* Versu. 758 ὧν δὲ τόπων cod. Anon.; em. Holsten. Deinde λέγουσι addidit Meineke; idem versu seq. ὑστέροισι dedit pro ὑστέροις. || — 961. καὶ κτίσαι τ. An.; em. Letr. Strabo p. 544 : Ἦν δὲ ἡ Ἄμαστρις γυνὴ μὲν Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δ' Ὀξυάθρου, τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ τοῦ κατὰ Ἀλέξανδρον· ἐκείνη μὲν οὖν ἐκ τεττάρων κατοικιῶν συνῴκισε τὴν πόλιν, ἔκ τε Σησάμου καὶ Κυτώρου καὶ Κρώμνης..., τετάρτης δὲ τῆς Τιείου κτλ. Hudsonus pro ταύτας τὰς voluit τέσσαρας πόλεις, sed in antecc. ipsas illas urbes nominatas fuisse probabilius. De re cf. Memnon. c. 5; schol. Apoll. Rh. II, 941; Steph. Byz. s. v. Ἄμαστρις. || — 963. ἐπὶ τὸν τόπον cod. An.; em. Mein. || — 964. ἡ Ὀξυάθρου cod. An.; Holstenius scripsit Ὀξάθρου, quam nominis formam habet Memno c. 5. || — 965. ὑπάρχουσα An.; em. Meineke. Dein ὡς ὁ λόγος An. || — 966. τοῦ δὲ Ἡρακλείας τοῦ Διονυσίου τοῦ τυράννου γενομένη γυνὴ Anon.; em. Letronn. || — 968-971. *Anon. p.* 5 *H., p.* 146, 8 *Gail.* || — 968. Παρθένης cod. An., « quem fluvium quum omnes constanter Παρθένιον dicunt, ne Scymnus quidem aliter dixisse censendus est. Nimirum Παρθένης ex Πάρθενις corruptum est, qua forma suæ ætatis morem sequens usus erat Anonymus. Similiter quem fluvium veteres Græci Σαγγάριον dicebant, Procopio Ædif. V, 3 aliisque est Σάγγαρις. Ad eandem rationem formata sunt, quæ frequenter leguntur in titulis græcis nomina Διόνυσις pro Διονύσιος, Αὔρηλις pro Αὐρήλιος, Ἴουλις pro Ἰούλιος. V. Lobeck. Pathol. p. 500; Welcker. Syll. Epigr. p. 18. » Meineke. || — 970. ἐν αὐτῷ δὲ λόγος An.; em. Mein. De re cf. Apollon. Rhod. II, 936 ibiq. schol. et schol. ad Hom. Il. 2, 854. || — 972-975. *Anon. p.* 4 *H., p.* 144, 1. *Gail.* || — 972. εἶτ' ἔστιν adjecit Letronnus. || — 976-978. *Anon. p.* 3 *H., p.* 143, 2 *Gail.* || — 977. καὶ Φρυγίας φερόμενος ἔξεισι διὰ τῆς Θυνιάδος Anon.; em. Letr. et Meinekius. || — 979 Anonymus l. l. : Οὗτος ὁ ποταμὸς (sc. ὁ Ὕπιος) ἔχει ἐπ' αὐτῷ μεσηγὺς πόλιν Προυσιάδα λεγομένην. Quæ Nostro vindicavi ob vocem poeticam μεσηγύς. Quæ deinceps de Apolloniade Anonymus habet, item e Nostro fluxerint.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΑΛΛΙΦΩΝΤΟΣ

ΑΝΑΓΡΑΦΗ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ.

Διὰ παντὸς, ὦ Θεόφραστε, καθάπερ οἶσθα σύ,
ἴδιόν τι πλάττων, κοὐχὶ τὸν ἑτέρων πόνον,
ὅπερ ἔνιοι ποιοῦσ' ἐμαυτοῦ τιθέμενος
νῦν ἱστόρηκα τὴν ἅπασαν Ἑλλάδα,
ὑποταττομένας ταύτῃ δὲ τὰς ἑξῆς πόλεις,
στοιχεῖον οὐκ ἄμουσον ἅμα θ' Ἑλληνικόν
ἱκανήν τε παρέχον διατριβὴν τοῖς δυναμένοις
ὀρθῶς συνιδεῖν ἕκαστα. Τὰ γὰρ ἐν πλείοσιν
ὑπὸ τῶν παλαιῶν συγγραφέων εἰρημένα,
ταῦτ' ἐμμέτρως ῥηθήσετ' ἐν βραχεῖ χρόνῳ,
ὅπερ ἐστὶν ἱκανῶς δύναμιν ἰσχυρὰν ἔχον·
ὑπολαμβάνω γὰρ ἀσφαλῶς ἡμῖν ἔχειν
κεῖσθαί τε τὰς μάλιστα διασήμους πόλεις,
ἄλση, ποταμοὺς, νήσους τε τοὺς διάπλους τε καί
λιμένας, ἅ τ' ἐστὶν ἐν Πελοποννήσῳ γένη
λεγόμενα χώμοροῦντ' ἑαυτοῖς κατὰ τόπους,
ἵνα μηδὲ ἕν σε τὸ σύνολον διαλανθάνῃ,
φανερῶς ἑκάστων ὁμολόγως τε κειμένων,
ὥστ' ἀναλαβόντα καὶ διὰ μνήμης ἔχειν·
νωθρὰν γὰρ οὐχ εὕροις ἂν, ἀλλ' ἐσπευσμένην
τὴν πραγματείαν· διὸ σεαυτὸν μὴ βραδύν

DIONYSII

CALLIPHONTIS FILII

DESCRIPTIO GRÆCIÆ.

Semper, Theophraste, sicut nosti tu,
proprium aliquid fingens, neque aliorum laborem
(quod nonnulli faciunt) mihi vindicans,
nunc exposui universam Græciam
et subjectas ei quæ deinceps sunt urbes,
elementum non indoctum et Græcum simul,
idoneumque quo tempus terant scientes
recte singula cognoscere. Nam quæ fusius
apud scriptores veteres memorata sunt,
ea versibus dicentur brevi tempore;
quod quidem vim haud minimam habet.
Existimo enim sine lapsu nobis recensitas
positasque esse urbes præ ceteris insignes,
nemora, fluvios, insulas, trajectus et
portus, quæque in Peloponneso gentes
memorantur locis sibi invicem conterminæ,
ut omnino te ne hilum quidem lateat,
manifeste singulis et convenienter expositis,
ut qui relegerit memoria etiam teneat.
Haud enim segnem sed summo factam studio
scriptionem hanc reperias. Quare temet impigrum

Διονυσίου τοῦ Κ. ἀναγρ. τ. Ἑλλ.] Quæ sequuntur duo fragmenta metrica, in codice Parisino p. 111, lin. 9 absque ulla inscriptione subjiciuntur Isidori Characeni stathmis Parthicis, non ita tamen ut uno exhibeantur tenore. Quemadmodum enim in Anonymi Periplo Ponti Euxini prosaicis miscentur poetica Scymni Chii, quem vulgo dicunt, sic trimetri nostri cum eclogis quibusdam ex prosaica Græciæ descriptione petitis in unum sunt conflati. Prius fragmentum Græciæ descriptionem adumbrat inde a sinu Ambracio usque ad isthmum Corinthium. Deinde in cod. p. 114, l. 13 prosaica sequuntur, quibus de Attica et Bœotia, deque Thessalia Græciæ recte accensenda fusius exponitur. Post hæc p. 120, lin. 20, alterum habes fragmentum metricum, quod est de insulis. Fini ejus adscriptum legitur: Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος. In apographo Vaticano (fol. 238) nec non in Monacensi titulus a fine ad caput translatus, addita mentione Theophrasti, quem primo versu poeta alloquitur, adeo ut inscriptio sit: Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος πρὸς Θεόφραστον. Versus in codice Parisino non distincti stylo exarantur continuo; in Palatino libro primum fragmentum versus separatos habet, non item alterum. Ceterum misellos istos versiculos nihil pertinere ad eum quem omnes novimus Dicæarchum, dudum viri docti perspexerunt; neque de altero quodam Dicæarcho cogitandum, neque ad prosaicum fragmentum id nomen retrahendum est. Quinam fuerit ἀναγραφῆς auctor in perpetuum nos latuisset, nisi ipse artificio nomen suum oblivioni studuisset subripere. Nimirum si primas litteras priorum versuum viginti trium, qui insipidam constituunt præfationem, in unum collegeris, titulus efficitur: Διονυσίου τοῦ Καλλιφῶντος, id quod egregie eruit Lehrsius. || — 2. ἕτερον codex; em. Hœschel. || — 3. ποιοῦσιν cod.; em. Meineke. || — 4. ἱστόρηκα dedit Meineke; πεπόρηκα codex; πεπόνηκα conj. Stephanus, refragante metro. || — 5. ὑποταττόμενος voluit A. Buttmannus; τε pro δὲ conj. Casaubonus. Τὰς ἑξῆς πόλεις intellige Græcorum colonias, quæ a Græcia proficiscenti in ora maritima occurrunt. || — 6. Ἑλληνικῶν cod.; em. Casaub. || — 7. παρέχων codex; em. scriba apographi Monacensis. || — 9. συγγραφαίων cod. || — 10. ἐνμέτρως cod. Pro χρόνῳ fortasse λόγῳ leg. putavit Letronnus. || — 16. καὶ ὁμοροῦνθ' cod.; em. Meineke. || — 17. διαλανθάνει cod. || — 19. ἔγ cod. || — 20. εὐσπευμένην cod. || — 21. μὴ βραδύν] μὴ βραχύ codex; em. Meineke, qui « Nihil proficitur Boissonadi con-

ὁλοσχερῶς ἐπὶ ταῦτα δοὺς καὶ σπουδάσας
συμφιλομάθησον, καθάπερ εἴωθας ποιεῖν.
Τῆς Ἑλλάδος ἐστὶν Ἀμϐρακία πρώτη πόλις.
Αὕτη δ' ἀποικία λέγεται Κορινθίων
εἶναι. Κατὰ τὸν κόλπον δὲ τὸν καλούμενον
Ἀμϐρακικὸν ᾤκισται μέση, σταδίους δ' ἔχει
ἀπὸ τῆς θαλάττης ὀγδοήκοντ'. ἐπιφανὲς δ'
ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐστ' ἐν αὐτῇ καὶ λιμὴν
κλειστός. Καλεῖται Δρυοπὶς ἡ χώρα δ' ὅλη.
Ἡ δ' Ἑλλὰς ἀπὸ τῆς Ἀμϐρακίας εἶναι δοκεῖ
μάλιστα συνεχής· τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔρχεται
ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνειὸν, ὡς Φιλέας γράφει,
ὄρος τε Μαγνήτων Ὁμόλην κεκλημένον.
Τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν τῆς Ἑλλάδος
λέγουσιν εἶναι, τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν
ἀποχωρίσαντα, τοῦτο δ' εἶναι συμφανές
τοῖς φιλομαθεῖν μάλιστα φιλοτιμουμένοις.
Πλὴν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου προϐήσομαι.
Ἀπ' Ἀμϐρακίας εἰς Θετταλίαν τριῶν ὁδός
ἔσθ' ἡμερῶν. Ἔχει δὲ ποταμὸν λεγόμενον
Ἄρατθον εἰς θάλατταν ἐξιόντα, καί
ὄρος πρόσεστιν ἱερὸν ἐπικεκλημένον.
Σταδίων δ' ὁ παράπλους ἐστὶν ἑκατὸν εἴκοσιν.
Εἶτα μετὰ ταύτην εἰσ' Ὀρέσται λεγόμενοι·
εἶτ' Ἀμφιλοχία δ'· Ἄργος ἐνταῦθ' ἔστι τό
Ἀμφιλοχικόν. Μετὰ τοῦτ' Ἀκαρνᾶνες· πόλεις
οὗτοι δ' ἔχουσι πλείονας, καὶ Λευκάδα,
ἀφ' ἧς μέγας ἐστὶ κόλπος εἰς Ἰσθμὸν φέρων.
Νῆσοι Κεφαλλήνων δ' ἐν αὐτῷ κείμεναι·
Ἰθάκη σταδίων [ὡς] ὀγδοήκοντα, στενή,

toto animo dedens his studensque
mecum velis discere, uti facere soles.
Græciæ prima urbs Ambracia est.
Hæc colonia dicitur Corinthiorum
esse. Ad sinum quem vocant
Ambracium condita est medium, stadia
a mari distans octoginta. Celebre
Minervæ templum habet, ac portum
clausum. Vocatur Dryopis hæc tota regio.
Græcia autem inde ab Ambracia videtur esse
maxime continua, et hinc pertinet
usque ad Peneum fluvium, ut Phileas scribit,
montemque Magnetum Homolen dictum.
Nonnulli tamen Magnesiam Græciæ esse
partem dicunt, et ignarum esse Phileam,
qui eam separaverit, idque esse manifestum
doctrinæ laudi maxime studentibus.
Sed ad reliquum sermonis jam progrediar.
Ab Ambracia in Thessaliam trium via
dierum est. Habet illa fluvium quem vocant
Aratthum in mare exeuntem, atque
mons adjacet Sacer cognominatus.
Prætervectio est stadiorum centum viginti.
Post hanc deinde sunt Orestæ quos dicunt;
tum Amphilochia; Argos ibi est
Amphilochicum. Sequuntur Acarnanes; urbes
hi tenent complures atque Leucadem,
post quam magnus sinus ad Isthmum tendens est;
insulæ Cephallenum ad eum sitæ sunt;
Ithaca, octoginta fere stadiorum, angusta illa,

---

jectura Letronno probata διὸ σεαυτὸν μὲν βραχύ, eo etiam nomine vitiosa, quod μὲν non suo loco positum est. Neque βραχὺ ita ut volunt dici potest. » || — 22. Post ὁλοσχερῶς editt. addunt δ', quo opus non est. || — 25. τῶν Κορινθίων cod.; em. editt. || — 28. θαλλᾶ codex; non θαλάσσης. Deinde π' codex, numeros nonnisi siglis indicare solens. De distantia cum Nostro facit Scylax § 33, qui per totum hunc locum eosdem vel simillimos fontes adhibuit. || — 29. Illud Minervæ fanum aliunde non notum est. Unum Apollinis templum memorat Strabo VII, p. 225. Ceterum Minervam Corinthi, inque Corinthiorum coloniis, Leucade, Anactorio, aliis, cultam fuisse, e numorum indiciis colligit Müllerus *Dor*. I, p. 397. Sententiam noster locus firmat. || — 30. Dryopes in hac Epiri parte memorat etiam Plinius IV, 1 (*Cassiopæi, Dryopes, Selli, Hellopes, Molossi*) et Athanadas in Ἀμϐρακικοῖς ap. Antonin. Lib. c. 4 (Fr. Hist. IV, p. 344). || — 31. De re cf. Scylax § 33 et 65. — 32. συνεχεῖς, τὸ πέρας δ' αὐτῇ ἔρχ. codex; em. Vossius. || — 33. Πεινιὸν cod. || — 34. Μαγνητῶν Ὁμόλλην cod. || — 38. φιλομαθέσι cod., em. Meineke. Cf. Scymnus 10 : τοῖς θέλουσι φιλομαθεῖν. Ceterum pro ineleganti isto φιλομαθεῖν φιλοτιμουμένοις fuisse potius πολυμαθεῖν φιλοτ. Meinekius suspicatur. || — 42. Ἄρατθον] sic codex (non Ἄραθον, uti dicit Meineke, qui cum Palmerio Descr. Gr. p. 318 Ἄραιθον scripsit, collatis fluviorum nominibus Ὕλαιθος et Σόμαιθος) et codices Strabonis VII, p. 325, ubi ante Cramerum edebatur Ἄραχθος, quod præbent Ptolemæus III, 13 p. 227, 13 (var. lect. Ἄραχνος, Ἄρακτος), editt. Plinii IV, 1, Livius XLIII, 22. Codex Polyb. XXII, 9, 4 Ἄρατος (l. Ἄρατθος); codices Strabon. p. 327 ὁ ῥατῶνος (l. ἄρατθος); Lycophron Cass. 409 et Callimachus ap. Tzetzem ad Lyc. Ἄραιθος; Livius XXXVIII, 3. *Arethon*. || — 43. Strabo VII, p. 325 ad Nicopolin esse dicit τέμενος ἐν τῷ ὑπερκειμένῳ τοῦ ἄλσους ἱερῷ λόφῳ τοῦ Ἀπόλλωνος. Hunc etiam Dionysii esse montem sacrum putat Marxius, suffragante Fuhrio. Quod si est, auctor sententiam expressit perinepte. Alius potius mons ad sinistram fluvii ripam situs intelligendus est, haud dubie *Cranias*, quem Ambraciæ montem dicit Plinius IV, 3, sicut Κράνεια, χωρίον Ἀμϐρακιωτῶν e Theopompo affertur ap. Steph. Byz. || — 44. Cf. Scylax § 33. || — 45. μετὰ ταύτην εἰσὶν cod.; em. Meineke. Dein Ὀρεῖται cod.; em. Casaub. || — 46. Ἀμφίλοχοι Ἄργος δ' ἐνταῦθ' codex; em. Meineke. || — 47. μετὰ τούτους Ἀκ. codex; em. Mein. || — 51. Ἰθάκη σταδ. π', στενή codex; em. Meineke. Cf. Strabo X, p. 455 : κύκλος (deb. μῆκος) δὲ τῆς Ἰθάκης ἐστὶν ὡς ὀγδοήκοντα σταδίων. 85 stad. longitudinem ex Artemidoro notat Porphyrius Antr. nymph. p. 114.

ὕψος δ' ἔχουσα καὶ λιμένας τρεῖς· ἐχομένη...
πρὸς ἑσπέραν δ' οἰκοῦσι τῆς Αἰτωλίας...
Ἱερὸν δ' ὕπεστιν Ἡρακλέους καλούμενον,
ἕτερον δ' Ἀφροδίτης. Ποταμὸν ἡ χώρα δ' ἔχει
Ἀχελῷον. Ἡμερῶν δὲ καὶ νυκτῶν δύο
ἔσθ' ὁ παράπλους αὐτῆς. Ἔχεται δ' Αἰτωλία,
ἐν ᾗ πόλις Πλευρὼν ὑπόκειται, χἱερόν
ἅγιον Ἀθηνᾶς ἐστιν ὠνομασμένον.
Ἔπειτα Καλυδὼν, εἶτεν αἵ τ' Ἐχινάδες
νῆσοι ποταμός τ' Εὔηνος ἐκ Πίνδου ῥέων.
Οὗτοι Δολόπων οἰκοῦσι πρὸς μεσημβρίαν·
παράπλους δὲ ταύτης ἐστὶν ἡμέρας μιᾶς.
Εἶτα μετὰ ταύτην ἡ Λοκρὶς καλουμένη,
ἐν ᾗ πόλις Ναύπακτος· εἶθ' ὑποκείμενος
λιμὴν μέγας πόλις τε Τολοφών. Μετὰ δὲ τὴν
Τολοφῶνα ποταμός ἐσθ' Ὕλαιθος λεγόμενος·
τοῦτον δὲ ῥεῖν λέγουσιν ἐξ Αἰτωλίας.
Ὁ πᾶς δὲ παράπλους οὐδ' ὅλης ἔσθ' ἡμέρας.
Οὗτοι κατοικοῦσιν δὲ πρὸς μεσημβρίαν
Αἰτωλίας, Λέλεγες τὸ πρὶν κεκλημένοι.
Ἔπειτα Φωκεῖς εἰσι Λοκρῶν ἐχόμενοι,
παρ' οἷς πεδίον Κρισαῖον. Ἀπὸ Κίρρας δ' ἄνω
προβάντι Δελφῶν πόλις ὕπεστι χἱερόν,
ἐν ᾧ τὸ μαντεῖον, ὅ τε Παρνασός, μέγα
καὶ σύσκιον ὄρος, εἶτα νυμφῶν ἐχόμενον
Κωρύκιον ἄντρον· εἶτεν Ἀντικύρα πόλις
ποταμός τε Κηφισὸς ῥέων ἐκ Φωκίδος.
Παράπλους δὲ ταύτης ἡμέρας ἔσθ' οὐχ ὅλης.

sed habens altitudinem portusque tres; dein....
Ceterum Acarnanes ad occasum sunt Ætoliæ.....
Fanum adjacet (*Alyziæ?*) Herculis,
aliudque Veneris. Flumen habet regio
Acheloum. Duorum autem dierum atque noctium
prætervectio ejus est. Sequitur Ætolia,
in qua Pleuron urbs jacet, et templum
sanctum ibi est Minervæ dictum.
Deinde Calydon, dein Echinades
insulæ, et Evenus amnis e Pindo defluens.
Ætoli Dolopibus sunt ad meridiem.
Regionis prætervectio unius est dici.
Post hanc deinceps Locris quæ vocatur,
in eaque urbs Naupactus; deinde jacet
portus magnus urbsque Tolophon. Post
Tolophonem fluvius est Hylæthus dictus;
hunc labi aiunt ex Ætolia.
Tota autem prætervectio diei est non integri.
Locri habitant ad meridiem
Ætoliæ, olim appellati Leleges.
Dein Phocenses sunt Locris vicini,
apud quos Crisæus campus. A Cirrha autem sursum
tendenti Delphorum urbs occurrit et fanum,
in quo oraculum, et Parnassus, magnus
et umbrosus mons; dein nympharum sequitur
antrum Corycium; deinde urbs Anticyra
amnisque Cephisus fluens e Phocide.
Prætervectio Phocidis diei est non integri.

52. Vocem ἐχομένη non posse ad Ἰθάκη referri, sed lacunam unius pluriumve versuum subesse recte monet Gailius. Excidit ipsius Cephalleniæ aliarumque fortasse insularum mentio. || — 53. πρὸς ἑσπέραν] πρὸς τὸ περαν (sine acc.) codex; em. Meineke. Dein altera est lacuna post v. Αἰτωλίας. Unus vel duo exciderunt versus, quorum vox postrema fuerit Ἀλυζίας; ad hanc enim urbem, monente Marxio, referenda esse videntur sequentia, siquidem Strabo X. p. 459: ἀπὸ τῆς Λευκάδος ἑξῆς... Ἀλυζία... καθ' ἣν ἔστι λιμὴν Ἡρακλέους ἱερὸς καὶ τέμενος. || — 55. ποταμὸν δ' ἡ χώρα ἔχει codex; em. Casaub. || — 56. ἡμερῶν δέκα καὶ cod.; em. Voss. et Palmerius. E nostris emendandus Scylax § 34, ubi vide. || — 58. καὶ ἱερὸν codex; crasin et h. l. et v. 74, 97, 120 restituit Meineke. De Minervæ hoc fano aliunde non constat. || — 60. εἶτα κίδης αἵ τε Αἰχινάδες codex; em. Letronne. || — 61. δ' Εὐηνὸς cod.; em. Letronne. || — 62. Δαλοπῶν cod. || — 65. αὔπακτος cod. || — 66. δὲ Κολοφῶν et mox Κολοφῶνα cod.; em. Palmerius ex Thucyd. III, 101, 3 (unde sua Stephanus v. Τολοφών), ubi: Χαλαίους, Τολοφωνίους, Ἡσσίους, Οἰανθέας. Hinc probabiliter statuere licet de situ urbis, quam in ruinis prope hod. *Kisseli* agnoscunt Krusius (*Hellas*, II, 2) et Leakius *North. Gr.* II, p. 620. || — 67. ἐσθυλαίθος codex. Hylæthus fluvius alibi non memoratur. Quodsi erat post Tolophonem, anonymus ille esse debet, qui in ipsis Locridis Phocidisque confiniis in mare exit, quemque proxime excipit Plistus fluv.; hunc posteriorem h. l. indicari ideoque ἐστὶ Πλειστός legi voluit Holstenius. At Plistus ab oriente labitur; noster ex Ætolia fluere expresse dicitur. Hoc autem ne in alterum quidem cadere videtur, qui quamvis e septentrione decurrat, Ætoliam tamen attingere non videtur. Contra recte hoc diceretur de maximo Locridis fluvio, qui paullo post Naupactum egreditur, cujusque nomen aliunde non novimus. Ad hunc igitur Dionysii verba retulit Leake II, p. 619 et qui eum sequuntur. Fortassis recte, fortasse secus. || — 69. οὐδ' ὅλης ἡμ.] ἥμισυ ἡμέρας Scylax, qui in artius fines Locridis contrahit, Naupactum Ætoliæ tribuens. || — 70. κατοικοῦσι cod., em. Casaub. || — 71. Λέλεγες] Cf. Aristot. De reb. pub. fr. 119 (Fr. Hist. II, p. 145) et Scymnus 590. Bœckh. ad Pindar. Ol. IX, 61 p. 191. || — 72. Φωκεῖς ἐκλογῶν φερόμενοι codex; ἐκ Λελέγων conj. Stephanus; ἐκ λογίων πρὶν φερόμενοι, « jadis amenés en ces lieux par l'ordre d'oracle. » Letronnius. Ad hæc Meinekius: « Ne id quidem grammaticæ consentaneum; nec de illo oraculi jussu quidquam ab aliis traditum est. Prope a vero abfuit Krebsius, qui conjecit Φωκεῖς εἰσὶ Λελέγων ἐχόμενοι, in quo εἰσὶ et ἐχόμενοι verissimum. At Leleges ineptissime hic memorantur, nec dubium est quin Dionysius scripserit Φωκεῖς εἰσὶ Λοκρῶν ἐχόμενοι. » || — 74. προσβάντι... καὶ ἱερὸν cod.; em. Meineke. || — 75. μέγας cod. || — 76. An νυμφῶν λεγόμενον? » *Meineke*. || — 77. εἶτἔναντικύρα cod. || — 78. κηφεισὸς ὀρέων cod; em. editt. || — 79. « An οὐδ' ὅλης? ut v. 69. » *Mein*. || — 80. Κυπάρισσου codex,

ἐν τῇ μεσογείᾳ δ' ἐστὶ Κυπάρισσος πόλις
Κρῖσά τε, μετ' αὐτὴν Δαυλίς. Ἡ Βοιωτία
χώρα δὲ μετὰ Φωκεῖς ὑπόκειται, κειμένη
τῆς Φωκίδος χώρας πρὸς ἕω· κἄστιν δύο
ἐπίσημ' ὄρη, τὸ μὲν Ἑλικὼν καλούμενον,
ἕτερον Κιθαιρών. Εἶτεν Ὠρωπὸς πόλις,
καὶ τῆς θαλάττης ἀπέχον ἱερὸν οὐ πολὺ
ἔστ' Ἀμφιαράου καὶ νεὼς καὶ τὸ τέμενος,
Αὐλίς τε Βοιωτῶν πόλις, πρὸς ᾗ λιμὴν
κἀρτέμιδος ἱερὸν ἅγιον, ὃ λέγεται κτίσαι
Ἀγαμέμνον', εἶτεν Ἐρέσιον καλούμενον
ἀκρότατον, εἶτ' Εὔριπος. Ἀνθηδὼν δ' ἔχει
Ἀνθηδόνιον τὸν λιμένα· καὶ μετ' οὐ πολὺ
Τάναγρα. Κεῖται δ' ἐν μεσογείᾳ πάνυ καλὴ
πόλις, μεγάλαι Θῆβαι, σταδίων τὸ περίμετρον
ἔχουσα τετταράκοντα καὶ προσέτι τριῶν,
Κῶπαι (δὲ) πόλις κὠρχομενός· εἶτα μετ' οὐ πολὺ
πόλις Λεβάδεια χἱερὸν Τροφωνίου,
ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι.
Εἶτ' Ὠχαλέα πόλις ἐστὶ καὶ Μεδεών. Μετὰ
ταύτην ὑπόκειται Θεσπιά, κἆτ' ἐχομένη

In mediterraneis vero sita Cyparissus urbs,
Crisaque, post eamque Daulis. Post Phocenses
Bœotiæ regio sequitur, sita
a Phocide regione versus ortum. Suntque duo
insignes montes, quorum unus Helicon vocatur,
alter Cithæron. Dein Oropus urbs,
et a mari distans oraculum haud procul
est Amphiarai et templum et lucus,
Aulisque Bœotorum urbs, ad quam portus
et Dianæ fanum sanctum, quod condidisse dicitur
Agamemno; dein Eresium quod vocant
summum, tum Euripus. Anthedon vero habet
portum Anthedonium; non longe hinc est
Tanagra. In mediterraneis autem sita perpulcra
urbs, magnæ Thebæ, stadiorum ambitum
habens quadraginta et insuper trium,
Copæ etiam urbs et Orchomenus; nec multo post
Lebadea urbs et fanum Trophonii,
ubi oraculum dicunt fuisse.
Dein Ocalea urbs est et Medeon. Post
hanc sita Thespia; dein sequuntur

---

accentum ponens in antepenultima, quare non scripsi cum Meinekio Κυπαρίσσου, quod dicendi genus exemplo in Dionysio caret. Ceterum de conditore urbis Cyparisso, Minyæ filio, laudant Stephanum s. v., schol. Hom. Il. 2, 519, Nonnum Dion. XIII, 123: Φωκῆες οἳ Κυπαρίσσου εἶχον ἕδος. || — 81. Κρῖσά] Λάρισά codex, Λάρισσά olim editt. Larissa Phocica ignota. Quare Κρῖσαν memorari a Dionysio statuit recte procul dubio Harduinus ad Plinium tom. I, p. 501, suffragante Meinekio, qui Crisam cum Daulide conjungi monet etiam ap. Homer. Il. II, 520: Κρῖσάν τε ζαθέην καὶ Δαυλίδα, et Nonnum Dion. XIII, 223: Κρῖσαν ἀειδομένην καὶ Δαυλίδα; de Crisa autem a Cirrha probe distinguenda, neque cum Strabone ad mare collocanda, laudat H. N. Ulrichsium in Itin. gr. I, 24. Pro Δαυλίς codex δ' αὔλις (sic). || — 82. ἀπόκειται cod. em. Gail. || — 85. ὀροπὸς cod. || — 86. ἀπέχων cod. || — 90. Ἀγαμέμνονα εἶτ' ἐμπερέσιον codex. « Dianæ templum ab Agamemnone conditum commemorat Callimachus fr. 72: τὴν ὡγαμέμνων, ὡς ὁ μῦθος, εἵσατο, ad quæ Bentleyus non immemor fuit carminis Theognidei: Ἄρτεμι θηρογόνη, θύγατερ Διός, ἣν Ἀγαμέμνων εἵσαθ', ὅτ' εἰς Τροίην ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς. Ac fuerunt etiam alia monumenta Dianæ placandæ ab Agamemnone dedicata, velut navis illa apud Geræstios a Procopio Bell. Goth. IV, 22 memorata cum hoc titulo: Νῆα μέλαιναν ἱδρύσατο τῇδ' Ἀγαμέμνων Ἑλλήνων στρατιῆς σῆμα πλοϊζομένης. Quorum versuum primus, cui neque Dindorfius neque Welckerus Syll. epigr. p. 226 opem tulerunt, ita redintegrandus est: Νῆά με λαϊνέαν κτλ. E lapidibus enim navem illam structam fuisse ipse indicavit Procopius. Emperesium, quod tertio versu memoratur, Kiepertus noster in Eubœæ littore Aulidi adverso posuit, in quo nisi ignotos mihi auctores secutus est, a vero aberravit. Recte sine dubio non intellectus editoribus Holstenius εἶτεν Ἐρέσιον scribendum significavit. Cf. Suidas Ἐρέσιον, πόλις Βοιωτίας. Idem Εἰρέσιον, πόλις Βοιωτίας. Hanc alteram scripturam secutus est Etym. M. p. 303, 11, et Plinio IV, 12 pro *Hyresion* restituit Müllerus *Orchom.* p. 56, ubi Silligius edidit *Hilesion*, quod si librorum auctoritate nititur, non improbo. Nec dubium est quin idem sit oppidum quod Homero Il. II, 499 et Nonno Dion. XIII, 61 Εἰλέσιον dicitur. Utrumque nomen urbem illam antiquissimis temporibus in humili et navigantibus opportuno loco sitam fuisse indicat, postea subsidentibus aquis in alto jacere visa est, unde ἀκρότατον appellat Dionysius. » MEINEKE. Strabo IX, p. 406: Ἕλος τε καὶ Ἐλεὼν καὶ Εἰλέσιον ἐκλήθη διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσι ἱδρύσθαι· νῦν δὲ οὐχ ὁμοίως ἔχει ταῦτα ἢ ἀνοικισθέντα ἢ τῆς λίμνης ἐπιπολὺ ταπεινωθείσης διὰ τὰς ὕστερον γενομένας ἐκρύσεις. || — 93. Verba μετ' οὐ πολὺ Τάναγρα ad situm et seriem locorum parum accommodata. Quare fuerunt qui pro Τάναγρα vellent Λάρυμνα, uti Gailius. || — 95. Sec. Dicæarchum ambitus erat stadiorum 37. || — 96. μετ' οὐ πολὺ] sic Letronnius; μετὰ δύο codex; εἶτα μεθ' ἑκατὸν (sc. στάδια), Müllerus *Orchom.* p. 483. Mitto aliorum conjecturas minus etiam ferendas. Meinekius conj. εἶτα Μετάχοιον (collato Stephano s. h. v.); sic tamen male junguntur sequentia, posteaque Meinekius ad Stephan. Byz. p. 448 proposuit εἶτα μετ' ὀλίγον. Propius ad traditas litteras moremque auctoris accedit, neque metris Dionysianis repugnat conjectura Letronni. Particula δὲ post Κῶπαι metrico molesta. || — 97. Λεβαδια (sine acc.) καὶ ἱερὸν codex; em. Mein. || 100. Θεσπεσία codex, Θεσπιαί vulgo, Θεσπιά Meinekius, de accentu laudans Herodianum ap. schol. Ven. Hom. Il. II, 101. Singularem numerum etiam in sequenti versu restituere velim pro Πλαταιαί. In codice αι et α ita exarantur, ut differentia fere nulla sit. Et Θεσπιά et Πλατειά est Homericum; Homericum autem Bœoticarum urbium catalogum ob oculos ha-

ἡ προσαγορευομένη Πλαταιαὶ, μετὰ δέ τις
πόλις ὑπόκειται Νῖσα. Μῆκός ἐστι τῆς
Βοιωτίας στάδι', ὡς λέγεται, πεντακόσια,
διακόσια δὲ χἀβδομήκοντ' ἐστὶ τό
πλάτος. Ποταμοὺς ἔχει δὲ τὸν μὲν λεγόμενον
Ἰσμηνὸν Ἀσωπόν τε, πεδία δ' εὔυδρα
παρακείμεν' ἐστ'· ἔπειτα χώρα Μεγαρέων.
Ἐντεῦθεν ἀρχὴ τῆς Πελοποννήσου.....
. . . . Λιμήν
χωστὸς ὑπόκειται καὶ Λέχαιον λεγομένη
πόλις...

Platææ quæ appellantur; post has quædam
urbs jacet Nisa. Longitudo autem
Bœotiæ stadiorum, ut ferunt, quingentorum;
ducentorum vero et septuaginta est
latitudo. Fluvios habet Ismenum
quem vocant, et Asopum; iisque campi
adjacent irrigui. Deinde terra Megarensium.
Hinc initium Peloponnesi....
. . . . Portus
obrutus subjacet et Lechæum dicta
urbs....

Κρήτη τίς ἐστι κατὰ Κύθηρα κειμένη
νῆσος περίκλυστος· ἔστι δ' αὐτῆς τὸ μέγεθος
δισχιλίων καὶ πεντακοσίων που σχεδόν
σταδίων· ἁπασῶν δ' ἐστὶ πελαγιωτάτη,
στενὴ δὲ τελέως· ἐν δὲ ταύτῃ τρία γένη
ἀποικίαν ἔσχηκεν Ἑλλήνων· τὸ μέν
Λακεδαιμονίων, ἔπειτεν Ἀργείων, τὸ δέ
ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων· ἔχει δὲ βάρβαρα
αὐτόχθονα γένη. Φασὶ δ' ἐν Κρήτῃ πόλιν
εἶναι Φαλάσαρνα κειμένην πρὸς ἥλιον
δύνοντα, κλειστὸν λιμέν' ἔχουσαν χἰερόν
Ἀρτέμιδος ἅγιον, καὶ καλεῖσθαι τὴν θεόν
Δίκτυνναν· εἶτεν Ἀπτεραίαν λεγομένην
ἐν τῇ μεσογείᾳ· κἆτα Κνωσσὸν ἐχομένην
καὶ πρὸς νότον Γόρτυναν· ἄλλαι τ' εἰσὶν ἐν
Κρήτῃ πόλεις, ἃς ἐστιν ἐργῶδες φράσαι.
Ποταμοὺς δ' ἔχει Ληθαῖον, εἶτα λεγομένους
Διδύμους, ἔπειτα Μαινόμενον, εἶτ' ἐχόμενον
Κεδρισὸν Ἀμφιμέλαν τε καὶ Μεσσάπολιν,
ὄρος τε Δικτυνναῖον ἐπὶ δυσμὰς φέρον.
Τὰς δὲ Κυκλάδας νήσους ὁρῶμεν κειμένας
ὑπὲρ Γεραιστοῦ, πρὸς δὲ τὴν μεσημβρίαν
οὔσας μὲν Εὐβοίας, περιεχούσας δὲ τό

Creta quædam contra Cythera jacet
insula circumflua. Magnitudo ejus est
bis mille et quingentorum circiter
stadiorum. Omnium maxime in alto sita est,
angusta admodum. Tres Græcorum gentes
colonias in ea habuerunt; quarum una
Lacedæmoniorum, Argivorum altera, tertia
Atheniensium. Habet etiam barbaras
indigenarum stirpes. Aiunt in Creta esse
Phalasarna urbem sitam ad solis
occasum, clausum quæ habeat portum et fanum
Dianæ sanctum, ac vocari hanc deam
Dictynnam; deinde esse Apteræam dictam
in mediterraneis; post hanc Cnossum sequi
et austrum versus Gortynam. Aliæ quoque sunt
in Creta urbes, quas recensere operosum est.
Fluvios autem habet Lethæum, deinde quos dicunt
Didymos, tum Mænomenum, et sequentem deinceps
Cedrisum Amphimelamque et Messapolin (?),
montemque Dictynnæum, qui ad occasum tendit.
Cyclades insulas videmus jacentes
super Geræstum ad meridiemque
sitas Eubœæ, complectentes autem

---

buisse Nostrum vel ejus auctorem etiam sequens suadet Νῖσα Bœotica, quam nonnisi ex Homero novimus (v. de ea Strabo IX, p. 405). || — 101. μετὰ δὲ ταῖς codex; em. Mein. || — 102. πόλεις cod. || — 104. σ' καὶ ο' ἐστι τὸ πλάτος cod.; em. Letronn. et Mein. || — 105. ποταμοὺς δ' ἔχει τὸν cod.; em. Meineke, qui deinceps mavult τόν τε λεγ. || — 106. Ἰσμηνὸν λεωπόν τε cod.; em. Gailius. ΛΕΩΠΟΝΤΕ ortum ex dittographia vocum ΑΣΩΠΟΝΤΕ. || — 106. πεδία εὔυδρα cod.; em. Mein. || 107. ἐστίν· ἔπειτα cod.; emendavit Meineke. || — 108. ἔστι τε ἐντεῦθεν codex; em. Letronnius. — χωστὸς] cum Letronnio verti *obrutus*; vox significare etiam potest « aggeribus sive molibus circumdatus. » Olim vulgo legebatur χυστὸς, pro quo χυτὸς voluit Holstenius, laudato Etym. M. p. 740: Χυτὸς λιμὴν Κυζίκου· χυτὸς δὲ καλεῖται ὁ περικλεισθεὶς καὶ λίθοις οἰκοδομηθεὶς καὶ μὴ αὐτοφυὴς ὤν. Καλεῖται δὲ οὕτω καὶ ὁ ἴλυν ἔχων καὶ ἄσιν ἤγουν ἀκαθαρσίαν. Krebsius conj. κλειστός; idem pro Λέχαιον voluit Νίσαια. Quæ haud dubie nihili sunt omnia. Hoc tantum patet vel ipsum auctorem vel alium ineptum in modum narrationem contraxisse. « Le port de *Lechæum*, qui n'existe presque plus maintenant, pouvait être fort diminué par les ensablements à l'époque récente où écrivait notre poete. » LETRONNE, p. 151. || — 111. περίκλυτος ante Mein. editt. || — 112. β' καὶ φ' που σχεδὸν σταδίων cod. Cf. Scylax p. 42, qui in Cretæ descriptione eodem fonte usus est. || — ἀποικίας ante Letronnium editt. || — 116. τόθ' pro τὸ δὲ codex; em. Mein. || — 120. καὶ ἱερὸν cod.; em. M. || — 122. Δίκτυναν, εἶτεν Ἀγγαραίαν cod.; em. Meursius. || — 123. ἐν μεσογαίᾳ κἄπειτα Κνωσὸν cod.; em. Letronne. || — 125. τὰς pro ἃς cod. || — 127. Didymos, Mænomenum et Cedrisum (quem montem facit Forbiger) fluvios nemo memorat; Amphimelas fortasse ab ipso auctore prave dicitur fluvius qui prope Amphimalla urbem in Amphimallium sinum (v. Strabo p. 475. Steph. s. v.) incidit; Messapolis idem qui Scylaci p. 43. Messapus; apud utrumque scriptorem Meinekius scribendum censet Μεσσάπιον; certe illud Μεσσάπολις tamquam fluvii nomen magnopere offendit. Massaliam Cretæ fluvium memorat Ptolemæus. || — 132. οὔσας ἐν Εὐβοίᾳ codex; em. Letronnius.

πέλαγος τὸ Μυρτῷον λεγόμενον, ἔτι δὲ καί
τῆς Ἀττικῆς χώρας μετεχούσας παντελῶς.
Ἐγγὺς Κέως πρώτη τετράπολις Σουνίου
νῆσος ὑπόκειται καὶ λιμήν· ἔχεται Κύθνος
νῆσος πόλις τ', εἶτεν Σέριφος καὶ λιμήν,
ἔπειτα Σίφνος καὶ Κίμωλος ἐχομένη...
ἔχουσα λιμένας δύο· μετ' αὐτὴν δ' ἐστὶν ἡ
Δῆλος ἱερὰ νῆσος λεγομένη, καὶ λιμήν
νεώς τε τἀπόλλωνος, εἶτεν ἐχομένη
Μύκονος· μετὰ ταύτην Τῆνός ἐστι καὶ λιμήν,
Ἄνδρος τε νῆσος καὶ κατὰ Γέραιστον λιμήν.
Αὗται μέν εἰσι Κυκλάδες, ἕτεραι λεγόμεναι
Σποράδες, ἐν αἷσι Μῆλος, εἶτεν οὐ πολύ
ἀπέχουσα Θήρα νῆσος, εἶτεν οὐ πολύ
Ἴος, εἶτα Νάξος· μετὰ δὲ ταύτην πελαγία
Σκῦρος· κατ' Εὔβοιαν δ' ὁρῶμεν κειμένην
αὐτήν· ἀπὸ ταύτης ἐστὶν ἀπέχουσ' οὐ πολύ
νῆσος Πεπάρηθος ἡ τρίπολις καλουμένη...

[ΔΙΚΑΙΑΡΧΟΥ ΑΝΑΓΡΑΦΗ ΕΛΛΑΔΟΣ.]

mare Myrtoum quod dicunt, nec non
ad Atticam regionem prorsus attinentes.
Prima Ceos cum quattuor urbibus prope Sunium
insula adjacet et portus; sequitur Cythnus
insula et urbs, deinde Seriphus cum portu,
deinde Siphnus et Cimolus subsequens...
Tum Parus habens portus duos. Post eam vero est
Delus sacra insula dicta, et portus
templumque Apollinis; deinde sequitur
Myconus; post hanc Tenus est cum portu,
Andrusque insula et contra Geræstum portus.
Hæ sunt Cyclades; aliæ dicuntur
Sporades, in quibus Melus; dein haud longe
distans Thera insula; hinc non longe
Ius, tum Naxus. Post hanc in alto
Scyrus, quam contra Eubœam videmus
sitam. Ab hac non multum distans
insula Peparethus dicta quæ urbes tres habet.

[DICÆARCHI DESCRIPTIO GRÆCIÆ.]

---

135. Σούνιον cod., em. Voss. Mavult Meinekius : πρώτη Κέως τετράπολις ἐγγὺς Σουνίου. Letronnius dedit : ἐγγὺς Κέως πρώτη τετράπολις, Σουνίου [ἀντίον] ὑπόκειται. || — 137. πόλις εἶτε Σερ. cod.; em. editt. || — 138. Post Κίμωλος ἐχ. lacunam notavit Letronnius. Quæ sequuntur : ἔχουσα λιμένας δύο ad Parum insulam pertinent, uti e Scylace colligitur. Marxium qui in Cimoli locum Parum substituit, merito reprehendit Letronnius. Excidit versiculus, in quo præter Parum memorabatur Syrus et tertia insula, quæ probabiliter erat Oliarus; ne Melum fuisse putem, obstat quod hoc nomen v. 145 reponendum esse servatæ literæ suadent. || — 139. μετὰ ταύτην cod.; em. Letronnius. || — 141. νεὼς τἀπόλλωνος cod.; em. Meinek. || — 142. Μύκολος cod. || — 143. « An νῆσος κατὰ Γέραιστον καὶ λιμήν? » *Meinek*. Sane ipsa insula, non vero portus Geræsto obvertitur. || — 144. εἰσίν cod. || — Pro λεγόμεναι fort. fuisse δ' ἐχόμεναι opinatur Meinekius. || — 145. ἐν αἷς Κίμωλος codex; mutavi e sententia Meinekii, quamvis ipse dedit ἐν αἷσι Σίκινος, pro Letronniano ἐν αἷσι Σίκηνος. Meli nomen ad traditas literas propius accedit, insulaque modo Sporadibus modo Cycladibus accensetur. || — 145. εἶτεν οὐ πολὺ ἀπέχουσα Ἴος, εἶτα Νάξος· μετὰ ταύτην πελασγία cod.; em. Meineke : « Etsi enim Scyrus recte Pelasgia appellari potuit, non minus recte tamen vocatur πελαγία, frequenti insularum epitheto; ἀπέχουσα autem ex superiore versu repetitum videri potest. » Letronnius tentavit : εἶτεν οὐ πολὺ | ἀπέχουσ', Ἴος, εἶτα Νάξος· εἶτα πελασγία. || — 149. ἀπέχουσα codex.

ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΧΑΡΑΚΗΝΟΥ
ΣΤΑΘΜΟΙ ΠΑΡΘΙΚΟΙ.

Μεσοποταμίας καὶ Βαβυλωνίας σχοῖνοι ροα'.
Ἀπολλωνιάτιδος σχοῖνοι λγ'.
Χαλωνίτιδος σχοῖνοι κα'.
Μηδίας σχοῖνοι κϐ'.
Καμϐαδηνῆς σχοῖνοι λα'.
Μηδίας τῆς ἄνω σχοῖνοι λη'.
Ῥαγιανῆς Μηδίας σχοῖνοι νη'.
Χοαρηνῆς σχοῖνοι ιθ'.
Κομισηνῆς σχοῖνοι νη'.
Ὑρκανίας σχοῖνοι ξ'.
Ἀσταυηνῆς σχοῖνοι ξ'.
Παρθυηνῆς σχοῖνοι κε'.
Ἀπαυαρκτικηνῆς σχοῖνοι κζ'.
Μαργιανῆς σχοῖνοι λ'.
Ἀρείας σχοῖνοι λ'.
Ἀναυῆς σχοῖνοι νε'.
Ζαραγγιανῆς σχοῖνοι κα'
Σακαστανῆς σχοῖνοι ξγ'.
Ἀραχωσίας σχοῖνοι λϛ'.
Ὁμοῦ σχοῖνοι ωνη'.

Μεσοποταμίας καὶ Βαβυλῶνος σχοῖνοι ροα'.

1. Διαβάντων τὸν Εὐφράτην κατὰ τὸ Ζεῦγμα, πό-

ISIDORI CHARACENI
MANSIONES PARTHICÆ.

Mesopotamiæ et Babyloniæ schœni 171.
Apolloniatidis schœni 33.
Chalonitidis schœni 21.
Mediæ schœni 22.
Cambadenæ schœni 31.
Mediæ superioris schœni 38.
Rhagianæ Mediæ schœni 58.
Choarenæ schœni 19.
Comisenæ schœni 58.
Hyrcaniæ schœni 60.
Astauenæ schœni 60.
Parthyenæ schœni 25.
Apauarcticenæ schœni 27.
Margianæ schœni 30.
Ariæ schœni 30.
Anauæ schœni 55.
Zarangianæ schœni 21.
Sacastanæ schœni 63.
Arachosiæ schœni 36.
Schœnorum summa 858.

Mesopotamiæ et Babyloniæ schœni 171.

1. Transeuntibus Euphratem juxta Zeugma urbs est

Quattuor sunt horum Excerptorum libri manuscripti : codex Parisinus 443 Suppl. p. 106, 2-111, 9, ejusque apographa duo, alterum Vaticanum (fol. 236 R-238 R, lin. 12), alterum Monacense (fol. 50 sq.), atque codex Parisinus 571, fol. 417 R.-418. In cod. 443 stathmi nostri excipiunt Scylacis periplum, cui post titulum Σκύλακος Καρυανδέως περίπλους κτλ. subjecta est alia operis cujusdam inscriptio nuda : Ἀθηναίου πόλεων σκώμματα καὶ ὁδοὶ καὶ περίπλους, omissis h. l. quæ ad eam pertinebant excerptis (vide supra p. 97 not.). Nihil ea facit ad Parthica, quibus titulus in utroque codice Parisino non præfigitur, sed subjungitur (p. 111, 9) hicce : Ἰσιδώρου Χαρακηνοῦ σταθμοὶ Παρθικοί. In apographis autem titulus a fine in frontem transpositus legitur post præmissum capitum laterculum. In codice Paris. 571 nostrum opusculum præcedit excerpta Straboniana. Ceterum hunc librum, qui in nonnullis altero codice est integrior, denuo comparavi accuratissime, quod priores editores in enotanda lectionis varietate minime consentire animadvertebam. Codex 443 litera A, cod. 571 litera B signatur. Apographorum Vaticani et Monacensis lectiones non erant notandæ. || — l. 3. κα'] να' A, sed infra § 3 recte κα'. || — 4. κϐ'] Infra § 4 κα' in cod. A, male. || — 7. Ῥαγιανῆς] Ῥατιανῆς codd., em. Mannert. V, 2, p. 169 et Emanuelus Miller. Ματιανῆς h. l. et infra § 7 inconsiderate scr. Hudson. || — 11. Ἀσταυηνῆς] Infra § 11 Ἀσταϐηνῆς A ; quid præferendum sit aliunde non potest demonstrari. || — 12. Παρθυηνῆς] Παρουηνῆς codd.; em. editt. || — 15. λ'] ν' codd., sed infra § 15 λ', quod genuinum esse e subducta summa schœnorum efficitur. || — 16. Ἀναυῆς] Ἀναυὴ B, Ἄναυοι A ; infra § 16 Ἀναύων χώρα B, Ἀνάϐων χώρα A. Millerus h. l. edidit Ἀνάϐης. || — 17. Ζαραγγιανῆς] sic codd.; § 17. ζ' δραγγιανὴ A ; Δραγγιανὴ B, unde etiam h. l. Δραγγιανῆς scripsit Miller. Vid. infra not. || — 18. Σακαστανῆς] Σακαστάνης codd.; Σακαστηνῆς temere, ut solet, B. Fabricius. || — 20. ωνη'] Summa schœnorum bene habet.

§ 1. Βαϐυλῶνος] Supra et infra habes Βαϐυλωνίας, quod hoc quoque loco Miller exhibet. At quum Βαϐυλὼν nomen etiam de regione usurpari constet, titulum vero uni huic segmini præfixum (sicuti plerasque hoc genus inscriptiones) non excerptor sed scribæ addiderint, nihil erat mutandum. || — τὸ Ζεῦγμα] De hoc Zeugmate (non confundendo cum altero Zeugmate τῷ πάλαι τῷ κατὰ Θάψακον (Strabo p. 746), quo Alexander M. fluvium trajecit) cf. Plinius V, 21 : *Zeugma LXXII mill. p. a Samosatis, transitu Euphratis nobile. Ex adverso Apameam Seleucus* (Nicator) *idem utrinque conditor ponte junxerat*. Strabo XVI, p. 749 e regione Zeugmatis non Apameam collocat, sed Seleuciam, Σελεύκειαν, φρούριον τῆς Μεσοποταμίας προσωρισμένον ὑπὸ Πομπηίου τῇ Κομμαγηνῇ. Cf. Polyb. V, 43, 1 : Σελεύκειαν τὴν ἐπὶ τοῦ Ζεύγματος. Alius nemo, quantum sciam, hujus Seleuciæ meminit; nam Stephani Byz. Σέλευκος πόλις περὶ τῇ ἐν Συρίᾳ Ἀπαμείᾳ est Seleucus ad Belum (Cf. Ritter. X, p. 964). De

λις ἐστὶν Ἀπάμεια, εἶτα Δαίαρα κώμη. Ἀπέχει δὲ Ἀπαμείας καὶ τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ σχοίνους γ'. Εἶτα Χάραξ Σίδου, ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων Ἀνθεμουσιὰς * πόλις,

Apamea; deinde Dæara vicus. Abest autem ab Apamea et Euphrate fluvio schœnis 3. Dein Charax seu Vallum Sidæ, a Græcis Anthemusias *dicta* urbs, schœni 5;

Apamea cf. etiam Plinius VI, 30 § 119 Sillig.: *Diota est in Zeugmate. Apamia, ex qua Orientem petentes excipit oppidum Caphrena munitum*, et Stephan. Byz.: Ἀπάμεια... ἔστι καὶ τῆς Περσαίας (Περαίας aut Παρθυαίας conj. v. d.; Πορσικῆς Droysen. *Hellenism.* II, p. 703), Ἐδέσσης (an τῆς Ἱεραπόλεως τῆς καὶ Ἐδέσσης apud Strab. p. 748?) πρὸς ἄρκτους. Aut igitur Seleucia et Apamea urbes sibi proximæ erant, aut utrumque nomen ad eundem spectat locum, sive illud arcis, hoc urbis fuit, sive quod Seleucia postea dicta est Apamea. Ptolemæus V, 15 Zeugma ponit 37°, Europum 36° 50'. Igitur Europi esse videntur ruinæ prope *Jerabees* sive *Jerabulus* (36° 50'); Zeugma autem ex adverso fuit hodiernæ urbis *Bir* s. *Bira* s. *Beredchik* s. *Beridchik* (37° 0' 38" lat. sec. Chesney), quæ est vetus Apamea sive Seleucia. Perperam Mannertus, Reichardus, alii, Βίθρα Ptolemæi (35° lat.) et Βίρθα Hieroclis p. 715 (v. Ritter X, p. 974 sqq.) agnoscere sibi videbantur in hod. *Bir*, quæ reapse inde ab duodecimo demum post Christum sæculo ap. Gregor. Abulphar. Hist. dynast. p. 255 (*Bira* castellum), Abulfedam Tab. Syr. p. 127 (*Al Birat*), et dehinc apud alios tamquam locus Euphratis trajectu nobilis memoratur (V. Niebuhr *Reise*. II, p. 412. Pokoke II, p. 236). Etiamnunc prope *Bir* « is one of the most frequented of all the passages into Mesopotamia, and about 16 large passage-boats are kept at this place, in a state of repair, for the use of the caravans, which occasionally number 5000 camels. » Chesney *Survey of the rivers Euphrates and Tigris* I, p. 46. Hinc usque ad mare mediterraneum Chesneyus p. 47 linea recta exputat 133 milia angl., sin viam hodie ad os Orontis ducentem sequaris, 140 milia. Quadrant verba Strabonis p. 749: Στάδιοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τοῦ Ζεύγματος τοῦ κατὰ Κομμαγηνὴν οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων καὶ τεσσαρακοσίων. Idem prodit Plinius V, 13 (coll. VI, 30): *Latitudo a Seleucia Pieria ad oppidum in Euphrate Zeugma* 175 *mill. pass.* A Samosatis (h. *Sumeisat*) ad Zeugma 175 mill. pass. (576 stad.) exputat; ejusque longitudinis viam (600 fere stadiorum) esse a *Sumeisat* ad *Bir* mappa Chesneyana comprobatur. Monenda hæc erant, quoniam ante Chesneyi operam de vero situ locorum parum constabat, Strabo autem alia quædam de his minus distincta et accurata habet, quæ in errorem recentiores geographos sæpe induxerunt. Vide de his Ritterum X, p. 989 sqq., qui Reichardi maxime argumentationes falsissimas jure merito perstringit. Ceterum Zeugmatis oppidi atque pontis originem fabula ad Bacchum retulit sec. Pausan. X, 29. Alii Alexandri M. transitum a Thapsaco (v. Arrian. III, 7. Curtius IX, 37. Strabo p. 746) in hunc locum transferunt, ut Dio Cassius XL, 17, Stephanus Byz. v. Ζεῦγμα, Statius Silv. III, 11, 137, nec non ipse Plinius XXXIV, 43. Cf. Lucan. VIII, 235, ubi ab Alexandro Pellæo vocatur *Zeugma Pellæum*. Ultimus eorum qui Zeugmatis oppidi meminerunt, Procopius esse videtur De ædif. II, 9 p. 237, ubi Justinianus corruentem locum denuo muniisse contra Sassanidarum incursiones proditur. Reliquiæ ejus non supersunt. Longius a flumine urbem dissitam fuisse noli credere, quamquam ita res pingitur in Tab. Peutingeriana. V. not. seq. ‖ — Δαίαρα] In Tabula Peuting. et Geogr. Rav. II, 13 locus vocatur *Thiar*, a Zeugmata distans 12 mil. sive 96 stadia, quæ respondent schœnis nostris tribus (90 stad.). At falso tabulæ auctor ita rem delineavit, quasi Thiar adjaceret fluvio, Zeugma vero 12 hinc milibus dissitum esset. Aliunde de loco non constat. Ceterum Dæara et Anthemusias et Coræa in via sitæ erant, quæ ab Apamea orientem versus Carrhas ducebat; post Coræam deinde *ad dextram*, id est meridiem et orientem versus, ad inferiorem Bilechæ fluvii cursum periegeta se convertit. Dæara itaque ponenda forent ubi Chesney notat *Khan Tepeh* locum ad fluvium *Mankali*.‖— Χάραξ Σίδου] Χάρακα σίδου A, Χαρακοσίδου B; Χαρακσπασίνου Fabricius ap. Hudson. Confer Salmasium in Exerc. Pl. p. 347, B); Χάραξ Σπασίνου, quod dedit Millerus. Novimus Χάρακα Σπασίνου sinui Persico vicinam; cur alteram ejus nominis urbem in nostris locis fingamus, causam idoneam nullam vidit Sainte-Croix, *Mém. de l'acad.* t. L, p. 92, nec ego video; certe multo probabilius est excerptorem accusativum, quem in Isidoro repererit, pro nominativo extulisse (sicut inverso ordine § 7 codex A τὴν Χάραξ habet), quam Σπασίνου nomen ex κα σίδου eliciendum esse, nullo suadente indicio. Quemadmodum aliam Characem in Rhagiana Media, nescio quonam cognomento distinctam, infra videbimus, atque Χάρακα Μελεάγρου in Cyrrhestice Strabo p. 757 memorat, sic nostra Charax a Side aliquo principe nomen habuerit. Vel Trajani temporibus suum hæc urbs principem, Sporacum, habuit, teste Dione. Minus probabile est Χάρακα Σίδου ab Antiocho VII Sidete dictam fuisse, quæ sententia est Sanctcrucii l. l. ‖ — Ἀνθεμουσιὰς] Ἀνθεμουσίας A, Ἀνθεμουσία B; deinde σχοίνους ε' A. Post Ἀνθεμουσιὰς excidisse videtur καλουμένη vel simile verbum. De re cf. Tacitus Annal. VI, 41: *Nicephorium et Anthemusiada ceterasque urbes quæ Macedonibus sitæ græca vocabula usurpant.* Plinius V, 21 § 86: *Anthemusia et Nicephorium oppida.* Id. VI, 30: *In campestribus oppida Diospage, Polytelia, Stratonice, Anthemüs.* Steph. Byz.: Ἀνθεμοῦς, πόλις Συρίας (i. e. Μεσοποταμίας). Occurrit nomen etiam in numis Domitiani, Heliogabali, Maximini. Strabo p. 748 inter alia habet: ἡ μὲν οὖν ἀνάβασις (διάβασις em. Grosk.) τοῦ Εὐφράτου κατὰ τὴν Ἀνθεμουσίαν ἐστὶν αὐτοῖς, τόπον τῆς Μεσοποταμίας; quibus parum liquet an oppidum dicere velit an regionem, de qua in antecedentibus: περὶ τὴν Ἀνθεμουσίαν Ἀβόρρας (ποταμὸς ῥεῖ); hoc si verum, Anthemusia regio patuit longissime; at de Mesopotamia tam exilis est Strabonis cognitio, ut verba ejus premere nolis. Ceterum Ptolemæus V, 17 p. 376 Wilbg. nonnisi *regio-*

σχοῖνοι ε′· μεθ' ἣν Κοραία ἡ ἐν Βατάνῃ, ὀχύρωμα, σχοῖνοι γ′. Ἐν δεξιοῖς ταύτης Μαννούορρα Αὐυρῆθ, ὀχύρωμα καὶ κρήνη, ἐξ ἧς ἄρδουσιν οἱ ἐγχώριοι, σχοῖνοι ε′. Εἶτα Κομμισίμβηλα ὀχύρωμα· παραρρεῖ δὲ ποταμὸς Βίληχα, σχοῖνοι δ′. Εἶτα Ἄλαγμα ὀχύρωμα, σταθμὸς βασιλικὸς, σχοῖνοι γ′· μεθ' ὃν Ἴχναι πόλις Ἑλ-

post quam Coræa, in Batana sita, castellum, schœni 3. Ad dextram hujus Mannuorrha Auyreth, munimentum et fons, unde potum habent indigenæ, schœni 5. Deinde Commisimbela castellum, quod præterfluit amnis Bilecha (s. Balicha), schœni 4. Dein Alagma, locus munitus, mansio regia, schœni 3;

---

nem Anthemusiam, unam de sex Mesopotamiæ partibus, memorat: Πρὸς τῇ Ἀρμενίᾳ ἡ Ἀνθεμουσία, ὑφ' ἣν ἡ Χαλκῖτις. Similiter regionis, non urbis, Anthemusiæ meminerunt Eutropius VIII, 2, Sextus Ruf. c. 20 et Ammianus Marcell. XIV, 3, 3: *Batane municipium in Anthemusia conditum Macedonum manu priscorum, ab Euphrate fluvio spatio brevi separatum, refertum mercatoribus opulentis* (Cf. XXIII, 2, 7). Ni fallor, regio Anthemusia est eadem quam Isidorus dicit Βατάνην, urbs autem Isidori Anthemusia (de Anthemunte Macedoniæ dicta) non diversa est ab ea, quam alii vocant Batanam vel Batnas, Macedonum opus in Anthemusia regione florentissimum (Vid. Dio Cass. LXVIII, 23; Hierocl. p. 714; Procop. B. Pers. II, 12, 17, p. 209; De ædif. II, 7; Zosimus III, 12; Geogr. Rav. II, 13; Itin. p. 190. 192; Steph. Byz. v. Βάτναι). In eandem sententiam ducunt rationes distantiarum. Nam Batnas Reichardus, Lapieus, Chesneyus recte procul dubio referunt ad hodiernam *Sarug* sive *Serondge*, quæ nunc adjacenti regioni nomen dat, et ab *Urfa* (vetere Edessa) abest 250 fere stadiis, sicut in Itiner. Ant. l. l. ab Edessa ad Batnas computantur milia triginta (240 stad.). Ad Euphratem vero inde a *Sarug* linea recta in mappa Chesneyana sunt 220 stadia; secundum Isidorum ab Euphrate ad Anthemusiam via est octo schœnorum sive stadiorum 240. Restat ut moneam etiamnum regionem hanc creberrimis vicis consitam mereri vetus nomen Anthemusiæ. || — Κοραία ἡ ἐν Βατάνῃ] Βιτάνῃ B. De Coræa aliunde non constat. Forbigerus (*Geogr.* II, p. 629) aperto errore eandem habet cum Carrhis, urbe notissima, quæ non 90, sed supra trecenta stadia distat. Ritterus XI, p. 280 Coræam fortassis componendam esse suspicatur cum hod. *Arslan Tagh* (i. e. leonum monte), loco duobus leonibus e basanite lapide excisis memorabili (V. Chesney, I, p. 114). Hic vero quum a *Sarug* recta linea meridiem versus situs sit, Isidorus, si eundem indicasset, non potuit dicere ἐν δεξιοῖς ταύτης de via ad Balicham fluvium tendente. Quibus verbis satis intelligitur Coræam ab Anthemusiade orientem fere versus sitam fuisse ad montes qui Batanen regionem ab ortu determinant. Atque hanc viæ directionem recte exhibet Lapieus, Coræ adscribens nomen loci hodierni *Rabbanieh*, de quo mihi non constat. Verbis ἡ ἐν Βατάνῃ Isidorus hocce oppidum ab alio cognomine videtur distinguere. Quare in mentem venit pro Κοραία fortasse leg. esse Βέροια. Sed nihil ejusmodi suspicionibus tribuo. || — Μαννούορρα Αὐυρῆθ] M. Αὐυρῆρ cod. B. Μανουοορρα (sine acc.) αὐυρῆθ A. Fabricius scripsit Αὐιρῆθ, inani conamine. Aliunde de loco haud liquet. Mannertus V, 2, p. 279 censet urbis nomen esse Ὄρρα, i. e. Edessa, hodie *Urfah* vel *Orfa*; Μάννου indicare urbis principem, quum Mannus Arabum in Mesopotamia regulus, qui Trajano se dederit, memoretur apud Dion. Cass. LXVIII, 2. Vel hunc ipsum, vel alium juniorem Mannum, quem L. Veri temporibus numi exhibent, ab Isidoro intelligi. Vocem obscuram Αὐυρῆρ fortasse significare καλλιρόην, quod Plinio teste (V, 24) cognomen erat Edessæ. At ne de Edessa cogitemus et directio viæ et longitudo vetat. Ritterus l. l. in ορρα agnoscere sibi videtur regionis nomen ὀρρόη, unde factum sit ὀρροηνὴ et ὀσροηνὴ, collata *Rhoalorum* gente, quam in hoc fere tractu collocat Plinius VI, 30. De reliqua nominis ratione prudens Ritterus nihil dijudicat. Nescio an huc pertineat *Oruros* Plinii VI, 30 § 119 Sillig., ubi post Apameam et Caphrenen memoratur *Thæbata et ductu Pompeji Magni terminus Romani imperii Oruros a Zeugmate CCL milibus p.*, in quibus distantiæ notam corruptam esse liquet. Fort. leg. CC. pass. et L mill. Apud Isidorum a Zeugmate ad Mannuorrham forent milia LX. Cf. Ritter X, p. 961. 1118. Lapieo Mannuorrha est *Aghdja Kara*. || — ὀχύρωμα] Parthica oppida quum fere omnia munita fuerint, ea quæ expresse vocantur ὀχυρώματα, insigniorem in modum tuta fuisse censet Ritterus. || — Κομμισίμβηλα]... βισίμβηλα B, nunc deletis literis primis. Locus ignotus. Lapieo est h. *Heyabendi*. || — Βίληχα] Paullo post codd. Βάλιχα, idque præferendum puto, quum fluvius, ex Crassi historia notus, ap. Plutarch. Crass. c. 23 et hinc in Parthicis Pseudappiani p. 41 Schwg. dicatur Βάλισσος, quod nomen in Strabon. XVI, p. 747 abiit in Βασίλειος ποταμός. Ammiano Marcell. XXIII, 3, 7 est *Beles* s. *Belias*; ap. Abulfedam *El Balich*. Recentiores vocant *Baleech* (Gelius ad Alfergan. p. 250), *Balyche* (Beauchamp), *Belikh* seu *Belize* (Chesney). Pars ejus superior fontibusque propinqua circa Carrhas (*Haran*) appellatur *Jubal* (Chesney) vel *Guilab* (Golius), et Gallaba sive Medorum fluvius ap. Jo. Styliten in Assemann. Bibl. orient. t. I, p. 277. Itaque quum mox Isidorus *Galabatha* locum memoret, id nomen a fluvii illius nomine repetit Ritter XI, p. 250, ratione parum probabili. || — Ἄλαγμα] Ignotus locus Lapieo est hod. *Zeilan*. || — βασιλικὸς] « Les stathmes ordinaires étaient de simples caravanserais, et les royaux des palais repandus dans toute l'Asie (v. Herodot. V, 52). » Sainte-Croix l. l. p. 51. || — Ἴχναι] Oppidum hoc in Crassi historia memoratur ap. Plutarch. Crass. 25, Pseudappian. p. 49, 72 ed. Schwgh. et in Dion. Cass., XL, 12 ubi: ἡττήθη δὲ περὶ Ἰχνίας (sic), τεῖχος οὕτω καλούμενον. Loca quibus ultimas Crassus pugnas pugnavit accuratius constituit Ritterus X, p. 1121 sqq., secundum quem primum prælium commissum esse debet circa eam regionem, quæ ex Isidori rationibus inter Commisimbela et Mannuorrha Auyreth. erat media.

λληνὶς, Μακεδόνων κτίσμα· κεῖται δ' ἐπὶ Βάλιχα ποταμοῦ, σχοῖνοι γ'. Εἶτα Νικηφόριον παρ' Εὐφράτην πόλις Ἑλληνὶς, κτίσμα Ἀλεξάνδρου βασιλέως, σχοῖνοι ε'. Ἔνθεν παραποταμία Γαλάβαθα, κώμη ἔρημος, σχοῖνοι δ'. Εἶτα Χουμβανὴ κώμη, σχοῖνος α'· ἔνθεν Θιλλάδα Μιρράδα, σταθμὸς βασιλικὸς, σχοῖνοι δ'. Εἶτα βασίλεια, Ἀρτέμιδος ἱερὸν, Δαρείου κτίσμα, κωμόπολις· ἐνταῦθα Σεμιράμιδός ἐστι διῶρυξ, καὶ λίθοις πέφρακται ὁ Εὐφράτης, ἵνα στενοχωρούμενος ὑπερκλύζῃ τὰ πεδία· θέρους μέντοι ναυαγεῖ τὰ πλοῖα. Εἶτα Ἀλλὰν κωμόπολις, σχοῖνοι δ'· ἔνθεν Βηονὰν, Ἀρτέμιδος ἱερὸν,

post quam Ichnæ, urbs Græca, a Macedonibus condita, quæ ad Balicha (s. Bilecha) fluvium sita est, schœni 3. Deinde Nicephorium ad Euphratem, urbs Græca, condita ab Alexandro rege, schœni 5; inde est ad fluvium sita Galabatha, vicus desertus, schœni 4. Dein Chumbana vicus, schœnus 1; inde Thillada Mirrhada, mansio regia, schœni 4. Dein regia, Dianæ fanum, Darii opus, vicus muris cinctus; illic Semiramidis fossa est, et lapidibus obstructus est Euphrates, ut in arctum coactus inundet campos; æstate tamen hæc causa est naufragiorum; [*hucus-*

— M. κτίσμα] M. κτῆμα codd.; em. Letronne (V. Luc. Holstenii ep. ed. Boissonade p. 455) et Miller. De Macedonica urbe, quæ Ἴχναι vocatur, v. Herodot. VII, 123; Strabo IX, p. 435; Steph. Byz. s. v. Mesopotamiæ oppidum hod. esse videtur *Khoneis*, monente Lapieo. || — Βάλιχα] A; Βάλειχα B. || — Νικηφόριον] Urbem ab Alexandro conditam cum Nostro refert Plinius VI, 30 : *In vicinia Euphratis Nicephorium, quod diximus, Alexander jussit condi propter loci opportunitatem.* Seleuci I opus est sec. Appian. Syr. 57. Memoratur etiam ap. Plin. V, 21, Strabon. p. 350 et Dion. Cass. CL, 13. In posterioris ævi scriptoribus nulla amplius Nicephorii, sed frequens est *Callinici* mentio. Itaque Mannertus VI, 2, p. 286, suffragante Rittero X, p. 1125, Nicephorium postea mutato aliquatenus nomine Callinicum dictum esse censet probabiliter, rejecto testimonio Chronici Paschalis, in quo Ol. 134, 1 (244 a. C.) Seleucus Nicator Callinicum condidisse proditur (V. Fragm. Hist. t. III, p. 708), probato autem Libanio (Ep. 1 ad Aristænet.), qui urbem nominatam esse perhibet in honorem occisi ibi Callinici sophistæ, qui sub Gallieno imp. et deinceps floruit (V. Fr. Hist. III, p. 663). Droysenius (*Hellenism.* II, p. 705) duas urbes sibi proximas distingui mavult. Præterea *Philiscum*, quod proximum a Sura (orientem versus) oppidum Parthorum memorat Plinius V, 26, nihil nisi Parthicum Nicephorii nomen fuisse idem putat Mannertus, cum eoque Ritterus. Cujus sententiæ causam idoneam desidero, præsertim quum a Sura (hod. *Soreah*. V. Ptol. V, 15. Tab. Peut., Notit. dign. imp. or. ed. Panc. fol. 96; Procop. De bell. Pers. II, 5, p. 172) orientem versus complures sint ruinæ locorum, quorum prisca nomina ignoramus. Callinicum (de quo v. Ammian. XXIII, 3, 7; Eutrop. IX, 15; Procop. B. P. II, 21. De ædif. II, 7; Theophylact. III, 17, p. 151; Cod. Justin. lex 4 de commerciis) postea a Leonte II (an. 466) Leontopolis per tempus aliquod nominatum (Chron. Edess. in Assemann. Bibl. or. I, p. 258. 405 et Hierocles p. 714), deinde ab Arabibus Mohamedanis occupatum (an. 633) et *Racca* dictum est (Gregor. Abulf. hist. dyn. p. 65 : *Kalonicus quæ eadem Al Racca*). Vid. Ritter. XI, p. 1125-48. Igitur Nicephorium, sicuti hod. *Racca*, ad Euphratem situm, quinquaginta fere stadiis supra eum locum quo Balicha amnis influit. || — Γαλάβαθα] B; Γαλαβαθὰ A. De hoc nomine in antecc. attuli conjecturam Ritteri, quæ vel propterea non placet, quod Galabatha ab ostio Balichæ fl. septuaginta stadia distare debuit. Lapieo locus hod. est *El Ouelda*. Accuratissimæ mappæ Chesneyanæ in regione Galabathæ assignanda nullum sive vicum sive oppidum exhibent. || — Χουμβάνη] B; χουμβανὴ A. Fort. leg Χουμμάνη, a *chumman*, pratum, de quo pluribus locis nomen inditum. Vide v. c. Ritter. VIII, 593. 312. 351. Χουβάνη absque causa Fabricius et Miller; Χουμάνη Dresdensis editor. Locus ignotus; Lapieo est *Mahada Beles*. Chesneyus in hoc tractu nihil vidit. || — σχοῖνος α'] σχοῖνοι α' B. || — Θιλλάδα Μιρράδα] Secundum mensuras locus situs esse debuit paullo infra *Abu Saide* (35° 49′ 15″ lat.), ubi Chesneyus notat : *Abou Chelby, old ford*. || — βασίλεια] sic B; βισιλεῖ (sic) A; Βασιλεία, Miller, tanquam loci nomen proprium, quod excidisse potius putandum est. Mox ὑπερκλύζει A et παιδία B; em. editt. Distantiæ nota item excidit. In seqq. schœni quattuordecim computantur usque ad Phaliga, cui loco adjacebat Nabagath ad Aburam (hod. *Khabur*) fluvium. Hinc si retro emetiaris schœnos quattuordecim, pervenies ad ruinas *Zelebi* (*Subian Seleby*, i. e. inferior Seleby, apud L. Rauwolffen *Beschreibung der Reiss gen Aufgang*, etc. 1582 II, p. 45), ad sinistram Euphratis ripam in saxo prærupto quod ipsi fluvio imminet. In ripa opposita vix quindecim distans stadiis conspicitur *Halebi Zelebi*, quæ est vetus Zenobia (V. Chesney l. l. I, p. 49. 417 sq.). Juxta *Sabian Zelebi* Chesneyus delineavit vetusti reliquias canalis, quem usque ad *Chabur* fluvium pertinere ferunt. Hæc igitur est illa Σεμιράμιδος διῶρυξ, *Zenobi* autem locus anonymus, in quo βασίλεια erant ac fanum Dianæ Persicæ (quale Carrhis erat). Hinc vero usque ad locum quem Thilladæ Mirrhadæ assignandum esse diximus, schœni sunt vel sex vel septem vel octo, prouti flexus Euphratis an viarum compendia sequi malueris. Isidorum septem schœnos computasse ex summa schœnorum 171 recte subducta colligitur (V. infra). || — λίθοις πέφρακται κτλ.] Confert Ritterus molem lapideam per Tigridem ductam (*Zikr Ismael* dictam) paullo supra eum locum quo Zabus influit. Hæc humili per æstatem aqua catarracten efficit, adeoque periculum afferre navigantibus potest. || — Ἀλλὰν] Ἀλλᾶν (sic) A; Ἄλλαν editt. Schœni quattuor ducunt ad *Sheikh Hassan*. Lapieo Allan est *Us-Rayer* || — Βηονὰν] sic B; A ita habet : ἔνθεν ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἱερὸν σχοῖνοι δ'. Βιυναῦ, nescio quo

σχοῖνοι δ′. Εἶτα Φάλιγα κώμη πρὸς τῷ Εὐφράτῃ· λέγοιτο δ' ἂν ἑλληνιστὶ μεσοποριχὸν, σχοῖνοι ς′. Ἀπὸ Ἀντιοχείας ἕως τούτου σχοῖνοι ρκ′· ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ Σελεύκειαν τὴν πρὸς τῷ Τίγριδι σχοῖνοι ρ′. Παράκειται δὲ τῇ Φάλιγα κωμόπολις Ναβαγάθ, καὶ παραρρεῖ αὐτὴν ποταμὸς Ἀβούρας, ὃς ἐμβάλλει εἰς τὸν Εὐφράτην· ἐκεῖθεν διαβαίνει τὰ στρατόπεδα εἰς τὴν κατὰ Ῥωμαίους πέραν. Εἶτα Ἄσιχα κώμη, σχοῖνοι δ′· ἔνθεν Δοῦρα Νικάνορος πόλις, κτίσμα Μακεδόνων, ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων Εὔρωπος καλεῖται, σχοῖνοι ς′. Εἶτα Μέρραν ὀχύρωμα, κωμόπολις, σχοῖνοι ε′. Εἶτα Γιδδὰν πόλις, σχοῖνοι ε′. Εἶτα Βηλεσὶ Βιβλάδα, σχοῖνοι ζ′. Ἔνθεν νῆσος κατὰ τὸν Εὐφράτην, σχοῖνοι ς′· ἐνταῦθα γάζα ἦν Φραάτου τοῦ ἀποσφάξαντος τὰς παλλακίδας, ὅτε Τη-

que schœni septem]. Dein Allan, vicus muris circumdatus, schœni 4; deinde Beonan, Dianæ fanum, schœni 4. Deinde Phaliga, vicus ad Euphratem, quod interpretari licet *locum medii itineris*, schœni 6. Ab Antiochia usque ad hunc locum schœni 120; hinc vero ad Seleuciam, quæ ad Tigrin, schœni 100. Phaligæ autem adjacet Nabagath, vicus mœnibus munitus, quem præterfluit amnis Aburas, incidens in Euphratem; illic transeunt exercitus in Romanorum trans Euphratem regionem. Dein Asicha vicus, schœni 4; inde Dura Nicanoris urbs, a Macedonibus condita, a Græcis autem Europus appellata, schœni 6. Dein Merrhan castellum, vicus muris cinctus, schœni 5. Deinde Giddan urbs, schœni 5. Deinde Belesi Biblada, schœni 7; dein insula in Euphrate, schœni 6;

---

lapsu, legitur in editione Milleri. B. Fabricius dormitans Βίανα scripsit laudato Ptolemæo V, 18, 7, ubi Βίανα quædam in regionibus recensetur quæ ad nos nihil pertinent. Collocandus locus e regione fere hodiernæ urbis *Deir*. Quadraginta fere a *Deir* stadiis in dextra fluminis ripa occurrit *Binyah* vicus. || — Φάλιγα] Cf. Stephanus Byz.: Φάλγα, κώμη μέση Σελευκείας τῆς Πιερίας καὶ τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ (i. e. Βαβυλωνίᾳ). Ἀρριανὸς ἐν ι′ Παρθικῶν. Ἡ δὲ φάλγα γλώσσῃ τῇ ἐπιχωρίῳ τὸ μέσον δηλοῖ. || — μεσοποριχὸν] μεθ' ὀπωρινὸν A; μεθοπορινὸν B (aliter Miller). Quid voluerit auctor e Stephano colligitur. Ceterum malim cum Bocharto (G. Sacr. II, 24) legere μεσόπορον, nisi longius hoc a traditis recederet. Mox Ἀντιοχίας B; Σελεύκιαν A. || — τῇ Φάλιγα] τῇ ἐσφάλιγα codd.; Φαλίγᾳ Miller. Barbara nomina in serioris maxime ævi geographis sæpenumero non declinantur. || — Ναβαγὰθ] « Fabricius in B hic Καναμὰθ Ἀμούρας ὃς συμβάλλει, de quibus scripturis Miller nihil tradit » *Editor Dresd*. Bene legit Miller, male Fabricius. Ceterum Dresdensis Fabricius pro Ναβαγὰθ scripsit Βάναχα, addens: « auxilio Ptolemæi emendavi. » Nimirum Ptolem. V, 19 Βάναχα memorat sub 29° 30′ lat., nos jam versamur 35° lat. In posterum ejusmodi sphalmata quo par est prememus silentio. Nabagath igitur, Phaliga vico contigua, quærenda est ubi nunc *Abu Serai* vel *Kerkysiah* locus in ipsis situs veteris Circesii ruinis. Ptolemæus ad ostia (35° lat.) fluvii quem Χαβώραν dicit, ponit Χαβώραν urbem cognominem (35° lat. sec cod. A Wilbergi; 35° 10′ vulgo), quæ a Nabagath non fuerit diversa. Circesii nomen inde ab illis demum temporibus invaluisse debet, quibus Diocletianus imp. insigniter locum munivit (Ammian. XXIII, 4); nam ante hoc Circesii mentio apud Græcos Romanosque non occurrit. Quodsi Circesium hoc eadem urbs est cum *Carchemich* Veteris Testamenti, obsoletum diu nomen Diocletianus resumsisse putandus foret. || — Ἀβούρας] Ἀβόρρας Strabo p. 747, Procopius Bell. Pers. II, 5; Ἀβώρας Zosimus III, 13; *Aboras* Ammianus XIV, 3. XXIII, 5; Ἀββόρα Theophylactus Simoc. III, 10, 25; Βούρρας Ælian. N. An. XXII, 30 (ubi tamen pro ὄνομα βούρρας scrib. ὄνομ' Ἀβ., ut recte monuerunt vv. dd.); *Chabura* Plinius XXXI, 22. XXXII, 7; Χαβώρας Ptolemæus; *Chabor* Ezech. 1, 1; *Habor* Regg. II, 15, 29. 15, 29. 18, 17; *El Chabur* Edrisi; *El Chaburi*, Abulfeda; nunc *Khabur*. In Tabula Peuting. huc pertinet *Fons Scabore*. Xenophonti est Araxes. De cursu fluvii sueta ubertate et doctrina exponit Ritterus XI, p. 253-267. || — εἰς τὴν.. πέραν] εἰς τὸ.. πέραν cod. B. || — Ἄσιχα] Lapieo est *El-Sisa*, quod non exstat in mappa Chesneyana, ubi mensuræ ducunt fere ad *Bisthan* vicum et *Hijanik* montem. In hac fere regione ad læuam fluvii ripam sita esse debet Zaitha, de qua v. Zosimus III, 14 et Ammian. XXIII, 5, 7. || — Δοῦρα... Εὔρωπος] Dura hæc Juliani imp. temporibus erant deserta. V. Zosimus III, 14 et Ammian. XXIII, 5, 7. Eandem fortasse urbem intelligi voluit Polybius V, 48, 16, ubi de Molone rebelle: Τὴν μὲν παραποταμίαν (inde a Seleucia) μέχρι Εὐρώπου (ad Tigridem) κατέσχε, τὴν δὲ Μεσοποταμίαν ἕως Δούρων. Incerta tamen res est; facileque fieri potest ut voluerit auctor Molonem a Seleucia profectum Mesopotamiam obtinuisse usque ad eum locum, cui ab altera Tigridis ripa Dura (de quibus cf. V, 52, 2) opposita sint. Vid. Schweighæuser ad h. l. Europum nostram, ab altera superioris Euphratis probe distinguendam, num alius memorarit, nescio. Ptolemæus in eo fere loco, quo sec. Isidorum Dura ponenda sunt, habet Θέλθα (74° 15 long. 34° 15 lat.), 300 circiter stadiis a Chabora distans. Lapieo Dura est *El Haib*. || — Μερρὰν] B; Μέρραν A; nunc *Sada* Lapieo; prope *Rehabeh Malek ben Tank*, ut Ritterus XI, p. 716 putat. Μερρὰν pertinere putares ad hod. *Werdi* (34° 29′ 4″), nisi sic justo majus nancisceremur intervallum. || — Γιδδὰν] B; Γίδδαν A. Hodie procul dubio *El Erzi*, ut cum Rittero censeo. *Sultan-Abdullah* Lapieo. || — Βηλεσὶ Βιβλάδα] Βηλεσήβιβλαδα A; Βηλεσιζιβλάδα B; Βηλεσιβίβλαδα editt. Excidisse videtur πόλις vel κωμόπολις vel κώμη, monente B. Fabricio. Collocandus locus prope hodiernum castellum *Bulak*, non ita longe ab *Sultan-Abdallah*; quo fere loco Ptolemæus V, 17 p. 377 memorat Βανάβην. Lapieo Βηλεσιβιβλάδα responderet hodierno *Chedschur-Rhahab*. || — νῆσος] quæ nunc vocatur *Koha*; Lapieo est *Karabla*. || — ὅτε Τηριδάτης] οὗ ἐτηρειδάτης A, ἢ Τηριδάτης B. ΟΤΕ abiit in ΟΥΕ. Nomen Τηριδάτης cur mutarent in Τιριδάτης editores, causa non erat. Ceterum quinam Phraates et Tiridates

ριδάτης φυγὰς ὢν εἰσέβαλεν. Εἶτα Ἀναθὼ νῆσος κατὰ τὸν Εὐφράτην σταδίων δ', ἐν ᾗ πόλις, σχοῖνοι δ'· μεθ' ἣν Θιλαβοὺς νῆσος κατὰ τὸν Εὐφράτην, ἔνθα γάζα Πάρθων, σχοῖνοι β'. Εἶτα Ἴζαν νησόπολις, σχοῖνοι ιβ'. Εἶτα Ἀείπολις, ἔνθα ἀσφαλτίτιδες πηγαὶ, σχοῖνοι ις'. Ἔνθεν Βεσήχανα πόλις, ἐν ᾗ ἱερὸν Ἀτάργατι, σχοῖνοι ιβ'. Εἶτα Νεάπολις παρὰ τὸν Εὐφράτην, σχοῖνοι κβ'. Ἔνθεν διαβάντων τὸν Εὐφράτην καὶ Ναρμάλχαν ἐπὶ Σελεύκειαν τὴν πρὸς τῷ Τίγριδι, σχοῖνοι θ'. Ἄχρι τούτου Μεσοποταμία καὶ Βαβυλωνία· καί εἰσιν ἀπὸ Ζεύγματος ἄχρι Σελευκείας σχοῖνοι ροα'.

2. Ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ἀπολλωνιᾶτις, ἥτις κατέχει σχοίνους λγ'. Ἔχει δὲ κώμας, ἐν αἷς σταθμὸς, πόλιν δὲ Ἑλληνίδα Ἀρτέμιτα· διὰ μέσης δὲ ταύτης ῥεῖ

istic gaza erat Phraatis, qui pellices jugulavit, quando Tiridates exsul irrupit. Deinceps Anatho insula in Euphrate, stadiorum quattuor cum urbe, schœni 4; post quam Thilabûs insula in Euphrate, ubi gaza Parthorum, schœni 2. Dein Izan urbs in insula, schœni 12. Deinde Aipolis (*Is urbs*), ubi bituminis fontes, schœni 16. Inde Besechana urbs, in qua fanum Atargatidis deæ, schœni 12. Dein Neapolis juxta Euphratem, schœni 22. Inde transeuntibus Euphratem et Narmalchan ad Seleuciam Tigridi appositam schœni 9. Hucusque Mesopotamia et Babylonia; sunt autem a Zeugmate usque ad Seleuciam schœni 171.

2. Hinc incipit Apolloniatis, quæ continet schœnos 33. Habet autem vicos, in quibus mansio, atque urbem Græcam, Artemita, quam fluvius Silla mediam

---

intelligendi sint, difficile dictu; fortasse Tiridates qui Phraatæ IV imperio potitus est (24 a. C.). ‖ — Ἀναθὼ] insulam (nunc *Anah*) ante Nostrum nemo memorat. Ptolemæus V, 17 p. 377 locum qui ex adverso insulæ situs erat, dicere videtur Βέθ-ανα. Ammianus XXIV, 1, 6 ita: *Anatham munimentum... quod ut pleraque alia circumluitur fluentis Euphratis.* Zosimus III, 14 insulam memorat, non addito nomine:... εἴς τι χωρίον ἀφίκετο· Φαθούσας (Βέθανα Ptolemæi) ὄνομα τούτῳ· ἦν δὲ καταντικρὺ ἐν τῷ ποταμῷ νῆσος ἔχουσα φρούριον ὑπὸ πλείστων οἰκούμενον. Theophylact. Sim. IV, 10. V, 1: τὸ Ἀνάθων φρούριον. Castellum insulæ Arrianus in Parthicis suis Τύρον appellasse videtur; nam Stephanus Byz. v. Τύρος: Ἀρριανὸς δὲ τὰ Ἄναθα Τύρον καλεῖ. Præterea Anath habes ap. Isztachri p. 79 ed. Mordtmann, Edrisium t. II, p. 138. 142 ed. Jaubert. De hodierno loco v. Ritter. XI, p. 717 sqq. ‖ — Θιλαβοὺς] Ὁλαβοὺς codd.; Ὀλαβοὺς editt. ‖ — σχοῖνοι β'] sic codd.; ιβ' editiones, quibus fidens Ritterus XI, 731 insulam indicari putavit *Hadithah* sive *Hadisah* (34° 7′ 40″ lat., 42° 26′ 28″ sec. Chesney I, p. 53), et, quum in distantiis quales editiones exhibent, corruptum aliquid videret, in seqq. pro ις' legi voluit ς'. Revocata codicum scriptura, recte jam omnia procedunt. Duobus post Anatho schœnis insula sequitur, quam Chesney in mappa *Telbes* vel *Anatelbes*, in libro suo (tom. I, p. 53) *Tilbus* vocat. Hæc igitur nostra est Ὁλαβοὺς vel, ut ego lenissima mutatione scribendum puto, Θιλαβούς. Vetustorum habet ruinas ædificiorum. Cum utraque fluvii ripa ponte juncta erat, cujus supersunt rudera. Ammiano Marc. XXIV 2, 1 vocatur *Thilutha*. Ita habet: *Quibus tali casu patratis* (prope Anathan) *ad castra pervenimus nomine Thilutha, in medio fluminis sita, locum immenso quodam vertice tumescentem, et potestate naturæ velut manu circumseptum humana.* Zosimus III, 15 memorat quidem insulam in eaque φρούριον ὀχυρώτατον, nomen vero non apponit. Prope insulam in Euphratem influit *Sur*, qui est Σαοκόρας Ptolemæi V, 17 (34° lat.), cujus ostio adjacet Ῥεσκίφα, nunc *Habbein* vicus, prope quem *Rikanah mills* notat Chesneyus. ‖ — Ἴζαν νησόπολις] sic B; εἶτα ἡ ζαννησόπολις A et editt. Mensuræ ducunt ad urbem in insula sitam *El Uzz*, quam Izan nostram esse vel nomen suadet Ritter XI, p. 738 quum pen-

deret ex falsis distantiarum notis, quæ in editionibus Isidori leguntur, a vero aberravit. ‖ — εἶτα Ἀειπόλις] hodie *Hit* (33° 38′ 8″ lat.; 42° 52′ 15″ long. Gr.), ubi etiamnunc bitumen scatet. Apud Herodotum (I, 179, unde sua Stephanus Byz. v. Ἴς et Herodian. De dict. solit., p. 19, 4) urbs vocatur Ἴς, fluviolum habens cognominem. Ac, nisi fallor, idem nomen etiam apud Isidorum reponendum est; nam εἶτα Ἴς πόλις facillime potuit abire in εἶτα ἀείπολις, male repetita litera α, confusisque ι et ει, π et literarum σπ compendio. Ritterus XI, p. 750 eundem locum Σίθα vocari censet apud Zosimum III, 15, ubi: ἐπὶ δὲ τῆς ἄντικρυς ἠιόνος (in ripa sinistra) πηγή τις ἦν ἄσφαλτον ἀνιεῖσα (indicatur, puto, locus hodierni castelli *Sadi*, in quo etiamnunc fons bituminis)· μεθ' ἣν εἰς Σίθα, εἶτα εἰς Μηγίαν ἀφικόμενος κτλ. ‖ — σχοῖνοι ις'] Mensura justo paullo major. ‖ — Βεσήχαναν] sic B; Βεσηχάνα A. Indicatur urbs *Begaz* s. *Baliván* non longe a lacu *Sirret* sita. Ad lacus maxime Atargatis sive Derceto fanis coli solebat. Pro Ἀτάργατι non scripsi Ἀταργάτιδος, quod posuit B. Fabricius. ‖ — Νεάπολις... σχοῖνοι κβ'] Neapolin Ritterus XI, p. 782 fuisse putat e regione hodierni *Macdam*; ipsum vero *Macdam* indicare locum quo Ptolemæus collocat Θελβεννάκην (78° 30′ long.; 35° 30′ lat.). At hucusque non multum ultra 14 schœni numerantur; Ritterus itaque pro κβ' fuisse putat ιβ'. Attamen summa schœnorum 171 vulgatam tuetur. Verum etiamsi Neapolim magis versus meridiem collocandam putes, non ita tamen hoc fieri potest, ut 22 schœni usque ad eam obtineas; nam ultra *Kuthah* fluvium, quem infra Narmalcham sive regium canalem fuisse ex Abulfeda novimus, Neapolim removere non licet. Quare aut antiquo vitio codex laborat, aut minus accurate distantiam h. l. auctor notavit. Canalis regius quonam potissimum loco cum Euphrate junctus fuerit nondum liquet; nam quod Chesneyana mappa exhibet, nonnisi conjectura nititur. ‖ — Σελευκείας] Σελευκίας B. ‖ — ροα'] ρια' h. l. codd.; sed supra bis ροα' recte.

§ 2. Ἀπολλωνιᾶτις] Cf. Strabo p. 524. 736. Ptolemæus VI, 1. ‖ — Ἀρτέμιτα] Ἀρτάμιτα codd. Cf. Strabo p. 519. 744; Plin. VI, 30; Tab. Peuting.; Ptolemæus VI, 1, p. 383 (80° 15′. — 36°). Mannerto V, 2, p. 336 est *Shereban*, quæ potius fuerit Apol-

ποταμὸς Σίλλα. Εἰσὶ δὲ εἰς αὐτὴν ἀπὸ Σελευκείας σχοῖνοι ιε'. Νῦν μέντοι ἡ πόλις καλεῖται Χαλάσαρ.

3. Ἐντεῦθεν ἡ Χαλωνῖτις, σχοῖνοι κα'· ἐν ᾗ κῶμαι ε', ἐν αἷς σταθμὸς, πόλις δὲ Ἑλληνὶς Χάλα, ἀπὸ τῆς Ἀπολλωνιάτιδος σχοῖνοι ιε'. Εἶτα ἀπὸ σχοίνων ε' ὄρος ὃ καλεῖται Ζάγρος, ὅπερ ὁρίζει τὴν Χαλωνῖτιν χώραν καὶ τὴν τῶν Μήδων.

4. Ἐντεῦθεν Μηδία, ἥτις κατέχει σχοίνους κβ'. Ἡ ἀρχὴ αὐτῶν ἡ χώρα Κάρινα· ἐν ᾗ κῶμαι ε', ἐν αἷς σταθμὸς, πόλις δὲ οὐδεμία.

5. Ἐντεῦθεν Καμβαδηνή, ἥτις κατέχει σχοίνους λα', ἐν ᾗ κῶμαι ε', ἐν αἷς σταθμὸς, πόλις δὲ Βάπτανα ἐπ' ὄρους κειμένη· ἔνθα Σεμιράμιδος ἄγαλμα καὶ στήλη.

6. Ἐντεῦθεν ἡ Μηδία ἡ ἄνω, σχοῖνοι λη'· καὶ ἄρχεται εὐθὺς πόλις Κογκοβάρ· ἔνθα Ἀρτέμιδος ἱερὸν, σχοῖνοι γ'. Εἶτα Βαζιγράβαν, ὅ ἐστι τελώνιον, σχοῖνοι γ'. Εἶτα εἰς Ἀδραπάναν τὰ βασίλεια τῶν ἐν Βατάνοις, ἃ Τιγράνης ὁ Ἀρμένιος καθεῖλε, σχοῖνοι δ'. Εἶτα

perlabitur. Ad eam a Seleucia sunt schœni 15. Nunc autem urbs appellatur Chalasar.

3. Hinc Chalonitis, schœni 21; in qua vici 5, in quibus mansio, et urbs Græca Chala, ab Apolloniatide schœnis 15. Dein post schœnos 5 mons qui vocatur Zagrus, disterminans Chalonitidem regionem et quæ Medorum est.

4. Hinc Media [*inferior*], quæ continet schœnos 22. Incipiunt a regione Carina; in qua vici 5 cum mansione, urbs vero nulla.

5. Hinc Cambadena, quæ continet schœnos 31, in qua vici 5, ubi mansio, atque urbs Baptana (*Bagistana*) monti imposita; ibi Semiramidis statua et columna.

6. Hinc Media superior, schœni 38; statimque ab initio est urbs Concobar, ubi fanum Dianæ, schœni 3. Dein Bazigraban, quod telonium est, schœni 3. Inde ad Adrapanan, regiam olim eorum qui Batanis regnabant, quam Tigranes Armenius evertit, schœni 4.

---

lonia urbs; Lapieo *Dascara el Abelik;* d'Anvillio *Dastagerda;* Rittero (VIII, p. 116) *Kasr* seu *Kassar* (*Kar-Shirin*) ad *Kasr Suji* fluvium, qui in *Dialam* influit; Droysenius *Hellenism.* II, p. 633 urbem reperisse sibi videtur in colle ruinis obsito, qui *Lissa* vocatur ap. *Rich* (*Narrative of Kurdistan* II, p. 249), *Hud Mudjira* Keppelio (*Person. narrat. of travels in Babylon*, etc. I, p. 270). 40 is stadiis distat a *Bakuba*, ubi nunc *Diala* sive *Diyala* fluvium trajicere solent; a Seleucia abest linea recta circa 440 stadia. || — διὰ ταύτης] δ. αὐτῆς codd.; em. Hudson. || — Σίλλα] nunc *Diala* s. *Diyala; Dialas* ap. Ammian. XXIII, 6; Δέλας ap. Steph. Byz. v. Ἀπάμεια. Zosimus III, 25, eundem fluvium vel certe inferiorem ejus partem Δοῦρον dicere videtur (Ritter. X, p. 157). Γόργος Ptolemæi huc refertur perperam (Ritter. IX, p. 521); verum Γύνδης Herodoti I, 189. V, 52 a *Diala* vix potest esse diversus (v. Mannert. V, 2, p. 430 sqq. Ritter. IX, p. 449). || — σχοῖνοι ιε'] i. e. 450 stadia; 500 stadia sec. Strabon. p. 744; 568 stadia sive 71 mill. in Tab. Peuting. Cf. Ritter. IX, p. 508 sqq.

§ 3. Χαλωνῖτις] Χαλωνίτης A. Cf. Strabo p. 529; Plinius VI, 30; XXVII, 31; Polyb. V, 54; Dionys. 1015; Mannert. V, 2, p. 463. || — Χάλα] nunc *Halvan* s. *Holvan*. Non diversæ videntur Κελῶναι Bœotis colonis a Xerxe frequentatæ, ap. Diodor. XVII, 110, Καλχὰς in Chronico Paschali I, p. 730, *Albania* Tabulæ Peuting. (V. Ritter VIII, p. 116; IX, p. 470. 401). Num eodem pertineat *Halus* ap. Tacitum Annal. VI, 41, quæritur. Lapieo Χάλα est hod. *Zarpout*. || — σχοῖνοι ιε' κτλ.] ἀποσχοῖνοι ιε'· εἶτα ἀπόσχοιν ε' codd. || — Ζάγρος] hodie *Djebel Tak*. De Zagri pylis (h. *Sarpul*), quas a *Holvan* ad *Kerend* urbem, ex Assyria in Mediam proficiscentes transibant, v. Ritter. IX, p. 387. || — Χαλωνῖτιν] Χαλωνίτην A.

§ 4. Μηδία] Μηδεία A; auctor scripserit Μηδία ἡ κάτω: nam est hæc una de quattuor Mediæ partibus, quarum reliquæ tres in sqq. appellantur Καμβαδηνή, Μηδία ἡ ἄνω et Ῥαγιανὴ Μηδία. || — ἡ ἀρχὴ] ἢ ἄρχη (sic) A. || — ἡ χώρα] καὶ χώρα codd. Carinæ regionis nomen in nomine urbis hodiernæ *Kerent* sive *Kirind* videtur esse superstes. Mox exciderunt in cod. A verba: πόλις δὲ οὐδεμία. Ἐνγεῦθεν Καμβαδηνὴ, ἥτις κατέχει σχ. λα'. ἐν ᾗ κῶμαι ι', ἐν αἷς σταθμός.

§ 5. Βάπτανα] Nescio an fuerit Βαγίστανα; nam Βαγίστανον ὄρος Semiramideo paradiso celeberrimum dicitur apud Diodorum II, 13, coll. XVII, 110, atque etiam nunc mons iste monumentis suis et inscriptionibus clarus vocatur *Tàk Bostan*, pars jugi cui *Bisutun* nomen. Lingua Persica Bagistan significat *regionem hortorum*. Recentiorum viatorum narrationes vide ap. Ritter. VIII, p. 359 sqq. Cf. Mannert. V, 2, p. 166 sq. Regio ad hunc montem in sinistra ripa *Gamashah* fluvii sita vocatur *Chamabatan*, in quo Καμβαδηνὴν Isidori adhuc licet agnoscere.

§ 6. Κογκοβὰρ] Κογκόβαρ B. *Kenkobar* ap. Abulfeda; etiamnunc *Kongaver*. De ruinis ejus multa Keppel, Kerporter, Kinneir, Olivier, Rawlinson. V. Ritter IX, p. 345 sqq. Num idem sit locus cum Chaone Diodori II, 13, ut Rawlinson, non improbante Rittero, suspicatur, tu videas. In tabula Peuting. *Concobas* aut alia urbs est, aut non suo ponitur loco. || — Εἶτα Βαζιγράβαν (sic, non Βατζιγρ., cod. B.), ὃ ἐ. τελ., σχ. γ.] exciderunt in cod. A. Locus ignotus. Inani conatu editores scripserunt Βαζινιάβαν vel Μαζινιάβαν. Lapieus qui Konkobar habet pro hod. *Koum-roud*, hunc locum componit cum hod. *Poul-i-delak*, et sequentem cum hod. *Alan*. Quæ quidem a nostris rationibus longe recedunt. || — Ἀδραπάναν τὰ] Ἀδραπάναντα codd. Ἀδραγιάναντα Hudson.; Ἀτροπατίαν scrib. proposuit Holstenius e Stephano v. Ἀτροπατία. Quæ arripiens nuperrimus editor scripsit: εἰς Ἀτροπατίαν, τὰ βασίλεια τῆς Ἀτροπατηνῆς. Quod quam temere factum sit dicere non attinet. Locus aliunde non notus, 60 stadiis ab Ecbatanis iis, quæ hodierno *Hamadan* respondent, distabat. || — ἃ Τιγράνης]

Βάτανα, μητρόπολις Μηδίας καὶ θησαυροφυλάκιον καὶ ἱερὸν, ὅπερ Ἀναΐτιδος· ἀεὶ θύουσιν· σχοῖνοι ιϐ΄. Εἶτα ἑξῆς τρεῖς κῶμαι, ἐν αἷς σταθμός.

7. Ἐντεῦθεν [Ῥαγιανὴ] Μηδία, σχοῖνοι [νη΄]. Ἐν ᾗ κῶμαι ι΄, πόλεις δὲ ε΄. Ἀπὸ σχοίνων ζ΄ Ῥάγα καὶ Χάραξ, ὧν μεγίστη τῶν κατὰ τὴν Μηδίαν ἡ Ῥάγα. Εἰς δὲ τὴν Χάρακα πρῶτος βασιλεὺς Φραάτης τοὺς Μάρδους ᾤκισεν· ἔστιν ὑπὸ τὸ ὄρος, ὃ καλεῖται Κάσπιος, ἀφ' οὗ Κάσπιαι πύλαι.

8. Ἐντεῦθεν ὑπερϐάντων τὰς Κασπίας πύλας ἐστὶν αὐλὼν καὶ ἡ Χοαρηνή, [σχοῖνοι ιθ΄.]· ἐν ᾗ Ἀπάμεια πόλις ἀπὸ σχοίνων δ΄· κῶμαι δὲ δ΄, ἐν αἷς σταθμός.

9. Ἐντεῦθεν Κομισηνή, σχοῖνοι νη΄, ἐν ᾗ κῶμαι η΄, ἐν αἷς σταθμός· πόλις δὲ οὐκ ἔστιν.

10. Ἐντεῦθεν Ὑρκανία, σχοῖνοι ξ΄, ἐν ᾗ κῶμαι ια΄, ἐν αἷς σταθμοί.

11. Ἐντεῦθεν Ἀσταυηνή, σχοῖνοι ξ΄, ἐν ᾗ κῶμαι ιϐ΄, ἐν αἷς σταθμοί· πόλις δὲ Ἀσαὰκ, ἐν ᾗ Ἀρσά-

Dein Batana, metropolis Mediæ et gazophylacium et fanum quod est Anaïtidis; semper ibi sacrificant; schœni 12. Deinceps sunt tres vici, in quibus mansio.

7. Hinc Rhagiana Media, schœni 58. In qua vici 10, urbes vero 5. Post schœnos 7 Rhaga et Charax; quarum Rhaga maxima omnium in Media. In Characem rex Phraates primus transtulit Mardos; sita urbs est sub monte, qui dicitur Caspius, a quo Caspiæ portæ.

8. Hinc transeuntibus per Caspias portas convallis est et Choarena, [*schœni* 19]; in qua Apamia urbs post schœnos 4; vici etiam 4, in quibus mansio.

9. Hinc Comisena, schœni 58, in qua vici 8 cum mansione, urbs vero nulla.

10. Hinc Hyrcania, schœni 60. Ibi vici 11, in quibus mansiones.

11. Hinc Astauene, schœni 60, in qua vici 12, in quibus mansiones; urbs autem Asaac, ubi Arsaces

---

ἀγιγράνης B, ἀγιγρανῆς A. || — εἶτα Βάτανα] εἶτα ἀποϐάτανα B; εἶτα ἀπὸ Βούτανα A. Εἶτα Ἀγϐάτανα scribi jussit præter alios Mannertus; non obtemperavi, tum quod præcedit τῶν ἐν Βατάνοις, tum quod sæpenumero vox ἀπὸ temere infertur; qui quidem abusus inde videtur derivandus, quod auctor eam præpositionem in indicandis distantiis ratione insolentiore usurpare solebat. Sic nostro loco fuerit: εἶτα ἀπὸ σχοίνων ιϐ΄ Βάτανα. Huc accedit quod Βάτανα pro Ἐκϐάτανα vel Ἀγϐάτανα eodem modo auctor noster dicere potuit, quo Syriæ Ἀγϐάτανα aliis Βατάνεια vocabatur, teste Stephano Byz. v. Ἀγϐ. || — Μηδίας] Μηδίᾳ A. || — ἱερὸν ὅπερ Ἀναΐτιδος· ἀεὶ θύουσιν] sic codd. Hiulcam excerptoris orationem non nobis esse expoliendam nihil mutans recte sensit Millerus. Proposuerunt leg.: οὗπερ Ἀναΐτιδι ἀεὶ θύουσιν vel ἱερὸν Ἀναΐτιδος, οὗπερ ἀεὶ θύουσιν. || — σχοῖνοι ιϐ΄] sic B; σχοῖνοι β΄ A.

§ 7. Ῥαγιανὴ] Uterque codex ita habet: ἐντεῦθεν ἀπὸ Μηδίας σχοιν. ἐν ᾗ κτλ. Correxerunt et ex præfixo indiculo expleruot editt. || — ἀπὸ σχοίνων] ἀπόσχοιν. codd. || — Ῥάγα] nunc *Rei*. Ruinæ ad radicem meridionalem *Elburs* montis, τοῦ Κασπίου ὄρους. V. Ritter. VIII, 67. || — Χάρακα] τὴν Χάραξ A; dein Φράντης pro Φραάτης A. Phraates I, sive Arsaces V, Mardos vicisse traditur. V. Vaillant De Arsac. imp. I, p. 36. Charax urbs nunc *Teheran* (quæ ex ruinis *Rei* urbis exstructa est), ut Rittero videtur. Droysenius *Hellen*. II, p. 716 Characem fortasse in ruinis prope *Ævani-Keif* vel *Veramin* urbis quærendam esse putat. Ptolemæus V, 6 Characem ad orientale latus Pylarum Caspiarum ponit, dum Noster Rhagæ proximam dicere videtur. A Rhagis ad Pylas secundum Strabonem p. 796 stadia 500, sec. Ptolemæum circa 400 stadia erant. || — ᾤκισεν] ᾤκησεν A. Idem Κάππιος pro Κάσπιος. || — Κάσπιαι πύλαι] editt. præfigunt articulum αἱ, quem codices ignorant.

§ 8. Κασπίας] Κασπίου A. In seqq. uterque codex ita: καὶ ἡ Χοαρηνὴ (Χοαρήνη A) σταθμός· ἐν ᾗ Ἀπ. Ejecta v. σταθμὸς, schœnorum numerum ex indiculo suppleruut editt. Fortasse plura exciderunt. Deinde pro ἀπὸ σχοίνων codices iterum ἀπόσχοιν. — Apud Strabonem l. l. regio dicitur Χωρηνή; *Choara* ap. Plinium VI, 17: *Cordueni tenent Caspias portas*; *iis in latere altero occurrunt deserta Parthiæ et Citheni juga. Mox ejusdem Parthiæ amœnissimus situs qui vocatur Choara.* « Veteris nominis vestigium superesse videtur in hod. *Serderei Chawar*. Sic vocantur fauces montium ab ortu *Tehran* urbis sitæ, quas Morier Caspias portas veterum esse putavit. Choarene itaque erat vallis montana, inter *Tehran* et fauces illas versus meridiem ortumque porrecta. Nunc vocatur *Chawar* et *Veramin*. Posterius nomen ab urbe ductum, quæ haud dubie situm indicat veteris Apameæ, cujus præter Isidorum meminerunt Strabo p. 524 (Ἀπάμεια ἡ πρὸς Ῥάγαις, coll. p. 514) et Ptolemæus VI, 5 p. 400. » Hæc ex Rittero VIII, p. 118. Ptolemæus l. l. Characem et Apameam in eodem long. gradu (94° 15′) ponit, ita ut hæc ab illa meridiem versus distet 40′.

§ 9. Κομισηνὴ] Κώμη σινὶ A, Κώμη σίνη B. « Nomen superest in hod. regione *Kumis*, quæ a *Chawar* faucibus est ortum ac boream versus. Cognominem inesse urbem, inter *Semnam* et *Damgam* sitam Morierus tradit. Isidorus nonnisi κώμας memorans non novisse eam videtur. » Ex Rittero l. l.

§ 10. Ὑρκανία] hodiernum *Gurkam*, prope *Asterabad*, monente Rittero l. l. p. 118. 60.

§ 11. Ἀσταυηνὴ] sic B et supra in indiculo codex uterque; Αὐσταϐηνὴ h. l. A. Formam Ἀσταϐηνὴν in Ptolemæum recepit Wilberg, quamquam codices longe plurimi pro β exhibent υ, nec aliunde res dirimi potest. Ceterum ita Ptolem. VI, 9, p. 416: Κατανέμονται δὲ τῆς Ὑρκανίας τὰ μὲν ἐπὶ θαλάσσῃ Μαξῆραι καὶ Ἀσταουηνοὶ (sic codd.),... ὑπὸ δὲ Ἀσταουηνοὺς ἡ Σιρακηνή. Idem VI, 17, p. 432: Κατέχουσι δὲ τῆς Ἀρίας τὰ μὲν ἀρκτικὰ μέρη Νισαῖοι καὶ Ἀσταυηνοί. Pertinere huc videtur *Asbana* urbs Tabulæ Peutingerianæ XII, C. || — Ἀσαὰκ] Apud Ammianum XXIII, 6, 43 urbes recensentur: *Charax, Apamia, Artacana et Hecatompylus*. Plinius vero II, 109 naphthæ fontes esse ait *circa Babyloniam et in Austacenis Parthiæ*. Utroque

χης πρῶτος βασιλεὺς ἀπεδείχθη· καὶ φυλάττεται ἐνταῦθα πῦρ ἀθάνατον.

12. Ἐντεῦθεν Παρθυηνὴ, σχοῖνοι κε', ἧς αὐλών· Παρθαύνισα ἡ πόλις ἀπὸ σχοίνων ς'· ἔνθα βασιλικαὶ ταφαί· Ἕλληνες δὲ Νίσαιαν λέγουσιν. Εἶτα Γάθαρ πόλις ἀπὸ σχοίνων ς'. Εἶτα Σιρὼχ πόλις ἀπὸ σχοίνων ε'. Κώμας δὲ οὐκ ἔχει πλὴν μιᾶς, ἥτις καλεῖται Σαφρί.

13. Ἐντεῦθεν Ἀπαυαρκτικηνὴ, σχοῖνοι κζ'· ἐν ᾗ πόλις Ἀπαυαρκτική. Εἶτα Ῥαγαῦ πόλις καὶ κῶμαι δύο.

14. Ἐντεῦθεν Μαργιανὴ, σχοῖνοι λ'. Ἔνθα Ἀν-

primus rex creatus est; atque ibi servatur ignis perennis.

12. Hinc Parthyena, schœni 25, cujus est vallis et Parthaunisa urbs post schœnos 6; ibi sepulchra regia: Græci vero Nisæam appellant. Dein Gathar urbs, post schœnos 6. Deinde Siroc urbs post schœnos 5. Vicum unum duntaxat habet, qui dicitur Saphri.

13. Hinc Apauarcticena, schœni 27, in qua urbs Apauarctica. Dein Ragau urbs et vici duo.

14. Hinc Margiana, schœni 30. Ibi Antio-

---

loco eandem regionem de qua Isidorus jam agit, memorari statuens Salmasius Exerc. Plin. p. 171, nostro loco Ἀσταχηνή, in Ammiano *Astacenen*, in Plinio *Astacenis* scribi vult; porro pro Ἀσαὰκ fortasse fuisse Ἄστακα opinatur. Editorem Dresdensem ambas conjecturas illico in verba Isidori intulisse sponte intelligitur, quamquam imbecillis admodum sit Salmasii ratiocinatio. Nam *Artacana* Ammiani aperte non regio sed urbs est, quæ memoratur etiam ap. Ptolemæum, at non in ea regione ubi nostra Ἀσαὰκ sita esse debet, sed in Parthiæ tractu meridionali juxta Carmaniam desertam, ubi Tabiene et Parauticene Ptolemæo est (90° long.; 34° 30' lat.). Holstenius pro Ἀσαὰκ fort. Ἀρσακίαν leg. conjecit. Mannertus Asaak fortasse non diversam esse a Nisæa Ptolemæi suspicatur, addubitante Rittero. Probabilius Hammerus Asaak esse hod. *Asterabad* censet. Lapieus componit cum *Mesched*. || — ἐν ᾗ Ἀρσάκης] ἐν ὡλαρσάκης (sic) A et B; em. editt.

§ 12. Παρθυηνὴ] Παρουήνη codd. Parthyene, exigua illa Hyrcaniæ pars, quæ primitiva erat Parthorum sedes, vel ab ea ditione qua primus eorum rex Arsaces potitus erat, distingui debet. || — ἧς αὐλών· Παρθαύνισα ἡ πόλις] ἡ σαυλὼν (ἡ σαύλων A) Παρθαύνισα ἡ πόλις codd.; Hudson et Miller: ἐν ᾗ Σαυλώη Παρθαύνισα ἡ π.; Salmasius l. l. p. 842, D: ἧς αὐλὼν Παρθυηνῆς πολύς. Nuperrimus editor Dresd.: ἐν ᾗ αὐλὼν καὶ Παρθαύνισα π. Mannerto V, 2, p. 108 Parthaunisa est Hecatompylus, Arsacis regia ap. Diod. XVII, 57 et Polyb. X, 25, cujus nomen Parthicum non notum sit. Hammer (*Fundgrub. des Orients* III, p. 319. 327) illud quod regum sepulcra ibi esse Isidorus dicit, collatis indigenarum historiis, eo facere putat, ut Parthaunisa intelligenda videatur de hod. *Sari*, quæ ab *Amol* est meridiem versus sita, urbs antiqua, quamquam priscis monumentis nunc destituta. D'Anvillius indicari censet Zadracarta, Hyrcaniæ opp. Alexandri M. temporibus maximum (Arrian. Exp. III, 23, 11. 25, 1); Ritterus nihil dijudicat. Lapieo Parthaunisa est hod. locus *Outoung*. Nescio an verum tetigerit Droysenius (*Hellen*. II, p. 608), qui urbem intelligit ad montium in *Khorassan* regione latus boreale sitam, etiam nunc dictam *Nisa*, nec diversam fortasse a Plinii (VI, 25) Alexandropoli in *Nisæa Parthyenes nobili*. Idem censet Lassenius in *Ersch u. Gruber Encycl.* v. *Parthien*. || — ἀπὸ σχοίνων] ἀπόσχοιν codd. h. l. et mox iterum. || — βασ. ταφαὶ] βασιλ. ἵππων τροφαὶ vel βασ. ἀγέλαι leg. conj. Salmasius p. 842. || — Νίσαιαν] Ptolemæus VI, 5, p. 400, Nisæam in ipsa Parthia non recenset, sed Mysiam locum ibi habet; quare hanc fortasse nostram esse Nisæam nonnulli opinati sunt. Quod falsum esse mihi persuasum est. Ceterum de Nisæa Ptolemæi, Strabonis, etc., v. Ritter. VIII, 56. 119. || — Γάθαρ] sic A; Γαθὰρ B; deinde ἀπόσχοιν codd. bis, nisi quod codex A ita habet: Γάθαρ πόλις ἀπόσχοιν ε'. κώμας etc., omissis verbis ς'· εἶτα Σιρὼχ πόλις ἀπόσχοιν. De urbibus Gathar, Siroc, Saphri parum liquet. Lapieus componit hodierna loca *Lungaruk*, *Mahirobat*, *Derbend*. Cum Σιρὼχ nomine nescio an comparanda sit Σιρακηνὴ regio, quam ὑπὸ τοὺς Ἀσταυηνοὺς collocat Ptolemæus VI, 9, p. 416. Ad Σαφρὶ nomen aliquatenus accedit Σάρβα, quam Hyrcaniæ urbem memorat Ptolemæus l. l. p. 417.

§ 13. Ἀπαυαρτικηνὴ] ἈπαυαρκτικήνηςB (non A). Urbs in cod. A Ἀπαβαρκτικὴ scribitur. In Ptolemæo VI, 5, p. 400 regio vocatur ἡ Παραυτικηνὴ (sic Wilberg e codd.; olim edebatur ὑπὸ ταύτην Ἀρκτικηνή vel Ἀρτικηνή). Urbem Ἀπαυαρκτικὴν vel Παυαρκτικὴν sic non habet Ptolemæus, sed dubium vix est quin eadem sit quam dicit Ἀρτάκανα (96° long. 34° 30' lat.). Cf. supra not. ad § 11. Lapieo est *Kurukhs*. Ceterum cf. Plinius VI, 18: *A Caspiis ad orientem versus regio est Apavortene dicta, et in ea fertilitatis inclytæ locus Darieum*. || — Ῥαγαῦ] Fort. leg. Ῥαγάν. Ptolemæus Ῥάγαιαν (98°, 20' long.; 34° 20' lat.) dicit. Hammero (ut ex Rittero l. l. disco) est hodierna *Rujan* (an *Rukaungha*, a *Nisapur* boream versus sita in mappa Wahlii, *Rodcan* in mappa Alexandri Burnes?). *Kalourni* est Lapieo.

§ 14. Ἀντιόχεια] De hac Antiochia Margiana v. Plinius VI, 18: *Sequitur regio Margiane apricitatis inclutæ, sola in eo tractu vitifera, undique inclusa montibus amœnis, ambitu stadiorum MD, difficilis aditu propter harenosas solitudines per CXXM p., et ipsa contra Parthiæ tractum sita, in qua Alexander Alexandriam condiderat. Qua diruta a barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit Syriam; nam interfluente Margo qui conrivatur in Zothale, is maluerat illam Antiochiam appellari. Urbis amplitudo circumitur stadiis LXX.* Strabo p. 516, Ptolemæus, Tab. Peuting. Hodie *Merv Schah Djehan*, de qua v. Wilson

τιόχεια ἡ καλουμένη Ἔνυδρος· κῶμαι δὲ οὐκ εἰσίν.

15. Ἐντεῦθεν Ἄρεια, σχοῖνοι λ'. Ἔνθα Κανδὰκ πόλις καὶ Ἀρτακαύαν πόλις καὶ Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐν Ἀρείοις· κῶμαι δὲ δ'.

16. Ἐντεῦθεν Ἀναύων χώρα τῆς Ἀρείας, σχοῖνοι νε', ἐν ᾗ πόλις μεγίστη Φρὰ καὶ Βὶς πόλις καὶ Γαρὶ πόλις καὶ Νιὴ πόλις· κώμη δὲ οὐκ ἔστιν.

17. Ἐντεῦθεν Ζαραγγιανὴ, σχοῖνοι κα'. Ἔνθα πόλις Πάριν καὶ Κορὸκ πόλις.

18. Ἐντεῦθεν Σακαστανὴ Σακῶν Σκυθῶν, ἡ καὶ Παραιτακηνὴ, σχοῖνοι ξγ'. Ἔνθα Βαρδὰ πόλις καὶ Μὶν πόλις καὶ Παλακεντὶ πόλις καὶ Σιγὰλ πόλις· ἔνθα

chia, quæ dicitur Irrigua; vicos autem habet nullos.

15. Hinc Aria, schœni 30. Ibi Candace urbs et Artacauan urbs et Alexandria apud Arios; vici etiam quattuor.

16. Hinc Anauon Ariæ regio, schœni 55, in qua urbs maxima Phra et Bis urbs et Gari urbs et Nie urbs; vicus autem nullus.

17. Hinc Zarangiana, schœni 21. Ibi Parin urbs et Coroc urbs.

18. Hinc Sacastana Sacarum Scytharum, quæ et Parætacena, schœni 63. Ibi Barda urbs et Min urbs, et Palacenti urbs et Sigal urbs, in qua est regia Saca-

---

Arriana p. 149. Ritter VIII, 230 sqq. Mannerto IV, p. 433 est *Merv al rud* sive *Merv-rud*; eandem sententiam Droyseni esse (in *Rhein. Mus. Zweiter Jahrgang* p. 96) apud Forbigerum II, p. 568 lego. || — ἔνυδρος] ἄνυδρος codd.; em. Harduin. ad Plin. l. l.

§ 15. Κανδὰκ] sic B et A, quamquam in A accentus ita positus est, ut pro literarum ον siglo sumserit Millerus, Κάνδακον (deb. certe Κανδακὸν) legens. Editores hinc finxerunt Κανδάκη. Nunc *Tak* sive *Takhan* in *Sedschistan*, monente Rittero. Eandem urbem Ptolemæum VI, 18 p. 434 Κοτάκην dicere censet Mannert. V, 2, p. 99. || — Ἀρτακαύαν] Ἀρτακόανα, Arrian. Exp. III, 25, *Artacoana*, Plinius VI, 25. Ἀρτακάννα et Ἀρτοκάκνα codd. Strabon. p. 516; Ἀρτικαῦδνα Ptolemæus VI, 17 p. 433 (109° 20' long.; 36° 10' lat., dum Alexandriam ἐν Ἀρείοις ponit 110° long. 36° lat.). Mannertus l. l. p. 96, Hammerus et Ritterus Artacauam non diversam esse censent ab Ἀρεία urbe Ptolemæi, quæ hod. sit *Harra;* adeo ut Ἀρτικαῦδνα ad alium locum pertineat, aut duo ejusdem urbis nomina in duas urbes abierint. Heerenius (*Ideen* I, 2, p. 717) Alexandriam et Artacoanam pro eadem habet, ita ut ap. Isidorum legendum foret Ἀρτακαύαν πόλις [ἡ] καὶ Ἀλ. Cui obstat Plinius VI, 25, nec non Strabo. In medio tam incerta relinquere præstat. Barbier du Bocage et Lapieus nostrum locum hod. esse *Pusheng* putant; Court eundem cum *Obeh* vel *Oba* componit. || — Ἀλεξάνδρεια] Plinius VI, 21 § 61 ed. Sillig: *Inde* (a Hecatompylo) *Alexandriam Arion, quam urbem is rex condidit*, 575 *mill.*, *inde ad Prophthasiam Drangarum* 199 *mill.* (sc. esse *Diognetus et Bæton scripserunt*). Idem VI, 25, § 93: *Oppidum Artocoana, Arius amnis qui præterfluit Alexandriam ab Alexandro conditam*. Cf. Strabo p. 514. 516. 723; Ammian. XXIII, 6, 69; Droysen l. l. II, p. 609; Wilson l. l. p. 151; Ritter VIII, p. 121. Nunc *Herat*, apud cujus incolas etiam hodie Alexandri memoria viget.

§ 16. Ἀναύων] sic (non Ἀγαύων) cod. B; Ἀνάδων h. l. A; sed υ pro β habet in præmisso argumento. Aliunde de hoc nomine non constat, quantum sciam. || — Βὶς.. Γαρὶ.. Νιὴ] sic B; Βις.. Γαρις.. Νιοι, absque acc. cod. A. Ceterum Φρὰ est hod. *Farrah* sive *Ferrah* ad *Ferrah-rud* fl. Eodem spectare Ritterus VIII, p. 120 censet Φαραζάνα (110° long., 30° lat.) ap. Ptolemæum VI, 19 p. 437. Droysenius vero l. l. p. 610 huc refert quæ leguntur ap. Stephan.: Φράδα, πόλις ἐν Δράγγαις, ἣν Ἀλέξανδρος Προφθασίαν μετωνόμασεν. Ptolemæus Prophthasiam ponit 110°-32° 20'. Βὶς hodie *Bist* vel *Bost* ad *Hindmend* fl., Βιγὶς (111°, 29° 20') Ptolemæi l. l. || — Γαρὶ hod. *Ghore* vel fort. *Ghirane*. An Σιγάρα (113°; 30°) Ptolemæi l. l. p. 438? || — Νιὴ hod. *Neh*, ut videtur. Vide de his Wilson l. l. p. 153. Lapieo quattuor hæ urbes sunt *Farrah, Kourmalik, Gurmou, Doraha*. Mannertus et Hammerus Γαρὶ esse censent hod. *Grischt*.

§ 17. Ζαραγγιανὴ] sic in argumento codex uterque; hoc loco ζ' δραγγιανὴ A; δραγγιανὴ B, quod dedit Millerus et Fabricius. Rariorem nominis formam vulgari a scribis substitutam esse nemo crediderit. Ζαράγγους et Ζαραγγαίους habes ap. Arrian. VI, 27 et III, 25. *Sarangas* juxta Drangas recenset Plinius VI, 27 § 94. Σαράγγας dicit etiam Herodotus III, 93. De ejusdem nominis formis, *Drangæ* et *Zarangæ*, vide quæ ex Burnoufio laudat Ritter VIII, p. 64. Quamquam etiam tanquam vicinæ gentes Drangæ ab Sarangis distinguuntur. Nomen significat *lacus* (*Zareh*) *accolas*, i. e. Ariæ paludis, quæ etiam hodie simpliciter vocatur *Zareh*. De urbibus Πάριν (*Bakoua* Lapieo) et Κορὸκ sive Οὐκορὸκ, uti est in cod. B (*Dilaram* Lap.), nihil liquet.

§ 18. Σακαστάνη] sic codex uterque; Σακαστηνὴ Miller. et Fabr. « Est meridionalis et orientalis pars hodiernæ *Sedschistan*, breviato nomine *Ssystan*, vel etiam *Segkestan*, in quo deprehendi nostram *Sakestan* sive Sacarum regionem jam statuit Wahl (*Vorder u. Mittel-Asien*, etc. I, p. 569). » Ex Rittero VIII, p. 120. || — Παραιτακηνή] Differt Parætacene Herodoti I, 101 et Ptolemæi VI, 4. Contra vero Παρουήτας Ptolemæi VI, 18, p. 435 cum Parætacene Isidori componit Lassen in *Ersch. Encycl.* v. *Parthyene*, non improbabiliter, etsi refragante Droysenio l. l. II, p. 611. || — Παλακεντὶ] Παλακέντι B. De urbibus Barda (*Lungera* Lapieo), Min (*Chorab* Lap.), Palacenti (*Girisk* Lap.), Sigal (*Khuchnakoud* Lap.) nihil nisi opinationes quasdam nunc proferre licet. Sigal, Sacarum regiam, Hammerus eandem censet cum *Nimrus*, quam Persarum fabulæ tamquam *Rustam* heroum sedem celebrant. Droysenius II, p. 613 in *Girische* Sigal quærendam suspicatur. Cum nomine *Min* confer Min-nagara, Sacarum urbem ad Indum, cujus Periplus mar. Erythr. § 38 meminit. Etenim *Min* Sacas significat.

βασίλεια Σακῶν· καὶ πλησίον Ἀλεξάνδρεια πόλις (καὶ πλησίον Ἀλεξανδρόπολις πόλις)· κῶμαι δὲ ἕξ.

19. Ἐντεῦθεν Ἀραχωσία, σχοῖνοι λϛ'. Ταύτην δὲ οἱ Πάρθοι Ἰνδικὴν Λευκὴν καλοῦσιν· ἔνθα Βιὺτ πόλις καὶ Φάρσανα πόλις καὶ Χοροχοὰδ πόλις καὶ Δημητριὰς πόλις· εἶτα Ἀλεξανδρόπολις, μητρόπολις Ἀραχωσίας· ἔστι δὲ Ἑλληνίς, καὶ παραρρεῖ αὐτὴν ποταμὸς Ἀραχωτός. Ἄχρι τούτου ἐστὶν ἡ τῶν Πάρθων ἐπικράτεια.

Ἰσιδώρου Χαρακηνοῦ σταθμοὶ Παρθικοί.

rum, propeque Alexandria urbs (nec procul Alexandropolis urbs); vici etiam sex.

19. Hinc Arachosia, schœni 36. Hanc Parthi Indiam Albam appellant; ubi Biyt urbs et Pharsana urbs et Chorochoad urbs et Demetrias urbs. Dein Alexandropolis, metropolis Arachosiæ; Græca est urbs, eamque præterfluit amnis Arachotus. Hucusque regio est sub Parthorum imperio.

Isidori Characeni stathmi Parthici.

ΠΑΡΘΙΑΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

20. Athenæus III, p. 93, D: Ἰσίδωρος δ' ὁ Χαρακηνὸς ἐν τῷ τῆς Παρθίας Περιηγητικῷ κατὰ τὸ Περσικὸν πέλαγος νῆσόν φησιν εἶναί τινα, ἔνθα πλείστην μαργαρῖτιν εὑρίσκεσθαι. Διόπερ σχεδίας καλαμίνας πέριξ εἶναι τῆς νήσου, ἐξ ὧν καθαλλομένους εἰς τὴν θάλασσαν ἐπ' ὀργυιὰς εἴκοσιν ἀναφέρειν διπλοῦς κόγχους. Φασὶ δ', ὅταν βρονταὶ συνεχεῖς ὦσι καὶ ὄμβρων ἐκχύσεις, τότε μᾶλλον τὴν πίνναν κύειν, καὶ πλείστην γίγνεσθαι μαργαρῖτιν καὶ εὐμεγέθη. Τοῦ δὲ χειμῶνος εἰς τὰς ἐμβυθίους θαλάμας δύνειν εἰώθασιν αἱ πίνναι· θέρους δὲ τὰς μὲν νύκτας κεχήνασι διανηχόμεναι, ἡμέρας δὲ μύουσιν. Ὅσαι δ' ἂν πέτραις ἢ σπιλάσι προσφυῶσι, ῥιζοβολοῦσι, κἀνταῦθα ἐνδῦσαι τὴν μαργαρῖτιν γεννῶσι. Ζωογονοῦνται δὲ καὶ τρέφονται διὰ τοῦ προσπεφυκότος τῇ σαρκὶ μέρους. Τοῦτο δὲ συμπέφυκε τῷ τοῦ κόγχου στόματι, χηλὰς ἔχον καὶ νομὴν εἰσφέρον. Ὃ δή ἐστιν ἐοικὸς καρκίνῳ μικρῷ,

PARTHIÆ DESCRIPTIO.

20. Isidorus Characenus in Parthiæ descriptione in Persico mari tradit insulam esse quandam, ubi plurimæ reperiantur margaritæ. Itaque multas circa eam insulam versari scaphas ex arundine confectas, e quibus in mare desilientes homines ad viginti ulnarum altitudinem, reportent duplices (*bivalvas*) conchas. Aiunt vero, quum continua tonitrua incidunt et largior effunditur imber, tum magis concipere pinnas, et plurimas gigni margaritas maximasque. Hieme in profundos maris gurgites demergi pinnæ solent, æstate vero noctu hiantes ultro citroque natant, interdiu claudunt testas. Quot earum petris scopulisque adhæsere, radices agunt, ibique fixæ manentes margaritam pariunt. Sustentantur autem et nutriuntur sui parte quadam, quæ carni adhæret; adnata ea est ori conchæ, forfices habens et cibum ingerens; estque similis parvo cancro, et *pinnophylax* vocatur. Ab hac

---

— Ἀλεξάνδρεια] hod. *Kandahar,* ut perprobabiliter statuunt Lapieus et Droysenius. Etiamnum ejus urbis origines ab Alexandro incolæ repetunt. Quæ sequuntur uncis inclusa e dittographia orta esse, atque recte ejecisse B. Fabricium censeo. Droysenius non longe ab Alexandria revera aliam urbem Alexandropolin (hod. *Kelat-i-Gildschi?*) fuisse statuit, argumentatione usus infirmiori. Lapieo Alexandropolis est *Lyli Mujnoun.* Ceterum vocem πόλις post Ἀλεξανδρόπολις om. cod. B.

§ 19. Φάρσανα] Φάρσαγγα B. Dein. Δημητρίας A, Ἀράχωτος B, et sub finem: ἄχρι τούτου ἐστὶν ὑπὸ τῇ τῶν Πάρθων ἀρχῇ ἡ χώρα. Arachosiæ nomen, quod literis cuneiformis scribi aiunt *Arajati*, superest in recentiore nomine Arabico *Arrokadsch,* monente Rittero VIII, p. 121. 61. || — Ἰνδικὴν λευκὴν Cf. Lassen *Indische Alterth.* I, p. 434 not. 2. De Arachoto fluvio nihil certim definiri posse censet Ritterus. Court (in *Journ. of the As. soc. of Bengal.* t. V, p. 389. 1836) hod. esse *Aracandab,* qui in *Hindmend* influit, et Alexandriam Arachosiæ (de qua cf. Ptol. et Steph. Byz. v. Ἀλεξ.) *Kandahar* (v. supra) censet. Mannerto urbs est hod. *Weihend,* Droysenio *Ghisni.* Lapieo Βιὺτ est *Putoullah,* Φάρσανα *Choki,* Χοροχοὰδ *Kozuk,* Δημητριὰς *Hourumzyi Sydani,* Ἀλεξανδρόπολις urbs ad *Lorah* (Ἀραχωτὸν) sita. Pro libitu hæc impune cuique adornare licet.

§ 20. τότε μᾶλλον τ. πίνναν κύειν]. Contraria his Plinius IX, 54: *Si fulguret, comprimi conchas, ac pro jejunii modo minui; si vero etiam tonuerit, pavidas ac repente compressas quæ vocant* φυσήματα *efficere, speciem modo inani inflatam sine corpore : hos esse concharum abortus.* Item Ammianus Marc. XXIII, 6, 85: *Concussæ vero sæpissime metu fulgurum inanescunt, aut debilia pariunt, aut certe vitiis diffluunt abortivis.* || — διανηχόμεναι] « Hoc e diametro pugnat cum his quæ de pinnis Aristoteles aliique observarunt, immobiles in fundo maris manere. Sed et alia multa turbasse confudisseque videtur hic scriptor. Quæ tamen idem de *pinnophylace* tradit (quem pinnoterem ab aliis nominatum vidimus pag. 89, E), explicare ea fortasse originem fabulæ, quæ de *cancello* pinnæ socio vulgo perhibebantur, poterunt: scilicet quæ pars esset sive membrum aut instrumentum quoddam ipsius animantis, quo per aperturam juxta villum (qui byssus vulgo per errorem vocatur) exserto pe-

καλούμενον πιννοφύλαξ. Διήκει δ' ἐκ τούτου ἡ σὰρξ μέχρι μέσου τοῦ κόγχου, οἱονεὶ ῥίζα, παρ' ἣν ἡ μαργαρῖτις γεννωμένη, αὔξεται διὰ τοῦ στερεοῦ τῆς κόγχης, καὶ τρέφεται, ὅσον ἂν ᾖ προσπεφυκυῖα χρόνον. Ἐπειδὰν δὲ παρὰ τὴν ἔκφυσιν ὑποδυομένη ἡ σὰρξ καὶ μαλακῶς ἐντέμνουσα χωρίσῃ τὴν μαργαρῖτιν ἀπὸ τοῦ κόγχου, ἀμπέχουσα μὲν οὐκέτι τρέφει, λειοτέραν δ' αὐτὴν καὶ διαυγεστέραν ποιεῖ καὶ καθαρωτέραν. Ἡ μὲν οὖν ἐμβύθιος πίννα διαυγεστάτην ποιεῖ καὶ καθαρωτάτην καὶ μεγάλην γεννᾷ μαργαρῖτιν, ἡ δὲ ἐπιπολάζουσα καὶ ἀνωφερὴς διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτινοβολεῖσθαι, δυσχρους καὶ ἥσσων. Κινδυνεύουσι δ' οἱ θηρῶντες τοὺς μαργαρίτας, ὅταν εἰς κεχηνότα κόγχον κατ' εὐθὺ ἐκτείνωσι τὴν χεῖρα· μύει γὰρ τότε, καὶ πολλάκις οἱ δάκτυλοι αὐτῶν ἀποπρίονται· ἔνιοι δὲ καὶ παραχρῆμα ἀποθνήσκουσιν. Ὅσοι δ' ἂν ἐκ πλαγίου ὑποθέντες τὴν χεῖρα τύχωσι, ῥᾳδίως τοὺς κόγχους ἀπὸ τοῦ λίθου ἀποσπῶσιν.

vero pertinet caro usque ad mediam concham, veluti radix : juxta quam margarita genita augescit per solidam conchæ partem, et nutritur, quamdiu adhærens manserit. Postquam vero caro per excrescentiam subiens, et paulatim incidens, separavit margaritam a concha, amplectens illam non amplius nutrit, sed læviorem, nitidiorem et puriorem reddit. Jam quæ in profundo degit pinna, splendidissimam facit et purissimam, magnamque parit margaritam : quæ vero in summo natat, et sursum evehitur, ejus margarita, quoniam solis radiis percutitur, nubili coloris et minor est. Versantur autem in periculo qui margaritas venantur, quum in apertam concham recta manum inferunt : claudit enim ea tunc testam, ac sæpe digiti eorum abscinduntur; nonnulli vero etiam protinus moriuntur. Quibus vero a latere manum inserere contigerit, hi conchas facile a saxo avellunt.

[ISIDORI ORBIS TERRARUM DESCRIPTIO.]

21. Plinius II, 112, § 242 Sillig. : *Pars nostra terrarum, de qua memoro, ambienti oceano velut innatans longissime ab ortu ad occasum patet, hoc est ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas LXXXV. LXVIII mill. pass., ut Artemidoro auctori placet, ut vero Isidoro, XCVIII. et XVIII. M.*

22. Id. II, 112, § 245 : *Latitudo autem terræ a meridiano situ ad septentriones dimidio fere minor colligitur XLIIII.LXXXX milia.* Sequuntur partes hujus mensuræ, quæ pertinent a meridie ultima usque ad ostium Tanais (V. fr. Artemid.). Dein Plinius pergit : *Ab ostio Tanais nihil modi quam diligentissimi auctores fecere : Artemidorus ulteriora incomperta existumavit, quum circa Tanaim Sarmatarum gentis degere fateretur ad septentriones versus ; Isidorus adjecit duodeciens centena millia quinquaginta usque ad Thulen, quæ conjectura divinationis est.*

23. Id. V, 9 : *Universam vero* (Asiam) *cum Ægypto ad Tanaim Artemidorus et Isidorus LXIII LXXV M. p.* (*esse tradunt*).

24. Id. IV, 37 : *Longitudinem ejus* (Europæ) *Artemidorus atque Isidorus a Tanai Gadis LXXXII. XIIII M p. prodiderunt.*

25. Id. V, 6 : *Isidorus a Tingi Canopum XXXV. XCIX M. p., Artemidorus XL M. minus quam Isidorus* (*esse existumant*).

26. Id. V, 43 : *A Chalcedone Sigeum Isidorus CCCXXII* (CCCXII et CCCLXII v. l.) *M. D. p. tradit.*

27. Id. V, 35 : *Hujus* (Cypri) *circuitum Timosthenes CCCCXXVII M. D prodidit, Isidorus CCCLXXV.*

28. Id. V, 36 : *Distat* (Rhodus) *ab Alexandria Ægypti DLXXXIII M., ut Isidorus tradit; ut Eratosthenes, CCCCLXIX M ; ut Mucianus, D, a Cypro CLXVI.*

29. Id. V, 37 : *Ioniæ ora habet.. Samon liberam circuitu LXXXVII. MD. p., aut, ut Isidorus, CM.*

30. Id. V, 38 : (*Chius insula*) *circuitu CXXV M. p. colligit, ut veteres tradidere, Isidorus IX M. adicit.*

31. Id. V, 39 : *Tota insula* (Lesbus) *circuitur, ut Isidorus, CLXVIII M. p., ut veteres, CXCV M.*

---

tris adhæret : illam partem animantis, ob nescio quam similitudinem, pro *cancello* a nonnullis esse habitam. » Casaubonus. || — Κινδυνεύουσι] Cf. Plinius IX, 55 : *Concha ipsa quum manum videt, comprimit sese, operitque opes suas, gnara propter illas se peti ; manumque si præveniat, acie sua abscindit.* Ælian. N. An. X, 20. Ceterum de hac piscatione cf. *Memorandum respecting the pearl-fisheries in the Persian gulf by Colon. D. Wilson* in *Journ. of the roy. geogr. soc. of London*, 1834. vol. III, p. 283 sqq.; quod generationem margaritarum attinet, veterum et recentiorum de ea fabulas perstringit Stuart *Account of the pearl fisheries*, etc. in *Transactions of the roy. Asiat. soc.*, vol. III, p. II, p. 452 sqq. Cf. Ritter. XI, p. 591 sqq. VI, p. 162 sqq.

§ 23. Pro 8214 mill. varia lectio præbet 8414 et 8415. Quæ vereor ne corrupta sint omnia.

§ 32. Pro 4875 mill., quos habet etiam Solinus c. 22, varia lectio est 3875 et 3825 (hoc etiam Martianus, cap. VI, 666, qui Plinium passim exscribit). Cf. Letronne *Sur Dicuil* p. 160 sq.

32. Id. IV, 5 : *Peloponnesus... inter duo maria, Ægæum et Ionium, platani folio similis, propter angulosos recessus circuitu DLXIII M. p. colligit, auctore Isidoro. Eadem per sinus pæne tantundem adicit.*

33. Id. IV, 30 : *Hæc* (Britannia) *abest a Gesoriaco Morinorum gentis litore proximo trajectu L M; circuitu patere XXXXVIII. LXXV M. Pytheas et Isidorus tradunt.*

EX ISIDORI CHARACENI OPERE INCERTO.

34. Lucianus Macrob. c. 15 : Ἀρταξέρξης ἕτερος Περσῶν βασιλεύς, ὅν φησιν ἐπὶ τῶν πατέρων ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς ἐπιβουλῇ τἀδελφοῦ Γωσίθρου ἐδολοφονήθη.

35. Id. ib. c. 18 : Γόαισος δέ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς, ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας Ὀμανῶν τῆς ἀρωματοφόρου βασιλεύσας πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν ἐτελεύτησε νόσῳ.

34. Artaxerxes (*Ochus*) alter Persarum rex, quem patrum suorum ætate regnasse ait Isidorus Characenus historicus, tres et nonaginta annos quum vixisset, insidiis fratris sui Gosithræ periit.

35. Goæsus, ut narrat Isidorus Characenus, sua ætate Omanorum in thurifera regione rex, quindecim supra centum annos quum haberet, morbo obiit.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ

[ΑΡΡΙΑΝΟΥ, ΩΣ ΦΕΡΕΤΑΙ]

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

Τῶν ἀποδεδειγμένων ὅρμων τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ἐμπορίων πρῶτός ἐστι λιμὴν τῆς Αἰγύπτου Μυὸς ὅρμος. Μετὰ δὲ αὐτὸν εἰσπλεόντων ἀπὸ χιλίων ὀκτακοσίων σταδίων ἐν δεξιᾷ ἡ Βερνίκη. Ἀμφοτέρων [δὲ] οἱ λιμένες ἐν τῷ ἐσχάτῳ τῆς Αἰγύπτου κόλποι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης κεῖνται.

ANONYMI

[ARRIANI, UT FERTUR]

PERIPLUS

MARIS ERYTHRÆI.

Inter navium stationes maris Erythræi et adjacentia ei emporia quæ lege et usu recepta sunt, primus est Ægypti portus Myoshormus. Ab eo mare innavigantibus post mille et octingenta stadia a dextris Berenice occurrit. Uterque portus in extrema Ægypto situs, sinus maris Erythræi.

Codex libelli unus exstat Heidelbergensis. Hunc post Gelenium unus usurpavit Bernhardyus, qui excerptas ex eo lectiones notabiliores edidit in Analectis in Geographos minores (Halis 1850) p. 22 sqq. || — Ἀρριανοῦ, ὡς φέρεται] In codice Arriano liber vindicatur. Quod auctoris nomen ex periplo Arrianeo Ponti Euxini, qui ante nostrum opusculum in codice legitur, temere huc translatum est.

§ 1. τῶν ἀποδεδειγμένων] Cf. § 32 : ὅρμος ἀποδεδειγμένος τοῦ Σαχαλίτου λιβάνου. Eodem sensu alibi habes ἐμπόρια νόμιμα (§ 4 et 21), ἐπισημότερα (§ 60), quibus opponuntur ἐμπόρια τοπικὰ et loca quæ quum proprie non sint emporia, tamen τάξιν τινὰ ἐμπορίων (ut Leucecome § 19) tenent. || — χιλίων ὀκτακοσίων] Distantia hæc ducit ad hodiernum *Cosseir*. At fuisse ibi celeberrimum Myoshormi emporium jure dubitabis, sive *Cosseir* portus indolem spectes, sive veterum de Myoshormo testimonia, quæ vide in not. ad Agatharch. § 82. Aut magis boream versus Myoshormus collocandus prope *Ras Abou-Somer*, aut magis meridiem versus in eo fere loco ubi nunc est *Schauna* portus. Hæc fuisse videtur sententia Agatharchidis, Artemidori, Diodori, Strabonis. Eodem facit quod Noster et Myoshormum et Berenicen ἐν ἐσχάτῳ τῆς Αἰγύπτου collocat. Fortasse igitur pro ͵αω′ auctor scripserat ͵α (1000). Quamquam de his caute statuendum est, partim quod navigatio in eo tractu periculosa trahebatur, partim quod aliis Peripli locis stadiorum numeri veram oræ longitudinem longe excedunt. Sic in sqq. a Ptolemaide ad Adulin 3000 stadia computantur, quum vix sint 2400. || — Βερνίκη] Nominis forma plebeia, quæ in Polybium quidem (V, 58, 11) a librariis illata fuerit, at non mutanda est apud serioris ævi scriptores, ubi codicum consensu comprobatur, ut apud Chrysostom. vol. II, p. 634, Procop. De ædif. VI, 2, Lucani Act. apost. 25, 23, Appian. Mithrid. c. 4, etc. Pertinet huc etiam gentile Βερνεικιδῶν ap. Bœckh in C. Inscr. I, p. 498. Plura v. ap. Dindorfium in Steph. Thes. v. Βερενίκη. De Berenice nostra, quam Troglodytices nomine a Berenice Panchryso et Berenice Epidires distinguit Plinius, Artemidorus recte ἐν βάθει τοῦ Ἀκαθάρτου κόλπου sitam dicit, mathematici in eadem cum Syene latitudine collocarunt, Ptolemæus Philadelphus cum Copto via junxit, vid. Strabo p. 133. 769. 815, Plinius II, 75. VI, 34, Mela III, 8, Ptolemæus IV, 5. VIII, 15, Itin. Ant. p. 173, Tab. Peuting., Geogr. Rav. II, 7, Agathem. II, 5, Steph. Byz. s. v., Epiphan. Hæres. LXVI, 1. Ruinas primus descripsit Wellstedius *Travels in Arabia* t. II, p. 333 sqq. Sita urbs 23° 55′ lat. (23° 50′ sec. Ptolemæum). Rudera nunc fere latent sub arenarum cumulis; præ ceteris adhuc conspicuum in media urbe templum Ægyptium; circumjacent domus 1000-1500 numero; viæ angustæ rectis secantur angulis. Inscriptionem Wellstedius reperit unam :

ὑπὲρ βασιλ[έως....
καὶ βασιλίσση[ς...
Κλεοπάτ[ρας...
θεο. . . . .
τε. . . . .

Ceterum ne penitius omnia scrutaretur Wellstedius, temporum angustiis prohibebatur. Uberiora mox dabit doctissimus Libycæ oræ explorator Barthius. Portum Wellstedius p. 343 dicit « a capacious and well-sheltered harbour, which no other locality on this coast, from latitude 23° to 24° possesses. » Quod Strabo p. 815 refert Berenicen ἀλίμενον esse et quæ his subjungit, minus accurata sunt. Attamen accessus ad portum per sinum Immundum difficilis erat, eamque ob causam postea mercatores, vitata Berenice, Myoshormum potius petere cœperant. || — ἀμφοτέρων δὲ] Voc. δὲ codex non h. l., sed post v. κόλποι habet. || — κεῖνται] κεῖσθαι verbum interdum etiam de sinubus fluviisque usurpatur. Perperam hunc locum interpretatur Schwanbeck in *Rhein. Museum* 1851, p. 484.

2. Τούτων ἐκ μὲν τῶν δεξιῶν ἀπὸ Βερνίκης συναφής ἐστιν ἡ Βαρβαρικὴ χώρα. Καὶ ἔστι τὰ μὲν παρὰ θάλασσαν Ἰχθυοφάγων [ἐν] μάνδραις ᾠκοδομημέναις ἐν στενώμασι σποράδην διοικούντων, τὰ δὲ μεσόγεια Βαρβάρων καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς Ἀγριοφάγων καὶ Μοσχοφάγων κατὰ τυραννίδα νεμομένων, οἷς ἐπίκειται κατὰ νώτου μεσόγειος ἀπὸ τῶν πρὸς δύσιν μερῶν [μητρόπολις λεγομένη Μερόη].

3. Μετὰ δὲ τοὺς Μοσχοφάγους ἐπὶ θαλάσσης μικρὸν ἐμπόριόν ἐστιν, ἀπέχον * τὸ πέρας τῆς ἀνακομιδῆς σταδίους περὶ τετρακισχιλίους, Πτολεμαῒς ἡ τῶν θηρῶν λεγομένη, ἀφ' ἧς οἱ ἐπὶ Πτολεμαίων τῶν βασιλέων θη-

2. His a dextris post Berenicen contigua est regio Barbarica. Et maritima quidem sunt Ichthyophagorum, qui in tuguriis per faucium angustias structis sparsim habitant; mediterranea autem Barbari tenent et qui post eos sequuntur Agriophagi et Moschophagi, sub tyrannorum singuli imperiis viventes, quibus a tergo sita est mediterranea ab occasu [*metropolis, cui nomen Meroe.*]

3. Post Moschophagos juxta mare parvum est emporium distans a *Berenice* quattuor fere millia stadiorum, Ptolemais Venationum quæ vocatur, unde sub Ptolemæis regibus venatores in interiora proficisceban-

---

§ 2. συναφής ἐστιν ἡ Βαρβαρικὴ] συναφὴς ἡ Τισηβαρικὴ codex. At nemo ejus nominis regionem populumve memorat. Ne putes signari regionem *Adiabarorum,* quos plerique Megabaros dixerunt (v. Plinius VI, 35, Strabo p. 786, Ptolem.), prohibent sedes ejus populi prope Meroen. Vincentus (*Commerce and navig. in the Indian ocean,* tom. II, p. 89) codicis vocabulo indicari putat *humilem* tractum litoralem, quem Ichthyophagi tenuerint, ejusmodi usus argumentatione : « *Tiz-u-barik,* inquit, is said by Capt. Franklin, author of a tour in Persia, to be still a familiar phrase in the Persik for *sharp* and *thin.* It will also bear the sense of *low* and *flat.* » Stuckius pro ἡ Τισηβαρικὴ legi voluit ἡ γῆ Ἀραβικὴ, conferens, nescio quo consilio, verba § 19 : εὐθέως ἐστὶ συναφὴς Ἀραβικὴ χώρα. Nullus dubito quin recte vulgatam mutaverim. Indicatur regio Barbarorum seu Berberorum, gentis late per Africam disseminatæ, quam nisi hoc loco auctor commemorasset, dicere non potuit § 5 : ἡ ἄλλη Βαρβαρία. || — 2. Καὶ ἔστι] Καὶ huc transposui ex seqq., ubi legitur ante vocem σποράδην. Codex ita :.. χώρα ἐστίν· τὰ μὲν κτλ. || — 3. ἐν supplevit Schwanbeck l. l. p. 484. || — 4. διοικούντων] δὲ οἰκοῦνται codex; em. Schwanbeck. De re multus est Agatharchides § 31 sqq. || — 5. Ἀγριοφάγων] Meminit gentis, sed alias ei sedes assignat Dalion ap. Plin. VI, 35 p. 470 Sillig. : *Agriophagi pantherarum et leonum maxime carne vescentes.* Cf. Ἄγριοι sive Κυναμόλγοι et Κρεωφάγοι ap. Artemidorum in Strabon. p. 771. Vincentus de Peripli loco ita loquitur quasi pro Ἀγριοφάγων legeretur Ἀκριδοφάγων, de quibus v. Agatharchid. § 58. || — 5. Μοσχοφάγων] Moschophagi hoc certe nomine alibi nusquam memorantur, quantum sciam. Noli interpretari *vitulis vescentes;* sunt, opinor, Ῥιζοφάγοι vel Σπερματοφάγοι Agatharchidis, qui teneriores arborum ramulos et germina sive μόσχους comedebant; nam μόσχοι dicuntur ἁπαλοὶ κλαδίσκοι, νεόφυτα βλαστήματα. V. Steph. Thes. v. μόσχος, μοσχεῖον, μόσχευμα. || — 6. κατὰ τυραννίδα νεμομένων] Tyranni vocantur singulorum tribuum vel locorum principes, sive sui sint juris sive ex rege aliquo pendeant, qui in metropoli mediterranea habitare solet. Cf. § 14 : Οὐ βασιλεύεται ὁ τόπος, ἀλλὰ τυράννοις ἰδίοις [τὰ] καθ' ἕκαστον ἐμπόριον διοικεῖται. § 20 : Συνεχῶς ὑπὸ τῶν τυράννων καὶ βασιλέων τῆς Ἀραβίας αἰχμαλωτίζονται (οἱ Κανραεῖται). § 22 Cholæbus est Mapharitidis regionis tyrannus in Save urbe residens, Charibael vero ὁ ἔνθεσμος βασιλεὺς Homeritæ et Sabaitæ regionis. § 31 Azania subjecta esse dicitur Χαριβαῆλι καὶ τῷ Μαφαρείτῃ τυράννῳ, ita nimirum ut Charibaelis nomine a Cholæbo tyranno administraretur, quod liquet ex § 16, ubi : Νέμεται δὲ αὐτὴν κατά τι δίκαιον ἀρχαῖον ὑποπίπτουσαν τῇ βασιλείᾳ τῆς πρώτης λεγομένης Ἀραβίας ὁ Μαφαρείτης τύραννος. Nostro loco num tyrannides sui prorsus juris, an Meroensi imperio subditæ intelligendæ sint, parum liquet. || — 7. τῶν πρὸς δύσιν μερῶν] His in codice adduntur σης μικρὸν, quæ ex linea seq. huc aberrarunt. Excidit urbis sive μητροπόλεως mentio, Μερόης sc., ut recte procul dubio monuit Schwanbeck, p. 482. Cf. § 38 : Καὶ κατὰ νώτου μεσόγειος ἡ μητρόπολις αὐτῆς τῆς Σκυθίας Μινναγάρ.

§ 3. ἀπέχον τὸ πέρας τῆς ἀνακομιδῆς] Sic codex corrupte. Stadia 4000 sunt itineris a Berenice ad Ptolemaidem; hanc enim, non aliam, notari distantiam consentaneum est, ac reapse 4000 stadia in eam regionem ducunt, in qua Ptolemaidem ponendam esse aliunde colligitur (v. not. ad Agatharch. p. 172). Vel propterea nihili foret conjectura : ἀπέχον τῆς πέραν τῆς ἀνατολικῆς. In promptu esse videbatur conjicere : τῶν πέραν τῆς ἀνακομιδῆς vel τῆς τῶν πέραν ἀνακομιδῆς, quod nuper etiam a Bernhardyo probatum, Vincentus II, p. 94 dici censet pro ἀπὸ Βερενίκης, quippe quæ fuerit ἀποκομιδὴ, i. e. portus destinatus recipiendis importandisve τοῖς πέραν. i. e. mercibus, quæ e locis ultra fauces sinus Arabici sitis advehebantur. At hæc in Myoshormum non minus quam in Berenicen quadrarent, et affectatæ essent obscuritatis, et a græco loquendi usu abhorrent; nam neque ἀνακομιδὴ dicitur pro κομιδὴ (*importatio*), neque τὰ πέραν de mercibus usurpatur sed de locis; merces dicendæ erant aut τὰ περατικὰ aut τὰ ἐκ τοῦ πέραν. Quapropter gravius ulcus esse debet, quod sanare res anceps est. Nisi lacuna subest, in τὸ πέρας latuerit ἀπὸ Βερνίκης, addito cognomine quo hæc Berenice ab altera, quam ante Ptolemaidem Plinius memorat, distingueretur. Possis : ἀπὸ Βερνίκης τῆς ἀνὰ Κοπτικὴν, aut, si lacuna locum deturpat, ἀπέχον [Βερνίκης τῆς κατὰ] τὸ πέρας τῆς ἄνω κομιδῆς. Hoc malim. || — 7. οἱ ἐπὶ Πτολεμαίων τῶν βασιλ. θηρευταὶ ἐντὸς ἀνέβησαν] Codex : οἱ ἐπιπτολέων τῷ βασιλεῖ θηρευθέντες ἐνέβησαν; editiones οἱ ἐπὶ Πτολεμαίῳ, servatis reliquis. Bernhardyus l. l. p. 22, nisi forte vox ἐλέφαντες post θηρευθέντες exciderit, scrib. proponit :

ρευταὶ ἐντὸς ἀνέϐησαν. Ἔχει δὲ τὸ ἐμπόριον χελώνην ἀληθινὴν καὶ χερσαίαν ὀλίγην καὶ λευκὴν μικροτέραν τοῖς ὀστράκοις· εὑρίσκεται δὲ ἐν αὐτῇ ποτὲ μὲν ἐλέφας ὀλίγος, ὅμοιος τῷ Ἀδουλιτικῷ. Ὁ δὲ τόπος ἀλίμενος καὶ σκάφαις μόνον τὴν ἀποδρομὴν ἔχων.

4. Μετὰ δὲ τὴν Πτολεμαΐδα τὴν τῶν θηρῶν ἀπὸ σταδίων ὡς τρισχιλίων ἐμπόριόν ἐστι νόμιμον ἡ Ἀδουλὶ, κείμενον ἐν κόλπῳ βαθεῖ κατ' αὐτὸν τὸν νότον, οὗ πρόκειται νῆσος Ὀρεινὴ λεγομένη, τοῦ μὲν ἐσωτάτου κόλπου σταδίους ὡς εἰς πέλαγος ἀπέχουσα διακοσίους,

tur. Habet emporium testudinem genuinam et terrestrem paucam, et albam minoribus præditam testis. Ibidem quandoque paullulum eboris, Adulitico similis, reperitur. Ceterum locus caret portu, ac scaphis tantum præbet aditum (ἐπιδρομήν).

4. Post Ptolemaidem Venationum ter mille circiter stadiorum intervallo Aduli emporium legitimum occurrit in sinu profundo versus austrum. Ante id insula jacet Orine seu Montosa dicta, quæ ab intimo sinu versus altum ducentis fere stadiis distans, ad utrum-

---

ἀφ' ἧς οἱ ἐπὶ Πτολεμαίων τῷ βασιλεῖ θηρευθέντες ἐνέϐησαν vel ἔϐησαν. Ceterum pro θηρευθέντες possis etiam θηρεύοντες vel θηρεύσαντες. || — 2. ἀληθινὴν] Cf. § 30 : χελώνην τήν τε ἀληθινὴν καὶ χερσαίαν καὶ τὴν λευκὴν, κτλ. Veram igitur et genuinam et quasi κατ' ἐξοχὴν testudinem dicit τὴν θαλασσίαν. Schwanbeck. p. 498 inauditum vocabulum excudens ἀληθινὸν (quasi ἁλίαν) scribi voluit. || — 4. Ἀδουλιτικῷ] ἀοιδοτικῷ cod.; em. Hudson. || — 5. ἀποδρομὴν] Malim cum Stuckio ἐπιδρομήν.

§ 4, l. 7. ἡ Ἀδουλὶ] ἡ Ἀδουλεὶ codex ubique. Forma nominis plebeia, sicut supra Βερνίκη. Vulgo Ἄδουλις (Procop. B. P. I, 19; Nonnosus ap. Phot. cod. 3; Palladius ap. Pseudocallisth. III, 7 p. 102; Steph. Byz. s. v.). Apud Ptolemæum IV, 7 et Cosmam Indopl. p. 140 vocatur Ἀδούλη. Quod ne in Periplum inferas, admonet accentus in ultima. Formam in ι desinens reperit etiam Stephanus B. : Ἄδουλις, πόλις Αἰθιόπων· οἱ δὲ Πανὸς νῆσον αὐτὴν καλοῦσιν· καὶ τἀμοῦ βιϐλία Ἄδουλι δίχα τοῦ σ· σφάλμα δέ ἐστι· Ἄδουλις γὰρ ὀφείλει, ὡς Ἡρωδιανός. Cf. Arcadius de acc. p. 31, 24 : Τὰ εἰς λις παρώνυμα τῷ ω ἢ διφθόγγῳ παραληγόμενα ὀξύνεται, Πακτωλίς, Αἰτωλίς, Ἰουλίς· τὸ δ' Ἄδουλις (ἄγουλις cod.; em. Meineke) προπαροξύνεται. In Geogr. Rav. V, 18 *Adulis* abiisse videtur in *Olelum*. Plinius VI, 34 ita habet : *Oppidum Adulitôn; Ægyptiorum hoc servi profugi a dominis condidere. Maximum hic emporium Troglodytarum, etiam Æthiopum ; abest a Ptolemaide V dierum navigatione.* Artemidorus ap. Strabon. p. 770 Adulin non videtur novisse, quum nonnisi Τήνεσιν regionem hujus tractus mediterraneam, quam fugitivi Ægyptii inde a Psammetichi temporibus obtinuerint, commemoret. Quamquam monumentum Adulitanum (nisi aliunde huc translatum velis) indicio sit locum jam sub Ptolemæo III occupatum fuisse a duce quodam regio, cui Diodori nomen fuisse e Peripli verbis suspicari licet. De Diodoro Samio, cujus tertium librum Ptolemæus I, 7 citat, cogitavit Vincentus. Droysenius *Hellen.* II, p. 740. Adulin putat fortasse non diversam esse a Berenice Panchryso, cujus mentionem Plinius in Jubæ libris desideravit. Hæc dubia; certum est dictum emporium esse ab *Aduli* gente, *Danakil* pastorum parte, quæ etiamnunc circa *Annesley-Baie* in *Desset* et *Dahalac* nec non in *Hauakil* insulis degit, præter paucos numero qui magis meridiem versus prope *Ait* locum occurrunt. Quoad situm emporii, aliis, ut Vincento (II, p. 104), Adulis est hod. *Arkiko,* cui quum duo insulæ adjaceant, alteram harum, in qua nunc *Massawa* urbs, Diodori insulam habent, Ὀρεινὴν vero Peripli in hod. *Dahalac* agnoscunt. Alii Ptolemæi tabulis innitentes Adulin quærunt in hod. *Bailul,* ut Mannertus X, 1 p. 54. Gosselinus denique partim ludens, partim non intellecta peripli verba male interpretans, tria emporia, quibus Adulis nomen fuerit, distinxit; prima harum nunc *Arkiko,* altera *Assab,* tertia extra fauces sinus detrusa, hod. *Tapiura.* Sed hæc missa faciamus. Plinius autem a Ptolemaide ad Adulin computat navigationem dierum quinque, quæ ex vulgari calculo foret stadiorum 2000. In periplo minus accurate numerantur stadia 3000 usque ad intimum sinum Aduliticum; nam inde ab eo loco, cui Ptolemaidem assignandum vidimus, usque ad recessum sinus qui nunc vocatur *Annesley-Baie*, oræ longitudo in mappa Berghausiana est stadiorum circiter 2400. In hunc vero recessum relegandam esse Adulin, inde liquet quod octingentis ab Aduli stadiis ad alius sinus introitum reperiri dicitur (§ 5) ὁ ὀψιανὸς λίθος ἐν ἐκείνῃ μόνῃ τοπικῶς γεννώμενος; nam ducit hæc mensura in *Hauakil Baie,* ubi reapse opsianum lapidem reperit Saltius. Porro in intimo *Annesley* sinu exstat *Zulla* sive *Thulla* vicus, a quo non ita longe occasum versus veteris urbis exstare ruinas *Azoole* dictas, ex indigenis acceperunt Valentia et Saltius, adeo ut Adulitôn emporii hæc esse rudera dubium esse vix queat. Cf. Ritter I, p. 239. In mappa Moresbyana ruinæ notantur in sinus parte interiore quidem, non tamen intima. Quæ num ad nos pertineant, nec ne, dicere non habeo; putaverim tamen. Ceterum sinus Aduliticus, in 200 fere stadiorum longitudinem versus boream patens, altis jugis includitur utrinque; latus orientale, in quo *Hurthu* mons, chersonesum efficit, quam Ptolemæus IV, 7, non in suo tamen loco ponens, vocat Ὀρεινὴν χερσόνησον. Adjacet ei in ipso pæne sinus ostio insula, ab recessu 150 fere (200 sec. Periplum) stadia distans, quam nunc *Desset* vel *Valentia* vocant, Noster autem Ὀρεινὴν appellat, cognominem faciens chersoneso, quam ipsam quoque paullo post indicat verbis : κατ' αὐτὴν τὴν ἐν τῇ Ὀρεινῇ ἤπειρον, sive vertendum putes *ad ipsam Orinæ insulæ vicinam continentem,* sive *ad ipsam Chersonesi Orinæ continentem.* In Geogr. Ravenn. V. 18 ad hunc tractum pertinet insula, quam auctor barbarus *Proasprum* vocat, ego suspicor nostram esse τὴν πρὸ Ὀρεινῆς (χερσονήσου). || — 10. ἀπέχουσα] Sic scripsi pro ἔχουσα codicis. Eodem vitio § 37 ἔχουσα pro ἀπέχουσα et § 51 ἔχοντα pro ἀπέχοντα. Cf. Bernhardy l. l. p. 22. Fabricius, qui mappas geographicas inspicere non potuit aut noluit, locum

ἐξ ἀμφοτέρων [δὲ] τῶν μερῶν παρακειμένην ἔχουσα τὴν ἤπειρον, ἐν ᾗ νῦν ὁρμεῖ τὰ καταγόμενα πλοῖα διὰ τὰς ἐκ τῆς γῆς καταδρομάς. Πρῶτον μὲν γὰρ ὥρμει κατ' αὐτὸν τὸν ἐσώτατον κόλπον ἐν τῇ Διοδώρου λεγομένῃ νήσῳ παρ' αὐτὴν τὴν ἤπειρον, ἐχούσῃ πεζῇ τὴν διάβασιν, δι' ἧς οἱ κατοικοῦντες βάρβαροι κατέτρεχον τὴν νῆσον. Καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἐν τῇ Ὀρεινῇ ἤπειρον ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς θαλάσσης ἐστὶν ἡ Ἀδουλί, κώμη σύμμετρος, ἀφ' ἧς εἰς μὲν Κολόην μεσόγειον πόλιν καὶ πρῶτον ἐμπόριον τοῦ ἐλέφαντος, ὁδός ἐστιν ἡμερῶν τριῶν. Ἀπὸ δὲ ταύτης εἰς αὐτὴν τὴν μητρόπολιν τῶν Αὐξωμιτῶν λεγομένων ἄλλων ἡμερῶν πέντε, εἰς ἣν ὁ πᾶς ἐλέφας ἀπὸ τοῦ πέραν τοῦ Νείλου φέρεται διὰ τοῦ λεγομένου Κυηνείου, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ἀδουλί. Τὸ μὲν οὖν ὅλον πλῆθος τῶν φονευομένων ἐλεφάντων ἢ ῥινοκερώτων περὶ τοὺς ἄνω νέμεται τόπους, σπανίως δέ ποτε καὶ ἐν τῷ παρὰ θάλασσαν περὶ αὐτὴν τὴν Ἀδουλὶ θεωροῦνται. Πρόκεινται δὲ τοῦ ἐμπορίου καὶ

que sui latus prætensám habet terram continentem. Hanc in insulam nunc naves eo devectæ appellunt ob cavendas ex terra incursiones. Prius enim ancoras jaciebant ad intimi sinus insulam Diodori dictam, continenti adeo propinquam, ut pedibus præberet transitum, quo utentes accolæ barbari incursabant eam. E regione igitur Orinæ insulæ in continente viginti a mari stadiis sita est Aduli, pagus mediocris, a quo ad Coloen, urbem mediterraneam primumque eboris emporium, via est tridui. Hinc ad ipsam metropolim Auxumitarum iter est aliorum dierum quinque; in hanc omne ebur e regione trans Nilum sita per Cyeneum quem vocant tractum deportatur, hinc vero Adulin. Cuncta scilicet quæ cæditur elephantorum et rhinozerotum multitudo in superioribus degit locis, nonnunquam tamen, raro licet, in maritima etiam regione circa ipsam Adulin conspiciuntur. Projectæ

---

corrupit hunc in modum : τοῦ μὲν ἐσωτάτου κόλπου, σταδίων δὲ εἰς τὸ πέλαγος ὡς διακοσίων. ‖ — 4. Διοδώρου λεγομένῃ νήσῳ] Hæc insula tam prope continenti adjacens ut pedibus in eam barbari transirent, nunc terræ juncta esse videtur; certe nullam ibi insulam notat Moresbyus. Nota est alia Diodori insula (hod. *Perim*) in faucibus hærens sinus Arabici, cujus suo loco ipse Peripli auctor meminit; nostra autem (quam cum *Perim* insula Fabricius confundit) Diodori nomine alibi non videtur memorari. Stephanus Byz. vel hanc vel Orinen insulam indicat quo loco Adulin a nonnullis dicit vocari Πανὸς νῆσον. Orineu potius dicere voluerit, si conferre liceat Ptolemæum, qui Adulin ponit 11° 40', Ὀρεινὴν χερσόνησον 12°, Πανὸς νῆσον 12° 10'. Idem Ptolemæus in alto quidem, attamen a faucibus sinus Arabici longe remotam collocat Diodori insulam 12°, 30', adeo ut in tanta rerum perturbatione nescias quamnam insulam indicare voluerit, num nostram, an hod. *Perim*. Hoc tamen probabilius. Plinius proxime ante Adulitôn oppidum habet Daphnidem insulam. ‖ — 8. ἀπὸ σταδίων εἴκοσι] Fabricius, notæ locutionis immemor, hæc mutavit in σταδίων εἴκοσι ἀπὸ τ. θ., et similiter ceteris locis, ubi eodem modo Noster loquitur. De re consentit Procopius B. Pers. I, 19, p. 101 ed. Bonn. : Ὁ μὲν οὖν τῶν Ὁμηριτῶν ὅρμος, ἐξ οὗ ἀπαίροντες εἰώθασιν εἰς Αἰθίοπας πλεῖν, Βουλικὰς ὀνομάζεται. Διαπλεύσαντες δὲ ἀεὶ τὸ πέλαγος τοῦτο καθαίρουσι εἰς τῶν Ἀδουλιτῶν τὸν λιμένα. Ἄδουλις δὲ ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ λιμένος μέτρῳ εἴκοσι σταδίων διέχει· τοσούτῳ γὰρ διείργεται τοῦ μὴ ἐπιθαλάσσιον εἶναι· πόλεως δὲ Ἀξώμιδος ὁδῷ ἡμερῶν δώδεκα. Cf. Cosmas Indopl. p. 140 : Ἐν τῇ Ἀδούλῃ τῇ καλουμένῃ τῶν Αἰθιόπων πόλει παραλίᾳ τυγχανούσῃ ὡς ἀπὸ μιλίων δύο, λιμένι ὑπαρχούσῃ τοῦ Ἀξωμιτῶν ἔθνους, ἔνθα καὶ τὴν ἐμπορίαν ποιούμεθα, οἷον ἀπ' Ἀλεξανδρείας καὶ ἀπὸ Ἐλὰ ἐμπορευόμενοι, δίφρος ἐστὶ κείμενος ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς πόλεως κατὰ τὸ δυτικὸν μέρος προσέχον ἐπὶ τὴν ὁδὸν Ἀξώμεως κτλ. ‖ — 9. εἰς Κολόην] Coloe in ea fere regione fuisse debet ubi nunc est *Dixan* urbs ad montium tractum quo *Sahamara* a *Tigre* regno disterminatur. Nec longe a *Dixan* urbe locus est *Calai* dictus. Κολόη urbs Ptolemæi (4° 15'), si recte latitudo ejus notata, ad nos non magis pertineret quam Κολόη λίμνη (*Tzana lac.*), quam sub ἰσημερινῷ collocat. ‖ — 12. τῶν Αὐξωμιτῶν λεγομένων... εἰς ἣν] τὸν Αὐξωμίτην λεγόμενον.. εἰς ὃν codex. ‖ — ἡμερῶν πέντε] Igitur Adulide Auxomin iter est dierum octo. Via autem a Coloe ea fere erat quæ nunc a *Dixan* ad *Axum* ducit. Itaque longitudo itineris usque ad Adulin erat 1200 circiter stadiorum per regionem montosissimam, adeo ut ultra 150 stadia in diem non sint computanda. Sic iter efficitur octo dierum. Minus accurate Procopius l. l. duodecim dicit, quindecim Nonnosus apud Phot. cod. 3 (Fr. Hist. t. IV, p. 180) : Διεστηκέναι φησὶ τὴν Ἄδουλιν τῆς Αὐξούμεως ιε' ἡμερῶν... Κεῖται δὲ ἡ Αὔη (hod. *Sawe*) ἐν μέσῳ τῆς τε Αὐξουμιτῶν καὶ τῆς τῶν Ἀδουλιτῶν πόλεως. ‖ — 14. Κυηνείου] Regio quæ ab Auxumi versus occasum sita est, nomine *Kolla-Mazaga* nunc comprehendi solet. Proxime Auxumidi adjacet *Shire* vel *Sire* provincia, quam Vincentus a *Sirio* cane, Κυηνεῖον vero a κύων dictam esse opinatur. Tale quid putanti certe Κυηνεῖον mutandum foret in Κυνεῖον. ‖ — 16. ἢ] malim καί. ‖ — 18. θεωροῦνται] Nonnosus l. l. circa Auen vidit ἐλεφάντων πλῆθος οὐκ ὀλίγον, ἀλλὰ σχεδὸν ὡς χιλιάδων πέντε· ἐνέμοντο δὲ οὗτοι οἱ ἐλέφαντες ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, καὶ πελάζειν αὐτοῖς οὐδενὶ τῶν ἐγχωρίων ἦν εὔκολον οὐδὲ εἴργειν τῆς νομῆς. ‖ — προκεῖνται τοῦ ἐμπορίου] Minus accurate hoc dictum pro πρόκεινται τοῦ κόλπου τοῦ ἐμπορίου. Intellige insulas quæ nunc vocantur *archipel de Dahalac*. Plinius post Adulitôn oppidi mentionem pergit : *Supra Æthiopes Aroteres* (hod. *Azorte* tribus in Ὀρεινῇ χερσονήσῳ, unde Græci fecerunt Ἀροτῆρες); *insulæ quæ Aliæu* (*Alieu*, *Elææ*, *Elæa* var. lect.; Ἀλαλαίου peripl.) *vocantur, item Bacchias et Antibacchias* (Βάκχου καὶ Ἀντιβάκχου Ptol.) *et Stratioton* (Στράτωνος νῆσος Artemidor.; *Ypostrate* Geogr. Rav. V, 18). *Hinc in ora sinus incognitus* (*Hauakil Buie* hodie, de

κατὰ πέλαγος ἄλλαι νῆσοι μικραὶ ἐκ δεξιῶν (ἀμμιναὶ) πλείονες, Ἀλαλαίου λεγόμεναι, χελώνην ἔχουσαι τὴν εἰς τὸ ἐμπόριον φερομένην ὑπὸ τῶν Ἰχθυοφάγων.

5. Καὶ ἀπὸ σταδίων ὡςεὶ ὀκτακοσίων κόλπος ἕτερος βαθύτατος, οὗ κατὰ τὴν εἰςβολὴν ἐν δεξιοῖς ἄμμος ἐστὶ πολλὴ κεχυμένη, καθ' ἧς ἐν βάθει κεχωσμένος εὑρίσκεται ὁ ὀψιανὸς λίθος, ἐν ἐκείνῃ μόνῃ τοπικῶς γεννώμενος. Βασιλεύει δὲ τῶν τόπων τούτων ἀπὸ τῶν Μοσχοφάγων μέχρι τῆς ἄλλης Βαρβαρίας Ζωσκάλης, ἀκριβὴς μὲν τοῦ βίου καὶ τοῦ πλείονος ἐξεχόμενος, γενναῖος δὲ περὶ τὰ λοιπὰ καὶ γραμμάτων Ἑλληνικῶν ἔμπειρος.

6. Προχωρεῖ δὲ εἰς τοὺς τόπους τούτους ἱμάτια βαρβαρικὰ ἄγναφα τὰ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενα, Ἀρσινοητικαὶ στολαὶ καὶ ἀβόλλαι νόθοι χρωμάτιναι καὶ λέντια καὶ δικρόσσια καὶ λιθίας ὑαλῆς πλείονα γένη καὶ ἄλλης μορρίνης, τῆς γινομένης ἐν Διοςπόλει, καὶ ὀρείχαλ-

emporio in alto a dextris sunt aliæ complures insulæ parvæ, Alalæi dictæ, testudinem habentes, quam in emporium Ichthyophagi deportant.

5. Porro post octingenta fere stadia alius est sinus profundissimus, cujus ad introitum a dextris magna vis arenæ fusa jacet, ubi in profundo reperitur opsianus lapis, hic tantum loci unice proveniens. Imperat his locis inde a Moschophagis usque ad alteram Barbariam Zoscales, avarus ille quidem et rei augendæ nimis intentus, cetera probus vir gnarusque literarum Græcarum.

6. Importantur in hæc loca vestes barbaræ a fullonibus non subactæ, quæ in Ægypto conficiuntur, Arsinoeticæ stolæ et abollæ adulterini colorei et lintea et dicrossia seu mantilia utrinque fimbriata, supellectilis e vitro plura genera nec non murrhinæ ejus quam

---

quo vid. Peripl. § 5), *quod miremur, quum ulteriora mercatores scrutentur.* || — 1. ἀμμιναὶ] « ἀμμειναὶ codex, cujus manus secunda fecit spiritum et tenorem. Interpres, ut potuit, *arenosæ*. Sed expungenda vox. » Bernhardy. Orta videri possit ex dittographia vocis Ἀλαλαίου; dubito tamen; nam reapse insulæ istæ sunt arenosæ humilesque. || — 3. ὑπὸ] ἀπὸ cod.

§ 5, l. 4: κόλπος βαθύτατος], hod. *Hauakil Baie*. Plinius l. l. sinum incognitum vocat, quippe quem mercatores viâ rectâ hinc Arabiæ emporia petentes præternavigabant. Verum quæ Peripli auctor de eo sinu novit, eadem novit etiam Plinius, qui de opsiano lapide ita habet lib. XXXVI, 37: *In genere vitri et opsiana* (sic cod. Bamberg.; *obsidiana* vgo) *numerantur ad similitudinem lapidis quem in Æthiopia invenit Obsius* (sic cod. Bamb.; Obsidius vgo), *nigerrimi coloris, aliquando et translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras reddentem,* etc. Cf. Orph. Lith. 282 et Anonymus Λιθικῶν scriptor ap. Salmas. ad Solin. p. 64. Obsium inveni nullum præter *M. Obsium prætura functum,* Germanici amicum, cujus meminit Tacitus Ann. IV, 68. 71 (ad an. 28 p. Chr.). Is fortasse Ægypti aliquamdiu præfectus fuerat, vel Æthiopiæ oram legerat eodem tempore quo Germanicus totam Ægyptum usque ad Æthiopiæ confinia lustravit (19 p. Chr. Vid. Tacit. Ann. II. 60 sq.). Lapidem opsianum ad eum sinum in locis quæ sunt ab *Arena* vico versus sinum Aduliticum, denuo reperit Saltius (*Voy.* p. 192). In geogr. Ravenn. II, 7 post *Olclum* (Adulin) sequitur *Parana* locus. Is num hod. *Arena* vicus? || — 9. τῆς ἄλλης B.] Cf. not. ad § 1. Nostra antiquissima sunt eorum quæ de Auxumitarum regno tradita accepimus. || — 10. τοῦ πλείονος] τῶν πλειόνος (πλείονος m. sec.) codex; em. Bernhardy.; τῶν πλειόνων scr. Stuckius, vertens perperam: *spectatæ probatæque vitæ homo, ceteris omnibus antecellens.* Latina Stuckii, ut solet, interpretatur Vincentus.

§ 6, l. 15. ἀβόλλαι νόθοι χρ.] ἄβολοι ν. χρωμάτινοι codex, sed infra (Cf. § 28) ἀβόλλαι.. ἁπλοῖ. Vulgatam tueri tentavit Salmasius ad Flav. Vopisc. p. 398: « ἄβολοι χρ., inquit, sunt colorei singillones. Vir doctus qui ἀβόλλας vertit, ignorabat quid essent ἄβολοι. Aliis quidem locis ejusdem opusculi *abollarum* meminit Arrianus, sed ἀβόλλας nominat, ut paullo post. Ἄβολοι autem aliud sunt. Græci enim ἀβόλους χιτῶνας vocant quæ alio nomine ἁπλοΐδες dicuntur, ut διβόλους iidem dicunt quæ aliter διπλοΐδες. » Noli credere. Neque vides quomodo ἄβολοι opponi possint διβόλοις, neque ea est codicis corruptissimi auctoritas, ut ex nostro loco novum vestimenti nomen excudatur. Distinguit auctor inter abollas adulterinas, quæ in plebis usum conficiebantur, atque abollas simplices sive sinceras, lana pura textas tincturaque præstantes, sicuti alibi distinguitur ἱματισμὸς νόθος et ἱμ. ἁπλοῦς. Ceterum ἀβόλλα (pro ἀμβόλλα, i. e. ἀμφιβολή, ut putant) erat chlæna lanea eaque spissior, cujus mentio apud Romanos scriptores passim obvia (Virgil. Æn. V, 421 ibiq. Servius; Martial. IV, 43; Juvenal. III, 15; Sueton. Calig. c. 35), nescio an apud alium auctorem græcum occurrat. Arsinoe, abollarum fabrica, fortasse urbs ad sinum Heroopoliticum, fortasse urbs nomi cognominis. || — λέντια], latina vox *lintea*. In græcis scriptoribus ævi serioris de cingulis potissimum linteis usurpatur. V. Steph. Thes. s. v. || — 16. δικρόσσια], mantilia utrinque fimbriata. Substantivi vel adjectivi δικρόσσιον aliud exemplum desidero. Attamen v. simplex κροσσίον præbet Herodian. Epim. p. 72: κροσσὸς, τὸ κροσσίον· ὅθεν κροσσωτὸν ἱμάτιον. Notum est adjectivum δίκροσσος ex Polluc. VII, 72: δίκροσσον περιβόλαιον, schol. Arist. Plut. 729: δίκροσσον φακιώλιον, σουδάριον, Hesych.: τὸ ἡμιτύμβιον, λινοῦν ἔνδυμα ἢ σινδόνιον δίκροσσον. Cf. Steph. Thes. v. κρωσσός. || — 16. λιθίας ὑαλῆς] λίθον Αἰγυπτίαν dicit Scylax p. 94. || — 17. ἄλλης μορρίνης] sic codex, non ἀ. μυρρίνης, ut ante Stuckium legebatur. Salmasius ad Solin. p. 144. 769 pro ἄλλης voluit ὑάλης (ὑάλου), præter necessitatem; ἄλλης est ἄλλης λιθίας μορρίνης. Cf. § 49: ὀνυχίνη λιθία καὶ μυρρίνη (sic) et Pausanias VIII, 18, 5. At recte Salmasius: « Meminit Arrianus τῆς μορρίνης quæ in Diospoli fiebat. Cave putes intelligi de illa

χος, ᾧ χρῶνται πρὸς κόσμον καὶ εἰς συγκοπὴν ἀντὶ νομίσματος, καὶ μελίεφθα χαλκᾶ εἴς τε ἕψησιν καὶ εἰς συγκοπὴν ψελίων καὶ περισκελίδων τισὶ τῶν γυναικῶν, καὶ σίδηρος ὁ δαπανώμενος εἴς τε λόγχας πρὸς τοὺς ἐλέφαντας καὶ τὰ ἄλλα θηρία καὶ τοὺς πολέμους. Ὁμοίως δὲ καὶ πελύκια προχωρεῖ καὶ σκέπαρνα καὶ μάχαιραι καὶ ποτήρια χαλκᾶ στρογγύλα μεγάλα καὶ δηνάριον ὀλίγον πρὸς τοὺς ἐπιδημοῦντας καὶ οἶνος Λαδικηνὸς καὶ Ἰταλικὸς οὐ πολὺς καὶ ἔλαιον οὐ πολύ· τῷ δὲ βασιλεῖ ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα τοπικῷ ῥυθμῷ κατεσκευασμένα καὶ ἱματίων ἀβόλλαι καὶ καυνάκαι ἁπλοῖ, οὐ πολλοῦ δὲ ταῦτα. Ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἔσω τόπων τῆς Ἀραβικῆς σίδηρος Ἰνδικὸς καὶ στόμωμα καὶ ὀθόνιον Ἰνδικὸν τὸ πλατύτερον, ἡ λε-

Diospoli fabricantur, porro orichalcus, quo ad mundum utuntur et dissecto pro numismate, meliephtha ænea tum ad usum coquinum tum ad concidendum, ut armilla ex iis et feminalia mulieribus quibusdam faciant; item ferrum quod impendunt in lanceas contra elephantos reliquasque feras et in bellica. Præterea etiam bipennes importantur et secures et gladii et ænea pocula rotunda magnaque, denarii pauci in usum peregrinorum, vinum Laodicenum et Italicum non multum, olei copia exigua; regi autem afferuntur vasa argentea et aurea ad loci morem et consuetudinem laborata, et de vestibus abollæ et caunacæ sinceræ quidem non magni tamen pretii. Similiter ex interioribus *Ariacæ* locis importatur ferrum Indicum et acies,

---

pretiosa murrha quæ ex Carmania et India advehebatur, sed vitrum murrhinum accipiendum, quod in Diospoli Ægyptia ad imitationem murrhinorum fiebat. Meminit Plinius (XXXVI, 67) hujus murrhini vitri, ut et obsidiani, quod etiam imitabatur lapidem obsidianum id Æthiopia inventum. » Ad imitationes istas referenda etiam sunt verba Propertii IV, 5, 26 : *pocula Parthis focis cocta*, et Athenæi XI, p. 464 B. Quidnam potissimum veteres *murrham* dixerint, sexcenti certatim enucleare studentes in diversissimas abierunt sententias. Nunc inter viros doctos satis constat murrhina ex eo facta esse lapide quem germanice vocamus *Flussspath* (*spatofluore*). Ex veteribus maxime v. Plinius XXXXII, 7 sqq. XXXIII. proœm.; Sueton. Oct. c. 71; Seneca Ep. 123; Martial. IV, 86. XIV, 43; Digest. XXXIII, 10, 3. XXXIV, 2, 19; inter recenticres : Rozière *Mémoire sur les vases murrhins qu'on apportait jadis en Égypte et sur ceux qui s'y fabriquaient*, in *Descr. de l'Ég.* tom. VI, p. 227 sqq.; doctus Anglus in *Classical Journal* 1810, ubi p. 472 : « If you compare this description (Plinii sc.) with the vases af fluorspath from Derbyshire, you will soon be convinced of what the murrhine cups were composed. » Corsi, *Delle pietre antiche* p. 106; Thiersch *Ueber die Vasa murrhina der Alten* in *Abhandl. d. Münchn. Akad.* 1835, I. p. 443-509. Witzschel in *Pauly's Realencycl.* V, p. 253. || — 1. De aurichalco v. disput. Beckmanni ad Aristot. Mir. p. 132 sqq, cujus summa capita excerpta habes in Steph. Thes. s. v. ὀρείχαλκος. || — 2. μελίεφθα χαλκᾶ] Cf. § 8 μελίεφθα ὀλίγα. Aliunde de his non constat. Vincentus l. l. p. 740 cuprum cum melle coctum esse suspicatur, vel ut malleabile fieret vel certum quendam traheret colorem. Comparat χολόβαφον, quod Hesychius affert de cupro bile bovina tincto, ut aureus fieret color. Hæc persuadere mihi non potui. Patet sermonem esse de cupro ductili, *purgatis diligentius igni vitiis excoctisque* (ut Plinius ait), adeo ut ollæ, armillæ, alia id genus supellex inde possent excudi. Itaque in mentem venire possit leg. esse : περίεφθα vel πυρίεφθα. At si tale quid voluisset, dixisset auctor περίεφθον χαλκόν. In vulgata vox μελίεφθα substantivi locum obtinet. Quare nescio an ita statuere liceat. Quemadmodum ὁ χαλκὸς ὁ χυτὸς sive *cuprum caldarium* vocabatur τρόχιος, quod massæ ejus forma sua rotunda τρόχους referebant, sic laminæ cupri ductilis (*plaques de cuivre*) μελίεφθα dici poterant, quod formam haberent tenuium placentarum melle coctarum, πεμμάτων μελιέφθων. || — 3. ψελίων] sic codex; ψελλίων vulgo. || — 3. περισκελίδων] Etiamnunc Abyssiniæ mulieres feminalibus gaudere ex Bruceo (*Voy.* III, p. 54) monet Vincentus. In universum de hoc ornamento v. Horat. Ep. I, 17 ibique Porphyr.; Petron. Satir. 67; Tertullian. De cult. fem. II, 13; Cyprian. Hab. orig. c. 16; Clemens Alex. Pædag. II, 12; Pollux Onom. II, 194. V, 100; Plutarch. Mor. p. 142, C; Boissonade ad Nicet. Eug. t. II, p. 51, ad Aristæn. p. 507. || — 4. εἴς τε λόγχας] Velim : εἰς λόγχας πρός τε ἐλ. || — 8. Λαδικηνός] sic cod.; Λαοδικηνός vulgo. « Illud ex vulgi consuetudine natum probaveris; nam *Ladicia* tritum est serioribus sæculis. » Bernhardy. Cf. Steph. Thes. v. Λαοδίκεια. Strabo XVI, p. 751 : Λαοδίκεια· χῶρον ἔχουσα πολύοινον πρὸς τῇ ἄλλῃ εὐκαρπίᾳ. Τοῖς μὲν οὖν Ἀλεξανδρεῦσιν αὕτη παρέχει τὸ πλεῖστον τοῦ οἴνου, τὸ ὑπερκείμενον τῆς πόλεως ὄρος πᾶν κατάμπελον ἔχουσα μέχρι σχεδόν τι τῶν κορυφῶν. || — 12. καυνάκαι] γαυνάκαι h. l. codex, sed infra καυνάκαι. Utraque scriptura occurrit; γαυνάκας πολυτιμήτους habes ap. Clem. Al. Pædag. II, 4; γαυνάκας ἀμπεχόμενον ap. Suidam et Zonaram s. v.; *gaunace* ap. Varron. De l. l. IV, p. 46 ed. Bip. Reliquis est καυνάκης, lænæ genus barbaricum. Vid. Aristophan. Vesp. 1132, Suidas v. καυνάκης; Pollux VII, 59. 60; Athenæus XIV, p. 622. Aliis vocatur etiam vestis stragula ab altera parte villosa. V. Hesych. s. v. et Arrian. Exp. Alex. VI, 29, 8. || — οὐ πολλοῦ] οὐ πολλὰ malint Stuckius et Schwanbeck. || — 13. ἀπὸ τῶν] sic recte cod.; ἐπὶ τῶν editt. — σίδηρος Ἰνδικὸς] De acie Indica v. Ctesias p. 80, 4. Arabes quoque poetæ celebrant enses ex chalybe Indico (*Mohannadan*). Cf. Plinius XXXIV, 41 : *Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro est.* Plura vid. in Edrisio I, p. 65 ed. Jaubert. Inter tractatus gr. chymicos exstat qui agit περὶ βαφῆς Ἰνδικοῦ σιδήρου, monente Salmasio ad Solin. p. 763. Denique ferrum Indicum inter merces recensetur in Pandectis. De locis Indiæ quæ ferri fodinas nunc habent, passim docet Ritter tom. III, V. VI. || — 14. ὀθόνιον Ἰνδι-

γομένη μοναχὴ, καὶ σαγματογῆναι καὶ περιζώματα καὶ καυνάκαι καὶ μολόχινα καὶ σινδόνες ὀλίγαι καὶ λάκκος χρωμάτινος. Φέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων ἐλέφας καὶ χελώνη καὶ ῥινόκερως. Τὰ δὲ πλεῖστα ἐκ τῆς Αἰγύπτου φέρεται εἰς τὸ ἐμπόριον τοῦτο ἀπὸ μηνὸς Ἰανουαρίου μέχρι τοῦ Σεπτεμβρίου, ὅ ἐστιν ἀπὸ Τυβὶ ἕως Θώθ· εὐκαίρως δὲ ἀπὸ Αἰγύπτου ἀνάγονται περὶ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα.

7. Ἤδη [δὲ] ἐπ' ἀνατολὴν ὁ Ἀραβικὸς κόλπος διατείνει καὶ κατὰ τὸν Αὐαλίτην μάλιστα στενοῦται. Μετὰ δὲ σταδίους ὡσεὶ τετρακισχιλίους, κατὰ τὴν αὐτὴν ἤπειρον εἰς ἀνατολὴν πλεόντων, ἔστιν ἄλλα ἐμπόρια Βαρβαρικὰ, τὰ πέραν λεγόμενα, κείμενα μὲν κατὰ τὸ ἑξῆς ἀγκυροβολίοις δὲ καὶ σάλοις ἔχοντα τοὺς ὅρμους κατὰ καιροὺς ἐπιτηδείους. Πρῶτος μὲν ὁ λεγόμενος Αὐαλίτης, καθ' ὃν καὶ στενώτατός ἐστιν ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς

othonium Indicum, tum latius quod monache appellatur, tum sagmatogene, porro cingulæ, caunacæ, molochina, sindones paucæ, laccus coloreus. Exportatur autem ex his locis ebur et rhinozeros. Pleraque ex Ægypto in emporium illud deferuntur inde a Januario mense usque ad Septembrem, id est a Tybi usque ad Thoth; opportuno autem tempore ex Ægypto devehuntur circa mensem Septembrem.

7. Inde jam versus ortum sinus Arabicus tendit, et ad Aualitem maxime in angustum contrahitur. Post quater mille circiter stadia juxta eandem continentem navigantibus alia occurrunt emporia Barbarica, transfretana dicta, quæ ex ordine unum post alterum sita stationes habent ad ancoras jaciendas sistendasque in salo naves certis temporibus idoneas. Primus est Aualites tractus, ubi brevissimus est ex Arabia in oram

---

κὸν] Eo nomine quum Græci mercatores lina xylina sive e gossypio arboreo texta designarent, hinc derivare vocem *ot-hon* (i. e. *mousselines*), quæ apud nos abierit in *cotton*, censet Ritter X, p. 1061. || — 1. ἡ λεγομ. μοναχὴ καὶ σαγματογῆναι] Cf. § 14 : καὶ ὀθόνιον, ἥ τε μοναχὴ καὶ ἡ σαγματογήνη. Unde h. l. reponendum mihi videtur : ὀθόνιον ἰνδικὸν, τό [τε] πλατύτερον, ἡ λεγ. μοναχὴ, καὶ [ἡ] σαγματογήνη. Priore nomine ipsum illud ὀθόνιον τὸ πλατύτερον vocabatur, alterum Vincentus II, p. 749 refert ad gossypium inferioris notæ, quo utebantur ad farciendas culcitras et clitellas, laudato Strabone XV, p. 693 : ἐκ τούτου (e gossypio) δὲ Νέαρχός φησι τὰς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας· τοὺς δὲ Μακεδόνας ἀντὶ κναφάλλων αὐτοῖς χρῆσθαι, καὶ τοῖς σάγμασι σάγης. Etiam nunc in *Sumatra* et *Ceylon* pro tomento gossypium usurpari. Et hæc quidem probabilia sunt, quamquam ipsius vocabuli ratio nondum satis apparet. Quod Vincentus proponit leg. esse σαγματογένη (sic), « the *Sort* of cotton used for stuffing », nihili est. Idem vocem μοναχὴ vertendum opinatur *particularly fine*. Salmasius, l. l. p. 824 hanc habet farraginem : « Per μοναχὴν ὀθόνην intelligo singularem ex lino vestem vel tunicam. Jurisconsultus *singulares* tunicas vocat, quæ in synthesin compositæ non essent... An igitur hoc loco μοναχὴ ὀθόνη opponitur τῇ σαγματογήνῃ? Quam vocem corruptam ajo pro σαγματοπήνῃ. Nam πῆνος est ὕφασμα græce. An ita vocat lintea, ex quibus sagmata et stragula fierent, sive culcitæ? Sic ex Cadurcensi lino culcitæ fiebant, teste Plinio. Σαγματοπήνη hic etiam capi potest pro stragula veste, a qua μοναχὴν distinguit, quæ ad singulos homines velandos facta esset. An vero σαγματοπήνη non in vestes singulares ac varias confectum, sed in sarcina corpus ipsum linteæ sic relictum, quod pluribus vestibus conficiendis sufficeret? *Peciam telæ linteæ* vulgo appellant... Sed σαγματογῆναι et σαγματογήνη ubique legitur. Omnino scribendum σαγματογίνη (!). Ita vocat ὀθόνιον ἐξ οὗ τὰ σάγματα γίνονται, ex qua stramenta fiunt. Mentio στρωματοδέσμου λίνου ap. Xenophontem. Auctor Peripli τὸ χυδαῖον ὀθόνιον, ut alibi (§ 48. 49), vocavit, cui opponit μοναχὴν ὀθόνην, singulare et eximium linteum ex quo tunicæ et lineæ fiebant. » Mirum etiam quod Meursius scrib. conjecit: σαγματογούνη, interpretans : *pellicea vestis*. || — 2. μολόχινα] Eadem memorantur § 48. 49; sunt tela e gossypio facta, quæ a malvarum colore vel etiam floribus sic appellabantur. || — σινδόνες] Hæ primitivo vocabuli sensu sunt *Indiennes*, quas nunc vocamus. || — 3. λάκκος χρ.] Non ipsam laccam (λακκὰν. v. Ducange et Steph. Thes. s. v.), sed vestes coloreas lacca tinctas intelligi vult Salmasius l. l p. 816. 810. De purpura quæ exprimitur ex insecto *cocco lacca* (apud Sinesos appellatur *Krang*), v. Ritter IV, p. 328. 931. 1111. VI, p. 513. X, p. 458. Lassen *Ind. Alterth.* I, p. 316. || — 4. χελώνη] De testudinibus sinus Arabici v. Rüppell *Reise in Abyss.* p. 187. Ritter. XII, p. 174. 177. 669. 1024. || — 6. ἀπὸ Ἰανουαρίου κτλ.] Per illud tempus boreas sinum Arabicum perflat.

§ 7, l. 10. Αὐαλίτην] Ἀβαλίτην cod., et mox Ἀβαλείτης. || — 11. τετρακισχιλίους] Hæc 4000 stadia pertinent ab Aduli usque ad oræ Barbaricæ emporia, quorum primum est Aualites in sinu cognomine. Perperam Mannert. X, 1, p. 64 et Vincentus II, p. 124 longitudinem oræ Barbaricæ indicari censuerunt. || — 13. τὰ πέραν] τάπαρα cod. errore manifesto; em. editt. || — κείμενα μὲν κτλ.] In his turbatum aliquid suspicor. Scriptum fuerit in hanc sententiam : κείμενα κατὰ τὸ ἑξῆς, ἀλίμενα μὲν, ἀγκυροβολίοις δὲ κτλ. || — 15. πρῶτος... ὁ λεγ. Αὐαλίτης] αὐαλείτης cod. et mox iterum. Supplendum ex seqq. τόπος, quum emporium Aualites in seqq. demum memoretur. Eundem tractum inde a faucibus sinus Arabici usque ad Elephantem montem et quæ sequuntur deinceps usque ad Noti Ceras ex Artemidoro describit Strabo p. 773, qui nulla ibi novit emporia et ex nominibus locorum, quæ ap. Nostrum leguntur, unum habet Δαφνοῦντα λιμένα. Contra vero alia multa præbet, quæ quum ad mercaturam nihil facerent, in Periplo nostro non memorantur, ac luculenter probant regionem istam ob elephantorum maxime venationem Ptolemæis expetitam multo accuratius cognitam fuisse quam nobis erat ante paucos abhinc annos. Ptolemæus IV, 7 p. 300 eandem fere quam Noster nomi-

εἰς τὸ πέραν διάπλους. Κατὰ τοῦτον τὸν τόπον μικρὸν ἐμπόριόν ἐστιν ὁ Αὐαλίτης, σχεδίαις καὶ σκάφαις εἰς τὸ αὐτὸ προσερχομένων. Προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν ὑαλῆ λιθία σύμμικτος καὶ [χυλὸς] Διοσπολιτικῆς ὄμφακος καὶ ἱμάτια βαρβαρικὰ σύμμικτα γεγναμμένα καὶ σῖτος καὶ οἶνος καὶ κασσίτερος ὀλίγος. Φέρεται δ' ἐξ αὐτῆς, ποτὲ καὶ τῶν βαρβάρων ἐπὶ σχεδίαις διαφερόντων εἰς τὴν ἀντικρὺς Ὄκηλιν καὶ Μούζα, ἀρώματα καὶ ἐλέφας ὀλίγος καὶ χελώνη καὶ σμύρνα ἐλαχίστη, διαφέρουσα δὲ τῆς ἄλλης. Ἀτακτότεροι δὲ οἱ κατοικοῦντες τὸν τόπον βάρβαροι.

8. Μετὰ δὲ τὴν Αὐαλίτην ἕτερον ἐμπόριόν ἐστι τούτου διαφέρον ἡ λεγομένη Μαλαώ, πλοῦν ἀπέχουσα σταδίων ὡς ὀκτακοσίων· ὁ δὲ ὅρμος ἐπίσαλος, σκεπόμενος ἀκρωτηρίῳ τῷ ἐξ ἀνατολῆς ἀνατείνοντι· οἱ δὲ κατοικοῦντες εἰρηνικώτεροι. Προχωρεῖ δὲ εἰς τοῦτον τὸν τόπον τὰ προειρημένα καὶ πλείονες χιτῶνες, σάγοι Ἀρσινοητικοὶ γεγναμμένοι καὶ βεβαμμένοι καὶ ποτήρια καὶ μελίεφθα ὀλίγα καὶ σίδηρος καὶ δηνάριον οὐ πολὺ χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν. Ἐκφέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων τούτων καὶ σμύρνα καὶ λίβανος ὁ περατικὸς ὀλίγος καὶ κασσία σκληροτέρα καὶ δούακα καὶ κάγκα-

oppositam trajectus. In eo igitur loco Aualites est parvum emporium; ratibus et scaphis ad id accedunt. Importantur vitreæ res variæ, succus acerbæ uvæ Diospoliticæ, vestes barbaræ promiscuæ a fullone præparatæ, frumentum, vinum, stanni copia exigua. Exportantur inde (nonnunquam ipsis etiam Barbaris ratibus in oppositam Ocelin et Muzam trajicientibus) aromata, eboris paululum, testudo, myrrha paucissima quidem sed præstantissima. Ceterum rudiores moribus sunt incolentes locum barbari.

8. Post Aualiten aliud est emporium illo præstantius, Malao dictum, navigatione distans stadiorum fere octingentorum. Navium statio fluctuosa, quamquam tutante promontorio quod ab ortu porrigitur. Incolæ moribus sunt civiliores. Importantur in hunc locum præter ea quæ modo memoravimus, tunicæ sat multæ, saga Arsinoetica a fullonibus præparata tinctaque, pocula, meliephtha pauca, ferrum, paulum numismatis aureique et argentei. Exportatur ex iisdem locis myrrha, paullum libani transfretani, cassia durior,

---

num seriem præbet, sed distantiarum rationes non easdem minusque accuratas exhibet. Ita habet:

Δειρὴ πόλις ἐν ἄκρᾳ	74° 30′ long.			11° lat.
Εἶτα τῷ ἐν Αὐαλίτῃ κόλπῳ·				
Αὐαλίτης ἐμπόριον	74°	»	—	8° 25′
Μαλαὼ ἐμπ.	78°	»	—	6° 30′
Μόνδου ἐμπ.	78°	»	—	7° »
Μόνδου νῆσος	77°	»	—	8° 30′
Μόσυλον ἄκρ. καὶ ἐμπ.	79°	»	—	9° »
Κοβὴ ἐμπ.	80°	»	—	8° »
Ἐλέφας ὄρος	81°	»	—	7° 30′
Ἀκάνναι ἐμπ.	82°	»	—	7° »
Ἀρώματα ἄκρον κ. ἐμπ.	83°	»	—	6° »

Aualites emporium superest in hodierno *Zeyla*, ut Danvillius aliique plurimi statuerunt rectissime. In Geogr. Orient. Arabis Ebn Haukal p. 22 scribitur *Zouileh*, apud Edrisium I, p. 35. 39. 40. 46 *Zalegh*. || — 2. σχεδίαις καὶ σκάφαις] Vide plura apud Edrisium I, p. 39. || — 3. εἰς αὐτὴν] quasi τὴν τοῦ Αὐαλ. χώραν. Expectabas εἰς αὐτὸ (τὸ ἐμπόριον) vel εἰς αὐτὸν (τὸν Αὐαλίτην); nihil tamen mutandum, quum eodem modo sæpius Noster orationem adornet. || — 4. Διοσπολιτικῆς] Διοπολιτικῆς cod.; supplevi χυλός. Succus uvæ acerbæ uno verbo vocatur ὀμφάκιον ap. Dioscorid. V, 7 (Ὀμφάκιον ἔστι μὲν χυλὸς ὄμφακος Θασίας, σταφυλῆς μήπω περκαζούσης ἢ Ἀμιναίας) vel etiam οἶνος ὀμφακίτης ap. eund. V, 12. Cf. Plinius XII, 27 et alibi. Tali musto cocto vel defruto etiamnum in Ægypto, Libya, Arabia aliisque in regionibus utuntur. Plura de eo legere est ap. Vincentum II, p. 751, qui a Mauris *Zibid* vel *Zibib*, arabice *Pacmas* dici ait. Apud Hippocrat. p. 878 pro ὀμφακοῦ χυλός legendum ὄμφακος. || — 7. διαφερόντων] διαιρόντων legi jubet Salmasius. At nihil habet vulgata in quo jure possis offendere. Vide Stephan. Thes. v. διαφέρω p. 1373, D sq. || — 8. ἀντικρὺς κῆλις codex; em. Stuck, qui deinceps etiam Μούζαν scripsit, quum nomen hoc sæpius recurrens ubique sit indeclinabile. || — 9. σμύρνα] Hinc totus hic tractus inde a Dire usque ad Pytholai promontorium apud Artemidorum l. l. vocatur ἡ σμύρναν φέρουσα γῆ. || — 10. ἐλαχίστη] Velles ἐλαχίστη μὲν, διαφ. δὲ. Sed illud a nostro non alienum.

§ 8, l. 13. Μαλαὼ] Addita locorum descriptio in unum quadrat hod. *Berbera*, nunc hujus litoris emporium clarissimum. Ac sic recte jam statuit Danvillius. In alia omnia abierunt Gosselinus (I, p. 174) et Vincentus (II, p. 129) nec non Reichardus, quorum rationes discutere et refellere non cadit in has annotationis angustias. Ceterum distantia stadiorum 800 juste minor est; fortasse pro ω′ leni manu scribendum ͵α, quamquam vel sic non ora sinus præterlegenda, sed via brevissima navigandum est. || — 14. ἐπίσαλος, σκεπόμενος] Aliquid excidisse suspicor. || — 16. προχωρεῖ κτλ.] Cf. de hod. *Berbera* commerciis Wellsted. *Travels in Arabia* II, p. 369 sqq., ubi nunc importari ex Arabiæ emporiis ait « iron, lead, cotton cloth, rice and dhurrah, so that all commercial transactions between the two parties are confined to barter; money during these bargains being never required or thought of. Among the Sumalis, with the exception of some of their chiefs, few appear to possess a single dollar. » || — 20. χρυσοῦν τε] καὶ χρ. τε. cod. || — 21. λίβανος] V. Capt. G. B. Kempthorn, Ind. Nav., *Description of the franckincense tree as found in Guardafui* in Harris *The highlands of Abyssinia* (Lond. 1844), vol. I, p. 427 sq. et *Proceedings of the Bombay geogr. soc.* 1838, p. 55. Ritteri de thure excursus in *Erdb.* tom. XII, p. 356—372. || — 22. κασσία σκληροτέρα]

μον καὶ μάκειρ, τὰ εἰς Ἀραβίαν προχωροῦντα, καὶ σώματα σπανίως.

9. Ἀπὸ δὲ Μαλαὼ δύο δρόμοις ἐστὶν ἐμπόριον ἡ Μούνδου, ἐν ᾧ καὶ ἀσφαλέστερον ὁρμεῖ τὰ πλοῖα εἰς τὴν προκειμένην ἔγγιστα τῆς γῆς νῆσον. Προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν τὰ προειρημένα καὶ ἐκεῖθεν ὁμοίως ἐκφέρεται τὰ προειρημένα φορτία [καὶ] θυμίαμα τὸ λεγόμενον μοκρότου. Οἱ δὲ κατοικοῦντες ἔμποροι σκληρότεροι.

10. Ἀπὸ δὲ τῆς Μούνδου, πλεόντων εἰς τὴν ἀνατολὴν, ὁμοίως μετὰ δύο δρόμους ἢ τρεῖς, πλησίον κεῖται τὸ Μόσυλλον ἐν αἰγιαλῷ δυσόρμῳ. Προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν τὰ προειρημένα γένη καὶ σκεύη ἀργυρᾶ, σιδηρᾶ δὲ ἐλάσσονα, καὶ λιθία. Ἐξάγεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων κασσίας χρῆμα πλεῖστον (διὸ καὶ μειζόνων πλοίων χρῄζει τὸ ἐμπόριον) καὶ ἄλλη εὐωδία καὶ ἀρώματα καὶ χελωνάρια ὀλίγα καὶ μοκρότου, ἧττον τοῦ Μουνδιτικοῦ, καὶ λίβανος ὁ περατικὸς, ἐλέφας δὲ καὶ σμύρνα σπανίως.

11. Ἀπὸ δὲ τοῦ Μοσύλλου μετὰ δύο δρόμους, παραπλεύσαντι τὸ λεγόμενον Νειλοπτολεμαῖον καὶ ταπα-

duaca, cancamum, macir, quæ in Arabiam importantur, denique mancipia, rarius tamen.

9. A Malao bidui cursu distat emporium Mundi, ubi etiam tutior est navium statio ad projectam proxime terræ insulam. Importantur eo res in antecedentibus recensitæ, itemque hinc exportantur quæ jam diximus, et suffimenti genus quod vocant mocrotu. Indigenæ loci mercatores asperiores sunt.

10. A Mundi emporio, si orientem versus navigaveris, post bidui item vel tridui cursum proxime sequitur Mosyllum in litore importuoso. Importantur eo jam dicta mercis genera ac vasa argentea et pauciora ferrea et merces vitreæ. Exportatur his ex locis cassiæ vis plurima (quapropter etiam majoribus navigiis emporium indiget) et alia odorifera et aromata, porro mocrotu deterius Munditico, thus transfretanum, ebur vero et myrrha rarius.

11. Post Mosyllum post bidui cursum prætervecto Niloptolemæum, quod vocant, et Tapatege (?) et lauretum minus, occurrit Elephas promontorium, quod

---

An hæc est ψευδοκασσία quam dicit Artemidorus ap. Strabonem p. 773? Salmasius Exerc. Plin. p. 922 ita : « Posteriores Dioscoride scriptores casiam omnem diviserunt in duo genera, in κασίαν σύριγγα et ξυλοκασίαν, hoc est, casiam fistulam et casiam ligneam. Hoc nomen fecerunt crassiori casiæ, quam σκληροτέραν vocavit auctor Peripli. » || — δούακα] Hoc aliunde non notum. Stuckius : « Quid si species sit cassiæ vilioris, quam Dioscorides (I, 12) κιττὰ καὶ δάκαρ (latine vertunt *citta et darca*) ait appellari? Sunt enim *duaca* atque dacar sive darca voces sibi invicem admodum affines. » Mihi in mentem venit scrib. esse λάκκα quam perperam non distingui a καγκάμῳ ait Salmasius Exer. pl. p. 810. et Hyl. iatric. p. 138. || — κάγκαμον] sec. Dioscor. I, 23 est lacryma ligni, myrrho similis, qua ad suffitum utuntur. Cf. Plin. XII, 44 : *Ex confinio casiæ cinnamique et cancamum ac tarum invehitur*. Plura vide in Salmas. Homon. hyl. iatr. c. 93 p. 138 sq. || — μάκειρ] μάκερ dicit Dioscor. I, 111, sec. quem est cortex subflavus, crassus, linguam gustu modice adstringens accendensque mixta quadam acrimonia aromatica. Plinio XII, 16 vocatur *Macir* (vel *Macis*). Plura vide ap. Salmasium, l. l. c. 92.

§ 9, l. 3. ἡ Μούνδου] Μόνδου ἐμπόριον et Μόνδου νῆσον dicit Ptolemæus. Insula est hod. *Mait* sive *ile brulée*, unde de situ emporii constat, quem male definivit Ptolemæus. Distantia in Periplo notata non falsa quidem est, sed accuratius indicaretur, si pro δύο δρόμοις legeretur δύο ἢ τρισὶ δρόμοις, ut in § 10. || — 4. εἰς] διὰ voluit Stuckius, absque causa idonea. || — 7. καὶ] om. cod. || — τὸ λεγόμενον μοκρότου] nonnisi e Periplo nostro notum, quantum sciam ; nomen a loco quodam habuerit.

§ 10, l. 10. πλησίον] Hæc vox sic parum apta ; fortassis ἄκρας πλησίον. Exspectabas ἐμπόριον. || — Μόσυλλον] Ptolemæus IV, 7 p. 300 : Μόσυλον ἄκρον καὶ ἐμπόριον, et p. 304 : Μόσυλον δὲ ὑπὲρ τὸ ὁμώνυμον ἄκρον καὶ ἐμπόριον. Cf. Marcian. p. 19 ed. Mill. et Steph. B. s. v., ubi item Μόσυλοι et Μόσυλον. Plinius VI, 34 : *Ultra sinus Abalites, insula Diodori et aliæ desertæ; per continentem quoque deserta, oppidum Gaza, promontorium et portus Mossylites, quo cinnamomum devehitur. Hucusque Sesostris exercitum duxit. Aliqui unum Æthiopiæ oppidum ultra ponunt in litore Baricaza. A Mossylico promontorio Atlanticum mare incipere vult Juba.* His adde Dioscoridem I, 13, qui τὴν Μοσυλῖτιν καλουμένην κασίαν memorat. Situm fuisse emporium D'Anvillius III, p. 61 et Gosselinus I, p. 175 putant ad promontorium Mete, ubi *Soal* (*Salim* ap. Vincent. II, p. 133 not.) fluvius, Mosyli nominis, ut videatur, vestigium servans, egrediatur. Contra Reichardus locum collocat prope *Cap Gori*, quod vix sexcentis ab Elephante monte stadiis distat. Neutrum horum cum Peripli mensuris conciliari potest. Mosylum eo fere loco situm fuisse debet, ubi in novissima hujus oræ descriptione *Guesele* notatur. Juba Mossylicum prom. confundit cum Aromatum promontorio ; nam ab hoc demum Atlantici oceani, qualem ille sibi fingebat, initium sumi poterat. Ceterum ista Jubæ aliorumque opinio in causa fuit, cur Ptolemæus Mossylicum prom. omnium proeminentissimum multoque magis quam reliquam hujus oræ partem boream versus porrectum esse statueret, quamquam insignius promontorium in hoc litore est nullum. || — 11. εἰς αὐτὴν] dictum ut εἰς αὐτὴν § 7, l. 6 et ἐμπόριον Ἀκάνναι, ἐν ᾗ, § 11. || — 14. κ. χρῆμα] κασσίας χῦμα cod.; recte emend. Stuckius, quamquam aliter videtur Salmasio in Exercc. Plin. p. 383, B. || — 14. διὸ] cod. || — ἄλλη εὐωδία] ἄλλα εὐόδια codex et editt.

§ 11, l. 25. παραπλεύσαντι κτλ.] Codex ita : ἀπὸ δὲ τοῦ Μοσύλλου παραπλεύσαντα μετὰ δύο δρόμους τὸ λεγόμενον νειλοπτολεμαίου καὶ ταπατηγη (sic) καὶ δαφνῶνα μικρὸν καὶ ἀκρωτήριον ἐλέφας, ἀπὸ Ὀπώνης εἰς νότον

τηγη * καὶ δαφνῶνα μικρὸν, ἀκρωτήριον Ἐλέφας· ποταμὸν δ' ἔχει τὸν λεγόμενον Ἐλέφαντα καὶ δαφνῶνα μέγαν λεγόμενον Ἀκάνναι, ἐν ᾗ μονογενῶς λίβανος ὁ περατικὸς πλεῖστος καὶ διάφορος γίνεται.

12. Καὶ μετὰ ταύτην, τῆς γῆς ὑποχωρούσης εἰς τὸν νότον ἤδη, τὸ τῶν Ἀρωμάτων ἐμπόριον καὶ ἀκρωτήριον τελευταῖον τῆς Βαρβαρικῆς ἠπείρου πρὸς ἀνατολὴν ἀπόκοπον· ὁ δὲ ὅρμος ἐπίσαλος [καὶ] κατὰ καιροὺς ἐπικίνδυνος διὰ τὸ προσεχῆ τὸν τόπον εἶναι τῷ βορέᾳ. Σημεῖον δὲ τοῦ μέλλοντος χειμῶνος τοπικὸν τὸ τὸν βυθὸν θολερώτερον γίνεσθαι καὶ τὴν χρόαν ἀλλάσσειν. Τούτου δὲ γενομένου πάντες ἀποφεύγουσιν εἰς τὸ μέγα ἀκρωτήριον, τόπον καὶ σκέπην, τὸ λεγόμενον

fluvium habet Elephantem quem vocant, et lauretum majus cui nomen Acannæ; eo unico in loco peraticum sive transfretanum thus et plurimum et præstantissimum provenit.

12. Post hunc locum, terra jam in austrum declinante, Aromatum est emporium ultimumque Barbaricæ continentis versus ortum promontorium præruptum. Navium statio fluctuosa et certis temporibus periculosa, quum boreæ locus sit expositus. Signum vero futuræ tempestatis ejus loci proprium est, si profundum maris turbidius fit mutatque colorem. Quo eveniente, omnes confugiunt in magnum promontorium, tutum præbens recessum, cui Tabæ nomen. In hoc item

---

προχωρεῖ· εἶτα εἰς λίβα ἡ χώρα ποταμοὺς ἔχει κτλ. Transposui et mutavi v. παραπλεύσαντα, pro qua scribere etiam cum Stuckio licet παραπλεύσαντι ἀντᾷ. Deinde vel Νειλοπτολεμαῖον vel Νεῖλον Πτολεμαίου scrib. monuit Letronnus *Poem. geogr.* p. 314, qui etiam καὶ ante ἀκρωτήρ. delevit. Ego quæram an pro Νειλοπτολεμαῖον forte fuerit Νειλοποτάμιον; nam Νεῖλος ποταμία memoratur ab Artemidoro ap. Strabon. l. l. Quamquam si seriem narrationis Strabonianæ reputes, et accuratam esse censeas, ista Nilopotamia vix potest pertinere ad ea loca de quibus Noster jam exponit. Indicare Peripli auctor videtur regionem fluvii *Gori* sive *S. Pedra*. Cf. Edrisius I, p. 45 : « A deux journées de Markah, dans le désert, est une rivière qui est sujette à des crues comme le Nil, et sur les bords de laquelle on sème du dhorra. » Verbum ταπατηγη, quod ipse codicis scriba misso accentu tanquam corruptum vel suspectum notavit, intactum reliqui. Letronnius scrib. suspicatur : τὰ πατάγη, *les brisants*, sive locum ubi strepentes undæ in saxosum litus illiduntur, collato Stadiasmo mar. magn. § 47 : Ἀπὸ Ναζαρίδος παραπλεύσας τὰ παταγαῖα εἰς Ζαρίνην στάδ. ρ', in quibus τὰ παταγαῖα eo sensu dici parum recte statuit Mannertus. Ptolemæus inter Mossylum et Elephantem nonnisi unum locum memorat, Κόβην ἐμπόριον (hod. *Habo?*) Eundem etiam in Periplo nostro indicari suspicor, quamquam emporium ibi nondum novisse auctor videtur. Ac nescio an fort. scriptum fuerit : Τάπα (leg. Γάζα?), πηγὴν καὶ δαφνῶνα μ., adeo ut δαφνὼν iste ad eundem locum pertineat, sicuti mox habes δαφνῶνα μέγαν λεγόμενον Ἀκάνναι (ubi de suo penu Fabricius scripsit δαφνῶνα μ. [καὶ ἐμπόριον] λεγόμενον Ἀκάνναι), de Acannis loco in laureto magno. Quod pro Τάπα legendum puto Γάζα (sine declinatione ut passim), movet Plinius *Gazam* urbem memorans, et qui etiam hodie ab oriente promontorii *Gori* est *Gazim* sinus. Denique pertinent huc quæ ex Artemidoro affert Strabo p. 774 : Συνεχῶς εἰσὶ (sc. post regionem quæ Pseudocassiam fert) ποτάμιαι πλείονες, ἔχουσαι λίβανον παραπεφυκότα, καὶ ποταμὸς μέχρι τῆς κινναμωμοφόρου· ὁ δ' ὁρίζων ταύτην ποταμὸς φέρει καὶ φλοῦν πάμπολυν· εἶτ' ἄλλος ποταμὸς καὶ Δαφνοῦς λιμὴν καὶ ποταμία Ἀπόλλωνος καλουμένη... εἶτ' ὁ Ἐλέφας τὸ ὄρος. || — Ἐλέφας] Elephas in linguis Æthiopicis vocatur *Fil;* promontorium istud etiam nunc vocant *Ras el Fil,* unde nonnulli fecerunt *Ras Fellis ;* hinc denique natus quorundam *mons Felix* (V. Bruce *Travels* VI, p. 261. Ritter *Erdk.* I, p. 164). Quæ post v. Ἐλέφας sequuntur ἀπὸ Ὀπώνης εἰς νότον προχωρεῖ εἶτα εἰς λίβα ἡ χώρα nata sunt ex nota marginali, quæ pertinet ad § 15, ubi : ἀπὸ Ὀπώνης τῆς ἀκτῆς εἰς τὸν νότον ὑποχωρούσης ἐπὶ πλεῖον, πρῶτα μὲν ἔστι τὰ.. Ἀπόκοπα... παρ' αὐτὸν ἤδη τὸν λίβα. Quæ res sit recte interviderunt Vincentus et Mannertus. Letronnius proposuit : ἐλέφας [ὃ] ἀπὸ Ὀπώνης κτλ.; id vero, modo rem, non verba, spectes, admitti nequit. Nihili sunt quæ Schwanbeckius l. l. p. 485 in medium protulit. || — 1. ποταμὸν δ'] ποταμοὺς cod. || — Ἀκάνναι] Locum memorat etiam Ptolemæus l. l., ubi pro Ἀκάνναι varia lectio Ἀκάναι et Ἀκκάνα. Artemidorus l. l. ita : εἶτ' ὁ Ἐλέφας τὸ ὄρος ἐκκείμενον εἰς θάλασσαν καὶ διώρυξ (Elephas fluvius?) καὶ ἐφεξῆς Ψυγμοῦ λιμήν, quo græco vocabulo idem notatur portus quem vernaculo nomine Ἀκάνναι dicit Noster. Cum Ἀκάνναι vel Ἀκάναι emporio *Somaulis* gentis nescio an recte conferri velim objacens in Arabiæ ora Κάνη emporium, ad hod. *Hisn Ghorab,* ubi Arabes narrant olim habitasse tribum *Wadi Misenat,* conviciandi causa cognominatam *Abid el Ibad,* i. e. servos Somaulensium, quoniam cum *Somauli* gente Barbariæ se miscuissent. Repetenda hæc cognatio ex commerciis quæ Arabibus cum Barbariæ gente intercedebant (V. Ritter. XII, p. 317), fierique potuit, ut Acannæ Arabum istorum esset colonia.

§ 12. εἰς τὸν νότον] Oræ inclinatio ista revera est perexigua, sed satis magnam exhibent tabulæ Ptolemæi. || — 6. Ἀρωμάτων] hod. prom. arabice *Jard Afoun* (*Carfouna* ap. Edrisium I, p. 45), unde factum *Cap. Gardafoui*. Cf. Ptolemæus l. l. : Ἀρώματα ἄκρον καὶ ἐμπόριον. Steph. Byz. : Ἄρωμα, πόλις Αἰθιόπων, ὡς Μαρκιανός. Antiquioribus geographis hocce promontorium fuisse videtur Νότου κέρας, ut Artemidoro ap. Strabon. l. l., qui post Ψυγμοῦ λιμένα memorat Ἵδρυμα τῶν Κυνοκεφάλων καλούμενον (Sesostridis monumenta), καὶ τελευταῖον ἀκρωτήριον τῆς παραλίας ταύτης τὸ Νότου κέρας. Vid. Mannert. X, 1, p. 74. || — 8. ἀπόκοπον] Noli conjicere ἀπόσκοπον, quod in mentem facile venerit; reapse admodum præruptum est prom. || — 8. καὶ κατὰ] καὶ suppl. Fabricius et Schwanbeck. || — 11. ἀλάσσειν cod. et editt. Pro γενομένου malim γινομένου. || — 13. Fort. τόπον ἔχον καὶ σκέπην vel τ. ἔχον ἐπὶ σκέπης

Τάϐαι. Προχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον ὁμοίως τὰ προειρημένα· γίνεται δὲ τὰ ἐν αὐτῷ κασσία καὶ γίζειρ καὶ ἀσύφη καὶ ἄρωμα καὶ μάγλα καὶ μοτὼ καὶ λίϐανος.

13. Ἀπὸ δὲ Τάϐαι μετὰ σταδίους τετρακοσίους παραπλεύσαντι χερσόνησον, καθ' ὃν τόπον καὶ ὁ ῥοῦς ἕλκει, ἕτερόν ἐστιν ἐμπόριον Ὀπώνη, εἰς ἣν καὶ αὐτὴν προχωρεῖ μὲν τὰ προειρημένα, τὸ δὲ πλεῖστον ἐν αὐτῇ γεννᾶται κασσία καὶ ἄρωμα καὶ μοτὼ καὶ δουλικὰ κρείσσονα, ἃ εἰς Αἴγυπτον προχωρεῖ μᾶλλον, καὶ χελώνη πλείστη καὶ διαφορωτέρα τῆς ἄλλης.

14. Πλεῖται δὲ εἰς πάντα ταῦτα τὰ τοῦ πέραν ἐμπόρια ἀπὸ μὲν Αἰγύπτου περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὅ ἐστιν Ἐπιφί. Ἐξαρτίζεται δὲ συνήθως καὶ ἀπὸ τῶν ἔσω τόπων, τῆς Ἀριακῆς καὶ Βαρυγάζων, εἰς τὰ αὐτὰ τὰ τοῦ πέραν ἐμπόρια γένη προχωροῦντα ἀπὸ τῶν τόπων, σῖτος καὶ ὄρυζα καὶ βούτυρον καὶ ἔλαιον σησάμινον καὶ ὀθόνιον, ἥ τε μοναχὴ καὶ ἡ σαγματογήνη, καὶ περιζώματα καὶ μέλι τὸ καλάμινον τὸ λεγόμενον σάκχαρι. Καὶ οἱ μὲν προηγουμένως εἰς ταῦτα τὰ ἐμπόρια πλέουσιν, οἱ δὲ [κατὰ] τὸν παράπλουν ἀντιφορτίζονται τὰ ἐμπεσόντα. Οὐ βασιλεύεται δὲ ὁ τόπος, ἀλλὰ τυράννοις ἰδίοις καθ' ἕκαστον ἐμπόριον διοικεῖται.

15. Ἀπὸ δὲ Ὀπώνης τῆς ἀκτῆς εἰς τὸν νότον ὑποχωρούσης ἐπὶ πλεῖον, πρῶτα μέν ἐστι τὰ λεγόμενα

emporium supra memorata importantur, ipsum vero habet cassiam, gizir, asypham, aroma, magla, moto, thus.

13. A Tabis chersonesum prætervectis, quem in locum etiam maris fluxus trahit, post stadia quadringenta aliud occurrit emporium, Opone, in quod ipsum quoque prædicta importantur, præcipue autem in eo provenit cassia et aroma et moto et mancipia præstantiora, quæ in Ægyptum potissimum devehuntur, et testudo plurima ceteramque antecellens.

14. Navigatur in omnia hæc ulterioris regionis emporia ex Ægypto circa Julium sive Epiphi mensem. Solent vero etiam ex interioribus locis, ex Ariaca et Barygazis, in transfretana hæc emporia devehi res ilinc provenientes, frumentum, oryza, butyrum, oleum sesaminum, othonium, tum monache tum sagmatogene, cingula, mel arundineum quod vocatur sacchari. Et alii quidem data opera in hæc emporia navigant, alii autem in præternavigatione rebus obviis permutatione facta naves onerant. Rex in hoc tractu nullus est, sed suis singula emporia tyrannis gubernantur.

15. Post Oponen, litore versus austrum magis tendente, primum se offerunt parva et magna Azaniæ

---

8. ἐπισκεπῆ. Voce τόπος, modo de regionibus, modo de vicis et emporiis usurpata, apprime Noster gaudet. || — 1. Τάϐαι] Vincentus aliique promontorium *Orfoui* intelligunt, perperam. Sermo est de promontorio quod Arabes vocant *Banna*. Huc confugere, imminente tempestate, ab Aromatum promontorio in promptu erat; non item in *Cap d'Orfoui*, longius illud dissitum. Nomen Τάϐαι num sit incorruptum, quæritur. Suspiceris fuisse Ταϐάνναι. E peregrino nomine *Banna* Græci quidam more græcanico finxerunt Πανὸς vel Πανῶν vel Πανὼ vel Πανῶνα κώμην. Sic ap. Ptolemæum I, 17 et IV, 7 post Aromata sequitur Πανῶν κώμη (vel Πανὼ κώμη, quod recipere editt. debebant), quam a nostro loco non diversam esse recte jam Mannertus monuit. Cf. Stephan. Byz. : Πανὸς, κώμη περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἥτις καὶ Πανὼν λέγεται. Carere igitur jam possumus quæ de nomine Πανῶν κώμη, a simiis pergrandibus, quas ibi visas Græci Panes dixerint, repetendo conjecit Letronnius in *Journal des savants* 1830, et hinc apud Wilberg. ad Ptolem. p. 59. — Distantiæ nota in Periplo videtur excidisse. || — 2. τὰ ejecit Fabricius || — γίζειρ] γιζειρ (γίζερ mgo), ἀσυφη, ἄρωμα, μαγλα codex. Notantur variæ cassiæ species. Primum nomen eodem modo scribit Neophytus, qui : γίζειρ, κασία, monente Salmasio Exercc. Pl. p. 920, A. Apud Galenum De andit. I, 13, vol. VIII, p. 885 et 887 est γιζί; ap. Synesium De febr. p. 46 γίζει; apud Dioscor. I, 12 γίζιρ. V. Steph. Thes. v. γιζί. || — 3. ἀσύφη] Ejus meminit Dioscorides, ex quo hæc affert Salmasius p. 919 : Τρίτη δέ ἐστι (sc. cassiæ species) ἡ καλουμένη βλαστὸς Μοσυλίτης· αἱ δὲ λοιπαὶ εὐτελεῖς, ὡς ἡ καλουμένη ἀσύφη, μέλαινα καὶ λεπτοφλοιὸς ἢ καὶ φλοιορραγής. || — ἄρωμα] Id nomen inter vicina barbara offendit. Nescio an fuerit ἀρηϐὼ, quod cassiæ genus e Galeno citat Salmasius l. l. || — 3. μάγλα] Hoc aliunde, quoad sciam, non notum. Nihili est quod annotat Stuckius : « Quid si μάγμα legendum, quod Galenus et Plinius unguenti fæcem vocant? » || — μοτὼ] μωτὼ e Galeno habet Salmasius. Idem p. 921 : « Notandum illud, quod varia illa nomina casiarum Galeni auctor Peripli separat a casia sic proprie vocata. Casia ibi de syringide sive fistulari (*cannelle*) proprie accipiendum, quæ mero constabat cortice, nullo ligno. »

§ 13, l. 5. χερσόνησον] peninsulam promontorii (*Ras*) *Hafoun* (ap. nostrates vulgo *cap d'Orfoui*), cujus ad partem meridionalem sita erat Opone, ejusdem nominis emporium. Ptolemæus in tabulis Panum vicum notat 82° long., 5° lat., Oponen 81° long., 4° 55′ lat. Quod a Peripli testimonio proxime abest. Contra aperto vitio in Ptolem. I, 17 legitur Oponen a Panum vico distare ὁδὸν ἡμερῶν ἕξ. Hoc ortum est ex ὁδὸν ἡμέρας, quod abiit in ἡμερ. ς'. || — 9. ἃ] καὶ cod.; em. Fabricius.

§ 14. τοῦ πέραν] τούπεραν et mox τούπερα cod. || — 12. Ἰούλιον] Cf. Plinius VI, 26 : *Navigare* (a Berenice sc.) *incipiunt æstate media ante Canis ortum aut ab exortu protinus, veniuntque circiter XXX die Ocelim Arabiæ aut Canen thuriferæ regionis.* || — 14. Ἀριακῆς] Cf. infra § 41, ubi pro Ἀριακῆς codex corrupte Ἀραϐικῆς. || — 18. σάκχαρι] *sarkari* in ling. sanscrit. Memorabilem hæc locum obtinent in historia sacchari, de qua vide Alex. Humboldt. De distributione geographica plantarum (Paris. 1817) p. 210 sqq., Ritter. *Erdk.* IX, p. 230—291. || — 20. κατὰ] om. cod.; suppl. editt. Mox pro καθ' ἕκαστον velim τὰ κ. ἕ.

μικρὰ Ἀπόκοπα καὶ μεγάλα τῆς Ἀζανίας * διὰ ἀγκυροβολίων ποταμοὶ * ἐπὶ δρόμους ἓξ παρ' αὐτὸν ἤδη τὸν λίβα· εἶτα Αἰγιαλὸς καὶ μικρὸς καὶ μέγας ἐπ' ἄλλους

Apocopa sive Prærupta, *quæ portu quidem destituta sunt, sed stationes navibus præbent* ob loca ancoris jaciendis accommoda; extenduntur in cursum dierum

---

§ 15. διὰ ἀγκυροβολίων ποταμοὶ] Sic codex; in editt. ποταμὸς pro ποταμοί. Locus mutilus quamnam fere in sententiam explendus sit, aliorum locorum comparatio subindicare videtur, ut § 24, ubi: τὸ δὲ ἐμπόριον ἡ Μούζα ἀλίμενον μὲν, εὔσαλον δὲ καὶ εὔορμον διὰ τὰ περὶ αὐτὴν ἀμμόγεια ἀγκυροβόλια. Fortasse igitur legebatur:... Ἀπόκοπα τῆς Ἀζανίας, ἀλίμενα μὲν, εὔσαλα δὲ διὰ τὸ ἔχειν ἀγκυροβολίων τόπους, vel εὔσαλα δὲ διὰ ἀγκυροβόλια, ἠιόνες ἀπότομοι, vel tale quid. Fluvius in toto hoc tractu nullus est. Præterea verba ἐπ' αὐτὸν ἤδη τὸν λίβα post verba τῆς ἀκτῆς εἰς νότον ὑποχωρούσης ἐπὶ πλεῖον corruptelam alteram arguere videri possint, adeo ut suspiceris hæc ad sequentem potius αἰγιαλὸν retrahenda esse legendumque: εἶτα παρ' αὐτὸν ἤδη τὸν λίβα αἰγιαλὸς κτλ. At bene habet vulgata, modo locorum rationem spectes accuratius. Qua in discriminanda innitor F. N. Oweni Angli mappæ oræ hujus maritimæ, et ejusdem opere quod inscribitur: *Narrative of voyages to explore the shores of Africa, Arabia and Madagascar, performed in H. M. ships Leven and Barracouta* etc. (London. 1833). Owenius igitur l. l. tom. I, p. 354 ita habet: « After passing Hafoun [ubi Opone Peripli] we in one day ran down about eighty miles of coast, as fare as *Ras el Khyle*. The whole shore was rocky and varying from 200 to 400 feets in hight. This is known by the Arabs as *Hazine* or *rough ground*. Southward of Ras el Khyle is *Sef Tweel*, the bald or declining shore, and after that *Herab* or mountainous country. » In mappa autem ora ita est delineata, ut inde ab *Ras Hafoun* recta currat meridiem versus per 600 fere stadia usque ad *Ras Maber* seu *Malaber*, hinc autem paullulum deflectat versus occasum et prærupta esse incipiat. Itaque verba τῆς ἀκτῆς εἰς τὸν νότον ὑποχωρούσης ἐπὶ πλεῖον intelligenda sunt de eo tractu, qui ab Opone pertinet usque ad Ras *Maber* et ad initium τῶν Ἀποκόπων; ipsa autem Ἀπόκοπα dicuntur sita esse παρ' αὐτὸν ἤδη τὸν λίβα. Longitudo *Hazine* sive prærupti litoris, usque ad prom. *el Khyle* porrecti, stadiorum est fere 1400 inde a prom. *Maber*; ab Opone autem ad *Ras el Khyle* stadia sunt circiter 2000 sive quattuor dierum navigatio. At Periplus noster in parvorum magnorumque Ἀποκόπων præternavigationem dies computat sex, ideoque litora prærupta multo longius producit; nam incorruptas esse distantiarum notas ex reliqua parapli nostri ratione patet luculenter. Igitur Ἀποκόπων μικρῶν καὶ μεγάλων nomine Noster præter *Hazine* litus, quod solum vere præruptum est, tractum quoque *Sef Twell* et *el Herub* comprehendit. Qua in re minus se accuratum præbet; neque id mirandum, quum facile intelligatur ipsum Peripli auctorem oram Azaniæ suis oculis non usurpasse. Ac sane fuerunt vel inter veteres geographos qui istam μικρῶν καὶ μεγάλων Ἀποκόπων distinctionem reprobarent; nam Ptolemæus I, 17, ubi contra Marinum (qui duo Apocopa cum Nostro distinxisse debet) disputat, nonnisi unum Apocoporum litus agnoscit. Locum Ptolemæi, qui ad hujus oræ descriptionem pertinet, exscribere totum liceat; unicus enim est quem conferre liceat præter pauca illa quæ Marcianus p. 21 ed. Miller. præbet. Ita habet I, 17: Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἐμπόριον (Oponen) συνάπτειν ἄλλον κόλπον, ἀρχὴν τῆς Ἀζανίας, οὗ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐκκεῖσθαι Ζίγγιν ἄκρον καὶ Φαλαγγίδα ὄρος τριῶν κεφαλῶν· καλεῖσθαι δὲ τοῦτον μόνον τὸν κόλπον Ἀπόκοπα, καὶ διάπλουν ἔχειν δύο νυχθημέρων· παρήκειν δ' ἀπ' αὐτοῦ τὸν μικρὸν Αἰγιαλὸν ἐν διάπλῳ τριῶν διαστημάτων, εἶτα τὸν μέγαν Αἰγιαλὸν ἐν διάπλῳ πέντε διαστημάτων, ἀμφοτέρους δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τεσσάρων ἔχειν διάπλουν νυχθημέρων· συνῆφθαι δὲ τούτοις ἄλλον κόλπον, ἐν ᾧ ἐμπόριον τὸ καλούμενον Ἐσσινὰ μετὰ δύο νυχθημέρων πλοῦν, εἶτα Σαραπίωνος ὅρμον μετὰ μιᾶς ἡμέρας πλοῦν· ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐπὶ τὰ Ῥαπτὰ φέροντα κόλπον τριῶν νυχθημέρων ἔχοντα διάπλουν· οὗ κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἐμπόριον εἶναι τὸ καλούμενον Τονίκι, παρὰ δὲ τὸ Ῥαπτὸν ἄκρον ποταμὸν τὸν καλούμενον Ῥαπτὸν καὶ μητρόπολιν ὁμώνυμον αὐτῷ μικρὸν ἀπέχουσαν τῆς θαλάσσης· τὸν δ' ἀπὸ τῶν Ῥαπτῶν μέχρι τοῦ Πράσου ἀκρωτηρίου κόλπον μέγιστον ὄντα καὶ μὴ βαθὺν περιοικεῖν βαρβάρους ἀνθρωποφάγους. Ptolemæus igitur ab Opone usque ad finem Ægialorum 12 dies, sicuti Periplus noster, computat; sed rectius eos ita distribuit ut Apocoporum præternavigatio usque ad Noti ceras (*Ras el Khyle*) pertinens nonnisi quattuor dierum sit. Distinctio μικρῶν et μεγάλων ἀποκόπων ad partes *Hazine* litoris pertinere potuit; quamquam nescio an non Ἀποκόπων μικρῶν nomen præruptissimo litori, quod est circa promontorium *El Fil*, veteres dederint, a nostro autem auctore utraque hæc Ἀπόκοπα in eundem tractum sint translata. || — 1. τῆς Ἀζανίας] Ad initium Azaniæ Ptolemæus memorat Zingin promontorium Phalangis montis tricipitis, quod secundum tabulas Ptol. esse deberet *Ras Maber*, quum montis tricipitis mentio pertineat potius ad *Ras Hafoun*, adeo ut, si Oponen recte Pt. collocavit, duo promontoria misceantur. Pertinet ora Azaniæ in Periplo usque ad Rhapta. Eodem modo Ptolemæus VII, 4, ubi ὁ κόλπος τῆς Βραχείας θαλάσσης dicitur συνάπτειν τὴν γῆν τῷ τε Ῥαπτῷ ἀκρωτηρίῳ καὶ [τοῖς] νοτίοις μέρεσι τῆς Ἀζανίας. Cf. Marcian. p. 21. Discrepant quæ habet IV, 7: Ἐντεῦθεν (ab Elephante monte, quousque cum Artemidoro Ichthyophagos pertinere statuit) μέχρι τοῦ Ῥαπτοῦ ἀκρωτηρίου ἡ παράλιος πᾶσα Βαρβαρία, Ἀζανία δὲ ἡ ἐνδοτέρω. Meliora legimus in fragmento Diodori Samii ap. Ptolem. I, 17, ubi: τῶν διαιρουμένων..· ἐμπόρων ἐπὶ τὰ Ἀρώματα καὶ τὴν Ἀζανίαν καὶ τὰ Ῥαπτὰ, ταῦτα δὲ πάντα Βαρβαρίαν ἰδίως καλούντων, adeo ut utrumque nomen ad oram pertineat, alterum a populo ductum, alterum ab oræ ratione, ab *Hazine* sc. Arabum, ab eaque litoris parte ad sequentem etiam oram translatum. *Azanium mare* habes ap. Plinium VI, 28 et alibi. Subjicio verba Owenii l. l. I, p. 354: « It is strange that the descriptive term *Hazine* should have produced the names Ajan, Azou and Azanea, in many maps and charts, as the country never had any other appellation than *Barra Somauli* or the

δρόμους ἓξ καὶ μετ' αὐτὸν κατὰ τὸ ἑξῆς οἱ τῆς Ἀζανίας δρόμοι, πρῶτον μὲν ὁ λεγόμενος Σαραπίωνος, εἶθ' ὁ Νίκωνος, μεθ' ὃν ποταμοὶ πλείονες καὶ ἄλλοι συνεχεῖς ὅρμοι, διῃρημένοι κατὰ σταθμοὺς καὶ δρόμους ἡμερησίους (πλείονας), τοὺς πάντας ἑπτά, μέχρι Πυραλάων νήσων καὶ τῆς λεγομένης διώρυχος, ἀφ' ἧς μικρὸν ἐπάνω τοῦ λιβὸς μετὰ δύο δρόμους νυχθημέρους παρ'

sex, flectente ora versus ipsum jam Africum. Sequitur Litus parvum et magnum in alios cursus sex, et post illud ex ordine Azaniæ Dromi sive Cursus, quorum primus dicitur Sarapionis, sequens Niconis, post quem fluvii complures aliæque navium stationes, diremtæ inter se singulorum dierum mansionibus ac cursibus, quorum in summa sunt septem usque ad Pyralaos insulas atque fossam quam dicunt; ab ea paullum supra Africum post duarum dierum noctiumque cursum

---

land of Somauli, a people who have never yet been collected under one government, and whose limits of subjection are only within bow-shoot of individual chiefs. » Idem p. 356 : « Te coast of Africa from the Red sea to the river Juba is inhabited by the tribe called Somauli. The are a mild people of pastoral habits, and confined intirely to the coast; the whole of the interior being occupied by an untameable tribe of savages called Galla. » || — 1. οἱ τῆς Ἀζανίας δρόμοι] Eadem hujus tractus denominatio occurrit apud Marcianum p. 21. : τὸ Βαρβαρικὸν καλούμενον πέλαγος, ἐν ᾧ κόλποι τε πλείους εἰσὶ καὶ οἱ δρόμοι τῆς καλουμένης Ἀζανίας. Noli igitur putare pro δρόμοί ap. Nostrum scrib. esse ὅρμοι. Δρόμοι voce auctor breviter indicat quos paullo post distinctius dicit ὅρμους κατὰ σταθμοὺς καὶ δρόμους ἡμερησίους διῃρημένους. Primus eorum Σαραπίωνος (sic codex; Σεραπίωνος editt.) memoratur etiam ap. Ptolemæum IV, 7, ubi : Σαραπίωνος ὅρμος καὶ ἄκρον. Ad situm loci constituendum progrediamur a Pyralais insulis, quæ hodie sunt *Manda* et *Lamou* insulæ. Quodsi hinc retro metiaris septies quingenta stadia, pervenimus ad promontorium, quod unum in hoc tractu notabile (1° 40′ lat. bor.) occurrit, non longe a locis *Marka, Tillip* et *Horealy*. Hoc igitur promontorium fuerit Sarapionis. Quodsi ab Opone meridiem versus duodecim δρόμων longitudinem metiaris usque ad terminum τῶν Αἰγιαλῶν, in eundem locum incides. Hinc boream versus nunc nulla est urbs, nullus vicus, præter *Megadasha* sive *Mukdeesha* (Owen) sive *Magadaxo* urbem (2° 1′ 8″ lat.), quæ octavo demum post Chr. sæculo ab Arabibus condita est (Owen. p. 356). Eandem solitudinem τῶν Ἀποκόπων et τῶν Αἰγιαλῶν priscis quoque temporibus fuisse e Periplo nostro colligimus. Ceterum Ptolemæus inter Ægialum magnum et Serapionis portum interponit sinum quendam, in quo Essina emporium, a fine Ægiali navigatione dierum quattuor, a Sarapionis portu unius diei cursu dissitum. Totus hic tractus nescio qua confusione male intrusus est. Errorisque indicium præbet Agathemerus p. 371 ed. Hoffm., ubi : Τῆς δὲ Βραχείας θαλάσσης.. ἀπὸ Ἐσινοῦ ἐμπορίου τῆς Βαρβαρίας ἢ τῶν Ῥαπτῶν τῆς μητροπόλεως κτλ., adeo ut Esina fuerit ad initium maris Brevis situm, emporium Rhaptorum metropolis mediterraneæ. Hæc admitti possunt, non item quæ præbet Ptolemæus. Ponendus igitur iste quinque dierum sinus ita erat, ut in Rhaptum promontorium desineret. Quo facto Ptolemæus a Sarapione ad Rhaptum nactus esset undecim dierum navigationem, quæ ad tredecim dies in Periplo computatos prope accederent. Qui nunc sunt apud Ptolemæum dies sex a Serapione ad Rhaptum, tum responderent δρόμοις septem Azaniæ, de quibus nos jam agimus. || — 2. εἶθ' ὁ Νίκωνος] Hæc statio Ptolemæo IV, 7 vocatur Τονίκη (Τωνίκη var. lect.) ἐμπόριον, quod ne contra mentem Ptolemæi mutes in τὸ Νίκη ἐμπ., impedit alius ejusdem locus I, 17, ubi : ἐμπόριον τὸ καλούμενον Τονίκι. In Periplo pro Νίκωνος Grashofius (in Ptolem. Wilbergi p. 60) scribendum suspicatur Νέκωνος, « ut nomen suum locus ille acceperit a Nechone rege, cujus classis ea quoque loca attigisse credenda est. » Quod nemo crediderit; neque foret eo confugiendum, si quis Ægyptiorum ibi opus quærendum opinaretur; nam ut Sarapionis nomen in Ægypto frequens, sic etiam Nicones suos habent Ptolemæorum tempora, ut illum qui sub Ptolemæo Epiphane vixit, ap. Polyb. XV, 33, 7 et Diodor. Exc. Escur. in Fr. Hist. t. II, p. 30. At multo probabilius est ista emporiorum nomina ex indigenis in græca esse detorta, sicuti v. c. Dioscoridis insulam et Zenobii insulas ex nominibus arabicis Græci sibi excuderant. Nam Ptolemæorum ætate in Azania emporia condita esse nihil est quod suadere possit; Peripli autem temporibus et postea omne hujus regionis commercium erat penes Muzenses Arabes, quibus emporia ista a Sabæorum rege elocabantur. Quæ de iis tradit auctor noster, ex Arabicis mercatoribus accepit. Itaque Τονίκη vel Τονίκι nomen, uti magis est barbarum, sic a genuino absit propius. A Sarapione Tonice sec. Ptol. tabulas distat 45′, adeo ut componendum fere sit cum hod. *Torre* in mappa Owenii. || — 5. πλείονας] vox, qua melius careas, e male repetito πλείονες orta videtur. || — Πυραλάων ν. καὶ τῆς λ. διώρυγος] Pro καὶ τῆς codex καίνης; em. Fabricius et Schwanbeck. Pyralaæ insulæ, nonnisi e Periplo nostro notæ, hodie sunt insulæ *Manda* et *Lamou*, quæ inter magnorum fluviorum ostia sitæ, angusto meatu, quem διώρυγα Noster dicit, a continente et a se invicem separantur. Vincentus II, p. 167 proprie dicendas fuisse opinatur Πυραλίας, *islands of the fiery ocean*, quum sub æquatore fere sitæ sint. Quæ de canali peripli Vincentus habet, sicuti alia multa ejusdem viri diligentissimi sed ἀκριτικωτέρου de industria omitto. || — 6. μικρὸν ἐπάνω τ. λιβὸς] In antecedentibus ora maritima extendebatur, ut Noster quidem dicit, παρ' αὐτὸν τὸν λίβα. Inde autem a Pyralais insulis usque ad angulum sinus, cui *Zanguebar* (Menuthias) ins. objacet, oræ directio deflectit versus meridiem. Hanc igitur mutationem auctor indicat verbis μικρὸν ἐπάνω τοῦ λιβὸς, i. e. ora a libe paullulum versus notum deflectente. Ceterum verba Peripli insolens quiddam habent, ut nisi aliunde adjuto sensus non pateat. Nec refragarer si truncatam auctoris orationem putares. Disertius dixisset μικρὸν ἐπὶ νότον ἀπὸ

αὐτὴν τὴν δύσιν εἰτενηδιωμ * Μενουθιὰς ἀπαντᾷ νῆσος ἀπὸ σταδίων τῆς γῆς ὡςεὶ τριακοσίων, ταπεινὴ καὶ κατάδενδρος, ἐν ᾗ καὶ ποταμοὶ καὶ ὀρνέων γένη πλεῖστα καὶ χελώνη ὀρεινή. Θηρίων δὲ οὐδὲν ὅλως ἔχει πλὴν κροκοδείλων· οὐδένα δὲ ἀνθρώπων ἀδικοῦσιν. Ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ πλοιάρια ῥαπτὰ καὶ μονόξυλα, οἷς χρῶνται πρὸς ἁλίαν καὶ ἄγραν χελώνης. Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ καὶ γυργάθοις αὐτὰς ἰδίως λινεύουσιν, ἀντὶ δικτύων καθιέντες αὐτοὺς περὶ τὰ στόματα τῶν προρράχων.

16. Ἀφ' ἧς μετὰ δύο δρόμους τῆς ἠπείρου τὸ τελευταιότατον τῆς Ἀζανίας ἐμπόριον κεῖται, τὰ Ῥαπτὰ

versus occasum solis porrecta (δύσιν ἐκτείνουσα ἡλίου ἡ?) Menuthias occurrit insula stadiis a terra distans circiter trecentis, humilis et arboribus virens, in qua etiam fluvii sunt aviumque genera plurima et testudo montana. Feras omnino nullas habet præter crocodilos, sed neminem istos lædentes. Sunt in ea naviculæ consutæ et unilignеæ, quibus utuntur ad piscatum capturamque testudinis. Venantur eas in hac insula etiam modo peculiari, sportis scilicet vimineis, quas retium loco ad ostia proximarum litori rupium cavernosarum demittunt.

16. Hinc post bidui cursum continentis Azaniæ ultimum jacet emporium, quod Rhapta vocant, deno-

---

τοῦ λιβὸς τῆς χώρας ὑποχωρούσης, ut solet alibi. || — εἰτενηδιωμμενουθεσίας] Sic codex. In postremis latere constat Μενουθιὰς, quod in Μενουθεσίας abiit, ut Θεσπιαί in Θεσπεσιαί corruptum est ap. Scylacem p. 47 et Dionysium p. 241. Quid pro ειτενηδιωμ reponendum sit, minus liquet. Quum verba πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν nonnisi ad situm insulæ pertinere possint (nisi forte plura excidisse statueris), Burneyus ap. Vincent. II, p. 560 conjecit : πρὸς α. τ. δύσιν διατείνουσα ἡ M. Hasæus in Bibl. Bremensi VI, 1, p. 189, suffragante Fabricio, voluit ἐκτεινομένη ἡ M., quod alienum foret ab usu scriptoris, qui ubique activam ejus verbi formam adhibet; debebat Hasæus, ἐκτείνουσα vel κειμένη vel etiam ἐκκειμένη. Sed longius hæc a traditis literis recedunt. Fortasse refingendum : πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν ἐκτείν[ουσα] ἡλίου. Salmasius in Exercc. Plin. p. 878 affert nescio cujusnam conjecturam : παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν εἶτε νότον Μεν.; ipse proponuit : παρ' αὐτὸ τὸ Πράσον ἄκρον εἰς ἕω Μεν.; H. Jacobius : παρ' αὐτήν τι νότιον Μεν.; Vincentus : παρ' αὐτὴν ἤδη νησίων Μεν. Quæ omnia vel inepta sunt vel sensu prorsus carent. Ceterum quum Menuthias nonnisi ad hod. vel *Pemba* vel *Zanguebar* referri possit, quarum neutra ab ortu occasum versus extenditur, parum accurate situm insulæ auctor indicavit. Idem ei accidit de Taprobane insula, de qua § 61 : ἔκκειται πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν νῆσος λεγομένη Παλαισιμούνδου κτλ. Neque hanc neque illam Noster adiit; neque quidquam in remotissimarum regionum descriptione premendum est. — Menuthias a a Pyralais distare dicitur δύο δρόμους νυχθημέρους, qui efficerent ex vulgari computo cursum stadiorum 2000. *Pemba* insula a Pyralais abest stadiis 1800, *Zanguebar* circa stad. 2300. Itaque quattridui navigatio ad utramque referri possit, prouti unius diei cursus longitudinem vel auxeris paullulum vel minueris. Humilis est insula utraque; *Zanguebar* stadiis fere 200, *Pemba* 300 stad. a continente distat, adeo ut *Pemba* potius indicari putes; at hæc insula non habet fluvios, quos in altera longe majore deprehendimus. Quare Menuthiadem in hod. *Zanguebar* quærendam esse censeo, dubitans tamen an non duarum istarum insularum memoriam male Noster conflaverit. Certe nautæ, qui *Zanguebar* noverunt, nequibant ignorare *Pembam.* Memorant Menuthiadem præter Stephanum Byz. Ptolemæus IV, 8 et VII, 2, qui insulam ponit 85° long., 13° 30' lat. austr., Prasum vero promontorium 80° long., 13° 30' lat.; in quibus nullius momenti est quod insula longissime a continente removetur; nam nemo nescit Ptolemæum insulas terræ proximas ut plurimum in altum ejicere. Nec ignorasse hoc videtur Marcianus, Ptolemæi pedissequus qui (p. 21 ed. Miller) Menuthiadem dicit νῆσον οὐ πόρρω τοῦ Πράσου ἀκρωτηρίου τυγχάνουσαν. Itaque dicere licet insulam apud Ptolemæum cum Praso, apud Nostrum cum Rhapto promontorio componi; hoc Nostro, illud Ptolemæo in Africæ ora orientali est ultimum, a Rhapto, si tabulis credas, septem graduum intervallo dissitum. Quid igitur? An aliam Ptolemæus insulam Menuthiadis nomine indicat? Minime credas. An alium in locum eam transposuit? Ne hoc quidem sic dicendum esse puto. Potius Rhaptum promontorium non suo posuit loco, et post id sinum collocat, cujus rationes commentitiæ sunt ex diversorum periplorum, ut videtur, narrationibus nautarumque fabulis male mixtis conflatæ. Quæ fusius exponere longum est et ab hoc loco alienum. || — 3. ὀρνέων γένη πλεῖστα]. Omnes hujus tractus insulæ avibus abundant; sic *Monfia* insulam (quam nonnulli Menuthiadem esse ob nominis similitudinem aliquam putarunt) fere integram ab avibus occupatam, earumque stercore coopertam esse recentiores viatores monent. || — 5. κροκοδείλων] De hoc licet dubitare. Fortasse lacertas prægrandes intelligendas esse Vincentus suspicatur. || — 6. πλοιάρια ῥαπτὰ καὶ μονόξυλα] Navicularum fundus uno constat trunco, cui tabulæ ligneæ superstruuntur non clavis compactæ, sed funibus e fibris palmarum textis constrictæ. Portugalli, quum in has regiones penetrarunt, mirantes istud navigiorum genus primum offenderunt ad *Mozambique*, maxime vero ad *Quiloa* (V. Vincent II, p. 169 sq.). Arabes quoque similibus navigiis etiamnunc utuntur (V. Ritter XII, p. 178). || — 8. γυργάθοις κτλ.] Eandem piscandi rationem viderunt Portugalli, et inter recentiores peregrinatores Saltius ad *Mozambique* observavit. || — 9. προρράχων] προράχων codex; malim προρραχιῶν.

§ 16. ἐμπόριον τὰ Ῥαπτὰ] Ptolemæus IV, 7 et urbem et fluvium et promontorium ejus nominis memorat :

Ῥαπτοῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ	72° 30'	long.	7°	lat.
Ῥαπτὰ μητρόπολις τῆς Βαρβαρίας μικρὸν ἀπὸ θαλάσσης,	71° »	—	7°	—
Ῥαπτὸν ἄκρον,	73° 50'	—	8° 25'.	

Nonnulli cum Rhaptorum urbe mediterranea composuisse videntur Esina emporium maritimum (v. supra not. ad § 15). Rhaptum promontorium ex Peripli ra-

λεγόμενα, ταύτην ἔχον τὴν προσωνυμίαν ἀπὸ τῶν προειρημένων ῥαπτῶν πλοιαρίων, ἐν ᾧ καὶ πλεῖστός ἐστιν ἐλέφας καὶ χελώνη. Μέγιστοι δὲ (ἐν) σώμασι περὶ ταύτην τὴν χώραν ἄνθρωποι δρατοὶ κατοικοῦσι καὶ κατὰ τόπον ἕκαστος ὁμοίως τιθέμενοι τυράννοις. Νέμεται δὲ αὐτὴν, κατά τι δίκαιον ἀρχαῖον ὑποπίπτουσαν τῇ βασιλείᾳ τῆς πρώτης γινομένης Ἀραβίας, ὁ Μοφαρείτης τύραννος. Παρὰ δὲ τοῦ βασιλέως ὑπόφορον αὐτὴν ἔχουσιν οἱ ἀπὸ Μούζα, καὶ πέμπουσιν εἰς αὐτὴν ἐφόλκια τὰ πλείονα κυβερνήταις καὶ χρειακοῖς Ἄραψι χρώμενοι τοῖς καὶ συνήθειαν καὶ ἐπιγαμβρίαν ἔχουσιν ἐμπείροις τε οὖσι τῶν τόπων καὶ τῆς φωνῆς αὐτῶν.

17. Εἰσφέρεται δὲ εἰς τὰ ἐμπόρια ταῦτα προηγουμένως ἡ τοπικῶς ἐν Μούζα κατασκευαζομένη λόγχη καὶ πελύκια καὶ μαχαίρια καὶ ὀπήτια καὶ λιθίας ὑαλῆς πλείονα γένη, εἰς δέ τινας τόπους οἶνός τε καὶ σῖτος οὐκ ὀλίγος, οὐ πρὸς ἐργασίαν ἀλλὰ δαπάνης χάριν εἰς φιλανθρωπίαν τῶν βαρβάρων. Ἐκφέρεται δὲ ἀπὸ

minationem hanc nactum a *rhaptis* sive consutis naviculis, quas paullo ante memoravimus. Ebur in eo plurimum ac testudo est. Maximæ corporum staturæ circa hanc regionem homines *sparsim* (?) habitant, suo singuli loco tyrannorum more agentes. Administrat eam, antiquo quodam jure subjectam regno primæ quæ dicitur (λεγομένης) Arabiæ, Mopharitidis regionis tyrannus. A rege autem tributariam eam tenent Muzæ incolæ, mittuntque hi in eam naves onerarias plerumque gubernatoribus et ministris Arabibus utentes, quibus et consuetudo et affinitas intercedit, atque periti sunt locorum et linguæ indigenarum.

17. Importatur in hæc emporia data opera quæ peculiariter in Muza loco conficiuntur lanceæ et secures et cultri et subulæ et lapidis vitrei genera plura, porro in nonnulla loca vinum et frumentum haud paucum, at non mercandi sed muneris causa ad conciliandam barbarorum benevolentiam. Exportatur

---

tionibus illud esse debet, quod sinum, in quo Zanguebar sive Zenzibar ins. sita est, a meridie claudit, hod. *Moinano-Kolou* vel *Pointe Pouna*. Ulteriora quum incognita essent, pone istud promontorium oceanum versus occasum flectere et meridionale Africæ latus incipere ex placito veteris geographiæ statuebant. Rhapta urbs ex Ptolemæi indicio ponere licet ad fluvium, qui a borea promontorii in mare excidit. Quamquam sic nimia est duorum dierum navigatio, quam inde a Menuthiade ad Rhapta esse auctor dicit. Vincentius Rhapta esse putat hod. *Quiloa*, quæ urbs longe ultra promont. sita est. || — 2. ἐν ᾧ καὶ πλεῖστοι] καὶ om. editt. || — 3. ἐν σώμασι] ἐν om. editt. Non improbandum esse censet Bernhardyus, laudato suo de syntaxi gr. opere p. 212; insolens tamen est et ab usu Nostri alienum. Deinde Bernhardyus pro περὶ ταύτην legi vult οἱ περὶ τ. || — 4. δρατοὶ] Vocem h. l. ineptam ex dittographia præcedentium literarum θρωποι natam censet Schwanbeck. p. 485. In mentem venit legendum esse : σποράδην κατοικοῦσι, ut supra § 2, nisi forte fuit ἄνθρωποι πειραταί. || — 5. κατὰ τόπον] κατὰ τὸν τόπον codex. || — ἕκαστος ὁμοίως τ. τυράννοις] ἕκαστον ὁμοίως τιθ. τυράννους vulgo. « In quibus hæsit mendum ridiculum, quod et dura vocis ἕκαστον structura coarguit et perversa sententia, « singula loca certos suos tyrannos habent », cui repugnat continua narratio de unico tyranno Mopharite. Codex Palatinus ἕκαστος et manu prima τυράννοις, quorum utrumque sensus requirit : *homines vastissimis corporibus et quorum singuli ritu modoque tyrannorum res suas agant*. » BERNHARDY. || — 7. τῆς πρώτης γινομένης Ἀραβίας] Dodwellus pro γινομένης legi jubet λεγομένης, idque perprobabile est, quamquam certum esse non dixeris, quum explicatio verborum τῆς πρώτης λεγομένης Ἀρ. meris conjecturis relinquatur. De Arabia prima tanquam provincia Romana cogitari voluit Dodwellus, perperam sane. Quodsi enim Festus Rufus dicit regnante Trajano *Syriam et Arabiam provincias esse factas*, pertinet id ad Arabiæ Petrææ partem, Syriæ proximam, quam Cornelius Palma (105 p. C.) provinciam fecit (Dio Cass. LXVIII, 15). Ipse Trajanus contra Atrenos Arabum tribum, qui Atras (*Al-Hadhr*) urbem in Mesopotamia tenebant, pugnavit; Arabiam vero non adiit, nec ullus Romanorum exercitus inde a Galli expeditione in interiores regiones penetravit. Sed hoc ut mittamus, ipse Periplus Dodwelli sententiam refellit; nam quæ de Cholæbo Mapharitidis tyranno et Charibaele rege legitimo narrat, in provinciam Romanam minime quadrant. Vincentus II, p. 170, τὴν πρώτην Ἀραβίαν interpretatur *the first and principal state of Arabia felix*; quo sensu dicendum erat τῆς πρωτευούσης, τῆς προηγουμένης. Si genuina est lectio vulgata nec *Homeritis* Arabia memorata erat, mercatores Ægyptios Arabiæ partem occidentalem quæ ipsis proxima erat, *primam* dixisse putaveris. Ceterum Azania Arabibus subjecta erat usque ad ea tempora quibus Portugalli ea potiti sunt, atque post eversam horum dominationem denuo sub pristinum imperium redacta est. ||—8. Μοφαρείτης] infra Μαφαρείτης, quod videtur præstare. Μαφαρείτης adjectivum designat Mapharitidis regionis tyrannum, cui Cholæbi nomen. Cf. §. 31. || — 11. ἐπιγαμβρίαν] Sic nunc quoque. || — καὶ συνήθ.] κατὰ σ. cod.; em. Fabr. || — 12. τῶν τόπων] τούτων τ. τόπων Fabricius et h. l. et aliis locis multis, de dicendi genere, quo Noster utitur, parum sollicitus. || — ναύπλιος] Hoc quid sibi velit, ego nescio. Certum testudinis genus indicari, ut Vincentus suspicatur, non est verisimile. *Nauplium*, animal sepiæ simile, Plinius memorat IX, 49; quod item a nostro loco alienum videtur. Guillain in *Annales maritimes* 1843, p. 818 species, quæ ex *Zanguebar* regione exportantur, recenset has : « ivoire, résine copal, sésame noir et sésame blanc, millet, cornes de rhinocéros, cire, girofle, huile de coco, olibanum, gomme arabique, gomme-myrrhe, aloès, écaille. »

τῶν τόπων ἐλέφας πλεῖστος (ἧσσων δὲ τοῦ Ἀδουλιτικοῦ) καὶ ῥινόκερως καὶ χελώνη διάφορος μετὰ τὴν Ἰνδικὴν καὶ ναύπλιος ὀλίγος.

18. Καὶ σχεδὸν τελευταιότατά ἐστι ταῦτα τὰ ἐμπόρια τῆς Ἀζανίας τῆς ἐν δεξιοῖς ἀπὸ Βερνίκης ἠπείρου· ὁ γὰρ μετὰ τούτους τοὺς τόπους ὠκεανὸς ἀνερεύνητος ὢν εἰς τὴν δύσιν ἀνακάμπτει καὶ τοῖς ἀπεστραμμένοις μέρεσι τῆς Αἰθιοπίας καὶ Λιβύης καὶ Ἀφρικῆς κατὰ τὸν νότον παρεκτείνων εἰς τὴν ἑσπέριον συμμίσγει θάλασσαν.

19. Ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων Βερνίκης ἀπὸ Μυὸς ὅρμου δυσὶ δρόμοις ἢ τρισὶν εἰς τὴν ἀνατολὴν διαπλεύσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον ὅρμος ἐστὶν ἕτερος καὶ φρούριον, ὃ λέγεται Λευκὴ κώμη, δι' ἧς [ὁδός] ἐστιν εἰς Πέτραν πρὸς Μαλίχαν, βασιλέα Ναβαταίων. Ἔχει

ex locis ebur plurimum, sed Adulitico inferius, et rhinozeros et testudo post Indicam insignis et nauplii paululum.

18. Et hæc fere ultima sunt emporia Azaniæ continentis, quæ a Berenice proficiscenti a dextra est Nam post hæc loca oceanus, inexploratus adhuc, versus occasum inflectitur et juxta aversas Æthiopiæ et Libyæ et Africæ partes meridionales extensus occidentali mari commiscetur.

19. A sinistris vero Berenices, postquam a Myoshormo bidui vel tridui cursu orientem versus pernavigaveris sinum adjacentem, alius est portus et castellum, quod vocatur Leucecome sive Albus vicus, unde via est in Petram urbem ad Malicham, regem Nabatæorum. Idem vero locus etiam emporii vi-

---

§ 19. τῶν εὐωνύμων Βερνίκης] Hucusque τὰ δεξιὰ ἀπὸ Βερνίκης descripserat; Arabicum latus nunc descripturus appellat τὰ εὐώνυμα Βερνίκης, i. e. τὰ εὐώνυμα ἀπὸ Βερενίκης, *quæ a Berenice proficiscenti ad dextram sunt*, nisi hoc ipsum reponens legi velis : ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων ἀπὸ Βερνίκης ἢ Μυοσόρμου. Aliter locum interpretatur Ritterus XII, p. 122, cui recte obloquitur Schwanbeckius l. l. p. 322. || — 14. Λευκὴ κώμη] Meminit ejus Strabo p. 780, ubi Ælius Gallus Cleopatri solvens post quindecim dierum navigationem ob maris pericula exitiosam ad Leucen Comen appulisse narratur : Πολλὰ δὲ παθὼν καὶ ταλαιπωρηθεὶς, πεντεκαιδεκαταῖος ἧκεν εἰς Λευκὴν κώμην τῆς Ναβαταίων γῆς, ἐμπορεῖον μέγα.. Τοῦτο δ' ἀπειργάσατο ἡ τοῦ Συλλαίου κακία τοῦ πεζῇ φήσαντος ἀνόδευτα εἶναι στρατοπέδοις εἰς τὴν Λευκὴν κώμην, εἰς ἣν καὶ ἐξ ἧς οἱ καμηλέμποροι τοσούτῳ πλήθει ἀνδρῶν καὶ καμήλων ὁδεύουσιν ἀσφαλῶς καὶ εὐπόρως εἰς Πέτραν καὶ ἐκ Πέτρας, ὥστε μὴ διαφέρειν μηδὲν στρατοπέδου. E cetera Strabonis narratione patet situm fuisse emporium in extrema ditione Nabatæorum. Idem colligitur e Cosma Indopl. II, p. 143, ubi Auxumitarum rex dicit : Καὶ πέραν δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης οἰκοῦντας Ἀραβίτας καὶ Κιναιδοκολπίτας στράτευμα ναυτικὸν καὶ πεζικὸν διαπεμψάμενος καὶ ὑποτάξας αὐτῶν τοὺς βασιλέας, φόρους τῆς γῆς τελεῖν ἐκέλευσα, καὶ ὁδεύεσθαι μετ' εἰρήνης καὶ πλέεσθαι. Ἀπὸ δὲ Λεύκης Κώμης ἕως τῆς Σαβέων χώρας ἐπολέμησα. Præterea Leucen Comen habes ap. Geogr. Ravenn. II, 6, ubi series nominum hæc est : *Negra* (Νέγλα Steph. Byz., Ἐγρά Strabonis?), *Tafram, Egram* (Ἔγρα, 26° Ptol.), *Sacamum* (Σόακα 26° 15′ Ptol. ?), *Cornan, Leucocome, Corone, Salatim, Gera* (hod. *Serg?*), *Taboca* (h. *Tebuk*). Ptolemæus et Stephanus Byz. Λευκὴν κώμην non memorant, nisi forte putes pro græco nomine ab iisdem laudari arabicum *Auara*, ὅ ἐστι κατὰ Ἄραβας καὶ Σύρους λευκή. (Steph. B. v. Αὔαρα. Cf. Bochart G. S. II, 1, c. 22; Gesenius Thes. s. v. חור). Refert Stephanus Auara urbem ab Areta Obodæ filio conditam esse, fabulamque de origine urbis addit, ex qua colligitur ad Auara fuisse albi coloris scopulum; num vero maritima fuerit, nec ne, urbs, et quanam in regione sit collocanda, non traditur. Fortasse igitur hæc Auara ad nos omnino non pertinet. Certum est a Periplo alienam esse Auara locum, qui apud Ptolemæum V, 17 inter mediterranea Arabiæ Petrææ oppida, non ita longe a Petra urbe distans (66° 10′ long. 29° 40′ lat.), recensetur (De quo cf. Tab. Peuting. XI, D; Notit. dignit. ed. Panciroll. 1602. fol. 91, Nilus Doxopatr. in Assemanni Biblioth. Orient. t. III, p. 11, fol. 594), a Rittero autem (XII, p. 121. 127) perperam cum nostra componitur Leuce Come, quam Bochartus, D'Anvillius (*Descr. du golfe Arab.* in *Mém. sur l'Égypte anc.* Paris. 1766, p. 243) et Quatremère (*Mémoire sur les Nabatéens* in *Journal Asiatique* 1835 tom. XV, p. 16) et Noël des Vergers (*Arabie* p. 58) et Ritterus (XII, p. 123 sqq.) in hodierna *Hauara* portu recte mihi videntur agnoscere. Mannertus (VI, 1, p. 51) de hod. *Janbo* cogitavit, Gosselinus (ad vers. gall. Strabon. t. V, p. 292) et Jomard (*Études géogr. sur l'Arabie*, p. 143) de *Moilah*, Vincentus (l. l. II, p. 258) et Wellsted. (*Trav. in Arab.*, II, p. 137) de *Ainune*, Reichbardus de *Istabel Antar*, Rüppell (*Reise in Abyss.* I, p. 248) de hod. *Wedjh*. Quas sententias cur post Ritterum denuo in examen vocemus, causa non est. De hodierno *Hauara* vide Edrisi I, p. 332, ubi recensentur : *el Aouid* portus e regione *Noman* insulæ, deinde meridiem versus *Tena* portus, tum *Atauf*, tum *Haura*, « bourg habité par des chérifs qui possèdent dans leur voisinage une mine où ils fabriquent des vases en terre, qui font un objet considérable d'exportation. Non loin et au midi de ce bourg est la montagne de Radhoua. » E regione *Haura* loci (qui vocatur etiam *Dar-el-eschrin*. V. Wellsted *Trav.* II, p. 158) insula jacet *Hassani*, albo suo colore conspicua (Seetzen in *Monat. Correspond.* 1813, t. XXVII, p. 75), ad extremitatem meridionalem sinus scopulis periculosissimi (V. Agatharchid. p. 182), cujus trajiciendi necessitatem adventantes ex Arabia nautæ effugiebant Leuces Comes situ peropportuno. Ruinas ad *Haura* exstare audivit Wellstedius. || — 14. ὁδός] Vocem supplerunt Fabricius et Schwanbeck. p. 341. De re cf. Strabon. l. l. et not. ad Agatharchidem l. l. || — 15. Μαλίχαν] Regem hujus nominis, qui in Nostri tempora cadat, aliunde non novimus. (De aliis Malichis sive Malchis, Nabatæorum regibus, vide laterculum ap. Vincent. II, p. 273. Cf. Quatremère l. l..)

δὲ ἐμπορίου τινὰ καὶ αὐτὴ τάξιν τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας ἐξαρτιζομένοις εἰς αὐτὴν πλοίοις οὐ μεγάλοις. Διὸ καὶ εἰς αὐτὴν καὶ παραλήπτης τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων, καὶ παραφυλακῆς χάριν ἑκατοντάρχης μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται.

20. Μετὰ δὲ ταύτην εὐθέως ἐστὶ συναφὴς Ἀραβικὴ χώρα, κατὰ μῆκος ἐπὶ πολὺ παρατείνουσα τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.. Διάφορα δὲ ἐν αὐτῇ ἔθνη κατοικεῖται, τινὰ μὲν ἐπὶ ποσὸν, τινὰ δὲ καὶ τελείως τῇ γλώσσῃ διαλάσσοντα. Τούτων τὰ παρὰ θάλασσαν ὁμοίως Ἰχθυοφάγων μάνδραις διείληπται, τὰ δὲ ἐπάνω κατὰ κώμας καὶ νομαδίας οἰκεῖται πονηροῖς ἀνθρώποις διφώνοις, οἷς παραπίπτοντες ἀπὸ τοῦ μέσου πλόου οἱ μὲν διαρπάζονται, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ ναυαγίων σωθέντες ἀνδραποδίζονται. Διὸ καὶ συνεχῶς ἀπὸ τῶν τυράννων καὶ βασιλέων τῆς Ἀραβίας αἰχμαλωτίζονται· λέγονται δὲ Κανραῖται. Καθόλου μὲν οὖν οὗτος ὁ τῆς Ἀραβικῆς ἠπείρου παράπλους ἐστὶν ἐπισφαλὴς, καὶ ἀλίμενος ἡ χώρα καὶ δύσορμος καὶ ἀκάθαρτος ῥαχίαις καὶ σπίλοις ἀπρόσιτος καὶ κατὰ πάντα φοβερά. Διὸ καὶ εἰσπλέοντες τὸν μέσον πλοῦν κατέχομεν καὶ εἰς τὴν Ἀραβικὴν χώραν μᾶλλον παροξύνομεν ἄχρι τῆς Κατακεκαυμένης νήσου, μεθ' ἣν εὐθέως ἡμέρων ἀνθρώπων καὶ νομαδιαίων θρεμμάτων καὶ καμήλων συνεχεῖς [χῶραι].

21. Καὶ μετὰ ταύτας ἐν κόλπῳ τῷ τελευταιοτάτῳ τῶν εὐωνύμων τούτου τοῦ πελάγους ἐμπόριόν ἐστι νόμιμον παραθαλάσσιον Μούζα, σταδίους ἀπέχον τοὺς πάντας ἀπὸ Βερνίκης, παρ' αὐτὸν τὸν νότον πλεόντων,

cem quodammodo præstat iis qui ex Arabia merces in eum navigiis non magnis devehunt. Quare etiam perceptor quartæ mercium quæ importantur partis, et custodiæ causa centurio cum militum manu eo mittitur.

20. Post hunc locum statim sequitur contigua Arabiæ regio, quæ per longum tractum juxta Erythræum mare porrigitur. Diversæ eam gentes incolunt, aliæ aliquatenus, aliæ prorsus inter se lingua differentes. Ibi quoque ora maritima Ichthyophagorum tuguriis passim occupatur, superiorem autem regionem secundum vicos et pascua improbi tenent homines bilingues, in quos si qui ex media navigatione excidunt, spoliantur, vel si ex naufragio illuc evaserunt, servituti addicuntur. Quam ob causam assidue a tyrannis et regibus Arabiæ in captivitatem abiguntur; vocantur autem Canraitæ. Ac omnino hæc Arabiæ continentis præternavigatio plena est periculi; regio importuosa, commodis navium stationibus destituta, immunda cautibus et scopulis inaccessa et per omnia horrenda. Quapropter huc innavigantes per medium mare cursum tenemus, et versus Arabicam regionem ocius contendimus usque ad Combustam insulam, post quam continuo sequuntur regiones hominum mansuetorum et pastoricii pecoris et camelorum.

21. Post has in ultimo sinistræ hujus oræ sinu litori adjacet Muza, emporium legitimum, quod a Berenice austrum versus navigantibus in summa distat ad duodecim millia stadiorum. Totum Arabibus nauclericis

---

Omnino paucissima tantum de postremis temporibus regni Nabatæorum, quod an. 105 p. Chr. Palma Trajani dux sustulit (Dio Cass. LXVIII, 14. Eutrop. VIII, 2, 9. Amm. Marc. XIV, 8), comperta habemus. || — 1. καὶ αὐτὴ] καὶ αὐτὸ codex; em. Fabricius. || — 1. τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας] Nabatæorum terra ab Arabia distinguitur. || — 2. Codex ita : Διὸ καὶ παραφυλακῆς χάριν καὶ εἰς αὐτὴν παραλήπτης τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων καὶ ἑκατοντάρχης μετὰ στρ. ἀποστ., quæ transposuit Fabricius. || — 5. ἀποστέλλεται] sc. a Nabatæorum rege, ut sponte intelligitur; a Romanis, si audias Vincentum, nescio an ἑκατοντάρχης vocabulo seductum.

§ 20, l. 9. τῇ γλώσσῃ διαλάσσοντα] De variis Arabiæ linguis, quibus penitius indagandis eximiam Fresnelius operam collocat, vide quæ laudat Ritter XII, p. 44 sqq. || — 10. ἰχθυοφάγων] hodiernæ *Hutemi* tribus. Vide not. ad Agatharch. § 89. || — 12. νομαδίας] Vox alibi, quantum sciam, non obvia. An κατὰ κώμας καὶ νομὰς διοικεῖται ? || — 16. Κανραῖται] Κανραεῖται codex; fort. corrupta vox. Κασσανῖται dicuntur Ptolemæo, Κασανδρεῖς et Γασανδεῖς apud Agatharchidem (§ 96) Photii et Diodori, ubi vide. || — 17. Ἀραβικῆς ἠπείρου] Ἀρ. χώρας ἠπείρου codex ex conflata scripturæ varietate. || — 19. ἀκάθαρτος] Eodem sensu sinus oræ Africanæ Ἀκάθαρτος vocatur. || — 20. εἰσπλέοντες τὸν μ.] εἰσπλεόντων μ. codex; εἰς πλέον τὸν conj. Schwanbeck. p. 322. || — 21. εἰς τὴν Ἀραβικὴν χώραν] Hoc mire dictum, quum antecedens tractus item vocetur Ἀραβικὴ χώρα. An igitur : εἰς τὴν εἰρηνικὴν χ. sive εἰρηνικωτέραν μᾶλλον? an εἰς τὴν Καρβικὴν χώραν? nam feroces illos Casandrenses ap. Agatharchidem excipiunt Κάρβαι, post quos sequuntur Sabæi. || — 22. Κατακεκαυμένης νήσου] hod. *Djebel Tar*, uti statuunt D'Anvillius l. l. p. 252, Vincentus p. 252, Ritter. XII, p. 671. Insula ad nostra usque tempora Vulcaniis ignibus fervebat. V. Botta *Relation d'un voyage dans le Yémen en* 1837. (Paris 1841) p. 137. Ptolemæus VI, 7 τὴν νῆσον κατακεκαυμένην collocat 70° 30′ long.; 15° 20′ lat., inter Cardaminen (16°, h. *Cameran*) et *Aren* (15°, h. *Aroe*). || — 24. συνεχεῖς χῶραι] χῶραι suppl. Stuckius, quamquam aliud quid scripsisse auctorem persuasum est. An οἰκήσεις?

§ 21, l. 27. Μούζα] Muzam emporium plurimi eo fere loco fuisse censent, ubi nunc est *Mokha* (13° 19′ lat.), prope quam etiamnum fundus maris arenosus ancoris jaciendis per est idoneus. Ceterum quum *Mokha* urbs recens admodum sit, in mediterraneis autem 220 fere stadia ab hod. portu distans occurrat *Muza* vicus, in hoc ipso loco stetisse vetus Muzæ emporium, terræque tractum, qui inter vicum et maris litus nunc intercedit, paullatim aggestum esse Niebuhrius et post eum alii censuerunt. Id vero probabile esse jure negare videtur Ritterus XII, p. 771, qui nomen ab emporio deleto ad propinquum locum translatum suspicatur, quum complura ejus rei præsto sint exempla. Sed ne hoc quidem crediderim. Ptolemæus (VI, 7, p. 403) enim Muza emporium ponit 14° lat., unde colligas

..ς εἰς μυρίους δισχιλίους. Τὸ μὲν ὅλον Ἀράβων ναυκληρικῶν ἀνθρώπων καὶ ναυτικῶν πλεονάζει· καὶ τοῖς ἀπ' ἐμπορίας πράγμασι κινεῖται· συγχρῶνται γὰρ τῇ τοῦ πέραν ἐργασίᾳ καὶ Βαρυγάζων ἰδίοις ἐξαρτισμοῖς.

22. Ὑπέρκειται δὲ αὐτῆς ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν πόλις Σαύη, τῆς περὶ αὐτὴν Μαφαρίτιδος λεγομένης χώρας· ἔστι δὲ τύραννος καὶ κατοικῶν αὐτὴν Χόλαιβος.

23. Καὶ μετ' ἄλλας ἐννέα ἡμέρας Σαφὰρ μητρόπολις, ἐν ᾗ Χαριβαὴλ, ἔνθεσμος βασιλεὺς ἐθνῶν δύο, τοῦ τε Ὁμηρίτου καὶ τοῦ παρακειμένου λεγομένου Σαβαΐτου, συνεχέσι πρεσβείαις καὶ δώροις φίλος τῶν αὐτοκρατόρων.

24. Τὸ δὲ ἐμπόριον ἡ Μούζα ἀλίμενον μὲν εὔσαλον δὲ καὶ εὔορμον διὰ τὰ περὶ αὐτὴν ἀμμόγεια ἀγκυροβόλια. Φορτία δὲ εἰς αὐτὴν προχωρεῖ πορφύρα, διάφορος καὶ

hominibus et nauticis refertum, ac mercaturæ rebus occupatur; nam commercia cum ulteriore Libyæ regione et Barygazis exercent, proprias illuc naves expedientes.

22. Supra eam, trium dierum itinere distans, urbs jacet Saue in regione Mapharitide dicta. Tyrannus ibi Sauen urbem incolit Cholæbus.

23. Post alios dies novem sequitur Saphar metropolis, in qua Charibael, legitimus rex gentium duarum, Homeritæ et huic contiguæ Sabaitæ, quæ vocatur, crebris ille legationibus muneribusque amicus Imperatorum.

24. Muza emporium portu quidem caret, commodum vero est sistendis in salo navibus, quum fundum arenosum præbeat jaciendis ancoris. Merces illuc

---

magis quam hod. *Mokha* boream versus esse collocandum, uti fecit Mannertus cum Muza componens hodiernum *Mauschid* vicum. Hunc quidem in mappa Moresbyana non video notatum, sed ejus loco ipsum *Musa* nomen deprehenditur. Distat *Musa* illa a *Mokha* ad 230 stadia. || — 1. μυρίους δισχιλίους] Inde a Berenice usque ad Muzam linea recta ne octies quidem mille stadia sunt. Sin oram legeris a Muza ad *Haura*, et hinc Berenicen trajicias, major sane stadiorum numerus (circa 10,000), vel sic tamen eo quem Periplus exhibet multo minor colligitur. In errorem duxisse videtur tempus ingens quod navigationi insumere solebant. Certe Plinius VI, 26 § 104 : *Navigare incipiunt* (sc. a Berenice) *æstate media ante canis ortum aut ab exortu protinus, veniuntque circiter trigesimo die Ocelim Arabiæ aut Canen thuriferæ regionis. Est etiam portus qui vocatur Muza, quem indica navigatio non petit, nec nisi thuris odorumque Arabicorum mercatores. Intus oppidum, regia ejus, appellatur Sapphar, aliudque Save.* Hæc et quæ sequuntur apud Plinium, e Periplo aliquo hausta sunt, qui nostro erat simillimus. || — 2. πλεονάζει· καὶ... πράγμασι] πλεονάζον δὲ καὶ... πράγματα codex; em. Fabricius. Schwanbeck. conj. : τὸ μὲν ὅλον Ἀράβων ν. α. κ. ναυτικῶν πλέον, πλεονάζει δὲ καὶ οἷς ἀπ' ἐμπ. [τὰ] πράγματα κεῖται. || — 3. τῇ τοῦ πέραν ἐργ.] De Barbariæ et Azaniæ emporiis cogita. || -- 6. Σαύη] *Save* Plinius l. l. Ptolemæus VI, 7, p. 411 : Σαύη βασίλειον, 76° long. 13° lat., adeo ut 500 fere stadiis meridiem et orientem versus a Muza distet. Intervallum et viæ directio quadrant si a *Musa* (non item si a *Mokha*) proficisceris ad *Taæs* urbem (13° 34′ sec. Niebuhr.), prope *Sabber* montem. De ea urbe, sæc. XII-XIV regia sedes dynastiæ *Beni Besul*, vide Niebuhr. *Arabien* p. 240 sqq., Ritter. XII, p. 781 sqq. || — 6. Μαφαρίτιδος] Μαφαρτίδος codex; em. Salmasius. Supra § 16 legitur ὁ Μοφαρείτης τύραννος et § 31 τῷ Μαφαρείτῃ τυράννῳ. Ptolemæus quoque VI, 7 Μαφορῖται (sic) juxta Σαπφαρῖτας recenset. Nomen regionis superstes esse videtur in hodierno *Mharras* monte, quem a *Taæs* urbe orientem et boream versus notat Berghausius. || — 7. τύραννος] Cf. not. ad § 1. Regum præfectos sive *sheiks* in Arabia sæpenumero rebelles sua sibi imperia constituisse constat. Idem fecisse Cholæbum (*Chaleb* arabice) cur credamus, nihil video, quum mercatores Muzam adeuntes non modo Cholæbo sed etiam Charibaeli regi dona destinarent. || — 8. Σαφὰρ μητρόπολις] ἀφὰρ. cod.; em. editt. Plinio l. l. *Sapphar*, item Ptolemæo VI, 7 : Σαπφὰρ μητρόπολις (78° long. 14° lat.). Eandem Τάφαρον dicit Philostorgius H. Eccl. III, 4 p. 478, ubi de Theophilo a Constantio ad Sabæos sive Homeritas misso : Τῶν δὲ ἐκκλησιῶν μίαν μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει τοῦ παντὸς ἔθνους Τάφαρον ὀνομαζομένῃ καθιδρύσατο (aliam exstruxit in Adane emporio). Cf. Stephanus : Τάρφαρα, οὐδετέρως, πόλις τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν γ'. Hodie *Dhafar* (sic Niebuhr *Beschreibung Arabiens* p. 236. 290. *Reise* I, p. 400) sive *Dsoffar* sive *Zafar* (Seetzen in *Monatl. Correspondenz.* tom. XXVIII, p. 228); *Sifar* vel *Difar* in geographia seu *Dschihannuma* Turcæ geographi Hadschi Chalfa; *Dhofar* ap. Edrisium I, p. 148 : « Dhofar est la capitale du district de Jahsseb. C'était autrefois une des villes les plus considérables et les plus célèbres. Les rois de l'Iémen y faisaient leur résidence et on y voyait les palais de Zeidan. Ces édifices sont maintenant en ruines et la population a beaucoup diminué. Toutefois, les habitants ont conservé quelques débris de leurs anciennes richesses, etc. » Abulfeda Arab. descript. p. 30 duo ejusdem nominis urbes confundit. V. Ritter. XII, p. 259. Veteris urbis et palatii ruinæ in iisque inscriptiones himjariticæ exstant non longe ab hod. *Jerim* (14° 30′ sec. Niebuhr.). || — 8. καὶ μετ' ἄλλας ἐννέα ἡμέρας] Secundum Peripli verba a Saue ad Sapphar novem dierum iter erat; Niebuhrius eandem viam per montana ducentem sex diebus confecit. Suspiceris itaque novem Peripli dies potius a Muza ad Sapphar numerandos esse. || — 9. Χαριβαὴλ] Nomen hoc non occurrit inter reges Himjaritarum quos aliunde novimus. Apud Ptolemæum hæc regio dicitur Ἐλισάρων (a rege ejus nominis). || — 10. Inter Homeritam et Sabaitam regionem ita distinguere auctor videtur, ut illa Sapphar habeat regiam, Sabaita autem ab oriente sit contermina cum Saba (*Mareb*) metropoli. Sabæos juxta Homeritas recenset etiam Uranius ap. Steph. Byz. v. Χατραμωτῖτις. Pro Σαβαΐτου codex Σαβαείτου.

χυδαία, καὶ ἱματισμὸς Ἀραβικὸς χειριδωτὸς, ὅ τε ἁπλοῦς καὶ ὁ κοινὸς, καὶ σκοτουλάτος καὶ διάχρυσος, καὶ κρόκος καὶ κύπερος καὶ ὀθόνιον καὶ ἀβόλλαι καὶ λώδιχες οὐ πολλαὶ, ἁπλοῖ τε καὶ ἐντόπιοι, ζῶναι σκιωταὶ καὶ μύρον μέτριον καὶ χρῆμα ἱκανὸν οἶνός τε καὶ σῖτος οὐ πολύς. Φέρει γὰρ καὶ ἡ χώρα πυρὸν μετρίως καὶ οἶνον πλείονα. Τῷ δὲ βασιλεῖ καὶ τῷ τυράννῳ δίδονται ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι νωτηγοὶ καὶ χρυσώματα καὶ τορνευτὰ ἀργυρώματα καὶ ἱματισμὸς πολυτελὴς καὶ χαλκουργήματα. Ἐξάγεται δὲ ἐξ αὐτῆς ἐντόπια μὲν, σμύρνα ἐκλεκτὴ καὶ στακτὴ * ἀβειρμιναία, λύγδος καὶ τὰ ἀπὸ τῆς πέραν Ἀδουλὶ προειρημένα φορτία πάντα. Πλεῖται δὲ εἰς αὐτὴν εὐκαίρως περὶ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, ὅς ἐστι Θώθ· οὐδὲν δὲ κωλύει κἂν τάχιον.

25. Μετὰ δὲ ταύτην ὡσεὶ τριακοσίους παραπλεύσαντες σταδίους, ἤδη συνερχομένης τε τῆς Ἀραβικῆς ἠπείρου καὶ τῆς πέραν κατὰ τὸν Αὐαλίτην Βαρβαρικῆς χώρας, αὐλὼν ἐστιν οὐ μακρὸς, ὁ συνάγων καὶ εἰς στενὸν ἀποκλείων τὸ πέλαγος, οὗ τὸν μεταξὺ πόρον ἑξήκοντα σταδίων μεσολαβεῖ νῆσος ἡ Διοδώρου· διὸ καὶ ῥοώδης, καταπνεόμενος ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν, ἐστὶν ὁ κατ' αὐτὴν διάπλους. Κατὰ τοῦτον τὸν ἰσθμὸν παραθαλάσσιός ἐστιν Ἀράβων κώμη τῆς αὐτῆς τυραγ-

importantur purpura tum pretiosior tum vilior, vestes Arabicæ manicatæ, et simplices et communes et scutulatæ et auro pertextæ, porro crocus, cyperus, othonium, abollæ, lodices haud multæ, tum simplices tum ad morem illius loci factæ, zonæ umbratiles, unguenti copia mediocris, pecuniæ satis magna, vini et frumenti haud multum; ipsa enim regio mediocrem tritici et majorem vini fert copiam. Regi autem et tyranno dantur equi, muli clitellarii, vasa aurea et argentea cælata, vestes pretiosæ, supellex ænea. Exportantur inde quæ ibi nascuntur myrrha eximia et stillata, *et Gabiræa et Minæa,* porro lygdus et quæ ex Aduli in transfretana feruntur merces supra memoratæ omnes. Navigatur in Muzam opportunissimo tempore circa mensem Septembrem sive Thoth; nihil tamen obstat quin citius etiam.

25. Hinc si per trecenta fere stadia oram prætemavigaveris, coeunte jam Arabica continente cum objecta ad Avaliten sinum regione Barbarica, fretum est haud ita longum pelagusque in arctum coercens, cujus intermedium transitum, sexaginta illum stadiorum, Diodori insula intercipit. Unde fit ut fluxuosus sit, perflatus scilicet ex adjacenti montium jugo, juxta eam trajectus. Ad has igitur angustias maritimus est Arabum vicus ejusdem tyrannidis, Ocelis, non tam empo-

---

§ 24, l. 2. σκοτουλάτος] Est *scutulata vestis* Latinorum. Cf. Joan. Lyd. De magistr. I, 10 p. 24: σκουτλᾶτα τὰ ἰσχνά τε καὶ στεγνὰ καὶ κοῦφα τῶν ἐσθημάτων καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι. Vox σκούτλωσις a Ducangio ex Herone citatur. || — 3. κύπερος], quod non est in κύπειρος mutandum, quum κύπερος apud seriores Græcos usu tritum sit. Est *juncus odoratus,* de quo multa Salmasius in Plin. Exerc. p. 703 sq. et in Homonym. hyles iatricæ p. 703. V. Plin. XXI, 18. || — 3. λώδιχες] Ea vocis forma an aliunde nota sit, quæro. Vocem λωδίκιον eodem sensu Ducangius citat ex Epiphanio Contr. Meletianos, ubi: ἱμάτιον ἐκπετάσας, τουτέστι λωδίκιον εἴτε οὖν πάλλιον. || — 4. σκιωταὶ] *zonæ variis coloribus adumbratæ.* Aliunde non nota vox. Σκιαστοὶ ea significatione legitur in Zosimo Panopl. ms., citante Ducangio v. σκιάστριαι. Idem fort. n. l. reponendum. || — 8. ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι] Carebat iis Arabia meridionalis, ut ex Eratosthene tradit Strabo XVI, p. 768. || — 11. στακτὴ] De myrrha stillata sive de liquore oleaceo, qui ex incisa myrrha arbore destillat, v. Theophrast. De odor. c. 29, Hist. Pl. IX, 4; Dioscor. I, 74; Polybius XIII, 9, 5; Athen. V, p. 194, B; Solinus c. 33; Ovid. Met. IX, 499, et a Theophrasto ceterisque dissentiens Plinius XII, 15. Salmasius Exerc. Pl. p. 367. || — ἀβειρμιναία] Hæc vox non jungenda cum στακτὴ, sed aliud myrrhæ genus indicat, ut colligas e Dioscoride I, 17: καὶ λέγεται αὐτῆς (sc. τῆς σμύρνης) ἡ μέν τις πεδιάσιμος λιπαρὰ, ἧς πιεζομένης ἡ στακτὴ λαμβάνεται, ἡ δέ τις Γαβιραία λιπαρωτάτη. Patet eandem indicari n. l. voce ἀβειρ, quod videtur corrigendum in γαβειρ (*wadi Gabir* occurrit in *Oman* regione. V. Ritter XII, p. 560), cujus nominis locus in Minnæorum regione fuerit, si recte habet vox ἀβειρμιναία. Dubitare enim licet, an non duo potius genera Γαβιραία et Μιναία male in unum sint conflata; nam σμύρνα Μιναία distinguitur ap. Dioscoridem (ubi vulgo Ἀμινέα perperam), memoratur vero etiam ap. Hippocrat. p. 631, 66 (ubi ἄχρητος σμύρνα ab loco Arabiæ Μιναία vocari dicitur) et Galen. κατὰ τοπ. p. 232, 26 ed. Bas. Salmasii conjecturam pro ἀβειρμιναία leg. esse σμυρναία, respuimus. || — 11. λύγδος] De voce cf. Suidas v. λύγδινος, Hesych. s. v. et Diodor. II, 52 ubi: διόπερ οὔτε ἡ Παρία λύγδος οὔτ' ἄλλη θαυμαζομένη πέτρα τοῖς Ἀραβίοις λίθοις ἐξισωθῆναι δύναται. Ni fallor, legendum est.... ἡ Παρία λίθος (uti est in duobus codd.)... τοῖς Ἀραβίοις λύγδοις. De Arabico hoc marmoris (vel alabastri) genere Plinius XXXVI, c. 8: *Lygdinos in Tauro repertos amplitudine qua lances craterasque non excedant, antea ex Arabia tantum advehi solitos, candoris eximii.* Cf. Salmasius Exercc. Plin. p. 394. || — 14. ὅς ἐστι] Supra legimus ὅ ἐστι; utrumque licet.

§ 25, l. 16. ὡσεὶ τριακοσίους] Hæc pertinent a *Musa* usque ad *Mokha* et paullo ultra, sive usque ad terminum sinus in quo *Musa* jacet, et post quem, coarctato jam mari, litus Arabicum rectà ad fauces usque extenditur. || — παραπλεύσαντες] Pro nominativo absoluto malim ex usu scriptoris παραπλευσάντων vel παραπλεύσαντι. || — 21. ἑξήκοντα σταδίων] Diodori insula (h. *Perim*), quam Plinius quoque, Ptolemæus, Agathemerus et Geogr. Ravenn. memorant, ab Arabica ora 40 fere stadiis distat, ab opposito in Libya *Ras Bir* stadiis 100 (sec. mapp. Moresb.). Sexaginta stadia cum Nostro produnt Strabo

νίδος Ὄχηλις, οὐχ οὕτως ἐμπόριον ὡς ὅρμος καὶ ὕδρευμα καὶ πρώτη καταγωγὴ τοῖς ἔσω διαίρουσι.

26. Μετὰ δὲ Ὄχηλιν, ἀνοιγομένης πάλιν τῆς θαλάσσης εἰς ἀνατολὴν καὶ κατὰ μικρὸν εἰς πέλαγος ἀποφαινομένης, ἀπὸ σταδίων ὡς χιλίων διακοσίων ἐστὶν Εὐδαίμων Ἀραβία, κώμη παραθαλάσσιος, βασιλείας τῆς αὐτῆς Χαριβαὴλ, τοὺς ὅρμους μὲν ἐπιτη-

rium quam statio et aquatio primumque intus trajicientibus diversorium.

26. Post Ocelin, aperiente se rursus mari versus orientem, paullatimque in pelagus abeunte, mille ducentorum fere stadiorum intervallo est Eudæmon sive Felix Arabia, pagus maritimus, ad regnum ejusdem Charibaelis pertinens, qui navium stationes commodas et

---

p. 769, Agathem. I, 3 et Plinius VI, 33 (7500 pass.). Cf. not. ad Agatharch. § 79 p. 165. ‖ — 1. Ὄχηλις] Strabo p. 769 ex Artemidoro novit *Acilam* promontorium : τὸ ἀντικείμενον ἐκ τῆς Ἀραβίας ἀκρωτήριον τῇ Δείρῃ καλεῖσθαι Ἀκίλαν. *Emporium Acilam* habet Plinius VI, s. 32 § 151 : *Flumen Museros, portus Laupas* (*Wadi Abass?*), *Scenitæ Sabæi, insulæ multæ, emporium eorum Acila, ex quo in Indiam navigatur.* Idem VI, 26 § 104 : *Indos petentibus utilissimum est ab Oceli egredi.* Ptolemæus post Muzam (14° lat.) memorat Σωσίππου λιμένα 13° (ad hod. *Mokha?*), Ψευδόκηλιν 12° 30′ (ad *Zee hill* in mapp. Moresb.?), Ὄχηλιν ἐμπόριον 12° et Παλίνδρομον ἄκραν 11° 40′. Denique *Bulikas* portus, a quo Homeritas in Adulin solvere dicit Procop. B. Pers. I, 19, ab Oceli non videtur esse diversus. D'Anvillius vetus nomen superesse monet in recentiori *Ghela* portu, quod nomen non deprehenderunt Angli, qui primi accuratius hunc tractum lustrarunt (V. J. Bird in *Journal of the Roy. geogr. soc. of London*, 1834, tom. IV, p. 200. Haines ib. 1839. tom. IX, p. 126). Ceterum dubium non est, quin Ocelis sita fuerit prope alterum ex duobus maris recessibus parum profundis, in quos etiam nunc nautæ objecta ex Africa transjicientes solent appellere. Adjacet iis *Djebel Manhali* (12° 41′ 10″ lat.; 43° 32′ lat. Greenw.); pone eum *Djebel Heikah* et *Dj. Turbah*, quorum hic aliquas habet ruinas, fortasse ad Ocelin pertinentes.

§ 26, l. 6. Εὐδαίμων Ἀραβία] hod. *Aden* (12° 46′ 15″ lat., 45° 10′ 20″ long. gr.), quæ ex alto venientibus insula esse videtur. Sita enim in celsis abruptisque saxis, quæ perhumili et tenuissima tænia junguntur continenti. Locum inexpugnabilem fere Haines (*Journal.* l. l. IX, p. 135) alterum vocat *Gibraltar.* Ipsa natura hunc designavit itineris terminum magnis Indorum navibus, quibus per fauces sinus Arabici penetrare et longum et periculosum erat. Supersunt veteris emporii vestigia, inter eaque aquæductus ruinæ. Vide præter Heinium R. Forster *Topographical and general description of the cap of Aden* in *Proceedings of the Bombay geogr. soc.* 1839 p. 15 sqq.; Malcolmsen. *Account of Aden*, in *Journ. of the roy. Asiat. soc. of Gr. Brit. and Ireland.* 1845. I, p. 279-392; Ritter. XII, p. 677. Nulla emporii mentio apud Plinium, nisi forte cum Reichardo (*Kl. geogr. Schrift.* p. 472) locum *Athenas* dici putes in hisce (VI, 32) : *Murannimal juxta flumen per quod Euphratem emergere putant, gentes Agræi et Ammonii, oppidum Athenæ*, vel cum Mannerto statuas *Attanas* vocari VI, 32, ubi ita : *Homnæ et Attanæ* (vgo *Athanæ*), *quæ nunc oppida maxime celebrari a Persico mari negotiatores dicunt.* Neutro loco quum de nostro tractu sermo sit, vis sententiarum illarum in fallaci sonorum aucupatione residet. Aliam Mannerti opinionem, ex qua *Aden* esset *Eden* apud Ezechiel prophetam jure respuit Ritterus XII, p. 245. Denique Ἄδανα Arabiæ urbs mediterranea, quam ex Uranio Stephanus laudat, ad Aden urbem inter *Zebid* et *Sanaa* sitam (Edrisi I, p. 50), non vero ad nostrum emporium, referenda est. Apud Ptolemæum μετὰ τὰ στενὰ memoratur Ποσείδειον ἄκρον 75° long., Σανίνα πόλις 75° 30′, Κακουβάθρα ὄρος 76° 15′, Μαδόκη πόλις 77°, Μαρδάχη πόλις 78°, Λέες κώμη 78° 50′, Ἀμμωνίου ἀκρωτήριον 79° 20′, Ἀραβία ἐμπόριον 80°, Ἀγμανίσφη κώμη 80′ 40′, Μέλαν ὄρος 81° 30. Ex his Madocen respondere Eudæmoni Arabiæ Peripli censent Mannertus et Reichardus, quia utriusque loci eadem sit ab ostio sinus Arabici distantia. Quod argumentum justo pondere caret. Dicendum erat Eudæmonem Arabiam a Ptolemæo simpliciter dici Ἀραβίαν ἐμπόριον; distantiam vero qua Arabia ab Oceli separatur, tribus fere gradibus esse justo Peripli numero majorem; recte autem cum Periplo exputari distantiam, quæ est ab Arabia ad Canen emporium (bis mille stadiorum et ultra sec. Peripl.; 4 graduum sec. Ptol.). Nam dissensum Ptolemæi in priore distantia quærendum esse, præter nomen Ἀραβία ἐμπόριον probat etiam quod non multo post Arabiam ponitur Μέλαν ὄρος; id enim aperte est *Black point* in mappis recentioribus dimidio fere gradu ab *Aden* chersoneso dissitum. — Emporium Nostri tempore ad vici exilitatem redactum vel Ptolemæi ætate, ut videtur, reflorescere cœperat. Constantini temporibus pristinam celebritatem aliquatenus recuperaverat, ut colligis e Philostorg. Hist. Ecc. III, 5 p. 478 : Ἑτέραν δὲ (sc. ἐκκλησίαν Θεόφιλος καθιδρύσατο), ἐν ᾧ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐμπόριον ἐτύγχανεν, ἔξω πρὸς τὸν ὠκεανὸν τετραμμένον· καλοῦσι δὲ τὸ χωρίον Ἀδάνην· ἔνθα καὶ τοὺς ἐκ Ῥωμαίων ἀφικνουμένους ἔθος ἦν καθορμίζεσθαι. Inter Arabes geographos v. Isztachri p. 13 vers. Mordtmannianæ, qui de *Aden* emporio : Majores quidem, inquit, *Yémen* urbes habet, celebriorem vero nullam. Edrisi I, p. 51 : « La ville d'Aden est petite, mais renommée à cause de son port de mer, d'où partent des navires destinés pour le Sind, l'Inde et la Chine » ; Abulfeda Descr. Arab. p. 27 sqq. ed. Rommel; Ebn-Batuta p. 55. Cf. Ritter. XII, p. 242 sqq. Græci mercatores in fortunatissimum Felicis Arabiæ emporium nomen Εὐδαίμων Ἀραβία lusu quodam transtulisse videntur; ansam rei præbuerit *Aden* nomen Arabicum, quod sensim abiit in Εὐδαίμων. Ac notandum est § 27 codicem præbere Εὐδαίμονος Ἀραβικῆς. Ceterum cf. Mela III, 8 : *Cana et Arabia;* Jul. Honor. p. 699 : *Arabia oppidum.* Æthicus p. 707 : *Eudæmona.* ‖ — 7. Χαριβαὴλ, τοὺς] Χαριβάηλτος. cod.; em. Huds.

δείους καὶ ὑδρεύματα γλυκύτερα [καὶ] κρείσσονα τῆς Ὀκήλεως ἔχουσα, ἤδη δὲ ἐν ἀρχῇ κόλπου κειμένη τῷ τὴν χώραν ὑποφεύγειν. Εὐδαίμων δ' ἐπεκλήθη, πρότερον οὖσα πόλις, ὅτε, μήπω ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐρχομένων μηδὲ ἀπὸ [τῆς] Αἰγύπτου τολμώντων εἰς τοὺς ἔσω τόπους διαίρειν, ἀλλ' ἄχρι ταύτης παραγινομένων, τοὺς παρ' ἀμφοτέρων φόρτους ἀπεδέχετο, ὥσπερ Ἀλεξάνδρεια καὶ τῶν ἔξωθεν καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου φερομένων ἀποδέχεται. Νῦν δὲ οὐ πρὸ πολλοῦ τῶν ἡμετέρων χρόνων Καῖσαρ αὐτὴν κατεστρέψατο.

27. Ἀπὸ δὲ τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβικῆς ἐκδέχεται συναφὴς αἰγιαλὸς ἐπιμήκης καὶ κόλπος ἐπὶ δισχιλίους ἢ πλείονας παρήκων σταδίους, Νομάδων τε καὶ Ἰχθυοφάγων κώμαις παροικούμενος, οὗ μετὰ τὴν προέχουσαν ἄκραν ἐμπόριόν ἐστιν ἕτερον παραθαλάσσιον, Κανή, βασιλείας Ἐλεάζου, χώρας λιβανωτοφόρου,

aquationes dulciores et præstantiores quam Ocelis habet. Situs jam est in initio sinus, quam ora refugiat. Felicis vero cognomen nactus est, quum prius urbs fuisset, quando, nautis nondum ex India in Ægyptum proficiscentibus, neque ex Ægypto in interioris maris loca trajicere conantibus, sed nonnisi ad hanc usque urbem venientibus, ab utrisque merces recipiebat, quemadmodum Alexandria et externas merces et quæ ex Ægypto afferuntur, recipit. Nunc vero non ita multo ante nostra tempora Cæsar (*Elisar?*) eam urbem destruxit.

27. Eudæmonem Arabicam continuo excipit litus longe porrectum et sinus ad bis mille vel plura etiam patens stadia, qui Nomades et Ichthyophagos in vicis habet accolas. Ejus post proeminens promontorium est aliud emporium maritimum, Cane, ad regnum pertinens Eleazi in regione thurifera. Et ad-

---

1. ὑδρεύματα] Rivi in hac peninsula nulli, sed putei saxis incisi sunt aquæ egregiæ copiam suppeditantes. Præterea aquæductus rudera supersunt. || — 1. καὶ supplevit Hudsonus || — 3. ὑποφεύγειν] audacius dictum pro ὑποχωρεῖν, quo uti Noster solet, et quod hoc quoque loco reponi voluit Schwanbeck. || — 5. τῆς] inserui. || — 10. Καῖσαρ] Hoc de Trajano, qui Arabiam fecerit provinciam, intelligi voluit Dodwellus. Quod admitti nequit (v. supra not. § 19). Mannertus V, I, p. 161 de Ælii Galli expeditione sub Augusto imp. cogitavit. Vincentus denique ad Claudii tempora rem refert, nitens Plinio, qui tradit hæc VI, 24: *Nobis diligentior notitia* (Taprobanes ins.) *Claudii principatu contigit, legatis etiam ex ea insula advectis. Id accidit hoc modo. Anni Plocami, qui maris Rubri vectigal a fisco redemerat, libertus circa Arabiam navigans aquilonibus raptus præter Carmaniam, decimo quinto die Hippuros portum ejus invectus*, etc. Ex his igitur colligit Claudii temporibus potestatem Romanorum etiam in Oceani portus prolatam esse, et ducem aliquem imperatoris Adanen diruisse, ut, sublato hoc emporio Arabico, commodis commerciorum Romanorum consuleret. Eundem Vincentum Leucæ comæ Romanum præsidium et vectigalium perceptorem imponere supra (§ 19) jam monuimus, quamquam neque historia neque verba Peripli ejusmodi quid suppeditent. Jam quod Plinii locum attinet, nihil ad rem facit Plocami libertum quendam in Oceano navigasse, quum de consilio ejus navigationis nihil constet; vectigalia autem quæ Plocamus redemerat, nonnisi portuum Ægyptiorum ad sinum Arabicum esse poterant, siquidem putare licet rerum Romanarum scriptores, si aliter res haberet, tantum potentiæ Romanæ incrementum non fuisse alto pressuros silentio. Multo etiam confidentius contenderis unam istam Peripli vocem non ejus esse momenti ut hinc proficiscens refingere historiam ac negligentiæ historicos accusare prudentior aliquis audeat. Nam si recte illud Καῖσαρ habet, nihil aliud inde colligere licet, nisi ducem aliquem Romanum ex Ægypto profectum diruisse emporium vel ut injurias mercatoribus Romanis illatas ulcisceretur, vel quod sic Indos nautas in Ægypti emporia se allecturum putaret. Tale quid sub quovis imperatore inde ab Augusto usque ad Nostri fere tempora accidere poterat. Sed hoc quoque est cur addubitem. Qui enim fit ut Peripli auctor, qui de imperatoribus Romanis modo utebatur αὐτοκρατόρων voce, nunc καῖσαρ vocabulum usurpet? Cur tam vagum in modum tali verbo rem significarit? Nonne mendam hic quoque libri corruptissimi locus traxerit? Tanto facilius crediderim, quo lenior offertur emendatio. Pro ΚΑΙΣΑΡ fuisse suspicor ΕΛΙΣΑΡ. *Elisar* et *Ilisar* ejusdem nominis sunt varietates ap. Strabonem et Ptolemæum obviæ. Strabo XVI, p. 782 narrat Ælium Gallum occupasse Athralla et Marsyabas (v. Noel des Vergers *Arabie* p. 59), urbes Rhambanitarum (sic codd. Str. optimi; Ῥαβανιτῶν sec. Ptol. VI, 7), οἳ ἦσαν ὑπὸ Ἰλασάρῳ (*Dhoul-Azhar* seu *Dhil-Azhar, Afrikis* regis successor, sec. Noel Desvergers *Arabie* p. 58). Ptolemæus *Elisaros*, a regis nomine sic dictos, in ea regione memorat, quæ in Periplum Charibaeli subjecta est. Noster denique auctor sua ætate regem terræ thuriferæ dicit *Eleazum*, quod nomen nonnisi alia forma nominis *Elisar* sive *Ilisar* esse videtur. In Elisaris regno sita erat *Cane*, maximum in hac Arabiæ ora emporium, quod ad eximiam istam felicitatem, ex conjectura nostra, Eleasar eo adduxisse videtur, quod vicini regni emporium, Eudæmonem Arabiam, destruxit. Præterea magnam fortasse ejus regni partem sibi per tempus aliquod subjecit, siquidem Ptolemæus Elisaros memorat in regione, quæ Peripli ætate Charibaeli parebat. Hoc si est, statuendum foret fontem ex quo Ptolemæus Arabiæ oræ descriptionem sumsit, nostro periplo antiquiorem esse.

§ 27. Εὐδαίμονος Ἀραβικῆς] § 26 est Εὐδαίμονος Ἀραβίας. Quæ quidem fluctuatio ex ipsa denominationis hujus origine explicari possit, nisi sphalma librarii subesse mavelis. || — 14. Ἰχθυοφάγων παροικούμενος] παροικουμέναις codex. Possis etiam Ἰχθ. [ἐν] κώμαις παροικουμένων. || — 17. Κανή] Cf. Plinius VI, 23: *Cane thuriferæ regionis*, et Ptolemæus l. l qui Ἀραβίαν ἐμπό-

καὶ κατ' αὐτὴν ἔρημοι νῆσοι δύο, μία μὲν ἡ τῶν Ὀρνέων, ἡ δ' ἑτέρα λεγομένη Τρούλλας, ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι τῆς Κανῆς. Ὑπέρκειται δὲ αὐτῆς μεσόγειος ἡ μητρόπολις Σαββαθά, ἐν ᾗ καὶ ὁ βασιλεὺς κατοικεῖ. Πᾶς δὲ ὁ γεννώμενος ἐν τῇ χώρᾳ λίβανος εἰς αὐτὴν ὥσπερ ἐκδοχεῖον εἰσάγεται καμήλοις τε καὶ σχεδίαις ἐντοπίαις δερματίναις ἐξ ἀσκῶν καὶ πλοίοις.

verso ejus duæ jacent insulæ desertæ, quarum altera Orneôn sive Avium, altera vocatur Trullas, stadia centum viginti a Cane distantes. Superjacet Canæ in mediterraneis Sabbatha metropolis, quæ etiam regis sedes est. Omne autem quod nascitur in hac regione thus in Canen tanquam receptaculum partim camelis infertur, partim ratibus pro loci more pelliceis ex utri-

ριον ponit 80°, Κανὴν ἐμπόριον καὶ ἄκραν 84°, quæ distantia cum Peripli computu bene concinit. Inter utrumque emporium memorantur : Ἀγμανίσφη κώμη 80° 40′, Μέλαν ὄρος 80° 30′, Ἀβίσαμα πόλις 82°, μέγας αἰγιαλός 82° 30′, Μάδα κώμη 83°, Ἐρίσθη πόλις 83° 40′, μικρὸς αἰγιαλός 83° 40′. Priscas vv. dd. de Cane opiniones mittere licet, quum nulla nitantur accuratiore locorum cognitione, quæ nuper demum Angli explorarunt. Quodsi igitur per 2000 stadia ab *Aden* præternavigamus, in sinum pervenimus *Ghubbet-Ain-Bai* dictum, quem ab occasu *Ras el Kosseir* definit, ab ortu *Ras el Asidah*. Pone hoc siti sunt portus nonnulli, inter quos principem locum obtinet *Bender Hissn Ghorab* (i. e. portus arcis corvorum), 13° 59′ 20″ lat., 45° 24′ 30″ long. Greenw. Paucis a portu stadiis dissita *Halani* insula; longius versus meridiem distat insula altera, quam oræ accolæ *Sikkah*, nautæ *Djibus* (quod lyræ indicæ formam refert) vocare solent; hæc in 450 pedum altitudinem assurgens superficiem planam habet albamque, stercore (*guano*) scilicet avium, quarum innumera ibi multitudo a remotis inde seculis degit. Igitur *Sikkah* est Ὀρνέων νῆσος; unde sequitur *Halani* esse Τρούλλαν, Κάνην quærendam esse in portu *Hissn Ghorab*, qui natura sua et ruinis et inscriptionibus Himjariticis vetus et insigne olim emporium prodit luculentissime (V. Wellsted *Travels* II, p. 421 sqq. Idem in *Journal of the Asiat. soc. of Bengal* 1834 vol. III, p. 554 sqq. Haines l. l. tom. IX, p. 147). Portus ab omni vento tutus; superjacet saxum nigrum colore, 500 pedes altum, præruptum, ab una tantum parte accessum, arenarum tæniâ quasi isthmo adhærens continenti; via saxis incisa, initio suo castellis munita, ducit in verticem, ubi turris assurgit quam e longinquo nautæ seu pharum prospectant. Ruinæ domuum, murorum, turrium in ipso monte et ad latera ejus sparsæ. Inscriptionem satis amplam saxo lævigato insculptam vide ap. Wellsted II, p. 424, et interpretationis tentamen ap. Rœdiger in version. germ. operis Wellstediani t. II, p. 355 et hinc ap. Ritter. XII, p. 319. Quem locum Cane in commerciis Indicis olim obtinebat, nunc in eodem tractu tenet *Makalla*. || — Ἐλεάζου] Nomen *Elisarus* vel *Eleazus* arabice fuisse *Ascharides* vel *Alascharissoun* censet Fresnel *Lettres sur la géogr. de l'Arabie*, in *Journal Asiatique*, t. X, p. 191. || — 2. Τροόλλας] Insulam hujus nominis non novit Ptolemæus, sed *Trulla* portum post Canen memorat, ora a Cane boream versus flectente ita ut Cane et Trulla eidem longitudinis gradui assignentur. Ὀρνέων insula eo nomine item ignorat Ptolemæus, sed eadem fuerit cum Τρητῇ insula (86° 30 long. 12° lat.), quam pro more suo longius in oceanum removet. || — 4.—Σαββαθά] Σαυβαθὰ margo. Cf. Plinius VI, 32, § 155: *Pars eorum* (Sabæorum) *Atramitæ, quorum caput Sabota*. Ptolemæus VI, 7, p. 411 : Σάββαθα μητρόπολις 77° long. 16° 30′ lat., adeo ut a Cane distet 3000 fere stadia. Locus urbis indicari accuratius nequit, quod nemo hucusque in eam regionem penitius penetravit. Wellstedius ab ora in qua *Hissn Ghorab* sita est, per *Wadi Meifah* (cf. Μαϊφὰθ κώμην in ora 84° 20′ long. 13° lat. et Μαίφα μητρόπολις 83° 25′ long., 15° lat.) in mediterranea profectus, post unius diei et dimidiæ iter in regione cultissima locum invenit *Nakab el Hadschar* dictum, ruinis illustrem veteris Himjaritarum urbis, quæ in valle fertili collem leviter bifidum coronabat, structuris solidissima, muro peralto e quadratis marmoris nigricantis lapidibus egregie munita, inscriptionibus veterem Himjaritarum sedem prodens manifesto. In universum summa videbatur esse cum Canæ ruinis similitudo, nec dubitari potest mediterraneum ibi exstitisse emporium, a quo per *Meifah* vallem via ducebat ad Canen portum maritimum. Ne Sabbatha urbem fuisse putemus distantiarum ratione apud Ptolemæum impedimur. Huc accedit quod ab indigenis Wellstedius accepit alias haud minoris urbis ruinas post tridui iter prope *Esán* vicum occurrere. Forsan hic quærenda Sabbatha, fortasse ne hic quidem. Si licet, tu videas. || — 6. εἰς αὐτὴν] εἰς Κανήν sc. Id non monerem, nisi nonnulli verba referrent ad *Sabbatha* urbem, quam esse Sabam (*Mareb*) putant, ad lacum sitam ideoque, ut opinantur, navigiis accessam. Ceterum antequam in portum thus deportaretur, in metropolim convehebatur, siquidem ita habet Plinius XII, 32 : *Thus collectum Sabota camelis convehitur, porta ad id una patente. Digredi via capitale leges fecere. Ibi decimas deo, quem vocant Sabin, mensura, non pondere, sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet. etc.* || — 7. σχεδίαις.. δερματίναις ἐξ ἀσκῶν] Cf. Agatharchid. § 101, p. 189. Inde gentem Ascitarum nomen habere tradit Stephanus Byz. : Ἀσκῖται, ἔθνος παροικοῦν τὸν Ἰνδικὸν κόλπον καὶ ἐπὶ ἀσκῶν πλέον, ὡς Μαρκιανὸς ἐν τῷ Περίπλῳ αὐτοῦ· « παροικεῖ αὐτὸν ἔθνος καὶ αὐτὸ καλούμενον Σαχαλιτῶν (sic Meineke; Ἀσχαλιτῶν codd.)· ἔτι μὴν καὶ Ἀσκιτῶν ἕτερον ἔθνος [ἐπὶ ἀσκῶν πλέον suppl. Mein.]. » Ptolem. VI, 7, § 26 : Παρὰ δὲ τὸν Σύαγρον τὸ ὄρος μέχρι θαλάσσης Ἀσκῖται. Juba ap. Plin. VI, 34 : *Quin et commercia ipsa ex insulis infestant Arabes Ascitæ appellati, quoniam bubulos utres binos sternentes ponte piraticam exercent sagittis venenatis*. Schol. ad Ptol. VI, 7, § 11 : Σαχαλιτῶν] οἱ ἐν τῷ Σαχαλίτῃ κόλπῳ, ἐν ᾧ κολύμβησις πινικοῦ, ἐπὶ ἀσκῶν διαπλέουσι. Neque tempus istos erudivit; nam eandem navigandi rationem ad Oman regionis oram et prope *Cap Isolette* vidit Wellsted (*Voy. to the coast of Arabia* in *Travels to the*

Ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ σύγχρησιν τῶν τοῦ πέραν ἐμπορίων, Βαρυγάζων καὶ Σκυθίας καὶ Ὀμάνων καὶ τῆς παρακειμένης Περσίδος.

28. Εἰσάγεται δὲ εἰς αὐτὴν ἀπ' Αἰγύπτου μὲν ὁμοίως πυρὸς ὀλίγος καὶ οἶνος ὥσπερ καὶ εἰς Μούζα, καὶ ἱματισμὸς Ἀραβικὸς, ὁμοίως καὶ κοινὸς καὶ ἁπλοῦς καὶ ὁ νόθος περισσότερος, καὶ χαλκὸς καὶ κασσίτερος καὶ κοράλλιον καὶ στύραξ καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα εἰς Μούζα· τὰ πλείονα δὲ ἀργυρώματα τετορευμένα καὶ χρήματα τῷ βασιλεῖ, [καὶ] ἵπποι δὲ καὶ ἀνδριάντες καὶ ἱματισμὸς διάφορος ἁπλοῦς. Ἐξάγεται δὲ ἐξ αὐτῆς ἐντόπια μὲν φορτία, λίβανος καὶ ἀλόη, τὰ δὲ λοιπὰ κατὰ μετοχὴν τῶν ἄλλων ἐμπορίων. Πλεῖται δὲ εἰς αὐτὴν περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν ὃν καὶ εἰς Μούζα, πρωϊμώτερον δέ.

29. Μετὰ δὲ Κανὴν, τῆς γῆς ἐπὶ πλεῖον ὑποχωρούσης, ἄλλος ἐκδέχεται βαθύτατος κόλπος, ἐπὶ πολὺ παρεκτείνων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, καὶ χώρα λιβα-

bus, partim navigiis. Ceterum ipsa quoque mittendis navibus commercia exercet cum emporiis transmarinis, Barygazis et Scythia et Omanis et cum adjacente Perside.

28. Importatur in eam ex Ægypto tritici paullulum et vinum similiter ac in Muzam, porro vestitus Arabicus et communis et simplex et adulterini copia abundantior, æs, stannum, corallium, styrax et cetera quæ in Muzam feruntur; regi plerumque destinantur vasa ex argento celata et pecunia, sed equi etiam et statuæ et vestitus insignior simplex. Exportantur autem tum indigenæ merces, thus et aloe, tum quorum ex reliquis emporiis locus fit particeps. Navigatur in Canen eodem fere quo in Muzam tempore, paullo tamen maturius.

29. Post Canen, terra in majus recedente, alius sequitur sinus profundissimus, per longum extensus spatium, Sachalites nomine, et regio thurifera, mon-

---

city of the caliphs II, p. 59 et 121). ‖ — 1. τοῦ πέραν] τοῦ vulgo deest contra codicis auctoritatem. ‖ — 2. Σκυθίας.] V. § 36. 38.

§ 28, l. 5. εἰς Μούζα] Cf. not. ad § 16. ‖ — καὶ ἱματισμὸς] ἱματισμὸς Ἀρ. καὶ ὁμ., codex; transposuit Bernhardy.; vulgo καὶ omittunt. ‖ — 8. κοράλιον cod. ‖ — 10. καὶ ἵπποι δὲ] aut sic legendum pro ἵπποι δὲ, aut scrib. ἵπποι τε. ‖ — 11. ἁπλοῦς] καὶ ἁπλ. scr. Fabricius; absque causa. ‖ — 12. ἀλόη] Hæc est aloe hadramutena, de qua Edrisi I. p. 51 : « Ce pays produit l'aloës connu sous le nom d'hadramouti, lequel est d'une qualité inférieure à celle de l'aloës socotrin. Des falsificateurs le mêlent quelquefois, au moyen de la fusion, avec ce dernier. »

§ 29, l. 17. κόλπος.. Σαχαλίτης] De Sachalite sinu in diversas partes veteres geographi abeunt. Marinus eum a Syagro promontorio occasum versus, Ptolemæus orientem versus esse dixit. Noster de his parum distincte tradit. Expressis verbis *Sachaliten* vocat sinum qui post Canen sequitur et usque ad Syagrum prom. pertinet. Post Syagrum vero alium sequi sinum dicit, cujus nomen non indicat, deinde montes altos, tum Moscham portum ἀποδεδειγμένον τοῦ Σαχαλίτου λιβάνου πρὸς ἐμβολήν; ibique narrat thus abque custodia cumulatum jacere παρ' ὅλον τὸν Σαχαλίτην. Igitur conjunctim exhibet et Marini et Ptolemæi sententiam. Ceterum ita habet Ptolemæus I, 17 : Ἔνια δ' ἤδη (sc. τῶν παρὰ Μαρίνῳ) τοῖς νῦν ἱστορουμένοις οὐχ ἔχει συμφώνως· ὡς ὁ Σαχαλίτης κόλπος ἀπὸ δυσμῶν ὑπ' αὐτοῦ τιθέμενος τοῦ Συάγρου ἀκρωτηρίου· πάντες γὰρ (Periplum nostrum P. non novit) ἀπαξαπλῶς ὁμολογοῦσιν οἱ τοὺς τόπους τούτους διαπλέοντες, ἀπ' ἀνατολῶν τοῦ Συάγρου καὶ τὸν Σαχαλίτην εἶναι χώραν τῆς Ἀραβίας καὶ τὸν ὁμώνυμον αὐτῆς κόλπον. Cum Ptolemæo facit Marcianus p. 23 : Ἐκδέχεται ὅ τε Σύαγρος τὸ ὄρος καὶ ὁ Σαχαλίτης κόλπος μέγιστος ὢν καὶ διήκων ἄχρι τοῦ στόματος τοῦ κόλπου τοῦ Περσικοῦ. Ex eadem sententia Stephanus Byz. v. Σαχαλίτης dicit : Κατὰ τοῦτον τὸν Σαχαλίτην κόλπον κεῖνται πελάγιαι νῆσοι ἑπτά (septem Zenobii insulæ in Periplo). Num igitur errasse Noster et Marinus dicendi? Minime. Sed primum videamus de Syagro promontorio, quod ex Peripli rationibus esse debet hodiernum *Cap Fartak*, a *Hissn Ghorab* sive Cane dissitum *tribus* longitudinis gradibus et paullo plus. Contra Ptolemæus post Moscha demum urbem ponit Syagrum, *sex* gradibus a Cane distantem; adeo ut componendum promontorium foret cum hod. *Cap Noss*; sed quum 800 fere stadiis post *Cap Noss* sequatur *Cap Saugra* sive *Saukirah*, hoc potius esse Syagrum Ptolemæi nominum similitudo suadet. — Quodsi autem Ritterus censet idem promont. *Saugra* etiam a Peripli auctore Syagrum vocari, aperte erravit; nam quæ post Syagrum loca in nostro libello memorantur tum demum explicari possunt, si a *Cap Fartak* proficisceris; quo concesso, credi possit perperam a Nostro Syagri nomen ad *Cap Fartak* esse translatum. At ne hoc quidem admitti potest; nam ita habet Plinius VI. 32 : *Clara in Azanio mari Dioscoridu* (insula), *distans a Syagro extumo promontorio* 280 *mill.* (= 2240 stad.), quæ quadrant in *Cap Fartak*, a quo Socotora 2000 fere stadia abest, dum a prom. *Saugra* sunt 3600. Præterea Syagrus promontorium μέγιστον esse dicitur. Jam vero montes quorum extremus vertex in mare procurrens *Saugra* vocatur, altitudine non excedunt pedes sexcentos; *cap Fartak* in 2500 pedes attollitur, tantoque spectabilius est, quod continenti nonnisi humili tractu adhæret, adeoque solitarius vertex vel insula esse videtur, quam nautæ inde a sexaginta milibus anglicis ex alto conspiciunt, ut refert Haines l. l. Denique quum ad promontorium sita sit urbs *Sugger* (sic Berghaus) sive *Saghar* (sic Jaubert) sive *Shahar* (Wellsted) sive *Schechr* : in promptu est conjectura hinc fortasse Græcos *Fartak* promontorio fecisse nomen Συάγρου. Idem vel simile quid apud Græcos sonare debebat nomen arabicum promontorii *Saugra*. Facile igitur fieri potuit ut promontoria ista inter se confunderentur, ideoque in alienum locum transferretur sinus Sachalites. Id vero Ptolemæo, non Nostro accidisse reliquum est ut demonstretur. — Etenim in tractu inter Canen et Syagrum interjecto duæ nunc sunt urbes insigniores, *Makalla* (14° 29′ 40″ lat.; 49° 14′ 20″

νωτοφόρος, ὀρεινή τε καὶ δύσβατος, ἀέρα παχὺν ἔχουσα καὶ ὀμιχλώδη [καὶ] κατὰ τῶν δένδρων φερόμενον τὸν λίβανον. Ἔστι δὲ τὰ δένδρα τὰ λιβανοφόρα οὐ μεγάλα λίαν οὐδὲ ὑψηλά, φέρει δὲ ἐπὶ τῷ φλοιῷ πησσόμενον τὸν λίβανον, ὥς τινα καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ δένδρων δακρύει τὸ κόμμι. Μεταχειρίζεται δὲ ὁ λίβανος ὑπὸ δούλων βασιλικῶν καὶ τῶν ἐπὶ τιμωρίᾳ πεμπομένων. Ἐπίνοσοι δὲ δεινῶς οἱ τόποι, καὶ τοῖς μὲν παραπλέουσι λοιμικοί, τοῖς δὲ ἐργαζομένοις πάντοτε θανατώδεις, ἔτι (δὲ) καὶ διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς τροφῆς εὐχερῶς ἀπολλυμένοις.

30. Τούτου δ' ἐστὶν ἀκρωτήριον τοῦ κόσμου μέγιστον, ἀποβλέπον εἰς ἀνατολὴν, ὁ καλούμενος Σύαγρος, ἐφ' οὗ φρούριόν ἐστι τῆς χώρας καὶ λιμὴν καὶ ἀποθήκη τοῦ συναγομένου λιβάνου· καὶ κατὰ τοῦτον ἐν τῷ πελάγει νῆσος, ἀνὰ μέσον τούτου καὶ τοῦ πέραν ἀκρωτηρίου τῶν Ἀρωμάτων, τῷ Συάγρῳ συνορίζουσα μᾶλλον, ἡ Διοσκορίδου καλουμένη, μεγίστη μὲν ἔρημος δὲ

tana nec facile pervia, aerem crassum habens et nebulosum, atque thus ex arboribus proveniens. Arbores illæ thuriferæ non admodum magnæ neque altæ sunt, thus vero producunt in cortice concretum, sicut apud nos quoque in Ægypto arbores quædam gummi lacrymant. Colligitur thus manu servorum regiorum atque eorum qui pœnæ causa illuc mittuntur. Nam loca hæc quam maxime sunt insalubria, adeo ut prætermavigantibus pestem afferre queant, prorsus autem letalia sint operariis illis, qui præterea etiam ob victus penuriam facile pereunt.

30. Est vero ad hunc sinum promontorium mundi maximum, ad orientem spectans, Syagrus appellatum, in quo regionis est castellum et portus thurisque collecti repositorium. Ex adverso ejus in alto insula est, media inter hoc atque oppositæ continentis promontorium Aromatum interjecta, Syagro tamen propior, Dioscoridis dicta, amplissima quidem, sed deserta

---

long. Gr.) et jam memorata nobis *Sugger, Saghar, Shaher* s. *Schechr* (14° 43' 30" lat.; 49° 40' long. Gr.), caput regionis cognominis (Vid. Haines l. l. IX, p. 149 sqq.; Wellsted *Travels to the city*, etc. II, p. 150; Ritter XII, p. 635 sqq.). Utramque urbem memorat, sed male in mediterranea retrudit Ptolemæus VI, 7, p. 411: Μάκκαλα 81°; 13° 45'; Σάχλη 82° 40', 13° 20'. Haud enim diversa esse nomina *Schechr* et Σάχλη, recte haud dubie censet vir harum rerum peritissimus Fresnelius (*Journ. Asiat.* X, p. 191. Cf. Ritter. XII, p. 309). Idem vero nomen habes in Σαχαλίτῃ κόλπῳ. Hinc igitur colligitur nihil esse cur Sachalites sinus a regione cis *Cap. Fartak* sita alienus habeatur, et immerito Marinum a Ptolemæo increpari. Ceterum quum Sachalitæ nomine etiam ea quæ trans *Cap Fartak* sunt, designentur, patet nomen istud non ab *urbe Chechr* sive Σάχλα repetendum esse, sed ab *regione* cognomine. Jam vero *Chechr* vel *Chachr* omnis vocatur tractus montosus, qui inde a Makalla fere urbe pertinet usque ad sinum, in qua *Kuria-Muria* insulæ sitæ sunt. Hæc igitur est Sachalites regio, in eamque quadrant quæ duobus istis Peripli locis de Sachalite sinu leguntur. Nam Moscha urbs respondet hod. *Dafar* vel *Zafar* urbi, quam Isztachri p. 13 *Chachr* vocat, cognominem regioni. Contra vero si Syagrum promontorium ibi ponas, ubi Ptolemæus posuit, et hinc orientem versus Sachaliten collocaveris, nihil hodierna Arabia suppeditat, quod explicandæ huic sententiæ inservire possit. Itaque falsas esse Ptolemæi rationes contendimus. ‖ — 1. λιβανωτοφόρος] « In margine codex λιβανοφόρος χώρα. Habuit diversitatem scripturæ λιβανοφόρου. » Bernhardyus. Mox occurrit δένδρα λιβανοφόρα, quod rarius occurrit, et h. l. librorum vitio deberi videtur, quum alias Periplus præbeat λιβανωτοφόρος. ‖— 1. ἀέρα παχὺν] Quæ de aere thurilegis letifero, prætermavigantibus pestifero leguntur, fabulæ sunt quas Arabes thuris mercatores peregrinis narrabant. Aliud ejus generis narratiuncularum specimen habes infra § 32. Quamquam latere posse etiam veri aliquid non pernegaveris. Certe nonnulla loca *Oman* regionis, præsertim in Oasibus deserti, adeo male sana offendi, ut vel Arabes post paucorum dierum commorationem febri vehementi corripiantur, tradit Wellstedius. Cum nostra thuriferæ arboris descriptione confer Theophrast. H. Pl. IX, 4; Plinium XII, 30-33; Salmasium Exercc. Plin. p. 355, et quæ congessit Ritter XII, p. 356-372. Inter recentiores nemo adhuc in Arabia thuris arborem suis oculis usurpasse videtur. Secundum Wellstedium neque in *Oman* regione, neque in ea Arabiæ parte quæ a *Makalla* occasum versus est, usquam thus provenit. Quod si ad Ptolemæi ævum referre licet, vel hinc pateret perperam ad ostia sinus Persici Sachaliten tractum removeri. In regione autem intermedia non ad oram maritimam arbor nascitur, sed nonnisi in mediterranei tractus montibus altissimis provenire perhibetur. ‖ — 11. ἀπολλυμένοις] ἀπολλύμενοι codex.

§ 30, l. 12. τούτου] τοῦτο cod.; em. Salmasius; supplendum foret τοῦ κόλπου, quod quum paullo longius ex antecc. repetendum sit, et mirum etiam videri debeat illud τοῦ κόσμου: recte, puto, Mannertus VI, 1 p. 120 legi vult: τούτου δὲ τοῦ κόλπου ἐστὶ ἀκρωτήριον μέγιστον. ‖ — 13. εἰς ἀνατολὴν] Ita res habet. ‖ — 14. ἐφ' οὗ φρούριον] Ex viatoribus nemo adhuc in montem adscendit, quantum sciam. Haines de nave sua prospectans in vertice vidit locum virentem arborumque corona cinctum. Exstare ibi ruinas ferebant. Omnino mons iste fabulis apud Arabes celeber. Portum quoque, qui pone promontorium esse dicebatur et sequentem litoris tractum scrutari nautis Anglis non licuit. ‖ — 17. Συάγρῳ συνορίζουσα μᾶλλον] Immo Africæ promontorio insula est propior. Distantiam a Syagro monte satis recte tradit Plinius VI, 32. Cf. supra not. § 29. ‖ — Διοσκορίδου] sic Ptolemæus VI, 7. VIII, 17 (Διοσκουρίδου var. lect.) et Plinius VI, 32. Διοσκορίδα codex, quod si tueri velis, nihil refragor. Διοσκορίδους Cosm. Ind. p. 178. Insula Indis frequentata nunc *Socotora*; Græcum nomen ortum ex *diu* (insula) *Sokotora*, sive ling. sanscrit. *dvipa Sukatara*, i. e. insula fortunata. Fama ejus

καὶ κάθυγρος, ἔχουσα ποταμοὺς ἐν αὐτῇ καὶ κροκοδείλους καὶ ἐχίδνας πλείστας καὶ σαύρας ὑπερμεγέθεις, ὧν τὸ κρέας ἐσθίουσι τὸ δὲ λίπος τήκουσι καὶ ἀντ' ἐλαίου χρῶνται· καρπὸν δὲ οὔτε ἀμπέλου οὔτε σιτικὸν ἡ νῆσος φέρει. Οἱ δ' ἐνοικοῦντες αὐτὴν ὀλίγοι κατὰ μίαν πλευρὰν τῆς νήσου τὴν πρὸς ἀπαρκτίαν οἰκοῦσι, καθ' ὃ μέρος ἀποβλέπει τὴν ἤπειρον· εἰσὶ δὲ ἐπίξενοι καὶ ἐπίμικτοι Ἀράβων τε καὶ Ἰνδῶν καὶ ἔτι Ἑλλήνων τῶν πρὸς ἐργασίαν ἐκπλεόντων. Φέρει δὲ ἡ νῆσος χελώνην τήν τε ἀληθινὴν καὶ χερσαίαν καὶ τὴν λευκήν, πλείστην τε καὶ διάφορον τοῖς ὀστράκοις μείζοσι, τήν τε ὀρεινὴν ὑπερμεγέθη καὶ παχύτατον ὄστρακον ἔχουσαν, οὗ τὰ παρὰ τὴν κοιλίαν μέρη μὲν τομὴν οὐκ ἐπιδέχεται, καίπερ στερρότερα ὄντα· ὁλοτελῶς δὲ τὰ εὐχρηστοῦντα εἰς γλωσσόκομα καὶ πινακίδια καὶ μαγίδια καὶ τοιαύτην τινὰ γρύτην κατατέμνεται. Γίνεται δὲ ἐν αὐτῇ καὶ κιννάβαρι τὸ λεγόμενον Ἰνδικόν, ἀπὸ τῶν δένδρων ὡς δάκρυ συναγόμενον.

31. Ὑποπίπτει μὲν οὖν, ὥςπερ ἡ Ἀζανία Χαριβαῆλι καὶ τῷ Μαφαρείτῃ τυράννῳ, καὶ ἡ νῆσος αὐτῷ τῷ βασιλεῖ τῆς λιβανωτοφόρου. Συνεχρήσαντο δὲ αὐτῇ καὶ ἀπὸ Μούζα τινὲς καὶ τῶν ἐκπλεόντων ἀπὸ Λιμυρικῆς καὶ Βαρυγάζων ὅσοι κατὰ τύχην εἰς αὐτὴν ἐπιβάλλοντες ὀρυζάν τε καὶ σῖτον καὶ ὀθόνην Ἰνδικὴν

(*fere*), aquis abundans, fluvios habens ac crocodilos et viperas plurimas et lacertas prægrandes, quarum carne vescuntur, pinguedinem vero colliquefaciunt eaque olei vice utuntur. Fructum insula neque vitis fert neque frumentarium. Incolæ ejus pauci numero in uno tantum insulæ latere boreæ obverso habitant, qua sui parte continentem spectat. Sunt vero advenæ mixtique ex Arabibus et Indis nec non Græcis mercaturæ faciendi causa enavigantibus. Fert insula testudinem tum genuinam, tum terrestrem, tum albam plurimam et insignem testis majoribus, tum montanam prægrandem testæque crassissimæ, cujus partes quidem ventri proximæ sectionem non admittunt, quum duriores sint, quæ vero ad usum commoda sunt, integræ in arcas et capsulas et tabellas pugillares inque aliam ejus generis supellectilem secantur. Nascitur in ea etiam cinnabari Indicum dictum, quod lacrymarum instar ex arboribus emanans colligitur.

31. Ceterum quemadmodum Azania Charibaeli et Mapharitæ tyranno, sic etiam hæc insula regi terræ thuriferæ subjecta est. Mercaturam cum ea facere solebant etiam e Muza quidam, et quotquot e Limyrica et Barygazis navigantes forte fortuna ibi appellebant, qui oryzam, frumentum, othonium Indicum,

---

inest Sabæorum νήσοις εὐδαίμοσι, in quas ex India naves appellere tradidit Agatharchides § 103, ubi vide. Ceterum adeas Wellstedium, *The island of Socotra* in *Asiat. Journ. of Bengal.* t. IV, p. 138 sqq.; *Travels to the city of the Caliphs* t. II, p. 288 et *Memoir on the isl. of Socotra* in *Journal of the London geogr. soc.* 1835, t. V, p. 198. || — 1. κροκοδείλους] Similiter in Menuthiade crocodilos esse auctor nescio quo errore dixit § 30. || — 4. ἀμπέλου] ἄμπελον cod.; em. Stuckius, qui deinde præter necessitatem scripsit σίτου. || — 7. ἐπίμικτοι Ἀράβων] Leg. vid. ἐπιμ. ἐξ Ἀράβων. || — 8. καὶ ἔτι Ἑλλήνων] sic editt.; καί τινα Ἑλλήνων codex, qui haud scio an voluerit καί τι μὴν Ἑλλήνων. » Bernhardyus. De Græcis in Socotra cf. Cosmas Indopl. p. 178 : Ὁμοίως καὶ ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Διοσκορίδους κατὰ τὸ αὐτὸ Ἰνδικὸν πέλαγος (sc. Χριστιανῶν ἐκκλησία ἐστίν), ἔνθα καὶ οἱ παροικοῦντες Ἑλληνιστὶ λαλοῦσι, πάροικοι τῶν Πτολεμαίων τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἐπαρχόντων, καὶ κληρικοί εἰσιν ἐκ Περσίδος χειροτονούμενοι καὶ πεμπόμενοι ἐν τοῖς αὐτόθι. Cf. Edrisius I, p. 48, qui fabulam de Alexandro thuris causa Arabia potito transfert ad Socotoram, quam propter provenientis ibi aloes plantæ præstantiam Alexander, suasu Aristotelis, Græcis colonis frequentasset, alio traductis indigenis. Mirum est aloes mentionem apud Nostrum desiderari. Locum insulæ cognominem habet Ptolemæus. || — 10. πλείστην τε] πλ. δὲ cod. || — 11. τοῖς ὀστράκοις] sic codex; καὶ τοῖς ὀστράκοις vulgo. Bernhardyus ejici vult v. μείζοσι. || — 12. Codex ita habet : οὗ τὰ παρὰ τὴν κοιλίαν μέρη μὲν (μὲν editt. om.) τὰ (ἐγ) χρήζοντα (expunctis litt. ἐγ) τομὴν οὐκ ἐπιδέχεται καὶ πυρρότερα ὄντα· ὁλοτελῶς δὲ τὰ εἰς γλ. καὶ πιν. καὶ μαγίδια ἐγχρήζοντα καὶ τοιαύτην κτλ. In his prius τὰ ἐγχρήζοντα male repetitum videtur ex sequenti; corruptum autem esse litura codex subindicat. Possis tamen etiam legere : μέρη μὲν ἄχρηστα ὄντα et in sqq. εὔχρηστα ὄντα. Bernhardyus locum ita fere concinnandum putavit :.. οὗ τὰ παρὰ τὴν κοιλίαν μέρη μὲν τομὴν οὐκ ἐπιδέχεται, καὶ στερρότερα ὄντα· ὁλοτελῶς δὲ τὰ [νῶτα] εἰς γλ. καὶ πιν. καὶ μαγίδια [καὶ] ἐγχρήζοντα καὶ τοιαύτην κτλ., in quibus καὶ ἐγχρήζοντα, *res necessarias, utensilia*, cum iis quæ præcedunt sequunturque verbis minus apte jungi mihi videntur. || — 15. μαγίδια] Cf. Edrisi I, p. 49 de testudinibus insularum *Kuria-Muria*. || — 16. γρύτην] χρῆσιν scripsit Stuckius perperam. Tzetzes Chil. IV, 888 : γρύτη δὲ σκευάρια μικρὰ τῶν ὀστρακίνων. Eodem modo Hesych. v. γρυμαία. Cf. Steph. Thes. s. v. « Γρύτην appellat Arrianus minuta id genus vascella, ut sunt catilli, arculæ, capsulæ et similia; Latini scruta appellant. » Salmasius ad Vopisc. Aurel. p. 535. || — 17. κιννάβαρι Ἰνδικόν] Proventus arboris, quæ vocatur *Dracæna draco,* non solum in India (v. Ritter VI, p. 657. V, p. 71), sed etiam in *Hadramaut* Arabiæ (Ritt. XII, p. 359. 610. 615. 651. 915) et in *Socotora* ins. (Wellsted Journal. IV, p. 198.) frequens est. Gummi ejus arboris (germ. *Drachenblut*) arabice vocatur *Dum Khoheil.*

§ 31, l. 19. Ὑποπίπτει κτλ.] Etiam novissimis temporibus insula, antequam ab Anglis occuparetur, regulis objacentis Arabiæ subjecta erat. V. Ritter XII, p. 299. || — Χαριβαῆλ] codex pro more; perspicuitatis gratia hoc loco vel Χαριβαῆλι fuerit vel τῷ Χαριβαῆλ. || — 22. ἀπὸ Λιμ.] διὰ Λ. codex. || — 23. εἰς αὐ-

ἀντικαταλλασσόμενοι καὶ σώματα θηλυκὰ διὰ σπάνιν ἐκεῖ προχωροῦντα, χελώνην ἀντεφορτίζοντο πλείστην· νῦν δὲ ὑπὸ τῶν βασιλέων ἡ νῆσος ἐκμεμίσθωται καὶ παραφυλάσσεται.

32. Μετὰ δὲ τὸν Σύαγρον κόλπος ἐστὶ συναφὴς ἐπὶ βάθος ἐνδύνων εἰς τὴν ἤπειρον, Ὄμανα, σταδίους ἔχων ἑξακοσίους τὸ διαπέραμα, καὶ μετ' αὐτὸν ὑψηλὰ ὄρη πετρώδη καὶ ἀπόκοπα ἀνθρώπων ἐν σπηλαίοις κατοικούντων, ἐπὶ σταδίους ἄλλους πεντακοσίους, καὶ μετ' αὐτοὺς ὅρμος ἀποδεδειγμένος τοῦ Σαχαλίτου λιβάνου πρὸς ἐμβολήν, Μόσχα λιμὴν λεγόμενος, εἰς ἣν ἀπὸ Κανῆς συνήθως πλοῖα πέμπεταί τινα, καὶ παραπλέοντα ἀπὸ Λιμυρικῆς ἢ Βαρυγάζων ὀψινοῖς καιροῖς παραχειμάσαντα παρὰ τῶν βασιλικῶν πρὸς ὀθόνιον καὶ σῖτον καὶ ἔλαιον λίβανον ἀντιφορτίζουσι παρ' ὅλον τὸν Σαχαλίτην χώμασι κείμενον καὶ ἀφύλακτον, δυνάμει θεῶν τινὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐπιτηρούντων· οὔτε γὰρ λάθρα οὔτε φανερῶς χωρὶς βασιλικῆς δώσεως εἰς πλοῖον ἐμβληθῆναι δύναται· κἂν χόνδρον τις ἄρῃ, οὐ δύναται πλεῦσαι τὸ πλοῖον ἀπὸ [τοῦ] λιμένος.

mancipia muliebria, quæ quum rariora ibi sint, facile venduntur, permutabant cum testudine qua plurima naves suas onerabant; nunc vero a regibus insula elocata est et præsidio custoditur.

32. Post Syagrum continuo sequitur sinus, Omana in continentem profunde penetrans, trajectum habens stadiorum sexcentorum, et post eum alti montes saxosi et prærupti hominum in speluncis habitantium, per alia pertinentes stadia quingenta, et post hos portus designatus ad deponendum thus Sachaliticum; Moscha portus dicitur, in quem a Cane naves nonnullæ mitti solent; et qui a Limyrice et Barygazis præternavigantes sera anni tempestate hiemem ibi traducunt, a regiis præfectis pro othonio et frumento et oleo thuris onera mutuo recipiunt; thus vero juxta totum Sachaliten cumulis jacet a nemine custoditis, præsidio suo quodam ipsis diis locum hunc tutantibus; neque enim clandestino neque propalam absque regis venia in navem importari potest; ac si vel granum aliquis sustulerit, e portu solvere navis nequit.

τὴν] εἰς αὐτὰς cod. || — 3. τῶν βασ.] τοῦ βασιλέως?

§ 32, l. 5. κόλπος.. Ὄμανα] Indicatur sinus profundus, parum adhuc exploratus, in mappis nomine carens, a promontorio *Fartak* per sexcentos stadia et paullo amplius pertinens usque ad prom. *Thurbat*. Ceterum Ὄμανα sinus regionisque nomen minime quadrat in fines hodierni *Oman*, cujus litus a *cap Mussendom* vulgo dicitur pertinere usque ad *Ras el Had*, vel, uti Wellsted ait, usque ad *Massera* ins. (Serapidis ins. in Peripl.). ||— 7. ὄρη ἀπόκοπα.. ἐπὶ σταδ. πεντηκ.] Ora hæc prærupta pertinet a prom. *Thurbat* ad prom. *Seger* seu *Sayr* (3000 pedes altum) vel ad prom. *Ahmar* (i. e. rubrum); ad illud 500, ad hoc 600 stadia putantur. Deinde per 300 stadia sequitur ora humilis fertilisque; ea regio vocatur *Dofar* vel *Zafar* ab urbe nunc diruta, olim clarissima, cujus ruinæ sunt inter loca *Alhafah* et *Addahariz*, ad maris recessum, qui pristinus urbis portus fuisse debet. Ceteris accuratius hunc tractum descripsit C. I. Cruttenden, *Ind. navy, journal of an excursion from Morebat (Merbat) to Dyreez in Proceedings of the Bomb. g. soc.* 1837 p. 70 sqq. Cf. Ritter XII, p. 300. Urbem *Zafar* s. *Saphar* (Σαπφὰρ) s. *Thafar* s. *Dofar* memorasse jam Moysem censent I, 10, 30, quo loco Joctani filios habitare dicit inde a *Mesa* (Musa, Muza?) usque ad *Sephar prope montem versus orientem*. Ac sane stirpem Himjaritarum usque in has regiones olim pertinuisse, quo magis ruinas urbium et inscriptiones scrutantur, tanto patet luculentius. Huc accedit quod Saphar urbem maritimam regum sedem antiquissimam fuisse, ac postea demum, divisis Himjaritarum nationibus, alteram Saphar regiam in occidentalis Arabiæ mediterraneis esse structam refert sæculi decimi scriptor Masudi. Isztachri geographus *Saphar* nomen non memorat, sed caput hujus tractus *Schahr* vocat, cognominem urbem faciens regioni. (Cf. supra § 29.) Plura de ea præter alios præbet Ebn-Batuta p. 53. Edrisi et Abulfeda mediterraneæ et maritimæ urbis memoriam confundunt. De his tu adi Ritterum XII, p. 252 sqq. 294. 650. 728. 770, ibique laudatos. Ego ut ad Periplum revertar, Μόσχα urbem, quam Ptolemæus quoque habet, ex serie periegeseos non posse moneo diversam esse a *Saphar* urbe. Mireris autem discrepantiam nominis, quod non *Saphar* sonat, sed hod. *Mascate*, quod *Oman* regionis caput est. Hæc urbs quum in seqq. suo loco non memoretur, nec tamen ignorari facile potuerit, proclivis conjectura est nomen ejus perperam ad Saphar esse translatum eodem errore quo *Oman* in hanc oram deducitur. Neque magni momenti est quod Ptolemæus in reliquo dissensu de situ Moschæ portus cum Nostro consentit. Causa turbarum in eo quærenda, quod Moscha sive *Mascate*, etsi non sita in regione thurifera, præcipuum tamen fuerit thuris emporium. Hinc, Moscha portum cum Saphar nonnulli confuderunt (ut Noster et Ptol.) et *Oman* regionem in sinum Sacchalitem transtulere (ut Noster), aut etiam Sacchaliten sinum in *Oman* traduxerunt (ut diversa miscens Ptolemæus). Quod Ptolemæus apud Omanitas habet Omanum emporium (Cf. St. Byz. s. v.) revera a *Mascate* emp. non fuit diversum (V. Ritter XII p. 381 sq.). || — 13. ὀψινοῖς καιροῖς] quando sc. serius enavigaverant quam ut secundo etesiarum flatu in Africæ oram deferri possent. || — 15. ἔλαιον] Hanc vocem de indico *Ghee* sive butyro h. l. usurpari suspicatur Ritter. XII, p. 335. || — 15. παρ' ὅλον τὸν Σ.] ἀντιφορτίζουσιν' παρ' ὅλον δὲ τὸν Σαχ. χώματι κειμένῳ καὶ ἀφυλάκτῳ codex; em. Fabricius. Sine custodia in his regionibus merces exponi ac raro aliquid surripi, gravissima pœna furem manente, passim legere est. Quam Noster narrat fabulam apud vulgus creditam esse ipsosque principes superstitionis præstigio abusos non negaverim. || — 20. ἀπὸ τοῦ λιμένος [Ἀπὸ δὲ τοῦ Μόσχα] λιμένος ἐπ'] ἀπὸ δαίμονος δίχα λιμένος ἐπ' codex. In his δαίμονος erat corrupta

33. [Ἀπὸ δὲ Μόσχα] λιμένος ἐπ' ἄλλους σταδίους ὡς χιλίους πεντακοσίους ἕως Ἀσὶχ ὄρος τῇ γῇ παρατείνει, καὶ κατὰ τὸ ἀπολῆγον αὐτοῦ μέρος ἑπτὰ νῆσοι πρόκεινται κατὰ τὸ ἑξῆς, αἱ Ζηνοβίου λεγόμεναι, μεθ' ἃς ἄλλη παράκειται χώρα βάρβαρος οὐκ ἔτι τῆς αὐτῆς βασιλείας, ἀλλ' ἤδη τῆς Περσίδος, ἣν ἀφ' ὕψους παραπλέοντι ὡς σταδίους δισχιλίους ἀπὸ τῶν Ζηνοβίου συναντᾷ νῆσος Σαράπιδος λεγομένη, ἀπὸ σταδίων τῆς γῆς ὡσεὶ ἑκατὸν εἴκοσι. Ταύτης τὸ μὲν πλάτος ἐστὶν ὡσεὶ σταδίων διακοσίων, τὸ δὲ μῆκος ἑξακοσίων, οἰκεῖται δὲ κώμαις τρισὶ καὶ ἀνθρώποις ἱεροῖς Ἰχθυοφάγων· γλώσσῃ δὲ Ἀραβικῇ χρῶνται καὶ περιζώμασι φύλλων χουκίνων. Ἔχει δὲ ἡ νῆσος χελώνην ἱκανὴν καὶ διάφορον· ἐξαρτίζουσι δὲ εἰς αὐτὴν συνήθως οἱ ἀπὸ Κανῆς σχάφας καὶ ἐφόλκια.

34. Περικολπίζοντι δὲ τὴν ἐχομένην ἤπειρον εἰς

33. [*Post Moscha portum*] per alia stadia circiter mille et quadringenta usque ad Asich mons juxta terram extenditur, cujus ad partem extremam septem projectæ sunt insulæ, quæ Zenobii vocantur. Post eas alia adjacet regio barbara, non ejusdem amplius regni, sed jam ad Persidem pertinens, quam in alto mari per stadia fere bis mille inde a Zenobii insulis prætervecto insula Sarapidis dicta occurrit, centum et viginti fere stadiis a terra remota. Latitudo ejus ducentorum circiter, longitudo sexcentorum est stadiorum; habitatur tribus vicis Ichthyophagorum, hominum *improborum*, qui lingua Arabica utuntur cingulaque gerunt ex foliis cucinis. Plurimam insula et egregiam habet testudinem; expediri in eam solent a Cane scaphæ navesque onerariæ.

34. Oram sequentis continentis circumflectenti

---

lectio vocis λιμένος; quare quidam ἀπὸ δαίμονος ad marginem explicavit verbis δαίμονος δίχα, quæ quum in textum irrumperent, alia genuina exturbarunt. Nescio tamen an præstet legere : οὐ δύναται πλεῦσαι τὸ πλοῖον. Ἀπὸ δὲ τοῦ [Μόσχα] λιμένος ἐπ. Salmasius corrigi voluit : ἀπὸ λιμένος δαίμονος δίχα. Ἐπ' ἄλλους, etc., in quibus δ. δίχα vacuum esset addidamentum, nec rite procederent sequentia.

§ 33, l. 2. ἕως Ἀσὶχ ὄρος τῇ γῇ παρατείνει] ἕως Ἀσίχωνος ἄχρι τῆς γῆς π. codex, in quibus ἄχρι erat varia scriptura pro ἕως, nisi forte ἕως ἄχρι velis conjunctim. Distantia 1500 stadiorum a vera longius abest. Montes 5000 pedes alti, qui inde a Moscha sive Zafar secundum oram extenduntur, hodie *Subahn* vocantur; Ἀσὶχ locum Arabes geographi appellant *Hasek*. Edrisi I, p. 54 : « De là (sc. de Merbat) au bourg de Hasek le long de la mer et par terre 4 journées, par mer 2 journées. En face de Hasek sont les deux îles de Khartan et de Martan, dont il a déjà été question (p. 45). Au-dessus de Hasek est une haute montagne nommée Lous, qui domine la mer. Hasek est un bourg peu considérable, mais peuplé. Il existe une pêcherie très-productive dans le golfe dit *golfe des Herbes* (*Djoun el Haschich*, corrupte, puto, pro *golfe de Hasich*. Quod Ritterus XII, p. 337 de explicanda vulgata affert, longe petitum), qui est très-profond. Lorsque des navires s'y engagent, ils n'en peuvent sortir qu'avec beaucoup de peine et qu'autant qu'ils sont aidés par un vent favorable; mais il en est peu qui aient ce bonheur. » Nunc oppidi ad ejusdem nominis promontorium siti (*Ras Hasek*, 17° 21' 35" lat., 55° 23' 50" long. Gr.) nonnisi ruinæ supersunt in loco palustri, quum mare longius recesserit. Vide Haines l. l. p. 129. Ritter XII, p. 656. ‖ — 4. αἱ Ζηνοβίου λεγόμεναι] *Khartan* et *Martan* ap. Edrisium; nunc *Kuria Muria* inss. Septem Zenobii inss. Ptolemæus quoque numerat. Edrisi duas tantum memorat (vel maximas vel solas habitatas); quinque nominatim affert Dr. Hulton (*Account of the Curia Muria islands*, in *Journ. of the Lond. geogr. soc.* t. XI, p. 158 sq. Cf. Owen *Narrative of voy. to explore the shores of Africa* I, p. 348), quarum nomina hæc sunt : *Hellaniyah* (i. e. caprarum ins., quæ sola an. 1836 incolebatur), *Karzawit* (s. *Karzaut*, *Akarizaut*, ob formam Portugallis *Rotondo* dicta), *Soda* (s. *Suwadiyeh* ; Portugallis *Suadie*), *Djebeliyah* (i. e. ins. montosa), *Hasiki* (ad *Hasik* pertinens), quæ quum e duobus montium verticibus constet, pro duabus insulis e longinquo visa haberi poterat. Incolæ, nunc bellis et peste ad paucitatem redacti, pars sunt Arabum tribus quæ in opposita continente longum tractum a prom. *Hasik* usque ad *el Had* obtinet. Nomen tribui *Beit* vel *Beni Djenobi*. Hinc Græci suas fecerunt Ζηνοβίου insulas. Hellaniyahæ habitatores ichthyophagi tuguria habent ossibus tecta piscium majorum. Ceterum sparsæ passim ruinæ meliora olim tempora arguunt. ‖ — 6. ἀφ' ὕψους] « nicht in offener See, sondern, wie Vincent (II, p. 348) gezeigt hat, an der Küste hinschiffend. » Ritter XII, p. 348 nescio quo lapsu; nam notam locutionem recte Vincentus intellexit. ‖ — 8. Σαράπιδος] hodie *Massera*. Nomen Arabicum etiam Græco nostro subest, quantumvis obscuratum. Insulam Ptolemæus quoque sed male positam præbet. ‖ — 10. τὸ δὲ μῆκος ἑξακοσίων] Hæc verba vulgo desunt. Vera insulæ longitudo 450 stadiis non multo major; latitudinem item et a continente distantiam Periplus dicit nimiam. Adiit hanc insulam Ebn Batuta, qui ab ichthyophagis habitatam monet, nomen vero tacet. Owen l. l. I, p. 346 in extrema insula boream versus vicum *Hastellengh* reperit, quem balænarum piscatores tenebant. ‖ — 11. ἀνθρώποις ἱεροῖς] verba de sacerdotibus vel eremitis intelligi vult Vincentus. Quod ægre credas. Objectæ oræ incolas omnium ferocissimos nautisque tremendos esse constat (v. Owen l. l. I, p. 346); humanitatem in insulam istam ad balænarum venatores se recepisse nondum mihi persuasi; interim pro ἀνθρώποις ἱεροῖς fuisse puto ἀνθρώπ. πονηροῖς, qua voce plus semel auctor piratas notat. ‖ — 13. χουχίνων] i. e. foliorum τοῦ χουκιοφόρου δένδρου, quod dicit Theophrastus H. Pl. IV, 3. II, 7, unde sua Plinius XIII, 9. Arbor illa Linnæo est *Cucifera Thebaica*, non confundenda cum ea quam nos jam dicere solemus *Kokospalme*, uti monuit Ritter XII, p. 349, collat. V, p. 835. Cf. etiam Salmasius Exercc. Pl. p. 574,

αὐτὴν τὴν ἄρκτον ἤδη περὶ τὴν εἰσβολὴν τῆς Περσικῆς θαλάσσης κεῖνται νῆσοι πλείονες, αἱ Καλαίου λεγόμεναι (νῆσοι), σχεδὸν ἐπὶ σταδίους δισχιλίους παρατεταμμέναι τῇ χώρᾳ· πονηροὶ δὲ οἱ κατοικοῦντες αὐτὰς ἄνθρωποι καὶ ἡμέρας οὐ πολύ τι βλέποντες.

35. Περὶ δὲ τὴν ἐσχάτην κεφαλὴν τῶν Καλαίου νήσων καὶ τὸ λεγόμενον Καλὸν ὄρος· ἐκδέχεται μετ' οὐ πολὺ τὸ στόμα τῆς Περσικῆς, καὶ πλεῖσται κολυμβήσεις εἰσὶ τοῦ πινικίου κόγχου. Τούτου δὲ τοῦ στόματος ἐκ τῶν εὐωνύμων ἐστὶν ὄρη μέγιστα λεγόμενα Ἀσαβῶν, ἐκ δὲ τῶν δεξιῶν ἄντικρυς ἀφορώμενον ἄλλο στρογγύλον ὑψηλὸν, τὸ Σεμιράμεως λεγόμενον, καὶ μέσος αὐτὸς ὁ διάπλους τοῦ στόματος ὡς σταδίους ἑξακοσίους, δι' οὗ μέγιστος καὶ πλατύτατος εἰς τοὺς ἐσωτάτους τόπους ὁ Περσικὸς κόλπος ἀναχεῖται, καθ' ὃν ἐν τοῖς ἐσχάτοις αὐτοῦ μέρεσιν ἐμπόριόν ἐστι νόμιμον, λεγόμενον

versus septentriones jam ad introitum maris Persici complures obviam fiunt insulæ, quæ Calæi insulæ vocantur, ad bis mille fere stadia juxta terram extensæ. Incolæ ejus viri improbi sunt, qui interdiu non multum vident.

35. Ad extremum caput Calæi insularum est etiam Calon montium jugum; paullo post sequitur ostium maris Persici; plurimæ ibi sunt piscationes conchæ margaritiferæ. Ostii ad sinistram maximi attolluntur Asabôn quos vocant montes, ad dextram vero e regione conspicitur alius mons rotundus altusque, Semiramidis dictus; medius inter utrumque trajectus ostii stadiorum fere sexcentorum est, per quod maximus et latissimus in interiora loca infunditur sinus Persicus. In intimis hujus partibus legitimum est emporium Apo-

et de formis κούκινος, κοίκινος Steph. Thes. v. κόϊξ.

§ 34, l. 2. πλείονες αἱ] πλεόμεναι cod.; πλείονες Stuck.; πλείω μὲν αἱ contra usum scriptoris Schwanbeckius. || — 3. ἐπὶ σταδ. δισχ. παρατεταμμέναι] ἐ. σ. δ. παρεστραμμέναι cod.; em. Vincent. A *Massera* proficiscenti, circumflexo promontorio *El Had* (quod Corodami nomine signare videtur Ptolemæus), post navigationem stad. 2400 complures in mari Persico occurrunt insulæ, per 500 stadia juxta oram inde fere a *Maskate* emporio disseminatæ : *Fahil, Damaniatte* (aliis *Damisetta*), *Jezerat Jeune* et de oppositæ continentis urbibus dictæ *Suadi* sive *Suardi* et *Burka* (V. *Map of Oman* in Wellsted *Trav.* t. I). Hinc usque ad ostium sinus Persici alia insularum congeries occurrit nulla. Patet igitur eas quas modo dixi, Peripli esse τὰς Καλαίου νήσους, alibi nusquam memoratas; nam Plinianæ (VI, 32, § 150) *Calæu insulæ*, nisi omnia miscuit auctor, ad sinus Arabici oram pertinere debent. Num huc faciat nomen *Khalil*, quod est loci inter *Maskate* et *Burka* siti (in Berghausi *Karte des Pers. Golfs*), an huc trahendum sit nomen *Kalaat* emporii inter *Ras el Had* et *Maskate* occurrentis, sed ab insulis illis longe distantis, non dijudico. Est etiam *Khalal* locus in ora sub 25° 8'. — Jam vero quum a *Massera* ad insulas nostras sint fere 2400 stadia, hanc ipsam distantiam indicari verbis σχεδὸν ἐπὶ σταδίους δισχιλίους, eaque transponenda esse post verba εἰς αὐτὴν τὴν ἄρκτον ἤδη putaveris; nam vulgata scriptura, qua insulæ illæ per 2000 stadia oræ prætendi dicuntur, a vero recedit longissime. Attamen nihil mutandum. Primum non est quod errorem mireris. Nam ora hæc perraro frequentata vel serioribus Arabum geographis, si unum Ebn-Batuta excipias, fere ignota erat; Peripli autem auctorem eum oræ tractum qui a Cane ad Indum pertinet, ipse non vidit (V. Prolegg.). Deinde vero sequentia tum demum explicari possunt, si nostrum locum talem legas qualem præbet codex. Etenim post Calæi insulas μετ' οὐ πολὺ sequi dicitur ostium sinus Persici; quod quum reapse falsissimum sit, recte dici potuit, si insulas per 2000 fere stadia extendi auctor credidit. Ipse autem error inde explicandus esse mihi videtur, quod cum insulis confundit oræ tractum quem *Batna* vocant, humillimum, fertilissimum, virentem quasi palmarum hortum, qui a *Burka* fere pertinet usque ad *Djibba*, ubi montes altissimi ad ipsam oram accedunt et hinc continua serie pergunt usque ad ostium sinus Persici. Legisse alicubi memini vocem *Khalal* arabice etiam de palmis vel palmulis adhiberi. Hoc si est, conjicias Καλαίου nomen fort. ad *Batna* tractum pertinere. Videant viri arabice docti. || — 5. οὐ πολύ τι βλ.] Hoc nisi mera fabula est, ita intelligas, ut frequentes ibi sint homines quos *Albinos* vocamus. At quo pacto πονηροὶ sint hominum genus imbecillimum? An igitur paullo exquisitius scr. fuerit : καὶ ἡμέρου οὐ π. τ. β?

§ 35. l. 6. τῶν Καλαίου] τῶν Παπίου codex; em. Fabricius et Schwanbeck. Pro καλὸν ὄρος nescio an fuerit τὸ Καλαιὸν ὄρος. Margaritarum piscationem in sinu Persico nemo nescit. (Cf. ad § 58.) Uberrime de ea exponit Edrisi I, p. 373-378. || — 10. Ἀσαβῶν] σαβῶ codex; Salmasius Exercc. Pl. p. 350 em. Ἀσαβῶν e Ptolemæo VI, 7, ubi montium istorum basanite saxo nigrorum struem confragosam horrentemque (V. *Asiat. Journ.* t. XIX, p. 291) vocat : μέλανα ὄρη καλούμενα Ἀσαβῶν et Ἀσαβῶν ἄκρον (*Ras Mussendom*). Cf. Marcian. p. 38. Nomen ei a gente *Beni Assab*. Fortasse etiam huc referendus hodiernus vicus *Sabi* et *Baie Kasab*, monente Rittero XII, p. 528. Arrianus Ind. c. 32, 7 ἄκρην istam vocari dicit Μάκετα, Strabo item p. 765 ex Erastothene τὸ ἐν Μάκαις ἀκρωτήριον, a Macarum gente, quod Ptolemæus ibi memorat. || — 12. Σεμιράμεως] Σεμειράμεως codex; Σεμιράμιδος præter rationem Fabricius. Cf. Ptolemæus VI, 8 : (ὄρος) τὸ καλούμενον Σεμιράμιδος [ὃ] καὶ Στρογγύλον ἀπὸ τοῦ σχήματος. Marcianus p. 36 : ἀπὸ δὲ τοῦ Ἁρμόζοντος ἀκρωτηρίου ἐπὶ Καρπέλλαν ἀκρωτήριον στάδια ψν'. ἐνταῦθα παράκειται τὸ προρρηθὲν Στρογγύλον ὄρος τὸ Σεμιράμιδος, ὥπερ ἀντικεῖσθαι ἔφαμεν κατὰ τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν τὸ Ἀσαβῶν ὄρος τε καὶ ἀκρωτήριον, ἅπερ ἑκάτερα ὄρη τε καὶ ἀκρωτήρια τὰ στενὰ ποιεῖ τοῦ Περσικοῦ κόλπου. Rittero, aliis, Semiramidis mons est rupes ex arenis in 800 pedum altitudinem assurgens, quæ nunc vocatur *Koh Umbarek* vel rectius *Koh-mubarek* (mons bonæ fortunæ). Est potius hod. *Djebel Serraoût*.

ἡ Ἀπολόγου, κειμένη κατὰ Πασίνου Χάρακα καὶ ποταμὸν Εὐφράτην.

36. Παραπλεύσαντι δὲ τοῦτο τὸ στόμα τοῦ κόλπου μετὰ δρόμους ἓξ ἕτερον ἐμπόριόν ἐστι τῆς Περσίδος, τὰ λεγόμενα Ὄμανα. Ἐξαρτίζεται δὲ εἰς αὐτὴν συνήθως, ἀπὸ μὲν Βαρυγάζων εἰς ἀμφότερα ταῦτα τῆς Περσίδος ἐμπόρια πλοῖα μεγάλα χαλκοῦ καὶ ξύλων σανταλίνων καὶ δοκῶν καὶ κεράτων καὶ φαλάγγων σασαμίνων καὶ ἐβενίνων, εἰς δὲ τὰ Ὄμανα καὶ ἀπὸ Κανῆς λίβανος, καὶ ἀπ' Ὀμάνων εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐντόπια ῥαπτὰ πλοιάρια, τὰ λεγόμενα μαδάρα. Εἰσφέρεται δὲ ἀπὸ ἑκατέρων τῶν ἐμπορίων εἴς τε Βαρύγαζα καὶ εἰς Ἀραβίαν πινικὸν, πολὺ μὲν, χεῖρον δὲ

logi dictum, juxta Spasini Characem ad Euphratem situm.

36. Prætervehenti illud sinus ostium post sex dierum cursum aliud occurrit Persidis emporium, Omana dictum. Expediri eo solent a Barygazis in ambo hæc Persidis emporia navigia magna æris, lignorum santalinorum, trabium, cornuum, phalangum sasaminorum et ebeninorum, in Omana autem etiam e Cane thus, et ab Omanis in Arabiam propriæ hujus loci naviculæ sutiles, quæ vocantur madara. Importantur ex utroque emporio in Barygaza et Arabiam margaritæ multæ at Indicis inferiores, purpura, vestimenta ad loci

---

1. ἡ Ἀπολόγου] Emporium, ex aliis græcis latinisve scriptoribus, quantum scio, non notum, sæpius memoratur apud Arabes, qui vocant *Obollah, Oboleh, Obolegh*. Sita erat ad Euphratem paullo infra *Busra* urbem. Vid. Gregor. Abul. Pharaji Histor. dynast. ed. Pokoke. Oxon. 1663 p. 112; Abulfeda Annal. Moslem. ed. Reisk. 1754, p. 67; El Masudi *Historical encycl.*, etc. *transl. by* Sprengel (London 1841), t. I, p. 259; Edrisi I, p. 364. 369; Abulfeda Tab. geogr. ed. Wüstenfeld, p. 70, et qui multis de hoc emporio, quod post Teredonis ruinas florere cœpit, exponit, Ritter. IX, p. 167. X, p. 52. 181 sq. 177. || — κατὰ Πασίνου Χάρακα καὶ] καταπασίνου χώρα καχαι (sic), quod prima manu erat χάρακα καὶ, deinde male mutatum est in χώρα κατά. Salmasius voluit κατὰ Σπασίνου χώραν κατά. De scripturis Σπασίνου et Πασίνου, quarum hæc frequentior, illa, ut videtur, verior, v. Steph. Thes. s. v. De situ et fatis Characis urbis vid. Plinius VI, 31 § 138 Sillig., unde facile apparet esse hodiernum emporium *Mohammarah* (30° 24′ 34″ lat., 48° 16′ 42″ long. Gr.), eo loco situm ubi *Karun* (Eulæus veterum) in Pasitigrim influit. V. Chesney *Survey of the rivers Euphrat and Tigris* I, p. 200; Droysen. *Hellenism*. p. 630 et 710 sq. Cf. Salmasius l. l. p. 347. 493; Mannert V, 2, p. 421. Ritter X, p. 55 sq.

§ 36. l. 5. Ὄμανα] Ejus emporii jam meminit Noster § 27. Præterea occurrit apud Ptolemæum et Marcianum et ex Juba ap. Plinium VI, 32 § 149, ubi sic: *Omanæ* (Arabiæ sc.), *quod priores celebrem portum Carmaniæ fecere*, adeo ut Noster et Ptolemæus falsam opinionem secuti forent. Equidem majorem mercatori nostro fidem habeo. Fuerit urbs Arabum Omanitarum colonia, Nearchi ætate recentior. Ab ostio sinus Persici et Asabôn montibus sex dierum iter sive 3000 stadiorum via ducit fere ad hod. *Tchubar* sinum, cui *Tschubar, Tiz* et *Purug* loca adjacent. Ibi igitur Omana erit collocanda. Non ita multum abludens Mannertus Omana ad hod. *Cap Tanka* ponit. Contra Vincentus Omana ponit inter *Iskim* et *Muksa* fluvios, Lapieus similiter « *au sud de Jungin,* » 450 stadiis a prom. *Jask* orientem versus. Qua in re, spreto Periplo, sequuntur Ptolemæum ejusque sectatorem Marcianum; quamquam facile intelligere erat rationes horum perversissimas esse. Etenim quum *Tiz* urbs a *Cap Mussendom* linea recta *quattuor* gradibus distet, Ptolemæus a Tisa urbe (101° 10′) usque ad Asabôn (92° 30′) promontorium *novem* fere gradus numerat. Præterea ingentem ibi Paragontem sinum finxit qui nullus est. Jam vero Omana (97° 30′) ab Asabôn prom. distare dicit gradibus quinque; quod satis quadrat cum computu Peripli. Unde sponte colligis Ptolemæum hanc distantiam e Periplo aliquo nostri simili accepisse, eamque in commentitiam suam oræ delineationem transtulisse. Quod Paragontem Ptolemæi sinum attinet, Mannertus eum ex arab. *Bahr Oman* natum esse suspicatur. Nescio an nomen ejus in hodierno *Purug* ad sinum supra memoratum superstes sit. Ceterum Ὄμανα nomen in codicibus Ptolemæi corruptum est in Νόμμανα, Νόμβανα, Κόμμανα, Κόμβανα; veram scripturam servavit Marcianus p. 37 Mill., ubi Ὄμανα ἐμπόριον τῶν ἐπισήμων. || — 8. σανταλίνων] σαγαλίνων codex; em. Salmasius l. l. p. 726. De formis σαντάλινος et σανδάλινος v. Steph. Thes. v. σαγάλινα. De re v. Ritter: *Das Sandelholz* (*Santalum album, Linn., Dschandana im Sanskr., Zanpal im Arab., Dschandan im Hindu u. Mongolischen*) *in Malabar und seine Verbreitungssphære* in *Erdk*. t. V, p. 815 sqq. || — κεράτων] Quodsi boum cornua vel elephantum dentes interpreteris, offendit vox inter δοκῶν et φαλάγγων media. Quare aut alio sensu accipiendam esse puto aut mutandam in κορμῶν vel κορμίων. Certe κορμοὺς ἐβένου, truncos ebeni, e Callixeno Rhodio memorat Athenæus V, p 201, A. || — φαλάγγων] Cf. Herodot. III, 97: διηκοσίας φάλαγγας ἐβένου. Sunt fustes vel baculi teretes. Schol. Apoll. Rh. II, 845: φάλαγξ τὸ ἐπίμηκες καὶ στρογγύλον ξύλον. Hesych.: φαλάγγια, στρογγύλα ξύλα καὶ σύμμετρα. Cf. Salmas. l. l. p. 727. || — 9. σασαμίνων] sic codex; σησάμινα ξύλα memorat Cosmas Indopleustes; porro e Dioscoride Salmasius ll. affert hæc: ἔνιοι δὲ σησάμινα ἢ ἀκάνθινα ξύλα, ἐμφερῆ ὄντα, ἀντὶ ἐβένου πωλοῦσι. Nos novimus sesamum herbam oleumque sesaminum; quæ vero ligna sint sesamina nemo adhuc expedivit. Quare intactam reliqui vulgatam, quam præpostera judicii confidentia in σησ. mutavit Stukius. || — 9. τὰ Ὄμανα] τὴν Ὄμανα h. l. codex, et mox Κανὴ pro Κανῆς. || — 11. μαδάρα] μαδάρα τε cod.; an μαδάρατα? || — 12. Βαρύγαζαν h. l. et passim codex. Ubique dedimus τὰ Βαρύγαζα.

τοῦ Ἰνδικοῦ, καὶ πορφύρα καὶ ἱματισμὸς ἐντόπιος καὶ οἶνος καὶ φοῖνιξ πολὺς καὶ χρυσὸς καὶ σώματα.

37. Μετὰ δὲ τὴν Ὀμανιτικὴν χώραν ὁμοίως ἡ Παρσιδῶν παράκειται, βασιλείας ἑτέρας, καὶ κόλπος τῶν Τεράβδων λεγόμενος, οὗ κατὰ μέσον εἰς τὸν κόλπον [ἄκρα] παρανατείνει. Καὶ παρ' αὐτὸν ποταμός ἐστιν, ἔχων εἰσαγωγὴν πλοίοις, καὶ μικρὸν ἐπὶ τοῦ στόματος ἐμπόριον Ὠραία λεγόμενον, καὶ κατὰ νώτου μεσόγειος πόλις, [ἀπ]έχουσα ὁδὸν ἡμερῶν ἑπτὰ ἀπὸ θαλάσσης, ἐν ᾗ καὶ βασιλεία ἡ λεγομένη *. Φέρει δὲ ἡ χώρα σῖτον πολὺ καὶ οἶνον καὶ ὄρυζαν καὶ φοίνικα, πρὸς δὲ τὴν ἤπειρον οὐδὲν ἕτερον ἢ βδέλλαν.

38. Μετὰ δὲ ταύτην τὴν χώραν, ἤδη τῆς ἠπείρου διὰ τὸ βάθος τῶν κόλπων ἐκ τῆς ἀνατολῆς ὑπερκερώσης, ἐκδέχεται [τὰ] παραθαλάσσια μέρη τῆς Σκυθίας παρ' αὐτὸν κειμένης τὸν βορέαν, ταπεινὰ λίαν, ἐξ ὧν ποταμὸς Σίνθος, μέγιστος τῶν κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ποταμῶν καὶ πλεῖστον ὕδωρ εἰς θάλασσαν ἐκβάλλων, ὥστε ἄχρι πολλοῦ (καὶ πρὶν ἢ συμβάλῃ τῇ χώρᾳ) εἰς

consuetudinem confecta, vinum, palma multa, aurum, mancipia.

37. Post Omaniticam regionem deinceps adjacet Parsidarum terra ad aliud regnum pertinens et sinus Terabdôn dictus, cujus in mediam partem promontorium excurrit. Porro fluvius ad eum est navibus introitum præbens, et ad ostium ejus parvum emporium, Oræa dictum, et pone id in mediterraneis, septem dierum itinere a mari distans, urbs regis sedes, quæ vocatur *. Fert regio multum frumenti, vinum, oryzam, palmam; ad oram vero nihil aliud quam bdellium.

38. Hanc regionem, continente jam ob sinuum profunditatem ab ortu veluti cornu excurrente seque incurvante, excipiunt Scythiæ boream versus pertinentis partes maritimæ, humiles admodum, e quibus Sinthus *exit*, fluvius omnium maris Erythræi maximus, qui copiosissima aquarum vi in mare se exonerat, adeo ut ad longum usque spatium, priusquam regionem hanc

---

§ 37, l. 4. ἡ Παρσιδῶν.] ἡ παρ' ὁδὸν codex. Παρσίδαι, gens Gedrosiæ, quam excipiunt orientem versus Arbitæ, nominantur ap. Ptolemæum VI, 20 p. 439 in codice A Wilb. nec non in vulgata, nisi quod in hac Παρσίδαι abiit in Γαρσίδαι. Reliqui Wilbergi codices Παρσίραι, quod propius abest a Plinianis VI, 26, § 93: *Flumen Tonberon navigabile, circa quod Pariræ* (*Pasires* scr. Harduin.), ibid. § 95: *Alii Gedrusos et Sires* (*Pasires* em. Harduinus et Sillig) *posuere per* 135 *mill. pass., mox Ichthyophagos Oritas*, etc. Hæc haud dubie ex Juba, qui ipse Alexandri rerum scriptores, Onesicritum maxime et Nearchum, adhibuit. Arriano Ind. 25 Πασιρέες, quorum est Πασίρα vicus et Βαγίσαρα portus ab oriente magni promontorii (*Cap Arrubah*). || — 4. κόλπος τῶν Τεράβδων] Num genuina scriptura sit necne nescitur, quum aliunde nullum sinus in hoc tractu nomen proditum sit. Ortelius et Vincentus eundem esse Παράγοντα Ptolemæi sinum opinati sunt, quamquam ὁ Παράγων Ptolemæi ad hanc regionem minime pertinet. Fabricius conj. τ. Ἀραβιτῶν. In Geogr. Rav. II, 5 justa Oritas habes *Teritas*. || — 6. ἄκρα inserui; malim ἄκρα ἀνατείνει. Causa lacunæ fuisse videtur irrumpens glossema; nam verba εἰς τὸν κόλπον abundant; pro οὗ κατὰ μέσον aliquis notaverit variam scripturam εἰς μέσον τὸν κόλπον, quæ deinde cum altera conflata est. Ceterum ἄκραν dicere auctor eandem videtur quam Nearchus ap. Arr. l. l. circumnavigavit ἄκρην ἐπὶ πολύ τε ἀνέχουσαν ἐς τὸν πόντον καὶ αὐτὴν ὑψηλὴν καὶ κρημνώδεα (*Cap Arrubah* s. *Urmarrah*) Quodsi in medio sinu id promontorium erat, ὁ τῶν Τεράβδων (an Γεδρωσῶν?) κόλπος pertinuisse videtur a *Cap Guadel* ad *Cap Monze*. Emporium Oræam hodie esse *Urmara* locum sunt qui putent. At nullus ibi fluvius; hic fortassis erat Toberus quem Plinius in Pasirum regione, Arrianus autem Τόμηρον vocans in Oritarum ditione collocat; cogitari etiam possit de hodierno *Agbor* fluvio, ad quem nunc *Hurcana* locus exstat, et Leonnatus olim τὴν Ὥρων πόλιν jussu Alexandri regis συνοικίσαι videtur (v. not. ad. Arrian. Ind. c. 22). || — 8. Ὡραία] ὡραία codex, quod si tueri velis, conferre licet Curtium IX, 10, ubi plerique codices *Horitas* præbent. || — καὶ κατὰ νώτου] καὶ κατ' αὐτὸν codex. Cf. infra § 38 καὶ κατὰ νώτου μεσόγειος ἡ μητρόπολις, et § 2: οἷς ἐπίκειται κατὰ νώτου μεσόγειος κτλ. || — 9. ἀπέχουσα] ἔχουσα codex; em. editt. Post v. λεγομένη nomen excidit urbis, quam fuisse Ῥαμβακίαν, principem Oritarum locum in regione fertili situm (Arrian. Anab. VI, 21), probabiliter censet Mannertus V, 2, p. 19. || — 12. ἤπειρον pro αἰγιαλὸν dictum, ut passim.

§ 38. ἐκ τ. ἀνατολῆς ὑπερκερώσης] Schwanbeckius p. 490 vocem ὑπερκερᾶν aliunde non notam esse opinatus legi voluit ὑποχωρούσης; quæ suspicio sane nasci poterat ex seqq. παρ' αὐτὸν κείμενα τὸν βορέαν; ita enim codex; at tum rem falsissimam traderet auctor. Contra bene omnia habent, modo pro κείμενα legas κειμένης, adeo ut non ora versus boream flecti dicatur, sed Indoscythia ab ora boream versus extendi. Litus in tractu Indo vicino ex oriente procurrere sinumque flexu suo efficere recte Noster significat. Exquisitior vox ὑπερκερᾶν non magis offendit quam supra locutio ὑποφεύγειν τὴν χώραν. || — 15. Σκυθίας] Ἰνδοσκυθίαν dicit Ptolemæus de Scythis Getis sive Sacis (*çaka* ind.), qui, everso regno græco-bactrico, rerum in his regionibus potiti sunt circa an. 120, ut videtur (Vid. Benfey in *Ersch u. Gruber's Encl. v. Indien* p. 77 sqq.). Νότιοι Σκύθαι appellantur ap. Dionys. Per. 1018. || — 16. ἐξ ὧν] verbum ἔξεισι exciderit. Hudsonus ἑξῆς scripsit, quasi Indus fluvius ab ora Indoscythica posset sejungi. || — 17. Σίνθος] Plinius VI, 23: *Indus incolis Sindis* (*Sindus* var. lect.); ling. sanscr. *Sindhu*. Nativum fluvii nomen apud Ptolemæum habes in secundo ejus ostio, quod vocatur Σίνδων στόμα. || — 19. συμβάλῃ τῇ χώρᾳ] Malim συμβάλῃ τις τῇ χ. || — ἄχρι πολλοῦ.. ἀπαντᾶν λευκὸν ὕδωρ] « Das ausgeworfene Wasser süsst das Meer

τὸ πέλαγος ἀπαντᾷν ἀπ' αὐτοῦ λευκὸν ὕδωρ. Σημεῖον δὲ ἤδη τῆς περὶ αὐτὴν [τὴν] χώραν ἐπιβολῆς τοῖς ἐκ πελάγους ἐρχομένοις οἱ προαπαντῶντες ὄφεις ἐκ τοῦ βάθους· τῶν γὰρ ἐπάνω καὶ περὶ τὴν Περσίδα τόπων σημεῖόν ἐστιν αἱ λεγόμεναι γράαι. Ἑπτὰ δὲ οὗτος ὁ ποταμὸς ἔχει στόματα, λεπτὰ δὲ ταῦτα καὶ τεναγώδη, καὶ τὰ μὲν ἄλλα διάπλουν οὐκ ἔχει, μόνον δὲ τὸ μέσον, ἐφ' οὗ καὶ παραθαλάσσιον ἐμπόριόν ἐστιν Βαρβαρικόν. Πρόκειται δὲ αὐτοῦ νησίον μικρὸν, καὶ κατὰ νώτου μεσόγειος ἡ μητρόπολις αὐτῆς τῆς Σκυθίας Μινναγάρ· βασιλεύεται δὲ ὑπὸ Πάρθων, συνεχῶς ἀλλήλους ἐνδιωκόντων.

39. Τὰ μὲν οὖν πλοῖα κατὰ τὴν Βαρβαρικὴν διορμίζεται, τὰ δὲ φορτία πάντα εἰς τὴν μητρόπολιν ἀναφέρεται διὰ τοῦ ποταμοῦ τῷ βασιλεῖ. Προχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον ἱματισμὸς ἁπλοῦς ἱκανὸς καὶ νόθος οὐ πολὺς, πολύμιτα καὶ χρυσόλιθον καὶ κοράλλιον καὶ στύραξ καὶ λίβανος καὶ ὑαλᾶ σκεύη καὶ ἀργυρώματα καὶ χρῆμα, οἶνος δὲ οὐ πολύς. Ἀντιφορτίζεται δὲ κόστος, βδέλλα,

attingas, alba ex eo aqua in alto mari occurrat. Signum vero, quo ad hanc se regionem jam accedere ex alto venientibus proditur, serpentes præbent ex profundo obvii, sicuti in superioribus et circa Persidem locis ejusdem rei signum sunt serpentes, qui graæ appellantur. Septem Sinthus fluvius habet ostia, exilia tamen et palustria, ita ut navigari nequeant, uno excepto medio, ad quod etiam maritimum est emporium Barbaricum. Objacet ei insula parva; a tergo autem in mediterraneis sita est Minnagar, Scythiæ metropolis; imperio subjecta Parthorum principum, qui perpetuo divisi dissidio mutuo se expellunt.

39. Naves igitur ad Barbaricen in ancoris sistuntur, merces vero omnes in metropolim per fluvium ad regem afferuntur. Importantur in emporium vestitus simplicis sat multum, adulterini nonnisi paullulum, polymita sive plurimis liciis texta, chrysolithus, corallium, styrax, thus, vasa vitrea, argentea, numi, vinum non multum. Contra exportantur costus, bdel-

---

auf ein Paar Stunden weit » Ritter. VII, p. 169 secundum J. Burnes *Narrative of a visit to the court of Sind., Edinburg* 1831. || — 3. ὄφεις... γράαι] Cf. § 40 extr. et § 50. Plinius VI, 26 : *Circa has* (insulas sinus Persici) *hydri marini vicenûm cubitorum terruere classem* (Nearchi). *Graha* lingua sanscrita significare serpentem ex Boppio monet Ritter VI, p. 1082, addens eosdem serpentes et Indis et recentioribus nautis bene notos esse; laudat *Khoza Adul Kureem Memoirs ed. Fr. Gladwin.* Calcutta 1788, p. 141; Niebuhr *Reise* t. I, p. 452; Cluer *Description of the coast of India*, Lond. 1789 p. 10; Bohlen *Indien* II, p. 134. Adde quos Gosselinus III, p. 200 laudat, Thevenot, *Voyage*, t. V, p. 692; de Grand-pré, *Voyage dans l'Inde et au Bengale* I, p. 27. 28. || — ἑπτὰ] Sic Ptolemæus quoque. Accuratissime de Indi ostiis egit Bournes l. l., quem excerpsit Ritter VII, p. 168 sq. || — 7. διάπλουν οὐκ ἔχει.] Aut falsa Noster refert aut nihil dicere voluit nisi medium alveum vel solum vel præ ceteris frequentari, ut qui facillimam præbeat navigationem. || — Βαρβαρικὸν] paullo post τὴν Βαρβαρικὴν codex. Ptolemæus VII, 1 : ἐν νήσοις ταῖς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ γινομέναις πόλεις αἵδε· Πάταλα (112° 50'; 21°) Βαρβαρεῖ (113° 25'; 22° 30'). Ad *Rechel* seu *Ritschel* ostium collocandum emporium putat Ritter V, 575. Quæ Gosselius III, p. 200 de Barbarici situ habet, quum a Ptolemæo et Periplo aliena sint, silentio licet præterire. Vincentus de *Soheri* cogitari vult. Nomen ab Indis inditum de Scythis barbaris, quos *Warwaras* vocabant. V. Benfey in *Ersch's u. Grubers Enc.* v. *Indien* p. 91. || — 10. Μινναγὰρ] intra codex Μινναγάρα. Ptolemæo est Βινάγαρα (118°, 25° 20'). Illud rectius, siquidem Scythæ Indice *Min*, et *nugara* urbs vocantur. Ritter intelligit clarum olim emporium, ad Delta situm, quod nunc *Tatta*, Alexandri Magni et sequentibus temporibus Pattala dicebatur; id enim postea *Minnagara* denominatum esse inde colligit, quod etiam nunc *Tatta* urbs ab *Ihareja-Rayputis*, qui in *Cutsch* regione habitantes genus e Tatta urbe repetunt, vocatur *Sa-Minagur*. Sed *Minnagar* complures urbes dictas esse nominis significatio suadet, ipseque Periplus alteram Minnagaram urbem habet. Quare Ritteri sententia tanto incertior est, quo longius recedit a testimonio Ptolemæi. Cui innitens Mannertus V, 1, 140 Minnagara componit cum hodierna *Bukkur;* D'Anvillius (*Antiq. de l'Inde*, p. 34) cum hod. *Mansura;* Vincentus confert *Menhabery* apud Edrisium I, p. 164, qui ab ostiis Indi ad *Dabil* locum iter tridui, hinc ad *Menhabery* viam bidui esse tradit. || — 11. ὑπὸ Πάρθων] Scythiam vocat regionem, quamquam Parthis tum subjectam. Sacas scimus anno 56 ante Chr. a *Vicramâditja* expulsos. Is annus est initium æræ apud Indos celeberrimæ, quæ vocatur *Sâkâbda* (annus Sacorum). Haud diu tamen recuperatos priscæ fines patriæ norunt tueri. Mox enim (inter ann. 30-20 a. C.) denuo Scythicum in India regnum condidit *Yenkaotschin* (V. Benfey l. l. p. 83). Scythis autem successisse reges Parthicos Peripli testimonio docemur, cujus fidem corroborant numi Parthici qui in his regionibus passim reperti sunt (V. B. Grotefend *Die Münzen der griech. Kœnige von Baktrien und den Lændern am Indus* p. 37 sq.). Quodsi e locis ubi numi isti obviam facti, conjicere licet, regnum hoc Parthicum totam fere regionem, quam Indoscythiæ Ptolemæus tribuit, complectebatur. Nomina regum seu principum in numis leguntur : *Vonones, Spalyrius, Spalirisus, Yndopheres, Gondophares, Heronaspheres, Abagases.* Ex his *Vononem* esse regem Parthicum Vononem I (14 p. Chr.) vel Vononem II (51 p. C.) fuerunt qui putarent. Probabilius est quod Benfeyus l. l. p. 85 statuit, eos reges Parthicos, quos ex historia novimus, omnino distinguendos esse ab hisce principibus, qui e regia fortasse familia oriundi proprium sibi in Indoscythia regnum condiderint, conditum alter alteri eripuerint.

§ 39, l. 17. πολύμιτα] πολύμιτα cod.; em. Stuck. || — 19. De costo, indice *Kusht*, v. Theophrast. H. Pl. IX, 7; Dioscor. I, 15; Galen. t. XIII, p. 195; Pli-

λύκιον, νάρδος καὶ καλλεανὸς λίθος καὶ σάπφειρος καὶ Σηρικὰ δέρματα καὶ ὀθόνιον καὶ νῆμα Σηρικὸν καὶ Ἰνδικὸν μέλαν. Ἀνάγονται δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ πλέοντες μετὰ τῶν Ἰνδικῶν * περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὅς ἐστιν Ἐπιφί· δυςεπίβολος μὲν, ἐπιφορώτερος δὲ ἐκείνων καὶ συντομώτερος ὁ πλοῦς.

40. Μετὰ δὲ τὸν Σίνθον ποταμὸν ἕτερός ἐστι κόλπος ἀθεώρητος παρὰ τὸν βορέαν· ὀνομάζεται δὲ Εἰρινὸν, ἐπιλέγεται δὲ ὁ μὲν μικρὸν ὁ δὲ μέγα· πελάγη δέ ἐστιν ἀμφότερα τεναγώδη καὶ δίνας ἐλαφρὰς ἔχοντα καὶ συνεχεῖς καὶ μακρὰς ἀπὸ τῆς γῆς, ὡς πολλάκις, τῆς ἠπείρου μηδὲ βλεπομένης, ἐποκέλλειν τὰ πλοῖα, ἐνδοτέρω δὲ προληφθέντα καὶ ἀπόλλυσθαι. Τούτου δὲ ὑπερέχει τοῦ κόλπου ἀκρωτήριον, ἐπικαμπὲς ἀπὸ τοῦ Εἰρίνου μετὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὸν νότον ὡς εἰς τὴν

lium, lycium, nardus, callaina gemma, sapphirus, Sericæ pelles, othonium, filum Sericum, Indicum nigrum. Ceterum navigant eo etiam per altum Indicis *etesiis* (*sive Hippalo vento*) circa Julium sive Epiphi mensem; quorum periculosior quidem sed promtior breviorque est navigatio.

40. Post Sinthum fluvium alius est sinus versus boream, visu difficilis; appellatur Irinum; pars ejus magni, pars parvi nomine distinguitur. Utraque autem pars palustre pelagus est, vortices habens celeres, continuos, a terra longe pertinentes, ita ut sæpenumero naves, terra nondum apparente, in brevia impingant, et interius proreptæ etiam pereant. Huic imminet sinui promontorium, quod ab Irino ad orientem, tum

---

nius XII, c. 12; Diodor. II, 49; Salmasius de hom. hyles iatr. c. 88 p. 128 sq. qui etiam de bdella sive bdellio exponit p. 179 sqq. et de lycio p. 59. || — 1. καλλεανὸς] sic codex; editores, jubente Salmasio, scr. καλλαϊνός. Plinius XXXVII, 56: *Callais sapphirum imitatur, candidior et litoroso mari similis.. Callainas vocant e turbido callaino.* Id. ib.: *Angitis non multis alia videtur esse quam quæ calais.* Putant καλάϊνον vel καλλάϊνον χρῶμα, cujus sæpius mentio fit, de gemma hac, aut gemmam de colore dici. Multa de his Salmasius Exercc. Pl. p. 167, quæ cum aliis habes etiam in Steph. Thes. v. κάλαϊς. Causam mutandæ codicis scripturæ idoneam non adesse censet Schwanbeckius p. 499. Nomen indicum in ling. sanscr. fuisse vult *kaljána;* id vocabulum plerumque quidem *pecuniam* significare, sed sensu generaliori quidquid sit pulcrum, ideoque etiam de gemma potuisse usurpari. *Kaljána* autem græce καλλιανὸς vel καλλεανὸς potius quam καλλαϊνὸς dicendum fuisse. Similiter *Kaljáni* Indorum Nostro non Καλλάϊνα dici, sed, uti debebat, Καλλίενα (§ 52). || — 2. Σηρικὰ δέρματα] Hæc species alibi non occurrit. Vocem fortasse corruptam esse suspicatur Vincentus p. 390. An Σηρικὰ ἀθύρματα? || — 3. Ἰνδικὸν μέλαν, *Indigo.* || — ἀνάγονται δὲ καὶ κτλ.] Stuckius vertit: « Eo navigant cum Indicis mercibus mense Julio. Navigatio hæc difficiles quidem habet accessus; at pronior est et brevior » (brevior quanam?). Quod Vincentus II, p. 390 ita interpretatur: « The author observes, that in order to reach this port in the proper season, the ships should leave the harbour of Berenice in Epiphi or July; adding, that the passage down the Red sea is difficult at so early a period, but that a favorable wind (that is the monsoon) is more easely obtained after you have passed the straits, and the voyage more expeditious. » Quodsi hoc voluisset, perobscure auctor locutus foret. Ego ita statuo. In antecc. juxta oram ad Indum deducti sumus; sed navigari eo etiam per altum poterat hippalo vento; quæ navigatio periculosior quidem, sed concitatior breviorque. Hanc itineris rationem alteri opponit, verbis ἀνάγονται δὲ καὶ et ἐκείνων. Verba αὐτοὶ οἱ πλέοντες plebeiæ sunt græcitatis, neque tangenda. At nihili esse puto istud μετὰ τῶν Ἰνδικῶν. Merces Indis destinatas Ἰνδικὰ dici posse non credo nisi exemplis probanti. Num legendum μετὰ τὰ Ἰνδικὰ, sicut Homerus canit πλεῖν μετὰ χαλκόν? At hoc poetæ, non nostri nundinatoris foret. Itaque fuisse conjicio μετὰ τῶν ἱππάλων, vel, si hoc audacius, μετὰ τῶν Ἰνδικῶν [ἐτησίων.], collato § 57 ubi *moussons* venti vocantur ἐτησίαι ἐν τῷ Ἰνδικῷ πελάγει. || — 5. ἐπιφορώτερος] ἐπιφορώτατος cod.; em. Stuck. Ceterum hac navigatione Noster quoque usus esse videtur. Nam inde a Cane emporio nunc demum ad accuratiorem locorum descriptionem redit. || — δὲ ἐκείνων] fort. δὲ δι' ἐκείνων sc. τῶν Ἰνδικῶν ἐτησίων.

§ 40, l. 8. Εἰρινὸν] Nunc *Rin* sive *Run* vocatur ingens tractus, qui pro anni tempestatibus modo desertum est et solum durissimum saleque prægnans, modo lacus lutosus salsusque, variis insulis distinctus. Olim tamen istud *Rin* magis depressum, totumque mari coopertum fuisse debet (V. Burnes *Memoir of the eastern branch of the Indus and the Run of Cutsch* in *Travels*, London, 1834. t. III, p. 309 sqq. Ritter VI, p. 948). Exit *Run* in sinum, quem vocamus *golfe de Cutsch*, cujus sinus partem interiorem Noster, parum distincte rem exponens, Εἰρινοῦ nomine comprehendit, siquidem qui mox sequitur Barakes sinus nonnisi de exteriore parte sinûs *de Cutsch* intelligi potest. || — 10. δίνας ἐλαφρὰς] Num recte vertant *vortices celeres, rapidos*, dubito. Infra § 55 habes διάπλους ἐλαφρούς, quod ibi dicitur de fluvio ob scopulos breviaque onustis navibus non pernavigando. Cum his comparandus Ælianus N. A. IX, 49: Τῶν κητῶν τῶν μεγίστων αἰγιαλοῖς καὶ ᾐόσι καὶ τοῖς ἐλαφροῖς καλουμένοις καὶ βραχέσι χωρίοις προσπελάζει οὐδὲν, οἰκεῖ δὲ τὰ πελάγη, ubi ἐλαφρὰ loca sunt quæ tenuem vim aquæ habent, sive profunditate carent. Eodem sensu etiam nostro loco vox usurpari mihi videtur; quare scribendum puto θῖνας ἐλαφρὰς, quod intelligendum de submarinis, sed superficiem aquarum tantum non attingentibus arenarum tæniis. || — 12. ἐποκέλλειν] sic recte codex; ἀποκ. vulgo. || — 13. ἀπόλλυσθαι] ἀπολλύμενα et mox ὑπερήκει pro ὑπερέχει codex; em. editt. || — ἀπὸ τοῦ Εἰρινοῦ] ἀπὸ τοῦ δρόμου codex, in quo explicando frustra desudarunt interpretes; neque enim δρόμος ille cum Vincento in Barbarico Indi em-

δύσιν, ἐμπεριλαμβάνον αὐτὸν τὸν κόλπον λεγόμενον Βαράκην, νήσους ἑπτὰ ἐμπεριειλημμένον, οὗ περὶ μὲν τὰς ἀρχὰς οἱ περιπεσόντες ὀλίγον ὀπίσω καὶ εἰς τὸ πέλαγος ἀναδραμόντες ἐκφεύγουσιν, οἱ δὲ εἰς αὐτὴν κατακλεισθέντες τὴν τοῦ Βαράκου κοιλίαν ἀπόλλυνται· τὸ μὲν γὰρ κῦμα μέγα καὶ βαρὺ λίαν, ἡ δὲ θάλασσα ταραχώδης καὶ θολερὰ καὶ δίνας ἔχουσα καὶ ῥοώδεις εἰλίγγους. Ὁ δὲ βυθὸς ἔν τισι μὲν ἀπόκοπος ἔν τισι δὲ πετρώδης καὶ ἀπόξυρος, ὥστε τέμνεσθαι τὰς παρακειμένας ἀγκύρας διὰ ταχέων ἀποκοπτομένας, ἃς δὲ καὶ συντριβομένας ἐν τῷ βυθῷ. Σημεῖον δ' αὐτῶν τοῖς ἀπὸ πελάγους ἐρχομένοις οἱ προαπαντῶντες ὄφεις ὑπερμεγέθεις καὶ μέλανες· ἐν γὰρ τοῖς μετὰ ταῦτα τόποις καὶ τοῖς περὶ Βαρύγαζα μικρότεροι καὶ τῷ χρώματι χλωροὶ καὶ χρυσίζοντες ὑπαντῶσιν.

41. Μετὰ δὲ τὸν Βαράκην εὐθύς ἐστιν ὁ Βαρυγάζων κόλπος καὶ ἡ ἤπειρος τῆς Ἀριακῆς χώρας, τῆς Μαμβάρου βασιλείας ἀρχὴ καὶ τῆς ὅλης Ἰνδικῆς οὖσα. Ταύτης τὰ μὲν μεσόγεια τῇ Σκυθίᾳ συνορίζοντα Ἀβηρία

ad meridiem, denique occasum versus flectens sinum Baracen dictum, septemque insulas comprehendentem amplectitur. Ejus sinus in principium si qui incidunt, modo paullulum retro in altum recedant, salvi evadunt; sin in ipsum Baracæ ventrem sive recessum includuntur, pereundum est; fluctus enim grandis ibi et vehementissimus, mare autem concitatum, turbidum, gyris rapidisque vorticibus infestum. Profundum maris aliis in locis præruptum, aliis saxosum et acutum, adeo ut demissæ ancoræ vel illico abscindantur vel paullatim in profundo conterantur. Signum horum locorum ex alto adnavigantibus occurrentes sunt serpentes grandes et colore nigri; in iis enim quæ deinceps et circa Barygaza sunt locis minores et colore viridi aureoque fiunt obvii.

41. Post Baracen statim sequitur Barygazenus sinus litusque Ariacæ regionis, quæ Mambaræ regni et totius Indiæ est initium. Pars ejus mediterranea Scythiæque contermina vocatur Aberia (*sive Abiria*),

---

porio quæri potest, neque cum Mannerto cogitare licet de loco prope Astacapra sito, cujus mentio fit infra demum § 42. Corruptam vocem esse vel inde colligas, quod ex vulgata lectione inter Irinum et Baracen non distingueretur. || — 2. Βαράκην] Sinum *de Cutsch* Ptolemæus vocat Κάνθι κόλπον; Baracen sinum non novit, sed insulam quæ nomen ei dedisse videtur, Βαράκην (111° long. 18° lat.). Insulæ Peripli inde a *Noa-Nagur* occasum versus usque ad extremum sinum oræ adjacent. Ceterum nescio an Βαράκου κοιλία referenda potissimum sit ad paludosum maris recessum, qui extremitatem hodiernæ *Guzerate* tantum non insulam efficit. || — 5. τό τε γὰρ codex; emend. Fabricius. || — — 7. εἰλίγγους] forsan εἰλιγγας; certe εἴλιγγος de aquarum vortice usurpatum legere me non memini. || — 10. διὰ ταχέων ἀποκοπτομένας] ἀντέχειν ἀποκοντουμένας codex; licet etiam : ἐν τάχει. Vocem ἀποκοντ. em. Schwanbeck., qui pro ἀντέχειν conjecit ἃς μὲν ob sequens ἃς δὲ; quod necessarium non est et a traditis longe recedit. || — 11. δ' αὐτῶν sc. τῶν δινῶν καὶ εἰλίγγων. || — 14. Βαρύγαζαν codex.

§ 41. l. 17. ἡ ἤπειρος τῆς Ἀριακῆς χώρας] ἡ πρὸς Ἀραβικῆς χώρας cod., in quibus ἡ πρὸς em. Schwanb. Pro Ἀραβικῆς alii Ἀριακῆς, alii Λαρικῆς legi voluerunt. Illud in Periplo flagitari recte viderunt Stuckius, Hudsonus, Benfey (l. l. p. 91), alii. Primum huc facit quod § 14 narratur in Oponen naves merce onustas expediri ἀπὸ τῆς Ἀριακῆς καὶ Βαρυγάζων; deinde § 54 Muziris florere dicitur τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀριακῆς εἰς αὐτὴν ἐρχομένοις πλοίοις. Hinc sequitur istam Ariacen ex periegeseos ordine alicubi suo loco memorandum fuisse, adeoque nostro loco debere reponi. Qui Λαρικὴν h. l. scribi volunt (ut Vincentus et Mannertus), non ex Periplo argumentum adstruunt, sed in medium proferunt Ptolemæum, qui (VII, 1) regionem, de qua jam agitur, *Guzerate* sc. peninsulam et Barygaza et adjacentia, τῆς Λαρικῆς χώρας esse dicit, post quam ponit meridiem versus τὴν Ἀριακήν. Notandus hic auctorum dissensus, at non præpostere tollendus. Ceterum quum in lingua sanscr. vetus *Guzerate* regionis vel certe partis maritimæ nomen sit *Lat'ca*, in quo *t* cerebrale literam *r* sonare dicunt (V. Benfey l. l. p. 90) : bene habere τὴν Λαρικὴν Ptolemæi intelligitur. Ἀριακὴ nominis ratio latet; nam quod Schwanbeckius conjecit Ἀριακὴν sanscrit. esse *arsa*, i. e. *terram*, idque dictum pro *terra Indorum*, quo distingueretur a Scythia, id ne ipse quidem crediderit. Fortasse Peripli temporibus utrumque regnum in unum conflatum erat.; certe Pæthana urbs, Ariaces regia ap. Ptolemæum, in Periplo nonnisi tanquam emporium memoratur. Sin minus, Noster aut duas regiones in unam contraxit, aut Ariacen perperam dixit quæ Larice vocanda erat. || — 17. Μαμβάρου] Id nomen ex Nostri mente esse regis Indici, non vero Indoscythici (ut Benfey l. l. et Lassen *Zeitschr. f. Kunde des Morgenlands* IV, p. 198 putarunt) luce clarius est. Latere nomen indicum *Mahabharata* (rex magnus) suspicari Kuelbium (*Lænder u. Vœlkerkunde in Biogr*. I, p. 236) monet Fabricius. Schwanbeckius p. 508 dubitat an genuina sit nominis scriptura. Etenim § 52 post Barygaza memorantur τοπικὰ ἐμπόρια κατὰ τὸ ἑξῆς Ἀκαβάρου Σούππαρα (Ἀκαβάρους Οὔππαρα cod.), Καλλίενα, Μανδαγόρα, Παλαιπάτμαι. Eadem præter Callienam, alio tamen ordine, Ptolemæus quoque habet, at non habet Ἀκαβάρου nomen. Fortasse igitur, Schwanbeckius putat, id non loci sed regis esse, ejusdem sc. qui modo dicebatur Μάμβαρος : adeo ut vel alterutrum corruptum, vel ex utroque verum sit eliciendum. Nimis hæc vaga sunt. Ceterum Ptolemæum nostro Periplo usum esse Schwanbeckius censet, nihil tamen attulit quod vim habeat persuadendi, omisit vero quæ contrarium coarguant. || — 19. τῆς Σκυθίας συνορίζοντα Ἰβηρίᾳ καλεῖται, τὰ παραθαλάσσια δὲ Συνραστρηνή codex; em. Mannert. V, 1, p. 171, nisi quod retinuit Ἰβηρία, pro quo Ptolemæus VII, 1 recte habet Ἀβιρία; Indis est *Abhira* (V. Lassen De pentapotamia Indica p. 26. Benfey l. l. p. 91), regio fluvii ostiis vicina. Apud

καλεῖται, τὰ δὲ παραθαλάσσια Συραστρηνή. Πολυφόρος δὲ ἡ χώρα σίτου καὶ ὀρύζης καὶ ἐλαίου σησαμίνου καὶ βουτύρου καὶ καρπάσου καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς Ἰνδικῶν ὀθονίων τῶν χυδαίων· βουκόλια δὲ ἐν αὐτῇ πλεῖστα καὶ ἄνδρες ὑπερμεγέθεις τῷ σώματι καὶ μέλανες τῇ χροιᾷ. Μητρόπολις δὲ τῆς χώρας Μιννάγαρα, ἀφ' ἧς καὶ πλεῖστον ὀθόνιον εἰς Βαρύγαζα κατάγεται. Σώζεται δὲ ἔτι καὶ νῦν τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς σημεῖα περὶ τοὺς τόπους, ἱερά τε ἀρχαῖα καὶ θεμέλιοι παρεμβολῶν καὶ φρέατα μέγιστα. Ὁ δὲ παράπλους ταύτης τῆς χώρας ἀπὸ τοῦ Βαρβαρικοῦ μέχρι τοῦ κατὰ Ἀστάκαπρα πέραν Βαρυγάζων ἀκρωτηρίου, τῆς λεγομένης Παπικῆς, ἐστὶ σταδίων τρισχιλίων.

42. Μεθ' ἧς ἕτερός ἐστι κόλπος, ἔσω κυμάτων, εἰς αὐτὸν ἐνδύνων τὸν βορέαν, οὗ κατὰ μὲν τὸ στόμα νῆσός ἐστιν ἡ λεγομένη Βαιώνης, ἐν δὲ τοῖς ἐσωτάτοις τόποις μέγιστος ποταμὸς ὁ λεγόμενος Μάϊς. Τοῦτον

maritima autem Syrastrene. Ferax regio frumenti, orizæ, olei sesamini, butyri[1], carpasi, multæque ibi gossypio indico telæ conficiuntur notæ inferioris; armentis regio abundat; viros nutrit statura corporis maximos, colore nigros. Caput regionis Minnagara urbs, ex qua telæ e gossypio factæ quam plurimæ Barygaza devehuntur. Supersunt etiamnunc Alexandri expeditionis in his locis monumenta, sacella antiqua et castrorum fundamenta et putei maximi. Præternavigatio ejus tractus inde a Barbarico usque ad Papicen promontorium prope Astacapra in opposito Barygazis litore situm, stadiorum est ter mille.

42. Post Papicen alius sinus intra fluctuum impetum, versus boream tendens, cujus ad ostium insula est Bæones dicta, in intumo autem recessu fluvius permagnus, qui Mais appellatur. Hunc sinum, trecen-

---

Ptolemæum Abiria non Indiæ sed Indoscythiæ pars est. Nomen superstes esse videtur in tribu quæ nunc vocatur *Ahir*. Eam stirpem ex priscis Ariis Indicis repetendam et, quum circa emporia hujus tractus consedisset, celebratissimo in commerciorum historia *Ophir* nomini ansam præbuisse censet Lassenius, cujus rationes subducit Ritterus XIV, p. 390 sqq. || — 1. Συνραστρηνή h. l. codex, sed § 44 Συραστρηνή, ut Ptolemæus VII, 1 : ἡ δὲ περὶ τὰ στόματα τοῦ Ἰνδοῦ καὶ ἡ περὶ τὸν Κάνθι κόλπον Συραστρηνή. Idem Συράστραν κώμην ad Canthi sinum notat. Sanscr. regio *surâstra*, i. e. regnum pulcrum. || — 6. Μιννάγαρα] Eandem urbem ad orientale latus Namnadi fluvii collocat Ptolemæus. Ratione caret quod Schwanbeckius nec non Benfey l. l. (dubitans tamen) hanc Minnagaram non diversam esse putant a Minnagara Indoscythiæ ad Indum fluvium; Ptolemæi enim consensum non magni faciendum, quippe qui sua e Nostro desumpserit. Argumentum sententiæ non attulerunt, neque præsto fuisse existimes. Sane quidem quum Minnagara significet Sacarum urbem, offendere urbs possit in regione quam vere Indicam auctor dicit. Enimvero quum olim regnum Scytharum late patuisset, non est cur Minnagaram in hod. *Guzerate* miremur; nam tertiam etiam ejus nominis urbem ad Gangeticum sinum Ptolemæus affert. Everso Scytharum imperio, nomina tamen urbium Scythicarum manebant; sic in antecc. regionem quam Parthi Scythis eripuerant, Scythiam tamen, et regiam Minnagaram appellari vidimus. In *Guzerate* prisca regia *Ugein*, Ὀζήνη Græcorum, a Scythis eversa fuerit, adeo ut Indorum reges, recuperata patria, primum Minnagaræ degerent, usque dum Ozene restituta esset; restituta autem in pristinam dignitatem jam erat Ptolemæi ætate, qui Ozenen Hastanû regiam dicit. Minnagara quum ap. Ptolemæum a meridie sit Ozenes, collocanda videtur ad hod. *Indore*, in via quæ ab *Ugein* ducit ad Namnadum (*Nerdubba*) fluvium, quo merces in Barygaza emporium devehebantur. || — 9. περὶ [τούτους] τοὺς τόπους scr. Fabricius; fort. recte; quamquam id quod codex præbet, sæpissime simili modo recurrit, adeo ut omnibus istis locis cum Fabricio τούτους supplendum esse non sit vero simile. || — 10. Putei isti et castrorum reliquiæ quum ad Delta Indi fl. pertineant, verba περὶ τοὺς τόπους eodem sensu dicta sunt quo deinceps verba ταύτης τῆς χώρας. || — 11. κατὰ Ἀστάκαπρα πέραν B.] κατὰ ἄστα καὶ τράπεραν B. hoc loco codex, sed infra § 43 τὸ πρὸ Ἀσταχάμπρων ἀκρωτήριον ἡ Παπικὴ λεγομένη. Collato Ptolemæo VII, 1, § 60, ubi Ἀστάκαπρα memoratur, Nostra correxerunt editores. Pro πέραν, quod codex habet, nescio cur ἀπέναντι voluerit Salmasius ejusque sectatores. De situ loci dissentit Ptolemæus, cui Astacapra in mediterraneis a Syrastra vico boream versus. || — 13. Παπικῆς] Promontorium hoc iterum memoratur infra § 43. Ceterum Παπικῆς nomine non solum promontorium appellatum esse videtur, sed etiam projecta ei scopulorum tænia, quæ inde a *Gogeh* meridiem versus oræ prætenditur. Fabricius *Guzerate* regionis nomen Indicum ad promontorium transferens scripsit Λαρικῆς. Quod non memorassem, nisi nomen Ritteri (XIV, p. 393) conamini suo temere prætenderet. || — 13. τρισχιλίων]. Ter mille stadia inde ab Indi ostio *Rechel* et Barbarico emp. usque ad promontorium pertinent quod supra *Dhaulia* locum procurrit. Promontorio adjacet scopulorum tænia, Παπικὴ peripli nostri. Hinc ad boream ora flectit, sinusque coarctatur eandemque fere latitudinem usque ad intimum recessum retinet. Hanc interiorem sinus partem auctor appellat ἕτερον κόλπον (τόπον codex; em. Mannert V, 1, p. 165); aptius dixisset ἐνδότερον κόλπον; sed illud potuit, quum Barygazenum sinum statim post Baracen incipere statuerit (Cf. Ptolemæi tabulas), adeoque quidquid sequitur inde ab occidentali *Guzerate* peninsulæ extremitate, eo nomine comprehendat.

§ 42, l. 14. ἔσω κυμάτων] nescio an fuerit ἔξω τῶν κυμάτων. || — 16. Βαιώνης] vulgo insulam *Diu* nunc dictam intelligunt, quæ in narrationem peripli minime quadrat. Indicat auctor insulam exiguam, quæ, e regione Nerdubbæ fluvii, *Guzerate* peninsulæ adjacet. || — 17. Μάϊς] hodie *Mahi* ou *Mhye*.

τὸν κόλπον, τὸ πλάτος ὡς σταδίων τριακοσίων, οἱ πλέοντες εἰς Βαρύγαζα διαπερῶνται, ἐξ εὐωνύμων ἀκροφανῆ καταλιπόντες τὴν νῆσον, (καὶ) εἰς αὐτὴν [τὴν] ἀνατολὴν ἐπ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ Βαρυγάζων· λέγεται δὲ αὐτὸς ὁ ποταμὸς Ναμνάδιος.

43. Ὁ δὲ κόλπος αὐτὸς ὁ κατὰ Βαρύγαζα στενὸς ὢν τοῖς ἐκ πελάγους ἐρχομένοις ἐστὶ δυσεπίβολος· ἢ γὰρ εἰς τὰ δεξιὰ ἢ εἰς τὰ εὐώνυμα παραπίπτουσιν, ἧ γε ἐπιβολὴ κρείσσων ἐστὶ τῆς ἑτέρας. Ἀλλ' ἐκ μὲν τῶν δεξιῶν κατ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ κόλπου παράκειται ταινία τραχεῖα καὶ διάσπιλος, Ἡρώνη λεγομένη, κατὰ Καμμωνὶ κώμην· ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων ἀπέναντι ταύτης τὸ πρὸ Ἀστακάπρων ἀκρωτήριον, ἡ Παπικὴ λεγομένη, δύσορμος οὖσα διά τε τὸν ῥοῦν τὸν περὶ αὐτὴν καὶ διὰ τὸ ἀποκόπτειν τὰς ἀγκύρας τραχὺν ὄντα καὶ πετρώδη τὸν βυθόν. Κἂν κατ' αὐτὸν δέ τις ἐπιβάλῃ τὸν κόλπον, αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ κατὰ Βαρύγαζα ποταμοῦ δυσεύρετόν ἐστι διὰ τὸ τὴν χώραν ταπεινὴν εἶναι καὶ μηδὲν ἐγγύτερον ἐνεχύρως θεωρεῖσθαι· κἂν εὑρεθῇ, δυσείσβολός ἐστι διὰ τὰ περὶ αὐτὸν τενάγη τοῦ ποταμοῦ.

44. Τούτου χάριν περὶ αὐτὸν τὸν εἴσπλουν βασιλικοὶ ἁλιεῖς ἐντόπιοι πληρώμασι μακρῶν πλοίων, ἃ λέγεται τράππαγα καὶ κότυμβα, πρὸς ἀπάντησιν ἐξέρχονται μέχρι τῆς Συραστρηνῆς, ἀφ' ὧν ὁδηγεῖται τὰ πλοῖα μέχρι Βαρυγάζων. Κλίνουσι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ κόλπου διὰ τενάγη τοῖς πληρώμασι καὶ ῥυμουλκοῦσιν αὐτὰ σταθμοῖς ἤδη τεταγμένοις, ἀρχομένης μὲν τῆς πλήμης αἴροντες, ἱσταμένης δὲ διορμίζοντες κατά τινας ὅρμους καὶ κυθρίνους. Οἱ δὲ κύθρινοι τόποι εἰσὶ τοῦ ποταμοῦ βαθύτεροι μέχρι Βαρυγάζων· ἀπέχει γὰρ ἀπὸ τοῦ στόματος ἄνω παρὰ τὸν ποταμὸν κειμένη ὡς σταδίων τριακοσίων.

45. Πᾶσα μὲν ἡ Ἰνδικὴ χώρα ποταμοὺς ἔχει πλεί-

torum fere stadiorum latitudine, Barygaza petentes, relicta a sinistris insula, adeo ut vix apparuerit, trajiciunt versus ortum ipsumque os fluvii Barygazeni, qui vocatur Namnadius.

43. Ipse autem sinus ad Barygaza quum sit angustus, difficilem ex alto venientibus accessum præbet; aut enim in dextra excidunt aut in sinistra; quamquam hinc accessus altero melior est. Videlicet a dextris ad ipsum sinus ostium tænia aspera scopulisque distincta, quæ Herone vocatur, e regione Cammoni vici extenditur; a sinistris autem contra hanc exstat projectum Astacapris Papice promontorium, quod navibus appellendis per est incommodum, quum fluxus marinus circa id feratur ancoræque fundo petris asperis horrente dissecentur. Verum etiamsi in sinum feliciter aliquis ingressus sit, ostium fluvii Barygazeni haud facile invenitur, quoniam continens perhumilis est neque quidquam, nisi proximum sit, tuto conspicitur. Quodsi vero etiam inveneris, brevia quæ ad ostium fluminis sunt, aditum præbent difficilem.

44. Quare indigenæ regis piscatores ad ipsum introitum cum longis quibusdam navibus, quas Trappaga et Cotymba lingua vernacula appellant, adventantibus in occursum egrediuntur ad Syrastrenen usque, et Barygaza naves deducunt. Hi enim navigiis suis statim ab ostio sinus per brevia flectunt, et advenas naves remulco trahunt ordinatis stationibus; accedente æstu solvunt, recedente in certas quasdam stationes et cythrinos se recipiunt. Sunt vero cythrini loca fluvii profundiora usque ad Barygaza, quæ urbs ab ostio fluminis, cui adjacet, trecentis fere distat stadiis.

45. Universa quidem India fluvios habet plurimos,

1. τὸ πλάτος] τὸ πέλαγος codex et editt., quod sensum non fundit. || — 5. Ναμνάδιος] Λαμναῖος codex. Ptolemæo fluvius vocatur Ναμάδης; lingua sanscrita est *Narmáda* (amœnus). Νάμαδος vel Νάμμαδος conj. Schwanbeck p. 499; Νάμναδος scr. Fabricius. Fluvium apud Indos percelebrem multis describit Ritter VI, p. 568 sqq. 621 sqq.

§ 43, l. 6. ὁ δὲ κολπ.] ὅ τε κ. cod.; em. Fabric. || — 8. ἧ γε] ἥ τε codex. || — 11. διάσπιλος] vox alibi non obvia, quantum sciam. || — 12. Καμμωνὶ] sic codex; Καμάνην dicit Ptolemæus VII, 1, qui locum a Namade fl. boream versus male collocat. || — 13. Ἀστακάμπρων codex. Vid. supra. || — 19. μηδὲν ἐγγύτερον] leg. est aut καὶ μηδὲν μὴ ἐγγύτερον ὂν aut καὶ μηδ' ἐγγύτερον ὄντι.

§ 44, l. 29. ἱσταμ.] ἑσταμ. cod.; em. Fabricius. || — 30. κυθρίνους] De voce v. Steph. Thes. v. χύτρινος et Salmasius Exercc. Plin. p. 83. || — 33. ὡς σταδίων τριακοσ.] Ibi nunc urbs vocatur *Baroach*. Lingua sanscrita nomen sonare videtur *Brigu kak'ha* (regio litoralis Brigu), sed dubia res est. V. Lassen *Ind. Alt.* I, p. 107. Apud Hiuan Thsang p. 392 vocatur *Palou-kotschen-pho*, quod indice est: *Várikak' habhú*, i. e. regio palustris (v. Ritter. XIV, p. 393). Nicolaus Damascen. ap. Strabon. XVI, p. 720 Βαργόσην dicit. Mirum est quod ap. Stephan. Byz. legitur: Βαρύγαζα, ἐμπόριον Γεδρωσίας τῶν σφόδρα ἐπισήμων· οἱ οἰκοῦντες καὶ ὁ κόλπος Βαρυγαζηνοί. Cf. Ptol. VII, 1. Lambens meridionalem urbis partem *Nerbudda* fluvius profunditate adeo caret, ut nonnisi juvante maris fluxu et Africo vento ad urbem adscendere possint naves leviores; quibus vero aqua sulcatur profundius, ne tum quidem arenarum tæniam superare licet, quæ ostia fluvii in litore perhumili arboribusque prorsus destituto obstruit. Vel sic tamen opportunitatis commoda huic loco vindicaveris, siquidem interior sinus pars multo impeditiorem ob arenarum cumulos navigationem habet, ac parvis tantummodo navigiis (*crofts* vocant), quæ a levissimis *Gullivats* dictis remulco trahuntur, accessa sit. Denique quæ de ingenti fluxus et refluxus vi circa *Nerbuddæ* ostia recentiores tradunt, optime Peripli narrationem confirmant (Vide Forbes *Oriental Memoirs* t. II, p. 8 sqq. 104. 112. Ritter. VI, p. 627 sq.).

στους, ἀμπώτεις τε καὶ πλήμας μεγίστας, συναυξομένας ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν πανσέληνον ἄχρι τριῶν ἡμερῶν, καὶ τοῖς μεταξὺ καταστήμασι τῆς σελήνης ἐλασσουμένας, πολὺ δὲ μᾶλλον ἢ κατὰ Βαρυγάζων, ὥστε αἰφνίδιον τόν τε βυθὸν ὁρᾶσθαι, καὶ ** τινα μέρη τῆς ἠπείρου, ποτὲ δὲ ξηρὰ τὰ πρὸ μικροῦ πλωϊζόμενα, τούς τε ποταμοὺς ὑπὸ τὴν εἰσβολὴν τῆς πλήμης, τοῦ πελάγους ὅλου συνωθουμένου, σφοδρότερον ἄνω φέρεσθαι τοῦ κατὰ φύσιν ῥεύματος ἐπὶ πλείστους σταδίους.

46. Διὸ καὶ κινδυνώδεις εἰσὶν αἱ τῶν πλοίων προσαγωγαὶ καὶ ἐξαγωγαὶ τοῖς ἀπείροις καὶ πρώτως εἰσάγουσιν εἰς τὸ ἐμπόριον. Γινομένης γὰρ ὁρμῆς ἤδη περὶ τὴν πλήμην οὐδὲν παριεμένης οὐχ ἀντέχουσιν [αἱ] ἄγκυραι· διὸ καὶ τὰ προληφθέντα πλοῖα τῇ ἰναίᾳ, πλαγιασθέντα ὑπὸ τῆς ὀξύτητος τοῦ ῥοὸς, ἐποκέλλει τοῖς τενάγεσι καὶ ἀνακλᾶται, τὰ δὲ μικρότερα καὶ περιτρέπεται, τινὰ δὲ καὶ περὶ τὰς διώρυχας ἀποκεκλικότα διὰ τὸ περὶ τὴν ἄμπωτιν, ὅταν μὴ διερείσῃς, τῆς πλήμης αἰφνίδιον ἐπελθούσης, ὑπὸ τῆς πρώτης κεφαλῆς τοῦ ῥοὸς ἐμπίμπλαται. Τοσαῦται γὰρ περὶ τὴν εἰσβολὴν τῆς θαλάσσης γίνονται βίαι κατὰ τὰς νεομηνίας ὑπὸ τὴν νυκτερινὴν μάλιστα πλήμην, ὥστε ἀρχομένης ἤδη τῆς εἰσαγωγῆς, ὅταν ἠρεμῇ τὸ πέλαγος, ὑπ' αὐτοῦ φέρεσθαι τοῖς ἐπὶ τοῦ στόματος παραπλήσιον βοῇ στρατοπέδου μακρόθεν ἀκουομένῃ, καὶ μετ' ὀλίγον αὐτὴν ἐπιτρέχειν τοῖς τενάγεσι ῥοίζῳ τὴν θάλασσαν.

47. Ἐπίκειται δὲ τοῖς Βαρυγάζοις κατὰ τὰ μεσόγεια πλείονα ἔθνη, τό τε τῶν Ἀρατρίων καὶ Ἀραχωσίων καὶ Γανδαραίων καὶ τῆς Προκλαΐδος, ἐν ᾗ ἡ Βουκέφα-

ac maris fluxus et refluxus maximos, qui sub lunam novam et plenam ad triduum crescunt, mediis lunæ intervallis minuuntur; multo magis vero quam ceteris in locis istæ maris vicissitudines circa Barygaza obtinent, adeo ut derepente profundum maris appareat, et *modo pelagus sint* quædam continentis partes, modo sicca quæ paullo ante navigabantur, atque fluvii sub æstus accessum, toto in unum compulso pelago, vehementius sursum contra naturalem sui cursum ferantur per stadia plurima.

46. Quam ob causam reum ignari primumque ad emporium illud appellentes magno in inducendis educendisque navibus conflictantur periculo. Nam quum impetus undarum sub æstum sit nulla re frangendus, ancoræ haud resistunt; unde fit ut correptæ eo impetu naves et fluxus vehementiâ in transversum raptæ brevibus impingant et rumpantur, minores etiam evertantur, nonnullæ denique, quæ refluente mari per fossas subsidentes in latus inclinarint, nisi suffulcias eas, accedente subito æstu, impletæ primo fluxus incursu submergantur. Tanta autem in noviluniis, nocturno maxime æstu, maris accedentis vis est, ut instante jam intromissione, quando tranquillum est pelagus, hinc ad eos qui prope ostium degunt, primum *strepitus* perferatur cum clamore exercitus quem e longinquo audias, comparandus, mox vero ipsum mare stridente fragore in palustria irrumpat.

47. Imminent Barygazenæ regioni à mediterraneis gentes complures, Aratriorum scilicet et Arachosiorum et Gandaræorum, et Proclais (*sive Peucelais*)

§ 45, l. 1. συναυξομένας] συναπτομένας codex; em. Stuck. || — 5. καὶ τινα μέρη] Nonnulla exciderunt. Supplendum in hanc sententiam: καὶ ποτὲ μὲν πέλαγος εἶναί τινα μέρη τῆς ἠπείρου, ποτὲ δὲ κτλ.

§ 46, l. 13. οὐχ ἀντέχουσι αἱ ἀγκ.] αἱ κατέχουσιν ἀγκ. || — 14. cod. τῇ ἰναίᾳ] τῇ ἰνδίᾳ cod.; τῇ βίᾳ Vincent, quod a traditis abest longius. Nulla fere mutatio est, si eodem sensu scripseris τῇ ἰναίᾳ. Vocabulum hoc ex uno laudatur Hesychio, qui ἰναίαν interpratur δύναμιν. Nostro loco dictum foret de impetu maris accedentis (ut ἶς ποταμοῖο ap. Homer.). || — 18. διερίσῃ cod.; quodsi genuinum est, vertendum foret *nisi sedulo caveas;* sed corrupta potius vox erit. Dodwellus conjecit διερέσσῃ, *nisi perremigentur*. Legendum potius διερείσῃς. Vincentus II, p. 399 verba græca plerumque parum curans ita interpretatur: « Many also that have taken refuge in the creeks, unless they have fortunately changed their place in due time (which it is very difficult to do, on account of the instantaneous fall of the water), upon the return of the tide are filled with the very first head of the flood, and sunk. » || — 19. ἐπελθούσης] ἀπελθούσης cod. || — 21. νεομηνίας] συμμηνίας cod. Interlunia ad æstus vim augendam nihil conferunt. Rectiora ipse auctor in antecc. docuit. || — 24. τοῖς ἐπὶ] τοῖς ἀπὸ cod. Sermo de ostio Namnadi fluvii. || — παραπλήσιον] excidit βρόμον vel θόρυβον vel τι vel tale quid. || — βοῆς ... ἀκουομένης cod.

§ 47, l. 27. τοῖς B. κατὰ τὰ] κατὰ τὰ τῇ Βαρυγάζᾳ cod.; transposuit Fabricius. || — 28. Ἀρατρίων] Olim putabant Arios indicari; esse qui sanscrit. *Arâstrâs*, pracrit. *Aratta* dicuntur, adeo ut peripli Ἀράτριοι quasi medium locum inter sanscritam et pracritam nominis formam teneant, post alios monuit Schwanbeckius p. 339, lectorem relegans ad Wilsonum in *Asiat. Res.* XV, p. 106 et Lassenium De pentapot. p. 23 et in *Zeitschrift f. d. Kunde des Mòrgenlandes* III, p. 205. 212. Cf. Benfey. l. l. p. 92. Isti *Arâstrâs* sedes habuerunt in Pentapotamia ad Indum usque. Sin populum desideres Græcis Romanisque notum juxta notissima nomina Arachosiorum, Gandaræorum, Peucelaitarum, pro ΑΡΑΤΡΙΩΝ conjicias ΔΡΑΓΓΩΝ. || — Ἀραχωσίων] Ῥαχούσων codex; em. Stuck. || — 29. Γανδαραίων] Τανδαράγων cod.; quemnam populum dicere auctor voluerit, jam vidit Salmasius p. 698, legi jubens Γανδαριδῶν. Variæ nominis formæ occurrunt hæ: Γανδάραι (Hecatæus, Ptol.), Γανδάριοι (Herodot.), Γάνδροι (si vera lectio, Steph. B.), Γανδαρίδαι et Γανδαρῖται (Diodor., Plutarch. Alex., Dionys. Per.); sanscrit. ling. gens dicitur *Gandaras*. || — Προκλαΐδος] Προκλίδος h. l. codex, sed infra Προκλαΐδος. Consentit de nomine Ptolemæus VII, 1, 44, ubi Gandararum urbs Προκλαΐς (Ποκλαΐς v. l.) memoratur. Ni fallor Προ.. librariorum errore ortum est ex Πω..; quo admisso, propius abest altera nominis forma, apud eos obvia qui ex Alexandri rerum scriptoribus pendent. Legitur de gente: Πευκαλεῖς (ap. Dion. Per. 1143),

λος Ἀλεξάνδρεια. Καὶ τούτων ἐπάνω μαχιμώτατον ἔθνος Βακτριανῶν, ὑπὸ βασιλέα ὄντων ἰδιότοπον. Καὶ Ἀλέξανδρος ὁρμηθεὶς ἀπὸ τῶν μερῶν τούτων ἄχρι τοῦ Γάγγους διῆλθε, καταλιπὼν τήν τε Λιμυρικὴν καὶ τὰ νότια τῆς Ἰνδικῆς· ἀφ' οὗ μέχρι νῦν ἐν Βαρυγάζοις παλαιαὶ προχωροῦσι δραχμαὶ, γράμμασιν Ἑλληνικοῖς ἐγκεχαραγμέναι ἐπίσημα τῶν μετ' Ἀλέξανδρον βεβασιλευκότων Ἀπολλοδότου καὶ Μενάνδρου.

48. Ἔνι δὲ αὐτῇ καὶ ἐξ ἀνατολῆς πόλις λεγομένη Ὀζήνη, ἐν ᾗ καὶ τὰ βασίλεια πρότερον ἦν· ἀφ' ἧς πάντα τὰ πρὸς εὐθηνίαν τῆς χώρας εἰς Βαρύγαζα καταφέρεται καὶ τὰ πρὸς ἐμπορίαν τὴν ἡμετέραν, ὀνυχίνη λιθία καὶ μουρρίνη καὶ σινδόνες Ἰνδικαὶ καὶ μολόχιναι καὶ ἱκανὸν χυδαῖον ὀθόνιον. Κατάγεται δὲ δι' αὐτῆς καὶ ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων ἡ διὰ Προκλαΐδος καταφερομένη νάρδος ἡ Καττυβουρίνη καὶ ἡ Πατροπαπίγη καὶ ἡ Καβαλίτη καὶ ἡ διὰ τῆς παρακειμένης Σκυθίας, ὅ τε κόστος καὶ ἡ βδέλλα.

49. Προχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον οἶνος προηγουμένως Ἰταλικὸς καὶ Λαοδικηνὸς καὶ Ἀραβικὸς καὶ χαλκὸς καὶ κασσίτερος καὶ μόλυβδος, κοράλλιον καὶ χρυσόλιθον, ἱματισμὸς ἁπλοῦς καὶ νόθος παντοῖος, πολύμιτοι ζῶναι πηχυαῖαι, στύραξ, μελίλωτον, ὕαλος ἀργὴ, σανδαράκη, στίμμι, δηνάριον χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν, ἔχον ἀλλαγὴν καὶ ἐπικέρδειάν τινα πρὸς τὸ ἐντόπιον νόμισμα, μύρον οὐ βαρύτιμον οὐδὲ πολύ· τῷ δὲ βασιλεῖ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς εἰσφερόμενα βαρύτιμα ἀργυρώματα καὶ μουσικὰ καὶ παρθένοι εὐειδεῖς πρὸς παλλακίαν καὶ διάφορος οἶνος καὶ ἱματισμὸς ἁπλοῦς πολυτελὴς καὶ μύρον ἔξοχον. Φέρεται δὲ ἀπὸ τούτων τῶν τόπων νάρδος, κόστος, βδέλλα, ἐλέφας, ὀνυχίνη λιθία καὶ μουρρίνη καὶ λύκιον καὶ ὀθόνιον παντοῖον καὶ Σηρικὸν καὶ μολόχινον καὶ νῆμα καὶ πέπερι μακρὸν καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἐμπορίων φερόμενα. Ἀποπλέουσι δὲ κατὰ καιρὸν οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου εἰς τὸ ἐμπόριον ἀναγόμενοι περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὅς ἐστιν Ἐπιφί.

regio, in qua Alexandria Bucephalos. Supra has est bellicosissima natio Bactrorum, qui proprium sibi regem habent. Ab his partibus profectus Alexander ad Gangem usque penetravit, omissa Limyrica et Indiæ regione australi. Inde ad hunc usque diem Barygazis antiquæ in usu sunt drachmæ, literis græcis insculpta habentes signa Apollodoti et Menandri.

48. Inest huic regioni a parte orientali etiam Ozene urbs, in qua prius fuit regia. Ex ea quæcumque ad commoditatem regionis pertinent Barygaza devehuntur, nec non ea quæ ad nostram mercaturam faciunt, onyches lapides et murrhini, sindones Indicæ et molochinæ nec parva copia othonii vulgaris. Per eandem regionem ex superioribus locis nardus deportatur quæ per Proclaidem affertur Cattyburina et Patropapiga et Cabalita atque ea quæ per adjacentem transit Scythiam, nec non costus et bdellium.

49. Importatur in emporium de proposito vinum Italicum et Laodicenum et Arabicum, æs, stannum, plumbum, corallium, chrysolithus, vestitus simplex et adulterinus omnis generis, multis liciis textæ zonæ cubitales, styrax, melilotum, vitrum rude, sandarace, stimmi, numi aurei et argentei, quorum cum moneta domestica quæstuosa est commutatio, denique unguentum non magni tamen pretii nec multum; regi autem istis temporibus tributi nomine mittebantur argentea vasa pretiosa, instrumenta musica, virgines formosæ ad pellicatum, vinum eximium, vestitus simplex sumtuosus, unguentum præstantissimum. Exportantur vero ex his locis nardus, costus, bdellium, ebur, onyches lapides et murrhini, lycium, othonium varium, sericum, molochinum, filum, piper longum et quæ alia ex emporiis eo conferuntur. Opportuno huc navigatur tempore ex Ægypto circa mensem Julium sive Epiphi.

---

de urbe : Πευκέλα (ap. Arrian. Ind. 1), de regione : Πευκειλαιῆτις (Arr. Ind. 4, 11), Πευκελαῆτις (Arr. Anab. IV, 22, 28), Πευκελαιῖτις (codd. Strabon. p. 698; Plinius VI, 21). Formæ sanscritæ sunt *puscala, puscalavati* (Lassen *Zeitschft* l. l. III, p. 197 Benfey p. 45); hodie *Pekheli* prope *Peshaver*. Cf. Ritter. III, p. 1088. Mox pro ἐν ᾗ editt. scripserunt ἐν οἷς. Sane quidem Alexandria ista Hydaspi adjacens ad Peucelaitidem perperam refertur; at omnino in situ mediterraneorum indicando Noster negligentior. Quo pertinet etiam quod regiones modo memoratas tanquam Barygazis ἐπικειμένας recenset. Causa rei in eo quærenda, quod merces inde in magnum Barygazenorum emporium deportabantur. || — 2. ὄντων ἰδιότοπον] οὖσαν ἴδιον τόπον codex ; ἔχον ἴδιον τόπον Fabricius; possis οἰκοῦν ἴδιον τ. Infra quoque legitur ὑπὸ βασιλέα εἶναι; alias hoc loco mallem : ὑπὸ βασιλεῦσιν ὂν ἰδιοτόποις || — 4. Γάγγους] Fabulæ de Alexandro ad Gangen usque progresso vel nostri auctoris temporibus apud vulgus notiores fuerint quam historicorum commentarii. || — 6. παλαιαὶ δραχμαὶ] Etiamnunc in his locis passim inveniuntur. V. Grotefend *Münzen*, etc. p. 108 sq. || — 8. Ἀπολλ. καὶ Μεν.] Inter græcos Bactrorum reges hosce duo fuisse postremos, atque Apollodotum ante Menandrum regnasse, quamquam Noster Apollodotum primo loco memoravit, ex indole numorum (disertioribus testimoniis denegatis) conjecit Grotefendus l. l.

§ 48, l. 9. αὐτῇ] αὐτῆς codex. || — 10. Ὀζήνη] indice *Uggajini*, vulgo *Ougein*, quæ fortasse priscis jam temporibus regia erat; certum est sedem ibi habuisse Vicramaditjam, qui an. 56 a. Chr. Sacas expulit (V. Lassen De pentapotamia p. 57. Bohlen *Ind.* I, p. 94; Ritter V, p. 486). Cf. supra not. ad § 38. || — 11. Βαρύγαζαν cod. || 16. ἡ Καττυβουρίνη.. Πατροπαπίγη.. Καβαλίτη] De prioribus duobus nominibus dicere non habeo; tertium esse videtur *Caboul* regionis, cujus incolas Ptolemæus VI, 18, 3 Καβολίτας vocat.

§ 49, l. 24. στῆμι codex. || — 31. De onychum fodi-

50. Μετὰ δὲ τὰ Βαρύγαζα εὐθέως ἡ συναφὴς ἤπειρος ἐκ τοῦ βορέου εἰς τὸν νότον παρεκτείνει· διὸ καὶ Δαχιναβάδης καλεῖται ἡ χώρα· δάχανος γὰρ καλεῖται ὁ νότος τῇ αὐτῶν γλώσσῃ. Ταύτης ἡ μὲν ὑπερκειμένη πρὸς ἀνατολὰς μεσόγειος ἐμπεριέχει χώρας τε πολλὰς καὶ ἐρήμους καὶ ὄρη μεγάλα καὶ θηρίων γένη παντοίων, παρδάλεις τε καὶ τίγρεις καὶ ἐλέφαντας καὶ δράκοντας ὑπερμεγέθεις καὶ κροκόττας καὶ κυνοκεφάλων πλεῖστα γένη, ἔθνη τε πλεῖστα καὶ πολυάνθρωπα μέχρι τοῦ Γάγγους.

51. Τῶν δὲ ἐν αὐτῇ τῇ Δαχιναβάδει δύο ἐστὶ τὰ διασημότατα ἐμπόρια, Παίθανα μὲν ἀπὸ Βαρυγάζων ἀπέχοντα ὁδὸν ἡμερῶν εἴκοσι πρὸς νότον, ἀπὸ δὲ ταύτης ὡς ἡμερῶν δέκα πρὸς ἀνατολὴν ἑτέρα πόλις μεγίστη Τάγαρα. Κατάγεται δὲ ἐξ αὐτῶν πορείαις ἁμαξῶν καὶ ἀνοδίαις μεγίσταις εἰς τὰ Βαρύγαζα ἀπὸ μὲν Παιθάνων ὀνυχίνη λιθία πλείστη, ἀπὸ δὲ Ταγάρων ὀθόνιον πολὺ χυδαῖον καὶ σινδόνων παντοῖα καὶ μολόχινα καί τινα ἄλλα τοπικῶς ἐκεῖ προχωροῦντα φορτία τῶν παραθαλασσίων μερῶν. Ὁ δὲ ὅλος παράπλους μέχρι τῆς Λιμυρικῆς ἐστὶ σταδίων ἑπτακισχιλίων, πλεῖστοι δὲ εἰς Αἰγιαλόν.

52. Τοπικὰ δὲ ἐμπόρια κατὰ τὸ ἑξῆς κείμενα Ἀκα-

50. Quod post Barygaza continuo sequitur litus a borea versus notum extenditur; quare etiam Dachinabades vocatur regio; nam Dachanus indigenarum lingua notum significat. Mediterranea quæ litori superjacent multas et desertas continent regiones, montes altos, ferarum genera varia, ut pardales, tigres, elephantes, serpentes miræ magnitudinis, crocottas, cynocephalorum species plurimas, plurimas item populosissimasque gentes usque ad Gangem fluvium.

51. In ipsa autem Dachinabade duo sunt præ ceteris insignia emporia, Pæthana, a Barygazis viginti dierum itinere versus meridiem dissita, et hinc decem fere dierum via distans alia urbs maxima quæ vocatur Tagara. Ex his emporiis Barygaza per loca maxime invia plaustris merces devehuntur, Pæthanis onyches lapides plurimi, Tagaris magna vis othonii vulgaris, sindonum genera varia et molochina et aliæ quædam merces, quæ pro locorum ratione ex regionibus maritimis eo importantur. Universa autem præternavigatio usque ad Limyricam est septies mille stadiorum, alia vero plurima sunt ad Ægialum.

52. Minora autem quorundam locorum emporia

---

nis in *Guzerate* v. Ritter. VI, p. 603, et de pipere idem V, p. 439.

§ 50, l. 3. Δαχιναβάδης] ling. sanscrit. *dakshinâpathas* (i. e. versus meridiem iter); pracrit. *dakkhinâbadha;* δάχανος reddit vocem pracrit. *dakkhina.* V. Lassen Institut. ling. pracrit. App. p. 15; Benfey l. l. p. 92; Schwanbeck. l. l. p. 361. Hodie regio *Dekan.* || 9. μέχρι τοῦ Γάγγους] πολυάνθρωπα τὰ μέχρι τοῦ σύνεγγυς cod.; em. Stuck.

§ 51, l. 12. Παίθανα μὲν] ἐπιφαινόμενα cod.; em. Schwanbeck. Mox pro ἀπὸ Παιθάνων codex ἀπὸ Πλιθάνων, confusis literis Α et Λ. Est enim *Çaliwahana* regionis urbs celebris, quæ vocatur ling. pracrit. *Paithana,* ling. sanscrit. *Prathisthana;* Ptolemæo VII, 1, 82 est Βαίθανα, βασίλειον Σιροπτολεμαίου (?), in quibus Σιρο est præfixus nomini proprio titulus (*cri* sanscrit., i. e. sanctus); quod vero sequitur regis nomen haud dubie mendam traxit (v. Benfey l. l. p. 97). Hodie urbs *Pythan* (*Pultanah* ap. Wilfordium) ad *Godaveri* fluv. prope *Ahmednagara.* V. Wilford. *As. Res.* I, p. 369-375. IX, p. 199. Wilson *Mackenzie collection* I, p. CXXIII; Vincent l. l. II, p. 412; Lassen *Ind. Alterth.*. I, p. 177; Schwanbeck p. 362; Benfey p. 92. Ritter V, p. 513. || — 13. ἀπέχοντα] ἔχοντα cod.; em. Bernhardy. || — 15. Τάγαρα μεγίστη codex; transposuit Fabr. Ptolemæus ita: Τάγαρα 118° long. 19° 20′ lat.; Βαίθανα 117° long., 18° 30 lat. Hæc distantia a Nostris longe abest. Schwanbeckius Ptolemæum sua e Nostro sumsisse opinatur propterea, quod ille Tagara juxta Pæthana nominat, sicuti Noster. Quænam hodie sit Tagara urbs inter tot interioris *Dekan* loca dictu difficile. Wilford ex eoque Vincentus II, p. 413, Mannertus V, 1, p. 83, Ritterus V, p. 513, alii, esse putant *Deoghir,* quæ principis sedes erat usque an. 1293, nunc in ruinis jacet prope hod. *Doulatabad* (*Dowlutabad* Berghaus), nec longe ab *Elore* vico templorum ruinis inclyto (V. Ritt. VI, p. 679). At si Pæthana sunt *Pythan,* Tagara esse nequeunt *Deaghir,* aut falsa notantur intervalla. Cum Schwanbeckio nihil posse definiri censeo. || — 16. Βαρύγαζαν et Πλιθάνων cod. || — 21. σταδ. ἑπτακισχιλ.] Primum Limyrices emporium infra dicitur Naura, nunc *Honawer* (14° 16′ lat.), quod a *Baroatsch* (21° 48′) linea recta distat fere 4500 stadia; sin oræ flexus sequaris, circiter 5300 stadia. Itaque Peripli numerus a vero satis longe recedit. 7000 stadia pertinerent fere usque ad *Calicut,* sive usque ad finem Limyrices et initium regni Pandionis. Jam mirum est Ptolemæum, quamvis systemate suo geographico seductus falsissimam Indiæ delineationem dederit, recte tamen usque ad finem Limyrices 7000 fere stadia computare. Quare nescio an idem jam Noster statuerit, et pro μέχρι τῆς Λιμυρικῆς fuerit μέχρι τοῦ τέλους s. τοῦ ἐσχάτου τῆς Λιμυρικῆς, adeoque longitudinem posuerit totius Indiæ tractus, quem ipse adierat; nam ultra Limyricæ emporia non progressum esse mercatorem nostrum ex diversa narrationis indole colligitur. Ulterioris tractus intervalla nusquam definitis numeris indicat, sed hoc ipso loco vagum in modum significare videtur verbis πλεῖστοι δὲ εἰς Αἰγιαλόν, i. e. alia vero plurima stadia sunt usque ad Ægialum de quo postea sermo est. Certe quod vulgo vertunt « plura vero si litora legentur » nibili est.

§ 52, l. 23. Ἀκαβάρου Σούππαρα] Ἀκαβάρους οὔππαρα cod., in quibus litera s ad alterum nomen trahendam esse vv. dd. monuerunt, quum eandem urbem Ptolemæus dicat Σούπαρα, nos vero hodie *Surate.* Quod

ϐάρου, Σούππαρα, Καλλίενα πόλις, ἐπὶ τῶν Σαραγάνου τοῦ πρεσϐυτέρου χρόνων ἐμπόριον ἔνθεσμον γενόμενον· μετὰ γὰρ τὸ κατασχεῖν αὐτὴν Σανδάνην ἐκωλύθη ἐπὶ πολὺ, καὶ γὰρ τὰ ἐκ τύχης εἰς τούτους τοὺς τόπους εἰσϐάλλοντα πλοῖα Ἑλληνικὰ μετὰ φυλακῆς εἰς Βαρύγαζα εἰσάγεται.

53. Μετὰ δὲ Καλλίεναν ἄλλα ἐμπόρια τοπικὰ Σήμυλλα καὶ Μανδαγόρα καὶ Παλαιπάτμαι καὶ Μελιζει-

post Barygaza sita hoc se excipiunt ordine: (Acabaru) Suppara, Calliena urbs quæ Saraganæ senioris temporibus emporium fuit legitimum, sed postquam Sandanes eam obtinuit, magnopere præpedita est; nam si vel forte fortuna in hæc loca naves Græcanicæ appellunt, cum custodia Barygaza deducuntur.

53. Post Callienam alia sequuntur locorum emporia: Semylla, Mandagora, Palæpatmæ, Melizigara,

---

relinquitur Ἀκαϐάρου aliunde explicari nequit. Ptolemæus ita habet VII, 1, 5:

Ναμάδου ποτ. ἐκϐολαὶ	112° » — 17° 45′
Νουσαρίπα	112° 30′ — 16° 30′
Πουλιποῦλα	112° 30′ — 16°
Ἀριακῆς Σαδινῶν·	
Σουπάρα	112° 30′ — 15° 30′
Γοάριος ποταμοῦ ἐκϐολαί	112° 15′ — 15° 10′

In mappa Berghausiana inter *Baroatsch* et *Surate*, longius tamen ab ora remotus notatur locus *Cadderaman*. Hæc omnia a nostro Ἀκαϐάρου nomine aliena. Non loci, sed regis nomen subesse putat Schwanbeckius, ut supra monui. Ego corruptelam subesse suspicor. Verti quasi in græcis esset: τοπικὰ δὲ ἐμπόρια κατὰ τὸ ἑξῆς κείμενα ἀπὸ Βαρυ[γάζων] Σούππαρα. Certe post ea quæ antecedunt haud abs re fuit monuisse auctorem, jam ad *Barygaza* se redire, ut quæ *hinc* deinceps essent oræ emporia recenseret. Quod Σούππαρα attinet, duplex π in Ptolemæo præbet etiam codex Coislinianus, ubi: Σούππερα. Apud Edrisium I, p. 171 nomen scribitur *Soupara*; idque præstat, siquidem Indicum nomen fuisse videtur *su-para*, i. e. pulcrum litus, monente Benfeyo l. l. p. 28, qui proprie non tam urbem quam regionem sic dictam esse, atque hinc derivare censet celebre istud Hebræorum *Ophir* (אוֹפִיר), Σουφίρ, Σουφείρ, Σωφίρ, Σωφείρ, Σωφαρά, Σωφηρά in LXX coll. Joseph. VIII, 6, 4. Eodem facere quod Σωφίρ Copticum sit Indiæ nomen. De hodierno Surate (quod Cosmas Indopl. p. 337 Ὀρροθὰ vocare videtur) in regione amœnissima fertilique sito ac præcipuo nunc emporio v. Ritter. V, p. 666. XIV, 384, ut mittam alios. Præterlabens urbem amnis *Tapti* (sanscr. *Tapari*) vix diversus ab eo quem Γόαριν (Τόαριν?) Ptolemæus vocat. || — 1. Καλλίενα] Memorat urbem Cosmas Ind. p. 337 :.. τῇ Καλλιάνα, ἔνθα ὁ χαλκὸς γίνεται καὶ σησάμινα ξύλα καὶ ἕτερα καὶ ἱμάτια· ἔστι γὰρ καὶ αὐτὴ μέγα ἐμπόριον. Sanscr. ling. *Kalyána* (felix, beata), hodie *Calliani*, non longe a *Bombay* urbe distans. Sandanes non rex sed regius præfectus vel pendens ex rege princeps fuerit, ut inde colligis quod Sandanes græcas naves Callienam appellentes cum custodia Barygaza deduxit, quod unicum esse emporium νόμιμον rex voluisse videtur. Quodsi Calliena et Barygaza ad idem pertinuerunt regnum, hinc etiam explicari potest cur non distinguat auctor inter Laricen et Ariacen, sicuti fecit Ptolemæus. Saragani autem tempore Callienæ regionem et Barygazorum non ad idem regnum pertinuisse licet suspicari. Ceterum Benfeyus p. 92 censet nomen Saganes non esse proprium principis nomen, sed quod a regione vel urbe principes more Indico assumpserint; idque probabile fieri eo quod Ptolemæus totum hunc tractum a Supara ad Baiipatnas appellet Ἀριακὴν Σαδινῶν, a quo nomine non diversum sit Σανδάνης Periphi. — Ptolemæus Callienæ urbis non meminit; alium vero locum, qui apud Nostrum desideratur, habet: Δοῦγγα ad Βήνδα ποταμοῦ ostia (111° 30′ — 15°), a quo non longe distat Σίμυλλα ἐμπόριον καὶ ἄκρα (111° — 14° 45′), 1. πόλις ἐπὶ] πόλις ἡ ἐπὶ cod.; em. Fabricius. Illud est hodiernum *Dougaur* (19° 20′ lat.). || — 3. μετὰ γὰρ] malim μετὰ δέ. || — 3. κατασχεῖν αὐτὴν vel αὐτὸ] κ. αὐτὸν cod.; em. editt.

§ 53, l. 7. Σήμυλλα] Σίμυλλα Ptol.. Situs loci incertus. Collato Ptolemæo oppidum ponas ad introitum sinus hodiernæ *Bombay*, ubi nunc *Maundvi* vel *Tschull*. || — 8. Μανδαγόρα καὶ Παλαιπάτμαι] Apud Ptolemæum sequuntur Ἱππόκουρα (14° 10); Βαλτιπάτνα (14° 20′); hactenus Ariace regio; deinde in ora ἀνδρῶν πειρατῶν: Μανδάγαρα (14°), Βυζάντειον (14° 25′), Χερσόνησος (14° 30′), Ἀρμάγαρα (14° 20′), Ναναγούνα ποταμοῦ ἐκϐολαί (13° 50′), Νίτρα ἐμπόριον (14° 25′). Deinde sequitur Limyrice, cujus prima urbs Τύνδις (14° 30′). — Ex his Mandagara et Baltipatna, quæ inverso ordine recensentur, situ responderint fere hodiernis urbibus *Radjapur* et *Bancute*. Ita enim ut conjiciamus cogit series nominum apud Ptolemæum et Anonymum nostrum. Jure merito Vincentus rejecit d'Anvillii et Fra Paolini rationes, qui sonorum similitudine ducti Semyllam, Mandragoram, Palæpatmas et Byzantium in alias prorsus regiones, ille in *Guzerate*, hic vero in *Malabar* transtulerunt. Abstinendum potius ab interpretando quam ad ejusmodi ludibria confugiendum. Ceterum Noster eundem fere quem Ptolemæus tractum piratis assignaverit, eam scilicet oræ partem, quæ inter *Bombay* et *Goa* interjecta per omne ævum, juvante locorum natura, piratis infestabatur usque ad an. 1765, quo Brittanniæ armis debellati sunt (V. Vincent II, p. 438. Ritter V, p. 667. 515). || — 8. Μελιζειγάρα] Hoc emporium Ptolemæo VII, 1 § 95 est Μελιζήγυρις (Μελιζίγυρις v. l.) νῆσος (12°), quam cum aliis insulis, ut solet, in altum mare ejecit. Sæpissime geographis insulas vocari loca in chersonesis vel promontoriis sita constat (V. not. ad Scymn. v. 335). Idem etiam h. l. statuendum. Proxime in ora inque chersoneso sita occurrit *Djaighur* (aliis *Jaighur*, *Zygur*, *Siddee-zyghur*. V. Vincent. II, p. 430), quam esse nostram Μελιζείγαρα cum Vincentio non dubitamus. Idem locus *Sigerus* vocatur ap.

γάρα καὶ Βυζάντιον [καὶ] Τοπαρὸν καὶ Τυραννοσϐόας. Εἶτα Σησεκρείεναι λεγόμεναι νῆσοι καὶ ἡ τῶν Αἰγιδίων καὶ ἡ τῶν Καινειτῶν κατὰ τὴν λεγομένην Χερσόνησον, καθ' οὓς τόπους εἰσὶ πειραταὶ, καὶ μετὰ ταύτην Λευκὴ νῆσος. Εἶτα Νάουρα καὶ Τύνδις τὰ πρῶτα ἐμπόρια τῆς Λιμυρικῆς, καὶ μετὰ ταύτας Μουζιρὶς καὶ Νέλκυνδα, αἱ νῦν πράσσουσαι.

54. Βασιλείας δ' ἐστὶν ἡ μὲν Τύνδις Κηπροϐότρου,

Byzantium, Toparum, Tyrannosboas. Deinceps sunt Sesecrienæ dictæ insulæ, alia Ægidiorum, tum Cænitarum Chersoneso objecta (quibus in locis piratæ sunt), et post hanc Leuce insula. Tum Naura et Tyndis, prima Limyricæ emporia, quas excipiunt Muziris et Nelcynda, penes quas nunc res sunt.

54. Tyndis, insignis vicus maritimus, regno subje-

Plinium VI, 26, 100: *Postea a Syagro Arabiæ promontorio Patalen Favonio quem Hippalum ibi vocant, peti certissimum videbatur XIIII. XXXV, M. pass. æstumatione. Secuta ætas propriorem cursum tutioremque indicavit, si ab eodem promontorio Sigerum portum Indiæ peteret. Diu itaque navigatum est donec compendia invenit mercator, lucroque India admota est. Quippe omnibus annis navigatur sagittariorum cohortibus impositis; etenim piratæ maxime infestabant.* || — 1. Βυζάντιον] Βυζαντίων cod.; Βυζάντειον Ptol. Cf. Steph. Byz.: Βυζάντιον.. ἔστι καὶ Βυζάντιον ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Referendus locus ad illum qui in sequenti tractu mox occurrit: *Vizia-drog* sive *Geriah*. Hinc Græci suum efformarunt Byzantii nomen. Mitto quæ opinatur Mannertus V, 1, p. 195. || — καὶ Τοπαρὸν] καὶ addidit Fabricius. Dubitari tamen potest an omnino loci nomen subsit; fort. erat τὸ πάρος καὶ T, (*olim etiam Tyr.*). Sin urbis nomen affertur, ut puto, nescio an fuerit Τογαρὸν, i. e. hod. *Dewgur*, quod proxime sequitur post *Vizia-drog*. || — Τυραννοσϐόας] Locus aliunde non notus. Collocandus ubi nunc *Bugmuntjur*, nam ne ultra progrediaris impediunt quæ jam sequuntur insulæ. || — 2. Σησεκρείεναι.. ἡ τῶν Αἰγιδίων κ. ἡ τῶν Καινειτῶν.. Λευκή] Postremam eodem nomine memorat Ptolemæus VII, 1, 95, ubi hæ recensentur:

Ἑπτανησία	113°	long.	13°	lat.
Τρικάδιϐα	113°	—	11°	—
Πεπερίνη	115°	—	12°	25
Τρινησία	116°	—	12°	—
Λευκή	118°	—	12°	—

Priores quattuor ex parte saltem item ad insulas oræ adjacentes, non vero ad *Lacca-diven* insulas, referendæ esse videntur, quum in situ insularum indicando Ptolemæus negligentissimus esse soleat. Eodem pertinet quod Ptolemæus IV, 7, 11 ex alio, ut videtur, fonte inter insulas quæ πρόκεινται τῆς Ταπροϐάνης habet Κάναθραν et Αἰγιδίων, quæ a nostris Καινετῶν et Αἰγιδίων vix diversæ sunt. Prima oræ insula nunc vocatur *Singi drog*, quam excipiunt *Burnt islands*, ex iisque septem insulæ præ ceteris conspicuæ (Vincent p. 434). Hæ igitur fuerint Σησεκρείεναι Peripli, Ἑπτανησία Ptolemæi. Sequens ἡ τῶν Αἰγιδίων aptissime refertur ad hod. *Goa* in sinu *Goa* urbis.; ἡ τῶν Καινετῶν, quum Chersoneso adjacere dicatur, fuerit *Ile de S. George*, cui in Chersoneso adjacet *Murmagar* urbs (Ἀρμάγαρα Ptolemæi); *Leuce* denique ad sequentem insulam, quæ nunc vocatur *Andgedive*, pertinere debet. || — 5. Νάουρα] Hodie est *Honaver* (14° 16′ lat.), sanscrit. *Hanavara* (Benfey l. l. p. 92). Ptolemæus id nomen non præbet; post Armagara urbem notat Nanagunam fluvium et deinceps Νίτραν ἐμπόριον, *Nitriam* ap. Plinium. Quodsi *Nitra* eadem est cum Naura, Ptolemæus et Plinius oram piratarum paullo longius quam noster extendunt; sin de Limyricæ initio consentiunt, Nitra foret quærendum in hod. *Mirdjan*, quod a *Honaver* non longe distat boream versus. Illud tamen probabilius. Plinii locum, ex periplo aliquo nostri simili, minime tamen ex ipso nostro (ut quidam temere contenderunt) petitum, exscribere totum h. l. non inutile sit. Ita habet VI, 26 § 104: *Indos autem petentibus utilissimum est ab Oceli egredi. Inde vento Hippalo navigant diebus XL ad primum emporium Indiæ Muzirim non expetendum propter vicinos piratas qui optinent locum nomine Nitrias, neque est abundans mercibus. Præterea longe a terra abest navium statio, lintribusque adferuntur onera et egeruntur. Regnabat ibi, quum proderem hæc, Cælobothras. Alius utilior portus gentis Neacyndon, qui vocatur Becare* (sic codd.; *Barace* Harduin et Sillig). *Ibi regnabat Pandion, longe ab emporio in mediterraneo distante oppido quod vocatur Modura* (hod. *Madura*). *Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becaren convehunt, Cottonara. Quæ omnium gentium portuumve aut oppidorum nomina apud neminem priorem reperiuntur, quo adparet mutari locorum status.* || — Τύνδις] *Tundis* in Tab. Peuting. Ptolemæo primus Limyrices locus. Nomen *Tundi-cera* quod in Brahmanda-Pura legitur, ad hunc locum pertinere censet Benfeyus l. l. Vincento hodie est *Barcelore*. Mallem intelligere quæ a Barcelore proxima est *Kundapur*. || — 6. Λιμυρικῆς] *Scythia Dymirice* in Tab. Peuting. Secundum Wilfordium nomen ortum est ex *Al-muria*, in quo *Al* sit articulus Arabicus, *murica* vero derivet ab indico *mura* (terra mortua), quo nomine hic tractus designatus sit. Benfeyo non verisimile esse videtur Græcos, quippe qui ipsi has regiones adierint, nomen assumsisse particula arabica adulteratum; cui quidem refutationis argumento non multum tribuerim. Ipse l. l. p. 92 aliam artificiosiorem proponit etymologiam, de qua videant istarum literarum periti. Limyrice, ait, ling. sanscr. est *Cri-merû-Kak'kha*, i. e. *sacrum Meru litus*. In his *cri*, *sacrum*, vulgari lingua pronuntiari *ssili*, tam tenui primæ literæ spiritu, ut *s* facile evanescat, adeoque ex (*s*) *ili meruka* (*k'kha*) nasci potuerit Λιμυρική. Ceterum *Meru-Kak'kha* in hac regione juxta *Malaga* (Malabar) et *Melindra* (Μέλλυνδα Ptolem.) memorari in Narahasanhita (V. *As. Res.* VIII. p. 545). — Ptolemæus inter Tyndin et Muzirim duo habet loca, Βραμάγαρα et Καλαικαρίας

κώμη παραθαλάσσιος ἔνσημος· ἡ δὲ Μουζιρὶς βασιλείας μὲν τῆς αὐτῆς, ἀκμάζουσα δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀριακῆς εἰς αὐτὴν ἐρχομένοις πλοίοις καὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς· κεῖται δὲ παρὰ ποταμὸν, ἀπέχουσα ἀπὸ μὲν Τύνδεως διὰ τοῦ ποταμοῦ καὶ διὰ θαλάσσης σταδίους πεντακοσίους, ἀπὸ δὲ τοῦ * κατ' αὐτὴν εἴκοσι. Ἡ δὲ Νέλκυνδα σταδίους μὲν ἀπὸ Μουζιρέως ἀπέχει σχεδὸν πεντακοσίους, ὁμοίως διά τε ποταμοῦ (καὶ πεζῇ) καὶ διὰ θαλάσσης, βασιλείας δέ ἐστιν ἑτέρας, τῆς Πανδίονος· κεῖται δὲ καὶ αὐτὴ παρὰ ποταμὸν, ὡσεὶ ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι τῆς θαλάσσης.

55. Ἑτέρα δὲ κατ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ πρόκειται κώμη Βακαρὴ, εἰς ἣν ἀπὸ Νελκύνδων ἐπὶ

cta est Ceprobotræ; Muziris, ad idem regnum pertinens, floret navibus quæ ex Ariace huc expediuntur, et Græcanicis; sita ad fluvium, a Tyndi distans secundum fluvium et oram maritimam stadia quingenta, ab *ostio præterlabentis ipsam fluvii* stadia viginti. Nelcynda a Muziri per fluvium ac mare ad quingenta item abest stadia, regi autem alii, Pandioni scilicet, subdita. Hæc quoque fluvio adjacet, a mari remota stadiis circiter centum viginti.

55. Alius autem locus ad ipsum fluvii ostium jacet, Bacare vicus, ad quem primum naves in altum

---

|| — 7. Μούζιρις], inter Tyndin et Nelcyndam media, ab utraque 500 stadiis distans, cum Vincento ponenda est ubi nunc exstat *Mangalore* vel, quod nominis causa malis, cum *Mulky*. Tab. Peutingeriana prope Muzirim in mediterraneis lacum habet. || — Νέλκυνδα] Μέλκυνδα Ptolemæus; *portus gentis Neacyndon* (*Neacridon, Neachyndon* v. l.; *Nelcyndon* Harduin) ap. Plin. l. l.; *Nilcinna* in Geogr. Rav. II, 1. *Nincyldæ* in Tab. Peut., ubi perperam ita ponuntur quasi a Tyndi essent boream versus sita. Quum 500 stadiis a Muziri, et 125 stadiis a fluvii ostiis distet, aperte indicatur hodierna *Nelisseram* vel *Nelisuram*, ut bene monent Gosselinus III, p. 227 et ex Rennelio Vincentus II, p. 445, ubi hæc: « We may first observe that Nelisuram is not only a mart itself, but gives name to a district... A second proof may be derived from the name itself, which Orme writes Nellea-seram. *Nella*, according to Paolino p. 170, signifies *rice*, and *ceram a country*; and if Nella ceram be the country of Nella, Nel-kunda must be the fort of Nella, resembling Gol-conda, Innaconda etc. But the last and best testimony is that of Major Rennell himself (*Memoir* p. 28), who mentions a large river named Cangerecora, whose course is from te N. E. and which falls in about four miles to the north of mount Dilla; previous to which its course is parallel to the sea-coast for about eleven miles, being separated only by a spit of land. The forts of Nelisuram, Ramdilly and Mathcloy, are situated on this river... I cannot help considering this Nelisuram, which is situated twelve miles up the river, as the place meant by Nelcynda or Melcynda, by Pliny and Ptolemy. » Aliam vocis Nelcynda etymologiam ex qua foret *Nilakhanda* i. e. terra cærulea, laudat Ritter V, p. 515. || — πράσσουσαι] « i. e. quæ nunc negotiantur et frequentantur mercibus » *Salmas*. l. l. p. 835, probabiliter, quamvis nudum verbum eo sensu legere me non memini. Schwanbeck. conj. πρωτεύουσαι.

§ 54, l. 14. Κηπροβότρου] Κηπροβότου codex. Ejusdem nominis regem meminerunt Plinius l. l., ubi *Cælobothras* (*Celobothras, Celobotras* v. l.), et Ptolemæus VII, 1, 86, qui inter mediterraneas urbes habet: Κάρουρα βασίλειον Κηροβόθρου (119° long., 17° 30′ lat.). Hæc nominis forma veræ proxima. Ling. sanscr. est *Keralaputras*, i. e. *filius Keralæ* regionis, quæ est in hac oræ parte. Græcum Κηρο contractum ex *Kerala*. Hæc notavi e Benfeyo l. l. p. 93. Literæ ρ et λ quum facile confundantur, forma *Cælebothras* ap. Plinium nihil habet quod offendat. Ceterum nescio an regionis nomen item fuerit regiæ, adeo ut Κάρουρα rectius scriberetur Κάρουλα. Vides igitur hoc quoque principis nomen non esse proprium sed a regione principi inditum, sicut nomen Pandionis, aliorum. Quare ad ætatem auctoris nostri constituendam non licet hinc petere argumentum, ut Salmasius Exercc. p. 835, alii fecerunt. || — ἀπὸ δὲ τοῦ] Fortasse erat: ἀπὸ δὲ τοῦ [στόματος τοῦ ποταμοῦ τοῦ] κατ' αὐτὴν; haud enim ad ostium fluminis sita urbs erat, ut vel ex Plinio constat. Salmas. conj.: ἀπὸ δὲ τοῦ [κατ' αὐτὴν ἐμπορίου] εἴκοσι. Fabricius: ἀπὸ δὲ τοῦ [αὐτοῦ τόπου κατὰ γῆν] εἴκοσι, quod ipsa re refellitur, nisi simul etiam numerum εἴκοσι corruptum absque causa habeas. || — 7. Μουζιρέως] Μουνδίρεως codex, expunctis literis ν δ, et margini adscripta lit. ζ. || — 8. καὶ πεζῇ] inclusi. Vel locus quem verba occupant glossema arguunt, cui ansam dederit vox ὁμοίως. Ceterum de distantia longe aliter male statuit Ptolemæus, qui Muzirim ponit 117°, Melcyndam 120° 20, adeo ut pro 500 stadiis computentur 1600. Ita habet:

Μουζιρὶς ἐμπόριον	117°	»	long.	14° lat.
Ψευδοστόμου ποταμοῦ ἐκβολαί	117°	55′	—	14° 15′
Ποδοπέρουρα	117°	25′	—	14° 20′
Σέμνη	118°	»	—	14° 20′
Κορέουρα (h. *Curnlah*?)	118°	25′	—	14° 20′
Βακαρεὶ	119°	30′	—	14° 30′
Βάριος ποτ. ἐκβολαί	120°	30′	—	14° 20′
Μέλκυνδα	120°	30′	—	14° 20′

In quibus Baris non alius esse fluvius potest nisi is, cui Nelcynda et Bakari adsita. || — 9. τῆς Πανδίονος] Non proprium est nomen, sed regum titulus qui in *Pandjas* terra imperabant. Unum horum Pandionum, qui ad Augustum legatos misisse dicitur, memorat Strabo p. 686. De terminis Limyrices cum Nostro facit Ptolemæus, non item de sequenti tractu, quam Ἀίοις tribuit usque ad *Cap Comorin*; hos deinde in sinu Colchico excipit regio Καρέων; tum demum sequitur ἡ Πανδίονος χώρα. Num hæc coarctatam esse Pandionis ditionem arguunt? Ni fallor statuendum potius partes gentis Pandjas memorari separatim. || —

§ 55. Βακαρὴ] Βαρακὴ codex h. l., sed infra de eodem

τῆς ἀναγωγῆς προκαταβαίνουσι τὰ πλοῖα καὶ ἐπὶ σάλου διορμίζεται πρὸς ἀνάληψιν τῶν φορτίων διὰ δὴ τὸν ποταμὸν ἕρματα καὶ διάπλους ἔχειν ἐλαφρούς. Αὐτοὶ δὲ οἱ βασιλεῖς ἀμφοτέρων τῶν ἐμπορίων ἐν τῇ μεσογείᾳ κατοικοῦσι. Καὶ περὶ τούσδε τοὺς τόπους τοῖς ἐκ πελάγους [ἐρχομένοις] σημεῖον ἐπιβολῆς εἰσιν οἱ προαπαντῶντες ὄφεις, μέλανες μὲν καὶ αὐτοὶ τὴν χρόαν, βραχύτεροι δὲ καὶ δρακοντοειδεῖς τὴν κεφαλὴν καὶ τοῖς ὄμμασιν αἱματώδεις.

56. Πλεῖ δὲ εἰς τὰ ἐμπόρια ταῦτα μεγάλα πλοῖα διὰ τὸν ὄγκον καὶ τὸ πλῆθος τοῦ πεπέρεως καὶ τοῦ μαλαβάθρου. Προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν προηγουμένως χρήματα πλεῖστα, χρυσόλιθα, ἱματισμὸς ἁπλοῦς οὐ πολὺς, πολύμιτα, στίμμι, κοράλλιον, ὕαλος ἀργὴ, χαλκὸς, κασσίτερος, μόλυβδος, οἶνος οὐ πολὺς, ὡσεὶ δὲ τοσοῦτον ὅσον ἐν Βαρυγάζοις, σανδαράκη, ἀρσενικὸν, σῖτος δὲ ὅσος ἀρκέσει τοῖς περὶ τὸ ναυκλήριον διὰ τὸ μὴ τοὺς ἐμπόρους αὐτῷ χρῆσθαι. Φέρεται δὲ πέπερι μονογενῶς ἐν ἑνὶ τόπῳ τούτων τῶν ἐμπορίων γεννώμενον πολὺ, τῇ λεγομένῃ Κοττοναρικῇ· φέρεται δὲ καὶ μαργαρίτης ἱκανὸς καὶ διάφορος καὶ ἐλέφας καὶ ὀθόνια Σηρικὰ καὶ νάρδος ἡ Γαγγητικὴ καὶ μαλάβαθρον ἐκ τῶν ἔσω τόπων εἰς αὐτὴν, καὶ λιθία διαφανὴς παντοία καὶ ἀδάμας καὶ ὑάκινθος καὶ χελώνη ἥ τε Χρυσονησιωτικὴ καὶ ἡ περὶ τὰς νήσους θηρευομένη τὰς προκειμένας αὐτῆς τῆς Λιμυρικῆς. Πλέουσι δὲ εἰς αὐτὴν οἱ κατὰ καιρὸν ἀναγόμενοι ἀπ' Αἰγύπτου περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὅ ἐστιν Ἐπιφί.

57. Τοῦτον δὲ ὅλον τὸν εἰρημένον περίπλουν ἀπὸ Κανῆς καὶ τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας οἱ μὲν*μικροτέροις πλοίοις περικολπίζοντες ἔπλεον, πρῶτος δὲ Ἵππαλος

egressuræ descendunt, ibique ad recipienda onera in salo consistunt, quoniam fluvius (ad ostium) scopulis obsitus est et pernavigationem ob brevia habet periculosam. Signum appropinquationis ad continentem ex alto venientibus illis quoque in locis sunt serpentes obvii, colore et ipsi nigro, sed breviores, capite similes draconibus, oculis sanguineis.

56. Navigatur in hæc emporia navibus magnis propter volumen et copiam piperis et malabathri. Importantur huc de proposito moneta plurima, chrysolithi, vestitus simplicis non multum, pluribus liciis texta, stimmi, corallium, vitrum rude, æs, stannum, plumbum, vini non multum, sed tantum fere quantum Barygazis venditur, sandarace, arsenicum, frumentum quantum satis est ad usum nauticorum, quum mercatores eo ad negotiandum non utantur. Convehitur autem eodem peperi nonnisi in una horum emporiorum regione copiose proveniens, quæ Cottonarice vocatur. Præterea huc feruntur margaritarum eximiarum copia haud exigua, ebur, othonia serica, nardus Gangetica et malabathrum ex interioribus locis, lapides pellucidi generis varii, adamas, hyacinthus, testudo tum e Chryse insula tum quæ in objectis ipsi Limyricæ insulis capitur. Navigant huc tempore opportuno ex Ægypto solventes circa mensem Julium sive Epiphi.

57. Ceterum totam hanc quam descripsimus circumnavigationem inde ab Cane et Eudæmone Arabia olim quidem minoribus navibus sinuum ambages le-

vico habes formam Βαχαρὴ, quam confirmat tum Βαχαρεὶ Ptolemæi non suo loco posita, tum *Becare* Plinii, apud quem perperam Harduinus et Sillig *Barace* e Nostro intulerunt. Denique formam Βαχαρὴ tuetur etiam hodiernus *Markari* locus ad ostium fluvii situs. || — 1. προκαταβαίνουσι.. διορμίζεται] structura laxior. || — 2. διὰ δὴ τὸν] διὰ δὲ τὸν codex; δὲ ejici voluit Schwanbeckius. Dein codex ἔχει pro ἔχειν. || — 3. ἕρματα] ἅλματα codex, quod est nihili. De ἕρμα voce v. not. ad Scylac. p. 92. De re Vincentus p. 457: « In modern account the river itself is described as large and deep, but obstructed at its mouth by *shoals* and sandbanks. || — 3. ἐλαφροὺς] i. e. brevia. V. supra not. ad § 40. || — 4. ἐν τῇ μεσογείᾳ κατοικοῦσι] Muziris rex in Carura urbe, ut vidimus; Pandion in Modura (h. *Madura*), teste Plinio. || — 6. σημεῖον] σημείοις codex; em. editt.; vocem ἐρχομένοις, collato § 33. 41, supplevit Schwanbeckius. Res Paolini, diutius in his regionibus versati, aliorumque testimoniis comprobata est. Cf. Vincent. II, p. 457.

§ 56, l. 10. μεγάλα] μετὰ codex; πολλὰ scr. Stuckius. || — 12. εἰς αὐτὴν] exspectabas εἰς αὐτὰ; sed illud ex more Nostri. || — 14. στίμη cod. Dein τέλος pro ὕαλος, em. Stuck. ἀργὴ non est album, ut Vincentus putat, sed *rude* vitrum, ut ἀργὸν ἔριον et similia. || — 15. ὡσεὶ] σώζει cod.; em. Schwanbeck. p. 333; quamquam dubia est correctio ob sequens ἐν Βαρ., pro quo legendum foret εἰς Βαρύγαζα; nam vocula ἐν pro ἐς nusquam Noster utitur. Vincentus p. 458 hæsitans vertit *as profitable as at Barygaze*. || — 18. φέρεται] i. e. convehitur in emporium, ut inde exportetur, sicuti mox habes distinctius φέρεται εἰς αὐτήν. || — 19. ἐν ἑνὶ τόπῳ τούτῳ τῷ ἐμπορίῳ γεν. πολὺ λεγομένῃ Κοττοναρικῇ codex. Postrema editores inde a Stuckio mutarunt in λεγόμενον Κοττοναρικόν. De *Cottonara regione* cf. Plinius. Ab urbe sic vocata putatur, quæ hodie *Cochin* esse videtur. Ceterum ita Bernhardyus: « Femininum quoniam non temere potuit irrepere, videtur illud addidamentum infra pertinuisse ad verba καὶ χελώνη ἥ τε Χρυσονησιωτικὴ ἡ περὶ τὰς νήσους θηρευομένη etc., ubi desideratur alterum membrum καὶ ἡ λεγ. » At post v. Χρύσονησ. codex habere videtur καὶ, quippe quod ejicere voluit Stuckius. || — 24. ἥ τε χρ. καὶ ἡ] i. e. testudo tum ea quæ in Chryse insula interioris Indiæ (v. § 63), tum quæ in insulis Limyricæ objectis capitur. Quodsi autem codex non habet καὶ ante ἡ περὶ τὰς νήσους (ut ex Bernhardyi verbis colligas), nescio an fuerit ἥ τε χερσαία καὶ ἡ νησιωτικὴ ἡ περὶ κτλ. || — 28. ὅ ἐστιν] sic codex; ὅς ἐ. edit.

§ 57, l. 30 τῆς om. edd. || — οἱ μὲν πρότεροι s. πάλαι

κυβερνήτης, κατανοήσας τὴν θέσιν τῶν ἐμπορίων καὶ τὸ σχῆμα τῆς θαλάσσης, τὸν διὰ πελάγους ἐξεῦρε πλοῦν, ἀφ' οὗ καὶ τοπικῶς ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ φυσώντων, κατὰ τὸν καιρὸν τῶν παρ' ἡμῖν, ἐτησίων ἐν τῷ Ἰνδικῷ πελάγει ὁ λιβόνοτος φαίνεται [ἵππαλος] προσονομάζεσθαι [ἀπὸ τῆς προσηγορίας τοῦ πρώτως ἐξευρηκότος τὸν διάπλουν]. Ἀφ' οὗ μέχρι καὶ νῦν τινὲς μὲν εὐθὺς ἀπὸ τῶν Κανῆς, τινὲς δὲ ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων ἀφιέντες οἱ μὲν εἰς Λιμυρικὴν πλέοντες ἐπὶ πλεῖον τραχηλίζοντες, οἱ δὲ εἰς Βαρύγαζα οἵ τε εἰς Σκυθίαν οὐ πλεῖον ἢ τρεῖς ἡμέρας ἀντέχουσι καὶ τὸ λοιπὸν παρεπίφορον πρὸς ἴδιον δρόμον ** ἐκ τῆς χώρας ὑψηλοὶ διὰ τοῦ ἔξωθεν γῆς παραπλέουσι τοὺς προειρημένους κόλπους.

58. Ἀπὸ δὲ Βακαρῆς τὸ λεγόμενον Πυρρὸν ὄρος ἄλλη παρήκει χώρα τῇ * κης η * Παραλίᾳ λεγομένη πρὸς αὐτὸν τὸν νότον (ἐν ᾗ καὶ κολύμβησίς ἐστιν ὑπὸ τὸν βασιλέα Πανδίονα πινικοῦ καὶ πόλις ἡ λεγομένη Κόλχοι.) Πρῶτος τόπος Βαλίτα καλούμενος ὅρμον καλὸν ἔχων καὶ κώμην παραθαλάσσιον· ἀπὸ δὲ ταύτης ἐστὶν

gendo conficiebant, primus autem Hippalus gubernator, observato situ emporiorum et habitu maris, navigationem per altum instituendam invenit. Quare etiam, quum pro locorum ratione, etesiæ, eodem quo apud nos flant tempore, ex Oceano spirent in pelago Indico, libonotus ventus nominatus esse videtur Hippalus (de nomine ejus qui primus hunc trajectum invenerat). Inde a quo tempore usque ad hunc diem alii statim a Cane, alii ab Aromatum promontorio solventes, siquidem Limyricen petituri sunt, diutius obluctantur, sin in Barygaza et Scythiam tendunt, non ultra triduum contra nituntur, et reliquo tempore *accommodatum* ad propositum cursum *a tergo ventum nacti*, relicto tractu litorali in alto longe a terra remoti prædictos istos sinus prætervehunt.

58. Post Bacaren Pyrrhus sive Rufus mons versus meridiem extenditur juxta aliam regionem Paraliam dictam (in qua etiam margaritarum est piscatio sub rege Pandione, atque urbs Colchi nomine.) Primus in eo tractu locus Balita vocatur, navium stationem habens commodam vicumque maritimum. Post Balitam

---

μέν? || — 3. φυσώντων κατὰ τὸν καιρὸν] φυσώντων τῶν κατὰ καιρὸν cod. ἀνέμων pro τῶν conj. Wagner ap. Fabricium. Bernhardyus conj. φυσώντων [καὶ] κατὰ καιρὸν τῶν παρ' ἡμῖν ἐτησίων, quod sensui vix satisfacit. *Mousson* ventus, qui per æstatem flat ex oceani plaga inter meridiem et austrum media etesiarum nomine memoratur etiam ab Arriano in Ind. 21, 1, ubi Nearchus ab Indo cum classe profectus esse dicitur, postquam τὰ ἐτήσια πνεύματα ἐκοιμήθη, ἃ δὴ τοῦ θέρεος τὴν ὥρην πᾶσαν κατέχει ἐκ τοῦ πελάγους ἐπιπνέοντα ἐπὶ τὴν γῆν. Cf. id. Anab. VI, 21, 1, ubi de eadem re loquens: οἱ γὰρ ἐτήσιοι ἄνεμοι, inquit, κατεῖχον, οἳ δὴ τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ οὐ καθάπερ παρ' ἡμῖν ἀπ' ἄρκτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης κατὰ νότον μάλιστα ἄνεμον ἵστανται. Etesiæ in mari mediterraneo flant inde ab ortu caniculæ, ideoque eodem tempore ibi regnant, quo ex oceano flant per mare Indicum. || — 5. ἵππαλος inserui. || — προσονομάζεσθαι] προσονομάζεται δὲ codex; mutavit Salmasius. Sed uti etiam alio verbo auctor potuit, siquidem verisimile est illud προσαγορεύεται δὲ ἀπὸ κτλ. ex nota marginali in ordinem verborum irrepsisse. || — 9. τραχηλίζοντες] Legere juberem τραχηλίζονται, modo scirem quid sibi vellet vox aut quomodo emendanda esset. Sensus loci hic esse mihi videtur. Qui Limyricæ portus petebant, per altum navigantes hippalum ventum non a tergo sed pæne a latere dextro habebant, quum recta fere versus ortum iter iis tenderet; his igitur navigatio impeditior erat, sive rectâ per altum in Limyricen tendere studebant, sive primum versus Indoscythiam navigabant, et hinc oram legebant meridiem versus; contra vero ii qui a Cane in Indoscythiam vel Barygaza contendebant, primum quidem per triduum oram legebant usque ad Syagrum promontorium (ut ex Plinio VI, 23, 100 colligas); hinc autem quum boream versus ora flecteretur, tota vi hippali venti utentes per altum celerrime iter absolvebant. Verbum ἀντέχουσι ita intelligi possit ut supplendum sit τῆς γῆς; ac nescio an ex sequentibus verba τῆς χώρας huc retrahenda sint, deleta particula ἐκ; certe mira est verborum redundantia in istis: ἐκ τῆς χώρας ὑψηλοὶ διὰ τοῦ (τῆς codex) ἔξωθεν γῆς. Stuckius et Hudsonus locum ita exhibent in latinis: « Inter quos qui Limyricam petunt aliquanto diutius, alii qui in Barygazam vel Scythiam contendunt non amplius tribus diebus *commorantur;* reliquum temporis in proprio cursu conficiendo consumunt, et ex regione excelsi per terram externam supradictos sinus prætervehuntur. » Ex latinis Stuckianis, ut solet, pendet Vincentus II. p. 468 vertens ita: « Those that are intended for Limurike waiting some time before they sail; but those that are destined for Barugaza, seldom more than three days. » Quod quomodo explicandum putet, apud ipsum legas. || — 10. οἵ τε εἰς] οἱ δὲ εἰς cod. || — 11. παρεπίφορον] παρεπίφερον codex. Locus lacuna laborat. Sensus poscit: παρεπίφορον πρὸς ἴδιον δρόμον ἔχοντες ἄνεμον. Excidisse nonnulla videntur eo quod alia perperam illata sunt. || — ἀπὸ δὲ Βακαρῆς] ἀπ' ἐλαβακαρὴ codex.

§ 58, l. 14. ὄρος ἄλλη παρῆκε χώρα τη κης ἡ παραδια λεγομένη. In ultimis fortasse leg. τῇ καὶ Παραλίᾳ λεγομένῃ. Articulus ἡ additus postquam dativus in nominativum abierat. Sed possis etiam: ὄρος καὶ ἄλλη παρῆκε χώρα ἐπιμήκης, ἡ Π. λ. || — 16. ἐν ᾗ καὶ... Κόλχοι] Hæc mox aptiore loco recurrunt, hic perperam illata esse puto. || — Βαλίτα] Idem locus Ptolemæo Βάμμαλα, ut censeo. Ita habet VII, 1, 9:

Μέλκυνδα	120° 20′ — 13° 20′
Ἐλαγκὼν ἐμπόριον (*Calicut?*)	120° 25′ — 14°
Κοττιάρα μητρόπολις (*Cochin?*)	121° — 14°
Βάμμαλα	121° 20′ — 14° 15′
Κομμαρία ἄκρον καὶ πόλις (*Commorin*)	121° 45′ — 13° 30′

Ut in antecc. Ptolemæus intervalla locorum nimium auxit, sic in hoc tractu ultra modum contraxit. Mannertus V, 1, p. 216 Bammala hodie esse putat *Manpoly* vicum non longe ab *Anzenga* boream versus situm,

ἕτερος τόπος τὸ Κομὰρ λεγόμενον, ἐν ᾧ τόπῳ βριάριόν * ἐστι καὶ λιμὴν, εἰς ὃν οἱ βουλόμενοι τὸν μέλλοντα αὐτοῖς χρόνον ἱεροὶ γενέσθαι ἐρχόμενοι ἀπολούονται καὶ χῆροι μένουσιν αὐτοῦ· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ γυναῖκες· ἱστορεῖται γὰρ τὴν θεὸν ἐκεῖ ἐπιμεῖναι κατά τινα χρόνον καὶ ἀπολελοῦσθαι.

59. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κομαρεὶ ἐκτείνουσα (πρὸς τὸν νότον) χώρα μέχρι Κόλχων, ἐν ᾗ κολύμβησις τοῦ πινικοῦ ἐστίν· ἀπὸ δὲ καταχρισίμων κατεργάζεται· ὑπὸ τὸν βασιλέα Πανδίονά ἐστι. Μετὰ δὲ Κόλχους ἐκδέχεται πρότερος * αἰγιαλὸς ἐν κόλπῳ κείμενος, ἔχων χῶρον μεσόγειον, λεγόμενον Ἀργάλου· ἐν ἑνὶ τόπῳ * τερονεῖται

alius sequitur locus Comari dictus, ubi *Comari promontorium* est ac portus, ad quem qui per reliquum vitæ tempus sacri esse volunt, conferentes se abluuntur ibique remanent vidui. Idem mulieres quoque faciunt; videlicet dea aliquando ibi commorata et lavata esse perhibetur.

59. A Comari (meridiem versus) regio extenditur usque ad Colchos, ad quam margaritarum piscatio est; condemnati ei operam navant; ad Pandionem regem pertinet. Post Colchos autem aliud sequitur litus in sinu positum, locum habens mediterraneum cui Argali nomen. In uno hoc loco *nentur* margaritæ

---

quem in meis mappis non invenio. || — 1. τὸ Κομὰρ] postea habes Κομαρεὶ, quod etiam h. l. fuerit reponendum. || — βριάριον] corrupte; φρούριον conj. Stuck.; ἱερὸν Lassen I, p. 159 et Schwanbeck p. 330, aptius, quamquam mireris notissimam vocem tam mire detortam. Fuerit: ἐν ᾧ τὸ Κομαρεὶ ἄκρον καὶ λιμήν. || — 3. γενέσθαι χῆροι μένουσιν αὐτοῦ, ἐκεῖ ἐρχόμενοι ἀπολούονται codex; ejecta v. καὶ, transposuit Fabricius. || — 5. τὴν θεὸν ἐκεῖ ἐπὶ μῆνας κατά τινα χρόνον ἐκεῖ ἀπολελοῦσθαι codex; em. Schwanbeck. Dea autem sec. Bohlen. *Ind.* I, p. 27 est *Kali*, vel ut probabilius censet Lassen. *Ind.-Alt.* I, p. 158 *Kumari*, Sivæ conjux. Exspectabas nomen deæ in periplo memorari; quare scribere malim: τὴν θεὸν Κομαρεὶ μείνασαν κατὰ τ. χρ. ἐκεῖ ἀπολελ.

§ 59, l. 7. ἐκτείνουσα πρὸς τ. νότον χώρα] Verba πρὸς τὸν νότον codex habet post v. κατεργάζεται. Ex vera locorum ratione dicendum erat πρὸς ἀνατολὴν, at quæ post Nelcynda emporium sequuntur neque ipse vidit auctor, neque ab aliis accuratiora accepit, adeo ut admodum vaga sit descriptio, quam erudire non nostri est. Mannertus V, 1, p. 223 ut verbis πρὸς τὸν νότον sensum intorqueret, auctorem ab occidentali Indicæ peninsulæ latere subito transiliisse censuit ad latus occidentale; ac Καμαρεὶ non hod. *Comorin* dici, sed promontorium *Calymere*, a quo meridiem versus Pandionis regnum pertineret. Mitto similia aliorum ludibria. Ceterum oratio in laciniis nostris vacillat. || — 8. μέχρι Κόλχων] De Colchorum situ magna sententiarum varietas. Quodsi verba Peripli sequimur, Colchi erant ad confinia tractus sequentis, in quo Ἀργάλου locum Noster memorat, et quem Ptolemæus dicit sinum Argaricum seu Agaricum (*Palksbai*), Cory promontorio (h. *Ramanan-Kor*) a sinu Colchico diremtum. Eodem facit, quod margaritarum piscatio maxime pertinet ad objectam Cory promontorio insulam *Manaar*. Porro quum Dionysius Per. 1148 dicat: παρὰ τέρματα Κωλίδος αἴης itemque v. 592 Taprobanen appellet Κωλιάδος μεγάλην νῆσον, nec non Strabo Κωλιακοὺς (Κωνιακοὺς codd.) e regione Taprobanes collocaverit, Ptolemæus denique habeat Κῶρυ ἄκρον καὶ Καλλιγικόν (corrupt. ex Κωλιακόν): haud improbabiliter voces Κῶρυ, Κωλὶς, Κόλχοι ejusdem nominis varias formas esse censet Vincentus; et quum in *Rami-ceram* sit *Rami-coil* (Rami templum), in eo ipsum Κόλχοι locum reperisse sibi videtur. Alii, ut d'Anvillius, Rennel, Robertson Colchos ponunt ubi nunc est *Cillecarre* locus infra Cory prom. versus meridiem fluvio adjacens. Aliter statuendum est, si Ptolemæi rationes sequi mavelis; is enim Colchus in medio sinu Colchico collocat. Ita habet VII, 1, 10:

Καρέων ἐν κόλπῳ Κολχικῷ, ἐν ᾧ κολύμβησις πινικοῦ.

Σωσίκουραι (*Tuticorin?*)	122° — 14° 30′
Κόλχοι (*Coil?*) ἐμπόριον,	122° — 15°
Σωλῆνος ποτ. ἐκβολαί	124° — 14°

secundum quæ Colchi componendi forent vel cum *Tutikorin*, vel, quod malim, cum *Coil*, quod non longe a *Tutikorin* distat, sed ab ora paullo remotius est (V. Ritter V, p. 516). Benfeyus denique pro Colchis habet hodiernam urbem *Calcaud*, quæ sententia cum geographorum testimoniis non concilianda nonnisi nominis nititur similitudine. Sinus Κολχικὸς etiam nunc *Kolkhi*, sinus Ἀργαρικὸς hodieque *Artingari* vocatur, ut Ritterus V, p. 516 tradit. In Tabula Peuting. notantur *Colchi Indorum*, quod ap. Geogr. Rav. II, 1 abiit in *Colipissendorum*. || — 9. καταχρισίμων] Notes vocabulum. Subjiciuntur in cod. verba πρὸς τὸν νότον, de quibus jam monuimus. In mentem venerat fort. fuisse: ἀπὸ δὲ καταχρισίμων κατεργάζεται τῶν πρὸς θάνατον, si hoc concesseris pro τῶν ἐπὶ θανάτῳ. De margaritarum piscatione v. quæ citavi ad Isidori fragm. p. 255. || — 11. πρότερος] vox suspecta; nullus sequitur δεύτερος; sed in antecc. de Παραλίᾳ sermo erat, quam si etiam Αἰγιαλὸν dicere licebat, hoc loco pro πρότερος possis ἕτερος. Ptolemæo hic αἰγιαλὸς est κόλπου τοῦ Ἀργαρικοῦ (Ὀργαλικοῦ v. l.) atque χώρα Πανδίονος, inde a Κῶρυ promontorio (125° 25′ — 13° 20′), post quod sita est Ἀργείρου (Ἀγάρου, Ἀγανοῦ v. l.) πόλις (125° 4′ — 14° 30′) et Σαλοὺρ ἐμπόριον (125° 30′ — 15° 30′). || — 11. χῶρον] χώραν μεσόγειον λεγόμενον codex. Possis etiam: χώραν .. λεγομένην. Fabricius scr. λεγόμενος, ad αἰγιαλὸς vocem referens. || — 12. ἐν ἑνὶ τόπῳ .. πινικὸν] Inclusa supplevi; pro τὴν codex præbet τῆς. Vocis τερονεῖται emendatio perambigua. Possis in hanc sententiam: ἐν ἑνὶ [τούτῳ τῷ] τόπῳ [ἐν οὐδενὶ δὲ ἑ]τέρῳ ὠνεῖται τὸ .. πινικόν. Suspicari etiam licet hunc in modum: ἐν ἑνὶ τόπῳ [αὐτῆς τιτραίνεται, ἐν δὲ ἑ]τέρῳ νεῖται τὸ .. πινικὸν, præeunte Salmasio, qui in Exercc. Pl. p. 791 proposuit: ἐν ἑνὶ τόπῳ περονεῖται (*perforatur*; deb. περονᾶται) παρ' ἀκτὴν τῆς Ἠπ.; ad Tertullian. (De pall. p. 218) autem pro περονεῖται maluit ἐριο-

τὸ παρ' αὐτὴν τὴν Ἠπιοδώρου [νῆσον] συλλεγόμενον πινικόν· φέρονται γὰρ ἐξ αὐτῆς σινδόνες, * ἐβαργαρείτιδες λεγόμεναι.

60. Τῶν δὲ τοπικῶν ἐμπορίων τε καὶ ὅρμων, εἰς οὓς οἵ τε ἀπὸ τῆς Λιμυρικῆς καὶ ἀπ' ἄρκτου πλέοντες κατάγονται, ἐπισημότερα καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς κείμενά ἐστιν ἐμπόρια Καμάρα καὶ Ποδούκη καὶ Σωπάτμα, ἐν οἷς τοπικὰ μέν ἐστι πλοῖα μέχρι Λιμυρικῆς παραλεγόμενα τὴν γῆν, ἕτερα δ' ἐκ μονοξύλων πλοίων μεγίστων ἀφαῖς ἐζευγμένων, λεγόμενα σάγγαρα, τὰ δὲ εἰς τὴν Χρυσῆν καὶ εἰς τὸν Γάγγην διαίροντα κολανδιοφωντα τὰ μέγιστα. Προχωρεῖ δὲ εἰς τοὺς τόπους πάντα τὰ εἰς τὴν Λιμυρικὴν ἐργαζόμενα, καὶ σχεδὸν εἰς αὐτοὺς καταντᾷ τό τε χρῆμα τὸ ἀπ' Αἰγύπτου φερόμενον τῷ παντὶ χρόνῳ καὶ τὰ πλεῖστα γένη πάντων τῶν ἀπὸ Λιμυρικῆς φερομένων, [καὶ] διὰ ταύτης τῆς παραλίας ἐπιχορηγουμένων.

61. Περὶ δὲ τὴν μετ' αὐτὴν χώραν, ἤδη πρὸς ἀνατολὴν τοῦ πλοὸς ἀπονεύοντος, εἰς πέλαγος ἔκκειται πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν νῆσος λεγομένη Παλαισιμούνδου,

ad Epiodori (*Heliodori?*) insulam collectæ. Exportantur enim hinc sindones quæ *margaritides* (?) vocantur.

60. Inter emporia horum locorum et navium stationes, in quas a Limyrice et a borea navigantes appellunt, insigniora hoc se ordine excipiunt : primum Camara, tum Poduca, dein Sopatma. Propria horum locorum sunt navigia, quæ usque ad Limyricen litus legere solent; alia rursus e maximis naviculis uniligneis invicem colligatis vocantur sangara; ea denique quæ in Chrysen et ad Gangem trajiciunt maxima, colandiophonta vocantur. Importantur in hæc loca quæcunque in Limyricen negotiandi causa mittuntur, et omnes fere species quovis tempore ex Ægypto afferri solitæ, plurimaque eorum quæ e Limyrice exportantur et per tractum hunc litoralem suppeditantur.

61. Circa sequentem regionem, jam vergente ad ortum navigatione, in pelagus projecta est occasum versus tendens Palæsimundu insula, quæ apud anti-

---

νεῖται verbum effingi, i. e. *in modum lanæ netur*. Idem Exercc. p. 826 pro σινδόνες ἐβαργαρείτιδες, quod codex præbet, legi jussit : σινδ. μαργαρίτιδες, adeo ut intelligantur tunicæ καταμάργαροι, margaritis consertæ. Hæc non carent veri specie, præsertim si premas particulam γὰρ post v. φέρονται; pro certis tamen minime venditaverim, quum ultro sese offerat suspicio sindones uti a Gangis regione Γαγγητικαὶ dicuntur (§ 63), sic hoc loco ab Argalo sive Argaro dici : αἱ Ἀργαρίτιδες, ex quo scriba fecit ἐβαργαρείτιδες. — Epiodori insulam ad hod. *Manaar* referunt, ob vigentem ibi margaritarum piscationem (v. Ritter. V, p. 516); non novit hoc insulæ nomen Ptolemæus, qui *Manaar* ins. Ναvίγεριν appellare videtur, judice Mannerto V, 1, p. 284. Plinius VI, 24 inter Coliacum (Κῶρυ) prom. et Taprobanem medio cursu obviam fieri dicit *Solis insulam;* fortasse non diversa est Nostri νῆσος Ἠπιοδώρου, quam potius Ἡλιοδώρου scribendam esse putes, componendamque cum Κῶρυ insula Ptolemæi (*Ramisseram*).

§ 60. τῶν δὲ τοπικῶν ἐμπορίων] τῶν δὲ καὶ τούτων ἐμπορίων codex. Bernhardyus proposuit τούτων δὲ τῶν ἐμπορίων, in quo nescis quonam referas vocem τούτων. Possis paullo durius : τῶν δὲ ἀπὸ τούτου vel τούτων ἐμπορίων i. e. τῶν δὲ μετὰ ταῦτα ἐμπορίων. || — 7. Καμάρα] Ni fallor, Καμάρα apud Ptolemæum VII, 1, 13 vocatur Χαβηρὶς ἐμπόριον ad multifida ostia Χαβήρου (hod. *Cavery*) fluvii. Fortasse hod. *Carrical*, || — Ποδούκη] Πωδούκη Ptol.; sanscrit. *Podukeri* (i. e. νέα πόλις), sec. Bohlen. *Ind.* I, p. 26 et Ritter V, p. 516; lingua Tamulica *Puduchchery* (teste Benfeyo l. l. p. 98), unde recentiores fecerunt *Pondicheri*. || — Σώπατμα] Hoc nomen non habet Ptolemæus, qui inter Poducam et Mæsoliam duo recenset emporia Μελάγγην et Μονάρφαν. Indice Σώπατμα fuisse *Supatna*, pulcra urbs, censent Bohlen cum eoque Ritterus l. l. Situs urbis ignotus; fort. ad hod. *Madras* quærendus. || — 10. ἀφαῖς] ἀφ' ἧς codex ; ὑφαῖς Fabricius, explicans : *rudentibus*. || — σάγγαρα] lingua sanscrit. significare *Kauffahrteischiffe* dicit Benfey. p. 307. De significatione vocis κολανδιοφωντα nil asseverare audet Accentu vox in cod. caret. Pro τὰ μέγιστα scrib. videtur ὄντα μέγιστα, nisi fuit κολάνδια, ὄντα μέγιστα. Ceterum ita Vicentus II, p. 521 : « The different sorts of vessels constructed in this ports are likewise correspondent with modern accounts; the monoxyla are still in use, not canoes, as they are sometimes improperly rendered; but with their foundation formed of a single timbre, hollowed, and then raised with tiers of planking till they will contain 100 or 150 men. Vessels of this sort are employed in the intercourse between the two coasts; but the kolandiophonta, built for the trade to Malakka, perhaps to China, were exceedingly large and staut, resembling probably those described by Marco Polo and Nicola di Conti. Barthema likewise mentions vessels of this sort at Tarnasari, that were of 1000 tons burthen, designed for this very trade to Malakka ». || — 14. τό τε χρῆμα] τὸ δὲ χρ. et dein χρόνῳ κατὰ πλεῖστα cod.; em. Schwanb. p. 487.

§ 61. περὶ δὲ τὴν μετ' αὐτὴν χώραν] περὶ δὲ τῶν μετ' αὐτὴν χωρῶν codex. Perversam hanc de situ insulæ opinionem confirmant quæ leguntur § 62, ubi post Taprobanes descriptionem pergit : Περὶ δὲ τούτους τοὺς τόπους... Μασαλία παράκειται χώρα. || — 20. πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν] Cf. Eratosthenes ap. Strabon. p. 691 : Τὴν δὲ Ταπροβάνην πελαγίαν εἶναί φασι νῆσον, ἀπέχουσαν τῶν νοτιωτάτων τῆς Ἰνδικῆς τῶν κατὰ τοὺς Κωλιακοὺς (Κωνιακοὺς codd.) πρὸς μεσημβρίαν ἡμερῶν ἑπτὰ πλοῦν, μῆκος μὲν ὡς ὀκτακισχιλίων σταδίων ἐπὶ τὴν Αἰθιοπίαν (Cf. Gosselin *Rech.* III, p. 294). Hæc magis adhuc exaggeravit Noster. || — Παλαισιμούνδου] πάλαι σιμούνδου codex. Marcianus p. 3 : τῆς Ταπροβάνης καλουμένης, τῆς Παλαισιμούνδου λεγομένης πρότερον. Id p. 15 : ἡ Ταπροβάνη νῆσος ἡ Παλαισιμούνδου

παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις αὐτῶν Ταπροϐάνη. Ταύτης τὰ μὲν πρὸς βορέαν ἐστὶν ἥμερα καὶ διαπλεῖται τοῖς εἰς τὸν * πλιοναχιστινει καὶ σχεδὸν εἰς τὸ κατ' αὐτῆς ἀντιπαρακείμενον Ἀζανίας παρήκει. Γίνεται δὲ ἐν αὐτῇ πινικὸν καὶ λιθία διαφανὴς καὶ σινδόνες καὶ χελῶναι.

62. Περὶ δὲ τούτους τοὺς τόπους πολὺ τῇ μεσογείῳ παρήκουσα Μασαλία παράκειται χώρα· γίνονται ἐν αὐτῇ σινδόνες πλεῖσται. Ἀπὸ δὲ ταύτης εἰς αὐτὴν τὴν ἀνατολὴν διαπεράσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον ἡ Δησαρηνὴ χώρα, φέρουσα ἐλέφαντα τὸν λεγόμενον βωσαρὴ, καὶ μετ' αὐτὴν, εἰς τὸν βορέαν ἤδη ἀπονεύοντος τοῦ πλοὸς, βάρϐαρα πολλὰ ἔθνη, ἐν οἷς οἱ Κιρρᾶδαι, γένος ἀνθρώπων ἐντεθλιμμένων τὴν ῥῖνα,

quiores Taprobane vocatur. Cujus pars septemtrionalis *diei est in eum trajicienti navigatio; australi autem sui parte paullatim ad occasum tendit*, et pæne ad oppositum Azaniæ litus pertingit. Provenit in ea piper, lapides pellucidi, sindones, testudines.

62. Circa hæc loca per longum tractum mediterraneis prætensa est Masalia regio; conficiuntur in ea sindones plurimæ. Hinc versus ortum naviganti et adjacentem sinum trajicienti Desarene regio occurrit, elephantem nutriens, qui Bosare (*Desare?*) vocatur. Deinde navigatione ad boream vergente, multæ sunt gentes barbaræ, inter easque Cirrhadæ, ferum genus hominum naribus depressis; alia est Bargysorum gens

---

καλουμένη πρότερον, νῦν δὲ Σαλική. Id. p. 44 : ἡ δὲ Ταπροϐάνη νῆσος πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Παλαισιμούνδου, νῦν δὲ Σαλική. Plinius VI, 24 memorat *oppidum Palæsimundum omnium ibi clarissimum.* Contra ap. Ptolem. VII, 4, 1 de Taprobane legitur : ἥ τις ἐκαλεῖτο πάλαι Σιμούνδου, νῦν δὲ Σαλική, suffragante Stephano s. v. : Ταπροϐάνη.. ἡ πάλαι μὲν ἐκαλεῖτο Σιμούνδου, νῦν δὲ Σαλική. Atque hoc rectius habere censent, siquidem in Σιμούνδου vestigia antiqui nominis *Selan div* vel *diu* deprehendi opinantur. V. Renaudot *Anciennes relations des Indes* (1718) p. 133 eumque secutus Ritter. VI, p. 19. Hæc incerta, illud vero patet et Marcianum et Plinium et Nostrum (probantibus verbis παρὰ δὲ ἀρχαίοις) Palæsimundi nomen agnovisse. Apud Ptolemæum dubia est scriptura; unus Stephanus Byz., ex codice vitiato, ut videtur, pendens, aperte favet sententiæ Renaudoti. In eo Noster differt quod Taprobanes, non Palæsimundi, nomen antiquius esse dicit. Ceterum. v. Lassen De Taprobane ins. 1842. *Ind. Alterth.* I, p. 260. || — 1. αὐτῶν] abesse vocem malim. || — 2. τὰ μὲν πρὸς βορέαν ἥμερα καὶ διαπλεῖται τοῖς εἰς τὸν πλιαναχιστινει 8 καὶ σχεδὸν κτλ.] Sic codex. Salmasius l. l. p. 781 conjecit : διαπλεῖται τοῖς ἱστιοπεποιημένοις ναυσὶ καὶ σχεδόν. Quodsi in ejusmodi licentia acquiescere velis, quodcunque in textum licet intrudere. Vossius ad Melam p. 579 ita : « Legendum est καὶ διαπλεῖται τοῖς εἰς τὸ πλεῖον εἰκοστινῇ. Εἰκοστινῇ idem est quod εἰκοσταίη. Trajectus enim a proxime continentis portu in insulam viginti ad summum fiebat diebus, sed Indicis navigiis; nam Romanis et Græcis navibus intervallum id facile septem diebus absolvebatur. » Hæc quoque nihili. Nam ut mittam ineptum istud εἰκοστινῇ vocabulum, dies isti viginti (de quibus vid. Onesicritus ap. Strabonem p. 691) non a proximo Indiæ litore, sed a Prasiorum regione numerantur, uti liquet ex Plinio VI, 24. Probabiliora tentavit Schwanbeckius, recte ille monens τὰ μὲν πρὸς βορέαν postulare quod his opponatur et cum seqq. verbis καὶ σχεδὸν jungi possit. Conjecit igitur : ταύτης τὰ μὲν πρὸς βορέαν ἐστὶν ἡμέρας τὸ πλάτος, τὰ δὲ εἰς νότον ἐπὶ πλεῖον ἐκτείνει καὶ σχεδὸν κτλ. Sed hæc quoque ab acceptis longius recedunt. Prima verba ἔστι ἥμερα καὶ διαπλεῖται (sc. εἰς αὐτὰ) nihil adeo cogit cur corrupta putemus. Ut sensum inferrem absque majoris lacunæ auxilio verti quasi in græcis esset : Ταύτης τὰ μὲν πρὸς βορέαν ἔστιν ἡμέρας [δρόμος] τῷ διαπλεύοντι, τοῖς [δ'] εἰς [νό]τον πλεῖον ἀεὶ εἰς [δύσιν] τείνει καὶ σχεδὸν κτλ. || — 5. λιθία διαφανὴς] Cf. Ptolemæus VII, 4, 1 : Γίνεται δὲ παρ' αὐτοῖς (τοῖς Σάλοις) ὄρυζα, μέλι, ζιγγίϐερι, βήρυλλος, ὑάκινθος, μέταλλα παντοῖα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων· γεννᾷ δὲ καὶ ἐλέφαντας καὶ τίγρεις (non veros tigres sed pardalium speciem). De gemmis insulæ deque margaritis vide Ritter VI, p. 108 sqq. Testudines *Ceylon* insulæ, maxime quæ circa *Punto Gallo* capiuntur, magnitudine testarumque præstantia etiamnunc celebrantur.

§ 62, l. 6. τῇ μεσ.] τῆς μεσογείου cod. || — 7. Μασαλία] Ptolemæus VII, 1, 15 hunc tractum vocat Μαισωλίαν, in qua primum memorat ostia Μαισώλου ποταμοῦ (hoc. *Godavery*, ut recte statuere videtur Benfeyus p. 97, contra eos disputans qui cogitarunt de *Kistna* fluvio, cum *Tyna* Ptolemæi potius componendo); dein recensentur : Κονταχόσσυλα ἐμπόριον, Κόδδουρα, Ἀλλοσύγνη ἐμπόριον et τὸ ἀφητήριον τῶν εἰς τὴν Χρυσῆν ἐμπλεόντων (136° 20'-11°). Nomen Mæsolia s. Mæsalia ductum a populo circa ostia *Godavery* habitante, cujus nomen sanscritum *Maushala* superest in urbe *Maushalipatana*, hod. *Masulipatam*. || — 10. ἡ Δησαρηνή] sanscrit. *Dacarna* (v. Lassen Instit. ling. pracr. App. p. 16. *As. Res.* VIII, p. 343. Benfey. p. 93). Regionem ejus nominis Ptolemæus non habet, sed Δωσάρωνα fluvium (142° 25'-18°). Noster elephantem hujus regionis βωσαρῆ dici ait; puto a regione vocari et leg. δωσαρὴ.. Δωσαρηνή vel δησαρὴ... Δησαρηνή. Fluvios post Mæsolum Ptolemæus memorat Μανάδαν (*Mahanuddi*), Τύνδιν (*Braminy*, ad cujus ostium *Kunka?*), Δωσάρων (*Burabalang*, ad quem *Balasore* urbs?), Ἀδάμαντα (*Subunraka?*), Γάγγην. Secundum Ptolemæi rationes Desarene regio non ita longe a Gange fluvio ponenda esset; attamen aliter statuisse Peripli auctor videtur, quum alios complures populos ante Gangem ponat, ut Cirrhadas, quos Ptolemæus post Gangen memorat. || — 13. Κιρρᾶδαι] Ptolemæus VII, 2, 16 Κιρραδίαν, ἐν ᾗ φασι γίγνεσθαι τὸ κάλλιστον μαλάϐαθρον, post Gangaridas collocat. Gentem hanc Mongolicam Σκιράτας dicit Ælianus A. N. XVI, 22 : Σκιρᾶται πέραν Ἰνδῶν ἔθνος... σιμοὶ τὰς ῥῖνας, apud quod serpentes maximi. Plinius VII, 18 : *Megasthenes gentem inter nomades Indos narium loco foramina tantum habentem, anguium modo loripedem, vocari Scyrites.* Plura

ἀγρίων, καὶ Βαργύσων ἕτερον ἔθνος καὶ τὸ τῶν Ἱππιοπροσώπων [ἢ] Μακροπροσώπων, λεγόμενον ἀνθρωποφάγον εἶναι.

63. Μετὰ δὲ ταῦτα, εἰς τὴν ἀνατολὴν [πλεόντων] καὶ τὸν ὠκεανὸν ἐν δεξιοῖς ἐχόντων, εὐώνυμα δὲ τὰ λοιπὰ μέρη ἔξωθεν παραπλεόντων, ὁ Γάγγης ἀπαντᾷ καὶ ἡ περὶ αὐτὴν ἐσχάτη τῆς ἀνατολῆς ἤπειρος, ἡ Χρυσῆ. Ποταμὸς δέ ἐστι περὶ αὐτὴν ὁ Γάγγης λεγόμενος, καὶ αὐτὸς μέγιστος τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν, ἀπόβασίν τε καὶ ἀνάβασιν τὴν αὐτὴν ἔχων τῷ Νείλῳ, καθ' ὃν καὶ ἐμπόριόν ἐστιν ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ, ὁ Γάγγης, δι' οὗ φέρεταί τό τε μαλάβαθρον καὶ ἡ Γαγγητικὴ νάρδος καὶ πινικὸν καὶ σινδόνες αἱ διαφορώταται, αἱ Γαγγητικαὶ λεγόμεναι. Λέγεται δὲ καὶ χρυσωρύχια περὶ τοὺς τόπους εἶναι, νόμισμά τε χρυσοῦ, ὁ λεγόμενος κάλτις. Κατ' αὐτὸν δὲ τὸν ποταμὸν νῆσός ἐστιν ὠκεάνιος, ἐσχάτη τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν τῆς οἰκουμένης, ὑπ' αὐτὸν ἀνέχοντα τὸν ἥλιον, καλουμένη Χρυσῆ, χελώνην ἔχουσα πάντων τῶν κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν τόπων ἀρίστην.

64. Μετὰ δὲ ταύτην τὴν χώραν ὑπ' αὐτὸν ἤδη τὸν βορέαν, ἔξωθεν εἰς Θινός τινα τόπον ἀποληγούσης τῆς θαλάσσης, παράκειται ἐν αὐτῇ πόλις μεσόγειος μεγίστη, λεγομένη Θῖναι, ἀφ' ἧς τό τε ἔριον καὶ τὸ νῆμα καὶ τὸ ὀθόνιον τὸ Σηρικὸν εἰς τὰ Βαρύγαζα διὰ Βάκτρων πεζῇ φέρεται καὶ εἰς τὴν Λιμυρικὴν πάλιν διὰ τοῦ Γάγγου

et Hippioprosoporum (*sive*) Macroprosoporum (equinum vel longum vultum habentium), qui anthropophagi esse feruntur.

63. Post hæc versus ortum tendenti et Oceanum habenti a dextra et oram, quæ ad sinistram sequitur, ex alto prætervehenti Ganges occurrit, ac prope eum ultima Orientis regio, Chryse sive Aurea. Circa eam est Ganges fluvius omnium in India maximus, qui eodem quo Nilus modo crescere et decrescere solet. Adjacet ei emporium, quod eodem quo fluvius nomine Ganges vocatur. Per id malabathrum et Gangetica nardus et piper et præstantissimæ sindones, Gangeticæ dictæ, exportantur. Præterea aurifodinas in his locis esse ferunt, atque nomisma aureum, quod Caltis vocatur. Ad hunc porro fluvium in Oceano insula jacet, habitati orbis pars versus ortum ultima, sub ipsum sita solem orientem; Chryse appellatur; testudinem habet omnium quæ per loca maris Erythræi reperiuntur præstantissimam.

64. Post hanc regionem sub ipsum boream, mari extrinsecus in Thinis locum quendam desinente, in mediterraneo Thinis tractu sita est urbs maxima, Thinæ dicta, ex qua lana (*lanugo arboris laniferæ*) et filum et othonium Sericum Barygaza per Bactriam terrestri itinere, et per Gangem fluvium in Limyricen ex-

---

de hac gente (*Cirâtas* in Indorum libris) et similibus v. in not. ad Fragm. Histor. tom. II, p. 425. || — 1. Βαργύσων] Hanc continentis gentem Ptolemæus non habet, memorat autem Βαρούσας insulas quinque anthropophagorum (VII, 2, 28).

§ 63, l. 4. πλεόντων suppl. Fabricius. || — 10. ἀνάβασιν.. Νείλῳ] Cf. Ælian. An. N. XII, 41 : πλατύνεται δὲ καὶ ὑπερεκχεῖται εἰς σταδίους τετρακοσίους. De annuis fluvii incrementis ex vi quam etesiæ in æquor Bengalicum exercent, explicandis v. Ritter. VI, p. 1215 ibiq. laudati. ||— 12. Γαγγιτικὴ cod. h. l. et mox iterum. || — 12. ὁ Γάγγης] Cf. Ptol. VII, 1, 81 : Τὴν δὲ περὶ τὰ στόματα τοῦ Γάγγου πᾶσαν κατέχουσι Γαγγαρῖδαι, ἐν οἷς πόλις ἥδε· Γάγγη βασίλειον, quam urbem ad tertium suum fluvii ostium collocat. Gangen urbem mediterraneam ex Artemidoro memorat Strabo p. 719, Nostram ab oriente hodiernæ *Duliapur* s. *Dulispur* fuisse censet Mannert. V, 1, p. 110. || — 16. κάλτις] Ejus nominis numum etiam nunc in Bengalia esse monet Vincentus. Subesse vocem sanscrit. *Kalita*, i. e. numeratum, Benfeyus p. 309 censet. || — 19. καλουμένη] κλειομένῃ cod.; em. Salm. || — 19. Χρυσῆ] Ultima terrarum Noster eodem fere modo sibi efformavit, quo Alexandrini geographi, qui tamen Chrysen nondum noverant. Eo nomine fama involvitur quæ de ultimæ hujus regionis divitiis ad Græcos devenerat. Situm pro cognitionis geographicæ progressu alii aliter definiebant. Antiquissimam Chryses famam servare videtur Plinius VI, 23, 80, ubi : *Extra ostium Indi Chryse et Argyre, fertiles metallis, ut credo; nam quod aliqui tradidere, aureum argenteumque iis solum haud facile crediderim* Mela III, 7 ita : *Ad Tamum* (aut *Tabin*. Cf. Plin. VI, 20) *insula est Chryse, ad Gangen Argyre*. Tabis autem Melæ est Tauri promontorium ultimum. Igitur Chrysen insulam ponit ubi Eratosthenes collocat Thinas, a borea Gangis, in confiniis Oceani Indici et Scythici. Noster Chrysen habet insulam prope Gangem in alto sitam. Ptolemæi ævo dilatata terrarum transgangeticarum cognitione, Chryse est nota omnibus peninsula. Cf. Marcian. p. 14 Huds.

§ 64, l. 22. Θινὸς] Eadem forma in sqq. bis recurrit, quam temere in Σινῶν mutari voluit Salmasius. || — 24. Θῖνα codex. Θῖναι urbs vocatur Eratostheni ap. Strabon. I, p. 64 et 68, sita ad extremum Emodum montem sub eodem quo Rhodus parallelo. Hæc cum Nostris concinunt. Ptolemæus VII, 3, 6 urbem ad sui orbis extremitatem transferens in Sinarum terra ponit 3° latit. australis : ἡ μητρόπολις (τῶν Σινῶν) Σῖναι ἢ Θῖναι· οὔτε μέντοι χαλκᾶ τείχη φασὶν αὐτὴν ἔχειν οὔτε ἄλλο τι ἀξιόλογον. Cf. Marcian. p. 14 Huds. Ceterum quatenus veræ urbis memoria subest, situm qualem antiquiores geographi exhibent, ad probabilitatem multo propius accedere recte viri docti monuerunt. Heerenius *Ideen* I, 2, p. 668 de urbe *Peking* cogitavit, Mannert V, 1 p. 204 de *Schunnin* in *Gunnan* provincia, alii de *Nanking*, vel ob nominis similitudinem de urbe *Tsin* in provincia *Sthensi*, ubi *Sin* seu *China* regnum octavo ante Christum seculo conditum esse Chinesi narrant (V. Ritter. II, p. 199). || — 25. Βαρύγαζαν cod.

ποταμοῦ. Εἰς δὲ τὴν Θῖνα ταύτην οὐκ ἔστιν εὐχερῶς ἀπελθεῖν· σπανίως γὰρ ἀπ' αὐτῆς τινὲς οὐ πολλοὶ ἔρχονται. Κεῖται δὲ ὁ τόπος ὑπ' αὐτὴν τὴν μικρὰν ἄρκτον, λέγεται δὲ συνορίζειν τοῖς ἀπεστραμμένοις μέρεσι τοῦ Πόντου καὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καθ' ἣν ἡ παρακειμένη λίμνη Μαιῶτις εἰς τὸν ὠκεανὸν συναναστομοῦσα.

65. Κατ' ἔτος δὲ παραγίνεται ἐπὶ τὴν συνορίαν τῆς Θινὸς ἔθνος τι, τῷ μὲν σώματι κολοβοὶ καὶ σφόδρα πλατυπρόσωποι, ἐννοίαις δὲ λῷστοι· αὐτοὺς [δὲ] λέγεσθαί [φασι] Σησάτας, παρομοίους ἀνημέροις· παραγίνονται σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, βαστάζοντες φορτία μεγάλα [καὶ] ταρπόνας ὠμαμπελίνοις παραπλησίας, εἶτ' ἐνεπιμένουσιν ἐπί τινα τόπον τῆς συνορίας αὐτῶν καὶ τῶν ἐπὶ τῆς Θινὸς, καὶ ἑορτάζουσιν ἐπί τινας ἡμέρας, ὑποστρώσαντες ἑαυτοῖς τὰς ταρπόνας, καὶ ἀπαίρουσιν εἰς τὰ ἴδια εἰς τοὺς ἐσωτέρους τόπους. Οἱ δὲ ταῦτα δοκεύοντες τότε παραγίνονται ἐπὶ τοὺς τόπους καὶ συλλέγουσι τὰ ἐκείνων ὑποστρώματα, καὶ ἐξινιάσαντες καλάμους τοὺς λεγομένους πέτρους ἐπὶ λεπτὸν ἐπιδιπλώσαντες τὰ φύλλα καὶ σφαιροειδῆ ποιοῦντες διείρουσι ταῖς ἀπὸ τῶν καλάμων ἴναις. Γίνεται δὲ γένη τρία· ἐκ μὲν τοῦ μείζονος φύλλου τὸ ἁδρόσφαιρον μαλάβαθρον λεγόμενον, ἐκ δὲ τοῦ ὑποδε-

portantur. Ceterum in Thinem regionem pervenire haud est facile; raro inde pauci quidam adveniunt. Jacet locus sub Ursam minorem, ferturque conterminus esse aversis partibus Ponti et maris Caspii, juxta quod est sita Mæotis palus, quæ in Oceanum effunditur.

65. Quotannis autem ad confinia Thinis gens quædam commeare solet hominum corpore pusillo, facie admodum lata, mente tamen mitissima, quos Sesatas (*Besadas*) vocant, feris assimiles. Adveniunt cum uxoribus et liberis, magnas portantes sarcinas et sirpeas viridis vitis foliis comparandas. Deinde in confiniis suæ ipsorum et Thinis regionis alicubi commorantes per dies aliquot festa agunt substratis sibi sirpeis, et deinde in loca interiora ad suos revertuntur. Tum vero Thinis incolæ, observato illorum discessu, accurrentes strata ista colligunt, et ex calamis, quos petros appellant, nervis fibrisque extractis, et foliis in globulos convolutis et complicatis, calamorum fibris folia trajiciunt. Tria autem fiunt genera; quod ex majore fit folio, hadrosphærum malabathrum dicitur; quod ex mediocri, mesosphærum; quod ex minore, micro-

3. ὑπ'] ἐπ' codex. || — 6. Μαιῶτις εἰς τὸν ὠκεανὸν συναναστομοῦσα] Cf. Plinius II, 97 de Mæotide palude : *Sive ea oceani sinus est, ut multos adverto credidisse, sive angusto discreti situ restagnatio.* Id. VI, 13; Plutarch. Alex. c. 44; Curtius VI, 4; Orphic. Arg. 1045 sqq.; Lucan. Phars. III, 277; Seneca Herc. fur. 1328; Maximus Tyr. XXVI et XXXII. || — 9. σφοδροὶ cod.; em. Salmasius p. 754. || — 10. πλατυπρόσωποι, ἐννοίαις δὲ λῷστοι] πλατυπρόσωποιενμοι εἰς τέλος τε αὐτοὺς λέγεσθαι Σ. codex. Salmasius l. l, dederat : πλατυπρόσωποι, σιμοὶ εἰς τέλος, αὐτοὺς δὲ λεγ. Σ., « parum prospere; nam et σιμοὶ junctura caret et obscurum est εἰς τέλος, nec infinitivus habet unde pendeat. Sententia fere poscit : ὀνόματι δέ φασιν αὐτοὺς λέγεσθαι vel similia. » Bernhardyus. Vossius ad Melam III, 7 conj. : πλατυπρόσωποι, ἐννεοὶ, εἰς τέλος τε αὐτοὺς λεγ. Βησάδας. Quod ego dedi ad tradita proxime accedere videbatur. Cf. Plinius VI, 21 : *Seres mites quidem sed et ipsi feris persimiles cœtum reliquorum mortalium fugiunt, commercia exspectant*. Mela III, 7 : *Seres genus plenum justitia, ex commerciis, quod rebus in solitudine relictis absens peragit, notissimum.* Σησάτας] Leg. vid. Βησάτας vel Βησάδας. Cf. Ptolemæus VII, 1, 15 : Μεθ' οὓς ὑπὲρ τὸν Μαίανδρον Τιλάδαι, καλοῦσι δὲ οὕτως τοὺς Βησείδας· εἰσὶ γὰρ κολοβοὶ καὶ πλατεῖς καὶ πλατυπρόσωποι, λευκοὶ μέντοι τὰς χρόας. Id. § 17 : Ὑπέρκειται πλησιάζουσα τοῖς Βησυγγείταις (sic) ἡ Χρυσῆ χώρα. Palladius De Brachman. in Pseudocallisth. III, 8, p. 103 sq. : τῶν καλουμένων Βισάδων τῶν τὸ πέπερι συναγόντων κτλ., ubi vide. || — 11. παρ. ἀνημ.] παρομοιοῦσιν ἡμέραις cod.; em. Salmasius. || — 12. φορτία μεγάλα τέρπονας ὠμαμπελίνων παραπλήσια codex; φ. μ. ἐν ταρπόναις ὠμαμπελίνων παραπλήσια Salmasius, quod sive structuram verborum sive sensum spectes, admitti nequit. Vossius ad Melam l. l. conj. : φ. μ. πετρῶνάς τ' ὠμαμπελίνων παραπλησίας. « Dicuntur vero, ait, πετρῶνες a calamis malabathrinis, quos petros vocari scribit. || — 15. τῶν ἐπὶ] τῶν ὑπὸ cod. || — 15. ἑορτάζουσιν] ἁρπάζουσιν cod.; probabiliter em. Vossius. || — 18. ταῦτα δοκεύοντες] τ. δοκοῦντες codex; οἱ δὲ καραδοκοῦντες conj. Salmasius. Ceterum fabulam narrat auctor. Venerint Besadæ ad vicinæ regionis limites, ut malabathrum venderent. Expandebant in confiniis merces; tum recedebant, ut emtores pretium apponerent, muta ista commercii ratione, quam et Mela l. l. subindicat, et alios apud populos viguisse bene notum est. || — 20. ἐξινιάσαντες κτλ.] Salmasius p. 754 : « Dioscorides, ubi de malabathro loquitur : ὅπερ συλλέγοντες διείρουσι λίνῳ... Isidorus de eodem malabathro : *Folium dictum, quod sine ulla radice innatans in Indiæ litoribus colligitur, lino perforatum siccant Indi atque reponunt*. Auctor Peripli non lino perforari ac trajici pillulas illas, quæ ex malabathri foliis concinnabantur, sed ipsis nervis sive fibris calamorum sive virgarum malabathri; καλάμους enim vocat virgas ipsas ac surculos quibus hærebant folia. Atqui ex ipsis foliis fibras illas sive nervos desciant. Hoc ille vocat ἐξινιάζειν, hoc est ἶνας extrahere. » Ceterum de malabathro (*tamalapatra*), quod olim *betel* esse putabant, quum sit folium *lauri cassiæ*; vide quæ notat Lassenius *Ind. Alt.* I, p. 283 sq. || — 24. ἁδρόσφαιρον.] Salmas. p. 754 : « Malabathri folia olim in pilulas convoluta venum ibant, et hac forma in Europam adferebantur. Inde apud Didymum : φύλλου μαλαβάθρου σφαιρία πέντε, et alibi σφαιρίον ἕν.. Plinius XII, 26, qui folium nardi putavit esse, quum sit malabathri-

εστέρου τὸ μεσόσφαιρον, ἐκ δὲ τοῦ μικροτέρου τὸ μικρόσφαιρον. Ἔνθεν τὰ τρία μέρη τοῦ μαλαβάθρου γίνεται καὶ τότε φέρεται εἰς τὴν Ἰνδικὴν ὑπὸ τῶν κατεργαζομένων αὐτά.

66. Τὰ δὲ μετὰ [τούτους] τοὺς τόπους, διά τε ὑπερβολὰς χειμώνων καὶ πάγους μεγίστους δύσβατα ὄντα, εἴτε καὶ θείᾳ τινὶ δυνάμει θεῶν, ἀνερεύνητά ἐστιν.

phærum. Hinc igitur tria existunt malabathri genera, quæ deinde ab iis qui confecerunt, in Indiam feruntur.

66. Quæ post hæc sequuntur regiones vel quod propter nimias tempestates et summa frigora difficillimi sint accessus, vel etiam divina quadam numinum potestate, explorari nequeunt.

---

sere annonam ; ab amplitudine hadrosphærum vocatur majoribus foliis ; quod minoribus est mesosphærum appellatur.. Laudatissimum microsphærum e minimis folium.

§ 66, l. 5. τούτους addidit Fabricius. || — δύσβατα ὄντα] δυσβάτων τε τόπων cod.; fortassis auctor sermonem parum curans scripserat: δυσβάτων ὄντων τῶν τόπων. Possis etiam servare vulgatam transponendo : διά τε ὑπερβολὰς χειμώνων δυσβάτων τε τόπων καὶ πάγους μεγίστους.



ΑΡΡΙΑΝΟΥ	ARRIANI
ΙΝΔΙΚΗ.	**HISTORIA INDICA.**

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΙΝΔΙΚΗ. — ARRIANI HISTORIA INDICA.

I. De accolis Indi occidentem versus, Assacenis, Astacenis et Nysæis. — 2. Fines Indiæ. Eam Indiam quæ ad occidentem vergit, Alexander et multi cum eo viderunt; de India orientem versus pauci scripserunt. — 3. Variorum de Indiæ magnitudine sententiæ. — Fluviorum copia et magnitudo. — 4. Nomina fluviorum. Indus et Ganges cum Nilo et Istro comparantur. — 5. Item de fluviis Indicis. Megasthenis sententia de expeditionibus exterorum in Indiam, præcipue Bacchi et Herculis. — 6. Sila fluvius; pluvia in India; ceti fluviorum; color Indorum. — 7. Quot sint Indiæ gentes. Historia Indorum. Primos Indos nomades ac feros ad cultiorem vitam adduxit Bacchus. — 8. Reges Indorum post Bacchum. De Hercule narratio. De margaritis Indicis. — 9. Vita brevis hominum; prœmaturæ nuptiæ in Pandæa, Hercule auctore. Numerus regum et annorum a Baccho ad Sandracottam. Præter Bacchum, Herculem et Alexandrum neminem in Indiam expeditionem fecisse, neque Indos ipsos in alias gentes. — 10. Quomodo Indi mortuos honorant. De urbium multitudine et ratione eas construendi; de Palimbothris. Nemo in India servus. — 11. Septem Indorum ordines : sophistæ; agricolæ; pastores et venatores. Interponuntur quædam de magnis Indiæ arboribus. — 12. Artifices, mercatores, nautæ naviumque architecti; milites; inspectores; principes. Adduntur pauca has tribus in universum spectantia. — 13. Venatio elephantorum. — 14. De natura elephantorum. — 15. De tigride, formicis aurum effodientibus, psittacis, simiis, serpentibus. Medici Indorum. — 16. Vestitus et arma; frena equorum. — 17. Corpora Indorum; quibus animalibus Indi vehi soleant. Elephantus pretium concubitus. De nuptiis. Quo cibo vescantur Indi. Transitus ad expeditionem navalem. — 18. Trierarchi et præfecti classis; sacra et certamina, antequam solveret Alexander. — 19. Numerus militum et navium. Navigatio in Indo. — 20. Alexandri desiderium navigationis per mare Indicum in Persiam usque; ejusdem æstus de præfecto, quem lenit Nearchus. Cura classis a Nearcho suscepta, unde communis lætitia. — 21. Tempus quo Nearchus solverit. Initium navigationis. Stura. Caumara. Coreatis. Crocala. Arabies : Irus. Portus Alexandri. Bibacta. Sangala. Mora Nearchi per dies XXIV. — 22. Vento adverso remittente ultro classis progreditur. Domæ insula. Saranga. Sacala. Morontobara et Mulierum portus. Ostium Arabis amnis. — 23. Oritæ : Pagala. Cabana. Cocala; ibi castra ponit Nearchus. Leonnati prœlium cum Oritis. Remissio nautarum segniorum. — 24. Tomerus fluvius; descriptio accolarum et pugna cum iis. — 25. Malana. Longitudo navigationis præter regionem Arabitarum et Oritarum. Memorabilia de umbra et astris in his regionibus. — 26. Gadrosii. Ichthyophagi : Bagisara. Pasira. Colta. Calyba. Carmine ins. Cissa. Carbis. Mosarna. — 27. Hydraces, classis gubernator assumtus. Balomus. Barna. Dendrobosa. Cophas. Cyiza; urbs anonyma, quam Nearchus capiendam censet. — 28. Capta urbe et direpto frumento, Nearchus discedit. Bagia promontorium. — 29. Talmena. Canasida. Miseria exercitus. Canate. Taoi. Dagasira. — 30. Balænæ classem terrent. Earum ossibus domus exstruuntur. — 31. De Nosalis, insula fabulosa. — 32. Carmania. Badis. Maceta, promontorium Arabiæ, et ostium sinus Persici. Disceptatio Nearchi cum Onesicrito. — 33. Neoptana. Anamis fluvius; Harmozia; classiarii quidam incidunt in Græcum, qui Nearcho non procul esse castra Alexandri refert. Subductis in terram navibus, castra muniuntur. — 34. Regionis præfectus clam Nearcho classis adventum Alexandro nuntiat. Nearchus Alexandrum convenit. — 35. Alexandri cum Nearcho colloquium. — 36. Continuata Nearcho cura classis. Reditus periculosus ad classem. — 37. Denuo cœpta navigatio. Organa et Oaracta insulæ; sepulcrum Erythræ regis; insula Neptuno sacra; alia insula; Pylora insula; Sisidone oppidum; Tarsia promontorium; insula Catæa. — 38. Fines Carmaniæ et Persidis; longitudo navigationis præter Carmaniam. Persis : Ilas; Cecandrus; alia insula; Ochus mons; Apostana; Gogana; Areon fluvius; Sitacus fl.; castra Nearchi. — 39. Hieratis urbs et fossa Heratemis; fluvius Padagrus et regio Mesambria; Taoke et fluvius Granis; balæna mortua describitur; Rhogonis et Brizana torrentes; fluvius Arosis. — 40. Longitudo navigationis præter Persidem; triplex divisio Persidis; Oxii, Mardi et Cossæi, montium incolæ, ab Alexandro victi. — 41. Susiana : Cataderbis, Margastana; brevia periculosa; ostium Euphratis; Diridotis. — 42. Iter a Diridoti per lacum ad Pasitigrim. Aginis pagus. Longitudo navigationis præter Susianam. Deinde navigatur per Pasitigrim, adverso flumine, usque ad pontem quem Alexander cum exercitu transierat; ubi finis est navigationis. — 43. De quibusdam fervidis et incultis regionibus extra Indiam, præcipue Arabia et Africa.

I. Τὰ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰ πρὸς ἑσπέρην ἔστε ἐπὶ ποταμὸν Κωφῆνα Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοὶ, ἔθνεα Ἰνδικὰ, ἐποικέουσιν. (2) Ἀλλ' οὔτε μεγάλοι τὰ σώ-

I. Quæ extra Indum amnem Occidentem versus sunt regiones ad Cophenem fluvium usque Astaceni atque Assaceni, Indicæ gentes, incolunt. (2) Sunt

Codicum siglæ : *A*, cod. Parisinus 1753; *B*, 456; *C*, 1407; *D*, 1438; *L*, codex Laurentianus, a Gronovio collatus. Codicem A contulit Dübnerus noster; idem formas verborum ionicas, quas usurpasse Arrianum certis exemplis probatur, ubicunque a scribis neglectæ essent, restituit. Qua de re lectorem amandamus ad Annotationem criticam (p. XXVI sqq.), quam Arriani operibus Dübnerus præfixit.

I, 1. ἔστε om. BCD. || — 2. ἐπὶ τὸν ποταμὸν LD. || — 2. Κωφῆνα] Eadem nominis forma in Anab. IV, 22. V, 1; ap. Philostrat. Vit. Apoll. II, 6. 8. 9; Joseph. Ant. Jud. I, 64; Suidam s. v. et Zonaram p. 1275. Κώφης vocatur ap. Strabon. p. 697 sq.; Dionys. 1140; Plin. VI, 21. 23. De utraque forma v. Eustath. ad Dionys. Hodie *Kaboul*, de quo v. Ritter. VII, p. 197 sqq. III, 420. V, 449; Lassen *Ind. Alt.* I, p. 29 not. || — Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοὶ] καὶ Ἀσσ. om. D. De Assacenis Arrianus dixit in Exp. Al. IV, 25. 30, V, 20, item de Aspasiis et Guræis ejusdem tractus Indis; Astacenorum vero mentio, quæ in Anabasi desideratur neque corrigendo inferenda esse videtur, occurrit apud Strabon. p. 698 : Τὰ δὲ μεταξὺ τούτων τῶν δυεῖν ποταμῶν ἔχουσιν Ἀστακηνοί τε καὶ Μασιανοὶ καὶ Νυσαῖοι καὶ Ὑππάσιοι (vel potius Ἱππάσιοι; Πάσιοι, Ὑπάσιοι, ὑπ' Ἀσίων codd.)· εἶτ' ἡ Ἀσσακανοῦ (quod p. 691 corruptum est in Μουσικανοῦ),

ματα, κατάπερ οἱ ἐντὸς τοῦ Ἰνδοῦ ᾠκισμένοι, οὔτε ἀγαθοὶ ὡσαύτως τὸν θυμὸν, οὐδὲ μέλανες ὡσαύτως τοῖσι πολλοῖσιν Ἰνδοῖσιν. (3) Οὗτοι πάλαι μὲν Ἀσσυρίοισιν ὑπήκοοι ἦσαν· ἐπὶ δὲ Μήδοισι Περσέων ἤκουον, καὶ φόρους ἀπέφερον Κύρῳ τῷ Καμβύσεω ἐκ τῆς γῆς σφῶν, οὓς ἔταξε Κῦρος. (4) Νυσαῖοι δὲ οὐκ Ἰνδικὸν γένος ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἅμα Διονύσῳ ἐλθόντων ἐς τὴν γῆν τὴν Ἰνδῶν· τυχὸν μὲν καὶ Ἑλλήνων, ὅσοι ἀπόμαχοι αὐτῶν ἐγένοντο ἐν τοῖσι πολέμοισιν οὕστινας πρὸς Ἰνδοὺς Διόνυσος ἐπολέμησε· (5) τυχὸν δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων τοὺς ἐθέλοντας τοῖσιν Ἕλλησι συνῴκισε τήν τε χώρην Νυσαίην ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ὄρεος τῆς Νύσης Διόνυσος, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν Νῦσαν. (6) Καὶ τὸ ὄρος τὸ πρὸς τῇ πόλι, ὅτου ἐν τῇσιν ὑπωρείῃσιν ᾤκισται ἡ Νῦσα, Μηρὸς κληΐζεται ἐπὶ τῇ συμφορῇ ᾗ τινι ἐχρήσατο εὐθὺς γενόμενος. (7) Ταῦτα μὲν οἱ ποιηταὶ ἐπὶ Διονύσῳ ἐποίησαν· καὶ ἐξηγείσθων αὐτὰ ὅσοι λόγιοι Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων. (8) Ἐν Ἀσσακηνοῖσι δὲ Μάσσακα, πόλις μεγάλη, ἵναπερ καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐστι τῆς Ἀσσακίης· καὶ ἄλλη πόλις Πευκελαῆτις, με-

vero hi Indis intra Indum amnem habitantibus et corporum magnitudine et animorum præstantia inferiores, neque tam nigri quam plerique Indi. (3) Hi olim Assyriis parebant; deinde Medis subjecti in Persarum potestatem venerunt et tributa Cyro, Cambysis filio, ex suis regionibus pependerunt, quæ Cyrus imperavit. (4) Nysæi vero Indorum gens non sunt, sed ex iis originem ducunt, qui olim cum Libero patre in Indiam venerant, e Græcis fortasse, qui in bellis, quæ Liber cum Indis gessit, inutiles bello facti fuerant; (5) fortassis autem etiam indigenas voluntarios in eandem cum Græcis coloniam deduxit, regionemque Nysæam a monte Nysa vocavit Liber, urbemque ipsam Nysam. (6) Mons vero urbi vicinus, ad cujus radices sita est Nysa, Merus (i. e. *femur*) vocatus est propter casum illum, quo usus fuit Bacchus simul ac natus erat. Atque hæc quidem poetæ de Libero finxerunt: eaque quotquot vel apud Græcos vel apud barbaros fabulosarum historiarum scriptores sunt, explicent. (8) Apud Assacenos est Massaca, magna urbs, ubi et summa potestas est regionis Assaciæ; et alia urbs Peucelaetis,

ὅπου Μασόγα πόλις, τὸ βασίλειον τῆς χώρας. Ἤδη δὲ πρὸς τῷ Ἰνδῷ πάλιν ἄλλη πόλις Πευκολαΐτις. Droysenius *Gesch. Alexandr.* p. 374 ex eo quod *Astes* Peucelaitidis regionis præfectus apud Arrian. Exp. Al. IV, 22, 8 memoratur, Astacenen dici Peucelaitidem censet, idque probat Lassenius *Ind. Alterth.* I, p. 423, quum pleraque Indorum regum principumve nomina in Alexandri rerum scriptoribus obvia, non personarum sint nomina propria, sed a regionibus urbibusve indita. Obstare quidem videntur verba Strabonis modo laudata; at non magnam ejus dixeris auctoritatem, quum Strabonis loco etiam alius error subesse censeatur; nam quos ille dicit Μασιανοὺς probabiliter putant non differre ab incolis Masoga s. Massaga urbis, adeo ut Μασιανοὶ dicantur pro Μασσαγηνοὶ (Lassen. l. l.). Plinius VI, 23 § 79 juxta Nysæos memorat *Aspaganos*, quod nomen Silligius ex Salmasii conjectura (Exercc. p. 706 b. F) mutavit in *Astacanos*, ambigua emendatione, quamquam vel Assacenos nostros vel Astacenos indicari dubium non sit. Benfeyo in *Ersch. u. Grubers Encycl.* v. *Indien* p. 46 nomina Ἀστακηνοὶ, Ἀσσακηνοὶ, Ἀσπάσιοι, *Aspaguni*, ejusdem nominis formæ sunt, quod in aliis civitatibus aliter enuntiabatur vel enuntiari Græcis videbatur. Subesse monet vocem sanscritam *açvaga*, zendicam *aspaga*, i. e. *eques* (unde Ἱππάσιοι Strabonis). Elphinstonius *Cabul* p. 396 et Wilken in *Abh. d. Berlin. Akad.* 1818-19. p. 261 et Ritterus VIII, p. 206 Assacanos vix recte censent esse majores hodiernorum *Afghans*, quippe quorum priscas sedes fuisse in *Gur* sive *Guristan* Paropanisi regione historiis eorum tradatur; propius ad recens nomen accedere *Aspaganos* Plinii, neque alienos ab iisdem videri qui in inscript. literarum cuneiformium vocantur *Uscangha* (Ritt. VIII, p. 97). || — 1. καθάπερ h. l. et sæpius codices; refinxit Dübner, ut alia ejus generis plurima, quæ singulis locis recensere supersedeo. || — 2. οὔτε ἀγαθοὶ ὡσαύτως τὸν θυμὸν] « Confirmatur hoc bello contra Alexandrum. Quamvis enim supra 3000 peditum, 2000 equitum et 30 elephantos haberent, prœlio tamen cum Alexandro decertare noluere; Massagaque non ab ipsis, sed ab aliis Indis mercede conductis fortiter defensa, post horum discessum facile capta est. (Arr. Exp. IV, 26 sq.) » Schmieder. || — 2. τοῖς πολλοῖς... Ἀσσυρίοις codd.; em. Dübn., qui item reliqua loca, quibus dativorum formæ ionicæ a scribis neglectæ sunt, correxit; quod semel monuisse satis est. || — 4. ἐπὶ] sic A; ἐπεὶ cett. || — 5. Καμβύσου codd.; ionica h. l. et alibi restituit Dübner. || 6. Νυσαῖοι] De tritissima fabula v. Arrian. Exp. V, 1; Curtius X, 8, 7; Strabo p. 698; Diodor. I, 19; Plutarch. Alex. c. 58; Philostrat. Vit. Apoll. II, 9; Mela, III, 7, 4; Plinius VI, 23 § 79 ed. Sillig. Nysam istam Dionysopolis nomine indicat Ptolemæus VII, 1, § 43 ed. Nobbe, ubi post Γωρύαν ponitur: Νάγαρα ἡ καὶ Διονυσόπολις, quod hodierno loco *Nagar* respondere apud Forbigerum lego, II, p. 510. Nomen Νάγαρα indice nihil nisi urbem significat. Fabulosam esse Nysam urbem censet cum aliis multis Lassenius l. l. Ceterum de fabulæ ratione præter alios plurimos v. Ritter. V, 450 ibique laudatos. De *Caboul* regionis fertilitate beatissima bene constat. || — 8. τὴν Ἰνδῶν] sic scripsi e B; τὴν Ἰνδικὴν C; τῶν Ἰνδῶν cett. || — 12. χώραν Νησαίην D. || — 13. αὐτῶν Νύσαν B; αὐτῶν τὴν Νύσαν C. || — 14. πόλει codd.; em. Dübn. || — 16. γινόμενος B. || — 18. Μάσσακα] βασακαι (sic) D; Μάσσαγα Exp. IV, 25, Μασόγα Strabo p. 698; *Mazagæ* Curtius VIII, 10, 7; Guræo (hod. *Pendjcora*) fluvio vicina erat. || — 20. Πευκελαῆτις] Πευκέλα codex Florentinus et hinc Schmiederus; Πευκέλλα et Πευκέλα ἔτι cett.; quæ corruptio satis probat, in codice Florentino voculam ἔτι, utpote nihili, a docto librario ejectam esse, monente Dübnero. ἐν Πευκελαιήτιδι (χώρᾳ sc.) infra c. 4, 11 codex Florent., Πευκελαΐτιδι cett., ut videtur; Πευκελαῶτιν χώραν Exp. IV, 22, 9.

γάλη καὶ αὐτὴ, οὐ μακρὰν τοῦ Ἰνδοῦ. Ταῦτα μὲν ἔξω τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ᾤκισται πρὸς ἑσπέρην ἔστε ἐπὶ τὸν Κωφῆνα.

II. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ πρὸς ἕω, τοῦτό μοι ἔστω ἡ Ἰνδῶν γῆ, καὶ Ἰνδοὶ οὗτοι ἔστωσαν. Ὅροι δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς πρὸς μὲν βορέεω ἀνέμου ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος. (2) Καλέεται δὲ οὐ Ταῦρος ἔτι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ· ἀλλ' ἄρχεται μὲν ἀπὸ θαλάσσης ὁ Ταῦρος τῆς κατὰ Παμφύλους τε καὶ Λυκίην καὶ Κίλικας, παρατείνει τε ἔστε τὴν πρὸς ἕω θάλασσαν, τέμνων τὴν Ἀσίην πᾶσαν· (3) ἄλλῃ δὲ ἄλλο καλέεται τὸ ὄρος, τῇ μὲν Παραπαμισὸς, τῇ δὲ Ἠμωδός· ἄλλῃ δὲ Ἴμαον κληΐζεται, καὶ τυχὸν ἄλλα καὶ ἄλλα ἔχει οὐνόματα· (4) Μακεδόνες δὲ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες Καύκασον αὐτὸ ἐκάλεον· ἄλλον τοῦτον Καύκασον, οὐ τὸν Σκυθικόν· ὡς καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ Καυκάσου λόγον κατέχειν ὅτι ἦλθεν Ἀλέξανδρος. (5) Τὰ πρὸς ἑσπέρην δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς ἀπείργει ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἵναπερ αὐτὸς κατὰ δύο στόματα ἐκδιδοῖ, οὐ συνεχέα ἀλλήλοισι τὰ στόματα, κατάπερ τὰ πέντε τοῦ Ἴστρου ἐστὶ συνεχέα· (6) ἀλλ' ὡς τὰ τοῦ Νείλου, ὑπὸ τῶν τὸ Δέλτα ποιέεται τὸ Αἰγύπτιον, ὧδέ τι καὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς Δέλτα ποιέει ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς, οὐ μεῖον τοῦ Αἰγυπτίου· καὶ τοῦτο Πάταλα τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλέεται. (7) Τὸ δὲ πρὸς νότου τε ἀνέμου καὶ μεσημβρίης αὐτὴ ἡ μεγάλη θάλασσα ἀπείργει τὴν Ἰνδῶν

magna etiam hæc, non procul ab Indo. Hæc extra Indum amnem habitantur occidentem versus usque ad Cophenem fluvium.

II. Quæ vero regio ab Indo orientem versus est, eam ego Indiam appello, quique eas partes incolunt, Indos. Terminatur autem India a septentrione Tauro monte, (2) qui quidem non amplius in ea regione nomen hoc retinet. Incipit sane Taurus a mari circa Pamphyliam et Lyciam ac Ciliciam, tenditque perpetuo dorso ad orientalem oceanum, totam Asiam intersecans; (3) alibi vero aliam appellationem accipit hic mons. Quibusdam enim in locis Parapamisus, aliis Emodus, aliis Imaus dicitur, atque fieri potest, ut alias etiam alias appellationes habeat. (4) Macedones vero, qui cum Alexandro militarunt, Caucasum eum vocarunt, diversum ab eo qui in Scythia est : ut fama obtineret, Alexandrum etiam Caucasum transcendisse. (5) Occidentem versus Indiæ terminus est Indus amnis ad magnum oceanum usque, ubi ipse per duo ostia exit haud illa inter se propinqua, quemadmodum quinque Istri ostia; (6) sed sicut ista Nili, a quibus Delta Ægyptium efficitur, eodem modo etiam Indus amnis partem Indiæ Delta facit, neque id minus Ægyptio, quod quidem Indorum lingua Patala vocatur. (7) Qua vero ad austrum et meridiem vergit India, ipso magno mari clauditur; orientales autem ejus partes ocea-

In Strabone p. 698 de urbe : Πευκολαῖτις,.. εἶτις,.. ἧτις codd. Plinius VI, 23 § 78 : *Peucolaitæ, Arsagalitæ, Geretæ* (Γουραῖοι Arriani), *Assoi* (Ἀσσακηνοί). Id. VI, 21, § 62 : *oppidum Indorum Peucolaitim, unde ad flumen Indum et oppidum Taxilla LX mill.* Cf. not. ad Anonymi peripl. maris Erythræi § 47 p. 292 sq. || — 3. τὸν om. A.

II, 4. πρὸς] ὡς L. || — 5. ἡ Ἰνδῶν γῆ ABCD, ἡ τῶν Ἰνδῶν γῆ vgo. || — 6. βορέου codd.; part. μὲν om. C. || 7. οὐ] ὁ codd.; em. Schmiederus. || — 8. ὁ Ταῦρος ἀπὸ θαλάσσης vulgo. || 11. ἄλλο δὲ ἄλλῃ BCD. || — 12. Ἡμωδὸς D, sicut *Hemodus* apud Melam III, 7; quam quidem formam propius quam alteram, Ἠμωδός, ab indico nomine abesse dicit Lassen *Ind. Alterth.* I, p. 17 not. Etenim Ἡμωδὸς ortum ex voce sanscrita *haimarata,* pracrita *haimôta,* i. e. *ad Himâlajam* (nivis locum) *pertinens.* Ἴμαον Lassenius derivandum censet a sancrito nomine *Himarat* (*nivium dives*). || — 12. Ἴμαον ABC; τῇ δὲ Ἠμαὸν ἄλλῃ δὲ κληΐζεται, D, in quibus duplex scriptura ἄλλῃ et τῇ δὲ male conflata videtur, nisi forte in seqq. fuit : καὶ τυχὸν ἄλλῃ καὶ ἄλλα. Blancardus pro Ἰμαὸν scripsit Ἰμαός, absque causa. Infra habes (c. 6, 4) τὸ Ἰμαϊκὸν ὄρος. Ceterum plurima Tauri nomina recenset Plinius V, 27. || — 13. ἔχει om. A, fortassis recte, quum sic exquisitior fiat phrasis, monente Dübnero. || — 16. τὰ] τὸν ABCD. || — Καυκάσου] Cf. Arrian. Exped. V, 3 et 5, Strabo p. 505. 506. 511. 689. 724. Quodsi adulatio hunc Caucasum Indicum creavit, fortassis juvit eam Paropanisi nomen indicum *gravakasas* (i. e. splendentes rupium montes), quod servasse videtur etiam Plinius VI, 19, ubi : *Scythæ... Caucasum montem Graucasim, hoc est nive candidum,* (*appellavere*). Sic certe censet Ritterus V, p. 449. Lassenius *Ind. Alt.* I, p. 22 ad Caucasi nomen præter antrum, quod Prometheo vindicabant, fortasse contulisse censet nomen Κασίων montium, quos in Serica memorat Ptolemæus VI, 15. || — 16. ὅτι ἦλθεν] fuerit ὅτι ἐπῆλθεν. || — 18. ὁ Ἰνδὸς κατὰ δύο στόματα καθάπερ πέντε τοῦ Ἴστρου ἔστι συνεχέα cod. C hoc loco mancus. || — 19. δύο στόματα] Eodem modo Arrian. in Exped. V, 4. VI, 18; Strabo p. 690. 700. 701; Eustath. ad Dionys. 1088. Cf. not. ad An. peripl. mar. Erythr. § 38. — 20. ἀλλήλοισι.. συνεχέα om. A. || — 20. καθάπερ BCD. || — 21. τοῦ om. C. || — 22. τὸ] habent ABD; om. cett. || — 22. ποιέειν BCD || — 23. οὐ μεῖον τοῦ Αἰγυπτίου] Cf. Exped. VI, 17, 2 : μεῖζον ἔτι τοῦ Δέλτα τοῦ Αἰγυπτίου. Haud recte tamen; nam quum Delta Ægyptii basis sit 1300 fere stadiorum, ut satis recte Strabo tradit, Indici Delta (a *Pitti* ostio ad *Cori* ost.) basis ne mille quidem stadiorum est. Vero proximus Aristobulus duo Indici Delta ostia distare censuit stadia mille, Nearchus stad. 1800, Onesicritus 2000 stadia, referente Strabone p. 701. || — 24. Πάταλα] sic codd. ABCD; vulgo Πάτταλα. Præstare formam Πάταλα ex exemplis in Steph. Thes. s. v. congestis colligitur. « Patala ist wol die Brahmanenbenennung der ganzen Landschaft im Westen gegen Sonnenuntergang, im Gegensatz der Prasier (Ost-reich) im Gangeslande; denn *Patala* ist die mythologische Sanskritbenennung für die Unterwelt, also das Abendland. » Ritter V, p. 475. Cf. Vincent *The commerce and navig. in the Indian*

γῆν, καὶ τὰ πρὸς ἕω αὐτὴ ἡ θάλασσα ἀπείργει. (8) Τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίης κατὰ Πάταλά τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολὰς ὤφθη πρός τε Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων καὶ πολλῶν Ἑλλήνων, τὰ δὲ πρὸς ἕω, Ἀλέξανδρος μὲν οὐκ ἐπῆλθε τάδε πρόσω ποταμοῦ Ὑφάσιος· ὀλίγοι δὲ ἀνέγραψαν τὰ μέχρι ποταμοῦ Γάγγεω καὶ ἵνα τοῦ Γάγγεω αἱ ἐκβολαὶ καὶ πόλις Παλίμβοθρα μεγίστη Ἰνδῶν πρὸς τῷ Γάγγῃ.

III. Ἐμοὶ δὲ Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος πιστότερος ἄλλου ἔστω, ὅτι τῆς περιόδου πέρι ἔμελεν Ἐρατοσθένει. (2) Οὗτος ἀπὸ τοῦ ὄρεος τοῦ Ταύρου, ἵνα τοῦ Ἰνδοῦ αἱ πηγαὶ, παρ' αὐτὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἰόντι ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολὰς μυρίους σταδίους καὶ τρισχιλίους τὴν πλευρὴν λέγει ἐπέχειν τῆς γῆς τῆς Ἰνδῶν. (3) Ταυτῃσὶ δὲ ἀντίπορον πλευρὴν ποιέει τὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὄρεος παρὰ τὴν ἑῴην θάλασσαν, οὐκέτι ταύτῃ τῇ πλευρῇ ἴσην, ἀλλὰ ἄκρην γὰρ ἀνέχειν ἐπὶ μέγα εἴσω εἰς τὸ πέλαγος, ἐς τρισχιλίους σταδίους μάλιστα ἀνατείνουσαν τὴν ἄκρην· εἴη ἂν ὦν αὐτῷ ἡ πλευρὴ τῆς Ἰνδῶν γῆς πρὸς ἕω μυρίους καὶ ἑξακισχιλίους σταδίους ἐπέχουσα· τοῦτο μὲν αὐτῷ πλάτος τῆς Ἰνδῶν γῆς συμβαίνει. (4) Μῆκος δὲ τὸ ἀπ' ἑσπέρης ἐπὶ ἕω ἔστε μὲν ἐπὶ πόλιν Παλίμβοθρα, μεμετρημένον σχοίνοισι λέγει ἀναγράφειν· καὶ εἶναι γὰρ ὁδὸν βασιληίην· τοῦτο ἐπέχειν ἐς μυρίους σταδίους· τὰ δὲ ἐπέκεινα οὐκέτι ὡσαύτως ἀτρεκέα· (5) φήμας δὲ ὅσοι ἀνέγραψαν, ξὺν τῇ ἄκρῃ τῇ ἀνεχούσῃ ἐς τὸ πέλαγος ἐς μυρίους σταδίους μάλιστα ἐπέχειν λέγουσιν· εἶναι ὦν τὸ μῆκος τῆς Ἰνδῶν γῆς σταδίων μάλιστα δισμυρίων. (6) Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων, οὐδὲ Ὀνησίκριτος, τρίτην μοῖραν τῆς πάσης γῆς· Νέαρχος δὲ μηνῶν τεσσάρων ὁδὸν τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου τῆς Ἰνδῶν γῆς. (7) Μεγασθένεϊ δὲ τὸ ἀπὸ ἀνατολέων ἐς ἑσπέρην πλάτος ἐστὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ὅ τι περ οἱ ἄλλοι μῆκος ποιέουσι· καὶ λέγει Μεγασθένης, μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι, ἵναπερ τὸ βραχύτατον αὐτοῦ. (8) Τὸ

nus *orientalis* terminat. (8) Atque in meridionali quidem tractu quæ sunt circa Patala Indique fluminis ostia, ab Alexandro et Macedonibus ac multis Græcis perlustrata sunt, partes autem versus orientem sitas non adiit Alexander ultra eas, quæ sunt ad Hyphasin amnem; pauci vero scripserunt de iis quæ usque ad Gangem sunt, aut ubi Gangis ostia maximaque ad Gangem Indorum urbs Palimbothra.

III. Mihi autem Eratosthenes Cyrenæus majore quam ceteri fide dignus esto, quoniam ille de ambitu Indiæ diligenter scrutatus est. (2) Is a monte Tauro, ubi Indi fontes sunt, secus Indum amnem usque ad magnum oceanum et Indi ostia Indiæ latus stadia XIII M continere ait. (3) Latus vero huic oppositum statuit ab eodem monte præter mare orientale, non amplius esse huic lateri æquale, sed longo tractu promontorium circiter ad III M stadiorum in mare protendi, adeo ut ei æstimetur hoc Indiæ latus orientale obtinere XVI M stadiorum. Atque hæc quidem est illi Indiæ latitudo. (4) Longitudinem vero ab occidente in orientem usque ad urbem Palimbothra, dicit schœnis dimensam se scribere; esse enim viam regiam, eamque hucusque computari ad decies mille stadia; ulteriora non amplius æque certa esse; (5) quotquot vero fama tradita consignarunt, cum promontorio in mare porrecto ulteriora hæc circiter X M stadiorum continere dicunt, adeo ut totius Indiæ longitudo sit stadiorum circiter XX M. (6) Ctesias Cnidius Indiam reliquæ Asiæ æqualem esse magnitudine affirmat, sed errat, sicut etiam Onesicritus, qui eam tertiam partem orbis terrarum esse perhibet. Nearchus quattuor mensium iter per ipsum campum Indiæ esse dicit. (7) Megasthenes vero ab oriente in occidentem latitudinem Indiæ esse vult, quam alii longitudinem faciunt, eamque Megasthenes auctor est, ubi brevissimum ejus spatium sit, XVI M stadiorum continere. (8) Quod vero a septentrione

ocean (Lond. 1807), t. I, p. 163 not. || — 25. τε] γε A, quod recepit Dübner. || — 1. αὐτὴ ἡ θάλασσα] fuerit αὐτὴ ἡ ἑῴη θάλασσα, sicut c. 4, 3. || — 2. μεσημβρίαν C. Dein καὶ τὰ Πάταλα codd. pro κατὰ Π., quod dedit Schmieder.

III, 10. τῆς] γῆς conj. Schmiederus, rec. Dübner. Nihil video cur codicum lectionem respuamus. Quæ sequuntur de Indiæ magnitudine sec. Eratosthenis mensuras, Nostro accuratius tradit Strabo p. 689. Vide fragmenta Eratosthenis. || — ἔμελλεν C. || — 12. ἰόντον (pro ἰόντων) ἐπὶ τήν. D. || — τὴν αὐτὴν ἑῴην θαλ. D. || — 17. ἄκρην] sc. τὴν Κωλιακήν. || — 22. ἀπ' D; ἀφ' cett. || — 23. ἐπὶ τὴν πόλιν A. || — 24. σχοίνοισι] Cf. not. ad Megasthen. fr. 3 in Fr. Histor. II, p. 408. || — 28. λέγουσιν] Ita Arrianus loquitur, ut hæc ad Eratosthenem nihil amplius pertinere videri possint; quum tamen e Strabone liqueat ipso hoc computo incertiore usum esse Eratosthenem. Quæ antecedunt ἐς μυρίους σταδίους minus accurate dicta sunt. Strabo l. l. refert a Palimbothris usque ad Gangis ostia esse 6000 stadia; hinc deinde ad ἄκρας istius extremitatem alia putari stadia 3000, unde 9000, non 10000 stadiorum summa conficitur. || — 28. εἶναι ὦν] εἶναι δὲ ἄνω codd.; quod sensu caret. Nam quod Raphelius censet indicari mediterraneam longitudinem, nihili est. Cum eo quod posui cf. 4, 7: εἶναι ὦν τὸ εὖρος τῷ Γάγγῃ κτλ. || — 29. τῆς Ἰνδῶν γῆς] τῆς γῆς τῆς Ἰνδῶν C. || — 30. Cf. Ctesiæ fr. 59. || — 31. V. Onesicriti fr. 6. || — 32. πάσης γῆς] πάσης Ἀσίας codd.; em. Schmieder e Strabone p. 689 et Plinio VI, 21, qui eandem Onesicriti sententiam memorant. || — 32. τεσσάρων A; τεττ. cett. || — 34. ἀνατολῶν codd. Verba Μεγασθένεϊ δὲ .. τῆς Ἰνδῶν γῆς exc. in D. || — 36. Quod 16000 stadiorum Indiæ latitudinem, qua parte sit angustissima, Megasthenes dixit, nihil recedit ab Eratosthenis sententia; siquidem angustissima latitudo nonnisi usque ad ostia Gangis pertinet, demto 3000 stadiorum promontorio. Isque computus per totam

δὲ ἀπὸ ἄρκτου πρὸς μεσημβρίην, τοῦτο δὲ αὐτῷ μῆκος γίγνεται, καὶ ἀπέχει τριηκοσίους καὶ δισχιλίους καὶ δισμυρίους, ἵναπερ τὸ στεινότατον αὐτοῦ. (9) Ποταμοὶ δὲ τοσοίδε εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, ὅσοι οὐδὲ ἐν τῇ πάσῃ Ἀσίῃ· μέγιστοι μὲν ὁ Γάγγης τε καὶ ὁ Ἰνδὸς, ὅτου καὶ ἡ γῆ ἐπώνυμος· ἄμφω τοῦ τε Νείλου τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τοῦ Ἴστρου τοῦ Σκυθικοῦ, καὶ εἰ ἐς ταὐτὸ συνέλθοι αὐτοῖσι τὸ ὕδωρ, μέζονες· (10) δοκέειν δ' ἔμοιγε, καὶ ὁ Ἀκεσίνης μέζων ἐστὶ τοῦ τε Ἴστρου καὶ τοῦ Νείλου, ἵναπερ παραλαβὼν ἅμα τόν τε Ὑδάσπεα καὶ τὸν Ὑδραώτεα καὶ τὸν Ὕφασιν ἐμβάλλει ἐς τὸν Ἰνδὸν, ὡς καὶ τριήκοντα αὐτῷ στάδια τὸ πλάτος ταύτῃ εἶναι· καὶ τυχὸν καὶ ἄλλοι πολλοὶ μέζονες ποταμοὶ ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ ῥέουσιν.

IV. Ἀλλὰ οὔ μοι ἀτρεκὲς ὑπὲρ τῶν ἐπέκεινα Ὑφάσιος ποταμοῦ ἰσχυρίσασθαι, ὅτι οὐ πρόσω τοῦ Ὑφάσιος ἦλθεν Ἀλέξανδρος. (2) Αὐτοῖν δὲ τοῖν μεγίστοιν ποταμοῖν τοῦ τε Γάγγεω καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὸν Γάγγεα μεγέθεϊ πολύ τι ὑπερφέρειν Μεγασθένης ἀνέγραψε, καὶ ὅσοι ἄλλοι μνήμην τοῦ Γάγγεω ἔχουσιν· (3) αὐτόν τε γὰρ μέγαν ἀνίσχειν ἐκ τῶν πηγέων, δέκεσθαί τε ἐς αὐτὸν τόν τε Καϊνὰν ποταμὸν καὶ τὸν Ἐραννοβόαν καὶ τὸν Κοσσόανον, πάντας πλωτούς· ἔτι δὲ Σῶνόν τε πο-

versus meridiem pertinet, illi longitudo est, et extenditur ad XXII M et CCC stadia, ubi angustissimum est. (9) Fluviorum autem in India tanta est copia, quanta ne in universa quidem Asia cetera; maximi sunt Ganges et Indus, a quo etiam regio nomen accepit; uterque et Nilo Ægyptio et Istro Scythico, etiamsi in unum alveum confluerent, major est; (10) ac mea quidem sententia vel Acesines Nilum et Istrum magnitudine superat, ubi Hydaspe, Hydraote et Hyphasi in suum alveum receptis in Indum fertur tantus, ut ejus latitudo ibi triginta stadia efficiat; fortassis etiam alia multa majora flumina in India labuntur.

IV. Sed ultra Hyphasin amnem nihil explorati habeo, quod affirmare possim; quia ultra Hyphasin progressus non est Alexander. (2) Ex his vero duobus maximis fluviis Gange atque Indo, Megasthenes Gangem Indo longe majorem esse scribit, et alii omnes qui Gangis mentionem faciunt. (3) Nam et grandem jam inde ab ipsis fontibus oriri, atque in se recipere Cainam, Erannoboam, Cossoanum, omnes navigabiles, deinde

---

fere antiquitatem obtinuit. De longitudine cf. Megasthenis fr: 6, p. 409 ibique notata. || — 1. δὲ ante ἀπὸ om. B. || — 2. γίνεται D. || — 3. στενότατον A; στενώτατον cett.; em. Dübn. || — 8. δοκέει A. || — μεῖζονες.. μέζων BC. || 9. τοῦ τε τοῦ Ἴστρου D. || — 12. τριάκοντα vgo; em. Dbn.

IV, 19. μεγέθει] habent AD; om. LBC. || — 21. ἐκ τῶν πηγέων] Conf. Plinius VI, 22, § 65 : *Hunc alii incertis fontibus, ut Nilum,... alii in Scythicis montibus nasci dixerunt.. Alii cum magno fragore ipsius statim fontis erumpere, dejectumque per scopulosa et abrupta, ubi primum mollis planities contingat, in quodam lacu hospitari, inde lenem fluere.* Cf. Curtius VIII, 9, 5. Megasthenes ex Indis qui ad locum sacrum *Gangotri* dictum peregrinari solebant, de antro *Gomau* (*Kuhmaul*), ex quo per rupes Ganges erumpere ferebatur, accepisse quædam videtur. De veris fluvii fontibus, quos an. 1808 Angli indagarunt, v. Ritterus III, p. 493 sqq. || — 21. δέχεσθαι codd.; em. Dübner. || — 22. Καϊνὰν] Καινᾶν cod. A, Καλινᾶν D. *Cainas* p. Plinium l. l. audit. Mannertus, Lassenus, alii signari putant hodiernum *Cane* seu *Can* fluvium, quamquam is ex minoribus fluviis sit, qui in *Djummam,* non vero in ipsum Gangem influunt. *Can* sanscrite est *Çéna*, quod græce reddendum erat Κηνὰν, non Καϊνὰν, monente Schwanbeckio ad Megasthen. (Fr. Hist. II, p. 414). Mirum est in hoc affluentium recensu non memorari hodiernum *Djummam,* fluvium pergrandem, qui sanscrite vocatur *Jamuna,* ap. Ptolemæum VII, 1, § 29 Διαμούνας, ap. Plinium VI, 21, § 63 *Jomanes,* apud ipsum denique Arrianum c. 8, 5 Ἰωβάρης. Quo addito Arrianus memorat fluvios 18; Plinius VI, 22 § 65 novemdecim amnes in Gangem influere tradit. || — 22. Ἐραννοβόαν] Ἐρανοβόαν A, Ἐρρανοβόαν D. Cf. Plinius l. l : *Influere in eum XIX amnis, ex iis navigabilis præter jam dictos Condochatem* (sic Harduin; *Crenaccam, Canucham* codd.), *Erannoboam* (sic Harduin.; *Ranubova, Rhamnum bovam, Erranoboan* codd. Cf. cod. Arrian. D.), *Cosoagum* (*Casuagum, Casuagam* var. l.), *Sonum.* Nomen sanscritum est *hiran javáhu,* aurea bracchia habens (vel etiam *hiran-javáha.* i. e. aurifer), quod secundum lexicographum *Amara Sinhas* est nomen poeticum Soni fluvii, adeo ut duo ejusdem fluvii nomina pro duobus fluviis Megasthenes attulerit. Idque ex ipso etiam Arriano ad majorem probabilitatem adduci potest. In sequentibus enim (c. 10, 5) Palimbothra (*Pâtaliputra*) urbs sita esse narratur ἵνα αἱ συμβολαί εἰσι τοῦ τε Ἐραννοβόα ποταμοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω. Jam vero in comœdia quadam Indica Pataliputra ita describitur, ut Ganges præter ipsum palatium regium labatur, non longe vero absit *Sonus* fluvius, cujus in oppositam ripam rex sedem translaturus nuntium mittit ad scribam, qui ibi habitabat : adeo ut vel pars urbis vel suburbium Pataliputræ in ulteriore Soni ripa fuisse colligatur. Haud igitur a Sono diversus Erannoboas. Primus hæc attulit Schlegelius (*Ind. Bibl.* II, p. 395 sqq.); ego notavi ex Rittero V, p. 505. Mannertus, ne diversa Megasthenes confudisse dicendus sit, alium quendam minorem fluvium Erannoboam vocari censet. Idque eo defendi potest quod *Gunduk* fluvius (*Gandaki* sanscr.) a Buddhistis etiam *Hiranjavati* (aureus) vocari tradit Lassen. l. l. I, p. 137; at minime in *Gunduk* quadrant quod de Erannoboa dicit Arrianus c. 10, 5 : τρίτος μὲν ἂν εἴη τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, μέζων δὲ τῶν ἄλλη καὶ οὗτος, ἀλλὰ ξυγχωρέει αὐτὸς τῷ Γάγγῃ. Cf. etiam Lassen. *Ind. Alterth.* I, p. 82. || — 23. Κοσσόανον] Κοσόανον A; Κασσίανον D.;

ταμὸν καὶ Σιττόκατιν καὶ Σολόματιν, καὶ τούτους πλωτούς· (4) ἐπὶ δὲ Κονδοχάτην τε καὶ Σάμβον καὶ Μάγωνα καὶ Ἀγόρανιν καὶ Ὤμαλιν· ἐμβάλλουσι δὲ ἐς αὐτὸν Κομμενάσης τε μέγας ποταμὸς καὶ Κάκουθις καὶ Ἀνδώματις ἐξ ἔθνεος Ἰνδικοῦ τοῦ Μαδιανδινῶν ῥέων· (6) καὶ ἐπὶ τούτοισιν Ἄμυστις παρὰ πόλιν Καταδούπην, καὶ Ὀξύμαγις ἐπὶ Παζάλαισι καλεομένοισι, καὶ Ἐρρένυσις ἐν Μάθαισιν, ἔθνεϊ Ἰνδικῷ, ξυμβάλλει

Sonum, Sittocatim et Solomatim, item navigabiles, et (4) post hos Condochaten, Sambum, Magonem, Agoranim et Omalim. Feruntur etiam in eum Commenases grandis fluvius et Cacuthis atque Andomatis ex Madiandinis Indica gente fluens; (5) ad hæc, Amystis juxta urbem Catadupam, et Oxymagis (*Oxymatis?*) apud Pazalas, quos vocant, et Errhenysis apud Mathas, Indiæ gentem, in Gangem fluunt. (6) Horum

---

Cosoagum Plinius; sanscrite *Caucisim*, ut censent Wilfordius (*As. Res.* V, p. 272) et Schlegelius (*Ind. Bibl.* II, p. 402). Ad quæ Schwanbeckius : « Non modo propius, sed etiam accuratissime nomini Cosoagus responderet sanscritum *cós' aváha*, i. e. θησαυροφόρος, quod nomen idem significaret atque *hiran' javáha*, Çônæque cognomen non minus aptum foret. Quam conjecturam nominis collocatio confirmat, quum vocem Cosoagus et Arrianus et Plinius inter voces Σῶνος et Ἐραννοβόας collocaverint. » Mannertus Cossoanum esse censet hod. *Cosi* vel *Kóçi*, eodemque modo etiam Lassen statuit (*Ind. Alt.* I, p. 59), nomen sanscritum afferens Kâuçiki. || — 23. Σῶνος] hod. *Sone*; sanscrite *Çona*. « Çôna bedeutet karmoisinroth; es ist contrahirt aus *suvarna*, golden (suvanna-sôna). » Lassen. l. l. || — 1. Σιττόκατιν] Σιττόκεστιν cod. L, ut Gronovius refert. In D. verba καὶ Σιττοκ. omissa. Quinam sit, nescitur; fortasse hodiernus *Sind*, qui in *Djumma* influit, ut conjicit Mannertus. || — 1. Σολόματις] item ignotus; hod. *Sadi* in Djumma item influens, ut putat Mannertus, parum probabiliter. Benfeyus l. l. p. 4 fortasse intelligendum censet celebrem in Indorum fabulis *Sarasvati* (literarum *r* et *l* permutationem apte posse explicari), hodie *Sarsooti* dictum, qui reapse quidem in arenis apud *Bhatties* gentem evanescit, ex Indorum autem sententia sub terra cursum continuat usque ad confluentes Gangis et *Jamunæ* prope *Allahabad* urbem. || — 2. Κονδοχάτην] sanscrite *Gandacavati* (i. e. ῥινοκερόεις) vel *Gandaca*. V. Schlegel l. l. II, p. 403; Lassen l. l. I, p. 58; hod. *Gunduk*. || — 2. Σάμβον] Σάμβρον A; probabiliter Σάραβος Ptolemæi, hodie *Sambul* vel *Tschumbul* in *Djummam* influens, ut videtur Mannerto. || — 2. Μάγωνα] hod. *Ramgonga*, opinante Mannerto. || — 3. Ἀγόρανιν] Ἀγόσανιν BC; sec. Rennelium hod. *Gogra* (nomen formatum e scr. *Gharghara*, montium fauces, sec. Lassen. p. 56), inter omnes in Gangem influentes maximus. Ad eundem fluvium quum pertineat nomen sanscr. *Saraju*, Σάραβος Ptolemæi huc trahendus videtur Lassenio l. l. Mannertus Ἀγόρανιν de hodierno *Gawrah* intelligi vult. Forbigerus denique confert hodiernum *Gogari*, parvum fluvium qui in hod. *Cosi* incidit. || — 3. Ὤμαλιν] ignotum. Nomen convenire cum consueto fluminis nomine *Vimala* monet Schwanbeckius. || — 4. Κομμενάσης] Κομμινάσης A; Κόμμιν ἄσης D. Sanscrite *Carmanaça* (i. e. destructrix bonorum operum) ex sententia Renneli et Lasseni *Ind. Alt.* I, p. 130, quamvis minime magnus fluvius sit. E meridie fluviolus in Gangem influit. Ex eadem regione probabiliter affluere Κάκουθιν et Ἀνδώματιν Lassenius censet, quandoquidem in gentis nomine Μαδιανδινῶν latere nomen sanscritum *madhjandina*, quod significet *meridionalis*. Andromatin prodere vocem *andhamati* (cæcus, tenebricosus), ideoque eundem fluvium esse posse qui vocatur *Tâmasá*, quum hoc quoque tenebricosum denotet. Mannerto Commesanes est *Gogra*, Cacuthis fortasse *Gumty*. || — 5. Ἀνδώματις] Ἀνδόμητις BC. || — 5. Μαδιανδινῶν] sic D. Μαδυνανδινῶν A; Μανδιανδίνων BC. Μανδιαδινῶν vgo. Cf. de eo nomine Benfey. p. 6. || — 6. Ἄμυστις fortasse *Patterea*, Καταδούπη fort. *Hurdwar*, opinante Mannerto. Ultimam Καταδούπη nominis partem ad similitudinem vocis sanscritæ *dvipa* (insula) accedere monet Schwanbeck. || — 7. Ὀξύμαγις ἐπὶ Παζάλαισι] παλάζαις A. πατάλαις D. Gens *Passalæ* ap. Plin. VI, 22. Πασσάλαι ap. Ptol., « Jam diu constat eam gentem sanscrite nuncupatam esse *Pankala* et habitavisse circa *Canjacubgam* in ea mesopotamia, quæ Jamunæ et Gangi interjacet. Hanc autem regionem vel potius vicinam perfluit *Ixumati* (i. e. arundine saccharifera abundans), ita nominatus, quia regio, quæ inter Vipâçam et Gangem secundum Himâlajan extenditur, arundinis sacchariferæ est uberrima, de qua re cf. Ritter *Asien*, II, p. 847. Memoratur *Ixumati* Harivanc. 9507. 12829, accuratius Râmâj. II, 68, 17, quo loco nuntiorum iter describitur. Nuntii, Gangen Hastinapuræ transgressi inde in terram Pankâlan perveniunt; et per loca quædam adhuc ignota profecti, Culindam urbem attingunt, et transgressi Ixumatim per mediam Bahicarum terram ad Sudâmanem montem, deinde ad Vipâçan perveniunt. Etsi Culindarum gentem novimus inter fontes Vipâçæ et Gangis habitasse (Cf. Lassen *Zeitschft.* II, p. 21 sqq.), tamen cui urbi Culindæ nomen fuerit nescimus. Itaque etiam hoc relinquitur in dubio, quod flumen *Ixumati* appelletur; nam Iamumam id esse vix audeo contendere. In nomine græco literæ Γ et T videntur esse permutatæ, ita ut legendum sit Ὀξύματις. » Schwanbeck. ad fr. Megasthen. || — 8. Ἐρρένυσις] ἐρέννεσις A.; ἐρίννισις B; ἐρίνισις C; ἐτοέννεσις D. ἐρινέσης vgo. « Vox Ἐρέννεσις cum nomine urbis clarissimæ Vârânak mire congruit, quod ex duorum fluminum nominibus compositum etiam in Indicis catalogis omnibus conjunctum legitur. Sed ne explicationi isti fides deesset, Matharum obscuritas esset illustranda, quorum nomen sanscritum esse *mag'ada* conjici potius quam probari potest. » Schwanbeck. — Præter nomina modo recensita apud Strabonem p. 719 tanquam in Gangen influens memoratur Οἰδάνης fluvius, crocodilos et delphinos alens; quod idem Curtius VIII, 9, 9

τῷ Γάγγῃ. (6) Τούτων λέγει Μεγασθένης οὐδένα εἶναι τοῦ Μαιάνδρου ἀποδέοντα, ἵναπερ ναυσίπορος ὁ Μαίανδρος. (7) Εἶναι ὦν τὸ εὖρος τῷ Γάγγῃ, ἔνθαπερ αὐτὸς ἑωυτοῦ στεινότατος, εἰς ἑκατὸν σταδίους· πολλαχῇ δὲ καὶ λιμνάζειν, ὡς μὴ ἄποπτον εἶναι τὴν πέρην χώρην, ἵναπερ χθαμαλή τέ ἐστι καὶ οὐδαμῇ γηλόφοισιν ἀνεστηκυῖα. (8) Τῷ δὲ Ἰνδῷ ἐς ταὐτὸν ἔρχεται. Ὑδραώτης μὲν ἐν Καμβισθόλοισι παρειληφὼς τόν τε Ὕφασιν ἐν Ἀστρόβαισι καὶ τὸν Σαράγγην ἐκ Κηκέων καὶ τὸν Νεῦδρον ἐξ Ἀτταχηνῶν, ἐς Ἀκεσίνην ἐμβάλλουσιν. (9) Ὑδάσπης δὲ ἐν Ὀξυδράκαισιν ἄγων ἅμα

omnium fluviorum Megasthenes nullum Mæandro minorem, qua navigabilis Mæander est, esse asseverat. (7) Jam Gangem patere, qua maxime angustus est, ad centum stadia; multis vero in locis stagnare, ita ut ulterior terra conspici non possit, qua parte humilis est nullosque colles habet. (8) Indo autem idem accidit. Hydraotes quidem in Cambistholis, receptis in se et Hyphasi in Astrobis, et Sarange ex Cecis, et Neudro ex Attacenis, in Acesinem fluit. (9) Hydaspes vero in Oxydracis Sinarum in se recipiens in Ari-

---

de *Dyardane* narrat. Uterque auctor de eodem fluvio loqui videtur, quem Groskurd *Iamunam*, Mannertus ingentem *Brahmaputrum* esse putant. ‖ — 4. ἑκατὸν σταδίους] Strabo p. 702 : Μεγασθένης (fr. 18) δέ, ὅταν ᾖ μέτριος, καὶ ἐς ἑκατὸν (σταδίους) εὐρύνεσθαι (φησίν). Quod accuratius Megasthenis sententiam reddere videtur, ut colligas ex collato Plinio VI, 22, ubi : *inde lenem fluere* (*Gangem*), *ubi minimum, VIII mill. pass. latitudine, ubi modicum, stadiorum centum*. Cf. Diodor. XVII, 93; Curtius IX, 2; Plutarch. Alex. 62, et quæ inflatius dicit Ælian. N. A. XII, 41. Ante receptam Iamunam latitudo 10 stadia non superat; auctus magnis fluviis marique propior ad 30 stadia crescit. ‖ — 8. Ὑδραώτης] Fluvius in Acesinem sive *Chinab* a sinistro ejus latere influens nunc vocatur *Ravi*, quod nomen contractum est ex sanscrito *Irâvati* (aquarum dives). V. Lassen *Ind. Alt.* I, p. 41. Ptolemæo VII, 1, 26 vocatur Ῥουάδις (ἄδρις var. lect.), quod proxime accedit ad nomen indicum; initialis litera I nescio an librorum vitio desideretur. Dehinc sequitur forma Ὑάρωτις apud Strabon. p. 694. 697. 699, Curtium IX, 1, 13; subest forma pracrita *iroti*, in qua *o* pro *ava* ponitur. Longius recedit Ὑδραώτης Arriani h. l. et in Exped. Alex. V, 4. 5. 14. 24 sqq. 29. VI, 14. VII, 10. De cursu fluvii ceteraque indole v. Alex. Burnes *Narrative of a voygage* etc. tom. III, p. 125-147; Ritter. VII, p. 47. — 8. ἐν Καμβισθόλοισι] Gens aliunde non nota. Schwanbeckius ad fr. Megasthenis notat hæc : « Cambistholorum nomen sanscritum nescio an sit *Capist'ala*, i. e. simiarum regio, in quo nomine litera M ante literam B eodem modo inserta sit, quo in nominibus Παλίμβοθρα, Ἐμβίσαρος. Enumeratur *Capist'ala* inter Indicas terras Varânsanh. in *As. Res.* t. VIII, p. 438. Mire Vilso (Visnu-Purân' p. 194) Cambistholos eosdem esse suspicatus est atque *Cambóg'as*, a quibus tum nomine tum situ multum absunt. » Nunc inferior fluvii pars inter *Futtipur* et *Tolumba* nonnisi raros accolas habet, qui pertinent ad pastorum tribus *Jun* vel *Kattia;* in quibus nomen habes τῶν Καθαίων (de nomine v. Lassen. I, p. 99.), quos in his regionibus memorant Arrianus Exp. V, 22; Strabo p. 699; Diodor XVII, 91. ‖ — 9. Ὕφασιν] sanscrite *Vipâçâ* (v. Lassen. I, p. 41), hodie *Bejah* s. *Bejas*, *Beyas*, *Byas;* Ptolemæo Βίβασις; Ὕφασις ap. Arrian. Exp. VI, 8; Diodor. XVII, 93; *Hypasis* ap. Plin. VI, 21. 23, Curtium IX, 1, 35.; Ὕπανις ap. Strabon. p. 515, 686 et passim, Diodor II, 37, Dionys. Perieg. 1145, a quibus notioris fluvii Scythici nomen ad Indicum amnem more Græcanico male translatum est. Ceterum haud recte Arrianus fluvium in Hydraotem incidere dicit; influit in amnem, qui sanscrite vocatur *Çatadru* (de quo nomine v. Lassen l. l. I, p. 45 not.), hodie apud indigenas *Shittudru*, ut Burnes ait, vulgo *Sutludch* vel *Setledch*.; Ζάραδρος Ptolemæi, *Hesidrus* ap. Plin. Inferior *Sutludch* fluvii pars nunc vocatur *Gharra*. ‖ — 9. Ἀστρόβαισι] Ἀστρόβαις ABCD et vgo; Ἀστρύβαις Flor. Gens aliunde non nota. ‖ — 9. Σαράγγην] Σάράγγιν, deleta eadem manu accentu in α posteriore, A ; Σάραγγιν D. Nomen sanscritum haud dubie esse *Çaranga* monet Schwanbeckius, quamquam quinam sit fluvius non constet. ‖ — 9. ἐκ Κηκέων] sic ABC ; ἐκ κημένων, quod in ἐκκηκέων correctum, D; Μηκέων vgo; Κηνέων e Florentino cod. Schmieder; gens sanscrite dicitur *Çecaja*. V. Lassen. De pentapot. p. 12; *Zeitschrift f. Kunde des Morgenlands*. III, p. 156. ‖ — 10. τὸν Νεῦδρον] τὸν Εὔδρον A. De hoc aliunde nihil constat. Ignoti item Ἀτταχηνοί, siquidem Assacenos, de quibus supra, huc trahere non licebit. ‖ — 10. Ἀτταιβηνῶν D. ‖ — 10. Ἀκεσίνην] sanscrite *Kandrabaga; Cantabas* ap. Plinium VI, 23, quamquam ibi inter Cantabam et Acesinum distinguitur. Ita enim habet : *Indus et ipse XIX recipit amnis, sed clarissimos Hydaspen quattuor alios adferentem, Cantabam tris, per se vero navigabilis Acesinum et Hypasim*. Σάνδαβάλας ap. Ptolemæum ; Σανδαροφάγος, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ποταμὸς μετωνομάσθη (quod prope aberat nomen ab ominoso verbo ἀλεξανδροφάγος) καὶ ἐκλήθη Ἀκεσίνης, Hesychius. Quæ vereor ne fabula sit. Acesines nomen adhuc agnosci nonnulli volunt in hodierno fluvii nomine *Chinab*. Hoc autem (Kinâb) esse Persicum cum aliis censet Lassen. l l. I, p. 44. ‖ — 10. ἐμβάλλουσιν] ἐμβάλλει scr. Schmieder, insolentiorem verborum structuram ægre ferens. ‖ — 11. Ὑδάσπης] *Vitastâ* sanscr.; Βιδάσπης Ptolem.; hodie vocari solet *Behut* vel *Djelum;* apud accolas etiam nunc *Bedusta* ei nomen. ‖ — 11. Ὀξυδράκαισιν] ἐν οὐδράκαις AD; Ὀξυδράκας gentem dicunt Arrian. Exp. V, 22. VI, 4. 11. 14, Pausanias I, 612., Lucian. p. 102. 701 ed. Didot, Steph. s. v., Curtius, alii. Apud Strabon. p. 687 codices Ὕδρακαι, p. 701 Συδράκαι, quod num recte in Ὀξυδράκαι editores mutaverint, valde dubium est. Nam nomen sanscritum est *Xudraca* (Lassen *Zeitschrift f. Kunde des M.* III, p. 199); Plinius VI, 25 § 92 *Syndracas* memorat; Ὑδάρκαι vocantur Dionysio in Bassaricis ap. Stephan.

οἳ τὸν Σίναρον ἐν Ἀρίσπαισιν ἐς τὸν Ἀκεσίνην ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος. (10) Ὁ δὲ Ἀκεσίνης ἐν Μαλλοῖσι ξυμβάλλει τῷ Ἰνδῷ· καὶ Τούταπος δὲ μέγας ποταμὸς ἐς τὸν Ἀκεσίνην ἐκδιδοῖ. Τούτων ὁ Ἀκεσίνης ἐμπλησθεὶς καὶ τῇ ἐπικλήσι ἐκνικήσας αὐτὸς τῷ ἑωυτοῦ ἤδη οὐνόματι ἐσβάλλει ἐς τὸν Ἰνδόν. (11) Κωφὴν δὲ ἐν Πευκελαήτιδι, ἅμα οἷ ἄγων Μαλάμαντόν τε καὶ Σόαστον καὶ Γαροίαν, ἐκδιδοῖ ἐς τὸν Ἰνδόν. (12) Κατύπερθε δὲ τουτέων Πάρενος καὶ Σάπαρνος, οὐ πολὺ διέχοντες, ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν Ἰνδόν. Σόανος δὲ, ἐκ τῆς ὀρεινῆς τῆς Ἀβισαρέων, ἔρημος ἄλλου ποταμοῦ, ἐκδιδοῖ ἐς αὐτόν. Καὶ τουτέων τοὺς πολλοὺς Μεγασθένης λέγει, ὅτι πλωτοί εἰσιν. (13) Οὔκουν ἀπιστίην χρὴ ἔχειν ὑπέρ τε τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω, μηδὲ συμβλητοὺς εἶναι αὐτοῖσι τόν τε Ἴστρον καὶ τοῦ Νείλου τὸ ὕδωρ. (14) Ἐς μέντοι τὸν Νεῖλον οὐδένα ποταμὸν ἐκδιδόντα ἴδμεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ διώρυχας τετμημένας κατὰ τὴν χώρην τὴν Αἰγυπτίην. (15) Ὁ δέ γε Ἴστρος ὀλίγος μὲν ἀνίσχει ἀπὸ τῶν πηγέων, δέκεται δὲ πολλοὺς ποταμοὺς, ἀλλ' οὔτε πλήθεϊ ἴσους τοῖσιν Ἰνδῶν ποταμοῖσιν, οἳ ἐς τὸν Ἰνδὸν καὶ τὸν Γάγγεα ἐκδιδοῦσι· πλωτοὺς δὲ δὴ καὶ χάρτα ὀλίγους, ὧν τοὺς μὲν αὐτὸς ἰδὼν οἶδα, τὸν Ἔνον τε καὶ τὸν Σάον. (16) Ἔνος μὲν ἐν μεθο-

spis etiam in Acesinem fertur. (10) Acesines apud Mallos cum Indo committitur : etiam Tutapus magnus fluvius in Acesinem exit. Quibus amnibus Acesines grandior factus suumque victor nomen retinens in Indum fertur. (11) Cophen in Peucelaetite, ducens secum Malamantum, Soastum et Garœam amnes, Indo se miscet. (12) Supra hos Parenus et Saparnus, non multum inter se distantes, in Indum fluunt. Soanus ex montanis Abisarensium absque alterius fluvii societate in eundem se ingerit. Horum quoque plerosque Megasthenes navigabiles esse affirmat. (13) Non igitur incredibile esse debet, Istrum et Nilum ratione aquarum cum Indo et Gange ne comparari quidem posse. (14) Nam in Nilum nullum flumen illabi scimus, sed ex ipso fossas per Ægyptum duci. (15) Ister vero exiguus a fontibus oritur : et multos quidem fluvios in se recipit, sed et multitudine Indicis fluminibus, quæ in Indum et Gangem feruntur, non pares et navigabiles modo perpaucos, ex quibus ipse Enum vidi ac Saum. (16) Atque Enus quidem in

---

Byz. s. v.; Σχόδροι sive Σχύδροι Dionysio Perieg. 1142. Apud Diodorum XVII, 98, 1 codices corrupte exhibent Συρακούσας, quod in Συδράκας corrig. videtur. In Justino VIII, 9, 3 corrupte item vocantur *Sygambri*. || — 2. Μαλλοὶ] sanscrite *Malavæ*, ut rectius scribatur Μαλοί apud Stephanum ex Dionysii Bassaricis, ubi ne cum codicibus nonnullis Μαλλοὶ scribendum putes, vel ordo literarum impedit. Mentio gentis frequentissima. || — 3. Τούταπος] Hic fluvius magnus vix alius esse potest quam inferior pars *Çatudru* fluvii, quæ nunc vocatur *Gharra*. Ex eo fluvio duos fecisse Arrianus videtur, ita ut superior ejus pars *Sarangæ* nomine in Hydraoten incideret. || — 5. ἐκνικήσας] νικήσας codex Florent. || — 5. ὄνομα D; οὔνομ. cett. || — 6. Κωφὴν] hod. *Caboul*. Vide supra c. 1. || — Πευκελαήτιδι] vel Πευκελαείτιδι leg. videtur; πευκελαιήτιδι cod. Flor.; πευκελαίτιδι ACD; πευκελατίιδι B; supra legimus πευκέλα ἔτι, ubi vide. || — 7. Μαλάμαντόν] Μαλαματόν D, Μάλαντόν et dein Γαρροίαν cod. Flor. Tres fluvios in Cophenem incidentes Plinius quoque, sed aliis nominibus recenset VI, 25 § 94 : *Influunt in eum* (*Cophetem*) *navigabilia Saddarus* (*Sardarus*, *Sadarus* var. lect. Μαλάμαντος Arriani?), *Parospus* (Γαροίας Arriani?), *Sodanus* (Σόαστος Arr.?). In fluviorum catalago Mahâbaratæ VI, 333 deinceps enumerantur, *Suvastu*, *Gauri*, *Campana*, quos nostris tribus respondere probabiliter statuit Schwanbeckius. Ceterum de Malamanto aliunde non constat. Soastum Ptolemæus VII, 1 Σούαστον in Σουαστηνῇ regione dicit, præter hunc nonnisi Κῶαν (Χόην ap. Arrian. Anab. IV, 25 et Itin. Alex. 105), hodiernum *Kameh*, tanquam Cophenis affluentem memorans. Curtius et Strabo, p. 697 Soastum appellant Χοάσπην. Arrianus denique in Exp. IV, 24, 1 eundem fluvium appellare videtur Εὔασπλα, ut probabiliter censet Lassen *Zur Gesch. d. Kœnige von Baktrien* p. 137. Certe Euaspla a Choe et Guræo in Arriano distinguitur, mediusque inter eos ponitur. Mannertus V, 1, p. 39 Suastum a Garœa sive Guræo (sic præter Arr. Anab. etiam Itin. Alex. c. 106) non diversum fuisse putavit, quum Strabo Choaspem Goryn urbem præterfluere dicat, nec non Ptolemæus Goryam urbem ad Suastum ponat. Fuerit potius Suastus hodiernus *Sewad*, uti statuunt Lassen. l. l. et *Ind. Alt.* I, p. 29; Guræus autem *Pangkora*. Quo concesso Malamantus probabiliter idem est cum Choe sive Coe sive hodierno *Cameh* (ut recentiores appellare solent a vico ad ostium sito) vel rectius, ut videtur, *Khonar* (quamquam ne hoc quidem certum est. Vide Lassen. l. l. I, p. 25 not.), fluviorum in Cophenem exeuntium maximo. || — 9. τουτέων] sic codd.; quam formam in Herodoto ubique in τούτων mutavit Dindorfius, dubitans tamen num item tentandum sit in serioris ævi libris ionice scriptis. || — Πάρενος] Flor.; πάρεννος A; πτάρενος BCD. Quid præstet nescimus. Fluvius esse videtur hod. *Burindu*. || — Σάπαρνος] Σαπίρνης D.; hod. *Abbasin*, ut vid. || — 10. Σόανος] Σόαμος A. Σόαμον D.; est sanscritum nomen *suvana* ; hod. *Swan* || — τῆς Ἀβισάρεων] τῆς Σαβίσα ῥέων C, τῆς Σαβίσσα ῥέων AB.; τῆς σαβησσαρεων D, τῆς Βησσαρέων Flor.; sanscrite populus *Abisara*. Cf. Ἀβισάρης rex ap. Arrian. Exp. IV, 27. V, 20. 29. 32; quod nomen habes corruptum ap. Diodorum XVII, 87, 2 (Ἐμβίσαρος) et Ælian. N. An. XVI, 39 (Ἀποσισάρης). Cf. Ritter. III, p. 1085; Lassen *Ind. Alt.* I, p. 94. || — 12 καὶ om. D. || — 13. ὅτι τελωτοί εἰσιν. οὔνομα D. || — 15. τόν τε Ἴστρον] τοῦ τε ἴστρου C m. 2. || — 16. μέντοι] μένγε AD. || — 17. ἴδμεν] ἴσμεν codd.; em. Dübn. || — 18. γε om. ABCD. || —

ρίῳ τῆς Νωρικῶν καὶ Ῥαιτῶν γῆς μίγνυται τῷ Ἴστρῳ, ὁ δὲ Σάος κατὰ Παίονας. Ὁ δὲ χῶρος, ἵναπερ συμβάλλουσιν οἱ ποταμοὶ, Ταυροῦνος καλέεται. Ὅστις δὲ καὶ ἄλλον οἶδε ναυσίπορον τῶν ἐς τὸν Ἴστρον ἐκδιδόντων, ἀλλὰ οὐ πολλούς που οἶδε.

V. Τὸ δὲ αἴτιον ὅστις ἐθέλει φράζειν τοῦ πλήθεός τε καὶ μεγέθεος τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, φραζέτω· ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα ὡς ἀκοὴ ἀναγεγράφθω. (2) Ἐπεὶ καὶ ἄλλων πολλῶν ποταμῶν οὐνόματα Μεγασθένης ἀνέγραψεν, οἳ ἔξω τοῦ Γάγγεώ τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκδιδοῦσιν ἐς τὸν ἑῷόν τε καὶ μεσημβρινὸν τὸν ἔξω πόντον· ὥστε τοὺς πάντας ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα λέγει ὅτι εἰσὶν Ἰνδοὶ ποταμοὶ, ναυσίποροι πάντες. (3) Ἀλλ' οὐδὲ Μεγασθένης πολλὴν δοκέει μοι ἐπελθεῖν τῆς Ἰνδῶν χώρης, πλήν γε ὅτι πλεῦνα ἢ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου ἐπελθόντες. Συγγενέσθαι γὰρ Σανδρακόττῳ λέγει, τῷ μεγίστῳ βασιλέϊ τῶν Ἰνδῶν, καὶ Πώρου ἔτι τούτῳ μέζονι. (4) Οὗτος ὦν ὁ Μεγασθένης λέγει, οὔτε Ἰνδοὺς ἐπιστρατεῦσαι οὐδαμοῖσιν ἀνθρώποισιν, οὔτε Ἰνδοῖσιν ἄλλους ἀνθρώπους· (5) ἀλλὰ Σέσωστριν μὲν τὸν Αἰγύπτιον, τῆς Ἀσίης καταστρεψάμενον τὴν πολλὴν, ἔστε ἐπὶ τὴν Εὐρώπην σὺν στρατιῇ ἐλάσαντα, ὀπίσω ἀπονοστῆσαι· (6) Ἰνδάθυρσον δὲ τὸν Σκύθεα ἐκ Σκυθίης ὁρμηθέντα πολλὰ μὲν τῆς Ἀσίης ἔθνεα καταστρέψασθαι, ἐπελθεῖν δὲ καὶ τὴν Αἰγυπτίων γῆν κρατέοντα· (7) Σεμίραμιν δὲ τὴν Ἀσσυρίην ἐπιχειρέειν μὲν στέλλεσθαι ἐς Ἰνδοὺς, ἀποθανεῖν δὲ πρὶν τέλος ἐπιθεῖναι τοῖσι βουλεύμασιν· ἀλλὰ Ἀλέξανδρον γὰρ στρατεῦσαι ἐπὶ Ἰνδοὺς μοῦνον. (8) Καὶ πρὸ Ἀλεξάνδρου Διονύσου μὲν

confinio Noricorum et Rhætorum Istro se immiscet, Saus autem apud Pæonas. Locus vero ubi hæc flumina inter se committuntur Taurunus vocatur. (17) Si quis vero etiam alium fluvium navigabilem effluentem in Istrum norit, multos tamen non novit.

V. Quisquis autem causam multitudinis et magnitudinis Indiæ fluminum explicare velit, illi per me hoc integrum sit. Ego enim ea quoque quæ de his rebus scripsi majorem fidem non habere censeo, quam quæ fama sparsa sunt. (2) Præterea etiam aliorum multorum fluminum nomina Megasthenes commemorat, quæ extra Gangem atque Indum feruntur in orientale et meridiale externum mare; ita ut LVIII in universum sint Indiæ fluvii, omnes navigabiles. (3) Sed nec ipse Megasthenes mihi videtur multum Indiæ peragrasse, plus tamen certe quam qui cum Alexandro Philippi filio militarunt. Sandracotto enim se adfuisse scribit, maximo Indorum regi, et majori quam vel Porus fuerat. (4) Scribit itaque hic Megasthenes, neque Indos cum ullis hominibus bellum gessisse, neque ullos externos Indis bellum intulisse. (5) Sesostrim enim Ægyptium, magna Asiæ parte subacta, postquam in Europam usque cum exercitu processerat, retrocessisse; (6) Indathyrsum autem Scytham ex Scythia profectum multas Asiæ gentes debellasse et Ægyptum quoque victorem adiisse; (7) ac Semiramidem quidem Assyriam tentasse exercitum in Indos ducere, sed mortem ejus consilia conatusque fregisse. Solum vero Alexandrum in Indos expeditionem fecisse. (8) At-

---

1. Νορικῶν codd.; em. Dübn. || — 2. Σάος] hod. *Sau.* Ἔνος hod. *Inn.* || — 3. Ταυροῦνος] Cf. Plin. III, c. 25 :.. *Taurunum* (h. *Semlin*), *ubi Danubio miscetur Saus.* || — 4. ναυσίπορον] « Plinius IV, c. 11 ait Istrum sexaginta amnes recipere, medio ferme numero eorum navigabili. » RAPHAEL. « Summam Ister magnitudinem iis demum fluminibus accipit, quæ ex Wallachia et Moldavia decurrunt, quorum Arrianus mentionem non fecit. » SCHMIEDER.

V, 7. ἐμοὶ.. ἀναγεγράφθω om. A. || — 12. ὀκτὼ καὶ πεντ.] Cf. Plinius VI, 21, § 60 ed. Sillig. : *Seneca etiam apud nos temptata Indiæ commentatione LX amnis ejus prodidit, gentes CXVIII.* || — 16. Σανδρακότῳ AC; Σανδρακόττᾳ L. De rege ejusque nomine v. Megasth. in Fr. Hist. II, p. 397 sq. et 407 ibique laudatos. || — 17. τῶν om. B. || — καὶ Πώρῳ (Πόρῳ AC) ἔτι τούτῳ μέζονι (μείζονι BC), codd.; em. Schwanbeck. Vide Megasth. fr. p. 398. Lassenus De pentap. p. 44 Pori mentionem pro serioris ævi addidamento habuit. || — 18. ὦν] ὧν D, ὃν B, οὖν C. De re cf. Strabo p. 687, Josephus A. J. X, 11 sive Megasthen. fr. 20. 22. || — 22. στρατιῇ sic pro vg. στρατιᾷ AD. || — 23. Ἰνδάθυρσον] BCD; Ἰνδάθυρσιν LA; Ἰδάνθυρσον e Megasthene Strabo p. 687. Ad Idathyrsum referuntur quæ alii de Madya vel de Tanao vel de Jandyso narrant. Schmiederus ita : « Idanthyrsus vocatur is Scytharum rex, quocum Darius infaustum illud bellum gessit, quod descripsit Herodotus IV, 76. 120. 127 (Cf. Pherecyd. fr. 113, ubi Ἰδανθούρας vocatur). Hunc vero regem aliquando expeditionem in Asiam fecisse, ejus rei nullum indicium adest. Nec est satis vetustus. Videtur mihi vox Indathyrsis vel Idanthyrsos esse appellativum sicut Pharao, et fuit forte nomen omnibus regibus Scythicis commune. Ea enim quæ Strabo et Arrianus de Indathyrso dicunt, conveniunt Madyæ, Scytharum regi, qui Cyaxaris et Psammetichi ætate cum ingenti exercitu Mediam omnemque Asiam ad Ægyptum usque transiverat et vastarat. V. Herodot. IV, 103 sqq. Rectius vero Strabo ex Megasthene descripsisse videtur Indathyrsin μέχρι Αἰγύπτου venisse. Narrat enim Herodotus Psammitichum Scythæ obviam ivisse, donisque ac precibus eum ad reditum compulisse. Scripsit etiam Justinus II, 3 *Scythas ab Ægypto paludes prohibuere*; et I, 1 : *Scythiæ rex Tanaus* (sic vocare videtur Idanthyrsum) *usque Ægyptum excessit*. Ejusdem regis nomen apud Photium in Eclog. ex Arriani Parthicis (Fr. Hist. tom. III, p. 587) scribitur Ἰάνδυσος, quod Gronovio ad Arrian. p. 318 ansam præbuit in Justino legendi : *et Scythiæ rex Jandus* pro *Tanaus*. » || — 23. ἐκ Σκυθίης] ἐκ σκυθέος BCD. || — 25. Σεμίραμιν] Cf. Diodor. II, 15 sqq. (Ctesiæ fr. 15) et Justinus I, 1. || — 27. πρὶν εἰς τέλος A; « quod videri possit ortum ex πρὶν ἤ. » DUBNER. || — 28. ἐπὶ] ἐς A. || — 29. μὲν ex A addidit Dübner. || — 2. Ἡρακλέος pro vg. Ἡρακλέως h. l. et in sqq. ABD. || — 3. Νύσ-

πέρι πολλὸς λόγος κατέχει, ὡς καὶ τούτου στρατεύσαντος ἐς Ἰνδοὺς, καὶ καταστρεψαμένου Ἰνδούς· Ἡρακλέος δὲ πέρι οὐ πολλός. (9) Διονύσου μέν γε καὶ Νῦσα πόλις μνῆμα οὐ φαῦλον τῆς στρατηλασίης καὶ ὁ Μηρὸς τὸ ὄρος, καὶ ὁ κισσὸς ὅτι ἐν τῷ ὄρεϊ τούτῳ φύεται· καὶ αὐτοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὑπὸ τυμπάνων τε καὶ κυμβάλων στελλόμενοι ἐς τὰς μάχας· καὶ ἐσθὴς αὐτοῖσι κατάστικτος ἐοῦσα, κατάπερ τοῦ Διονύσου τοῖσι βάκχοισιν· (10) Ἡρακλέος δὲ οὐ πολλὰ ὑπομνήματα. Ἀλλὰ τὴν Ἄορνον γὰρ πέτρην, ἥντινα Ἀλέξανδρος βίῃ ἐχειρώσατο, ὅτι Ἡρακλέης οὐ δυνατὸς ἐγένετο ἐξελεῖν, Μακεδονικὸν δοκέει μοι τὸ κόμπασμα, κατάπερ ὦν καὶ τὸν Παραπάμισον Καύκασον ἐκάλεον Μακεδόνες, οὐδέν τι προσήκοντα τοῦτον τῷ Καυκάσῳ. (11) Καί τι καὶ ἄντρον ἐπιφρασθέντες ἐν Παραπαμισάδῃσι, τοῦτο ἔφρασαν ἐκεῖνο εἶναι τοῦ Προμηθέος τοῦ Τιτῆνος τὸ ἄντρον, ἐν ὅτῳ ἐκρέματο ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ πυρός. (12) Καὶ δὴ καὶ ἐν Σίβαισιν, Ἰνδικῷ γένεϊ, ὅτι δορὰς ἀμπεχομένους εἶδον τοὺς Σίβας, ἀπὸ τῆς Ἡρακλέος στρατηλασίης ἔφασκον τοὺς ὑπολειφθέντας εἶναι τοὺς Σίβας· καὶ γὰρ καὶ σκυτάλην φορέουσί τε οἱ Σίβαι, καὶ τοῖσι βουσὶν αὐτῶν ῥόπαλον ἐπικέκαυται· καὶ τοῦτο ἐς μνήμην ἀνέφερον τοῦ ῥοπάλου τοῦ Ἡρακλέος. (13) Εἰ δέ τῳ πιστὰ ταῦτα, ἄλλος ἂν οὗτος Ἡρακλέης εἴη, οὐχ ὁ Θηβαῖος, ἢ ὁ Τύριος οὗτος, ἢ ὁ Αἰγύπτιος, ἤ τις καὶ κατὰ τὴν ἄνω χώρην οὐ πόρρω τῆς Ἰνδῶν γῆς ᾠκισμένος μέγας βασιλεύς.

VI. Ταῦτα μέν μοι ἐκβολὴ ἔστω τοῦ λόγου εἰς τὸ μὴ πιστὰ φαίνεσθαι ὅσα ὑπὲρ τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ὑφάσιος ποταμοῦ Ἰνδῶν μετεξέτεροι ἀνέγραψαν· ἔστε γὰρ ἐπὶ τὸν Ὕφασιν οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου στρατηλασίης μετασχόντες οὐ πάντη ἄπιστοί εἰσιν. (2) Ἐπεὶ καὶ τόδε λέγει Μεγασθένης ὑπὲρ ποταμοῦ Ἰνδικοῦ, Σίλην μὲν εἶναί οἱ οὔνομα, ῥέειν δὲ ἀπὸ κρήνης ἐπωνύμου τῷ ποταμῷ διὰ τῆς χώρης τῆς Σιλέων, καὶ τούτων ἐπωνύμων τοῦ ποταμοῦ τε καὶ τῆς κρήνης· (3) τὸ δὲ ὕδωρ

qui ante Alexandrum fama tenet Liberum contra Indos expeditionem suscepisse, eosque subegisse : de Hercule infirmior fama est. (9) At vero expeditionis a Libero factæ non leve documentum est Nysa urbs et Merus mons, quodque hedera in hoc monte nascitur et quod præterea Indi ipsi tympana ac cymbala pulsantes pugnas adeunt, itemque veste distincta maculis, Libero patri bacchantium more, utuntur. (10) Herculis autem non multa monimenta extant. Quod enim Aornum petram, quam Alexander vi cepit, Hercules expugnare non potuerit, Macedonicæ jactantiæ figmentum mihi videtur : quemadmodum et Parapamisum montem Causasum vocarunt Macedones, nihil ad Caucasum pertinentem. (11) Antrum quoque aliquod quum apud Parapamisadas esse accepissent, Promethei Titanis esse dixerunt, in quo ille ob ignem furto sublatum in crucem actus fuerit. (12) Apud Sibas quoque, Indicam gentem, quod eos pellibus amictos conspexerant, ab Herculis expeditione relictos esse Sibas disserebant. Siquidem et clavam gestant Sibæ, et bubus clavæ notam inurunt : quod item ad memoriam clavæ Herculis retulerunt. (13) Si cui vero hæc credibilia videntur, alius certe hic Hercules fuerit, non Thebanus, sed aut Tyrius aut Ægyptius, aut aliquis etiam ex superiore regione non procul ab India olim habitans rex magnus.

VI. Atque hæc quidem per digressionem dicta sint, ne fide digna videantur, quæ de iis qui ultra Hyphasin degunt Indis nonnulli conscripserunt : nam ad Hyphasin amnem usque non sunt prorsus indigni fide, qui expeditioni Alexandri interfuerunt. (2) Siquidem etiam hoc Megasthenes de flumine quodam Indico commemorat : Silam ei nomen esse, fluere ex fonte ejusdem cum flumine nominis per regionem Sileorum, qui etiam eandem, quam fons et fluvius, appellatio-

σα AD. || — 8. βάκχεσι D. De rebus cf. Arrian. Exp. V, 1, 6. 2, 5. VI, 3. Plinius VI, 23. XVI, 34. Strabo l. l. || — 9. ἄοριν (sic) A. Cf. Diodor. XVII, 85; Curtius VIII, 11, alii. || — 12. τὸ κόμπασμα] sic codd.; τι κομπ. Dübner. *ib.* κατάπερ ὦν] sic AC., κατάπερ ἐὼν B; καθάπερ ἐὼν D. || — 15. Παραπαμισάδησι] ... σάδεσι codd. De nomine cf. St. Thes. s. v. Παροπαμισός. De origine nominis Parapamisi v. conjecturam Lassenii in *Ind. Alt.* I, p. 22. || — 16. Antrum quod Prometheo suo Græci vindicabant, quærendum est in vastissimis antris quæ sunt ad *Bamyian* (Alexandriam sub Caucaso). V. Ritter. VII, p. 277 sqq. || — 16. ἐν ὅτῳ] ἐν ᾧ A. || — 18. Σίβαισι] Cf. Strabo p. 688. 701; Diodor. XVII, 96 (Σίβοι); Curtius IX, 4, 2 (*Sobii*). Ferox est gens montana, *Kafir* in jugis *Hindu-Khu*, quæ etiam nunc ap. orientales scriptores *Siapul* sive *Siapuch* vocari solet. Clavas illi hodieque gestant albisque nigrisve caprarum pellibus amicti incedunt. Vide plura ap. Ritter. VII, p. 279. V, p. 467. Bohlen *Ind.* I, p. 208. Num a *Siva* deo nomen deducendum sit, in medio relinquimus. || — 21. στύταλιν A; φέρουσι L. || — 24. οὕτως pro οὗτος A. || — 25. καὶ κατὰ] ἀκατὰ BC; ἂν κατὰ mgo C. || — 26. ᾠκισμένος] ABCD.; ᾠκισμένην editt. De diversis Herculibus v. Arr. Exp. II, 16.

VI, 33. ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ B. || — Σίλην] Σίλαν codd.; Σίλην in ionicis suis Indicis dixit Ctesias (fr. 82), uti liquet e Plinio XXXI, 1, nisi quod is in mendoso libro pro Σίλην legit Σίδην : *Ctesias tradit Siden vocari stagnum in Indis, in quo nihil innatat, omnia merguntur.* Κρήνην Σίλαν dicit Antigonus Mirab. c. 161; Σίλλαν ποταμὸν Diodor. II, 37; Σιλίαν ποτ. Strabo p. 703. « Rem ipsam jam addubitarunt Democritus et Aristoteles, teste Strabone l. l.; fidem vero Megasthenis tuentur quæ ex Indicis libris attulit Lassenius in *Zeitschrift f. Kunde des Morgenl.* II, p. 63. Nimirum traditur in boreali Indiæ parte fluvium esse Çilam dictum (a *çila* sive lapide), cujus aqua eam habet vim ut injecta quæque in lapidem vertantur, adeoque merguntur. || — 34. τῷ ποταμῷ] sic LB; τοῦ ποτα-

παρέχεσθαι τοιόνδε· οὐδὲν εἶναι ὅτῳ ἀντέχει τὸ ὕδωρ, οὔτε τι νήχεσθαι ἐπ' αὐτοῦ οὔτε τι ἐπιπλέειν, ἀλλὰ πάντα γὰρ ἐς βυσσὸν δύνειν· οὕτω τι ἀμενηνότερον πάντων εἶναι τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο καὶ ἠεροειδέστερον. (4) Ὕεται δὲ ἡ Ἰνδῶν γῆ τὸ θέρος, μάλιστα μὲν τὰ ὄρεα, Παραπαμισός τε καὶ ὁ Ἠμωδὸς καὶ τὸ Ἰμαϊκὸν ὄρος, καὶ ἀπὸ τουτέων μεγάλοι καὶ θολεροὶ οἱ ποταμοὶ ῥέουσιν. (5) Ὕεται δὲ τοῦ θέρεος καὶ τὰ πεδία τῶν Ἰνδῶν, ὥστε λιμνάζειν τὰ πολλὰ αὐτέων· καὶ ἔφυγεν ἡ Ἀλεξάνδρου στρατιὴ ἀπὸ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ μέσου θέρεος, ὑπερβαλόντος τοῦ ὕδατος ἐς τὰ πεδία· (6) ὥστε ἀπὸ τῶνδε ἔξεστι τεκμηριοῦσθαι καὶ τοῦ Νείλου τὸ πάθημα τοῦτο, ὅτι ἐοικὸς εἶναι ὕεσθαι τὰ Αἰθιόπων ὄρεα τοῦ θέρεος, καὶ ἀπ' ἐκείνων ἐμπιπλάμενον τὸν Νεῖλον ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Αἰγυπτίην· (7) θολερὸς ὢν καὶ οὗτος ῥέει ἐν τῇδε τῇ ὥρῃ, ὡς οὔτε ἂν ἀπὸ χιόνος τηκομένης ἔρρεεν, οὔτε εἰ πρὸς τῶν ὥρῃ θέρεος πνεόντων ἐτησίων ἀνέμων ἀνεκόπτετό οἱ τὸ ὕδωρ· ἄλλως τε οὐδὲ χιονόβατα εἴη ἂν τὰ Αἰθιόπων ὄρεα ὑπὸ καύματος. (8) Ὕεσθαι δὲ κατάπερ τὰ Ἰνδῶν οὐχ ἔξω ἐστὶ τοῦ εἰκότος, ἐπεὶ καὶ τἄλλα ἡ Ἰνδῶν γῆ οὐχ ἀπέοικε τῆς Αἰθιοπίης, καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὁμοίως τῷ Νείλῳ τῷ Αἰθιοπείῳ τε καὶ Αἰγυπτίῳ κροκοδείλους τε φέρουσιν, ἔστιν δὲ οἳ αὐτῶν καὶ ἰχθύας καὶ ἄλλα κήτεα ὅσα ὁ Νεῖλος, πλὴν ἵππου τοῦ ποταμίου· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους τοὺς

nem habeant. (3) Ejus aquam ejusmodi esse, ut nihil omnino sustinere possit, neque quicquam ei innatare neque supernavigare, sed omnia in fundum demergi; ita præ reliquis omnibus hanc aquam tenuem atque quasi aeriam esse. (4) India autem per æstatem pluvia madet : præcipue vero Parapamisus et Emodus atque Imaus montes, et ab his magni ac turbulenti amnes fluunt. (5) Perfunduntur æstate pluvia etiam campi Indiæ, ita ut plerique stagnent; fugitque aliquando Alexandri exercitus ab Acesine fluvio, quum æstate ejus aqua campos obrueret. (6) Ex quibus licet certa conjectura etiam Nili inundationem explicare, quum verisimile sit Æthiopum montes æstate complui, atque iis pluviis impletum Nilum superatis ripis Ægyptum inundare : (7) turbidus scilicet etiam hic fluvius hac anni parte fluit, sicut neque a nive liquata fluere potest, neque si ab etesiis æstate spirantibus inhiberetur ipsi aqua : præsertim quum ne esse quidem nive tecti Æthiopum montes præ calore videantur. (8) Pluvias vero pati quemadmodum India, nequaquam dissentaneum rationi existimaverim : nam et ceteris in rebus India haud dissimilis Æthiopiæ est, et fluvii Indici perinde ac Nilus Æthiopicus et Ægyptius crocodilos alunt, nonnulli et pisces ac balænas ejusdem generis ut Nilus, excepto equo fluviatili : sed hunc

μοῦ ACD. Quum variare structuram auctor adamet, illud præferendum. || — 3. ἐς βυσσὸν] A; ἐς ἄβυσσον L; ἐς βυθὸν BCD. || — 6. ὁ ante Ἠμωδὸς om. BC; postea addidit D. || — τὸ ἤμαον ὄρος D. || — 7. οἱ ποτ. A. || — 11. ὑπερβάλλοντος C. De imbrium ratione cf. Megasthen. fr. 1 et 9 ex Strabone p. 693 et Diodoro II, 36, et Aristobuli (fr. 29), Onesicriti (fr. 17) et Nearchi (fr. 3. 4) sententiæ ap. Strabon. p. 691. 695; Ctesiæ fr. 57 p. 79; Plinius XVI, 18; Philostratus Vit. Apollon. II, 19. — « Veterum sententiæ, si obiter modo lustrantur, contradicere sibi videntur. Sed distinguendum est inter eam Indiam, quæ a Pattalis porrigitur usque ad Acesinis et Indi vel Hydaspis et Acesinis confluentes, et Indiam inter flumina et montes, præcipue nostrum *Panjeab*. Aristobulus solos dicit montes et montium radices pluviam et nives sentire, plana autem imbrium et nivis esse expertia, sed inundatione fluminum irrigari. Montes inquit hieme nive obtegi; vere autem pluvias incipere, magis magisque augeri ad arcturi ortum usque. Ex his nivibus et imbribus augeri fluvios et campos inundari. Hæc se ipsum vidisse et ab aliis comperisse auctor est Aristobulus. Sub montium radicibus eum intellexisse universum *Panjeab*, ex eo conspicuum est, quod diserte dicit, per totum tempus, quo Alexander a Taxilis ad Hyphasin et retro ad Hydaspen iret, pluvias cœlo demissas esse. Sub *planis*, ut ipse adjecit, intelligit regionem, quæ est inter Pattala et Hydaspis ostium. Vera eum dicere probant vel immensa deserta ob pluviarum defectum inhabitabilia. Sed etiam recentiorum observationibus res confirmata est... Aristobulum sequitur Arrianus Exp. V, 9, ubi inundationes et pluvias præcipue circa solstitium æstivum in Indiam ruere dicit; hieme autem, cessantibus pluviis, fluvios minores esse et puriores, ita ut vado transiri possent, excepto Gange et Indo et fortassis aliquo etiam alio (Cf. Exped. VI, 25). Nearchus vero ap. Strabonem hieme campos quidem pluvia non irrigari dicit, at æstate tamen. Intelligit vero sub campis regionem inter flumina, ut apud Strabonem videre licet. Sectione 4 descripsit Arrianum Aristobulum, sectione 5 Nearchum, sed quasi eos sibi contradicere intellexisset. De regione inter Pattala et Hydaspen intelligenda sunt Ctesias l. l., in India pluviam non dimitti, sed a flumine terram irrigari, et Plinius XVI, 18, Indiam non habere imbres æstivos scribentes; at Eratosthenes ap. Strab. p. 690 de regione *Panjeab*, imbres æstivos Indiæ tribuens ab exhalationibus, ut quidem opinatur, fluviorum et etesiis natos. Etesiis idem tribuit Arrian VI, 25. Non immerito igitur veteres Indiam et Indum cum Ægypto comparant, quia etiam Ægyptus, præcipue superior, raro pluviam sentit, ac solummodo Nilo irrigatur; Æthiopiam autem cum regionibus Indiæ septentrionalibus. De septentrionali India etiam intelligendi sunt Diodorus II, 36 et Megasthenes ap. Strab. p. 693, qui bis quolibet anno in India pluviam dimitti ajunt, primum sub hiemem, iterum circa solstitium æstivum. » SCHMIEDER. || — 16. ὢ ν] ὢν BCD, interpungentes post hanc vocem. καὶ οὕτως A. || — 17. οὔτε εἰ ἂν πρὸς C manu sec. || — 19. χιονάβατα A; χιονόβαντα D; χιονόβλητα? || — 22. ἡ om D. || — Αἰθιοπίας, Αἰθιοπίῳ LBCD. || — 24. ἐς τὴν δὲ οἱ αὐτῶν CD. || — 1. ὅτι om. C.

ποταμίους λέγει ὅτι φέρουσι. (9) Τῶν τε ἀνθρώπων αἱ ἰδέαι οὐ πάντη ἀπᾴδουσιν αἱ Ἰνδῶν τε καὶ Αἰθιόπων· οἱ μὲν πρὸς νότου ἀνέμου Ἰνδοὶ τοῖσι Αἰθίοψι μᾶλλόν τι ἐοίκασι, μέλανές τε ἰδέσθαι εἰσὶ, καὶ ἡ κόμη αὐτοῖσι μέλαινα· πλήν γε δὴ ὅτι σιμοὶ οὐχ ὡσαύτως οὐδὲ οὐλόκρανοι ὡς Αἰθίοπες· οἱ δὲ βορειότεροι τούτων κατ' Αἰγυπτίους μάλιστα ἂν εἶεν τὰ σώματα.

quoque in iis esse Onesicritus tradit. (9) At ne facie quidem ac vultu multum inter se differunt Indi et Æthiopes. Certe qui ad austrum ventum vergunt Indi Æthiopibus magis similes sunt, nigra facie et nigra coma, sed non æque simi neque ita crispo capillitio ut Æthiopes : qui vero magis ad septentrionem incolunt, Ægyptios potius corporis forma referunt.

VII. Ἔθνεα δὲ Ἰνδικὰ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τὰ ἅπαντα λέγει Μεγασθένης, δυοῖν δέοντα. Καὶ πολλὰ μὲν εἶναι ἔθνεα Ἰνδικὰ καὶ αὐτὸς συμφέρομαι Μεγασθένεϊ, τὸ δὲ ἀτρεκὲς οὐκ ἔχω εἰκάσαι ὅπως ἐκμαθὼν ἀνέγραψεν, οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τῆς Ἰνδῶν γῆς ἐπελθὼν, οὐδὲ ἐπιμιξίης πᾶσι τοῖς γένεσιν ἐούσης ἐς ἀλλήλους. (2) Πάλαι μὲν δὴ νομάδας εἶναι Ἰνδοὺς, κατάπερ Σκυθέων τοὺς οὐκ ἀροτῆρας, οἳ ἐπὶ τῇσιν ἁμάξῃσι πλανώμενοι ἄλλοτε ἄλλην τῆς Σκυθίης ἀμείβουσιν, οὔτε πόλιας οἰκέοντες οὔτε ἱερὰ θεῶν σέβοντες· (3) οὕτω μηδὲ Ἰνδοῖσι πόλιας εἶναι μηδὲ ἱερὰ θεῶν δεδομημένα· ἀλλ' ἀμπίσχεσθαι μὲν δορὰς θηρείους ὅσων κατακάνοιεν, σιτέεσθαι δὲ τῶν δένδρεων τὸν φλοιόν· καλέεσθαι δὲ τὰ δένδρεα ταῦτα τῇ Ἰνδῶν φωνῇ Τάλα, καὶ φύεσθαι ἐπ' αὐτῶν, κατάπερ τῶν φοινίκων ἐπὶ τῇσι κορυφῇσιν, οἷά περ τολύπας. (4) Σιτέεσθαι δὲ καὶ τῶν θηρίων ὅσα ἕλοιεν ὠμοφαγέοντας, πρὶν δὴ Διόνυσον ἐλθεῖν ἐς τὴν χώρην τῶν Ἰνδῶν. (5) Διόνυσον δὲ ἐλθόντα, ὡς καρτερὸς ἐγένετο Ἰνδῶν, πόλιάς τε οἰκίσαι καὶ νόμους θέσθαι τῇσι πόλισιν, οἴνου τε δοτῆρα Ἰνδοῖσι γενέσθαι, κατάπερ Ἕλλησι, καὶ σπείρειν διδάξαι τὴν γῆν, διδόντα αὐτὸν σπέρματα, (6) ἢ οὐκ ἐλάσαντος ταύτῃ Τριπτολέμου, ὅτε περ ἐκ Δήμητρος ἐστάλη σπείρειν τὴν γῆν πᾶσαν, ἢ πρὸ Τριπτολέμου τις οὗτος Διόνυσος ἐπελθὼν τὴν Ἰνδῶν γῆν σπέρματα σφίσιν ἔδωκε καρποῦ τοῦ ἡμέρου· (7) βόας τε ὑπ' ἀρότρῳ ζεῦξαι Διόνυσον πρῶτον, καὶ ἀροτῆρας ἀντὶ νομάδων ποιῆσαι Ἰνδῶν τοὺς πολλοὺς, καὶ ὁπλίσαι ὅπλοισι τοῖσιν ἀρηΐοισι·

VII. Gentes Indicas centum duodeviginti in universum statuit Megasthenes. Ego vero multas quidem Indiæ gentes esse, cum Megasthene senserim : unde autem certi aliquid cognoverit, conjectura assequi non possum, quum exiguam quandam Indiæ partem peragrarit, neque omnes ejus gentes commercia inter se agitent. (2) Olim quidem Indos nomades fuisse (dicit Megasthenes), quemadmodum et Scythas, qui arationem non exercent, sed in plaustris degentes incertis sedibus vagantur, neque urbes incolunt, neque templa deorum colunt : (3) ita neque Indis urbes fuisse neque templa diis exstructa, sed ferarum quas occiderint exuviis se vestivisse ; arborum corticibus vesci solitos fuisse ; vocari autem Indorum lingua eas arbores Tala et innasci iis, quemadmodum in verticibus palmarum, veluti glomos. (4) Vesci etiam solitos fuisse feris quas venatu ceperint crudis, priusquam Liber ad Indos venisset. (5) Hunc, postquam venisset eosque devicisset, urbes Indorum condidisse, iisque leges sanxisse : vini etiam usum Indis dedisse, ut et Græcis, dato etiam semine rationem serendi eos docuisse : (6) sive quod Triptolemus, quum a Cerere ad conserendam universam terram missus fuisset, ad eam regionem non pervenerit, sive quod ante Triptolemum hic Liber, quisquis sit, ad Indos profectus frugum mitium semina iis dederit. (7) Primum etiam Liberum boves aratro junxisse, et plerosque Indorum ex erronibus aratores fecisse, martiisque armis armavisse :

VII, 8. Eundem gentium numerum (ex Megasthene) tradidit Seneca ap. Plinium VI, 21. || — 8. ἑκατόν τι ἅπ. codd.; em. Dübn. || — 10. ξυμφέρομαι CB et vgo. || — 16. 18. πόληας CD. || — 19. ἀμπίσχεσθαι ABD; ἀμπήχεσθαι C; ἀμπέχεσθαι vgo. || — θηρείους AD; θηρίων CD vgo. || — κατακάνοιεν D; κατακαίνοιεν BC; κατακτάνοιεν LA. || — 20. δένδρων BC. || — 21. τάλα] sanscrite *tâla* vel etiam *trinarája* (herbarum rex), palmarum species, *borassus flabelliformis*. V. Ritter. V, p. 854; Lassen. *Ind. Alt.* I, p. 264, qui eandem arborem signari censet ap. Strabon. p. 693, ubi e Nearcho proditur : καὶ δένδρον εἶναι καρποφόρον· ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν; scilicet ex succo, qui ex inciso flore destillat, vinum conficitur *gagori* vel *gaggeri* dictum. Schmiederus sic habet : « Vocem *Tala* inveni in Burm. Flor. Zeylanica significare palmam; scribitur *Tala* et *Talghala* et *Tal* et similiter; cujus fructus et teneriorem corticem ab Indis edi etiam Rennel asserit. In *Horto Malabarico* I, p. 11 describitur arbor *Carim-Panà*, cujus duæ species a Bramminis *Talata'modò* vocantur. Prior, ab incolis in Zeylam *Talagaha* vocata, ad palmas flabellifolias pertinens, in medio caudice corculum molle habet, et insuper, ubi foliorum laciniæ vel divisuræ incipiunt, filamenta plurima, teretia, ejusdem cum laciniis longitudinis, quæ deorsim propendent. Nunc vocari solet Lontarus domestica, de cujus multiplici usu vide Rumphium in Herb. Amb. t. I, p. 45 sqq. Succus ejus sapit ut dulce vinum; ex eo conficitur *Schagara* i. e. fuscum saccharum (Id enim vocabulum originem habet indicam). Fructus ejus variis modis præparati eduntur. Tenera ejus folia discindi possunt, atque nectendo tegetes ex iis conficiuntur, interdum persubtiles. Apud Forsterum, v. cll., ex foliis discissis arborum confectas tegetes vidi easque subtilissimas. Huic arbori Tala Arriani maxime convenire videtur. » || — 25. Διόνυσον... Ἰνδῶν om. C. || — 26. κρατερὸς B; πολῆας et dein πόλεσιν BCD. De Baccho (*Siwas*) et Hercule (*Krishna*), confer quæ ex eodem Megasthene Græca et Indica more Græcanico conflante excerpsit Diodorus II, 38 sq. et not. ad Megasthen. fr. 23, p. 420. || — 31. οὗτος om. A. || — 33. τοῦ ἡμετέρου LC.[1] || — 35. καὶ ὁπλίσαι om. C. || — 35. ἀρήϊοισι BCD, nisi quod in D cor-

(8) καὶ θεοὺς σέβειν ὅτι ἐδίδαξε Διόνυσος ἄλλους τε καὶ μάλιστα δὴ ἑωυτὸν κυμβαλίζοντας καὶ τυμπανίζοντας· καὶ ὄρχησιν δὲ ἐκδιδάξαι τὴν σατυρικὴν, τὸν κόρδακα παρ' Ἕλλησι καλεόμενον· (9) καὶ κομᾷν Ἰνδοὺς τῷ θεῷ, μιτρηφορέειν τε ἀναδεῖξαι, καὶ μύρων ἀλοιφὰς ἐκδιδάξαι, ὥστε καὶ εἰς Ἀλέξανδρον ἔτι ὑπὸ κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων ἐς τὰς μάχας Ἰνδοὶ κατίσταντο.

VIII. Ἀπιόντα δὲ ἐκ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ὥς οἱ ταῦτα κεκοσμέατο, καταστῆσαι βασιλέα τῆς χώρης Σπατέμβαν, τῶν ἑταίρων ἕνα, τὸν βακχωδέστατον· τελευτήσαντος δὲ Σπατέμβα τὴν βασιληΐην ἐκδέξασθαι Βουδύαν τὸν τούτου παῖδα· (2) καὶ τὸν μὲν πεντήκοντα καὶ δύο ἔτεα βασιλεῦσαι Ἰνδῶν, τὸν πατέρα, τὸν δὲ παῖδα, εἴκοσιν ἔτεα· καὶ τούτου παῖδα ἐκδέξασθαι τὴν βασιληΐην Κραδεύαν· (3) καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε τὸ πολλὸν μὲν κατὰ γένος ἀμείβειν τὴν βασιληΐην, παῖδα παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενον· εἰ δὲ ἐκλείποι τὸ γένος, οὕτω δὴ ἀριστίνδην κατίστασθαι Ἰνδοῖσι βασιλέας. (4) Ἡρακλέα δὲ, ὅντινα ἐς Ἰνδοὺς ἀπικέσθαι λόγος κατέχει, παρ' αὐτοῖσιν Ἰνδοῖσι γηγενέα λέγεσθαι. (5) Τοῦτον τὸν Ἡρακλέα μάλιστα πρὸς Σουρασηνῶν γεραίρεσθαι, Ἰνδικοῦ ἔθνεος, ἵνα δύο πόλιες μεγάλαι, Μέθορά τε καὶ Κλεισόβορα, καὶ ποταμὸς Ἰωβάρης πλωτὸς διαρρέει τὴν χώρην αὐτῶν. (6) Τὴν σκευὴν δὲ οὗτος ὁ Ἡρακλέης ἥντινα ἐφόρεε Μεγασθένης λέγει ὅτι ὁμοίην τῷ Θηβαίῳ Ἡρακλέϊ, ὡς αὐτοὶ Ἰνδοὶ ἀπηγέονται· καὶ τούτῳ ἄρσενας μὲν παῖδας πολλοὺς κάρτα γενέσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ· πολλῇσι γὰρ δὴ γυναιξὶν ἐς γάμον ἐλθεῖν καὶ τοῦτον τὸν Ἡρακλέα· θυγατέρα δὲ μουνογενέην· (7) οὔνομα δὲ εἶναι τῇ παιδὶ Πανδαίην καὶ τὴν χώρην ἵνα τε ἐγένετο καὶ ἧστινος ἐπέτρεψεν αὐτὴν ἄρχειν Ἡρακλέης Πανδαίην, τῆς παιδὸς ἐπώνυμον· καὶ ταύτῃ

(8) et cultum quum aliorum deorum tum sui maxime ipsius docuisse, quem cymbalorum et tympanorum pulsu fieri jusserit. Saltationem etiam satyricam induxisse, quam Græci cordacem vocant. (9) Ad hæc comam deo nutrire, mitram gerere unguentisque uti ostendisse Bacchum : adeo ut ad Alexandri usque tempora cum cymbalis et tympanis prælia Indi inierint.

VIII. Discedentem vero ex India Liberum rebus ita constitutis regem Indis præfecisse Spatembam, unum ex amicis, rerum Bacchicarum peritissimum. Quo mortuo ad Budyam ejus filium regnum transiisse. (2) Et Spatembam quidem annos LII Indis imperasse : Budyam ejus filium XX. Hujus filium Cradeuam in regnum successisse; (3) atque exinde plerumque successione regnum a patribus in filios per manus esse traditum. Si vero regem absque liberis decedere contingeret, optimos quosque ab Indis reges creatos esse. (4) Herculem porro, quem ad Indos pervenisse fama est, terrigenam ipsos Indos vocasse. (5) Atque hunc a Surasenis Indica gente præcipue coli, qui quidem duas magnas urbes habent, Methora et Clisobora. Iobares fluvius navigabilis per eorum regionem fluit. (6) Hic Hercules, ut auctor est Megasthenes, eodem cultu corporis quo Thebanus Hercules utebatur, quod Indi ipsi narrant; multosque admodum ei liberos mares in India fuisse dicit (multas enim uxores habuisse etiam hunc Herculem), filiam vero unicam, nomine Pandæam : (7) regionem quoque in qua nata est, et cujus imperio eam præfecit Hercules, Pandæam a filiæ

---

rectum est ἀρίοισι. || — 2. μᾶλλον pro μάλιστα L. || — 3. ἐνδιδάξαι A, διδάξαι L. || — 5. μίτρην φορέειν L. || — 7. κατίσταντο LAD; καθίστασθαι BC.

VIII, 9. Σπαρτέμβαν et mox Σπαρτέμβα BCD. Quodsi missa feceris quæ de Baccho et Hercule regibus Megasthenes Indica cum Græcis miscens præmisit, reliqua haud dubie pertinent ad reges *Magadhæ* regni tunc omnium potentissimi, cujus caput erant Palibothra. In annalibus ejus stirpis regiæ auctor habetur *Manu,* pater *Ilæ* filiæ, ex qua Budha (Mercurius planeta) primum *Pratishthanæ* regem Puravanam genuit. Ex his Budham respondere Budyæ Megasthenis nemo negabit; Κραδεύας autem nomen corruptum esse videtur ex Πραρεύας (*Puravanas* Indorum). Denique quod Spatembam attinet, probabile est Megasthenem cum primo Manu confudisse septimum, *Svajambhuva* dictum, qui auctor habetur regum ætatis præsentis. Hæc notavi ex Lassenii *Ind. Alterth.* I, p. 509 ; fusius de re idem vir doctissimus exponit in *Zeitschrift f. Kunde des Morgenlands* V, p. 232 sq., ubi tu videas. Ceterum ita habet Diodorus II, 38 extr. : Βασιλεύσαντα δὲ (Διόνυσον) πάσης τῆς Ἰνδικῆς ἔτη δύο πρὸς τοῖς πεντήκοντα γήρᾳ τελευτῆσαι· διαδεξάμενον δὲ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ τὴν ἡγεμονίαν ἀεὶ τοῖς ἀφ' ἑαυτῶν ἀπολιπεῖν τὴν ἀρχήν· τὸ δὲ τελευταῖον πολλαῖς γενεαῖς ὕστερον καταλυθείσης τῆς ἡγεμονίας δημοκρατηθῆναι τὰς πόλεις. Περὶ μὲν οὖν τοῦ Διονύσου καὶ τῶν ἀπογόνων αὐτοῦ τοιαῦτα μυθολογοῦσιν οἱ τὴν ὀρεινὴν τῆς Ἰνδικῆς κατοικοῦντες. In quibus pro Spatemba ipse Bacchus ponitur. || — 11. Βονδύαν ABC. || 15. τὸ ante ἀπὸ A. Deinde τὸ πολὺ codd. ubique, quod in πολλὸν mutavit Dübner. || — 21. Σουρασηνῶν] sanscr. Çurâsênakâs. V. Wilson. Sanscrit. Dict. s. v. Çûrasena. || — 22. Cf. Plinius VI, 22 § 69 : *Amnis Jomanes in Gangem per Palibothros* (quod cave ne de *urbe* Palibothris intelligas) *decurrit inter oppida Methora et Charisobora* (*Chrysobon*, *Cyrisoborca* varr. lect.; *Clisobora* ex Arriano ed. Harduin; *Chrysobora* Sillig ex Bohleno *Alt. Ind.* I, p. 232). Methura nunc *Mothura,* ubi etiam hodie Crisnam (sive Herculem) Indi natum putant. Altera urbs, de qua non satis liquet, fortasse ab ipso Crisna nomen habuit, *Crisnaputra,* Κρισνόβορα. V. Schwanbeck. ad fr. Megasth. p. 420. Ap. Diodor. II, 39 Hercules noster præter alias urbes etiam Palibothra, sedem regiam, condidisse narratur. || — 25. ἐφόρεσε BC. || — 30. εἶναι om. L. || — 32. Πανδαίην] De his et de iis quæ c. 9. § 1 leguntur cf. Diodor. l. l.; Phlegon. Mirab. c. 33 ; Polyæn. Strateg. I, 3, 4 ; Plinius VII, 22.

ἐλέφαντας μὲν γενέσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς ἐς πεντακοσίους, ἵππον δὲ ἐς τετρακισχιλίην, πεζῶν δὲ ἐς τὰς τρεῖς καὶ δέκα μυριάδας. (8) Καὶ τάδε μετεξέτεροι Ἰνδῶν περὶ Ἡρακλέος λέγουσιν· ἐπελθόντα αὐτὸν πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ καθήραντα ὅ τι περ κακὸν κίναδος, ἐξευρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμον γυναικήϊον· (9) ὅντινα καὶ εἰς τοῦτο ἔτι οἵ τε ἐξ Ἰνδῶν τῆς χώρης τὰ ἀγώγιμα παρ' ἡμέας ἀγινέοντες σπουδῇ ὠνεόμενοι ἐκκομίζουσι, καὶ Ἑλλήνων δὲ πάλαι καὶ Ῥωμαίων νῦν ὅσοι πολυκτέανοι καὶ εὐδαίμονες, μέζονι ἔτι σπουδῇ ὠνέονται, τὸν μαργαρίτην δὴ τὸν θαλάσσιον, οὕτω τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλεόμενον· (10) τὸν γὰρ Ἡρακλέα, ὡς καλόν οἱ ἐφάνη τὸ φόρημα, ἐκ πάσης τῆς θαλάσσης ἐς τὴν Ἰνδῶν γῆν συναγινέειν τὸν μαργαρίτην δὴ τοῦτον, τῇ θυγατρὶ τῇ ἑωυτοῦ εἶναι κόσμον. (11) Καὶ λέγει Μεγασθένης, θηρεύεσθαι αὐτοῦ τὴν κόγχην δικτύοισι, νέμεσθαι δ' ἐν τῇ θαλάσσῃ κατ' αὐτὸ πολλὰς κόγχας, κατάπερ τὰς μελίσσας· καὶ εἶναι γὰρ καὶ τοῖσι μαργαρίτῃσι βασιλέα ἢ βασίλισσαν, ὡς τῇσι μελίσσῃσι. (12) Καὶ ὅστις μὲν ἐκεῖνον κατ' ἐπιτυχίην συλλάβοι, τοῦτον δὲ εὐπετέως περιβάλλειν καὶ τὸ ἄλλο σμῆνος τῶν μαργαριτέων· εἰ δὲ διαφύγοι σφᾶς ὁ βασιλεύς, τούτῳ δὲ οὐκέτι θηρατοὺς εἶναι τοὺς ἄλλους· τοὺς ἁλόντας δὲ περιορᾷν κατασαπῆναι σφίσι τὴν σάρκα, τῷ δὲ ὀστέῳ ἐς κόσμον χρᾶσθαι. (13) Καὶ εἶναι γὰρ καὶ παρ' Ἰνδοῖσι τὸν μαργαρίτην τριστάσιον κατὰ τιμὴν πρὸς χρυσίον τὸ ἄπεφθον, καὶ τοῦτο ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ ὀρυσσόμενον.

IX. Ἐν δὲ τῇ χώρῃ ταύτῃ, ἵνα ἐβασίλευσεν ἡ θυγάτηρ τοῦ Ἡρακλέος, τὰς μὲν γυναῖκας ἑπταέτεας ἐούσας ἐς ὥρην γάμου ἰέναι, τοὺς δὲ ἄνδρας τεσσαράκοντα ἔτεα τὰ πλεῖστα βιώσκεσθαι. (2) Καὶ ὑπὲρ τούτου λεγόμενον λόγον εἶναι παρ' Ἰνδοῖσιν· Ἡρακλέα, ὀψιγόνου οἱ γενομένης τῆς παιδός, ἐπείτε δὴ ἐγγὺς ἔμαθεν ἑωυτῷ ἐοῦσαν τὴν τελευτήν, οὐκ ἔχοντα ὅτῳ ἀνδρὶ ἐκδῷ τὴν παῖδα ἑωυτοῦ ἐπαξίῳ, αὐτὸν μιγῆναι τῇ παιδὶ ἑπταέτεϊ ἐούσῃ, ὡς γένος ἐξ οὗ τε κἀκείνης ὑπολείπεσθαι Ἰνδῶν βασιλέας. (3) Ποιῆσαι ὦν αὐτὴν Ἡρακλέα ὡραίην γάμου· καὶ ἐκ τοῦδε ἅπαν τὸ γένος τοῦτο ὅτου ἡ Πανδαίη ἐπῆρξε, ταὐτὸν τοῦτο γέρας ἔχειν παρὰ Ἡρακλέος. (4) Ἐμοὶ δὲ δοκέει, εἴπερ ὦν τὰ ἐς τοσόνδε ἄτοπα Ἡρακλέης οἷός τε ἦν ἐξεργάζεσθαι, καὶ αὐτὸν ἀποφῆναι μακροβιώτερον, ὡς ὡραίῃ μιγῆναι τῇ

nomine appellatam: eamque possedisse ab patre elephantos D, equites ad IIII M, pedites circiter C XXX M. (8) Sunt porro Indi qui hoc etiam de Hercule narrent. Quum universam terram ac mare peragrasset, et quidquid erat malarum bestiarum sustulisset, ornatum quendam muliebrem (*margaritam*) in mari reperisse. (9) Quem etiam in hunc diem qui merces ex India ad nos adferunt, magno studio ementes exportant: atque quotquot apud Græcos olim et apud Romanos nunc ditiores sunt, majore adhuc studio emunt margaritam marinam, ita Indorum lingua dictam. (10) Herculem enim, quum hic ornatus pulcher ei videretur, margaritas hujus generis ex universo mari in Indiam collegisse, quibus filia ejus ornaretur. (11) Megasthenes concham hujus margaritæ retibus capi scribit; versari autem in mari eodem loco agmen multarum concharum, veluti apum examen. Regem enim suum etiam aut reginam margaritas habere, ut apes: (12) ac si forte contingat regem capi, reliquum etiam margaritarum examen facile ab eodem circumcingi: si vero rex piscatores evadat, ne reliquas quidem conchas capi posse. Earum carnes Indos ubi eas ceperint putrescere sinere: osse ad ornatum uti. (13) Esse autem etiam apud Indos margaritas ter tanto auri solidi, quod ipsum quoque in India effoditur, pondere æstimatas.

IX. Ad hæc in his regionibus quibus Herculis filia imperitavit, feminas ubi ad septimum ætatis annum pervenerint viro maturas nubere: viros XL summum annos vivere. (2) Atque hac de re hujuscemodi sermonem apud Indos jactari: Quum Herculi jam seni hæc filia nata esset, neque procul abesse vitæ suæ finem suspicaretur, nec inveniret virum tali sponsa dignum, ipsum cum filia septem annos nata coisse, ut sobolem ex se et illa relinqueret reges Indiæ. (3) Herculem itaque illam nubilem fecisse. Atque exinde universam eam gentem cui Pandæa imperavit id ipsum beneficii ab Hercule accepisse. (4) Mea vero sententia est: si Hercules par erat rei adeo absurdæ perpetrandæ, diuturnioris etiam se ipsum vitæ facere potuisset, ut cum filia matura rem habere posset. (5) Quod si tamen

---

VII, 2; quæ exscripta habes in Ctesiæ fr. 84 et Megasthenis fr. 24, ubi vide notata. || — 5. καθήραντα A; καθάραντα cett. || — κίναθος ex cod. Veneto Vulcanius; κίναιθος nostri codd. || — 9. νῦν om. BC. || — 10. ἔτι et ὠνέονται om. L. || — 11. μαργαρίτης seu μάργαρος vocis originem Indicam ex lingua sanscrita non posse explicari, nisi forte sit *markarâ* (cavitas, vas); fortasse vero ad *Dekan* regionis linguas vocabulum referendum esse censet Lassenius *Ind. Alt.* I, p. 244. || — 16. αὐτοῦ τὴν κόγχην A; τὴν κ. αὐτοῦ cett. || — 17. καὶ αὐτὸ LABC; κατ' αὐτὴ D., κατ' αὐτὴν olim vgo. Eandem fabulam narrat Plinius IX, 55. V. Megasthen. fr. p. 419. || — 19. μελισσίῃσι codd. || — 25. χρῆσθαι codd.; em. Dübner. De auro Indiæ v. Lassen. l. l. p. 238.

IX, 30. Cf. not. ad c. 8, l. 17. || — 35. τελευτὴν κτλ.] « Diodorum (II, 39) et Arrianum hæc de Hercule ex eodem fonte, Megasthene, hausisse non dubito. At differunt tamen. Arrianus Herculem mortuum esse dicere videtur. Diodori autem verba innuunt eum miro aliquo modo, sicut Herculem Græcum, e mortalibus summotum et honoribus divinis cultum esse. Idem addit: Herculem filiis adultis Indiam universam in partes æquales divisisse, quorum ab Hercule conditorum regnorum quædam Alexandri adhuc adven-

παιδί. (5) Ἀλλὰ γὰρ εἰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς ὥρης τῶν ταύτῃ παίδων ἀτρεκέα ἐστὶν, ἐς ταὐτὸν φέρειν δοκέει ἔμοιγε ἐς ὅτι περ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν τῆς ἡλικίης, ὅτι τεσσαρακοντούτεες ἀποθνήσκουσιν οἱ πρεσβύτατοι αὐτῶν. (6) Οἷς γὰρ τό τε γῆρας τοσῷδε ταχύτερον ἐπέρχεται καὶ ὁ θάνατος ὁμοῦ τῷ γήραϊ, πάντως που καὶ ἡ ἀκμὴ πρὸς λόγον τοῦ τέλεος ταχυτέρη ἐπανθέει· (7) ὥστε τριακοντούτεες μὲν ὠμογέροντες ἄν που εἶεν αὐτοῖσιν οἱ ἄνδρες, εἴκοσι δὲ ἔτεα γεγονότες οἱ ἔξω ἥβης νεηνίσκοι· ἡ δὲ ἀκροτάτη ἥβη ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτεα· καὶ τῇσι γυναιξὶν ὥρη τοῦ γάμου κατὰ λόγον ἂν οὕτω ἐς τὰ ἑπτὰ ἔτεα συμβαίνοι. (8) Καὶ γὰρ τοὺς καρποὺς ἐν ταύτῃ τῇ χώρῃ πεπαίνεσθαί τε ταχύτερον μὲν τῆς ἄλλης, αὐτὸς οὗτος Μεγασθένης ἀνέγραψε, καὶ φθίνειν ταχύτερον. (9) Ἀπὸ μὲν δὴ Διονύσου βασιλέας ἠρίθμεον Ἰνδοὶ ἐς Σανδράκοττον τρεῖς καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἔτεα δὲ, δύο καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἑξακισχίλια· ἐν δὲ τούτοισι τρὶς τὸ πᾶν εἰς ἐλευθερίην ** τὴν δὲ καὶ ἐς τριηκόσια, τὴν δὲ εἴκοσί τε ἐτέων καὶ ἑκατόν· (10) πρεσβύτερόν τε Διόνυσον Ἡρακλέος δέκα καὶ πέντε γενεῇσιν Ἰνδοὶ λέγουσιν· ἄλλον δὲ οὐδένα ἐμβαλεῖν ἐς γῆν τὴν Ἰνδῶν ἐπὶ πολέμῳ, οὐδὲ

hæc de puellarum istius loci maturitate vera sunt, eodem mihi spectare videntur, quo etiam spectat illud de virorum ætate, quod qui quam longissime vivant quadragesimum annum non excedant. (6) Quibus enim senectus tanto celerius advenit atque simul cum senectute mors, iis omnino et vigor ætatis, proportione quadam ad finem vitæ habita, citius accedat necesse est, (7) ita ut viri triginta annos nati jam ad primam illam viridem senectam pervenisse dicendi sint : et qui XX, juvenes quidem sint, sed qui pubertatis ætatem excesserint : qui circiter XV, summis pubertatis viribus floreant; et fœminis eadem ratione maturitas ad nuptias septimo anno contingat : (8) quippe et fructus in ea regione citius quam in alia ulla maturescere, citiusque interire idem Megasthenes scribit. (9) A Baccho quidem ad Sandracottum Indi reges numerabant CLIII, annos vero VI M XLII. In his vero ter summam rerum in libertatem *esse vindicatam, primum per annos* ** deinde per annos CCC, denique per annos CXX. (10) Bacchum Indi Hercule antiquiorem esse dicunt XV ætatibus : nullumque alium belli inferendi causa fines suos

---

tu floruisse, reliquis in democratias immutatis. » SCHMIEDER. || — 1. ἐνταῦθα pro εἰ ταῦτα ABC. || — 10. νεηνίσκοι ABCD; νεαν. vgo. || — 16. ἐς ἀνδράκοτον ABCD. || — 19. Lacuna omnes laborant codices. — De re cf. Plinius VI, 21 : *Colliguntur a Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum CLIII* (sic codd. Silligii; CLIV vulgo), *annis VI mil. CCCCLI* (sic cod. R et vgo; CCCCII cod. D. Rob.), *adjiciunt et menses tres.* Solinus Polyh. c. 55 : *Indiam Liber pater primus ingressus est, utpote qui Indis subactis primus omnium triumphavit. Ab hoc ad Alexandrum Magnum numerantur annorum sex millia quadringenti quinquaginta unus, additis et amplius tribus mensibus, habita per reges compuattione,qui centum quinquaginta tres tenuisse medium ævum deprehenduntur.* Hæc Plinius e Senecæ Indicis, Seneca ex Megasthene petiisse putandi sunt. Sandrocottæ substituerunt notius nomen Alexandri Magni. Annorum numerus vel apud Plinium vel apud Arrianum corruptus fuerit. Quodsi in Plinio præferendus est numerus 6402 : in græcis exemplaribus permutata dixeris sigla ͵ϛ υ β' (6402) et ͵ϛ μ β' (6042). At hæc dijudicari jam non possunt; nam longe Nostra recedunt ab omnibus quæ de regum dynastiarumque chronologiis ex Indorum libris hucusque innotuerunt, adeo ut nescias quidnam traditum Megasthenes acceperit, quidnam de suo ex Græcorum computandi ratione et pro more chronologorum Græcorum intulerit. In universum patet numerum annorum apud Arrianum ita constitutum esse, ut a vulgari Græcorum computo, quo tres generationes in seculum numerantur, non multum recedat. Nam $153 \times 33\frac{1}{3}$ anni sunt 5100, adeo ut tribus interregnis relinquantur anni 942, atque primo interregno, cujus notatio in codicibus nostris excidit, tribuendi sint anni 522; quem numerum ab eo quem Megasthenes notaverit non longe abesse putaveris, quum secundo interregno vindicentur anni 300, numeri autem eo majores esse in id genus systematis chronologicis esse solent, quo majorem repræsentant antiquitatem. — Brahmanes vero Indorum ita statuunt, ut magna periodus (*mahajuga*), quæ nunc obtinet, cujusque major pars jam elapsa est, comprehendat annos deorum 12000 sive annos hominum 4,320,000 (12000×360; nam annus mortalibus est qui dies est apud cœlestes). Magna ista periodus in minores quattuor dispescitur hunc in modum :

	ann. deor.	ann. hom.
Satja (veritatis per.)	4800	17,28000
Tréta (sacrificiorum per.)	3600	12,96000
Dvapara (dubitationis per.)	2400	864000
Kali (peccatorum per.)	1200	432000
	12000	4320000

Priores periodi tres jam præterierunt; nunc obtinet *Cali* periodus, cujus initium vulgo ponunt in an. 3102 a. Ch., quamquam regum laterculi, qui inde ab hujus demum periodi initio continua serie exhibentur, in recentiora tempora deducunt. Etenim primus Magadhæ rex in *Kali* periodo est Sahadêvæ filius Somâpi, inde a quo usque ad Kandraguptam sive Sandracottum (cujus regni initium incidit in an. 317-312 a. C.) secundum Purana recensentur reges 44 vel 45, anni vero 1598; adeo ut initium periodi pertineat ad ann. 1915-1910 a. C. Ex alio computo pro 1598 annis nonnisi 1100 circiter anni numerantur (V. Lassen. *Ind. Alt.* I, p. 501 et *Zeitschft f. K. d. M.* V, p. 232 sq.). Accuratius hæc persequi ad nos parum pertinet, quum ratio qua Megasthenes singula adornaverit lateat. Ceterum annos Megasthenis 6042 non ad unam istam *Cali* periodum, sed ad quattuor Mahâjugæ partes referendos esse e

Κῦρον τὸν Καμβύσεω, καίτοι ἐπὶ Σκύθας ἐλάσαντα καὶ τἄλλα πολυπραγμονέστατον δὴ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίην βασιλέων γενόμενον τὸν Κῦρον· (11) ἀλλὰ Ἀλέξανδρον γὰρ ἐλθεῖν τε καὶ κρατῆσαι πάντων τοῖσιν ὅπλοισιν, ὅσους γε δὴ ἐπῆλθε· καὶ ἂν καὶ πάντων κρατῆσαι, εἰ ἡ στρατιὴ ἤθελεν. (12) Οὐ μὲν δὴ οὐδὲ Ἰνδῶν τινὰ ἔξω τῆς οἰκηίης σταλῆναι ἐπὶ πολέμῳ διὰ δικαιότητα.

X. Λέγεται δὲ καὶ τάδε, μνημήϊα ὅτι Ἰνδοὶ τοῖς τελευτήσασιν οὐ ποιέουσιν, ἀλλὰ τὰς ἀρετὰς γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἱκανὰς ἐς μνήμην τίθενται τοῖσιν ἀποθανοῦσι, καὶ τὰς ᾠδὰς αἳ αὐτοῖσιν ἐπᾴδονται. (2) Πολίων δὲ ἀριθμὸν οὐκ εἶναι ἂν ἀτρεκὲς ἀναγράψαι τῶν Ἰνδικῶν ὑπὸ πλήθεος· ἀλλὰ γὰρ ὅσαι παραποτάμιαι αὐτέων ἢ παραθαλάσσιαι, ταύτας μὲν ξυλίνας ποιέεσθαι· (3) οὐ γὰρ εἶναι ἐκ πλίνθου ποιεομένας διαρκέσαι ἐπὶ χρόνον τοῦ τε ὕδατος ἕνεκα τοῦ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ὅτι οἱ ποταμοὶ αὐτοῖσιν ὑπερβάλλοντες ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐμπιπλᾶσι τοῦ ὕδατος τὰ πεδία. (4) Ὅσαι δὲ ἐν ὑπερδεξίοισί τε καὶ μετεώροισι τόποισι, καὶ τούτοισιν ὑψηλοῖσιν, ᾠκισμέναι εἰσὶ, ταύτας δὲ ἐκ πλίνθου τε καὶ πηλοῦ ποιέεσθαι· (5) μεγίστην δὲ πόλιν ἐν Ἰνδοῖσιν εἶναι Παλίμβοθρα καλεομένην, ἐν τῇ Πρασίων γῇ, ἵνα αἱ συμβολαί εἰσι τοῦ τε Ἐραννοβόα ποταμοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω· τοῦ μὲν Γάγγεω, τοῦ μεγίστου ποταμῶν· ὁ δὲ Ἐραννοβόας τρίτος μὲν ἂν εἴη τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, μέζων δὲ τῶν ἄλλῃ καὶ οὗτος· ἀλλὰ ξυγχωρέει αὐτὸς τῷ Γάγγῃ, ἐπει-

ingressum : neque Cyrum Cambysis filium, quamvis is adversus Scythas exercitum duxerit et alioqui plurima molitus sit inter reges Asiæ. (11) Alexandrum vero in eas regiones venisse, omnesque armis subegisse ad quas pervenerit : ac ceteros omnes subacturum fuisse, nisi exercitus ulterius progredi recusasset. Sed neque Indorum quemquam extra patriam profectum esse ad bellum, propter justitiam.

X. Feruntur etiam hæc : non condere Indos monimenta mortuis; virtutes enim virorum ad perpetuandam post mortem memoriam sufficere existimant, et carmina quæ in eorum honorem canuntur. (2) Urbium vero Indicarum numerum præ multitudine compertum non esse : eas vero quæ juxta flumina aut mare sitæ sint, ex lignea materia constructas esse; (3) neque enim, si ex latere confectæ essent, longo tempore duraturas, tum propter imbres, tum quod amnes superatis ripis plana loca aqua repleant. (4) Quæ vero in superioribus et sublimioribus altisque locis positæ sint, ex lateribus et cæmento factas esse. (5) Maximam autem apud Indos urbem esse Palimbothra in Prasiorum finibus, ad Erannoboæ et Gangis fluminum confluentem : ac Ganges quidem maximus est omnium fluminum; Erannoboas autem tertius fortasse fuerit Indiæ fluminum, major tamen hic quoque aliarum terrarum fluviis, sed Gangi cedit, quum in eum aquam suam im-

---

tribus illis quæ fuisse dicit libertatis temporibus sive interregnis colligitur. Respondent hæc Indorum *antaris* (temporibus intermediis) vel *sandhjáncis* (crepusculis) 300 et 200 et 100 annos deorum complectentibus, quæ singulas mundi periodos distermitant (V. Lassen. l. l. p. 510). Aut igitur Megasthenes systema quoddam chronologicum, in quo ad modica temporum spatia res revocatæ erant, ex Indis accepit, aut ipse majores Indorum cyclos in minores redegit. || — 32. γῆν τῶν Ἰνδῶν D.

X, 8. μνημεῖα codd.; em. Dübn. || — 10. ἐς μνήμην ἱκανὰς A; ἱκανὰς om. L. || — 15. ἐκ πλίνθου] « latere non cocto, sed crudo, cujus et ap. Plinium mentio fit XXXV, c. 14 init. » Raphael. || — 21. ἐν ex A inseruit Dübner. || — Παλίνβοθρα C; ceteri codd. Παλίμβοθρα, ut Stephanus Byz. s. v.; Παλίβοθρα ap. Diodor. II, 39, Strabon. p. 70. 689. 690. 698. 702, Ptolemæus VII, 1, Plin. VI, 21 § 63, coll. VI, 22 § 69. ubi : *Jomanes per Palibothros* (i. e. per ditionem urbis) *decurrit*. Sanscrite urbs vocatur *Pâtaliputra* (i. e. filius floris *Pâtali*, sive *Bignoniæ suaveolentis*), apud nonnullos etiam *Pushpapura* seu *Kusumapura* (florum urbs). V. Lassen. l. l. p. 136. Situm ejus ex Megasthene (fr. 25) eodem modo descripsit Strabo p. 702 : ἐπὶ τῇ συμβολῇ τούτου (sc. τοῦ Γάγγου) τε καὶ τοῦ [excidit Ἐραννοβόα], ἄλλου ποταμοῦ, τὰ Παλίβοθρα ἱδρῦσθαι κτλ. Ab ostio Gangis usque ad Palibothra Megasthenes et Eratosthenes 6000 stadia, Patroclus vero 5000 stadia computarunt, referente Strabone p. 689. Patroclis rationes sequitur Plinius (VI, 21), 638 mill. pass. numerans. De Erannoboa fluvio v. supra. Sita urbs non longe ab hodierna *Patna*, ubi ruinæ *Patelputer* dictæ etiamnunc exstare perhibentur. Ita recte jam statuerat Rennelius (*Memoir of a map of Hindostan* p. 37). Quibus adde quæ monet Lassenius l. l. I, p. 137 : « Wilson (*Hindu theat.* II, p. 136. edit. alter.) giebt die Gründe für Patna aus dem Drama *Mudrárâxasa*. Ganz entschieden sind nun die Zeugnisse *Fahian's* und *Hiuan Thsang's*. Der erstere kommt nach *Palianfou* im Süden des Ganges nicht weit von *Vaicâli*, welches auf dem Nordufer lag, nahe œstlich vom Flusse Hilian oder der Gandaki, welche die Buddhisten *Svarn' avati* oder *Hiran' javati*, die goldene, nennen. Vier Jôg'ana von Vaicali ist der Zusammenfluss der *fünf* Strœme, von da ein Jôg'ana im Süden des Ganges ist *Pât'ali putra*. *Fœk. k.* p. 242. 250. 253. Der zweite fand die Stadt in Ruinen p. 386. Die Lage ist also sicher in der Næhe vom jetzigen Patna (Pattana, Stadt); wegen der Aenderung der Flussmündungen wird die genaue Stelle kaum mehr aufzufinden seyn. Das Fünfgemünde muss in einiger Breite verstanden werden; es werden Gangâ, Çôna, Sarajû, Gandaki und Pampan sein; der letzte mündet in die Gangâ bei Pathuba (Fr. Hamilton *East. Ind.* I, 12. *Futwa* der Karten.). » Falsas aliorum sententias, ut D'Anvillii, Robertsoni, Gibboni, Santo-Crucii, Wilfordii, Franklini, non est cur recenseamus. V. Lassen. l. l., Ritter. V, p. 508 sq. || — 22. Πρασίων] Γρασίων AD, Γαδρωσίων BC. De formis hujus nominis (sanscr. *prakjæ*, orientales) v. Fr. Megasth. p. 397 not. || — 24. ποταμῶν τοῦ μεγίστου B.

δὰν ἐμβάλλῃ ἐς αὐτὸν τὸ ὕδωρ. (6) Καὶ λέγει Μεγασθένης, μῆκος μὲν ἐπέχειν τὴν πόλιν κατ' ἑκατέρην τὴν πλευρὴν, ἵναπερ μακροτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς ᾤκισται, ἐς ὀγδοήκοντα σταδίους· τὸ δὲ πλάτος ἐς πεντεκαίδεκα· (7) τάφρον δὲ περιβεβλῆσθαι τῇ πόλι τὸ εὖρος ἑξάπλεθρον, τὸ δὲ βάθος τριήκοντα πήχεων· πύργους δὲ ἑβδομήκοντα καὶ πεντακοσίους ἐπέχειν τὸ τεῖχος καὶ πύλας τέσσαρας καὶ ἑξήκοντα. (8) Εἶναι δὲ καὶ τόδε μέγα ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, πάντας Ἰνδοὺς εἶναι ἐλευθέρους, οὐδέ τινα δοῦλον εἶναι Ἰνδόν. Τοῦτο μὲν Λακεδαιμονίοισιν ἐς ταὐτὸ συμβαίνει καὶ Ἰνδοῖσι· (9) Λακεδαιμονίοισι μέν γε οἱ εἵλωτες δοῦλοί εἰσι καὶ τὰ δούλων ἐργάζονται· Ἰνδοῖσι δὲ οὐδὲ ἄλλος δοῦλός ἐστι, μήτι γε Ἰνδῶν τις.

XI. Νενέμηνται δὲ οἱ πάντες Ἰνδοὶ ἐς ἑπτὰ μάλιστα γενεάς· ἐν μὲν αὐτοῖσιν οἱ σοφισταί εἰσι, πλήθεϊ μὲν μείους τῶν ἄλλων, δόξῃ δὲ καὶ τιμῇ γεραρώτατοι. (2) Οὔτε γάρ τι τῷ σώματι ἐργάζεσθαι ἀναγκαίη σφὶν προσκέεται, οὔτε τι ἀποφέρειν ἀπ' ὅτων πονέουσιν ἐς τὸ κοινόν· οὐδέ τι ἄλλο ἀνάγκης ἁπλῶς ἐπεῖναι τοῖσι σοφιστῇσιν, ὅτι μὴ θύειν τὰς θυσίας τοῖσι θεοῖσιν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἰνδῶν· (3) καὶ ὅστις δὲ ἰδίᾳ θύει, ἐξηγητὴς αὐτῷ τῆς θυσίης τῶν τις σοφιστέων τούτων γίνεται, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως κεχαρισμένα τοῖσι θεοῖσι θύσαντας. (4) Εἰσὶ δὲ καὶ μαντικῆς οὗτοι μοῦνοι Ἰνδῶν δαήμονες, οὐδὲ ἐφεῖται ἄλλῳ μαντεύεσθαι ὅτι μὴ σοφῷ ἀνδρί. (5) Μαντεύουσι δὲ ὅσα ὑπὲρ τῶν ὡρέων τοῦ ἔτεος καὶ εἴ τις ἐς τὸ κοινὸν συμφορὴ καταλαμβάνει· τὰ δὲ ἴδια ἑκάστοισιν οὔ σφιν μέλει μαντεύεσθαι, ἢ ὡς οὐκ ἐξικνεομένης τῆς μαντικῆς ἐς τὰ σμικρότερα, ἢ ὡς οὐκ ἄξιον ἐπὶ τούτοισι πονέεσθαι. (6) Ὅστις δὲ ἁμάρτοι ἐς τρὶς μαντευσάμενος, τούτῳ δὲ ἄλλο μὲν κακὸν γίνεσθαι οὐδὲν, σιωπᾶν δὲ εἶναι ἐπάναγκες τοῦ λοιποῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἐξαναγκάσει τὸν ἄνδρα τοῦτον φωνῆσαι, ὅτου ἡ σιωπὴ κατακέκριται. (7) Οὗτοι γυμνοὶ διαιτῶνται οἱ σοφισταὶ, τοῦ μὲν χειμῶνος ὑπαίθριοι ἐν τῷ ἡλίῳ, τοῦ δὲ θέρεος ἐπὴν ὁ ἥλιος κατέχῃ, ἐν τοῖσι λειμῶσι καὶ τοῖσιν ἕλεσιν ὑπὸ δένδρεσι μεγάλοισιν· ὧν τὴν σκιὴν Νέαρχος λέγει ἐς πέντε πλέθρα ἐν κύκλῳ ἐξικνέεσθαι, καὶ ἂν καὶ μυρίους ἀνθρώπους ὑπὸ ἑνὶ δένδρεϊ σκιάζεσθαι· τηλικαῦτα εἶναι ταῦτα τὰ δένδρεα. (8) Σιτέονται δὲ ὡραῖα καὶ τὸν φλοιὸν τῶν δένδρεων, γλυκύν τε ὄντα τὸν φλοιὸν καὶ τρόφιμον οὐ μεῖον ἤπερ

misit. (6) Ait porro Megasthenes longitudinem urbis esse ab utroque latere, qua longissime habitatur, stadiorum LXXX, latitudinem XV; (7) fossamque urbi circumductam, latitudine sex jugerum, altitudine cubitorum XXX, murum turres habere DLXX, portas LXIV. (8) Hoc etiam esse memorabile in India, omnes Indos liberos esse, neque ullum omnino Indum servum esse. Qua quidem in re Indis cum Lacedæmoniis convenit. (9) Lacedæmoniis tamen Helotes servi sunt, serviliaque munia obeunt; Indis vero neque alius servus est, nedum Indorum quisquam.

XI. Distinguuntur autem Indi omnes in septem potissimum genera hominum : quorum qui sophistæ sive sapientes appellantur, numero quidem reliquis inferiores sunt, sed honore et gloria præstantissimi. (2) Neque enim ad ulla opera quæ corpore præstantur adigi possunt : neque quicquam conferunt ad publicum usum ex iis quæ labore parant; neque, ut summatim dicam, ullius plane operis necessitas sophistis imposita est, nisi ut diis pro communi salute sacrificia faciant. (3) Et si quis privatim sacrificat, aliquis ex his sophistis interpres sacrificiorum ei adjungitur; tanquam aliter accepta diis sacrificia futura non sint. (4) Sunt vero etiam hi soli inter Indos divinandi periti : neque cuiquam divinatio permittitur nisi sapienti viro. (5) Vaticinantur autem de temporibus anni, aut si quæ publica calamitas immineat. De rebus privatis non vaticinantur, sive quod divinandi rationem ad res minores pertinere non putant, sive quod indignum credunt circa minutiora hæc laborare. (6) Quicunque autem ter divinando a vero aberrarit, huic nihil aliud pœnæ loco infligitur, quam quod ei deinceps silentium agere necesse est : neque est, qui cogat virum hunc vocem mittere, cui silentium imperatum fuerit. (7) Hi sophistæ nudi degunt. Hieme sub dio apricantur : æstate quum sol fervet in pratis et palustribus locis sub ingentibus arboribus. Quarum umbram Nearchus scribit ad quinque jugera in circuitu extendi, facileque dena hominum millia sub unius arboris umbra delitescere; tantæ magnitudinis esse eas arbores. (8) Fructibus vero maturis vescuntur corticibusque arborum,

— 1. ἐμβάλῃ vgo; ἐμβάλλῃ codd. ABCD. ‖ — 2. ἑκάστην pro ἑκατέρην C. Nonnulla, quæ Arrianus non habet, de Palimbothris præbet Strabo. l. l. ‖ — 9. ἐλευθέρους] « Idem habet Diodor II, 39 et Strabo p. 710. 712. Onesicritus (fr. 20) hoc proprium esse dixerat iis qui Musicano parebant. Servilia tractabant mulieres. » SCHMIEDER. ‖ — 12. οἱ om. A; εἵλωτες ACD. ‖ — τὰ δοῦλα A. ‖ — 13. μήτι] ABCD; μήτοι vgo.

XI. De septem Indorum ordinibus cf. Diodorus II, 40 sq., Strabo p. 703 sqq. (Megasthen. fr. 1 et 36). Adde quæ obiter monet Plinius VI, 12 § 66. Ceterum ordines Indorum quattuor parum accurate in septem ordines Megasthenes diduxit; de qua re v. not. ad Megasth. fr. p. 430, ac plura apud viros doctos qui Indorum res exposuerunt. ‖ — 17. τῷ σώματι ἐργάζεσθαι καὶ ἀναγκαίη σφὶν τῷ σώματι προσκέαται A; de forma προσκέαται, quam codd. omnes exhibent et in κέεται mutavit Dübner, v. Dindorf. De dialect. Herodot. p. XXXVIII. ‖ — 18. ὅτων] BC; ὅτῳ D; ὅτου vgo. ‖ — 19. ἄλλο om. A. ‖ — 21. τῶν om. ABD. ‖ — 22. γίγνεται C. ‖ — 24. μοῦνοι om. A. ‖ — 26. ὡραίων ABC. ‖ — 27. δὲ om. AD. ‖ — 28. ἢ om. ABCD, fort. recte. ‖ — 29. μικροτ. codd., et sic ubique; σμικρ. Dübn. ‖ — 31. τρεῖς BD. ‖ — 32. γίγνεσθαι CD. ‖ — 39. καὶ ante μ. om. BCD. De arbore, *fico Indica*, vid. Aristobulus et Onesicritus ap. Strabon. p. 694; Plin. VII, 2. XII, 11; Theoph. H. Pl. I, 7, 3. IV, 4, 4; Diod. XVII, 90; Lassen. *Ind. Alt.* I, p. 255 sqq. ‖ — 42. οὐ μεῖον om. L. ‖ —

αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων. (9) Δεύτεροι δ' ἐπὶ τούτοισιν οἱ γεωργοί εἰσιν, οὗτοι πλήθεϊ πλεῖστοι Ἰνδῶν ἐόντες· καὶ τούτοισιν οὔτε ὅπλα ἐστὶν ἀρήϊα οὔτε μέλει τὰ πολέμια ἔργα, ἀλλὰ τὴν χώρην οὗτοι ἐργάζονται· καὶ τοὺς φόρους τοῖσί τε βασιλεῦσι καὶ τῇσι πόλισιν, ὅσαι αὐτόνομοι, οὗτοι ἀποφέρουσι· (10) καὶ εἰ πόλεμος ἐς ἀλλήλους τοῖσιν Ἰνδοῖσι τύχοι, τῶν ἐργαζομένων τὴν γῆν οὐ θέμις σφιν ἅπτεσθαι, οὐδὲ αὐτὴν τὴν γῆν τέμνειν· ἀλλὰ οἱ μὲν πολεμέουσι καὶ κατακαίνουσιν ἀλλήλους ὅπως τύχοιεν, οἱ δὲ πλησίον αὐτῶν κατ' ἡσυχίην ἀροῦσιν ἢ τρυγῶσιν ἢ κλαδοῦσιν ἢ θερίζουσι. (11) Τρίτοι δέ εἰσιν Ἰνδοῖσιν οἱ νομέες, οἱ ποιμένες τε καὶ βουκόλοι, καὶ οὗτοι οὔτε κατὰ πόλιας οὔτε ἐν τῇσι κώμῃσιν οἰκέουσι. Νομάδες τέ εἰσι καὶ ἀνὰ τὰ οὔρεα βιοτεύουσι, φόρον δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τῶν κτηνέων ἀποφέρουσι· καὶ θηρεύουσιν οὗτοι ἀνὰ τὴν χώρην ὄρνιθάς τε καὶ ἄγρια θηρία.

XII. Τέταρτον δέ ἐστι τὸ δημιουργικόν τε καὶ καπηλικὸν γένος. Καὶ οὗτοι λειτουργοί εἰσι, καὶ φόρον ἀποφέρουσιν ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν σφετέρων, πλήν γε δὴ ὅσοι τὰ ἀρήϊα ὅπλα ποιέουσιν· οὗτοι δὲ καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ κοινοῦ προσλαμβάνουσιν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ γένεϊ οἵ τε ναυπηγοὶ καὶ οἱ ναῦταί εἰσιν, ὅσοι κατὰ τοὺς ποταμοὺς πλώουσι. (2) Πέμπτον δὲ γένος ἐστὶν Ἰνδοῖσιν οἱ πολεμισταί, πλήθεϊ μὲν δεύτερον μετὰ τοὺς γεωργούς, πλείστῃ δὲ ἐλευθερίῃ τε καὶ εὐθυμίῃ ἐπιχρεόμενον· καὶ οὗτοι ἀσκηταὶ μούνων τῶν πολεμικῶν ἔργων εἰσί. (3) Τὰ δὲ ὅπλα ἄλλοι αὐτοῖσι ποιέουσι, καὶ ἵππους ἄλλοι παρέχουσι· καὶ διακονέουσιν ἐπὶ στρατοπέδου ἄλλοι, οἵ τούς τε ἵππους αὐτοῖσι θεραπεύουσι καὶ τὰ ὅπλα ἐκκαθαίρουσι καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἄγουσι καὶ τὰ ἅρματα κοσμέουσί τε καὶ ἡνιοχεύουσιν. (4) Αὐτοὶ δέ, ἔστ' ἂν μὲν πολεμέειν δέῃ, πολεμέουσιν, εἰρήνης δὲ γενομένης εὐθυμέονται· καί σφιν μισθὸς ἐκ τοῦ κοινοῦ τοσόσδε ἔρχεται, ὡς καὶ ἄλλους τρέφειν ἀπ' αὐτοῦ εὐμαρέως. (5) Ἕκτοι δέ εἰσιν Ἰνδοῖσιν οἱ ἐπίσκοποι καλεόμενοι. Οὗτοι ἐφορῶσι τὰ γινόμενα κατά τε τὴν χώρην καὶ κατὰ τὰς πόλιας· καὶ ταῦτα ἀναγγέλλουσι τῷ βασιλέϊ, ἵναπερ βασιλεύονται Ἰνδοί, ἢ τοῖσι τέλεσιν, ἵναπερ αὐτόνομοι εἰσί· καὶ τούτοισιν οὐ θέμις ψεῦδος ἀναγγεῖλαι οὐδέν· οὐδέ τις Ἰνδῶν αἰτίην ἔσχε ψεύσασθαι. (6) Ἕβδομοι δέ εἰσιν οἱ ὑπὲρ τῶν κοινῶν βουλευόμενοι ὁμοῦ τῷ βασιλέϊ, ἢ κατὰ πόλιας ὅσαι αὐτόνομοι σὺν τῇσιν ἀρχῇσι. (7) Πλήθεϊ μὲν ὀλίγον τὸ γένος τοῦτό ἐστι, σοφίῃ δὲ καὶ δικαιότητι ἐκ πάντων προκεκριμένον· ἔνθεν οἵ τε ἄρχοντες αὐτοῖσιν ἐπιλέγονται καὶ ὅσοι νομάρχαι καὶ ὕπαρχοι καὶ θησαυροφύλακές τε καὶ στρατοφύλακες, ναύαρχοί τε καὶ ταμίαι, καὶ τῶν κατὰ γεωργίην ἔργων ἐπιστάται. (8) Γαμέειν δὲ ἐξ ἑτέρου γένεος οὐ θέμις, οἷον τοῖσι γεωργοῖσιν ἐκ τοῦ δημιουργικοῦ, ἢ ἔμπαλιν· οὐδὲ δύο τέχνας ἐπιτηδεύειν τὸν αὐτόν, οὐδὲ τοῦτο θέμις· οὐδὲ ἀμείβειν ἐξ ἑτέρου

quæ et dulces sunt et multi nutrimenti, perinde atque palmarum fructus. (9) Secundum genus hominum post sophistas sunt agricolæ, qui quidem numero reliquas Indorum tribus longe superant. Hi neque arma habent, quibus in bello utantur, neque bellicas res curant, sed agros colunt, et regibus liberisque urbibus tributa pendunt; (10) et si intestina inter Indos bella incidant, nec licet militibus manus injicere agricolis, neque ipsum agrum vastare; sed dum alii inter se bellum gerunt seseque mutuo interficiunt prout res dat, hi juxta illos tranquille aut arant aut fruges colligunt aut poma ab arboribus decutiunt aut messi vacant. (11) Tertium genus Indorum sunt pastores, sive opiliones sive bubulci, et hi neque urbes neque pagos inhabitant, sed vagabundi in montibus degunt, tributum vero et hi ex armentis et pecore pendunt, avesque et agrestes feras venantur.

XII. Quartum genus est opificum et negotiatorum. Et hi munera præstant atque ex operibus suis tributa persolvunt, iis exceptis qui arma bellica fabricantur; ii enim etiam ex publico mercedem accipiunt. In hoc genere sunt fabri navales et nautæ quotquot flumina navigant. (2) Quintum genus est militantium, multitudine quidem secundum post agricolas, sed maxime liberum atque alacre. Hi solas bellicas res exercent. (3) Arma alii ipsis conficiunt, et equos alii suppeditant, serviuntque his apud castra alii, qui et equos curant atque arma extergent et elephantos ducunt et currus instruunt ac gubernant. (4) Ipsi vero, quum bellandum est, bellant; constituta autem pace jucundam atque alacrem vitam degunt, tantumque stipendii eis ex publico datur, ut ex eo etiam alios commode alere possint. (5) Sextum genus est episcoporum sive inquisitorum, ut vocantur. Hi quid in urbibus, quid in agris agatur inquirunt, eaque regibus, si per reges gubernantur, aut magistratibus, si liberæ civitates sunt, denuntiant. His fas non est falsa pro veris denuntiare : neque Indorum quisquam mendacii unquam accusatus est. (6) Septimum genus est eorum qui de rebus ad commune pertinentibus consultant : idque vel cum rege, vel per urbes quæ liberæ imperium tenent, cum magistratibus. (7) Atque hi quidem numero pauci sunt, sed sapientia ac justitia reliquis præstant. Ex hoc genere magistratus et regionum præsides et præfecti et quæstores ac copiarum et classium duces, ac dispensatores et rerum rusticarum exactores deliguntur. (8) Conjugia inter hos ordines promiscua fieri nefas est. Neque enim licet exempli causa agricolæ ex opificum ordine uxorem ducere, nec contra. Neque uni duas artes exercere fas est, neque ex uno genere in aliud transire, veluti agrico-

---

2. οὗτοι πλεῖστοί τε πλήθει Ἰνδ. A. || — 11. « An κλαδεύουσι? » *Dübn.*

XII, 26. χρεόμενον A. || — 33. δεῖ D. || — 41. ἀγγεῖλαι L. || — 43. κατὰ τὰς πόλιας A.

γένεος εἰς ἕτερον, οἷον γεωργικὸν ἐκ νομέος γενέσθαι, ἢ νομέα ἐκ δημιουργικοῦ. (9) Μοῦνον σφίσιν ἀνεῖται σοφιστὴν ἐκ παντὸς γένεος γενέσθαι· ὅτι οὐ μαλθακὰ τοῖσι σοφιστῇσιν εἰσὶ τὰ πρήγματα, ἀλλὰ πάντων ταλαιπωρότατα.

XIII. Θηρῶσι δὲ Ἰνδοὶ τὰ μὲν ἄλλα ἄγρια θηρία, κατάπερ καὶ Ἕλληνες· ἡ δὲ τῶν ἐλεφάντων σφὶν θήρη οὐδέν τι ἄλλῃ ἔοικεν, ὅτι καὶ ταῦτα τὰ θηρία οὐδαμοῖσιν ἄλλοισι θηρίοισιν ἐπέοικεν. (2) Ἀλλὰ τόπον γὰρ ἐπιλεξάμενοι ἄπεδον καὶ καυματώδεα ἐν κύκλῳ τάφρον ὀρύσσουσιν, ὅσον μεγάλῳ στρατοπέδῳ ἐπαυλίσασθαι. Τῆς δὲ τάφρου τὸ εὖρος ἐς πέντε ὀργυιὰς ποιέονται, βάθος τε ἐς τέσσαρας. (3) Τὸν δὲ χόον ὅντινα ἐκβάλλουσιν ἐκ τοῦ ὀρύγματος, ἐπὶ τὰ χείλεα ἑκάτερα τῆς τάφρου ἐπιφορήσαντες, ἀντὶ τείχεος διαχρέονται· (4) αὐτοὶ δὲ ἐπὶ τῷ χώματι τοῦ ἐπιχειλέος τοῦ ἔξω τῆς τάφρου σκηνάς σφιν ὀρυκτὰς ποιέονται, καὶ διὰ τουτέων ὀπὰς ὑπολείπονται· δι' ὧν φῶς τε αὐτοῖσι συνεισέρχεται καὶ τὰ θηρία προσάγοντα καὶ ἐσελαύνοντα ἐς τὸ ἕρκος σκέπτονται. (5) Ἐνταῦθα ἐντὸς τοῦ ἕρκεος καταστήσαντες τῶν τινας θηλέων τρεῖς ἢ τέσσαρας, ὅσαι μάλιστα τὸν θυμὸν χειροήθεες, μίαν εἴσοδον ἀπολιμπάνουσι κατὰ τὴν τάφρον, γεφυρώσαντες τὴν τάφρον· καὶ ταύτῃ χόον τε καὶ ποίην πολλὴν ἐπιφέρουσι τοῦ μὴ ἀρίδηλον εἶναι τοῖσι θηρίοισι τὴν γέφυραν, μή τινα δόλον ὀϊσθῶσιν. (6) Αὐτοὶ μὲν οὖν ἐκποδὼν σφᾶς ἔχουσι κατὰ τῶν σκηνέων τῶν ὑπὸ τῇ τάφρῳ δεδυκότες. Οἱ γὰρ ἄγριοι ἐλέφαντες ἡμέρης μὲν οὐ πελάζουσι τοῖσιν οἰκεομένοισι, νύκτωρ δὲ πλανῶνταί τε πάντῃ καὶ ἀγεληδὸν νέμονται τῷ μεγίστῳ καὶ γενναιοτάτῳ σφῶν ἑπόμενοι, κατάπερ αἱ βόες τοῖσι ταύροισιν. (7) Ἐπεὰν ὦν τῷ ἕρκεϊ πελάσωσι, τήν τε φωνὴν ἀκούοντες τῶν θηλέων καὶ τῇ ὀδμῇ αἰσθόμενοι, δρόμῳ ἵενται ὡς ἐπὶ τὸν χῶρον τὸν πεφραγμένον· ἐκπεριελθόντες δὲ τῆς τάφρου τὰ χείλεα εὖτ' ἂν τῇ γεφύρῃ ἐπιτύχωσι, κατὰ ταύτην ἐς τὸ ἕρκος ὠθέονται. (8) Οἱ δὲ ἄνθρωποι αἰσθόμενοι τὴν ἔσοδον τῶν ἐλεφάντων τῶν ἀγρίων, οἱ μὲν αὐτῶν τὴν γέφυραν ὀξέως ἀφεῖλον, οἱ δὲ ἐπὶ τὰς πέλας κώμας ἀποδραμόντες ἀγγέλλουσι τοὺς ἐλέφαντας ὅτι ἐν τῷ ἕρκεϊ ἔχονται· (9) οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπιβαίνουσι τῶν κρατίστων τε τὸν θυμὸν καὶ τῶν χειροηθεστάτων ἐλεφάντων, ἐπιβάντες δὲ ἐλαύνουσιν ὡς ἐπὶ τὸ ἕρκος, ἐλάσαντες δὲ οὐκ αὐτίκα μάχης ἅπτονται, ἀλλ' ἐῶσι γὰρ λιμῷ τε ταλαιπωρηθῆναι τοὺς ἀγρίους ἐλέφαντας καὶ ὑπὸ τῷ δίψεϊ δουλωθῆναι. (10) Εὖτ' ἂν δὲ σφίσι κακῶς ἔχειν δοκέωσι, τηνικαῦτα ἐπιστήσαντες αὖθις τὴν γέφυραν ἐλαύνουσί τε ὡς ἐς τὸ ἕρκος, καὶ τὰ μὲν πρῶτα μάχη ἵσταται καρτερὴ τοῖσιν ἡμέροισι τῶν ἐλεφάντων

lam ex pastore, aut pastorem ex opifice fieri. (9) Hoc tantum permittitur, sophistam ex quocumque genere fieri. Neque enim mollis est sophistarum vita, sed omnium laboriosissima.

XIII. Venantur autem Indi reliquas feras ut Græci : at elephantorum apud eos venatio nihil prorsus alii venandi modo similis est, siquidem et hæ feræ nullis similes sunt. (2) Deligunt venatores locum planum et apricum, magni exercitus capacem, in cujus circuitu fossam ducunt. Fossæ latitudo ad quinque orgyias est, altitudo autem circiter quatuor. (3) Terram, quam fodiendo eruunt, utrimque ad labra fossæ congerunt, eaque pro muro utuntur. (4) Ipsi autem in exterioris labri aggere tentoria sibi fossilia faciunt, et foramina in iis, per quæ lucum admittant, relinquunt, ipsique ex iis feras appropinquantes atque in septum ingredientes prospectant. (5) Tunc tres aut quatuor elephantos fœminei sexus ex mansuetissimis septo includentes, unum per fossam aditum relinquunt, fossa ponte juncta, quem multa terra et multo cespite sternunt, ne conspici a feris pons, et dolus sentiri possit. (6) Venatores autem remoti sese in cavernis pone fossam continent. Nam feri elephanti loca habitata interdiu non adeunt, noctu vero passim errantes gregatim pascuntur, eumque ducem sequuntur qui et maximus est et generosissimus, non aliter ac tauros vaccæ sequi cernuntur. (7) Postquam septis propiores facti fœminarum vocem audierunt, easque per odoratum cognovere, cursu feruntur ad septa, et fossæ labra circumeuntes quum ad pontem pervenerint, per eum in septa ruunt. (8) Venatores ubi ingressos feros elephantos sentiunt, alii continuo pontem subtrahunt, alii proximos pagos petentes elephantos septo inclusos esse nuntiant. (9) Quo cognito populares confestim elephantos animosissimos ac mansuetissimos conscendunt, atque ad septum accedunt. Nec tamen primo statim adventu cum agrestibus elephantis pugnam aggrediuntur, sed illos aliquamdiu fame macerari ac siti domari sinunt : (10) quumque jam languidiores factos vident, rursus immisso ponte septa ingrediuntur. Et primo quidem acre certamen fit inter domitos elephan-

XIII. De elephantorum venatione cum Nostris cf. Strabon. p. 704 et Diodor. II, 42 (Megasthen. fragm. p. 406 et 431 sqq.) et qui eodem Megasthene usus esse videtur Ælianus N. A. XII, 44. XIII, 7. 8. III, 46. In universum v. Ritter V, p. 903-923; Lassen. *Ind. Alt.* I, p. 303-315. || — 8. οὐδὲν τῇ ἄλλῃ BC. || — 13. δὲ om. A. || — 16. τοῦ ἐπὶ τοῦ χείλεος τοῦ ἔξω A; τοῦ ἐπὶ χείλεος BCD. Fortasse : τῷ ἐπὶ τοῦ χείλεος τ. ἔ. || — 27. ἔχουσι e conj. Raphaeli; ἐοῦσι codd. || — 28. οἱ γὰρ ἄγρ. L; οἱ δὲ ἄγρ. ABCD. || — 32. ἐὰν pro ἐπεὰν L. || — 33. αἰσθανόμενοι L. || — ἵενται ἐπὶ, misso ὡς, ABC. || — 39. ἐπιδραμόντες LD. || — 44. ταλαιπωρεῖσθαι L. || — 49. καρτερὴ D, κρατερὴ cett.

πρὸς τοὺς ἑαλωκότας· ἔπειτα κρατέονται μὲν κατὰ τὸ εἰκὸς οἱ ἄγριοι ὑπό τε τῇ ἀθυμίῃ καὶ τῷ λιμῷ ταλαιπωρεύμενοι. (11) Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων καταβάντες παρειμένοισιν ἤδη τοῖσιν ἀγρίοισι τοὺς πόδας ἄκρους συνδέουσιν· ἔπειτα ἐγκελεύονται τοῖσιν ἡμέροισι πληγῇσι σφᾶς κολάζειν πολλῇσιν, ἔστ' ἂν ἐκεῖνοι ταλαιπωρεύμενοι ἐς γῆν πέσωσι· παραστάντες δὲ βρόχους περιβάλλουσιν αὐτοῖσι κατὰ τοὺς αὐχένας, καὶ αὐτοὶ ἐπιβαίνουσι κειμένοισι. (12) Τοῦ δὲ μὴ ἀποσείεσθαι τοὺς ἀμβάτας μηδέ τι ἄλλο ἀτάσθαλον ἐργάζεσθαι, τὸν τράχηλον αὐτοῖσιν ἐν κύκλῳ μαχαιρίῳ ὀξέϊ ἐπιτέμνουσι, καὶ τὸν βρόχον κατὰ τὴν τομὴν περιδέουσιν, ὡς ἀτρέμα ἔχειν τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸν τράχηλον ὑπὸ τοῦ ἕλκεος. (13) Εἰ γὰρ ἐπιστρέφοιντο ὑπὸ ἀτασθαλίης, τρίβεται αὐτοῖσι τὸ ἕλκος ὑπὸ τῷ κάλῳ. Οὕτω μὲν ὦν ἀτρέμα ἴσχουσι, καὶ αὐτοὶ γνωσιμαχέοντες ἤδη ἄγονται κατὰ τὸν δεσμὸν πρὸς τῶν ἡμέρων.

XIV. Ὅσοι δὲ νήπιοι αὐτῶν ἢ διὰ κακότητα οὐκ ἄξιοι ἐκτῆσθαι, τούτους ἐῶσιν ἀπαλλάττεσθαι ἐς τὰ σφέτερα ἤθεα. (2) Ἄγοντες δὲ εἰς τὰς κώμας τοὺς ἁλόντας τοῦ τε χλωροῦ καλάμου καὶ τῆς ποίης τὰ πρῶτα ἐμφαγεῖν ἔδοσαν· (3) οἱ δὲ ὑπὸ ἀθυμίης οὐκ ἐθέλουσιν οὐδὲν σιτέεσθαι, τοὺς δὲ περιϊστάμενοι οἱ Ἰνδοὶ ᾠδαῖσί τε καὶ τυμπάνοισι καὶ κυμβάλοισιν ἐν κύκλῳ κρούοντές τε καὶ ἐπᾴδοντες κατευνάζουσι. (4) Θυμόσοφον γὰρ εἴπερ τι ἄλλο θηρίον ὁ ἐλέφας· καί τινες ἤδη αὐτῶν τοὺς ἀμβάτας σφῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντας ἄραντες αὐτοὶ ἐξήνεγκαν ἐς ταφὴν, οἱ δὲ καὶ ὑπερήσπισαν κειμένους, οἱ δὲ καὶ πεσόντων προεκινδύνευσαν· ὁ δέ τις πρὸς ὀργὴν ἀποκτείνας τὸν ἀμβάτην ὑπὸ μετανοίης τε καὶ ἀθυμίης ἀπέθανεν. (5) Εἶδον δὲ ἔγωγε καὶ κυμβαλίζοντα ἤδη ἐλέφαντα καὶ ἄλλους ὀρχεομένους, κυμβάλοιν τῷ κυμβαλίζοντι πρὸς τοῖν σκελοῖν τοῖν ἔμπροσθεν προσηρτημένοιν, καὶ πρὸς τῇ προβοσκίδι καλεομένῃ ἄλλο κύμβαλον· (6) ὁ δὲ ἐν μέρεϊ τῇ προβοσκίδι ἔκρουε τὸ κύμβαλον ἐν ῥυθμῷ πρὸς ἑκατέροιν τοῖν σκελοῖν· οἱ δὲ ὀρχεόμενοι ἐν κύκλῳ τε ἐχόρευον, καὶ ἐπαίροντές τε καὶ ἐπικάμπτοντες τὰ ἔμπροσθεν σκέλεα ἐν τῷ μέρεϊ ἐν ῥυθμῷ καὶ οὗτοι ἔβαινον, κατότι ὁ κυμβαλίζων σφίσιν ὑπηγέετο. (7) Βαίνεται δὲ ἐλέφας, ἦρος ὥρῃ, κατάπερ βοῦς ἢ ἵππος, ἐπεὰν τῇσι θηλέῃσιν αἱ παρὰ τοῖσι κροτάφοισιν ἀναπνοαὶ ἀνοιχθεῖσαι ἐκπνέωσι· κύει δὲ τοὺς ἐλαχίστους μὲν ἑκκαίδεκα μῆνας, τοὺς πλείστους δὲ ὀκτωκαίδεκα· τίκτει δὲ ἕν, κατάπερ ἵππος·

tos et feros captos : tandem superantur, ut par est, feri, languore et fame pressi. (11) Tum sessores ex elephantis in terram demissi languidis jam feris elephantis summos pedes colligant; dehinc domitis elephantis imperant, ut feros multis plagis castigent, donec verberibus defatigati in terram procidant. Tunc adstantes cervicibus eorum laqueos aptant, et ipsi prostratos inscendunt. (12) Ne vero sessores excutiant, neve aliud damni inferant, colla acuto gladiolo in circuitum proscindunt, vulnusque laqueo circumligant, ut præ ulcere et collum et caput immotum teneant. (13) Si enim pervicaciter reluctentur, fune ulcus teritur. Atque ita tandem quiete se habent, et victos sese agnoscentes ex vinculo ab domitis ducuntur.

XIV. Qui vero eorum immaturæ ætatis aut propter malam corporis constitutionem digni non sunt, qui possideantur, eos abire in loca ipsis consueta permittunt. (2) Ceteros captos in pagos ducunt, ac primum eos gramine et viridibus culmis pascunt. (3) Illi vero præ mœrore prorsus vesci nolunt. Indi autem circumstantes tympanorum ac cymbalorum pulsu cantuque eos exhilarant ac demulcent. (4) Intelligens enim, si quæ alia fera, est elephas. Et quidem nonnulli rectores suos in bellò cæsos sublatos ad sepulturam detulerunt; alii jacentes propugnarunt; alii pro sessoribus lapsis neci sese objecerunt; quidam quum per iram rectorem suum occidisset, pœnitentia et mœrore se confecit. (5) Vidi ego aliquando elephantum cymbalum pulsantem aliis saltantibus, duobus cymbalis ad anteriora crura appensis, alioque ad proboscidem alligato. (6) Ipse alternatim proboscide cymbalum in numerum ad utrumque crus pulsabat; reliqui in gyrum choreas ducebant, et sublatis flexisque prioribus cruribus vicissim in numerum etiam procedebant, prout si, qui cymbalum pulsabat, sono præibat. (7) Elephas venerem appetit verno tempore, quemadmodum bos aut equa, quum fœminis spiracula quædam circa tempora adaperta exspirant; fertque in utero fœtum minimum XVI menses, summum XVIII. Parit autem elephas unicum, sicut equa : atque hunc lacte

— 2. θυμῷ pro λιμῷ L. ‖ — 4. ἤδη om. A; dein τοῖς ἀγρίοισι BC; τοῖς τ' ἀγρ. LAD. ‖ — 6. ταλαιπωρούμενοι vgo contra codd. nostros. ‖ — 14. ἐπιστρέφοιντο, supra scripto περιστρ., A; περιστρ. cett. ‖ — 16. ὦν dedit Dubner. ex A, qui μὲν ἂν ἀτρ.; ceteri μὲν ἀτρέμα.

XIV, 18. διὰ κακότητα] « Addit Strabo seniores; eosque qui in stabula ducti, pedibus invicem vinctis collisque ad columnam valide infixam, fame adhuc domari, etc. » Schmieder. ‖ — 25. θυμόσοφον] « Explicat hoc Strabo : φύσει γὰρ διάκεινται πράως καὶ ἡμέρως ὥστε ἐγγὺς εἶναι λογικῷ ζῴῳ. Vel ut dicit Plinius VIII, 1, hoc animal *proximum humanis sensibus, quippe intellectus illis sermonis patrii et imperiorum obedientia, officiorumque quæ didicere memoria, amoris et gloriæ voluptas, imo vero (quæ et in homine rara) probitas, prudentia, æquitas.* » Idem. ‖ — 31. ἐγὼ καὶ A, quod mavult Dübner. ‖ — 42. ἀναπνοαὶ] « Strabo addit eos, non feminas solum, sed mares etiam, pingue quiddam emittere per spiramentum, quod circa tempora est. Plinius VIII, 5 : *Pudore nunquam nisi in abdito coeunt, mas quinquennis, fœmina decennis. Initur autem biennio, quinis, ut ferunt,*

καὶ τοῦτο ἐκτρέφει τῷ γάλακτι ἐς ἔτος ὄγδοον. (8) Ζῶσι δὲ ἐλεφάντων οἱ πλεῖστα ἔτεα ζῶντες ἐς διηκόσια· πολλοὶ δὲ νούσῳ προτελευτῶσιν αὐτῶν· γήραϊ δὲ ἐς τόσον ἔρχονται. (9) Καὶ ἔστιν αὐτοῖσι τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ἴημα τὸ βόειον γάλα ἐγχεόμενον, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας νούσους ὁ μέλας οἶνος πινόμενος, ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἕλκεσι τὰ ὕεια κρέα ὀπτώμενα καὶ καταπασσόμενα. Ταῦτα παρ' Ἰνδοῖσίν ἐστιν αὐτοῖσιν ἰήματα.

XV. Τοῦ δὲ ἐλέφαντος τὸν τίγριν πολλόν τι ἀλκιμώτερον Ἰνδοὶ ἄγουσι. Τίγριος δὲ δορὴν μὲν ἰδεῖν λέγει Νέαρχος, αὐτὸν δὲ τίγριν οὐκ ἰδεῖν· ἀλλὰ τοὺς Ἰνδοὺς γὰρ ἀπηγέεσθαι τίγριν εἶναι μέγεθος μὲν ἡλίκον τὸν μέγιστον ἵππον, τὴν δὲ ὠκύτητα καὶ ἀλκὴν οἵην οὐδενὶ ἄλλῳ εἰκάσαι· (2) τίγριν γάρ, ἐπεὰν ὁμοῦ ἔλθῃ ἐλέφαντι, ἐπιπηδᾶν τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐλέφαντος καὶ ἄγχειν εὐπετέως. (3) Ταύτας δὲ ἅστινας καὶ ἡμεῖς ὁρέομεν καὶ τίγριας καλέομεν, θῶας εἶναι αἰόλους καὶ μέζονας ἤπερ τοὺς ἄλλους θῶας. (4) Ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λέγει Νέαρχος μύρμηκα μὲν αὐτὸς οὐκ ἰδέειν, ὁποῖον δή τινα μετεξότεροι διέγραψαν γίνεσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, δορὰς δὲ καὶ τούτων ἰδεῖν πολλὰς ἐς τὸ στρατόπεδον κατακομισθείσας τὸ Μακεδονικόν. (5) Μεγασθένης δὲ καὶ ἀτρεκέα εἶναι ὑπὲρ τῶν μυρμήκων τὸν λόγον ἱστορέει, τούτους εἶναι τοὺς τὸν χρυσὸν ὀρύσσοντας, οὐκ αὐτοῦ τοῦ χρυσοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ φύσι γὰρ κατὰ τῆς γῆς ὀρύσσουσιν, ἵνα φωλεύοιεν, κατάπερ οἱ ἡμέτεροι οἱ σμικροὶ μύρμηκες ὀλίγον τῆς γῆς ὀρύσσουσιν· (6) ἐκείνους δέ, εἶναι γὰρ ἀλωπέκων μέζονας, πρὸς λόγον τοῦ μεγέθεος σφῶν καὶ τὴν γῆν ὀρύσσειν· τὴν δὲ γῆν χρυσῖτιν εἶναι, καὶ ἀπὸ ταύτης γίνεσθαι Ἰνδοῖσι τὸν χρυσόν. (7) Ἀλλὰ Μεγασθένης τε ἀκοὴν ἀπηγέεται, καὶ ἐγὼ ὅτι οὐδὲν τούτου ἀτρεκέστερον ἀναγράψαι ἔχω, ἀπίημι ἑκὼν τὸν ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λόγον. (8) Σιττακοὺς δὲ Νέαρχος μὲν ὡς δή τι θῶμα ἀπηγέεται ὅτι γίνονται ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, καὶ ὁκοῖος ὄρνις ἐστὶν ὁ σιττακός, καὶ ὅκως φωνὴν ἵει ἀνθρωπίνην. (9) Ἐγὼ δὲ ὅτι αὐτός τε πολλοὺς ὀπώπεα καὶ ἄλλους ἐπισταμένους οἶδα τὸν ὄρνιθα, οὐδὲν ὡς

suo in octavum usque annum nutrit. (8) Vivunt elephanti, qui plurimum, annos cc; multi vero ante hoc tempus morbo intereunt. Senectute vero ad hanc ætatem pertingunt. (9) Oculorum ægritudini remedium iis est lac bubulum infusum; reliquis morbis vinum nigrum epotum prodest, ulceribus autem carnes suillæ tostæ atque intritæ vulneribus. Hæc apud Indos morbis eorum remedia sunt.

XV. Tigrim vero Indi elephanto multo fortiorem esse censent. Ejus pellem se vidisse scribit Nearchus, feram ipsam nequaquam : Indos tamen narrare magnitudine esse maximi equi; tanta vero velocitate et robore, ut nulli alii feræ comparari possit. (2) Quando cum elephanto congrediatur, in caput ejus insilire, facileque strangulare. (3) Ceterum eas quas nos videmus et tigres vocamus, thoes esse maculosas, majores quam sint reliquæ thoes. (4) De formicis etiam scribit Nearchus, se quidem eas non vidisse, cujusmodi nonnulli tradant in India nasci; pelles tamen earum non paucas abs se visas, in castra Macedonum allatas. (5) Megasthenes certa veraque esse quæ de formicis scribuntur dicit : eas nimirum esse quæ aurum e terra effodiant, non quidem auri ipsius causa, sed ut sibi antra in quibus delitescant parent : quemadmodum nostræ etiam formicæ exiguæ quum sint, nonnihil terræ eruant; (6) illas vero, quippe quæ sint vulpibus majores, pro ratione magnitudinis terram quoque fodere, quæ aurum mistum habeat, et ex ea Indis aurum fieri. (7) Sed Megasthenes auditum narrat, ego vero quum nihil habeam certius quod ea de re scribere possim, libenter hunc de formicis sermonem missum faciam. (8) Psittacos autem Nearchus narrat, tanquam rem miram, apud Indos nasci : et cujusmodi avis sit psittacus describit, ac vocem humanam exprimere ait. (9) Ego quoniam multas ipse ejus generis aves vidi et alios scio nosse hanc avem, nihil de ea tanquam mirum narrabo, ne-

---

cujusque anni diebus, nec amplius. » Idem. || — 1. ὄγδοον] Strabo et Plinius sextum dicunt. Onesicritus ap. Strabonem decem annos eos in utero gestare dixit. Sed quod jam, Aristotele juvante, refutat Plinius. » Idem. || — 2. διηκόσια] « Onesicritus ad trecentesimum usque, paucos vero etiam ad quingentesimum. Circa ducentesimum eos esse robustissimos, eosque majores esse et validiores Libycis. Ultimum hoc etiam Plinius dicit VIII, 9 et Curtius VIII, 9, 17, et verum est. » Idem. || — 3. αὐτῶν om. AL. || — 7. κρέη A, iterumque c. 17, lin. 22.

XV, 12. ὑπηγέεσθαι BCD. De re cf. Megasthenes (fr. 10) ap. Strabonem p. 703, ubi tigres apud Prasios ait γίνεσθαι μεγίστους, σχεδὸν δέ τι καὶ διπλασίους λεόντων. Revera Bengaliam tantæ magnitudinis tigres (*Byaghras* sanscr.) exhibere, ut Arrianus non adeo exaggerasse rem putandus sit, censet Ritterus VI, p. 696. Schmiederus verba τὸν μέγιστον ἵππον de equis Tartariæ et Indiæ septentrionalis, qui inferiores magnitudine sunt nostris, intelligendum esse monet. || — 16. ταῦτα δὲ ἅστινας ABCD. Ceterum rectissime hæc Arrianus monet, quum Asia intra Indum sita tigrim non habeat. Bengalicus tigris a rege Indorum missus fuerit is quem Seleucum habuisse e Philemone narrat Athenæus XIII, p. 590 A. || — 20. μετεξέτεροι] ut Herodot. III, 102. De hoc animali Arriano accuratius agit Strabo p. 706. Vide Megasthenis fr. 39 (tom. II, p. 435) ibique notata et Agatharch. De m. Erythræo. § 68 p. 158 not. || — 21. γίγνεσθαι C. || — 26. φύσι] σφίσι codd ; em. Geier. || — τῆς om. D. || — φωλεύσοιεν ACD; φωλεύουσι mgo C. || — 28. ἐκείνους δὲ εἶναι ἀλ. μείζονες, καὶ πρὸς λόγον BC. || — 31. τε] A; om. cett. || — 33. σιττακούς] Cf. Ctesias p. 80; Curtius VIII, 9. || — 35. γίγνεσθαι C. || — 38. ἐπισταμένους] πετα-

ἀτόπου δῆθεν ἀπηγήσομαι· οὐδὲ ὑπὲρ τῶν πιθήκων τοῦ μεγέθεος, ἢ ὅτι καλοὶ παρ' Ἰνδοῖς πίθηκοί εἰσιν, οὐδὲ ὅκως θηρῶνται ἐρέω. Καὶ γὰρ ταῦτα γνώριμα ἐρέω, πλήν γε δὴ, ὅτι καλοί που πίθηκοί εἰσι. (10) Καὶ ὄφιας δὲ λέγει Νέαρχος θηρευθῆναι αἰόλους μὲν καὶ ταχέας· μέγεθος δὲ, ὃν μὲν λέγει ἑλεῖν Πείθωνα τὸν Ἀντιγένεος, πήχεων ὡς ἑκκαίδεκα· αὐτοὺς δὲ τοὺς Ἰνδοὺς πολὺ μέζονας τούτων λέγειν εἶναι τοὺς μεγίστους ὄφιας. (11) Ὅσοι δὲ ἰητροὶ Ἕλληνες, τούτοισιν οὐδὲν ἄκος ἐξεύρητο ὅστις ὑπὸ ὄφιος δηχθείη Ἰνδικοῦ· ἀλλ' αὐτοὶ γὰρ οἱ Ἰνδοὶ ἰῶντο τοὺς πληγέντας· καὶ ἐπὶ τῷδε Νέαρχος λέγει· συλλελεγμένους ἀμφ' αὐτὸν εἶχεν Ἀλέξανδρος Ἰνδῶν ὅσοι ἰητρικὴν σοφώτατοι, καὶ κεκήρυκτο ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ὅστις δηχθείη, ἐπὶ τὴν σκηνὴν φοιτᾶν τὴν βασιλέος. (12) Οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι καὶ τῶν ἄλλων νούσων τε καὶ παθέων ἰητροὶ ἦσαν. Οὐ πολλὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖσι πάθεα γίνεται, ὅτι αἱ ὧραι σύμμετροί εἰσιν αὐτόθι· εἰ δέ τι μέζον καταλαμβάνοι, τοῖσι σοφιστῇσιν ἀνεκοινοῦντο· καὶ ἐκεῖνοι οὐκ ἄνευ θεοῦ ἐδόκεον ἰῆσθαι ὅ τι περ ἰήσιμον.

XVI. Ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέονται, κατάπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δένδρεων, ὑπὲρ ὅτων μοι ἤδη λέλεκται. Τὸ δὲ λίνον τοῦτο ἢ λαμπρότερον τὴν χροιήν ἐστιν ἄλλου λίνου παντὸς, ἢ μέλανες αὐτοὶ ἐόντες λαμπρότερον τὸ λίνον φαίνεσθαι ποιέουσιν. (2) Ἔστι δὲ κιθὼν λίνεος αὐτοῖσιν ἔστε ἐπὶ μέσην τὴν κνήμην, εἶμα δὲ τὸ μὲν περὶ τοῖσιν ὤμοισι περιβεβλημένον, τὸ δὲ περὶ τῇσι κεφαλῇσιν εἱλιγμένον. (3) Καὶ ἐνώτια Ἰνδοὶ φορέουσιν ἐλέφαντος, ὅσοι κάρτα εὐδαίμονες· οὐ γὰρ πάντες Ἰνδοὶ φορέουσι. (4) Τοὺς δὲ πώγωνας λέγει Νέαρχος ὅτι βάπτονται Ἰνδοὶ, χροιὴν δὲ ὅτι ἄλλην καὶ ἄλλην, οἱ μὲν ὡς λευκοὺς φαίνεσθαι, οἵους λευκοτάτους, οἱ δὲ κυανέους· τοὺς δὲ φοινικέους εἶναι, τοὺς δὲ καὶ πορφυρέους, ἄλλους πρασοειδέας. (5) Καὶ σκιάδια ὅτι προβάλλονται τοῦ θέρεος ὅσοι οὐκ ἠμελημένοι Ἰνδῶν. Ὑποδήματα δὲ λευκοῦ δέρματος φορέουσι, περισσῶς καὶ ταῦτα ἠσκημένα· καὶ τὰ ἴχνεα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῖσι ποικίλα καὶ ὑψηλὰ, τοῦ μέζονας φαίνεσθαι. (6) Ὁπλίσιος δὲ τῆς Ἰνδῶν οὐκ ὡυτὸς εἷς τρόπος, ἀλλ' οἱ μὲν πεζοὶ αὐτοῖσι τόξον τε

que de simiarum magnitudine, vel quod pulchræ apud Indos simiæ sint, vel quomodo capiantur, dicam. Nota enim omnibus dixerim : præterquam fortasse quod pulchræ sint. (10) Scribit etiam Nearchus serpentes ibidem capi maculosos magnæque velocitatis, et eum quem Pithon Antigenis filius cepit, fuisse cubitorum circiter XVI : Indos vero affirmare, multo majores his apud se nasci eos qui maximi sint. (11) Neminem autem Græcorum medicorum remedium adversus morsum Indici serpentis invenisse : ipsos tamen Indos eos qui morsi essent curasse. Addit Nearchus Alexandrum Indos quotquot medicinæ peritissimi erant apud se habuisse, et per præconem in castris edictum fuisse, ut quisquis a serpente ictus esset, ad regis tabernaculum veniret. (12) Hi ipsi medici etiam reliquis morbis medebantur. · At non multi in India morbi grassantur, quod tempora anni bene temperata iis locis sunt. Si qua vero major vis ingrueret, sophistas consulebant, iique non sine numine, quicquid medicabile esset, curare videbantur.

XVI. Linea veste utuntur Indi, ut ait Nearchus, lino ex arboribus facto, de quibus mihi jam dictum est : et hoc quidem linum aut reliquis omnibus linis candidius est, aut nigri ipsi quum sint, faciunt ut candidius id quam est esse videatur. (2) Est autem ipsis subucula linea crure medio tenus : amiculum autem partim humeris circumjectum, partim capiti involutum. (3) Inaures etiam Indi gestant ex ebore, qui admodum locupletes sunt; neque enim vulgus iis utitur. (4) Barbas quoque variis coloribus fucare Indos Nearchus scribit, ut aliis quam maxime alba appareat, aliis fusca, aliis purpurea, aliis viridis. (5) Umbracula quoque præ se gestare æstate eos qui alicujus nominis sint. Calceos ex corio albo gestant, eosque accurate atque eleganter confectos; soleæ calceorum apud eos variis coloribus distinctæ sunt, et calcibus altioribus, quo proceriores esse videantur. (6) Armaturæ autem Indicæ non unus atque idem est modus. Pedites enim Indi arcum habent, ejusdem cum eo qui

---

μένους ABC. πεταμίους D. || — οἶδα] οἴδεα B, εἴδεα A, εἴδεαν C. || — ὡς om. C. || — 1. διηγήσομαι A. || — τῶν A; om. cett. || — οὐδὲ etc. usque ad verba πίθηκοί εἰσι om. D. De simiis Indicis earumque venatione cf. Strabo p. 703; Ælian. N. A. XVII, 39: XVI, 10 (Megasthenes fr. 10 et 11); Ctesias p. 80 et 88; Diodor. XVII, c. 90. De serpentibus cf. Megasthen. fr. 10; Onesicriti fr. 7 p. 50; Aristobuli fr. 32 p. 105; Diodor. XVII, 90; Ctesias p. 82 et 98; Pseudo-Callisthenes III, 10. || — 6. Πείθωνα] C; Πύθωνα cett. || — 10. ἐξεύρηται A. || — 11. τοὺς δηχθέντας A. || — 15. φ. τοῦ βασιλέως BD. || — 18. καταλαμβάνει DC, et D supra scripto καταλαμβάνοι.

XVI, 22. ὑπὲρ ὅτῳ (i. e. ὅτου) BC. Ceterum de arboribus liniferis vel, ut plerique dicunt, laniferis nihil legimus in antecc. Nam quæ c. 7, 3 de taba arbore exstant, huc non sunt trahenda. Aut igitur in cap. 7 nonnulla exciderunt, aut fefellit Arrianum memoria. Cf. de arboribus istis Aristobul. fr. 30 ex Strabon. p. 694; Onesicrit. fr. 22 a e Servio ad Virgil. Æn. I, 653; Herodot. III, 166. VII, 65; Theophrast. H. Pl. IV, 7; Plinius XII, 21; Bohlen *Indien* II, p. 168; Lassen. *Ind. Alt.* I, p. 250. || — 29. ἐλέφαντος... Ἰνδοὶ φορέουσι om. C. || — 32. ὅτι om. AD. et vulgo. || — 35. σκιάδια] cf. Strabo p. 709. « Descriptionem umbraculorum indicorum vide in Sprengelii *Geschichte der wicht. geogr. Entd.* p. 101. » SCHMIEDER. || — ὅσοι om. D. || — 40. εἷς om. A; ἦν pro εἷς BC. ||

ἔχουσιν, ἰσόμηκες τῷ φορέοντι τὸ τόξον, καὶ τοῦτο κάτω ἐπὶ τὴν γῆν θέντες καὶ τῷ ποδὶ τῷ ἀριστερῷ ἀντιβάντες, οὕτως ἐκτοξεύουσι, τὴν νευρὴν ἐπὶ μέγα ὀπίσω ἀπαγαγόντες· (7) ὁ γὰρ ὀϊστὸς αὐτοῖσιν ὀλίγον ἀποδέων τριπήχεος, οὐδέ τι ἀντέχει τοξευθὲν πρὸς Ἰνδοῦ ἀνδρὸς τοξικοῦ, οὔτε ἀσπὶς οὔτε θώρηξ οὔτε εἴ τι καρτερὸν ἐγένετο. (8) Ἐν δὲ τῇσιν ἀριστερῇσι πέλται εἰσὶν αὐτοῖσιν ὠμοβόϊνοι, στεινότεραι μὲν ἢ κατὰ τοὺς φορέοντας, μήκεϊ δὲ οὐ πολλὸν ἀποδέουσαι. Τοῖσι δὲ ἄκοντες ἀντὶ τόξων εἰσί. (9) Μάχαιραν δὲ πάντες φορέουσι, πλατέην δὲ καὶ τὸ μῆκος οὐ μέζω τριπήχεος· καί ταύτην, ἐπεὰν συστάδην καταστῇ αὐτοῖσιν ἡ μάχη (τὸ δὲ οὐκ εὐμαρέως Ἰνδοῖσιν ἐς ἀλλήλους γίνεται), ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν καταφέρουσιν ἐς τὴν πληγὴν, τοῦ καρτερὴν τὴν πληγὴν γενέσθαι. (10) Οἱ δὲ ἱππέες ἀκόντια δύο αὐτοῖσιν ἔχουσιν, οἷα τὰ σαύνια ἀκόντια, καὶ πέλτην σμικροτέρην τῶν πεζῶν. Οἱ δὲ ἵπποι αὐτοῖσιν οὐ σεσαγμένοι εἰσὶν, οὐδὲ χαλινοῦνται τοῖσιν Ἑλληνικοῖσιν χαλινοῖσιν ἢ τοῖσι Κελτικοῖσιν ἐμφερέως, (11) ἀλλὰ περὶ ἄκρῳ τῷ στόματι τοῦ ἵππου ἐν κύκλῳ ἔχουσι δέρμα ὠμοβόϊνον ῥαπτὸν περιηρτημένον· καὶ ἐν τούτῳ χάλκεα κέντρα ἢ σιδήρεα, οὐ κάρτα ὀξέα, ἔσω ἐστραμμένα· τοῖσι δὲ πλουσίοισιν ἐλεφάντινα κέντρα ἐστίν· ἐν δὲ τῷ στόματι σίδηρον αὐτοῖσιν οἱ ἵπποι ἔχουσιν, οἷόν περ ὀβελὸν, ἔνθεν ἐξηρτημένοι εἰσὶν αὐτοῖσιν οἱ ῥυτῆρες· (12) ἐπεὰν ὦν ἐπαγάγωσι τὸν ῥυτῆρα, ὅ τε ὀβελὸς κρατέει τὸν ἵππον, καὶ τὰ κέντρα, οἷα δὴ ἐξ αὐτοῦ ἠρτημένα, κεντέοντα οὐκ ἐᾷ ἄλλο τι ἢ πείθεσθαι τῷ ῥυτῆρι.

XVII. Τὰ δὲ σώματα ἰσχνοί τε εἰσὶν οἱ Ἰνδοὶ καὶ εὐμήκεες, καὶ κοῦφοι πολλόν τι ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. Ὀχήματα δὲ τοῖσι μὲν πολλοῖσιν Ἰνδῶν κάμηλοί εἰσι καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, τοῖσι δὲ εὐδαίμοσιν ἐλέφαντες. (2) Βασιλικὸν γὰρ ὄχημα ὁ ἐλέφας παρ' Ἰνδοῖσίν ἐστι· δεύτερον δὲ τιμῇ ἐπὶ τούτῳ τὰ τέθριππα, τρίτον δὲ αἱ κάμηλοι· τὸ δὲ ἐπ' ἑνὸς ἵππου ὀχέεσθαι ἄτιμον. (3) Αἱ γυναῖκες δὲ αὐτοῖσιν, ὅσαι κάρτα σώφρονες, ἐπὶ μὲν ἄλλῳ μισθῷ οὐκ ἄν τι διαμάρτοιεν, ἐλέφαντα δὲ λαβοῦσα γυνὴ μίσγεται τῷ δόντι· οὐδὲ αἰσχρὸν Ἰνδοὶ ἄγουσι τὸ ἐπὶ ἐλέφαντι μιγῆναι, ἀλλὰ καὶ σεμνὸν δοκέει τῇσι γυναιξὶν, ἀξίην τὸ κάλλος φανῆναι ἐλέφαντος. (4) Γαμέουσι δὲ οὔτε τι διδόντες

eum gestat longitudinis : atque hunc quidem ad terram obfirmantes sinistroque pede contranitentes, nervum longe retro adducunt, et sic sagittant. (7) Sagittis enim utuntur trium paulo minus cubitorum : nihilque est quod Indici sagittarii telum non penetret, non scutum, non thorax, aut aliud armaturæ genus quantumvis validum. (8) In sinistra peltas gerunt e crudo corio bubulo, angustiores quam ii qui eas gestant, longitudine propemodum æquales. Quibusdam vero jacula sunt loco arcuum. (9) Ensem omnes gestant, et latum, et trium cubitorum, non ultra, longitudine. Hunc, quum cominus pugna miscetur (quam quidem non facile Indi inter se ineunt), utraque manu demittunt, quo majorem plagam inferant. (10) Equites duobus jaculis utuntur, quæ verutis sunt similia : pelta minore quam pedites. Equi neque sellis insternuntur, neque frenis quæ Græcanicis aut Celticis similia sint cohibentur : (11) sed extremam faucium equi partem loro, quod ex crudo corio bubulo consutum est, circumvinciunt : ad hujus lori interiorem partem claviculos æneos aut ferreos non admodum acutos affigunt : locupletiores eburneis utuntur. In ipsis equorum faucibus ferrum est, instar veru, cui habenæ alligantur. (12) Quando igitur adducunt habenas, veru equum cohibet, claviculique illi appensi pungentes habenis morem gerere cogunt.

XVII. Indi corporibus sunt graciles, proceri, multoque ceteris mortalibus leviores atque expeditiores. Vehuntur plerique camelis, equis et asinis : ditiores, elephantis. . (2) Regium enim apud Indos est elephanto vehi : proximus huic honor, quadrigis : tertius, camelis vhei. Uno equo vehi, vile est. (3) Mulieres apud eos, quæ castæ admodum sunt, non sane ulla mercede alia, quam elephanti, corrumpi se patiuntur.' Elephantum danti copiam sui faciunt. Neque hoc turpitudini vertitur, si elephanti mercede adducta mulier consuetudinem cum quoquam habeat : quin potius honorificum sibi ducunt, formæ suæ pulchritudinem elephanto dignam haberi. (4) Uxores ducunt nihil

— 1. τὸ ante τόξον om. BCD. De arcu Indico cf. Herodot VII, 65 || — 5. ἀντέξει A. « Contrarium dicit Curtius VIII, 9 : *Binûm cubitorum sagittæ sunt, quas emittunt majore nixu quam effectu. Quippe telum, cujus in levitate vis omnis est, inhabili pondere oneratur*(v. Herod. l. l.). Simile quid repetit VIII, 15. 19. » Schm. || — 6. οὔτε ὅ τι L ; οὔτε τι A. || — 7. τοῖς ἀριστεροῖσιν... ὠμοβόϊναι A. || — 14. τοῖν χεροῖν A. || — 16. δαύνια ABD. || — πέλτην τὴν σμ. codd.; art. ejecit Schmieder. || — 18. χαλιν. om. D. || — 19. ἢ τοῖσι κελτίσιν (κέλησιν mgo) C. || — 26. ἐπάγωσι A.

XVII, 30. οἱ ex A add. Dübner. || — 31. εὐμήκεες] « Hoc Diodorus XVII, c. 91 præcipue refert de Cathæis. Cf. Arrian. Exp. V, 4, ubi plerique Indorum proceritatem quinque cubitorum habere dicuntur. Ibidem etiam nigriores eos esse reliquis hominibus dicit præter Æthiopes, atque Alexandri tempore omnium Asianorum fortissimos. » Schmieder. || — 42. οὔτε τι διδόντες κτλ.] « Apud Indos non ubicunque idem mos erat matrimonia contrahendi. De alia gente intelligendus est Arrianus, de alia Strabo p. 709, « multas, scribens, nuptas habent, quas a parentibus accipiunt, pari boum emtas, alias obsequii, alias prolis ac voluptatis causa, et nisi castas esse cogant scortari licet. » Idem p. 714. Taxilorum incolas dicit, qui filias præ inopia locare non possint, in ipso ætatis flore in forum

οὔτε λαμβάνοντες, ἀλλὰ ὅσαι ἤδη ὡραῖαι γάμου, ταύτας οἱ πατέρες προάγοντες ἐς τὸ ἐμφανὲς κατιστᾶσιν ἐκλέξασθαι τῷ νικήσαντι πάλην ἢ πὺξ ἢ δρόμον, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ ἀνδρίην προκριθέντι. (5) Σιτοφάγοι δὲ καὶ ἀροτῆρες Ἰνδοί εἰσιν, ὅσοι γε μὴ ὄρειοι αὐτῶν· οὗτοι δὲ τὰ θήρεια κρέα σιτέονται. (6) Ταῦτά μοι ἀπόχρη δεδηλῶσθαι ὑπὲρ Ἰνδῶν, ὅσα γνωριμώτατα Νέαρχός τε καὶ Μεγασθένης, δοκίμω ἄνδρε, ἀνεγραψάτην· (7) ἐπεὶ δὲ οὐδὲ ἡ ὑπόθεσίς μοι τῆσδε τῆς ξυγγραφῆς τὰ Ἰνδῶν νόμιμα ἀναγράψαι ἦν, ἀλλ' ὅπως γὰρ παρεκομίσθη Ἀλεξάνδρῳ ἐς Πέρσας ἐξ Ἰνδῶν ὁ στόλος, ταῦτα δή μοι ἐκβολὴ ἔστω τοῦ λόγου.

XVIII. Ἀλέξανδρος γάρ, ἐπειδή οἱ παρεσκεύαστο τὸ ναυτικὸν ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπεω τῇσιν ὄχθῃσιν, ἐπιλεγόμενος ὅσοι τε Φοινίκων καὶ ὅσοι Κύπριοι ἢ Αἰγύπτιοι εἵποντο ἐν τῇ ἄνω στρατηλασίῃ, ἐκ τούτων ἐπλήρου τὰς νέας, ὑπηρεσίας τε αὐτῇσι καὶ ἐρέτας ἐπιλεγόμενος, ὅσοι τῶν θαλασσίων ἔργων δαήμονες. (2) Ἦσαν δὲ καὶ νησιῶται ἄνδρες οὐκ ὀλίγοι ἐν τῇ στρατιῇ, οἷσι ταῦτα ἔμελε, καὶ Ἴωνες καὶ Ἑλλησπόντιοι. (3) Τριήραρχοι δὲ αὐτῷ ἐπεστάθησαν, ἐκ Μακεδόνων μὲν Ἡφαιστίων τε Ἀμύντορος καὶ Λεοννάτος ὁ Εὔνου καὶ Λυσίμαχος ὁ Ἀγαθοκλέους καὶ Ἀσκληπιόδωρος ὁ Τιμάνδρου καὶ Ἄρχων ὁ Κλεινίου καὶ Δημόνικος ὁ Ἀθηναίου

vel dantes vel accipientes : sed quotquot jam maturæ viro fuerint, adducuntur a parentibus in publicum, ut is qui lucta vicerit aut pugilatu aut cursu, vel alia quapiam virtute reliquis antecelluerit, eam sibi quam volet deligat. (5) Plerique vero Indi arationem exercent et frumento vescuntur, exceptis montanis qui ferinas carnes edunt. (6) Atque hæc quidem mihi de Indis exposuisse sufficiat, quæ tanquam præcipua Nearchus et Megasthenes viri graves de iis conscripserunt. (7) Quum enim mihi hoc opere propositum non fuerit Indorum mores atque instituta describere, sed quo pacto Alexandro ex Indis in Persas classis prætervexerit, hæc mihi sint loco excursus in narrando.

XVIII. Alexander enim parata jam ad Hydaspis ripas classe, collectis omnibus Phœnicibus et Cypriis aut Ægyptiis qui in expeditione versus orientem secuti fuerant, ex iis naves implevit, delectis ministris ac remigibus, qui rerum navalium peritissimi essent. (2) Erant vero etiam in exercitu insulares non pauci iis in rebus bene versati, Ionesque ac Hellespontii. (3) Trierarchos vero constituit : ex Macedonibus quidem Hephæstionem Amyntoris filium, Leonnatum Eunoi (*Anteæ?*), Lysimachum Agathoclis, Asclepiodorum Timandri, Archontem Cliniæ, Demonicum

---

eas producere cum tuba et classicis, quibus bello signum dari solet. Tum multitudine convocata, si quis accedit, primum puellæ posteriora humero tenus detegi, postea vero anteriora; et ubi placuerit certis conditionibus approbatis matrimonium contrahi. Apud Cathæos Diodorus XVII, c. 91 dicit in matrimoniis, posthabita dote reliquoque apparatu pretioso, ad pulcritudinem solummodo et proceritatem corporis respici. Idem hoc descripsit Curtius IX, 1, 26. » SCHMIEDER. || — 5. εἰσὶν om. L. || — 9. δὲ ante οὐδὲ om. A. || — 12. ταῦτα δὲ ἐκβολή μοι ἔστω ABC, nisi quod ἐμβολή A.; ταῦτα δέ μοι ἐκβολή μοι ἔστω D.

XVIII, 15. Φοίνικες D. Carum mentio h. l. desideratur. Cf. Anab. VI, 1, 6 : αἱ δὲ ὑπηρεσίαι αὐτῷ ἐς τὰς ναῦς ξυνεπληρώθησαν ἐκ τῶν συνεπομένων τῇ στρατιᾷ Φοινίκων καὶ Κυπρίων καὶ Καρῶν καὶ Αἰγυπτίων. || — 20. τριήραρχοι] « Hoc nomen vertunt : *triremium ductores*. Constituti vero sunt, antequam classis in Hydaspe solveretur. Debuissent igitur ii, qui hic nominantur, saltem dum in Indo classis veheretur, singuli navibus præesse. Quod non est. Nam, præter alios paucos, de Hephæstione et Cratero certissimum est, eos navem non conscendisse, nisi ubi fluvius erat transmittendus. Uterque enim exercitum in ripa utraque ejus fluvii ducebat, in quo classis navigabat. Si vero hos trierarchas navium in itinere maritimo ductores fuisse putas, multo minus hoc verum est. Nam præter jam commemoratos de Leonnato quoque aliisque multis certissimum est, eos apud Alexandrum, non in navibus fuisse. In expeditione maritima præter Nearchum nominantur modo Onesicritus et Archias; reliqui vero vel honoris causa triremium ductores appellati sunt, vel tam diu modo in navibus fuere quam Alexander, i. e. usque ad Indi ostia; ut Nearchus ob vanitatem aliquam eos tantummodo navium ductorum nominaverit, qui jam celebres fuere, et aliquamdiu singulis navibus præerant. Talis vero nominum recensus nulli usui est. Nominandi erant, qui in itinere maritimo ac periculoso navibus ipsi præerant. Diligenter describendus erat numerus earum navium, quæ Nearchum comitabantur; quem magnum fuisse verosimile non est, partim quia multos rei navalis peritos in Alexandri exercitu fuisse credi non potest, partim, quia parum auxilii ex eo littore sperandum erat, partim quia aperte periculosa erat expeditio et a paucis idem observari poterat, quod a multis. Quid vero vetat, ut vocem τριήραρχοι ea significatione accipiamus, quæ apud Athenienses obtinuit? Athenis enim onus erat civium ditissimorum, ut ad bella maritima suo sumtu triremes vel ædificarent, vel saltem omni apparatu instruerent; iique vocabantur trierarchæ. Alexander naves jam habuisse videtur. Naves vero non fuerunt triremes, sed τριηκόντοροι. Jussit igitur, ut, qui hic nominantur, naves instruerent, vel impensis Alexandri ipsius, et tunc cura modo rei eis tradita erat, vel, quod mihi (non item Vincento in *Commerce and navigation etc.* t. I, p. 117) verosimilius, suo quisque sumtu. Tunc mirum non est, si nomina eorum, quorum sumtibus et cura naves instruerentur, posteritati traderentur. Simili modo, ut Athenis, ad certamina scenica non Alexander sumtus præbebat, sed alii et quidem ditiores subditorum. Cujus rei exemplum vide in Plutarchi Vita Alex. c. 29. De celebrioribus virorum nominatorum vide indicem nominum propriorum in editione Expeditionis. » SCHMIEDER. || — 22. ὁ Εὔνου] In Exped. III, 5, 5 habes Λεοννάτον τὸν Ὀνάσου; ib.

καὶ Ἀρχίας ὁ Ἀναξιδότου καὶ Ὀφέλλας Σειληνοῦ καὶ Τιμάνθης Παντιάδου· οὗτοι μὲν Πελλαῖοι. (4) Ἐκ δὲ Ἀμφιπόλιος ἦγον οἵδε· Νέαρχος Ἀνδροτίμου, ὃς τὰ ἀμφὶ τῷ παράπλῳ ἀνέγραψε· καὶ Λαομέδων ὁ Λαρίχου, καὶ Ἀνδροσθένης Καλλιστράτου· (5) ἐκ δὲ Ὀρεστίδος Κράτερός τε ὁ Ἀλεξάνδρου καὶ Περδίκκας ὁ Ὀρώντεω. Ἐορδαῖοί τε Πτολεμαῖός τε ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόνους ὁ Πεισαίου. Ἐκ Πύδνης τε Μήτρων τε ὁ Ἐπιχάρμου καὶ Νικαρχίδης ὁ Σίμου· (6) ἐπὶ δὲ Ἄτταλός τε ὁ Ἀνδρομένεω, Στυμφαῖος, καὶ Πευκέστας Ἀλεξάνδρου, Μιεζεύς, καὶ Πείθων Κρατεύα, Ἀλκομενεύς, καὶ Λεοννάτος Ἀντιπάτρου, Αἰγαῖος, καὶ Πάνταυχος Νικολάου, Ἀλωρίτης, καὶ Μυλλέας Ζωΐλου, Βεροιαῖος· οὗτοι μὲν οἱ ξύμπαντες Μακεδόνες. (7) Ἑλλήνων δὲ Μήδιος μὲν Ὀξυνθέμιδος, Λαρισαῖος, Εὐμένης δὲ Ἱερωνύμου, ἐκ Καρδίης, Κριτόβουλος δὲ Πλάτωνος, Κῷος, καὶ Θόας Μηνοδώρου καὶ Μαίανδρος Μανδρογένεος, Μάγνητες· (8) Ἄνδρων δὲ Καβήλεω, Τήϊος, Κυπρίων δὲ Νικοκλέης Πασικράτεος, Σόλιος, καὶ Νιθάφων Πνυταγόρεω, Σαλαμίνιος. Ἦν δὲ δὴ καὶ Πέρσης αὐτῷ τριήραρχος, Βαγώας ὁ Φαρνουχέως· (9) τῆς δὲ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου νεὸς κυβερνήτης ἦν Ὀνησίκριτος Ἀστυπαλαιεύς· γραμματεὺς δὲ τοῦ στόλου παντὸς Εὐαγόρας Εὐκλέωνος, Κορίνθιος. (10) Ναύαρχος δὲ αὐτοῖσιν ἐπεστάθη Νέαρχος Ἀνδροτίμου· τὸ γένος μὲν Κρὴς ὁ Νέαρχος, ᾤκεε δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρυμόνι. (11) Ὡς δὲ ταῦτα ἐκεκόσμητο Ἀλεξάνδρῳ, ἔθυε τοῖσι θεοῖσιν ὅσοι τε πάτριοι ἢ μαντευτοὶ αὐτῷ, καὶ Ποσειδῶνι καὶ Ἀμφιτρίτῃ καὶ Νηρηΐσι καὶ αὐτῷ τῷ Ὠκεανῷ καὶ τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ, ἀπὸ τοῦ ὡρμᾶτο, καὶ τῷ Ἀκεσίνῃ, ἐς ὅντινα ἐκδιδοῖ Ὑδάσπης, καὶ τῷ Ἰνδῷ, ἐς ὅντινα ἄμφω ἐκδιδοῦσιν· (12) ἀγῶνές τε αὐτῷ μουσικοὶ καὶ γυμνικοὶ ἐποιεῦντο, καὶ ἱερήϊα τῇ στρατιῇ πάσῃ κατὰ τέλεα ἐδίδοτο.

XIX. Ὡς δὲ πάντα ἐξήρτυτο αὐτῷ εἰς ἀναγωγήν, Κράτερον μὲν τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ Ὑδάσπεω ἰέναι σὺν τῇ στρατιῇ ἐκέλευσε πεζικῇ τε καὶ ἱππικῇ· ἐς τὸ ἐπὶ

Athenæi, Archiam Anaxidoti, Ophellam Sileni, Timanthem Pantiadæ; hi Pellæi erant. (4) Ex Amphipoli hi duces fuerunt: Nearchus Androtimi filius, qui Paraplum conscripsit, Laomedon Larichi filius, Androsthenes Callistrati filius. (5) Ex Orestide Craterus Alexandri filius, et Perdiccas Orontis. Eordæi Ptolemæus Lagi filius et Aristonûs Pisæi. Ex Pydna Metron Epicharmi filius et Nicarchides Simi. (6) Præterea Attalus Andromenis filius Stymphæus atque Peucestas Alexandri, Miezeus: Pithon Crateuæ, Alcomeneus: et Leonnatus Antipatri, Ægæus: et Pantauchus Nicolai, Alorites: et Mylleas Zoili, Berœensis: hi quidem omnes Macedones. (7) Ex Græcis vero Medius Oxynthemidis filius, Larisæus: Eumenes Hieronymi, Cardianus: Critobulus Platonis, Cous: Thoas Menodori (Mandrodori?) filius, et Mæander (*Menander?*) Mandrogenis filius, hi Magnesii: (8) Andron Cabelei, Teius: ex Cypriis, Nicocles Pasicratis filius, Solius, et Nithaphon (*Nicocreon*) Pnytagoræ, Salaminius. Erat autem etiam Persa quidam triremi præfectus Bagoas Pharnuchæ filius. (9) Ipsius vero Alexandri triremis gubernator erat Onesicritus Astypalæensis. Scriba totius classis Euagoras Eucleonis filius, Corinthius. (10) Navarchum eis constituit Nearchum Androtimi filium. Erat hic Nearchus Cres genere, habitabat autem Amphipoli quæ ad Strymonem fluvium sita est. (11) His rebus ita constitutis, Alexander diis patriis, et quibus vates monebant, sacrum fecit, et Neptuno et Amphitritæ ac Nereidibus ipsique Oceano; Hydaspi quoque, unde solvebat; Acesini præterea, in quem Hydaspes influit, et Indo, in quem uterque fertur. (12) Certamina quoque musica et gymnica agebantur, et victimæ per singula agmina et turmas distribuebantur.

XIX. Omnibus itaque rebus ad navigandum paratis, Craterum ad alteram Hydaspis ripam cum exercitu equestri ac pedestri iter facere jubet; ab altera vero

---

VI, 28, 4; Λεοννάτον Ἀντέου, in Arrian. De success. Alex. § 2 p. 241 ed. Didot.: Λεοννάτος ὁ Ἄντους (Ἄνθους scr. Bekker in Photio p. 69, 12, false procul dubio). || — 3. ἦγον οἵδε· ἐκ Κρήτης Νέαρχ. codd., nisi quod ἐκ Κρήτης δὲ N. cod. B. Verba ἐκ Κρ. ejecit Schmieder., utpote glossam scribæ, qui Nearchum genere Cretensem fuisse notare voluerit. || — 4. Λαομέδων] Λαμπέδων codd.; correx. Schmieder ex Arr. Exp. III, 6, 5. De Androsthene cf. Script. rer. Alex. p. 72. || — 8. Πεισαίου] Νεισαίου et Νισαίου codd.; correx. editt. ex Exped. VI, 28, 2 (ubi Aristonous *Pellæus* dicitur) et Success. Alex. § 2. || — 8. Metronem habes ap. Curtium VI, 26. τε post Μήτρ. om. BC. || — 9. Nicarchidis nomen ex hoc loco Freinshemius reponendum censuit, et reposuit Mützell in Curtio V, 21, ubi codices *Nicarthidem, Niarchidem, Nichartidem.* || — 11. Μιέζεος A, Μιόζεος DC, Μειόζεως B. || — 11. Κρατευᾶ A, Κρατεᾶ BCD. In Exped. Pitho Eordæus est. || — 13. Μυχήλας A. || — 14. Βεροιέως AD; Βερροιέως B, Βεριέως C. || — 15. Λαρισαῖος BD, Δαρισαῖος C, Δαρεισαῖος A; Λαρισσαῖος vgo. || — 16. Καρίης C. || — 17. Μηνοδώρου] Μανδροδώρου in Exped. VI, 23. || — Μέανδρος BCD. Probabiliter leg. Μένανδρος, de quo bene constat aliunde. Deinde pro Μανδρογ. Blankardus voluit Ἀνδρογ., absque causa idonea. De Androne Tejo vid. Fr. Hist. t. II, p. 348. || — 20. Νιθάφων nomen corruptum videtur ex Νικοκρέων. Plutarch. Alex. 29: Νικοκρέων ὁ Σαλαμίνιος καὶ Πασικράτης ὁ Σόλιος. || — 21. Μαγώας codd.; em. editt. || — 23. Ἀστυπ. om. C. || — 28. ἔθυε κτλ. De eadem re cf. Exp. VI, 3, 1. || — 31. ἀπ' ὅτου C. || — ἐκδιδοίη codd.; em. Dübner.

XIX, 36. « Craterus in dextra Hydaspis ripa, Hephæstion in sinistra ibat. Cf. Exp. VI, 2, 4. 15, 7. » Schmieder. || — 36. τὰ om. D; τῇ om. BC. || — 37. στρατιῇ πεζῇ (πεζοὶ B) ἐκέλ. πεζ. ABCL.

θάτερα δὲ Ἡφαιστίων αὐτῷ παρεπορεύετο, σὺν ἄλλῃ στρατιῇ πλείονι ἔτι τῆς Κρατέρῳ συντεταγμένης. Καὶ τοὺς ἐλέφαντας Ἡφαιστίων αὐτῷ ἦγεν, ὄντας ἐς διηκοσίους. (2) Αὐτὸς δὲ τούς τε ὑπασπιστὰς καλεομένους ἅμα οἷ ἦγε, καὶ τοὺς τοξότας πάντας, καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἑταίρους καλεομένους· τοὺς πάντας ἐς ὀκτακισχιλίους. (3) Τοῖσι μὲν δὴ ἀμφὶ Κράτερον καὶ Ἡφαιστίωνα ἐτέτακτο, ἵνα προπορευθέντες ὑπομένοιεν τὸν στόλον. (4) Φίλιππον δὲ, ὅς αὐτῷ σατράπης τῆς χώρης ταύτης ἦν, ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὰς ὄχθας πέμπει, ἅμα στρατιῇ πολλῇ καὶ τοῦτον· (5) ἤδη γὰρ καὶ δώδεκα μυριάδες αὐτῷ μάχιμοι εἵποντο σὺν οἷσιν ἀπὸ θαλάσσης τε αὐτὸς ἀνήγαγε καὶ αὖθις οἱ ἐπὶ συλλογὴν αὐτῷ στρατιῆς πεμφθέντες ἧκον ἔχοντες, παντοῖα ἔθνεα βαρβαρικὰ ἅμα οἷ ἄγοντι, καὶ πᾶσαν ἰδέην ὡπλισμένα. (6) Αὐτὸς δὲ ἄρας τοῖσι νηυσὶ κατέπλωε κατὰ τὸν Ὑδάσπεα ἔστε ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίνου τε καὶ τοῦ Ὑδάσπεω τὰς συμβολάς. (7) Νέες δὲ αἱ σύμπασαι αὐτῷ ὀκτακόσιαι ἦσαν αἵ τε μακραὶ καὶ ὅσα στρογγύλα πλοῖα καὶ ἄλλα ἱππαγωγὰ καὶ σιτία ἅμα τῇ στρατιῇ ἄγουσαι. (8) Ὅκως μὲν δὴ κατὰ τοὺς ποταμοὺς κατέπλωσεν αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ ὅσα ἐν τῷ παράπλῳ ἔθνεα κατεστρέψατο, καὶ ὅκως διὰ κινδύνου αὐτὸς ἐν Μαλλοῖσιν ἦκε, καὶ τὸ τρῶμα ὃ ἐτρώθη ἐν Μαλλοῖσι, καὶ Πευκέστας τε καὶ Λεοννάτος ὅκως ὑπερήσπισαν αὐτὸν πεσόντα, πάντα ταῦτα λέλεκταί μοι ἤδη ἐν τῇ ἄλλῃ τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ. (9) Ὁ δὲ λόγος ὅδε τοῦ παράπλου μοι ἀπήγησίς ἐστιν, ὃν Νέαρχος σὺν τῷ στόλῳ παρέπλωσεν ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ τῶν ἐκβολέων ὁρμηθεὶς κατὰ

parte Hephæstion cum alio majore adhuc quam Craterus exercitu procedebat. Elephantos etiam ducebat Hephæstion, numero cc. (2) Ipse scutatos dictos secum ducebat, et sagittarios omnes et equites, quos amicos vocant; omnes erant ad VIII millia. (3) Atqui Cratero et Hephæstioni assignatum erat, ubi profecti classem præstolarentur. (4) Philippum vero, quem in ea regione præsidem constituerat, ad Acesinis fluvii ripas mittit, magnas etiam hunc copias ducentem. (5) Jam enim CXX M. militum eum sequebantur cum iis quos ex maritimis oris ipse adduxerat, et quos ii adduxerant, qui ad colligendum exercitum missi fuerant, barbaras omnis generis nationes secum ducentem, easque cujusvis generis armis instructas. (6) Ipse navibus solvens per Hydaspem ad Acesinis et Hydaspis confluentes navigavit. (7) Erant ei in universum naves DCCC, simul longæ, simul onerariæ aliæque vehendis equis et commeatui exercitus idoneæ. (8) Quonam vero pacto per flumina navigarit, et quot in ea navigatione gentes subjugarit, quodque periculum in Mallis incurrerit, et quomodo ibidem vulnus acceperit, quomodo etiam Peucestas et Leonnatus eum prostratum scutis suis protexerint : omnia hæc a nobis in altera historia, quam Attica lingua conscripsimus, commemorata sunt. (9) In hoc autem libro id tantum narro, quomodo Nearchus ab Indi ostiis solvens per

1. δὲ om. AD; δὲ καὶ Ἡφ. B. || — 2. τῆς τῷ Κρ. editt.; articulus deest in ABCD. || — 4. Cf. Exp. VI, 2, 3, ubi sic : αὐτὸς τοὺς ὑπασπιστάς τε ἅμα οἷ ξύμπαντας ἐπὶ τὰς ναῦς ἀνεβίβασε καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τὸ ἄγημα τῶν ἱππέων. || — 8. ἵνα πορευθέντες L. || — 9. Φίλιππον] Cf. Exp. VI, 2, 3. || — 12. δώδεκα μ.] « Sic Curtius VIII, 5, 4; sic etiam Plutarchus in Vit. Alex. c. 66 Alexandrum ex India redeuntem peditum 120,000, equitum 15000 habuisse tradit. » SCHMIEDER. || — 18. ὀκτακόσιαι] In Expedit. VI, 2 ex *Ptolemæo* ita tradit : ἦν δὲ τὸ ξύμπαν πλῆθος τῶν νεῶν, ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, τριακόντοροι μὲν ἐς ὀγδοήκοντα· τὰ δὲ πάντα πλοῖα σὺν τοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ κερκούροις καὶ ὅσα ἄλλα ποτάμια ἢ τῶν πάλαι πλεόντων κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἢ ἐν τῷ τότε ποιηθέντων οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν δισχιλίων. In quo numero nescio cujusnam error latere videtur, multumque abest ut cum Schmiedero putem hinc fortasse nostro loco rescribendum esse χίλιαι καὶ ὀκτακόσιαι. Clitarchus, qui exaggerare numeros solet, classem Alexandri nonnisi millium navium fuisse tradidit, ut liquet ex sectatoribus ejus, Curtio IX, 3: *mille navigiis aditurum oceanum*, et Diodoro XVII, 95 : τῆς δὲ ναυτικῆς παρασκευῆς συντελεσθείσης καὶ διακοσίων μὲν ἀφράκτων ἡτοιμασμένων, ὀκτακισχιλίων δὲ ὑπηρετικῶν. || — 21. διέπλευσεν A. || — 26. ἐν τῇ Ἀτ. ξυγγρ.] « De ordine, quo vehebatur classis vide VI, 3, 4. De strepitu magno tot navium remis vectarum, de Indis rem mirantibus et classem comitantibus 3, 5-9. Primis diebus itineris nihil magni momenti acciderat (4, 1-4.), donec perveniretur ad confluentem Acesinis et Hydaspis, ubi vehementiâ undarum utriusque fluvii collisarum classis magno periculo obnoxia erat (4, 5- c. 5, 1-9). Sequitur bellum cum Mallis, quos Alexander celeritate et vi opprimebat. Ibi quum Alexander oppidum aliquod oppugnaret, e muro solus in arcem desiliens, maximis periculis sese objecit, ut vix mortem effugeret. Descriptum est hoc bellum in Expedit. VI, 5, 13 usque ad c. 14, 6. Postea dederunt se Alexandro Abastani, Xathri, Ossadii, gentes ignotæ; Satrapa Indiæ usque ad Indi et Acesinis confluentem, ubi urbs conditur, constituitur Philippus c. 15, 1-5. Ad Sogdos deinde classe pervenitur, ubi iterum urbs condita; Satrapæ Indiæ ab Acesinis ostio usque ad mare fiunt Oxyartes et Python 15, 7-9. Deinde in potestatem redigitur Musicani, Oxycani et Sambi regio, c. 15, 10-17, 8. Cum parte exercitus per mediterranea remittitur Craterus c. 17, 6. Pervenitur ad Pattala, quæ occupantur, c. 17, 4-18, 4. Navigatio Alexandri per brachium dextrum Indi in mare c. 18, 5-19, 11; per brachium sinistrum c. 20. Sequitur iter terrestre Alexandri ab Indo retrorsum in Persidem. Principium navigationis in Indo fixit Vincent in XXIIImo Oct. 327 ante Chr. » SCHMIEDER.

τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν, ἣν δὴ Ἐρυθρὴν θάλασσαν μετεξέτεροι καλέουσι.

XX. Νεάρχῳ δὲ λέλεκται ὑπὲρ τούτων ὅδε ὁ λόγος· πόθον μὲν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκπεριπλῶσαι τὴν θάλασσαν τὴν ἀπὸ Ἰνδῶν ἔστε ἐπὶ τὴν Περσικήν, (2) ὀκνέειν δὲ αὐτὸν τοῦ τε πλόου τὸ μῆκος καὶ μή τινι ἄρα χώρῃ ἐρήμῳ ἐγκύρσαντες ἢ ὅρμων ἀπόρῳ ἢ οὐ ξυμμέτρως ἐχούσῃ τῶν ὡραίων, οὕτω δὴ διαφθαρῇ αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ οὐ φαύλη κηλὶς αὕτη τοῖσιν ἔργοισιν αὐτοῦ τοῖσι μεγάλοισιν ἐπιγινομένη τὴν πᾶσαν εὐτυχίην αὐτῷ ἀφανίσοι· ἀλλὰ ἐκνικῆσαι γὰρ αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίην τοῦ καινόν τι αἰεὶ καὶ ἄτοπον ἐργάζεσθαι. (3) Ἀπόρως δὲ ἔχειν, ὅντινα οὐκ ἀδύνατόν τε ἐς τὰ ἐπινοεύμενα ἐπιλέξαιτο, καὶ ἅμα τῶν ἐν νηῒ ἀνδρῶν, ὡς καὶ τῶν τοιοῦτον στόλον στελλομένων ἀφελεῖν τὸ δεῖμα τοῦ δὴ ἠμελημένως αὐτοὺς ἐς προὖπτον κίνδυνον ἐκπέμπεσθαι. (4) Λέγει δὴ ὁ Νέαρχος, ἑωυτῷ ξυνοῦσθαι τὸν Ἀλέξανδρον, ὅντινα προχειρίσηται ἐξηγέεσθαι τοῦ στόλου· ὡς δὲ ἄλλου καὶ ἄλλου εἰς μνήμην ἰόντα τοὺς μὲν ὡς οὐκ ἐθέλοντας κινδυνεύειν ὑπὲρ οὗ ἀπολέγειν, τοὺς δὲ ὡς μαλακοὺς τὸν θυμὸν, τοὺς δὲ ὡς πόθῳ τῆς οἰκηίης κατεχομένους, τοῖσι δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐπικαλέοντα· (5) τότε δὴ αὐτὸν ὑποστάντα εἰπεῖν, ὅτι Ὦ βασιλεῦ, ἐγώ τοι ὑποδέχομαι ἐξηγήσασθαι τοῦ στόλου, καὶ εἰ τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ξυνεπιλαμβάνοι, περιάξω τοι σώας τὰς νέας καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἔστε ἐπὶ τὴν Περσίδα γῆν, εἰ δὴ πλωτός τε ἐστὶν ὁ ταύτῃ πόντος καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἄπορον γνώμῃ ἀνθρωπίνῃ. (6) Ἀλέξανδρον δὲ λόγῳ μὲν οὐ φάναι ἐθέλειν ἐς τοσήνδε ταλαιπωρίην καὶ τοσόνδε κίνδυνον τῶν τινα ἑωυτοῦ φίλων ἐμβάλλειν, αὐτὸν δὲ ταύτῃ δὴ καὶ μᾶλλον οὐκ ἀνιέναι, ἀλλὰ λιπαρέειν. (7) Οὕτω δὴ ἀγαπῆσαί τε Ἀλέξανδρον τοῦ Νεάρχου τὴν προθυμίην, καὶ ἐπιστῆσαι αὐτὸν ἄρχειν τοῦ στόλου παντός·

oceanum magnum in sinum Persicum navigarit, quem quidem nonnulli mare Rubrum appellant.

XX. Nearchus de hac re ita scribit : Alexandro desiderium fuisse mare, quod ab Indis in Persiam usque patet, enavigare : (2) ceterum illum navigationis longinquitate deterritum fuisse, simulque veritum, ne in aliquam desertam regionem aut portu destitutam aut frugibus carentem delatam classem amitteret, ingensque hæc macula rebus præclare abs se gestis offusa omnem felicitatis gloriam obliteraret : vicisse tamen inusitatæ alicujus ac magnæ rei gerendæ cupiditatem. (3) Dubitasse autem quem perficiendis consiliis suis parem deligeret, simulque classiariorum causa, ut iis tam longinquam expeditionem facturis metum adimeret, sese neglectos in manifestum periculum mitti. (4) Nearchus igitur Alexandrum ait cum ipso deliberasse, quem potissimum classis ducem ac præfectum designaret : quumque diversorum meminisset, alios tanquam pro se periclitari nolentes, alios præ mollitie animi, alios tanquam patriæ desiderio occupatos recusasse, in aliis vero aliud reprehendisse. (5) Tum se operam suam pollicitum dixisse : Ego, o rex, classis gubernationem suscipiam, et si deus cœpta secundet, classem simul et militem sospites in Persidem ducam, si omnino ea regione mare navigabile fuerit, aut si id ulla ratione ab humano ingenio præstari possit. (6) Tum Alexandrum verbo negasse velle se in tantos labores tantaque pericula aliquem amicorum suorum conjicere : se vero eo etiam magis non remisisse, sed obnixe orasse; (7) ac tum demum Alexandrum Nearchi animum adeo promptum atque alacrem libenter amplexum esse, eumque universæ classi præfecisse : (8) ac tunc qui-

XX, 3. λέλεκται ὅδε λόγος BC. || — 7. ὅρμῳ codd.; em. Dübner. || — 10. ἐπιγιν. sic. B. ἐπιγενομένη vgo. || — 10. ἀφανίσῃ BC. || — καινόν τι etc.] « Alexandri desiderium navigationis ab Indo ad Euphratem usque, non, ut Nearchus, studio ridiculoso nova et reliquis hominibus inusitata gerendi tribuo; sed duæ rationes erant magni momenti, quæ navigationem suadebant; prima, ut cognosceret fines imperii sui austrum versus; fines enim septentrionales percurrerat ipse cum exercitu; fines orientem versus viderat ipse, dum per flumina navigaret; media inter fines septentrionales et meridionales ut cognosceret, misit Craterum ab Indo, ut per Asiam superiorem exercitum in Carmaniam duceret; fines meridionales, et litora Oceani indici cognoscenda restabant. Redibat igitur ab Indo itinere terrestri, non longe a littore; sed ea via ob deserta arenosa periculosissima erat, quam ob causam et propter gentes earum regionum indomitas præviderat sibi a terra littora cognoscendi occasionem non futuram, quod tamen commercii causa magni erat momenti. Misit ergo classem, ut littoris conditionem diligentissime perscrutaretur. Altera vero ratio expeditionis hujus navalis erat, ut commercio inter orientem et occidentem viam inveniret. Viderat Alexander, dum Tyrum oppugnaret, quantas opes suppeditaret commercium indicum. Condiderat deinde Alexandriam in Ægypto, primum quidem præsidii regionis causa; deinde vero quum Indiam intraret ejusque divitias miraretur, operæ pretium ei visum videtur, ut sibi commercium indicum acquireret. Videbat vero, quam difficiles essent merces indicæ itinere terrestri in occidentem transportatu; videbat sua experientia, non difficulter eas per Indum ad mare deferri posse. Intererat nunc scire, utrum etiam per mare in Persiam et Euphratem portari possent. Quod igitur ut disceret, misit Nearchum. Qui vero quum docuisset, invium non esse mare indicum, voluit Alexander ipse circum Arabiam in sinum arabicum navigare, partim ut Arabiam subigeret, partim ut videret, utrum naves statim ex Ægypto in Indiam pervenire possent. Sed mors citior consilia ejus interrupit. Si diutius vixisset, ipse forte Alexander Alexandriam suam commercio indico ditissimam factam vidisset. » Schmieder. || — 17. δὲ pro δὴ A. et κοινοῦσθαι L. et ingo C. || — 23. τότε δὴ αὐτὸν] αὐτὸν δὲ δὴ ταύτῃ δὴ L. || — 24. καὶ τὰ A. || — 27. ὁ ταύτης π. codd.;

(8) καὶ τότε δὴ ἔτι μᾶλλον τῆς στρατιῆς ὅτι περ ἐπὶ τῷ παράπλῳ τῷδε ἐτάσσετο, καὶ τὰς ὑπηρεσίας ἵλεω ἔχειν τὴν γνώμην, ὅτι δὴ Νέαρχόν γε οὔποτε ἂν Ἀλέξανδρος προήκατο ἐς κίνδυνον καταφανέα, εἰ μή σφι σωθήσεσθαι ἔμελλον· (9) λαμπρότης τε πολλὴ τῇ παρασκευῇ ἐπεοῦσα καὶ κόσμος τῶν νεῶν, καὶ σπουδαὶ τῶν τριηράρχων ἀμφὶ τὰς ὑπηρεσίας τε καὶ τὰ πληρώματα ἐκπρεπέες καὶ τοὺς πάντη δὴ πάλαι κατοκνέοντας ἐς ῥώμην ἅμα καὶ ἐλπίδας χρηστοτέρας ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἔργου ἐπηρκότα ἦν· (10) πολλὸν δὲ δὴ συνεπιλαβέσθαι ἐς εὐθυμίην τῇ στρατιῇ τὸ δὴ αὐτὸν Ἀλέξανδρον ὁρμηθέντα κατὰ τοῦ Ἰνδοῦ τὰ στόματα ἀμφότερα ἐκπλῶσαι ἐς τὸν πόντον, σφάγιά τε τῷ Ποσειδῶνι ἐντεμεῖν καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι, καὶ δῶρα μεγαλοπρεπέα τῇ θαλάσσῃ χαρίσασθαι· (11) τῇ τε ἄλλῃ τῇ Ἀλεξάνδρου παραλόγῳ εὐτυχίῃ πεποιθότας οὐδὲν ὅτι οὐ τολμητόν τε ἐκείνῳ καὶ ἐρκτὸν ἐξηγέεσθαι.

XXI. Ὡς δὲ τὰ ἐτήσια πνεύματα ἐκοιμήθη, ἃ δὴ τοῦ θέρεος τὴν ὥρην πᾶσαν κατέχει ἐκ τοῦ πελάγεος ἐπιπνέοντα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ταύτῃ ἄπορον τὸν πλόον ποιέοντα, τότε δὴ ὥρμηντο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Κηφισοδώρου, εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς, κατότι

dem magis jam exercitum qui ad hanc navigationem destinatus erat, et nautas quieto animo fuisse, quod persuasum haberent Alexandrum nulla ratione ad manifesta pericula Nearchum missurum, nisi ipsi servandi essent. (9) Summa vero apparatus magnificentia et navium ornatus studiaque trierarchorum egregia circa ministeria et socios navales vel eorum qui antea præ metu quam maxime cunctati erant, animos ad robur melioremque spem de omni conatu attollebant. (10) Multum præterea de metu ipsorum adimebat, quod Alexander ipse per utraque Indi ostia in mare navigasset et quod Neptuno cæterisque diis marinis hostias mactasset, eximiaque dona mari dedisset. (11) Cetera quoque et inusitata Alexandri felicitate confisi nihil esse dicebant, quod illi non sit audendum et perficiendum.

XXI. Quo igitur tempore etesiæ spirare desierant, qui quidem per integram æstatem ex mari in terram flantes navigationem impediunt, naves solverunt, archonte Athenis Cephisodoro, vicesimo die Boedromionis, quemadmodum Athenienses computant, ut vero

---

em. Schm. 1. ἐπὶ τῷ παράπλῳ] ἐν τῷ παράπλῳ L. || — 4. εἰ μὴ L; εἰ καὶ μὴ BCD. || — 7. ante Schmiederum editiones ἐκπληρώματα. || — 8. καὶ τοὺς πάλαι δὴ κατοκν. B. || — 11. ὁρμηθέντα κατὰ τοῦ Ἰνδοῦ κτλ.] Fusius hæc narrantur in Exp. VI, 19.

XXI, 18. ὡς τὰ ἐτήσια.. ἐκοιμήθη κτλ.] i. e. postquam desierat ventus, quem dicimus *la mousson de sud-ouest* (*la mousson d'été*), cujus in locum succedit *la mousson du nord-est* (*la mousson d'hiver*). Cf. Exp. VI, 21, 1 : ἦν δὲ ἐν μὲν τῷ τότε ἄπορος ἡ ὥρα ἐς τὸν πλοῦν· οἱ γὰρ ἐτήσιοι ἄνεμοι κατεῖχον, οἳ δὴ τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, οὐ καθάπερ παρ' ἡμῖν ἀπ' ἄρκτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης κατὰ νότον μάλιστα ἄνεμον ἵστανται. Ἀπὸ δὲ τοῦ χειμῶνος τῆς ἀρχῆς τὸ ἀπὸ Πλειάδων δύσεως ἔστε ἐπὶ τροπὰς ἃς ἐν χειμῶνι ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει πλόϊμα εἶναι ταύτῃ ἐξηγγέλλετο· τότε γὰρ κατὰ γῆν μᾶλλον, οἷα δὴ πολλῷ ὕδατι ἐξ οὐρανοῦ βεβρεγμένην, αὔρας ἵστασθαι μαλθακὰς καὶ ἐς τὸν παράπλουν ταῖς τε κώπαις καὶ τοῖς ἱστίοις ξυμμέτρους. Pluribus ventorum horum rationes exponit Vincentus l. l, quem sequens Schmiederus ita habet : « Sex menses æstivos in Oceano Indico inter Javoniam usque ad insulam Madagascar ventus spirat sicut Africus veterum ex plaga media inter meridiem et occasum; sex hibernos sicut boreas ex plaga media inter septentrionem et orientem. Ab hac via discedit interdum vel monte vel promontorio vel sinu coactus, et proxime litora plerumque ventis, qui vel a terra vel a mari quovis die per vices spirant, spatium relinquit. Brevitatis causa liceat mihi alterum vocare *Boream indicum*, alterum *Africum indicum*. Boreas indicus in ea regione incipit cum fluctuatione aliqua Octobri, sed firmus fit Novembri per quattuor menses. Tum iterum fluctuare incipit Martio, et firmus fit Africus Aprili vel Majo. Præter litora Gadrosiæ vero Novembri, Decembri et Januario Boreas indicus spirat firmiter ab oriente occasum versus. In eodem litore, sed propius terram, inter finem Octobris et medium Novembrem incipiunt venti per vices vel a terra vel a mari quotidie spirantes, et continuantur per quattuor menses. Ventus a mari flat a meridie usque ad mediam noctem; ventus a terra a media nocte usque ad meridiem, tempestate plerumque serena. Omnia hæc conspirabant ad faustam reddendam Nearchi navigationem. Quum enim Octobri navigare incepisset, post navigationem paucorum dierum coactus fuit prope promontorium Irum viginti quattuor dies manere, donec Boreas indicus firmior redderetur. Tunc vero in alto juxta litora, firmiter ab oriente occasum versus spirante borea Indico, navigare poterat, et si ad terram appelleret, ventus a terra quotidie ei sine periculo viam aperiebat in altum, et tempestas erat serena. » || — 21. Κηφισοδώρου κτλ.] Cephisodorum novimus archontem Ol. 114, 2. $\frac{323}{322}$ a. C. Verum quum ad hunc annum res referri nequeat, aut de nomine archontis erravit Arrianus, aut de Cephisodoro quodam archonte suffecto cogitandum est. Pertinere rem ad annum 325 a. C, Ol. 113, 4, Anticlis archontis, ex reliqua rerum Alexandri chronologia nunc computare solent (v. Clinton. F. Hell. tom. II, p. 174 et 563 edit. tert.). Arrianus rem ad annum 326 retulit; nam *undecimus* regis annus labitur inde ab Hecatombæone mense anni 326, Ol. 113, 3 (quo archon erat Chremes), adeo ut hujus anni auctumno Nearchus solverit. Eandem chronologiam secutum esse Diodorum (XVII, 110 sq.) inde efficitur quod bellum contra Cossæos hieme Olymp. 113, 4, archonte Anticle, gestum esse, atque vere ejusdem anni Alexandrum in Babylonem intrasse narrat. || — 22. εἰκάδι τ. Βοηδρομιῶνος] i. e. sec. Arriani computum die secundo Octobris an. 326 sive Olymp. 113, 3 (qui annus

Ἀθηναῖοι ἄγουσιν· ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον, ** τὸ ἑνδέκατον βασιλεύοντος Ἀλεξάνδρου. (2) Θύει δὲ καὶ Νέαρχος πρὸ τῆς ἀναγωγῆς Διὶ Σωτῆρι, καὶ ἀγῶνα ποιέει καὶ οὗτος γυμνικόν. Ἄραντες δὲ ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ κατὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ὁρμίζονται πρὸς διώρυχι μεγάλῃ, καὶ μένουσιν αὐτοῦ δύο ἡμέρας· Στοῦρα δὲ οὔνομα ἦν τῷ χώρῳ· στάδιοι ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου ἐς ἑκατόν. (3) Τῇ τρίτῃ δὲ ἄραντες ἔπλωον ἔστε ἐπὶ διώρυχα ἄλλην σταδίους τριήκοντα, ἁλμυρὴν ἤδη ταύτην τὴν διώρυχα·

Macedones et Asiani, ** undecimo ex quo Alexander regnabat anno. (2) Sacrificavit autem et Nearchus antequam navigationem susciperet Jovi Servatori, ludosque gymnicos etiam ipse edidit. Primo itaque die quum e statione solvissent, in Indo fluvio ad amplum quendam alveum appulerunt, loco Stura nomen est, distantem a statione stadiis circiter centum, biduoque ibi commorati sunt. (3) Tertio die inde moventes ad alium alveum triginta stadiis inde remotum pervenerunt, cujus aqua jam salsedinem maris referebat : mare

---

incipit d. 17 Julii). Paucis diebus post Nearchus solvit, si premere velis verba Strabonis p. 721 : καί φησιν ὁ Νέαρχος, ἤδη τοῦ βασιλέως τελοῦντος τὴν ὁδὸν, αὐτὸς μετοπώρου κατὰ Πλειάδος ἐπιτολὴν ἑσπερίαν ἄρξασθαι τοῦ πλοῦ, μήπω μὲν τῶν πνευμάτων οἰκείων ὄντων, τῶν δὲ βαρβάρων ἐπιχειρούντων αὐτοῖς καὶ ἐξελαυνόντων· καταθαρρῆσαι γὰρ, ἀπελθόντος τοῦ βασιλέως, καὶ ἐλευθεριάσαι. (*VI Idus Octobris Vergiliæ exoriuntur vespere*, Columell. R. R. XI, 2). Cf. Vincent. l. l. p. 40 et dissertationem docti astronomi ib. p. 544 sqq. Quodsi vero rem retuleris ad ann. 325, vicesimus Boedromionis dies responderet diei 21 Septembris. || — 2. ἦγον] Excidisse mentionem mensis Macedonici (Δίου) recte monent interpretes. || — 5. ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου] Arrianus h. l. in breve contraxisse videtur Nearchi narrationem, quod tum ex Strabonis loco laudato colligas, tum inde quod non a Pattalis fiat navigationis expositio, sed a navali 150 fere stadiis ab ipso mari dissito. Probabiliter intelligi auctor voluit Cillutam insulam, quam de Alexandro per hoc Indi brachium (nunc *Bouggaur*) oceanum petente agens memorat in Exped. VI, 19. Hæc erat insula : ἐς ἥντινα οἱ ἐπιχώριοι ἔφασκον ὁρμιστέα εἶναι αὐτῷ κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπὶ θάλασσαν. Κιλλουτὰ δὲ τῇ νήσῳ τὸ ὄνομα ἔλεγον. Ὡς δὲ ἐξηγγέλθη ὅτι ὅρμοι τε ἐν τῇ νήσῳ εἰσὶ, καὶ αὐτὴ μεγάλη καὶ ὕδωρ ἔχουσα, ὁ μὲν ἄλλος αὐτῷ στόλος ἐς τὴν νῆσον κατέσχεν· αὐτὸς δὲ σὺν ταῖς ἄριστα πλεούσαις τῶν νεῶν ἐπ᾽ ἔκεινα προὐχώρει, ὡς ἀπιδεῖν τοῦ ποταμοῦ τὴν ἐκβολὴν τὴν ἐς τὴν θάλασσαν. Προελθόντες δὲ ἀπὸ τῆς νήσου σταδίους ὅσον διακοσίους ἀφορῶσιν ἄλλην νῆσον, ταύτην ἤδη ἐν τῇ θαλάσσῃ. De eadem insula Plutarch. Alex. 66 : νῆσον, ἣν Σκιλλοῦστιν αὐτὸς ὠνόμασεν, ἕτεροι δὲ Ψιλτοῦτιν. Plinius VI, 26 § 96 Sillig., qui Nearchi navigationem e Juba, hic vero ex Onesicrito potissimum, ut videtur, adumbrat, ita habet : *Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina* (*omnia* add. Geier.) *habet mansionum nec spatia, primumque Xylenepolis* (*Exilenepolis* var. l.; an Ξυλίνη πόλις?) *ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, juxta quod flumen aut ubi fuerit, non satis explanatur*, in quibus nostrum navale ad Indum fluvium indicari Vincentus l. l. p. 192 suspicatur, non tamen verisimile est ob verba *juxta quod flumen ;* cogitandum potius de Alexandri portu, ubi 24 diebus commoratus est Nearchus, prosperum etesiarum flatum expectans. Quod Plinius locum ab Alexandro conditum dicit, nihil moror, quum simili errore Arbin urbem a Nearcho conditam narret. Ceterum de *Cilluta* ins. ejusque vicinia exscribere liceat verba Alexandri Burnes, qui quum in Indi ostio versus occasum ultimo, quod nunc *Pitti* vocatur, in ancoris subsisteret, lecto Arriano, accuratius loca circumspexit. Ita habet (*Travels into Bokhara* tom. I, p. 9. edit. sec.) : « The river did non exceed 500 yards in width, instead of the 200 stadia (furlongs) of Arrian, and the twelve miles, which more modern accounts had assigned to it, on the authority of the natives. But there was still some resemblance to the Greek author; for the hills over Curachee form with the intervening country a semicircular bay, in which an island and some sandbanks might lead a stranger to believe that the ocean was yet distant. » Deinde appositis Arriani de Cilluta insula verbis pergit Burnes : « The island (Cilluta), as it now exists, is scantily covered with herbage, and destitute of fresh water. In vain I sought an identity of name in the Indian dialect, for it was nameless : but it presented a safe place of anchorage; and, as I looked upon it, I could not but think it might be that Cillutas where the hero of Macedon, drawing up his fleet under a promontory, sacrificed to the gods. Here it was, too, that Nearchus caused a canal to be dug. » Velim paullo disertius Burnesium locutum esse; nam quænam hodie et ubinam sit insula quam pro Cilluta habuit, non prodidit auctor. Si quid intelligo, ante ostium fluvii in mari sitam aliquam insulam indicat; quod quidem cum Arriano minime quadraret. || — 4. ποιέει γυμνικὸν καὶ οὗτος vulgo; illud ABCD. || — 6. ὁρμίζονται ποταμὸν vulgo; illud BCD. || — 7. οὔνομα ἦν A. De *Stura* nomine aliunde non constat. || — 9. ὥστε pro ἔστε BC. || — 10. τὴν διώρυχα ταύτην A. De fossa ab Nearcho ducta cf. Burnes l. l. p. 10 : « The Greek admiral only availed himself of the experience of the people; for it is yet customary among the natives of Sinde to dig shallow canals, and leave the tides or river to deepen them ; and a distance of five stadia, or half a mile, would call for not great labour. It is not to be supposed that sandbanks will continue unaltered for centuries; but I may observe that there was a large bank contiguous to the island, between it and which a passage like that of Nearchus might have been dug with the greatest advantage. » Cur canalem fecerit Nearchus, colligas ex iis quæ de Pitti ostio habet Burnes. l. l. p. 210 : Beginning from the westward, we have the Pittee mouth, an embouchure of the Buggaur, that falls into what may be called the bay of Curachee. It has no bar; but a large sandbank, toge-

ἀνῄει γὰρ ἡ θάλασσα ἐς αὐτὴν, μάλιστα μὲν ἐν τῇσι πλημμυρῄσιν, ὑπέμενε δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἀμπώτεσι τὸ ὕδωρ μεμιγμένον τῷ ποταμῷ· Καύμανα δὲ οὔνομα ἦν τῷ χώρῳ. (4) Ἔνθεν δὲ εἴκοσι σταδίους καταπλώσαντες ἐς Κορέατιν ὁρμίζονται ἔτι κατὰ τὸν ποταμόν. (5) Ἔνθεν δὲ ὁρμηθέντες ἔπλωον οὐκ ἐπὶ πολλόν· ἕρμα γὰρ ἐφάνη αὐτοῖσι κατὰ τὴν ἐκβολὴν τὴν ταύτῃ τοῦ Ἰνδοῦ, καὶ τὰ κύματα ἐρρόχθεε πρὸς τῇ ἠϊόνι, καὶ ἡ ἠϊὼν αὕτη τραχέα ἦν. (6) Ἀλλὰ ἵναπερ μαλθακὸν ἦν τοῦ ἕρματος, ταύτῃ διώρυχα ποιήσαντες ἐπὶ σταδίους πέντε, διῆγον τὰς νέας, ἐπειδὴ ἡ πλήμμυρα ἐπῆλθεν ἡ ἐκ τοῦ πόντου. (7) Ἐκπεριπλώσαντες δὲ σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὁρμίζονται ἐς Κρώκαλα νῆσον ἀμμώδεα, καὶ μένουσι αὐτοῦ τὴν ἄλλην ἡμέρην· (8) προσοικέει δὲ ταύτῃ ἔθνος Ἰνδικὸν, οἱ Ἀράβιες καλεόμενοι, ὧν καὶ ἐν τῇ μέζονι ξυγγραφῇ

enim in eam accedente æstu se ingerit, aquaque flumini permista etiam recedente æstu manebat. Caumana is locus dicitur. (4) Inde viginti stadia provecti ad Coreatin etiamnum in flumine pervenerunt. (5) Hinc rursum moventes non multum navigarunt, scopulum conspicati ea parte qua Indus illic in mare fertur, et fluctus littori illidebantur cum truci et immani strepitu, littusque ipsum asperum erat. (6) Ceterum qua scopulo liber et mollior locus videbatur, fossa quinque stadiorum ducta, per eam naves traduxerunt, æstu marino accedente. (7) Inde stadia centum quinquaginta præternavigando emensi in Crocala arenosam insulam pervenerunt, ibique alterum diem commorati sunt. (8) Vicina huic insulæ loca incolunt Arabies, Indica gens, quorum etiam in majori opere mentionem

---

ther with an island outside, prevent a direct passage into it from the sea, and narrow the channel to about half a mile at its mouth. » || — 2. πλημμυρίῃσι l. l. codd.; sed mox § 6 et c. 29, 8 πλήμμυρα. || — τῇ ἀμπώτεσι D; τῇ ἀμπώτει BC || — 3. Καύμανα ABCD et vulgo ante Schmiederum, qui ex L recepit Κώμαρα. Unum ex Indi ostiis, in ea fere regione, quæ ad hanc navigationem spectat, situm appellatur *Khau*. Cui nomini an commune aliquid sit cum Καύμανα nostro, quæri possit. || — 3. οὔνομα ἦν A; οὔνομα om. D. || — 5. Κορέατιν] sic vulgo ante Schmiederum qui Κορέεστιν scrips. ex L; Κορεάτιν BC; Κοραχεάτην codex Bodlejanus. In D om. verba ἔνθεν δὲ εἴκοσι... τὸν ποταμόν. Locus aliunde non notus. || — 6. ἕρμα] Burnes l. l. p. 14 : « Near the mouth of the river we passed a rock stretching across the stream, which is particularly mentioned by Nearchus, who calls it a *dangerous rock*, and is the more remarkable, since there is not even a stone below Tatta in any other part of the Indus. » Idem p. 210 : « At a distance of six miles up the Pittee there is a rock stretching across the river. » || — 7. ἐφάνη αὐτοῖσι ἐφάνη A, eraso priore ἐφάνη. || — 8. ἐρρόχθεε] De æstus vehementia ex Arriani Exp. VI, 19 et Curtio IX, 2 et ex recentiorum viatorum narrationibus (Burnes l. l. p. 12 sq.; Hamilton *Descr. of Hindostan* I, p. 482) constat. || — 9. μαλθακὸν] Cf. Æschyl. ap. Strabon 4, p. 183 : ἑλέσθαι δ' οὔ τιν' ἐκ γαίας λίθον ἕξεις, ἐπεὶ πᾶς χῶρός ἐστι μαλθακός. || — 13. Κρώκαλα] Κρωκάλα et lin. 45 Κρωκέλων A. Plinius VI, 21 § 80 : *Extra ostium Indi Chryse et Argyre, fertiles metallis, ut credo; nam quod aliqui tradidere, aureum argenteumque iis solum esse haud facile crediderim. Ab iis XX M. p. latitudine(?) Crocala, ab ea XII M. p. Bibaga ostreis et conchyliis referta, dein Toralliba* (Δόμαι Arr.) *VIII m. p.* (60 stad. sec. Arr.) *a supra dicta multæque ignobiles.* Burnes l. l. p. 10 : « Having sailed from the mouth of the Indus, Nearchus came to a sandy island, called Crocala, and proceeded on his voyage, having the mountain Irus on his right hand. The topography is here more accurate : two sandy islands, called *Andry*, lie off Curachee, at a distance of eighteen miles from the Indus; and it is worthy of remark, that that portion of the Delta through which the Pittee runs is yet denominated *Crocola* by the natives. » Montium jugum quod supra *Kuratchi* urbem juxta oram currit et *Monze* promontorio in mare procurrit, Burnesius dicit (p. 9) : « a rocky range of black mountains, called Hala. » G. B. Kempthorne (*Notes made on an survey along the Eastern shores of the Persian Gulf in* 1828 *in Journal of the Lond. geogr. soc.* 1835 t. V, p. 264) Crocala insulam componit cum hodierna insula *Chulna* (*Charna, Chilni, Chi Meys*); quod admitti nequit. Nam Nearchi νῆσος ἀμμώδης minime cadit in « a small desolate rock, about two miles in circumference, rising abruptly from the sea in a conical shape in the hight of about two hunderd feet, and situated off Cape Monze four or five miles from the main land; » quibus verbis ipse Kempthornius *Chulna* insulam describit. Mitto reliqua quibus ista sententia refelli possit. Vincentus Crocala quærit in insula quæ in intimo illo est recessu, cui *Crotchey* s. *Kuratchy* urbs adjacet. Cum nostris rationibus consentit Gosselinus III, p. 132. || — 16. Ἀράβιες] Ἄραβες BC. Ἄρηβες D. Barbarum populi nomen varie ap. scriptores exaratur. Arrianus Exp. VI, 21, 4 habet Ἀραβίτας, ἔθνος αὐτόνομον περὶ τὸν Ἀράβιον (Ἄραβιν?) ποταμὸν νεμόμενοι. Item Stephan. (ex Arriano?) : Ἄραβις, ποταμὸς Ἰνδικῆς, ἐν αὐτονόμῳ χώρᾳ, περὶ ὃν οἰκοῦσιν Ἀραβῖται. Idem : Ἄρβις, ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς· ἔθνος Ἄρβιες ἢ Ἀραβῖται. Ptolemæus VI, 19 et 21 in codd. habet : Ἄρβιτα ὄρη', Ἀραβιτῶν (Ἀρβιτῶν v. l.) κῶμαι, Ἀράβιος (Ἀραβίου v. l.) ποταμοῦ ἐκβολαί. Marcianus p. 41 ed. Mill. : Ἄρβις πόλις; Ἀραβιτῶν κῶμαι· Ἀρτάβιος ποταμοῦ ἐκβολαί (ubi reponendum putaveris Ἀράβιος ex Ptolemæo, quippe, cujus vestigia Marcianus legere solet; attamen *Artabium* flumen habet etiam Ammian. Marcellin. 23, 6, 63). Strabo p. 720 : Ἄρβιες et Ἄρβις ποταμός. Plinius VI, 25, § 95 et 28 : *Arbiorum gens* et VII, 2 : *Arbis fluvius*. Dionys. Perieg. Ἄραβες (Ἄριβες in uno libro); Diodori codd. XVII, 104 : Ἀμβρίτας et Ἀβρίτας (unde Ἀρβίτας em. Voss.). Curtii codd. IX, 10, 5 corrupte : *Aboriton regionem*. Prisci nominis vestigium superesse Vincentus putat in hodierno promontorio *Arruba*, quod quum longe dissitum sit ab eo tractu,

μνήμην ἔσχον· καὶ ὅτι εἰσὶν ἐπώνυμοι ποταμοῦ Ἀράβιος, ὃς διὰ τῆς γῆς αὐτῶν ῥέων ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, ὁρίζων τούτων τε τὴν χώρην καὶ τὴν Ὠρειτέων. (9) Ἐκ δὲ Κρωκάλων ἐν δεξιῇ μὲν ἔχοντες ὄρος τὸ καλεόμενον αὐτοῖσιν Εἶρον, ἐν ἀριστερῇ δὲ νῆσον ἀλιτενέα ἔπλωον· ἡ δὲ νῆσος παρατεταμένη τῇ ἠϊόνι κόλπον στεινὸν ποιέει. (10) Διεκπλώσαντες δὲ ταύτην ὁρμίζονται ἐν λιμένι εὐόρμῳ· ὅτι δὲ μέγας καὶ καλὸς ὁ λιμὴν Νεάρχῳ ἔδοξεν, ἐπονομάζει αὐτὸ Ἀλεξάνδρου λιμένα. (11) Νῆσος δέ ἐστιν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ὅσον σταδίους δύο ἀπέχουσα· Βίβακτα οὔνομα τῇ νήσῳ. ὁ δὲ χῶρος ἅπας Σάγγαδα· ἡ δὲ νῆσος καὶ τὸν λιμένα, προκειμένη πρὸ τοῦ πελάγεος, αὐτὴ ἐποίεεν. (12) Ἐνταῦθα πνεύματα μεγάλα ἐκ τοῦ πόντου ἔπνεε καὶ συνεχέα, καὶ Νέαρχος δείσας τῶν βαρβάρων μή τινες συνταχθέντες ἐπ' ἁρπαγὴν τοῦ στρατοπέδου τράποιατο, ἐκτειχίζει τὸν χῶρον λιθίνῳ τείχεϊ. (13) Τέσσαρες δὲ καὶ εἴκοσιν ἡμέραι τῇ μονῇ ἐγένοντο· καὶ λέγει ὅτι μύας τε ἐθήρων τοὺς θαλασσίους οἱ στρατιῶται, καὶ ὄστρεα δὲ καὶ τοὺς σωλῆνας

feci, eosque id nominis a fluvio Arabi accepisse, qui per ipsorum regionem fluens in mare fertur, eorumque fines ab Oritarum finibus dividit. (9) Ex Crocalis, ad dextram habentes montem Irum ab iis vocatum, ad sinistram vero insulam humilem, ulterius navigarunt : hæc insula ad littus extenta angustum sinum efficit. (10) Hunc emensi in portum commodam navibus stationem præbentem appellunt. Qui quod amplus simul et pulcher Nearcho videbatur, Alexandri portum eum appellavit. (11) In portus faucibus insula adjacet, circiter duo inde stadia distans, cui Bibacta nomen est : omnis vero adjacens regio Sangada dicitur. Hæc insula mari opposita suapte natura portum efficit. (12) Hic ingentes continuique venti a mari spirabant. Nearchus veritus ne qua barbarorum manus collecta castra diriperet, lapideo muro locum cingit. (13) Viginti quattuor dies ibi moratus est : dicitque milites per id tempus myes marinos cepisse et ostrea et solenes

---

quem veteres Arabitis assignant, postea populum occasum versus ultro progressum esse suspicatur. || — — 3. τὴν Ὠρ.] BCD; τῶν Ὠρ. vulgo. || — 5. Εἶρον] V. supra not. ad lin. 13. || — 6. κόλπον, sinum ad quem nunc Kuratchi urbs sita. || — 11. Βίβακτα] Plinio est *Bibaga*, a Crocalis distans duodecim mill. passuum, adeo ut 100 stadia posuisse videatur auctor Plinii græcus. Eadem insula Βίβλος vocatur apud Philostratum in Vit. Apoll. III, 53 p. 70 ed. Didot, ubi hæc leguntur : Καὶ μὴν καὶ τὸ τοῦ Ἰνδοῦ στόμα ἰδεῖν φασι, πόλιν δ' ἐπ' αὐτοῦ κεῖσθαι Πάταλα περίρρυτον τῷ Ἰνδῷ, ἐς ἣν τὸ ναυτικὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐλθεῖν, ᾧ ναύαρχον ἐπιτετάχθαι Νέαρχον οὐκ ἀγύμναστον τῆς θαλαττίου τάξεως. Ἃ δ' Ὀρθαγόρα περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς εἴρηται καὶ ὅτι μήθ' ἡ ἄρκτος ἐν αὐτῇ φαίνοιτο, μήτε σημαίνοιντο τὴν μεσημβρίαν οἱ πλέοντες, οἵ τ' ἐπίδηλοι τῶν ἀστέρων ἐξαλλάττοιεν τῆς ἑαυτῶν τάξεως, δοκεῖ καὶ Δάμιδι, καὶ χρὴ πιστεύειν ὑγιῶς τε καὶ κατὰ τὸν ἐκεῖ οὐρανὸν εἰρῆσθαι ταῦτα. Μνημονεύουσι καὶ νήσου μικρᾶς, ᾗ ὄνομα εἶναι Βίβλον, ἐν ᾗ τὸ τοῦ κογχυλίου μέγεθος (?) καὶ οἱ μύες ὄστρεά τε καὶ τὰ τοιαῦτα δεκαπλάσια τῶν Ἑλληνικῶν τὸ μέγεθος ταῖς πέτραις προσπέφυκεν. Ἁλίσκεται δὲ καὶ λίθος ἐκεῖ μαργαρὶς ἐν ὀστράκῳ λευκῷ, καρδίας τόπον ἔχουσα τῷ ὀστρέῳ. Arrianus distantiam non notavit; Plinii numeri ducerent fere ad recessum, cui adjacet *Curatchi* urbs; hujus in loco Alexandri portus ponendus, quum alius eo tractu portus commodus non reperiatur. Quodsi mille stadia Arabitarum oræ inde a Coreati numerandi sunt, a Crocalis ad Bibactam stadia supplenda forent 150. Vincentus unam ex insulis arenosis prope *Curatchi* esse putat Crocala, Bibactam autem hodiernam *Chilney* insulam habet, ab occasu sitam prom. *Monze*. Cui opinioni refragatur distantia, quæ foret 300 stadiorum, quum e contrario distantiæ ap. Nearchum justo majores notari soleant. || — 12. Σάγγαδα] « In hoc nomine vel in nomine Saragga (c. 22, 3) d'Anville inveniri vult hodiernos Sangadianos vel Sangarianos, famosos piratas. Habitant vero hi ad sinum Cutch. At sive hic sive alibi sedes suas habeant, potuerunt tamen omni ætate totum littus frequentare, et potuerunt quædam loca nomen ab iis habere. Piratæ in littoribus post promontoria sese abscondere solent, quo facilius naves circumvenientes opprimere possint. Ad tales insidias, navibus ab oriente venientibus faciendas, aptus saltem locus est portus Alexandri, promontorio Iro obtectus. Piratæ Sangadiani vero æque vetusti esse possunt ac piratæ a Severndroog (in littore Malabarico), quorum mentionem jam fecit Strabo et auctor Peripli maris Erythræi. » SCHMIEDER ex Vincento p. 200. — Ego cum nominibus Σάγγαδα et Κρώκαλα componendum puto Σάγαπα, primum apud Ptolemæum Indi ostium, eique adjacentem locum Κώλακα. Probabile enim est primum illud Indi ostium esse *Grana* fluvium in Sangada regione exeuntem, in cujus faucibus sita Crocala insula, quæ nomen habuerit a loco quodam continentis. ||— 14. ἐποίεεν] AD; ἐποίησεν BC. || — ἐνταῦθα κτλ.] « In castris Nearchum manere oportuit, donec Africus indicus cessaret, usque ad diem tertium Novembris. Africus vero mutatur in Boream Indicum circiter medio Novembri. Est vero aliqua fluctuatio ventorum sub finem prioris et principium alterius. Talis fluctuatio incipere potest post diem tertium Nov. Inde explicari potest brevitas itinerum classis diebus seqq., inde nimia adhæsio classis in littore. Plerumque enim ventus adversus erat, subinde modo remittebat. Inde explicari potest, cur proximis diebus ante mensem medium itinera longiora fierent, et quod nonnisi proxime ad principium Decembris firmo et perfecto Borea Indico uti poterant. Omnia hæc probant et veritatem itineris ac descriptionis et veritatem defectionis Indorum, quæ Nearchum movere potuit, ut tot periculis sese objiceret, quod sine dubio non fecit nisi coactus. » SCHMIEDER e Vincento p. 199. || — 20. ὄστρεα δὲ καὶ τοὺς σ. A;

καλεομένους, ἄτοπα τὸ μέγεθος, ὡς τοῖσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμετέρῃ θαλάσσῃ συμβαλέειν· καὶ ὕδωρ ὅτι ἁλμυρὸν ἐπίνετο.

XXII. Ἅμα τε ὁ ἄνεμος ἐπαύσατο καὶ οἱ ἀνήγοντο· καὶ περαιωθέντες σταδίους ἐς ἑξήκοντα ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ψαμμώδεϊ· νῆσος δὲ ἐπῆν τῷ αἰγιαλῷ ἐρήμη. (2) Ταύτην δὲ πρόβλημα ποιησάμενοι ὡρμίσθησαν· Δόμαι οὔνομα τῇ νήσῳ· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν ἐν τῷ αἰγιαλῷ, ἀλλὰ προελθόντες ἐς τὴν μεσογαίην ὅσον εἴκοσι σταδίους ἐπιτυγχάνουσιν ὕδατι καλῷ. (3) Τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐς νύκτα αὐτοῖσιν ὁ πλόος ἐγίνετο ἐς Σάραγγα σταδίους τριηκοσίους, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ, καὶ ὕδωρ ἦν ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ὅσον ὀκτὼ σταδίους. (4) Ἔνθεν δὲ πλώσαντες ὁρμίζονται ἐν Σακάλοισι, τόπῳ ἐρήμῳ· καὶ διεκπλώσαντες σκοπέλους δύο, οὕτω τι ἀλλήλοισι πελάζοντας, ὥστε τοὺς ταρσοὺς τῶν νεῶν ἅπτεσθαι ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν πετρέων, καθορμίζονται ἐν Μοροντοβάροισι, σταδίους διελθόντες ἐς τριηκοσίους· (5) ὁ δὲ λιμὴν μέγας καὶ εὔκυκλος καὶ βαθὺς καὶ ἄκλυστος· ὁ δὲ ἔσπλους ἐς αὐτὸν στεινός· τοῦτον τῇ γλώσσῃ τῇ ἐπιχωρίῃ Γυναικῶν λιμένα ἐκάλεον, ὅτι γυνὴ τοῦ χώρου τούτου πρώτη ἐπῆρξεν. (6) Ὡς δὲ διὰ τῶν σκοπέλων διεξέπλωον, κύμασί τε μεγάλοισιν ἐνέκυρσαν καὶ τῇ θαλάσσῃ ῥοώδεϊ· ἀλλὰ ἐκπεριπλῶσαι γὰρ ὑπὲρ τοὺς σκοπέλους μέγα ἔργον ἐφαίνετο. (7) Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην ἔπλωον νῆσον ἐς ἀριστερὰ ἔχοντες πρὸ τοῦ πελάγεος, οὕτω τι τῷ αἰγιαλῷ συναφέα, ὥστε εἰκάσαι ἂν διώρυχα εἶναι τὸ μέσον τοῦ τε αἰγιαλοῦ καὶ τῆς νή-

qui vocantur, inusitatæ magnitudinis, si cum nostri maris testaceis conferantur. Aquam etiam salsam potasse narrat.

XXII. Sedato autem vento, vela fecerunt, ac stadia circiter sexaginta progressi in sabulosum littus appulerunt. Insula adjacebat littori deserta. (2) Hac autem pro munimento usi substiterunt. Domæ nomen insulæ erat. Quumque in littore aquam non haberent, loca mediterranea versus ad viginti circiter stadia progressi dulcem aquam repererunt. (3) Postridie quum ad noctem usque navigassent, Sarangis, trecenta inde stadia, ad littus appulerunt. Ibi aqua octo ferme a littore stadia aberat. (4) Illinc repetita navigatione ad Sacala locum desertum appulerunt. Inde superatis duobus scopulis adeo inter se propinquis ut palmulæ remorum utrinque cautes stringerent, emensi stadia trecenta in Morontobaris constiterunt. (5) Ibi portus est amplissimus, undique septus ac profundus minimeque procellosus. Ceterum fauces ejus angustæ; hunc patria lingua Portum fœminarum vocabant, quod mulier quædam prima illi loco imperarit. (6) Dum vero scopulos trajiciebant, magnis fluctibus inciderunt et mari fluctuoso; attamen extrinsecus circumnavigare ex alto nimis ardua res esse videbatur. (7) Postero vero die navigarunt, insulam quandam a sinistra pelago objectam habentes, quæ quidem ita propinqua littori erat, ut medius alveus inter insulam et littus

---

ὄστρεα καὶ τ. σ. L; ὄστρεα δὲ τοὺς σ. BCD. || — 1. τῇδε om. D.

XXII. Quæ in sqq. memorantur loca usque ad Arabin fluv. accuratius definire nequeo, quum diligentior hujus oræ descriptio adhuc desideretur. Adde quod ex Blairio affert Vincentus p. 203 : « From Cape Monze to Soumanemie the coast bears evident marks of having suffered considerable alterations from the encrochment of the sea. We found trees which had been washed down, and which afforded us a supply of fuel. In some parts I saw imperfect creeks in a parallel direction with de coast. These might probably be the vestiges of that narrow channel through which the Greek gallies passed (§ 7). || — 5. ἐς ἑξήκοντα] ὡς ἑξηκ. cod. Bodlejanus, notante Hudsono. || — 8. Δόμαι] insula non nota. Fuisse debet ubi nunc est peninsula, in qua *Manura* castellum. Eadem est *Toralliba* ap. Plinium l. l. Ptolemæus ad Gedrosiæ oram notat Libam ins., quam esse *Tora-libam* Plinii putares, nisi Ptolemæus eam ad terminum Gedrosiæ occidentalem collocaret. An Τόρα Λίβα, i. e. Tora insula? An *Sedra-Tyra* (*-tora?*) Ammiani XXIII, 6, 73 est objectæ continentis urbs, Alex. portus? || — 8. τῷ om. A. || — 9. ἐπὶ τὴν μεσ. L. || — 11. Σάραγγα] Στάραγγα B. Ex Vincenti computo ad hunc locum Nearchus venit Novembris die quinto, navigationis trigesimo quarto. Locus aliunde non notus; num idem qui Ῥίζανα apud Ptolemæum vocatur? || — 15. διεκπλώσαντες] δὴ ἐκπλώσαντες codd.; em. Schmieder, qui « Si Arrianum recte intelligo, inquit, hi scopuli sunt in faucibus portus feminarum. Verbum διεκπλώσαντες conjungendum est cum καθορμίζονται ἐν Μ., et vertendum : per eos scopulos navigatione facta appulerunt in portum. Inde § 5 fauces portus vocantur angustæ. Inde venisse videtur, ut hodie hic portus ignotus sit, navigatoribus vel propter angustas fauces portum non videntibus vel propter scopulos conspectos propius non accedentibus. Vincentus Sacala et rupes illas parum a Sarangis distare putat; conspectis enim rupibus classem Nearchi in ancoris commoratam esse. Aliter sentio. Sacalis Nearchus classem non tenuisset, si parvum modo iter fecisset, sed quia locus desertus erat, longius progredi coactus videtur. Scopulos vero tunc demum vidit, quum portum feminarum videret eumque intraret. » || — 17. Μοροντοβαρβάροις L. || — 21. Γυναικῶν λιμένα]. Eo nomine locum memorant Ammianus Marcellinus XXIII, 6 : *Inter civitates* (Gedrosiæ) *præter insulas Sedratyra* (num hod. *Semneany* non longe ab Arabis ostio?) *et Gynæcon limen meliores residuis æstimantur;* et Ptolemæus et Marcianus, qui ab Indo hæcce recensent oppida : Rhizana, Cœamba, Mulierum portum, Rhagiaura, Arbin. In regione quæ ex mensuris Arriani *Morontobaris* assignanda est, nunc habes *Mor* montem et *Luk Burud.* || — 28. διώρυχα] « Vincentus hanc fossam fortasse ex Arabi fluvio derivatam putat; quod concedere nequeo.

σου· στάδιοι οἱ πάντες ἑβδομήκοντα τοῦ διέκπλου· καὶ ἐπί τε τοῦ αἰγιαλοῦ δένδρεα ἦν πολλὰ καὶ δασέα, καὶ ἡ νῆσος ὕλῃ παντοίῃ σύσκιος. (8) Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἔπλωον ἔξω τῆς νήσου κατὰ ῥηχίην στεινήν· ἔτι γὰρ ἀνάπωτις κατεῖχε. Πλώσαντες δὲ ἐς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους ὁρμίζονται ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἀράβιος ποταμοῦ· καὶ λιμὴν μέγας καὶ καλὸς πρὸς τῷ στόματι· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν πότιμον· τοῦ γὰρ Ἀράβιος αἱ ἐκβολαὶ

esse effossus videretur; septuaginta in universum stadiorum ea navigatio fuerat. Multæ erant densæque in littore arbores, insulaque ipsa variis silvis umbrosa. (8) Sub lucem per angustum et æstuosum locum extra insulam navigarunt; adhuc enim recessus maris obtinebat : continuataque navigatione ad centum viginti stadia, apud ostium Arabis amnis constiterunt, et portum quidem ibi amplum et commodum nacti sunt,

---

Superato enim freto per 120 adhuc stadia navigandum erat, donec ad ostium Arabis fluvii pervenirent (§ 8), et fluvius ipse parum habebat aquæ (Anab. VI, 21, 8). Insula ignota est; fossa forte nunc repleta est. » Schmieder. || — 6. Ἀράβιος ποταμοῦ] De nomine v. not ad c. 20, l. 40. Fluvius est hod. *Pourally.* « According to D'Anville and de la Rochette it still retains the name of *Araba*, with the additional appellation of *il Mend.* Their authority I know not. » Vincent. p. 205. Exit fluvius in maris recessum, cui adjacet *Somneany* locus, quem Kempthorne l. l. p. 264 pro Alexandri portu habet; hoc quidem inepte; ceterum ita locum describit : « Sonmeany is a small town or fishing village, situated at the mouth of a creek which runs up some distance inland. It is governed by a sheikh; and the inhahitants appear to be very poor, chiefly subsisting on dried fish and rice [Cf. Plinius VII, 2 : *Oritas ab Indis Arbis fluvius disterminat. Hi nullum alium cibum novere quam piscium, quos unguibus dissectos sole torreant atque ita panem ex his faciant, ut refert Clitarchus.*]... A very extensive bar or sandbank runs across the mouth of this inlet, and none but vessels of small burthen can get over it, even at high water; but inside the water is deep, and a vessel of one or two hundred tons could lie here with perfect security, sheltered from all winds. » Alia de Arabi dabit Pottinger. *Travels.* p. 28. 299, quo libro uti mihi non licuit. Num aliquis peregrinatorum excelsam insulam, cujus Arrianus meminit, memoraverit, quæro. De aquæ potabilis penuria Potterum testem adducit Vincentus p. 206 : « Lieutenant Potter says : » Every thing is scarce, even water, which is procured by digging a hole five or six feet deep, and as many in diameter in a place which was formerly a swamp; and if the water oozes, which it sometimes does not, it serves them that day, and perhaps the next, when it turns quite brackish, owing to the nitrous quality of the earth. ». — Oram Arabitarum Arrianus (c. 25, 4) esse dicit ad stadia mille, consentiente Nearcho apud Strabonem p. 720. Quæ stadiorum summa colligitur ex singulis distantiis quæ traduntur inde ab Coreati, unde primum Oceanum classis ingressa est. Attamen desideratur distantia a Crocalis ad Bibacta (stadiorum 100 sec. Plin.) et a Sarangis ad Sacala. Quare 1000 illa stadia non a Coreati sed a portu Alexandri, unde post 24 dierum commorationem etesias nactus Nearchus solvit, computanda ideoque 150 stadia supplenda esse recte, puto, censuit Gosselinus. Sane quidem mille ista stadia rectius habebunt, si ab Indo proficiscaris; nam revera sunt a *Pitti* ostio usque ad *Somneany* et *Puralli* fluvium stadia 1040-1080. Sed argumentum hinc petere vix licet, quum hic unus foret tractus, cujus longitudinem recte Nearchus constituisset; in reliquis enim distantias habet justir longe majores; sic Oritarum ora quam 1600 stadiorum dicit, nonnisi 1100 stad. est; Ichthyophagis autem litus tribuit 10000 stadiorum, quum vix 5000 dicenda fuissent. Quare alii peculiare stadiorum genus in usum hujus parapli excogitarunt, alii recte monuerunt navigationis difficultates et impedimenta in causa fuisse ut distantiæ locorum multo majores quam erant esse viderentur. Hactenus de Nearcho. Apud Ptolemæum Arabitæ multo longius pertinent, eumque tractum obtinent, quem Noster Arabitis et Oritis tribuit. Oritas Ptolemæus omnino non memorat. Terminum Arabitarum ipse quoque ponit Arabin fluvium, eo autem nomine fluvium signat qui hodie vocatur *Kurmut* s. *Rumra* s. *Kalami*, ad quem Calama Nearchi ponenda sunt. Hunc enim fluvium intelligendum esse inde patet, quod Ἀσθάλα νῆσος Arabi objecta aperte est hod. *Astola* insula e regione *Kurmut* fluvii. Huc accedit, quod apud Ptol. proxime post Arabin fluvium sequitur Mosarna locus, sicut idem locus post Calama memoratur apud Nearchum. Ad fluvium Ptolemæus habet Arbin urbem, non ita longe ab ora maritima remotam. Sin quæras qui factum sit, ut Arabis fl. sic transponeretur, fefellit, puto, Ptolemæum vel potius ejus auctores nominum Κάρβις et Ἄρβις similitudo. Nam hodiernum *Kurmut* apud Græcos olim Κάρβιν sive Κάρμιν dictum esse, ex eo colligitur, quod adjacentem regionem Κάρβιν dicit Nearchus, et objecta insula item Καρβίνη vel Καρμίνη vocatur. Huc accedit quod Arbitæ et Oritæ facile in unam gentem conflari possent ob nominum Ὀρβῖται et Ἀρβῖται similitudinem; nam pro Ὠρεῖται alii dicebant Ὀρβῖται, sicut etiam hodie ea regio vocatur *Urbu*. Superest ut de Plinio moneamus. Is igitur Arbiorum gentem Arbi fluvio ab Oritis disterminari data occasione refert ex Clitarcho VII, 2. Idem VI, 25, § 95 : *Alii Gedrusos et Pasires posuere per CXXXVIII m. p., mox Ichthyophagos Oritas, propria, non Indorum, lingua loquentis, per CC mil. passuum. Ichthyophagos omnis Alexander vetuit piscibus vivere. Deinde posuere Arbiorum gentem per CC mill. Ultra deserta; dein Carmania et Persis atque Arabia.* In his quum Arbii inter Oritas et Carmaniam collocentur, vides ponendos esse eodem loco quo Ptolemæus Arabin fluvium habet. Hinc etiam explicanda quæ leguntur VI, 26 § 109 : *In Carmaniæ angulo Chelonophagi... a flumine Arabi promontorium ipsum inhabitant.* Idem ex Juba nostram navigationem perstringens ita dicit VI, 26, § 97 : *Hæc tamen digna prodentur. Arbis* (sic em. Harduin.; *ab his* et *Abies* codd.) *oppidum a Nearcho conditum;*

ἀναμεμιγμέναι τῷ πόντῳ ἦσαν· (9) ἀλλὰ τεσσαράκοντα σταδίους ἐς τὸ ἄνω προχωρήσαντες λάκκῳ ἐπιτυγχάνουσι, καὶ ἔνθεν ὑδρευσάμενοι ὀπίσω ἀπενόστησαν. (10) Νῆσος δὲ ἐπὶ τῷ λιμένι ὑψηλὴ καὶ ἔρημος· καὶ περὶ ταύτην ὀστρέων τε καὶ ἰχθύων παντοδαπῶν θήρη. Μέχρι μὲν τοῦδε Ἀράβιες, ἔσχατοι Ἰνδῶν ταύτῃ ᾠκισμένοι, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε Ὠρεῖται ἐπεῖχον.

XXIII. Ὁρμηθέντες δὲ ἐκ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἀράβιος παρέπλωον τῶν Ὠρειτέων τὴν χώρην· καὶ ὁρμίζονται ἐν Παγάλοισι, πλώσαντες σταδίους ἐς διηκοσίους, πρὸς ῥηχίῃ· ἀλλὰ ἀγκύρῃσι γὰρ ἐπίβολος ἦν ὁ χῶρος. Τὰ μὲν ὦν πληρώματα ἀπεσάλευον ἐν τῇσι νηυσίν· οἱ δὲ ἐπ' ὕδωρ ἐκβάντες ὑδρεύοντο. (2) Τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀναχθέντες ἅμα ἡμέρῃ καὶ πλώσαντες σταδίους ἐς (τριήκοντα καὶ) τετρακοσίους κατάγονται ἑσπέριοι ἐς Κάβανα, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ἐρήμῳ· καὶ ἐνταῦθα ῥηχίη τραχέα ἦν, καὶ ἐπὶ τῷδε μετεώρους τὰς νέας ὡρμίσαντο. (3) Κατὰ τοῦτον τὸν πλόον πνεῦμα ὑπολαμβάνει τὰς νέας μέγα ἐκ πόντου, καὶ νέες δύο μακραὶ διαφθείρονται ἐν τῷ πλόῳ, καὶ κέρκουρος· οἱ

aquam vero potui ineptam, quod per Arabis ostia mare se ingerit. (9) Itaque quadraginta stadia adverso amne profecti ad lacum devenerunt, atque inde assumpta aqua reversi sunt. (10) Insula apud portum est eminens ac deserta; circa hanc ostreorum atque omnis generis piscium piscatus erat. Huc usque pertinent Arabies, ultimi Indorum hac in parte habitantium; ulteriora Oritæ tenent.

XXIII. Ab ostio itaque Arabis digressi, Oritarum regionem prætemavigantes, ad Pagala ducenta circiter stadia emensi stationem habuere, ad locum æstuosum quidem, sed ancoris jaciendis idoneum. Remiges igitur in navibus manebant; quidam vero aquatum egressi aquam attulerunt. (2) Postridie inde cum luce digressi, et circiter (triginta et) quadringenta stadia emensi sub vesperum in Cabana perveniunt, classemque ad littus desertum locant; ibi æstus maris violentus erat, quam ob rem in alto naves stationem tenuerunt. (3) In hac navigatione quum ingens ventorum vis classi a mari incumberet, duæ naves longæ et cercurus perierunt, viri natatu evaserunt, quia na-

---

flumen Nabrum (*Nabrim* var. l.) *navium capax; contra insula distans LXX stadia; Alexandria condita a Leonnato jussu Alexandri in finibus gentis; Argennus portu salubri; flumen Tonberon navigabile, circa quod Pasiræ. Dein Ichthyophagi.* Hæc quoque male habent. Nullum Nearchus oppidum condidit. *Flumen Nabrim* haud dubie corruptum est ex *flumen Arbin*, quod idem esse videtur cum *Arabi* Ptolemæi, quatenus objectam ei esse narrat insulam (Astholam sc. sive Carbinen). Quæ vero deinde memorantur Alexandria et Tonberus fluv., tum demum ex ordine recensentur, si Arbin fluvium reponas in eum locum quem apud Nearchum obtinet. Nam Alexandria Oritarum condita est circa ea loca in quibus Nearchus Leonnatum convenit, prope Cocala (c. 23, 5) non ita longe post hodiernum *Agbor* fluvium. Cf. de hac Alexandria Curtius IX, 10, Diodor XVII, 104. Stephan. v. Ὀρβῖται et Ἀλεξάνδρεια. Apud Pseudocallisth. p. 151 vocatur Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐν Ὄρπῃ (i. e. ἡ ἐν Ὄρβῃ, ἡ ἐν Ὀρβίταις), in Chron. Paschali ἡ ἐν Ἄρπαν, ap. Julium Valerium : *Alexandria apud Origala*. Ceterum in tanta rerum confusione nescio an Ἄρβις oppidum non potius dicendum fuisset Ὄρβις, quod idem foret cum Ὥρων oppido, a Leonnato Alexandri jussu συνῳκισμένῳ (Arr. Anab. VI, 22, 3). Hunc ipsum locum Leonnatus appellaverit Alexandriam, quam ad mare sitam fuisse Diodori et Stephani locis probatur. Plinius sane inter Arbin et Alexandriam distinxit; at Ptolemæus non novit Alexandriam, propterea, puto, quod priscum nomen Ὄρβις, Ὧραι (Ὠρεία in Peripl. m. Erythr.) denuo invaluerat. Sita fortasse ubi nunc *Urmara*, cui insula objecta est. Mutato autem Ὄρβις nomine in Ἄρβις, non mirum est locum ad flumen cognomen a Ptolemæo translatum esse. || — 2. ἄνω] ἄνωθε D. || — 6. ᾠκισάμενοι BCD. || — 8. Ἀράβιες ἔσχατοι Ἰνδῶν,... Ὠρεῖται] In Exped. VI, 21, 3 habes Ὠρείταις τοῖς ταύτῃ Ἰνδοῖς, adeo ut Oritæ quoque Indis accenseantur, minus accurate; quamvis enim rebus plurimis Oritæ Indis simillimi essent, lingua tamen aliisque nonnullis institutis ab iis erant diversi, ut patet ex Nearcho c. 25, 3, Plinio l. l. Haud premenda sunt quæ ore rotundo dicit Diodorus XVII, 105: Οἱ δὲ Ὠρεῖται τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσια τοῖς Ἰνδοῖς ἔχουσιν, ἓν δὲ ἐξηλλαγμένον καὶ παντελῶς ἄπιστον, etc.

XXIII, 8. ἐκ τῆς ἐκβολῆς L. || — 10. Παγάλοισι] παράλοισι D. Eundem locum Πηγάδας (Πηγάλας?) dicere videtur (ex Orthagora) Philostratus Vit. Apoll. III, 54 : Κατασχεῖν δέ φασι καὶ ἐς Πηγάδας τῆς τῶν Ὠρειτῶν χώρας· οἱ δὲ Ὠρεῖται, χαλκαῖ μὲν αὐτοῖς αἱ πέτραι, χαλκῆ δ' ἡ ψάμμος, χαλκοῦν δὲ ψῆγμα οἱ ποταμοὶ ἄγουσι. Χρυσῖτιν δ' ἡγοῦνται τὴν γῆν διὰ τὴν εὐγένειαν τοῦ χαλκοῦ. || — 12. μὲν om. L. || — 15. τριήκ. καὶ τετρακ.] LA; τριακοσίους BCD et vulgo ante Sch. Infra (c. 25, 3) Oritarum παράπλους esse dicitur stadiorum 1600, suffragante Plinio. Quodsi hoc loco scripseris stadia 300, summa est stad. 1500; sin 430, colliguntur 1630, pro quibus ore rotundo auctorem dixisse 1600, censet Schmiederus. Ni fallor, duplex occurrebat in libris lectio, τριακοσίους et τετρακοσίους, frequentissima horum numerorum confusione; ex quibus conflatis natus est numerus 430. Legendum itaque foret τετρακοσίους. || — 16. Κάβανα] Mensura ducit ad fluvium *Agbor*, a cujus latere occidentali nunc sita est *Hurcana*. Ptolemæus et Marcianus locum habent Κοίαμβα, quem cum Καβάνοις Nearchi componendum putaveris, si nomen spectes, non item si seriem locorum in confusa hujus oræ descriptione probe servatam esse a Ptolemæo opineris. *Agbor* fluvius intelligendus est apud Arrian. Exp. VI, 21, ubi Alexander Oritarum fines ingressus, victo hoste, στρατοπεδεῦσαι πρὸς οὐ πολλῷ ὕδατι, ut adventum Hephæstionis exspectaret, et hinc progressus ad Rhambaciam, maximum vicum Oritarum, venisse proditur. || — 20. καὶ κέρκουρος] « Ex hoc loco videmus non triacontoros solum, sed onerarias etiam naves Nearchum habuisse. Omnium vero numerus non constat.

δὲ ἄνθρωποι σώζονται ἀπονηξάμενοι, ὅτι οὐ πόρρω τῆς γῆς ὁ πλόος ἐγίνετο. (4) Ἀμφὶ δὲ μέσας νύκτας ἀναχθέντες πλώουσιν ἔστε ἐπὶ Κώκαλα, [ἃ] τοῦ αἰγιαλοῦ, ἔνθεν ὡρμήθησαν, ἀπεῖχε σταδίους διηκοσίους· καὶ αἱ μὲν νέες σαλεύουσαι ὥρμεον, τὰ πληρώματα δὲ ἐκβιβάσας Νέαρχος πρὸς τῇ γῇ ηὐλίσθη, ὅτι ἐπὶ πολλὸν τεταλαιπωρηκότες ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀναπαύσασθαι ἐπόθεον· στρατόπεδον δὲ περιεβάλετο τῶν βαρβάρων τῆς φυλακῆς ἕνεκα. (5) Ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ Λεοννάτος, ὅτῳ τὰ Ὠρειτέων ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐπετέτραπτο, μάχῃ μεγάλῃ νικᾷ Ὠρείτας τε καὶ ὅσοι Ὠρείτῃσι συνεπέλαβον τοῦ ἔργου· καὶ κτείνει αὐτῶν ἑξακισχιλίους, καὶ τοὺς ἡγεμόνας πάντας· τῶν δὲ σὺν Λεοννάτῳ ἱππέες μὲν ἀποθνήσκουσι πεντεκαίδεκα, τῶν δὲ πεζῶν ἄλλοι τε οὐ πολλοὶ καὶ Ἀπολλοφάνης ὁ Γαδρωσίων σατράπης. (6) Ταῦτα μὲν δὴ ἐν τῇ ἄλλῃ ξυγγραφῇ ἀναγέγραπται, καὶ ὅκως Λεοννάτος ἐπὶ τῷδε ἐστεφανώθη πρὸς Ἀλεξάνδρου χρυσέῳ στεφάνῳ ἐν Μακεδόσιν. (7) Ἐνταῦθα σῖτος ἦν νενεμημένος κατὰ πρόσταγμα Ἀλεξάνδρου ἐς ἐπισιτισμὸν τῷ στρατῷ· καὶ ἐμβάλλονται σιτία ἡμερέων δέκα ἐς τὰς νέας· (8) καὶ τῶν νεῶν ὅσαι πεπονήκεσαν κατὰ τὸν πλόον μέχρι τοῦδε ἐπεσκεύασαν· καὶ τῶν ναυτέων ὅσοι ἐν τῷ ἔργῳ βλακεύειν ἐφαίνοντο Νεάρχῳ, τούτους μὲν πεζῇ ἄγειν Λεοννάτῳ ἔδωκεν· αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν σὺν Λεοννάτῳ στρατιωτέων συμπληροῖ τὸ ναυτικόν.

XXIV. Ἐνθένδε ὁρμηθέντες ἔπλωον ἀκραεῖ· καὶ διελθόντες σταδίους ἐς πεντακοσίους ὡρμίζοντο πρὸς ποταμῷ χειμάρρῳ· Τόμηρος ἦν οὔνομα τῷ ποταμῷ.

vigatio non procul a terra fiebat. (4) Sub mediam vero noctem provecti navigant usque ad Cocala, quæ a littore, unde digressi erant, ducentis stadiis aberant; ac naves quidem in salo ancoris nitebantur. Nearchus autem sociis navalibus in terram expositis ibi castra posuit, siquidem multo navigationis labore defatigati refici desiderabant. Castra vallo adversus barbarorum incursum munivit. (5) Hoc in loco Leonnatus, cui Oritarum res Alexander commiserat, magno prælio Oritas vicit, et quotquot sese Oritis junxerant, cæsis Oritis sex millibus, ducibusque eorum omnibus, a Leonnati vero partibus equitibus quindecim, peditibus non multis, et Apollophane Gadrosiorum satrapa desideratis. (6) Sed hæc in altera historia (VII, 5) a nobis conscripta sunt; eaque de causa Leonnatum aurea corona ab Alexandro inter Macedones coronatum fuisse. (7) Eo etiam loci frumentum ab Alexandro in commeatum exercitus procuratum erat. In decem itaque dies frumentum in naves invehunt. (8) Naves in navigatione huc usque quassatas reficiunt; ex nautis qui segniores Nearcho in opere esse videbantur, hos quidem terrestri itinere ducendos Leonnato dedit; ipse vero milites in nautarum supplementum ex Leonnati copiis delegit.

XXIV. Inde secundo vento delati per quingenta stadia ad fluvium quendam torrentem pervenerunt: Tomerus fluvio nomen est. (2) Ad ejus exitum sta-

---

Non omnes autem naves per mare missas esse, quibus in Indo usus fuerat Alexander, docet Curtius IX, 10, 3: *Nearcho atque Onesicrito.. imperavit ut validissimas navium deducerent in oceanum; et paullo post: Jamque mitigata hieme, navibus quæ inutiles videbantur crematis, terra ducebat exercitum.* Cf. Diodor. XVII, 104. » Schmieder. || — 3. Κώκαλα] Κῶλα C. Locus ponendus prope *Ras Kutcherie*, a quo non longe abest in mediterraneis locus *Gourund*. || — ἃ] inseruit Schmieder. || — 4. ὡρμίσθησαν B. || — 5. σαλεύουσαι] « Litus hoc tunc, fortasse propter æstum, ejus conditionis fuisse videtur, ut naves in terram protrahi nequirent. Classiarii vero præcipue ea re affecti fuisse videntur, quod per duas noctes in navibus manserant. Nam parvæ naves græcæ commoditatem quieti non præbebant. Deinde vero per tres hos dies navigationis ab Arabi commeatum accepisse classem non audimus, solummodo aquam. Nullus locorum, ubi in ancoris steterunt, habitatus fuisse videtur; frumenti copia, quam ante navigationem ex Indo receperant, consumta videtur per navigationem quadraginta dierum; nihil in litore invenerunt præter testacea. Accessit continuus contra ventos labor; accessit naufragium trium navigiorum, quibus omnibus animus classiariorum fractus esse potuit. » Ex Vincento Schmieder. || — 8. περιεβάλετο] περιεβάλεται D; περιεβάλλετο cett. || — 9. τῷ om. De rebus Leonnati ap. Oritas gestis v. Exp. VI, 22, 4. VII, 5; Curtius IX, 10. Diodor. XVII, 105. || — 11. συνεπέλαβον] AD et cod. Bodlej.; συνεπελάβοντο BCL. || — 15. Ἀπολλοφάνης] « Non tunc amplius erat Satrapa, cum occumberet, sed quondam fuerat. *Constituerat* namque eum Alexander *Satrapam* VI, 22, 4. sed eundem deinde, *quod nihil eorum quæ imperata ei fuerant, perfecisset, satrapatu deposuit,* VI, 27, 1. » Raph. « Arrianus hic Nearchum, supra Ptolemæum et Aristobulum sequi videtur. Et potest utrumque verum esse, si prælium cum Oritis commissum est, antequam Apollophani nuntius allatus esset, se Satrapatu privatum esse. Vel, ut opinatur Gronovius, cepit hanc occasionem, ut virtutem suam probaret. » Schm. || — 22. ἐπεσκεύασαν] « Hoc tempestatem meliorem factam probat. Primo enim Nearchi adventu naves ad terram trahi non poterant, quod tamen factum videmus. Moræ in hoc loco tribuit Vincent. p. 188 decem dies, quo tempore ventus reddebatur secundus. » Idem.

XXIV, 27. ὡρμισθέντες BC. || — 29. Τόμηρος ἦν ὄνομα BC. Inter Alexandriæ et Tonberi (vel Tomberi. Vid. Sillig.) mentionem Plinius l. l. interponit *Argennum portu salubri*. Idem VI, 25 § 93: *Infra hæc omnia ora ab Indo Ariana, regio ambusta fervoribus desertisque circumdata; multa tamen interfusa opacitate cultores congregat circa duos maxume fluvios,*

(2) Καὶ λίμνη ἦν ἐπὶ τῇσιν ἐκβολῇσι τοῦ ποταμοῦ· τὰ δὲ βραχέα τὰ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ ἐπῴκεον ἄνθρωποι ἐν καλύβῃσι πνιγηρῇσι· καὶ οὗτοι ὡς προσπλώοντας εἶδον, ἐθάμβησάν τε καὶ παρατείναντες σφᾶς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐτάχθησαν ὡς ἀπομαχούμενοι πρὸς τοὺς ἐκβαίνοντας· (3) λόγχας δὲ ἐφόρεον παχέας, μέγεθος ὡς ἑξαπήχεας· ἀκωκὴ δὲ οὐκ ἐπῆν σιδηρέη, ἀλλὰ τὸ ὀξὺ αὐτοῖσι πεπυρακτωμένον τὸ αὐτὸ ἐποίεε· πλῆθος δὲ ἦσαν ὡς ἑξακόσιοι· (4) καὶ τούτους Νέαρχος ὡς ὑπομένοντάς τε καὶ παρατεταγμένους κατεῖδε, τὰς μὲν νέας ἀνακωχεύειν κελεύει ἐντὸς βέλεος, ὡς τὰ τοξεύματα ἐς τὴν γῆν ἀπ' αὐτῶν ἐξικνέεσθαι· αἱ γὰρ τῶν βαρβάρων λόγχαι παχέαι φαινόμεναι ἀγχέμαχοι μὲν, ἄφοβοι δὲ ἐς τὸ ἀκοντίζεσθαι ἦσαν. (5) Αὐτὸς δὲ τῶν στρατιωτέων ὅσοι αὐτοί τε κουφότατοι καὶ κουφότατα ὡπλισμένοι τοῦ τε νέειν δαημονέστατοι, τούτους δὲ ἐκνήξασθαι κελεύει ἀπὸ ξυνθήματος· (6) πρόσταγμα δὲ σφίσιν ἦν, ὅκως τις ἐκνηξάμενος σταίη ἐν τῷ ὕδατι, προσμένειν τὸν παραστάτην οἱ ἐσόμενον· μηδ' ἐμβάλλειν πρόσθεν πρὸς τοὺς βαρβάρους, πρὶν ἐπὶ τριῶν ἐς βάθος ταχθῆναι τὴν φάλαγγα· τότε δὲ δρόμῳ ἤδη ἰέναι ἐπαλαλάξαντας. (7) Ἅμα δὲ ἐρρίπτεον ἑωυτοὺς οἱ ἐπὶ τῷδε τεταγμένοι ἐκ τῶν νεῶν ἐς τὸν πόντον, καὶ ἐνήχοντο ὀξέως, καὶ ἵσταντο ἐν κόσμῳ, καὶ φάλαγγα ἐκ σφῶν ποιησάμενοι δρόμῳ ἐπῄεσαν αὐτοί τε ἀλαλάζοντες τῷ Ἐνυαλίῳ, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν νεῶν ξυνεπηχέοντες, τοξεύματά τε καὶ ἀπὸ μηχανέων βέλεα ἐφέροντο ἐς τοὺς βαρβάρους· (8) οἱ δὲ τήν τε λαμπρότητα τῶν ὅπλων ἐκπλαγέντες καὶ τῆς ἐφόδου τὴν ὀξύτητα, καὶ πρὸς τῶν τοξευμάτων τε καὶ τῶν ἄλλων βελέων βαλλόμενοι οἷα δὴ ἡμίγυμνοι ἄνθρωποι, οὐδὲ ὀλίγον ἐς ἀλκὴν τραπέντες ἐγκλίνουσι· καὶ οἱ μὲν αὐτοῦ φεύγοντες ἀποθνήσκουσιν, οἱ δὲ καὶ ἁλίσκονται· ἔστι δὲ οἳ καὶ διέφυγον ἐς τὰ ὄρεα. (9) Ἦσαν δὲ οἱ ἁλόντες τά τε ἄλλα σώματα δασέες καὶ τὰς κεφαλὰς, καὶ τοὺς ὄνυχας θηριώδεες· τοῖσι γὰρ δὴ ὄνυξιν ὅσα σιδήρῳ διαχρᾶσθαι ἐλέγοντο, καὶ τοὺς ἰχθύας τούτοισι παρασχίζοντες κατεργάζεσθαι, καὶ τῶν ξύλων ὅσα μαλακώτερα· τὰ δὲ ἄλλα τοῖσι λίθοισι τοῖσιν ὀξέσιν ἔκοπτον· σίδηρος γὰρ

gnum erat, et circa vada littori propinqua homines angusta quædam tuguria incolebant; qui ut classem appellentem viderunt, attoniti sese ad littus extenderunt, et aciem instruxerunt, veluti pugnam cum exscendentibus commissuri. (3) Lanceas gerebant crassas, sex cubitos longas. Cuspis ferrea non erat, sed igne tosta atque acuta eandem vim et efficaciam exserebat. Erant hi circiter sexcenti; (4) quos ut Nearchus subsistere instructa acie vidit, classem intra teli jactum in alto stare imperat, ita ut tela e navibus in terram pervenire possent. Crassæ enim barbarorum lanceæ ad pugnam cominus conserendam aptæ erant, eminus vero parum metuendæ videbantur. (5) Tum ex militibus qui expeditissimi levissimeque armati essent et nandi peritissimi, signo dato enatare jubet, mandatis additis, ut, prout quisque enatarit, in aqua subsistens socium exspectet, neque prius in hostem impetum faciant, quam triplici ordine acies instructa sit; tum cursim clamoreque sublato in eos ferantur. (7) Confestim itaque qui ad hoc designati erant, sese e navibus in mare conjiciunt, celeriterque enatant. Deinde in ordinem redacti, instructa phalange, magnis clamoribus editis cursim barbaros petunt, et qui in navibus erant etiam acclamabant, telaque et e machinis jacula mittebant. (8) Barbari armorum splendore et insultus celeritate attoniti quum sagittis aliisque telis undique peterentur, utpote seminudi, confestim non exspectato conflictu in fugam vertuntur. Alii in ea fuga cæsi, alii capti: nonnulli in montes fugerunt. (9) Erant vero captivi tum reliquo corpore tum etiam capite hirti, unguibus autem quasi ferinis, siquidem unguibus loco ferri uti dicebantur, piscesque iis discindentes interficere; ligna etiam molliora iis secabant; ad duriora saxis acutis utebantur; ferrum enim apud eos

---

Tonberon et Arosapen. Mela III, 7 extr.: *Humus cineri magis fit quam pulveri similis, ideoque per eam rara et non grandia flumina emanant, quorum Tuberonem et Arusacem notissima accepimus*. Philostratus l. l. III, 55 post Pegadas memorat Ichthyophagorum oppidum Στόβηρα, quod ad Tomerum fluvium referendum videtur. Verba Philostrati vide cap. 26. Ceterum Tomerus ex Arriani mensuris est hod. *Muklow* seu *Hingul* fl.; *Arosapes* vel *Arusaces*, nisi forte est Arabis Nearchi, ad fluvium promontorio *Arubah* proximum referri possit. || — 4. σφᾶς] σφᾶς αὐτοὺς BC. || — 7. αὐτοῖσι] ACD; αὐτῇσι B. et vgo. || — 8. τὸ αὐτὸ] ταὐτὸ cod. Bodl. Aut hoc loco scrib. ταὐτὸ, aut infra c. 25, l. 16, ubi cod. ταὐτὸ, reponendum τὸ αὐτὸ. || — 8. ὡς] ἕως ABCD. || — 14. ἐς τὸ ἑσακοντ. A. || — 18. σταίη ἐν τῷ ὕδατι om. L. || — 19. μηδ' ἐμβάλλειν e conject. Schmiederi; μὴ δὲ βάλλειν CD; μηδὲ β. AB et vgo. || — 28. οἱ δὲ τό τε λαμπρότατον L. || — 33. ἔφευγον A. || — 35. δασέα D. De belluino istorum hominum cultu victuque eadem et similia narrant Curtius IX, 10, 9; Diodorus XVII, 105; Plinius VI, 28 § 109; Strabo p. 720; Philostratus V. Ap. III, 57. Cf. Agatharchides passim. Ceterum quum Plinius l. l. de Chelonophagis dicat: *præter capita toto corpore hirsuti, coriisque piscium vestiti*, et similiter Solinus c.: *hirsuti omnia facie tenus*, Salmasius Exercc. Pl. p. 838, D legi apud Arrianum voluit: τά τε ἄλλα σώματος ἐκτὸς κεφαλῆς, adeo ut κεφαλὴ sit *facies*. Incassum. Curtius l. l.: *prominent ungues nunquam recisi; comæ hirsutæ et intonsæ sunt*, et similiter Diodorus. || — 39. τοῖσιν ante ὀξ. om. D.

αὐτοῖσιν οὐκ ἦν. Ἐσθῆτα δὲ ἐφόρεον δέρματα θήρεια· οἱ δὲ καὶ ἰχθύων τῶν μεγάλων τὰ παχέα.

XXV. Ἐνταῦθα νεωλκέουσι τὰς νέας, καὶ ὅσαι πεπονηκυῖαι αὐτέων ἐπισκευάζουσι. Τῇ δὲ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἐστέλλοντο, καὶ πλώσαντες σταδίους ἐς τριηκοσίους ἀπικνέονται ἐς χῶρον, ὃς δὴ ἔσχατος ἦν τῆς Ὠρειτέων γῆς· Μάλανα τῷ χώρῳ οὔνομα. (2) Ὠρεῖται δὲ ὅσοι ἄνω ἀπὸ θαλάσσης οἰκέουσιν, ἐσταλμένοι μὲν κατάπερ Ἰνδοί εἰσι, καὶ τὰ ἐς πόλεμον ὡσαύτως παραρτέονται· γλῶσσα δὲ ἄλλη αὐτοῖσι καὶ ἄλλα νόμαια. (3) Μῆκος τοῦ παράπλου παρὰ μὲν χώρην τὴν Ἀραβίων ἐς χιλίους μάλιστα σταδίους, ἔνθενπερ ὡρμήθησαν, παρὰ δὲ τὴν Ὠρειτέων γῆν ἑξακόσιοι καὶ χίλιοι. (4) Παραπλωόντων δὲ τὴν Ἰνδῶν γῆν (τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι Ἰνδοί εἰσι) λέγει Νέαρχος ὅτι αἱ σκιαὶ αὐτοῖσιν οὐ ταὐτὸ ἐποίεον· (5) ἀλλὰ ὅκου μὲν ἐπὶ πολλὸν τοῦ πόντου ὡς πρὸς μεσημβρίην προχωρήσειαν,

non erat. Ferarum, et quidam etiam crassioribus grandium piscium coriis sese vestiebant.

XXV. Nearchus hic naves in littus subduci, quassatasque refici jubet. Sexto die navigationem repetunt, trecentisque stadiis emensis in locum quendam perveniunt, qui Oritarum regionis est ultimus : Malana eum locum vocant. (2) Oritæ qui mediterranea loca incolunt, eodem quidem habitu quo Indi utuntur, eodemque modo armantur : lingua vero atque institutis differunt. (3) Longitudo hujus navigationis præter Arabium oram est stadiorum mille ab eo loco unde solverant, secus Oritarum regionem mille sexcentorum. (4) Ceterum dum præternavigabant Indorum regionem (ab hoc enim loco non amplius Indi sunt) Nearcho auctore umbræ non eodem modo fiebant : (5) sed ubi longe in mare meridiem versus procedebant, ibi ipsæ etiam umbræ in meridiem verge-

---

XXV, 7. Μάλαινα D et cod. Bodl.; respondet locus hodierno *Ras Malin* seu *Malan*. || — 9. οἱ. Ἰνδοὶ A. || — 10. νόμεα BCD. || — 13. 1600] sic etiam Plinius; Strabo p. 720 numerat 1800; idem tamen p. 724 ab Indo usque ad Carmaniam dicit esse stadia 10000, quæ summa tum demum efficitur si hoc loco pro 1800 ponas 1600; sed quum p. 720 ex reliquo computo patet, non subesse scribarum errorem, p. 724 ore rotundo dixit 10000 pro 10200. Sua Strabo sumsit ex Eratosthene. Reapse oræ longitudo linea recta est 900 stadiorum; inter 1000 et 1100 stadia, si sinuum ambages legeris. || — 14. παραπλωόντων κτλ.] Quæ sequuntur de umbrarum ratione astrorumque ortu et occasu, non potuisse observari Arabitarum et Oritarum oram præterlegenti, idque mense Novembri, luce clarius est. Quare Schmiederus inepta hæc ab Arriano potius quam ab Nearcho profecta esse statuit. Scilicet Nearchum data occasione exposuisse quænam sit umbrarum ratio, si quis æstate meridiem versus enavigaverit ultra circulum tropicum; Arrianum vero male intellecta hæc ad ipsam Nearchi navigationem transtulisse (V. not. ad Nearchi fr. 22 p. 64 sq.). Simili modo Gosselinus (III, p. 139) Arriani narrationem ad mentem Nearchi revocari voluit; scilicet dicendum fuisse hanc in sententiam : « La navigation le long de la côte des Orites est de 1600 stades; et il n'y a plus de nations indiennes au delà. Néarque a écrit que ceux qui naviguoient le long de la côte de l'Inde, apercevoient un changement dans la direction des ombres. A mesure qu'ils avançoient au sud dans la haute mer, ils voyoient les ombres se prolonger vers le midi etc. » Au moyen de cette legère transposition, le récit de Néarque continue d'être clair et conforme à la vérité. Il ne dit point qu'il a observé lui-même le phénomène dans le cours de sa navigation, mais il rapporte un fait qu'il parait avoir appris des habitants de *Malana*, qui parcouroient les côtes de la presqu'île des Indes (?). Ainsi toute l'erreur qu'on aperçoit dans la leçon ordinaire de ce passage, appartient à son copiste. Neanmoins il ne faut pas croire que ce soit par inattention qu'Arrien a donné cette tournure forcée au texte de Nearque; car on voit qu'il cherche à justifier son interpretation par l'exemple de ce qui s'observe à Syéné et Méroé, quand le soleil passe au zénith de ces villes. Il n'a fait le changement dont nous parlons, que pour se conformer aux idées de son siècle, c'est-à-dire aux opinions des géographes de l'école d'Alexandrie, parce qu'Eratosthènes et ceux qui l'ont suivi, avoient placé toutes les bouches de l'Indus, la côte des Arbiens, celle des Orites et de la Gedrosie, au midi du tropique. Peut-être cette ancienne opinion feroit-elle soupçonner que Néarque avoit servi de guide à ces auteurs pour fixer les latitudes de ces différens lieux. Mais, il est aisé de faire voir que les géographes grecs ne se sont point servis de la relation de Néarque pour établir la hauteur des contrées dont il est question, puisque au lieu de chercher leurs latitudes en procédant du sud au nord, comme c'est l'usage,... ils ont conclu la latitude de la côte des Arbiens et celle des Orites par une méthode inverse, et en opérant du nord au sud; c'est-à-dire que, faute de moyens astronomiques pour connaître la distance de l'équateur aux bouches de l'Indus, ils ont adopté une mesure itinéraire qui portait ces bouches à 13000 stades au midi de la chaîne du Taurus, fixée, selon eux, sous le trente-sixième parallèle (Strabo p. 689.). » Hæc Gosselinus haud insulse; attamen verum tetigisse non videtur. Mendacia ista quum in ipsum Nearchum, virum sobrium et prudentem, nemo nisi coactus retulerit, neque videam cur Arrianus, si id quod Gosselinus suspicatur significare voluisset, tam inepta et perfida ratione hoc facere instituisset : nihil aliud relinquitur nisi ut putemus Nearcheam narrationem, qua usus Arrianus, ex Onesicrito vel similis farinæ scriptore fuisse interpolatam. Etenim reapse exstitisse paraplos qui ista mendacia de Oritarum ora proderent, intelligere erat ex iis quæ ex Onesicrito aliisve Juba descripsit, ex Juba autem excerpsit Plinius VI, 26 : ... *flumen Carmaniæ Hytanis* (Hydriaces Marciani, Caudriaces Ptol.) ;.. *ab eo primum septentriones apparuisse adnotavere; arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis unquam*. Quodsi hæc Plinii auctores annotanda puta-

αἶδε καὶ αὗται αἱ σκιαὶ πρὸς μεσημβρίην τετραμμέναι ἐφαίνοντο, ὁκότε δὲ τὸ μέσον τῆς ἡμέρης ἐπέχοι ὁ ἥλιος, ἤδη δὲ καὶ ἔρημα σκιῆς πάντα ὤφθη αὐτοῖσι, (6) τῶν τε ἀστέρων ὅσους πρόσθεν μετεώρους κατεώρων, οἱ μὲν ἀφανέες πάντη ἦσαν, οἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ ἐφαίνοντο, καταδύνοντές τε καὶ αὐτίκα ἀνατέλλοντες οἱ πάλαι ἀειφανέες ἐόντες. (7) Καὶ ταῦτα οὐκ ἀπεικότα δοκέει μοι ἀναγράψαι Νέαρχος, ἐπεὶ καὶ ἐν Συήνῃ τῇ Αἰγυπτίῃ, ἐπεὰν τροπὰς ἄγῃ θέρεος ὥρης ὁ ἥλιος, φρέαρ ἀποδεδειγμένον ἐστὶ, καὶ τοῦτο ἄσκιον ἐν μεσημβρίῃ φαίνεται· ἐν Μερόῃ δὲ πάντα ἄσκια τῇ αὐτῇ ὥρῃ· (8) εἰκὸς ὦν καὶ ἐν Ἰνδοῖσιν, ἅτε πρὸς μεσημβρίην ᾠκισμένοισι, τὰ αὐτὰ δὴ πάθεα ἐπέχειν, καὶ μάλιστα δὴ κατὰ τὸν πόντον τὸν Ἰνδικὸν, ὅσῳ μᾶλλον αὐτοῖσιν ἡ θάλασσα πρὸς μεσημβρίην κέκλιται. Ταῦτα μὲν δὴ ὧδε ἐχέτω.

XXVI. Ἐπὶ δὲ Ὠρείτῃσι κατὰ μὲν μεσογαίην Γαδρώσιοι ἐπεῖχον· ὧν τὴν χώρην χαλεπῶς διεξῆλθεν ἅμα τῇ στρατιῇ Ἀλέξανδρος, καὶ κακὰ τοσαῦτα ἔπαθεν, ὅσα οὐδὲ τὰ ξύμπαντα τῆς συμπάσης στρατηλασίης· καὶ ταῦτά μοι ἐν τῇ μέζονι ξυγγραφῇ ἀναγέγραπται. (2) Κάτω δὲ Γαδρωσίων παρὰ τὴν θάλασσαν αὐτὴν οἱ Ἰχθυοφάγοι καλεόμενοι οἰκέουσι· παρὰ τούτων τὴν γῆν ἔπλωον· τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρῃ περὶ τὴν δευτέρην φυλακὴν ἀναχθέντες καταίρουσιν εἰς Βαγίσαρα· στάδιοι

bant, quum vero sol medium diei spatium occupabat, nullæ iis in locis umbræ conspiciebantur. (6) Astra quoque, quæ antea sublimia cernebantur, aut jam plane non apparebant, aut depressa ad terram conspiciebantur; occidebant et rursus oriebantur, quæ antea semper conspicua fuerant. (7) Et hæc quidem non dissentanea vero mihi videtur, Nearchus conscripsisse, siquidem in Syene Ægyptia tempore solstitii æstivi puteus quidam ostenditur, qui meridie nullam umbram facit. In Meroe autem eodem anni tempore nullæ omnino umbræ fiunt. (8) Consentaneum igitur est, etiam Indis quia meridianam partem habitant idem accidere, præcipue vero in mari Indico, quo magis id mare ad meridiem vergit. Atque hæc quidem hactenus.

XXVI. Post Oritas versus mediterraneam regionem Gadrosii habitant: quorum fines difficulter cum exercitu Alexander transiit, pluraque incommoda et damna accepit, quam in tota reliqua expeditione. Ea in majori opere (6, 22—27) a me conscripta sunt. (2) Infra Gadrosios loca maritima accolunt quos Ichthyophagos vocant; eorum oras præternavigarunt; quumque primo die ad secundam vigiliam solvissent, sexcentis

---

runt, nonne consentaneum est eosdem in antecedentibus annotasse talia qualia tradit Arrianus? Et ut hoc addam, nonne facile jam explicatur qui factum sit ut Ptolemæus a promontorio Alambatere ad Hydriacum fluvium boream versus oram flectere perperam statuerit, et Paragontem istum sinum finxerit? Præterea ad hoc attendas. Arrianus sua profert eo loco, quo de *Oritarum Malana* ad hodiernum *cap. Malin* sermo est. Jam vero Plinius eadem fere habet de *Maleo monte* apud *Oretas*, VIII, 75: *In Indiæ gente Oretum*, ait, *mons est Maleus nomine, juxta quem umbræ æstate in austrum, hieme in septentrionem jaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet septentrio*, etc. (V. Onesicrit. fr. 24 a et fr. 24, ubi de Hyphasi sub tropico circulo posito, sicuti Syenes puteus, et quæ similia ex Orthagoræ Periplo affert Philostratus V. Ap. III, 53). Sane quidem Maleus mons iste non ad Gedrosiam pertinet, ut ex Bætone (fr. 4) constat ap. Plin. VI, 22 (*Ab iis*, Prasiis, *in interiore situ Moncdes et Suari, quorum mons Maleus, in quo umbræ ad septentrionem cadunt hieme, æstate in austrum, per senos menses.*); sed facile patet id quod de Maleo Suarorum monte Bæton, inepte item, dixerat, id deinde alios, nominum similitudine arrepta, de Malano Oritarum prædicasse. — Denique interpolationis indicium inest verbis τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι Ἰνδοί εἰσιν, quibus Oritæ inter Indos censentur, quum Nearcho ἔσχατοι Ἰνδῶν fuisse Arabies supra (22, 10) legerimus. De alia interpolatione videbimus infra ad cap. 26. || — 1. αἶδε καὶ αὗται] sic L; αἱ δὲ καὶ αὗται ABD; ante Schmiederum vgo: ὧδε καὶ αὗταί. In C verba προχωρήσειαν... μεσημβρίην exciderunt. || — 1. τετραμμέναι] τεταραγμέναι C; τεταρασμέναι D. || — 7. ἐόντες om. ABCD; forsan recte. || — 13. ᾠκισμένοισι] ᾠκισμένοι εἰ ABD.

XXVI, 21. καὶ om. LA. || — 25. Βαγίσαρα] Βαγγίσαρα C; deinde Πάσιρα A, Πασιρὰ BCD, et Πασιρόες C. Bagisara et Pasira num duo sint nomina prorsus distincta, an Bagisara male scriptum sit, neque aliud significet nisi Pasirensem sive sinum sive regionem (ut equidem crediderim), non dijudico. Vincentus ita loquitur quasi in græcis esset Βαγάσιρα, quod significare putat *insulam vel peninsulam*, collato nomine *Dagasira*, quod infra occurrit. Addit conatus quosdam etymologicos de significatione vocum *da* et *ba*, quos in meras opinationes retrusos liceat omittere. Apud scriptores græcos habes: Παρσῖραι, Παρσῖδαι, Παρσιηνὴ (χώρα), Παρσικὰ ὄρη. De quonam loco sermo sit, liquet e longe porrecto quod deinceps circumnavigandum erat promontorio. Id enim aperte est hodiernum *Ras Arabah* seu *Arubah* vel etiam *Urmarah* (ab *Urmara* urbe ad *Cap. Malin.*), altæ peninsulæ in modum in oceanum tendens, humilique isthmo junctum continenti, ab utroque sui latere sinus efficiens profundos ancorisque idoneos. A *Malin* prom. ad 350 stadia distat, quo quibus 600 numerat Nearchus, per totum hunc tractum distantias adeo exaggerans, ut 5000 Ichthyophagorum stadia in 10000 extrahantur. Ceterum audiamus testem oculatum Kempthornium l. l. p. 264: « (The place called Bagasira by Nearchus) is now known by the name of 'Arabah or Hormarah Bay, and is deep and commodious, with good anchorage, sheltered from all winds but those from the southward and eastward.. The point which forms

τοῦ παράπλου ἑξακόσιοι. (3) Λιμήν τε ἔνι αὐτόθι εὔορμος, καὶ κώμη Πάσιρα, ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάσσης ἑξήκοντα σταδίους· καὶ οἱ πρόσοικοι αὐτῆς Πασιρέες. (4) Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην πρωϊαίτερον τῆς ὥρης ἀναχθέντες περιπλώουσιν ἄκρην ἐπὶ πολλόν τε ἀνέχουσαν ἐς τὸν πόντον καὶ αὐτὴν ὑψηλὴν καὶ κρημνώδεα· (5) φρέατα δὲ ὀρύξαντες, ὕδωρ [οὐκ] ὀλίγον καὶ πονηρὸν ἀρυσάμενοι ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρῃ ἐπὶ ἀγκυρέων ὥρμων, ὅτι ῥηχίη κατὰ τὸν αἰγιαλὸν ἀνεῖχεν. (6) Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην καταίρουσιν ἐς Κόλτα, σταδίους ἐλθόντες διηκοσίους. Ἔνθεν δὲ ἕωθεν πλώσαντες σταδίους ἑξακοσίους ἐν Καλάμοισιν ὁρμίζονται· κώμη πρὸς τῷ αἰγιαλῷ, φοίνικες δὲ περὶ αὐτὴν ὀλίγοι πεφύκεσαν, καὶ βάλανοι ἐπ' αὐτοῖσι χλωραὶ ἐπῆσαν· καὶ νῆσος ὡς ἑκατὸν σταδίους ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀπέχουσα, Καρβίνη

inde stadiis ad Bagisara delati sunt. (3) Portus iis in locis erat ad receptum classis commodus, pagusque Pasira, sexaginta stadiis a mari distans : accolæ ejus Pasireenses. (4) Postridie quum maturius solvissent, promontorium aliquod longe in mare prominens altumque ac præruptum circumnavigant : (5) defossisque puteis aquam non multam et pravam nacti illum quidem diem in ancoris substiterunt, quod littus æstuosum erat. (6) Postridie vero ad Colta venerunt, ducentis stadiis emensis. Inde rursum sub lucem mota classe sexcenta stadia progressi ad Calama appellunt : pagus in littore erat, et circa eum paucæ palmæ, in quibus fructus erant virides. Erat ibi etiam insula centum a littore stadiis distans, Carbine dicta. (7) Ibi

---

this bay is very high and precipitous and runs out some distance into the sea.. Rather a large fishing village, the same [Nearchi vicus 60 stadiis ab ora distabat, ideoque non in ipso isthmo situs esse poterat] that Nearchus calls Pasira, is situated on a low sandy isthmus, about one mile across, which divides this bay from another; it is inhabited by a tribe of Belooches, who are very poor; their houses or huts are built principally of cajan (Cytisus cajan) sticks, covered with leaves of date trees.. The only good building in the place is the fort, which is a quadrangular building, with a few old honeycombed guns; the sheikh resides in it. There is little or no trade here, but what there is the Banians carry on. .. The only articles of provision we could obtain from them were a few fowls, some dried fish and goats. They grow no kind of vegetable or corn, few watermelons being the only thing these desolate regions bring forth. Sandy deserts extends into the interior as far as the eye can reach, and at the back of these rise high mountains, the continuation of those which skirt the Persian gulf. » Quodnam hodierno oppido nomen sit Kempthornius notare omisit. Apud Ptolemæum *Bagisaræ* vel *Pasiræ* respondet Ῥαπαύα (Ῥαγιραύα v. l.; Ῥαπραύα ap. Marcian.), in qua [nomen *Arabah*, misso præfixo, superest. Distat Ῥαπαύα urbs uno gradu ab Arabi fluvio (hod. *Calami*), sicuti ap. Nearchum Pasiræ ab Calamis loco distant stadiis 800. — Ex Nearcho correxerunt Plinium VI, 25, 27, ubi codices : *flumen Tomberon navigabile, circa quod Pariræ* (*Periræ* var. lect.; *Pasiræ* em. Harduin et Sillig.); *deinde Ichthyophagi*, et ib. § 97 : *Alii Gedrusos et Sires* (*Syros* v. l.; *Pasires* Hard. et Sil.) *posuere per* 138 *mill. p.* Nescio an utroque loco scribendum potius sit *Parsiræ* et *Parsires*. Ceterum quum a Tombero ad Pasira Nearchus computet 900 stadia, verba illa *circa quod*, aut minus accurate dixit, aut Tomerum fluv., sicuti Arabin magis occasum versus removit, adeo ut respondeat hodierno *Gorac*. Eo quoque a Nearcho Plinius recedit, quod Pariræ Ichthyophagis nondum attribuuntur, sive nomen sit loci, sive populi quem in altero loco *Pasires* sive *Parsires* vocat oramque stadiorum 1100 obtinuisse dicit. Similiter Ptolemæus (VI, 20) medios inter Arabitas et Carmaniam suam collocat Παρσίρας vel Παρσίδας cum Parsi urbe mediterranea Gedrosiæ metropoli. Ad idem nomen pertinent Παρσικὰ ὄρη (Περσικὰ ὄ. codd.) in finibus Carmaniæ, et quam eodem loco codices et editiones exhibent Παριστινὴ s. Παρισηνὴ χώρα, quæ corrigenda est in Παρσιηνή. Denique apud Anon. Peripl. mar. Erythr. § 37 pro ἡ παρ' ὁδὸν χώρα legendum ἡ Παρσιδῶν χ. || — 4. πρωϊαίτερον] BC; πρωιέτερον A; πρωίτερον D. || — 7. οὐκ inclusit Schmiederus, qui fort. leg. putat οὐκ ὀλίγον ἀλλὰ πον.; Dübner conj. καὶ ὀλ. καὶ πον.; Geier : οὐκ ὀλ. καίπερ πον. Ego velim : οὐ πολλὸν κ. π. || — 8. μὲν om. C. || — 8. ἀγκυρίων B. || — 10. Κόλατα D. Locus ignotus ad alterum isthmi latus ponendus; 200 stadia putanda inde a Bagisaris; ob flectendi promontorii difficultatem brevi spatio multum temporis impenderant. ||— 11. Verba ἔνθεν δὲ... ἑξακοσίους om. C. || — 12. Καλάμοισι] Καλάμῃσι C; Καλίμοισι BDA et cod. Bodl.; Καλύβοισιν L. Locus situs erat ad hod. fl. *Kalami* (*Rio de Kalameta* Portugallis) seu *Rumra* seu *Kurmut*. Ptolemæo Arabis vocatur. Fluvium prope Nearchi locum fuisse palmæ quoque ab Arriano memoratæ produnt. ||— 12. ὡρμίζοντο D. ||— 15. Καρβίνη] sic D, quod recepi, quum probabile sit insulam dictam esse de nomine objacentis oræ, quæ in omnibus Arriani codicibus Καρβὶς vocatur; insulæ nomen Καρνίνη in A et vett. editt.; Καρνίκη BC; Κανίνη L.; Κάρμινα Ptolemæus et Steph. Byz. Quod fort. verius esse putes velisque apud Nearchum legi Κάρμις et Καρμίνη. Nimirum oram istam *Carmin* dictam esse inde suspiceris quod fluvius ibi exiens nunc etiam *Kurmut* vocatur, in quo Κάρμις latere videtur. Pro Κάρβις lectione afferre licet, quod fluvius ille ap. Ptol. vocatur Ἄρβις vel Ἄραβις. Vix enim dubium est, quin similitudine nominum Καρβὶς et Ἀρβὶς seductus Ptolemæus duos hosce fluvios confuderit. — Insula *Calami* fluvii ostio objecta ab eoque duodecim fere milibus anglicis distans nunc vocatur *Astholah* vel *Sanga-Dip*. Ptolemæus (VI, 20.) e regione fluvii ponit, 18° lat. 105° long., Ἀσθόλαν νῆσον (sic recte e codd. nonnullis Wilbergus p. 440 scripsit pro vulgata : Ἀσθαία νῆσος). Idem VI, 8 p. 416. habet Κάρμινα insulam, 18°. 102° (sic enim e codd. scribendum erat pro Κάρμιννα), sicuti Stephanus Byz. :

οὔνομα. (7) Ἐνταῦθα ξείνια Νεάρχῳ προσφέρουσιν οἱ κωμῆται πρόβατα καὶ ἰχθύας· καὶ τῶν προβάτων τὰ κρέα λέγει ὅτι ἦν ἰχθυώδεα, ὡς τοῖσι τῶν ὀρνίθων τῶν πελαγίων, ὅτι καὶ αὐτὰ ἰχθύων σιτέεται· ποίη γὰρ οὐκ ἔνι ἐν τῇ χώρῃ. (8) Ἀλλὰ τῇ ὑστεραίῃ πλώσαντες ἐς σταδίους διηκοσίους ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ καὶ κώμῃ ἀπὸ θαλάσσης ἐς σταδίους τριήκοντα ἀπεχούσῃ· ἡ μὲν κώμη Κύσα ἐκαλέετο· Καρβὶς δὲ τῷ αἰγιαλῷ οὔνομα ἦν. (9) Ἐνταῦθα πλοίοισιν ἐπιτυγχάνουσι σμικροῖσιν, οἷα ἁλιέων εἶναι πλοῖα οὐκ εὐδαιμόνων· αὐτοὺς δὲ οὐ

Nearcho pagi illius incolæ hospitalia munera offerunt oves et pisces. Carnes earum saporem habuisse quasi piscium, sicuti carnes avium marinarum, quum et ipsæ oves piscibus alerentur; gramen enim ea regio non habet. (8) At postridie ducenta stadia emensi ad littus appulerunt, pagumque repererunt triginta stadiis a mari distantem; pago Cysa nomen erat, littori Carbis. (9) Hoc loco parvulæ quædam cymbæ repertæ sunt, quales esse solent piscatorum non opulentorum; pis-

Κάρμινα, νῆσος Ἰνδική. Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Καρμιναῖος, εὕρηνται δὲ Καρμῖνοι. Hoc nomen quum aperte sit idem cum Arrianeo et fortasse apud Nostrum reponendum, nulla vero exstet insula in eo loco quem Ptolemæus assignat ei, dubium non est, quin ex duobus ejusdem insulæ nominibus duas insulas geographus excuderit. Porro eandem insulam alii vocarunt Σέληρα, alii Νόσαλα vel Νόσορα, siquidem huc pertinet insula quam e regione Balarnorum (Barnorum Arriani) sitam esse dicit Philostratus l. l., ubi hæc leguntur: Προκεῖσθαι δὲ τοῦ χωρίου (sc. τῶν Βαλάρων) νῆσον ἱεράν, ἣν καλεῖσθαι Σέληρα· καὶ στάδια μὲν ἑκατὸν εἶναι τῷ πορθμῷ, Νηρηΐδα δ' οἰκεῖν ἐν αὐτῇ, δεινὴν δαίμονα· πολλοὺς γὰρ τῶν πλεόντων ἁρπάζειν καὶ μηδὲ ταῖς ναυσὶ ξυγχωρεῖν πεῖσμα ἐκ τῆς νήσου βάλλεσθαι. Vel hinc colligas nostram insulam eandem esse cum illa Solis et Nereidis insula, quam Νόσαλα Arrianus c. 31 (Νόσορα Steph. Byz.) vocat, et Nearchum adiisse fabularumque de ea sparsarum vanitatem demonstrasse narrat (Cf. Strabo p. 726; Plinius l. l. § 97; Mela III, 7; compares etiam Pseudocallisth. II, 38 p. 89. III, 17 p. 121). Jam quum prorsus ab his differant, quæ nostro loco de *Carmine* insula leguntur non deserta, sed habitata, porro quum fabellam redoleant quæ de navigio repente evanido Arrianus habet (c. 31, 3): persuasum mihi est totum istud de hac re caput, quod Noster tanquam appendicem suæ de Ichthyophagis narrationi assuit, a genuino Nearchi opere alienum fuisse et ejusdem generis prodere additamentum, cujus specimen aliud supra jam vidimus. Verum in his quoque Arrianum culpa vacare testis est Strabo, qui et ipse eadem in suo Nearcho repperit. Ceterum objiciat aliquis non prorsus consentire cum Arriano de loco insulæ assignando Philostratum. Cui respondeo primum in universo hoc tractu aliam nullam exstare insulam, ad quam Nosala referri queat, tum vero quæ de hodierna *Asthola* recentiores tradunt, prorsus esse accommoda, unde veteres fabulas explices. Audiamus Kempthornium l. l. p. 266: « Ashtola is a small desolate island, about four or five miles in circumference; situated twelve miles from the coast of Mekran. Its cliffs rise rather abruptly from the sea to the height of about three hundred feet; and it is inaccessible except in one place, which is a sandy beach, about one mile in extent, on the northern side. Great quantities of turtle frequent this island for the purpose of depositing their eggs. Nearchus anchored off it, and called it Carnine. He says also, that he received hospitable entertainment from its inhabitants, their presents being cattle and fish; but not a vestige of any habitation now remains ... The Arabs come to this island and kill immense numbers of these turtle, not for the purpose of food, for they never partake of it, considering it as an unclean animal; but they traffic with the shell to China, where it is made into a kind of paste, and then into combs, ornaments etc., in imitation of tortoiseshell. The carcases of the poor animals are thus strewed about the beach in all directions, causing a stench so great that it was scarcely bearable; in fact, we could smell it some distance off the shore. The only land-animals we could see on the island were rats, and they were swarming; they feed chiefly on the dead turtle. This island was once famous as the rendezvous of the Jowasimee pirates; and here they committed many horrid and savage murders on the crews of the vessels which they captured. The remains of their look-out tower are still visible; it is built on a high cliff very difficult to access, and commands an extensive view to seaward. They man who was looking out having discerned a vessel in the offing made a signal, when instantly the whole squadron of pirates went in chase; and if they unfortunately succeeded in taking her, they towed her to the island, where they plundered her of everything valuable, massacred the crew, and then burnt her: but since the expedition sent against them in 1820 by the governor of Bombay, this savage tribe has almost disappeared. » His adde quæ Vincentus II, p. 299 affert: « Captain Blair writes; « We were warned by the natives at Passence, that it would be dangerous to approch the island of Asthola, *as it was enchanted;* and that a ship had been turned in a rock. This superstitious story did not deter us; we visited the island, found plenty of excellent turtle, and saw the rock alluded to, which at a distance had the appearance of a ship under sail. The story was probably told to prevent our disturbing the turtle; it has however some affinity to the tale of Nearchus's transport. » || — 3. ἰχθυώδεα] Cf. Philostratus Vit. Apoll. III, 55: Φασὶ δὲ καὶ τοῖς ἰχθυοφάγοις ἐντυχεῖν, οἷς πόλιν εἶναι Στόβηρα, διφθέρας δὲ τούτους ἐνῆφθαι μεγίστων ἰχθύων, καὶ τὰ πρόβατα τἀκείνῃ ἰχθυώδεα εἶναι καὶ φαγεῖν ἄτοπα· τοὺς γὰρ ποιμένας βοσκεῖν αὐτὰ τοῖς ἰχθύσιν, ὥσπερ ἐν Καρίᾳ τοῖς σύκοις. Cf. Strabo p. 720: καὶ τὰ κρέα τῶν θρεμμάτων ἰχθύων προσβάλλει. Piscibus apud Ichthyophagos pecora nutriuntur etiam nunc. || — 3. ὡς] ἴσα de conj. scripsit Dübner; ὡς τὰ Schmiederus præter necessitatem. || — 8. Κύσα] Κίσσα L. Locus accura

καταλαμβάνουσιν· ἀλλ' ἔφυγον γὰρ καθορμιζομένας κατιδόντες τὰς νέας. Σῖτός τε αὐτόθι οὐκ ἐνῆν, καὶ ὑπολελοίπει τὴν στρατιὴν ὁ πολλός· ἀλλὰ αἶγας ἐμβαλόμενοι ἐς τὰς νέας, οὕτω δὴ ἀπέπλωον. (10) Καὶ περιπλώσαντες ἄκρην ὑψηλὴν ὅσον πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους ἀνέχουσαν ἐς τὸν πόντον, κατάγονται ἐν λιμένι ἀκλύστῳ· καὶ ὕδωρ αὐτόθι ἦν, καὶ ἁλιέες ᾤκεον· Μόσαρνα οὔνομα ἦν τῷ λιμένι.

XXVII. Ἐνθένδε καὶ ἡγεμὼν τοῦ πλόου λέγει Νέαρχος ὅτι συνέπλωσεν αὐτοῖσιν, Ὑδράκης οὔνομα, Γαδρώσιος· ὑπέστη δὲ Ὑδράκης καταστήσειν αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε οὐκέτι χαλεπὰ ἦν, ἀλλὰ μᾶλλόν τι ὀνομαζόμενα, ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικόν. (2) Ἐκ δὲ Μοσαρνῶν νυκτὸς ἐπάραντες πλώουσι σταδίους ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα ἐς Βάλωμον αἰγιαλόν· ἔνθεν δὲ ἐς Βάρνα κώμην σταδίους τετρακοσίους, ἵνα φοίνικές τε πολλοὶ ἐνῆσαν καὶ κῆπος· καὶ ἐν τῷ κήπῳ μύρσιναι ἐπεφύκεσαν, καὶ ἄλλα ἄνθεα, ἀπ' ὅτων στεφανώματα τῇσι κόμῃσιν ἐπλέκοντο· ἐνταῦθα πρῶτον δένδρεά τε εἶδον ἥμερα, καὶ ἀνθρώπους οὐ πάντῃ θηριώδεας ἐποικέοντας. (3) Ἐνθένδε ἐς διηκοσίους σταδίους περιπλώσαντες καταίρουσιν ἐς Δενδρόβοσα, καὶ αἱ νέες ἐπ' ἀγκυρέων ἐσάλευσαν. (4) Ἐν-

catores ipsos non repererunt; fugerant enim simulac naves appellentes viderant. Frumentum ibi nullum erat, et jam deficere exercitum cœpit annonæ copia. Igitur capris in naves abductis recesserunt. (10) Inde promontorium quoddam altum ad centum quinquaginta stadia in mare porrectum circumvecti in portum a procellis tutum venerunt. Ibi et aqua erat, et piscatores habitabant: Mosarna portui nomen erat.

XXVII. Hinc scribit Nearchus ducem navigationis, Hydracem nomine, Gadrosium, una cum ipsis navigasse: pollicitumque esse se illos usque ad Carmaniam deducturum. Omnis abhinc ad sinum Persicum tractus non amplius difficilis navigatu erat: sed multo priore celebrior. (2) Mota deinde noctu ex Mosarnis classe, septingenta quinquaginta stadia emensi ad Balomum littus delati sunt: atque inde in Barna vicum, stadiis abinde quadringentis, in quo frequentes palmæ erant, et hortus. In horto myrti nascebantur, variique flores, e quibus corollas texebant comæ imponendas. Hoc primum in loco arbores cultas hominesque non omnino feros repererunt. (3) Inde ducenta stadia provecti ad Dendrobosa appulerunt; naves ibi in salo substiterunt. (4) Hinc sub mediam noctem solventes in

---

tius non definiendus. || — 1. καθορμιζομένους A. || — 2. κατιδόντες] sic codd.: ἰδόντες editt. ante Schm. || — 3. ἐμβαλλόμενοι AB et vgo. || — 5. ἄκρην] i. e. *Djebel Zarraim*, cujus extremitas nunc vocatur *Cap Passence*, ab oppido *Passence*. *Zaraim* montis nomen superest etiam in fluvio *Zorambo*, quem Ptolemæus ab occasu Musarnorum et Bodarorum ponit, quum ex Nostro locorum serie ab ortu potius promontorii ponendus fuisse videatur, ubi nunc est *Suduk* fluvius. || — 8. Μόσαρνα] ABD, Μώσαρμα C; mox codices præbent Μοσαρνῶν. Dein οὔνομα om. CD. Apud Ptolemæum VI, 8 et Marcianum p. 41 locus vocatur Μόσαρνα, qui secundum Ptolemæum ad 900 stadia, sec. Marcianum 1300 stadia distat ab *Kalami* fluvio. In Nostro distantia a Cysa non notatur, quum satis magna sit, contra in sqq. a Mosarna ad Cophantem distantiæ notantur adeo exaggeratæ, ut ab omni ratione recedant. Secundum Arrianum Mosarna sita erant ab occasu promontorii, siquidem περιπλῶσαι, non παραπλῶσαι id Nearchus dicitur. Nullus tamen ibi portus nunc notus est; contra vero a borea promontorii *Passence* locus est, qui nunc a mercatoribus frequentatur. Vereor cum Gosselino ne quid in Arriani narratione turbatum sit. Errorem Kempthornii qui Mosarna hod. *Guadel* esse putat, verbo memorasse sufficit.

XVII, 10. Ὑδράκης] Idem fere nomen tanquam fluvii Carmaniæ occurrit apud Marcianum l. l. et Ammianum XXIII, 6, 48, ubi Hydriaces (Caudriaces sec. Ptol.) fluv. memoratur. || — 11. Γαδρούσιος LD. || — 12. τὰ δὲ.. χαλεπὰ A. || — 14. νυκτὸς] « Propter ventum noctu a terra spirantem discedere poterant a litore; propter boream in alto spirantem et tempestatem serenam noctu præter litora sed paullo longius quam hucusque consueti erant, sine periculo navigare poterant, audaciores forte, quod ducem habebant regionis peritum. » Ex Vincento SCHMIEDER. || — 15. Βάλωμον] ἐς Βαλόμνον D et cod. Bodl.; Βάλαμον codd. Blancardi. Nomen aliunde non notum. Distantiæ mirum in modum exaggerantur. Nam a Musarna ad Cophantem numerantur stadia 1750, quum a *Ras Passence* usque ad *Ras Koppa* vix 500 sint stadia, pro quibus apud Arrianum, qui fere in duplum augere numeros solet, non ultra 1000 stadia exspectaveris. Quare distantia quæ est a Cysa ad Mosarna in antecc. omissa, in his numeris, nescio quo errore, comprehensa esse videtur. || — 16. Βάρνα] Idem locus Ptolemæo et Marciano est Βάδαρα vel Βόδαρα, secund. Ptol. ad 125 stadia, sec. Marc. 300 stadia a Mosarnis distans. Idem Βάλαρα vocatur ap. Philostratum Vit. Apoll. III, 56, ubi eadem fere leguntur quæ Arrianus habet: Παραπλεῦσαί φασι καὶ Βαλάροις (Βαδάροις?)· ἐμπόριον δ' εἶναι τὰ Βάλαρα μεστὸν μυρρινῶν τε καὶ φοινίκων, καὶ δάφνας ἐν αὐτῷ ἰδεῖν καὶ πηγαῖς διαρρεῖσθαι τὸ χωρίον· κῆποι δ' ὁπόσοι τρωκτοὶ καὶ ὁπόσοι ἀνθέων κῆποι· βρύειν αὐτὸ καὶ λιμένας μεστοὺς γαλήνης ἐν αὐτῷ εἶναι. Situs locus fuerit ad hod. *Ras Chemaul Bunder*. || — 19. τῇσι κόμῃσι] τῇσι κώμῃσι L; τῇσι κωμήτῃσι D; τοῖσι κωμήτῃσι ABC; em. Schmiederus, addens: « Mos coronandi Græcis maxime solennis erat, et credo, quum post tot miserias primam regionem cultiorem et flores et myrtum conspicerent, præ gaudio eos coronas sibi fecisse. Simillimum exemplum vide in Exped. V, 2, 8. Narrat ibi Arrianus, τοὺς Μακεδόνας apud Nysæos ἡδέως τὸν κισσὸν ἰδόντας, οἷα δὴ διὰ μακροῦ ὀφθέντα,... στεφάνους σπουδῇ ἀπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ὡς καὶ στεφανώσασθαι εἶχον etc. » || — 22. Δενδρόβοσα] sic ABCD et cod. Bodl.; Δενδρώβοσα editt. Ap. Ptolemæum memoratur locus Δερανοβίλα (Δεράνη

θένδε ἀμφὶ μέσας νύκτας ἄραντες ἐς Κώφαντα λιμένα ἀπίκοντο, τετρακοσίους μάλιστα σταδίους διεκπλώσαντες· (5) ἐνταῦθα ἁλιέες τε ᾤκεον, καὶ πλοῖα αὐτοῖσιν ἦν σμικρὰ καὶ πονηρά· καὶ τῇσι κώπῃσιν οὐ κατὰ σκαλμὸν ἤρεσσον, ὡς ὁ Ἑλλήνων νόμος, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ποταμῷ τὸ ὕδωρ ἐπιβάλλοντες ἔνθεν καὶ ἔνθεν, κατάπερ οἱ σκάπτοντες τὴν γῆν· ὕδωρ δὲ πολλόν τε ἦν ἐν τῷ λιμένι καὶ καθαρόν. (6) Περὶ δὲ πρώτην φυλακὴν ἄραντες καταίρουσιν ἐς Κύϊζα, ἐς ὀκτακοσίους σταδίους διεκπλώσαντες· ἵνα αἰγιαλός τε ἔρημος ἦν καὶ ῥηχίη. Αὐτοὶ ὦν ἐπ' ἀγκυρέων ὥρμεον, κατὰ νέα τε ἐδειπνοποιέοντο. (7) Ἐνθένδε διεκπλώσαντες σταδίους πεντακοσίους ἀπίκοντο ἔς τινα πόλιν σμικρήν, οἰκεομένην ἐπὶ γηλόφου οὐ πόρρω τοῦ αἰγιαλοῦ. (8) Καὶ Νέαρχος ἐπιφρασθεὶς ὅτι σπείρεσθαι τὴν χώρην εἰκός, λέγει πρὸς Ἀρχίην (ὃς ἦν Ἀναξιδότου μὲν παῖς, Πελλαῖος, συνέπλωε δὲ Νεάρχῳ, τῶν ἐν αἴνῃ ἐὼν Μακεδόνων) πρὸς τοῦτον λέγει, ὅτι καταληπτέον σφίσιν εἴη τὸ χωρίον· (9) ἑκόντας τε γὰρ οὐκ ἂν οἴεσθαι δοῦναι τῇ στρατιῇ σιτία, βίῃ τε οὐχ οἷόν τε εἶναι ἐξαιρέειν, πολιορκίης δὲ καὶ τριβῆς δεήσειν· σφᾶς δὲ ἐπιλελοιπέναι τὰ σιτία· ὅτι δὲ ἡ γῆ σιτοφόρος, τῇ καλάμῃ τεκμηριοῦσθαι, ἥντινα οὐ πόρρω τοῦ αἰγιαλοῦ ἀφεώρων βαθέην. (10) Ταῦτα ἐπεὶ σφίσιν ἐδόκεε, τὰς μὲν ἄλλας νέας κελεύει παραρτέεσθαι ὡς ἐς πλόον· καὶ ὁ Ἀρχίης αὐτῷ ἐξήρτυε τὰ ἐς τὸν πλόον· αὐτὸς δὲ ὑπολειφθεὶς μετὰ μιῆς νεὸς ἐπὶ θέαν δῆθεν τῆς πόλιος ἤει.

XXVIII. Προσάγοντι δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ τείχεα φι-

Cophantem portum pervenerunt, quadringenta circiter stadia emensi. (5) Hic et piscatores degebant, parvisque et vilibus navigiis utebantur, et remis non per scalmos dispositis, ut Græcorum mos est, remigabant, sed hinc atque hinc, sicut in flumine, aquam undis injicientes, sicut qui terram fodiunt. In hoc portu aquam et multam et puram invenerunt. (6) Inde ad primam noctis vigiliam solventes ad Cyiza pervenerunt, octingenta stadia emensi : quumque littus desertum ac æstuosum esset, jactis in salo ancoris substiterunt, atque in navibus corpora curarunt. (7) Inde provecti ad quingenta stadia, in parvum quoddam oppidum venerunt, in colle non procul a littore situm. (8) Nearchus verisimile ratus eam regionem cultam esse, Archiæ Anaxidoti filio, Pellæo, qui inter Macedones celebris cum Nearcho navigabat, dixit videri sibi oppidum occupandum esse (9) Oppidanos enim sua sponte frumenta exercitui daturos se non putare, vi autem capi non posse, sed diuturna obsidione opus fore, se vero jam frumentis destitui. Frugiferam autem regionem esse inde colligi, quod densos culmos non procul a littore viderent. (10) Quum itaque id consilium eis probaretur, reliquas quidem naves veluti ad navigationem instrui jubet, et Archiæ ejus rei negotio dato ipse cum una nave ad speculandum oppidum processit.

XXVIII. Quumque ad muros appelleret, amice op-

βιλλα, Δεράνη κώμη, Μοδερανίβηλα var. lect.), qui in Marciani (p. 39) codice scribitur Δερενόβιλλα. Hunc probabiliter statuunt ab eo quem Arrianus habet non esse diversum, sed non suo loco poni; scilicet Ptolemæus locum ponit ab occasu Cophantis, decima unius gradus parte sive 100 stadiis (250 stadiis sec. Marcian.) ab eo distans, dum Dendrobosa orientem versus 200 stadiis a Cophante remota sint. Vetus nomen in hodierno Daram superesse videtur. « I imagine *Deren*, the constituent part of the name, is still preserved in the *Daram* or *Duram* of Lieutenant Porter, who places this as a high land on an part of the coast between Cape Passence and Guadel, in a situation which would correspond with Deren-obosa; and Muddy peak would agree with the other names of Arrian, if they had been inserted in Commodore Robinson's chart. » Vincent p. 252. || — 1. Κώφαντα] Κώφας portus vocatur etiam ap. Marcianum. In Ptolemæo VI, 8 p. 414 omnium codicum consensu, ut videtur, legitur : Κωφάντα λιμήν. Vetus nomen habes in hodierno *Ras Koppah*. Num sit ibi portus, nescio. Exstat portus commodus in sinu *Guadel* oppidi prope magnum istud promontorium, quod Alambater Ptolemæus dicit, et medium fere ponit inter Cophantem et Cyiza. || — 3. πλοῖα.. πονηρὰ κτλ.] Kempthornius l. l. p. 273 postquam Neoptana Nearchi locum in sinu Persico memorarat, addit hæc : Nearchus describes the fishermen as making use of small slight boats, and rowing, not with oars over the side according to the Grecian manner, but with paddles which they thrust into the water as diggers do their spades. The natives use the same kind of boat to this day; it is a canoe made of several small planks nailed or sewn together in a rude manner with cord made from the bark of date-trees, and kalled *Kair*, the whole being then smeared over with dammer or pitch. » || — 4. κατὰ τὰς καλμὸν D. || — 5. ὁ om. D. || — ὥσπερ ποταμῷ BCD. 9. Κύιζα] Apud Ptolemæum et Marcianum τὰ Κύιζα λιμήν, ab Alambatere prom. (*Ras Guadel*) distans occasum versus stadiis 400, ubi nunc notatur *Ras Ghunse*, in quo Κύιζα nomen agnoscis. || — 11. τε δεῖπνον ἐποιέοντο L. || — 13. πόλιν σμικρήν] urbem hanc anonymam non memorant Ptolemæus et Marcianus. Non longe ab ea fuisse debet promontorium Βάγεια, ad quod, capta urbe, classis Nearchi in ancoris substitit. Idem prom. habent Ptolemæus et Marcianus, quorum hic 250 stadia id abesse dicit a Cyizis. Proxime apud illos sequitur Caudryaces (Ptol.) seu Hydriaces (Marc. et Ammian. XXIII, 6) fluvius, qui quum nonnisi ad unum ex duobus fluviis sinus *Guttur* sive *Gwuttur* (*baie de Gwuttur*) referri possit, sequitur Bagia prom. ab oriente fluvii situm fuisse, ideoque pertinere ad orientalem istius sinus extremitatem, montium jugo distinctam. Vincentus ad oppositum sinus latus urbem transposuit. || — 16. παῖς om. B. || — 27. ἤει] sic codd. nostri; ἴῃ vgo ante Schmiederum.

XXVIII, 28. αὐτῷ φιλίως πρὸς τὰ τείχεα ξένια BC. ||

λίως ξείνια ἔφερον ἐκ τῆς πόλιος θύννους τε ἐν κριβάνοισιν ὀπτούς (οὗτοι γὰρ ἔσχατοι τῶν Ἰχθυοφάγων οἰκέοντες πρῶτοι αὐτοῖσιν ὤφθησαν οὐκ ὠμοφαγέοντες) καὶ πέμματα ὀλίγα καὶ βαλάνους τῶν φοινίκων. (2) Ὁ δὲ ταῦτα μὲν ἀσμένως δέκεσθαι ἔφη, ἐθέλειν δὲ θεήσασθαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ εἴων παρελθεῖν. (3) Ὡς δὲ εἴσω πυλῶν παρῆλθε, δύο μὲν τῶν τοξοτέων κατέχειν κελεύει τὴν πυλίδα, αὐτὸς δὲ μετὰ δύο ἄλλων καὶ τοῦ ἑρμηνέος ἐπὶ τὸ τεῖχος τὸ ταύτῃ ἀνελθὼν ἐσήμηνε τοῖσιν ἀμφὶ τὸν Ἀρχίην ὅπως συνέκειτο, τὸν μὲν ὧν σημῆναι, τὸν δὲ συμβαλόντα ποιέειν τὸ τεταγμένον. (4) Ἰδόντες δὲ τὸ σημήιον οἱ Μακεδόνες ἐπώκελλόν τε κατὰ τάχος τὰς νέας καὶ ἐξεπήδων σπουδῇ ἐς τὴν θάλασσαν· οἱ δὲ βάρβαροι ἐκπλαγέντες τοῖσι γινομένοισιν ἐπὶ τὰ ὅπλα ἔθεον· (5) ὁ δὲ ἑρμηνεὺς ὁ σὺν Νεάρχῳ ἐκήρυσσε σῖτον διδόναι τῇ στρατιῇ, εἰ σώην ἐθέλουσιν ἔχειν τὴν πόλιν· οἱ δὲ ἠρνέοντο εἶναι σφίσι, καὶ ἅμα προσέβαλον τῷ τείχεϊ· ἀλλὰ ἀνέστελλον αὐτοὺς οἱ τοξόται οἱ ἀμφὶ τὸν Νέαρχον, ἐξ ὑπερδεξίου τοξεύοντες. (6) Ὡς δὲ ἔμαθον ἐχομένην τε ἤδη καὶ ὅσον οὔπω ἀνδραποδισθησομένην σφίσι τὴν πόλιν, τότε δὲ δὴ ἐδέοντο τοῦ Νεάρχου, τὸν μὲν σῖτον ὅσπερ ἦν αὐτοῖσι λαβόντα ἀπάγειν, τὴν πόλιν δὲ μὴ διαφθεῖραι. (7) Νέαρχος δὲ τὸν μὲν Ἀρχίην κελεύει καταλαβεῖν τὰς πύλας καὶ τὸ κατ' αὐτὰς τεῖχος· αὐτὸς δὲ συμπέμπει τοὺς κατοψομένους τὸν σῖτον, εἰ ἀδόλως δεικνύουσιν. (8) Οἱ δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἰχθύων τῶν ὀπτῶν ἀληλεσμένον ἄλευρον πολλὸν ἐδείκνυσαν, πυροὺς δὲ καὶ κριθὰς ὀλίγας· καὶ γὰρ καὶ ἐτύγχανον σίτῳ μὲν τῷ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, τοῖσι δὲ ἄρτοισι ὅσα ὄψῳ διαχρεόμενοι. (9) Ὡς δὲ τὰ ἐόντα ἐπεδείκνυον, οὕτω δὴ ἐκ τῶν παρεόντων ἐπισιτισάμενοι ἀνήγοντο, καὶ ὁρμίζονται πρὸς ἄκρην, ἥντινα οἱ ἐπιχώριοι ἱρὴν ἡλίου ἦγον· οὔνομα τῇ ἄκρῃ Βάγεια.

XXIX. Ἐνθένδε ἀμφὶ μέσας νύκτας ἄραντες διεκπλώουσι σταδίους ἐς χιλίους ἐς Τάλμενα λιμένα εὔορμον· ἐνθένδε ἐς Κανασίδα πόλιν ἐρήμην σταδίους ἐς τετρακοσίους, ἵνα τινὶ φρέατι ὀρυκτῷ ἐπιτυγχάνουσι, καὶ φοίνικες ἄγριοι ἐπεφύκεσαν· τούτων τοὺς ἐγκεφάλους κόπτοντες ἐσιτέοντο· (2) σῖτος γὰρ ἐπιλελοίπει τὴν

pidani hospitalitatis ipsi dona, thynnos nimirum in clibanis tostos (hi enim extremi Ichthyophagorum primi visi sunt, qui crudis piscibus non vescerentur) atque placentulas paucas et palmarum caricas afferebant. (2) Quæ quidem Nearchus se libenter accipere dixit, cupere vero urbem visere: quod quum illi non recusarent, ipse vero jam portas ingressus esset, duos sagittarios ut occupatam tenerent portulam, jussit. Ipse cum aliis duobus et interprete in murum qui ab ea parte erat, conscendens Archiæ signum dat, quemadmodum inter eos convenerat: et simulac hic quidem signum ederet, ille statim intellecta re id quod statutum erat fecit. (4) Macedones vero conspecto signo confestim naves applicant, summaque celeritate in mare prosiliunt. Barbari hisce rebus perculsi ad arma confugiunt. (5) Interpres vero, qui Nearcho aderat, proclamabat, ut frumentum exercitui darent, si salvam urbem vellent. Negabant illi primo sibi frumentum esse, simulque in murum impetum faciebant. At a sagittariis, qui Nearcho aderant, telis ex edito loco in eos missis facile repulsi sunt. (6) Postquam vero captam jam esse urbem senserunt, ac direptioni proximam, tum demum Nearcho supplices facti, ut frumento quod in urbe esset accepto discedat oppidoque parcat, orant. (7) Nearchus Archiam portas et murum circa eas occupare jubet: ipse alios per urbem una cum incolis mittit qui explorarent, an citra fraudem quicquid frumenti haberent ostenderent. (8) Atque illi quidem multam farinam ex tostis piscibus molitam ostenderunt, frumenti vero atque hordei parum; siquidem farina piscium pro frumento, panibus vero pro opsonio utebantur. (9) Postquam vero quæ habebant ostenderunt, parato hinc commeatu solventes ad promontorium appellunt, quod indigenæ Soli sacram opinabantur. Nomen ei erat Bagia.

XXIX. Inde sub mediam noctem solventes mille stadia emensi in Talmena tutum a ventis portum venerunt. Hinc in Canasida urbem desertam quadringentis stadiis inde distantem; ubi puteum quendam effossum repererunt, cui palmæ agrestes adnatæ erant; harum capita præcisa ederunt: (2) jam enim frumen-

— 3. πρῶτοι] πρώτοισι codd.; em. Raphael. || — 5. δέεσθαι D. || 10. ὧν om. ABCD. || — 13. ἐξεπιπήδων A. || — 15. ὁ σὺν N. om. A. || — 16. εἰ σώην]· εἴσω ἂν BCD. Dein ἐθέλωσιν vgo; ἐθέλων D. em. Dübner. || — 17. προσέβαλλον A. || — 20. ἀνδραποδισομένην L. || — 21. τότε δὲ ἤδη cod. Bodley. || — 23. διαφθεῖραι L. || — 28. καὶ γὰρ ἐτύγχανον C. || — 29. Post v. ἰχθύων C ex antecc. repetit: τῶν ὀπτῶν ἀληλεσμένον ἄλευρον; dein pro τοῖσιν ἄρτοισιν habet ἐποίουν ἄρτ.

XXIX, 36. Τάλμενα] Nomen aliunde non notum. Mensuræ ratione ducimur in *Choubar-Baie*, ubi nunc *Choubar*, *Tiz* et *Purug* oppida, ex quibus *Tiz* vel *Taiz*, ex Arabum scriptoribus bene notum nunc ruinis jacens (v. Kempthornius l. l. p. 271), jam memorat Ptolemæus, Τίσα (al. Τῆσα) vocans, situm tamen parum accurate exhibens. Eundem vel proximum locum a Nearcho *Talmena* dici recte censet, opinor, Gosselinus III, p. 148. Prope *Tiz* exit *Gaene* fluvius vel *Khor Neam*. Num forte pro Τάλμενα leg. Γάλμενα? || — 37. Κανασίδα] nomen aliunde non notum; Vincenti lusum etymologicum missum facio. Situs locus desertus fuerit ad maris recessum, quem efficiunt *Ras Fuzzem* et *Ras Godem*. || — ἐς ante τετρ. om. C. || — 39. ἀκεφάλους D. Ἐγκέφαλος sæpe dicitur palmæ cacumen. V. Stephan. Thes. s. v. Cf. Strabo p. 722 de Alexandri militibus in Gedrosia: ἀπὸ δὲ τῶν φοινίκων ἦν ἡ σωτηρία, τοῦ τε καρποῦ καὶ τοῦ ἐγκεφάλου. Curtius vero IX, 10: *famem sentire cœperunt, radices palmarum, namque sola ea arbor gignitur, ubique*

στρατιήν· καὶ κακῶς ἤδη ὑπὸ λιμοῦ ἔχοντες ἔπλωον τήν τε ἡμέρην καὶ τὴν νύκτα, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ἐρήμῳ. (3) Νέαρχος δὲ καταδείσας μὴ ἄρα ἐς τὴν γῆν ἐκβάντες ἀπολείποιεν τὰς νέας ὑπὸ ἀθυμίης, ἐπὶ τῷδε μετεώρους ἔσχε τὰς νέας ἐπ' ἀγκυρέων. (4) Ἐνθένδε ἀναχθέντες ἐς Κανάτην ὁρμίζονται, σταδίους ὡς ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα διεκπλώσαντες. Ἔστι δὲ καὶ αἰγιαλὸς ἐν αὐτῷ καὶ διώρυχες βραχέαι. (5) Ἐνθένδε σταδίους ὀκτακοσίους διεκπλώσαντες ἐν Ταοῖσιν ὁρμίζονται· κῶμαι δὲ σμικραὶ καὶ πονηραὶ ἐπῆσαν· καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι ἐκλείπουσι τὰ οἰκήϊα, αὐτοὶ δὲ σίτῳ τινὶ ὀλίγῳ ἐπιτυγχάνουσι, καὶ βαλάνοισιν ἐκ φοινίκων· καὶ καμήλους ἑπτὰ ὅσαι ἐγκατελείφθησαν κατακόψαντες, ἀπὸ τουτέων τὰ κρέα ἐσιτέοντο. (6) Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἀναχθέντες σταδίους τριηκοσίους πλώουσι, καὶ κατορμίζονται ἐς Δαγάσειρα· ἔνθα νομάδες τινὲς ἄνθρωποι ᾤκεον. (7) Ἐνθένδε ἄραντες τήν τε νύκτα καὶ τὴν ἡμέρην οὐδέν τι ἐλινύοντες ἔπλωον· ἀλλὰ διελθόντες γὰρ σταδίους χιλίους τε καὶ ἑκατὸν ἐξέπλωσαν τὸ ἔθνος τῶν Ἰχθυοφάγων, πολλὰ κακὰ ταύτῃ παθόντες ἀπορίῃ τῶν ἀναγκαίων. (8) Ὁρμίζονται δὲ οὐ πρὸς τῇ γῇ· ῥηχίη γὰρ ἦν ἐπὶ πολλὸν ἀνέχουσα, ἀλλὰ μετέωροι ἐπ' ἀγκυρέων. Μῆκος τοῦ παράπλου τῶν Ἰχθυοφάγων τῆς χώρης ὀλίγῳ πλεῦνες στάδιοι μύριοι. (9) Οὗτοι δὲ οἱ

tum exercitui deerat. Urgente itaque fame totum illum diem et noctem navigarunt, et ad littus desertum appelluntur. (3) Nearchus veritus ne si in terram descenderent, præ desperatione naves desererent, eam ob rem in salo ancoras jaci jubet. (4) Inde solventes in Canaten venerunt, stadia septingenta quinquaginta emensi. Est ibi et littus vadosum et fossæ exiguæ. (5) Inde digressi octingentis stadiis confectis ad Taos appulerunt. Ad littus pagi quidam erant exigui atque inopes. Incolæ domos suas deseruerant. Pauculum ibi frumenti et caricarum ex palmis nacti sunt. Camelis septem qui relicti fuerant cæsis, carnes eorum vorarunt. (6) Sub lucem repetita navigatione, stadia trecenta emensi in Dagasira pervenerunt; quem locum quidam vagi homines incolebant. (7) Inde solventes integram noctem et diem nulla interposita mora navigarunt, stadiisque mille centum peractis fines Ichthyophagorum enavigarunt, magna rerum necessariarum penuria pressi. (8) Neque vero ad terram appulerunt, erant enim longo spatio æstus, sed jactis in salo ancoris substiterunt. Longitudo oræ Ichthyophagorum hac navigatione prætervecta est paullo plus stadiorum decem millium. (9) Ichthyophagi vero hi piscibus

---

rimantes. Cf. Xenophon. Anab. III, 16. Plinius XIII, 9. « The ἐγκέφαλος, as Mr. Iones informs me, is the tender head of the date tree, commonly called by the Europeans residing at Bussora, the date tree cabbage, which is, and is considered as a delicacy both by them and by the natives. Boiled, he adds, it is much like a fine sweet cabbage; pickled, it is admirable. » VINCENT p. 268. || — ἀπολελοίπει A. || — 4. ἐκβάντες om. B. || — 4. ἀπολίποιεν D. || — 6. ὁρμίζοντο (sic) D. || — Κανάτην] ubi nunc *Kungoun* prope *Ras Kalat*, ad *Bunth fl.* Fort. leg. Κανάγην. In antecedentibus quum unius diei noctisque navigatio nullo stadiorum numero definita sit, supplenda videntur 700 vel 800 stadia. Ptolemæus Κανάτην non commemorat; post Tisa apud eum sequitur Samydaces fl. (hod. *Sirvo* s. *Tank*); deinde longe ab eo dissita *Samydace* urbs (circa hod. *Kaley*); tum locus Μάγιδα (ut vulgo) vel Μασίς vel Μασίν, pro quo habes in Marciani codice Πάσιδα; in quo litera π haud dubie recte se habet, maleque ab editt. mutatur, quandoquidem urbi hodiernæ *Pagistan*, quæ proxime sequitur post *Kaley*, respondet. Urbem *Pagistan* excipit *Kungun* ad fluv. *Bunth.*, quæ apud Marcianum et Ptolemæum Ῥόγανα vel Γόγανα scribitur. Inde non longe abest *Ras Kalat*. || — 8. ἐνθένδε δὲ σταδ. L. || — 9. διεκπλώσαντες] BC; πλώσαντες DA et vgo. || — 9. Ταοῖσι] sic ABCD; *Tajos* etiam Facius vertit.; ἐν Τροῖσι L. et vulgo. Nomen regionis ignotum, nisi quod *Djagin* locus mediterraneus supra prom. *Mucksa* simile quid sonat. Tajorum vici quos N. adiit, fuisse debent ubi nunc exit *Sudich* fluvius, cui *Sudich* opp. adjacet. Ptolemæus ibi ponit Κόμμανα vel Νόμμανα, Marcianus Ὄμμανα locum (cf. not. ad. Anonym. Peripl m. Erythr. p. 285). || — 14. ἐπὶ τουτέων A. || — 16. Δαγάσειρα] Δαγάσωρα D. Dagasira apud Ptolemæum est Ἄγρις πόλις; ap. Marcian. Ἄγρισα; hodie *Girishk*. || — 19. σταδίους 1100] Hæc pertinent usque ad prom. *Jask*, quod etiam c. 32, 2 vocatur ῥηχίη παρατεταμένη ἐς τὸ πέλαγος τρηχέα, inde a quo boream versus paullatim flecti navigatio cœpit. || — 24. πλεῦνες στάδιοι μύριοι] sic ed. Vulcanius; πλεῦνες (πλέονες C.) σταδίους μύριοι ADC, nisi quod in C suprascriptum est στάδιοι; πλέον σταδίους μύριοι B. Accusativus σταδίους natus videtur ex vitiosa scriptura πλέον ἐς. Dübner conj. πλεῦνες στάδιοι καὶ μύριοι. E singulis numeris colliguntur stadia 9000; desiderantur igitur stadia mille et paullo amplius, tribuenda itineri a Cysis ad Mosarna (400?), et diei noctisque navigationi (700?), quam c. 29, 2 accuratius definire Arrianus omisit. Probabiliter ad Ichthyophagorum oram referenda sunt quæ de Carmania ex Nearcho refert Plinius VI, 23 § 97 : *Carmaniæ oram patere* 1250 *mill. pass.* (= 10,000 stad.) *Nearchus scribit*. Fuerunt sane qui Carmaniæ nomine majorem partem oræ Ichthyophagorum comprehenderent (ut auctores Plinii l. l. § 95 et Ptolemæus qui Carmaniæ oræ circa 10000 stadia tribuit) : verum hos si secutus esset Plinius l. l., initium Carmaniæ ad fauces sinus Persici ponere non potuit aut posuit inepte. Idem Plinius e Juba refert § 97 : *Deinde Ichthyophagi tam longo tractu ut XXX* (sic codd. Sillígii) *dierum spatio prætervnavigaverint*, in quibus pro *XXX* scribendum videtur *XX*, uti fecerunt Dalecampius ceterique editores ante Silligium. Certe ex Arriano XX dierum navigationem ratione idonea collegit Vincentus. Strabo p. 720 de longitudine oræ Ichthyophagorum a Nearcho satis longe recedit; nam pro 10000 nonnisi 7300 stadia

'Ιχθυοφάγοι σιτέονται, κατότι περ καὶ κληΐζονται, ἰχθύας· ὀλίγοι μὲν αὐτῶν ἁλιεύοντες τοὺς ἰχθύας· ὀλίγοισι γὰρ καὶ πλοῖα ἐπὶ τῷδε πεποίηται καὶ τέχνη ἐξεύρηται ἐπὶ τῇ θήρῃ τῶν ἰχθύων, τὸ πολλὸν δὲ ἡ ἀνάπωτις αὐτοῖσι παρέχει. (10) Οἱ δὲ καὶ δίκτυα ἐπὶ τῷδε πεποίηνται, μέγεθος καὶ ἐς δύο σταδίους τὰ πολλὰ αὐτῶν· πλέκουσι δὲ αὐτὰ ἐκ τοῦ φλοιοῦ τῶν φοινίκων, στρέφοντες τὸν φλοιὸν ὥσπερ λίνον· (11) ἐπεὰν δὲ ἡ θάλασσα ὑπονοστήσῃ, καὶ γῆ ὑπολειφθῇ, ἵνα μὲν ξηρὴ ἡ γῆ ὑπολείπεται, ἐρήμη τὸ πολλόν ἐστιν ἰχθύων· ἔνθα δὲ βαθέα ἐστὶν, ὑπολείπεταί τι τοῦ ὕδατος, καὶ ἐν τῷδε κάρτα πολλοὶ ἰχθύες, οἱ μὲν πολλοὶ σμικροὶ αὐτῶν, οἱ δὲ καὶ μέζονες· τούτοισι περιβάλλοντες τὰ δίκτυα αἱρέουσι. (12) Σιτέονται δὲ ὠμοὺς μὲν, ὅκως ἀνειρύουσιν ἐκ τοῦ ὕδατος, τοὺς ἁπαλωτάτους αὐτῶν· τοὺς δὲ μέζονάς τε καὶ σκληροτέρους ὑπὸ ἡλίῳ αὐαίνοντες, εὖτ' ἂν ἀφαυανθῶσι, καταλοῦντες ἄλευρα ἀπ' αὐτῶν ποιέονται καὶ ἄρτους· οἱ δὲ μάζας ἐκ τούτων τῶν ἀλεύρων πέσσουσι. (13) Καὶ τὰ βοσκήματα αὐτοῖσι τοὺς ἰχθύας ξηροὺς σιτέονται· ἡ γὰρ χώρη ἔρημος λειμώνων, οὐδὲ ποίην φέρει. (14) Θηρεύουσι δὲ καὶ καράβους πολλαχῇ καὶ ὄστρεα καὶ τὰ κογχύλια· ἅλες δὲ αὐτόματοι γίνονται ἐν τῇ χώρῃ· ** ἀπὸ τούτων ἔλαιον ποιέουσιν. (15) Οἳ μὲν δὴ αὐτῶν ἐρήμους τόπους οἰκέουσιν, ἄδενδρόν τε τὴν χώρην καὶ ἄφορον καρπῶν ἡμέρων, τούτοισιν ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἡ πᾶσα δίαιτα πεποίηται· ὀλίγοι δὲ αὐτῶν σπείρουσιν ὅσον τῆς χώρης, καὶ τούτῳ κατάπερ ὄψῳ χρέονται πρὸς τοὺς ἰχθύας· ὁ γὰρ σῖτος αὐτοῖσιν εἰσὶν ἰχθύες. (16) Οἰκία δὲ πεποίηνται οἱ μὲν εὐδαιμονέστατοι αὐτῶν, ὅσα κήτεα ἐκβάλλει ἡ θάλασσα, τούτων τὰ ὀστέα ἐπιλεγόμενοι, καὶ τούτοισιν ἀντὶ ξύλων χρεόμενοι· καὶ θύρας τὰ ὀστέα ὅσα πλατέα αὐτῶν ἁλίσκεται ἀπὸ τούτων ποιέονται· τοῖσι δὲ πολλοῖσι καὶ πενεστέροισιν ἀπὸ τῶν ἀκανθέων τῶν ἰχθύων τὰ οἰκία ποιέεται.

XXX. Κήτεα δὲ μεγάλα ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ βόσκεται, καὶ ἰχθύες πολλῷ μέζονες ἢ ἐν τῇδε τῇ εἴσω· (2) καὶ λέγει Νέαρχος, ὁκότε ἀπὸ Κυΐζων παρέπλωον,

vescuntur, unde etiam nomen traxerunt. Pauci vero ex iis piscatui student; pauci enim navigia ad eam rem habent, aut artem piscandi norunt : sed maximam partem recedente æstu marino captant. (10) Nonnulli etiam retia ad eam rem confecerunt, plurima tantæ magnitudinis ut ad duo stadia pertineant. Ea ex palmarum libris texunt, torquentes librum instar lini. (11) Quum vero mare recedit, terramque deserit, ubi illa sicca relinquitur, vacua plerumque piscibus est : sed ubi terra profundiori aliquo sinu aquam retinet, ibi magnam piscium copiam reperiunt. Ex his plerique parvi, alii etiam majores sunt : hos circumjectis retibus capiunt. (12) Et quidem teneriores, ut protrahunt eos ex aqua, crudos edunt : majores vero durioresque ad solem torrentes, simulac penitus tosti fuerint molentes in farinam redigunt, panemque ex ea conficiunt. Sunt qui polentam ex hisce farinis coquant. (13) Pecori etiam piscium farinam pabuli loco dant. Omnis enim illa regio pratis carens nullam herbam gignit. (14) Magnam etiam in his locis cancrorum, ostreorum et conchyliorum vim capiunt. Gignit quoque ea regio suapte natura salem, ** ex quibus oleum conficiunt. (15) Qui vero eorum loca deserta incolunt, et regionem nec arborum nec fructuum feracem, hi ex piscibus tantum vivunt; pauci serunt aliquantulum agri, atque ii panem opsonii loco cum piscibus edunt; pisces enim ipsis loco frumenti sunt. (16) Domos in hunc modum ædificant. Qui ditissimi eorum sunt, balænarum quotquot mare ejicit ossa sumentes, iis loco tignorum utuntur ; et ex grandioribus ossibus portas conficiunt. Plerique vero tenuioris fortunæ ex spinis piscium domos construunt.

XXX. Cete vero ingentis magnitudinis in exteriore mari nascuntur, piscesque multo majores quam in hoc interiore. (2) Scribit etiam Nearchus quum ex Cyizis

habet, ita sc. ut 10000 (vel 10200) sint ab Indo usque ad Carmaniam (uti dicit p. 724); ab Indo autem usque ad Persidem 13900, adeo ut ora maritima Arianæ nonnisi paullulum brevior sit latere Arianæ boreali, quod (resectis 1500 stadiis a traditis viarum mensuris) *linea recta* est stadiorum 14000. Hæc Strabo ex Eratosthene, qui ista 7300 stadia pro 10000 Nearchi posuit procul dubio sensu *lineæ rectæ*, neglectis sinuum ambagibus (Aliter Gosselinus III, p. 51). Novit tamen Strabo p. 724 etiam eam rationem, secundum quam ab Indo usque ad Persidem 16000 stad. (16300 st. ap. Nearch.) computantur, quamquam rationem hujus computus non ex nostro Nearcho novit, neque omnino recte perspexit. || — 1. « This description of the natives (Kempthornius l. l. p. 273 ait), with that of their mode of living, and the country they inhabit, is strictly correct even to the present day. » Idem reliqui qui plagas istas lustrarunt, testantur. Cum nostris confer quæ ex eodem Nearcho excerpsit Strabo p. 720 sq. et quos supra laudavi ad cap. 24, lin. 35. || — 2. ὀλίγοι μὴν... ἰχθύας om. C. || — 5. καὶ ante δίκτυα ex L add. Schmieder. || — 6. μέγαθος A. || — 15. αὐτῶν om. L. || — 17. καταπλοῦντες L. || — 23. Lacunam notavit Schmieder. Idem conjecit fortassis Arrianum scripsisse : ἀπὸ θύννων ἔλαιον π., i. e. thynnorum adipe utuntur loco olei. In cod. C verba ἀπὸ τούτων ἔλαιον usque ad τόπους οἰκέουσιν exciderunt. || — 26. πεποίηται] sic ABCDL; ποιέεται vulgo ante Schmiederum. || — 29. εἰσὶν οἱ ἰχθύες C. et vulgo ante Schm. || — 31. καὶ ante τούτοισιν ex L add. Schmieder.

XXX. Quæ hoc capite leguntur, eadem ex Nearcho excerpsit Strabo p. 725. V. Nearchi fragm. 25. Cf. Onesicritus (fr. 30) et Orthagoras apud Ælian. N. An. XVII, 6; Diodor. XVII, 106; Curtius X, 1, 11. || — 37. πολλῷ L; πολλὸν C, πολὺ BD. || — 38. Κυιζῶν h. l. A.

ὑπὸ τὴν ἕω ὀφθῆναι ὕδωρ ἄνω ἀναφυσώμενον τῆς θαλάσσης, οἷά περ ἐκ πρηστήρων βίᾳ ἀναφερόμενον· (3) ἐκπλαγέντας δὲ σφᾶς πυνθάνεσθαι τῶν κατηγεομένων τοῦ πλόου ὅ τι εἴη καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦτο τὸ πάθημα· τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι ὅτι κήτεα ταῦτα φερόμενα κατὰ τὸν πόντον ἀναφυσᾷ ἐς τὸ ἄνω τὸ ὕδωρ· καὶ τοῖσι ναύτῃσιν ἐκπλαγεῖσιν ἐκ τῶν χειρῶν τὰ ἐρετμὰ ἐκπεσεῖν· (4) αὐτὸς δὲ ἐπιὼν παρακαλέειν τε καὶ θαρσύνειν, καὶ κατ' οὕστινας παραπλώων ἐγένετο, ἐς μέτωπόν τε κελεῦσαι καταστῆσαι ὡς ἐπὶ ναυμαχίῃ τὰς νέας, καὶ ἐπαλαλάζοντας ὁμοῦ τῷ ῥοθίῳ πυκνήν τε καὶ ξὺν κτύπῳ πολλῷ τὴν εἰρεσίην ποιέεσθαι· (5) οὕτως ἀναθαρσήσαντας ὁμοῦ δὴ πλώειν ἀπὸ ξυνθήματος· ὡς δὲ ἐπέλαζον ἤδη τοῖσι θηρίοισιν, ἐνταῦθα αὐτοὺς μὲν ὅσον αἱ κεφαλαὶ αὐτοῖσιν ἐχώρεον ἐπαλαλάξαι, τὰς δὲ σάλπιγγας σημῆναι, καὶ τὸν κτύπον ἀπὸ τῆς εἰρεσίης ὡς ἐπὶ μήκιστον κατασχεῖν· (6) οὕτω δὴ ὁρώμενα ἤδη κατὰ τὰς πρῴρας τῶν νεῶν τὰ κήτεα ἐς βυσσὸν δῦναι ἐκπλαγέντα, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον κατὰ τὰς πρύμνας ἀναδύντα ἀνασχεῖν, (7) καὶ τῆς θαλάσσης αὖθις ἀναφυσῆσαι ἐπὶ μέγα· ἔνθεν κρότους τε ἐπὶ τῇ παραλόγῳ σωτηρίῃ γενέσθαι τῶν ναυτέων, καὶ αἶνον ἐς τὸν Νέαρχον τῆς τε τόλμης καὶ τῆς σοφίης. (8) Τούτων μετεξέτερα τῶν κητέων ἐποκέλλειν πολλαχοῦ τῆς χώρης, ἐπειδὰν ἀνάπωτις κατάσχῃ ἐν τοῖσι βραχέσιν ἐχόμενα, τὰ δὲ καὶ ὑπὸ χειμώνων σκληρῶν ἐς τὴν χέρσον ἐξωθέεσθαι καὶ οὕτω δὴ κατασηπόμενα ἀπόλλυσθαί τε καὶ τὰς σάρκας αὐτοῖσι περιρρεούσας ὑπολείπειν τὰ ὀστέα χρᾶσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία· (9) εἶναι ὧν τὰ μὲν ἐν τῇσι πλευρῇσιν αὐτῶν ὀστέα δοκοὺς τοῖσιν οἰκήμασιν ὅσα μεγάλα, τὰ δὲ σμικρότερα στρωτῆρας· τὰ δὲ ἐν τῇσι σιαγόσι, ταῦτα δὲ εἶναι τὰ θύρετρα, οἷα δὴ πολλῶν καὶ εἰς εἴκοσι καὶ πέντε ὀργυιὰς ἀνηκόντων τὸ μέγεθος.

navigarent, sub auroram vidisse se aquam sursum e mari efflari, et tanquam turbinibus violenter in altum efferri, (3) perculsosque nautas percontatos esse ex ducibus navigationis quidnam esset et a quo fieret hæc res, eosque respondisse, cete esse, quæ in mari volutantia aquam sursum efflent : nautisque attonitis remos e manibus excidisse. (4) Se vero adeuntem eos hortatum esse atque animasse, et ad quoscumque præternavigans accessisset jussisse, ut naves adversis proris veluti ad navalem pugnam instructis in eas dirigerent : utque denso agmine et magno strepitu remigantes una cum ipso remorum sonitu ingentes etiam clamores ederent. (5) Ita revocatis animis simul omnes signo dato remigationi incubuisse; quumque jam propiores belluis facti essent, quantum capita ferre poterant, acclamasse, tubasque clanxisse, et remorum pulsum latissime sonitum edidisse; (6) atque ita cete, quæ jam ad proras navium videbantur, exterrita in profundum sese abdidisse : neque multo post ad puppes emersisse, (7) rursumque magnam undarum vim sursum efflasse. Tum incredibilem nautarum ob inopinatam salutem applausum factum fuisse, Nearchi audaciam et prudentiam laudantium. (8) Nonnullæ vero harum balænarum interdum variis locis ad littus appelluntur, quæ recedente æstu in vadis hærent; aliæ a vehementibus tempestatibus in terram ejiciuntur, et sic putrefactæ ipsæ pereunt, et carnes earum decidentes ossa relinquunt hominibus ad domos exstruendas adhibenda. (9) Et laterum quidem ossa quæcunque majora in trabes ædium deliguntur; minora vero in tabulas : quæ in maxillis sunt ad januas accipiuntur; multæ siquidem balænæ magnitudine sunt circiter centum cubitorum.

XXXI. Εὖτ' ἂν δὲ παρέπλωον τὴν χώρην τῶν Ἰχθυοφάγων, λόγον ἀκούουσι περὶ νήσου τινός, ἣ κέεται μὲν ἀπέχουσα τῆς ταύτῃ ἠπείρου σταδίους ἐς ἑκατόν, ἐρήμη δέ ἐστιν οἰκητόρων. (2) Ταύτην ἱρὴν ἡλίου ἔλεγον εἶναι οἱ ἐπιχώριοι καὶ Νόσαλα καλέεσθαι, οὐδέ τινα ἀνθρώπων καταίρειν ἐθέλειν ἐς αὐτήν· ὅστις δ' ἂν ἀπειρίῃ προσσχῇ, γίνεσθαι ἀφανέα. (3) Ἀλλὰ λέγει Νέαρχος, κέρκουρόν σφιν ἕνα πλήρωμα ἔχοντα Αἰγυπτίων οὐ πόρρω τῆς νήσου ταύτης γενέσθαι ἀφανέα, καὶ ὑπὲρ τούτου τοὺς ἡγεμόνας τοῦ πλοίου διισχυρίζεσθαι, ὅτι ἄρα κατάραντες ὑπ' ἀγνοίης εἰς τὴν νῆσον γένοιντο ἀφανέες. (4) Νέαρχος δὲ πέμπει κύκλῳ περὶ τὴν νῆσον τριηκόντορον, κελεύσας μὴ κατασχεῖν μὲν ἐς τὴν νῆσον, ἐμβοᾶν δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς μάλιστα ἐν

XXXI. Quum Nearchus Ichthyophagorum regionem præternavigaret, cognovit insulam quandam in eo mari esse centum fere stadiis a continente remotam, quæ habitatoribus vacua esset. (2) Hanc indigenæ Soli sacram esse dicebant, Nosalaque vocari, neque quemquam mortalium ad eam appellere velle. Si quis vero imprudens eo deferatur, eum non amplius cerni. (3) Nearchus cercurum unum Ægyptiis nautis instructum non procul ab hac insula evanuisse scribit, navigationisque duces ea de re affirmasse ignorantes in eam insulam delatos ex oculis hominum sublatos esse. (4) Idem navim triginta remorum in circuitum insulæ mittit, mandatis additis ut descensu quidem in insulam abstinerent, sed proxime ad insulæ oram adnavi-

— 1. ἄνω ὕδωρ ἀναφ. A. || — 2. οἷαπερ καὶ πρηστ. BC. || — 4. ἀπὸ τούτου τὸ πάθ. codd., correx. mgo C. || — 5. ἀποκρ.] ABC; ὑποκρ. D. || — 6. καί τισιν αὐτῇσι A; ναύτῃσιν om. L. || — 10. ναυμαχίῃ A, ναυμαχίην BC, ναυμαχίᾳ D. || — 11. καὶ ξὺν κτύπῳ L, καὶ ὀξὺν κτύπῳ D, καὶ ὀξεῖαν κτύπῳ BC. || — 13. δὲ om. BD. || — 18. βυθὸν codd., ut cap. 6; mutavit Dübner. || — 21. κρότῳ BCD. || — 22. καὶ om. A. || — 26. ἐς] ὑπὸ BC. || — 27. οὕτω δὴ καὶ τὰ σηπόμενα AD, οὕτω δὴ αὐτὰ σηπ. BC.

XXXI, 36. σταδίους ἑκατὸν L. || 40. πρόσχῃ codd. || — 43. διισχ.] sic editt.; ἰσχυρίζεσθαι ABCD. || — 45. περὶ] παρὰ BC.

χρῷ παραπλώοντας, καὶ τὸν κυβερνήτην ὀνομάζοντας καὶ ὅτου ἄλλου οὐκ ἀφανὲς τὸ οὔνομα· (5) ὡς δὲ οὐδένα ὑπακούειν, τότε δὲ αὐτὸς λέγει πλῶσαι ἐς τὴν νῆσον, καὶ κατασχεῖν δὴ προσαναγκάσαι τοὺς ναύτας οὐκ ἐθέλοντας· καὶ ἐκβῆναι αὐτὸς καὶ ἐλέγξαι κενὸν μῦθον ἐόντα τὸν περὶ τῇ νήσῳ λόγον· (6) ἀκοῦσαι δὲ καὶ ἄλλον λόγον ὑπὲρ τῆς νήσου ταύτης λεγόμενον, οἰκῆσαι μὲν τὴν νῆσον ταύτην μίαν τῶν Νηρηΐδων· τὸ δὲ οὔνομα οὐ λέγεσθαι τῆς Νηρηΐδος· ταύτῃ δὲ ὅστις πελάσειε τῇ νήσῳ, τούτῳ συγγίνεσθαι μὲν, ἰχθὺν δὲ ἐξ ἀνθρώπου ποιέουσαν αὐτὸν ἐμβάλλειν ἐς τὸν πόντον· (7) Ἥλιον δὲ ἀχθεσθέντα τῇ Νηρηΐδι, κελεύειν μετοικίζεσθαι αὐτὴν ἐκ τῆς νήσου· τὴν δὲ ὁμολογέειν μὲν ὅτι ἐξοικισθήσεται, δέεσθαι δέ ** οἱ τὸ πάθημα· καὶ τὸν Ἥλιον ὑποδέξασθαι· (8) τοὺς δὲ δὴ ἀνθρώπους οὕστινας ἂν ἰχθύας ἐξ ἀνθρώπων πεποιήκε κατελεήσαντα, ἀνθρώπους αὖθις ἐξ ἰχθύων ποιῆσαι· καὶ ἀπὸ τούτων τῶν Ἰχθυοφάγων τὸ γένος καὶ εἰς Ἀλέξανδρον κατελθεῖν. (9) Καὶ ταῦτα ὅτι ψεύδεα ἐξελέγχει Νέαρχος, οὐκ ἐπαινέω αὐτὸν ἔγωγε τῆς σχολῆς τε καὶ σοφίης, οὔτε χάρτα χαλεπὰ ἐξελεγχθῆναι ἐόντα, ταλαίπωρόν τ' ἐὸν γινώσκων τοὺς παλαιοὺς λόγους ἐπιλεγόμενον ἐξελέγχειν ἐόντας ψευδέας.

XXXII. Ὑπὲρ τοὺς Ἰχθυοφάγους Γαδρώσιοι ἐς τὸ ἄνω οἰκέουσι γῆν πονηρὴν καὶ ψαμμώδεα· ἔνθεν καὶ τὰ

gantes hominibus acclamarent, et gubernatorem nominarent, aut cujuscunque alius non obscurum nomen. (5) Quumque nemo audiret, tum semet eo navigasse dicit, ac nautas compulisse vel invitos navem appellere; quumque in insulam descendisset, vanam atque inanem fabulam docuisse quæ de insula illa spargebatur. (6) Audiisse vero se etiam alium de hac insula sermonem ait: habitasse hanc insulam unam Nereidum, nomen vero Nereidis non dici; eam cum omnibus qui eo appellerent commisceri solitam, eosque in pisces conversos in mare projicere. (7) Qua de causa iratum Nereidi Solem jussisse ut ex ea insula migraret; atque hanc quidem pollicitam esse se migraturam: rogasse autem ut sibi malum sanetur. (8) Et solem pollicitum esse; hominum autem quoscunque pisces ex hominibus fecerat illa, misertum homines rursus ex piscibus fecisse. Ex iis Ichthyophagorum genus ad Alexandrum usque pervenisse. (9) Ego vero Nearchum eo nomine non laudo, quod otio et sapientia in re non admodum difficili refellenda abusus fuerit; miserabile censens veteres mendacesque fabulas recensentem refutare.

XXXII. Supra Ichthyophagos Gadrosii in mediterraneis locis terram sterilem atque arenosam colunt:

— 7. μὲν addit. L. — 10. ἰχθὺν δὲ αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπου ποιέουσαν ἐμβάλλειν BCD. || — 13. ὁμολογεῖν μὲν ἐξοικισθήσεσθαι cod. Bodlej. — Deinde desideratur infinitivus. Dübnerus conjecit: δέεσθαι δέ οἱ καὶ τὸ πάθημα [παυθῆναι], eoque sensu jam veteres verterunt interpretes. Nescio an ipsum illud quod præcedit verbum auctor ludens repetiverit, adeo ut fuerit: δέεσθαι δὲ καὶ ἐξοικισθῆναί οἱ τὸ πάθημα. Ceterum quæ hoc segmine leguntur, Strabo p. 726 quoque paucis perstringit. Nomen insulæ non apposuit, quod nescio an habeamus etiam apud Stephanum Byz., ubi: Νόσορα, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Οὐράνιος Ἀραβικῶν*· ὁ νησιώτης Νοσορηνός· ἐγχώριος ὁ τύπος. Idem statuunt Berkelius, Pinedo et Holstenius, neque refragatur mentio Uranii, quem in opere suo etiam extra Arabiæ fines evagatum esse scimus. Philostrato insula vocatur Σέληρα. V. supra ad c. 26, ubi monui totam hanc narrationem a genuino Nearchi opere videri alienam fuisse, quum omnia suadeant Nosala non diversam esse insulam ab Asthala sive Carbina, centum item a continente stadiis remota, quam habitatam vidit Nearchus, sicuti Nosora Uranii non caruisse incolis e Stephano colligis. Qui quidem incolæ jam tum fuerint Arabes isti, quos recentioribus seculis scimus hanc sibi arcem constituisse latrociniorum, unde appropinquantes mercatores aggrederentur, diriperent, direptos necarent. Hinc terror κακοδαίμονος insulam fecit fabulasque finxit, quales Blairius ex oræ accolis audivit, et comites Alexandri Græco ornarunt indumento. Ceterum varia de hoc loco circumferebantur. Plinius VI, 26 § 97 ex Juba ita habet: *Dein Ichthyophagi; ... insula quæ Solis appellatur et eadem Nympharum cubile, rubens, in qua nullum non animal apsumitur incertis de causis. Ori gens; flumen Carmaniæ Hyctanis (s. Hytanis) portuosum et auro fertile.* Solinus Polyh. c. 57.: *Solis insula rubens et omni animantium generi inaccessa, quippe quæ nullum non animal illatum perimit.* Pomp. Mela III, 7: *Contra Indi ostia insula est adeo inhabitabilis, ut ingressos vis circumfusi aeris exanimet confestim.* Curtius X, 1: *Adjiciebant navigia quæ lixas mercatoresque vexissent, famam auri secutis gubernatoribus, in insulam esse transmissa, nec deinde ab his postea visa.* Quæ Plinius Melaque tradunt, explicare licet ex iis quæ Kempthornius narrat de testudinum cadaveribus per totam insulam projectis deque aere adeo hinc infecto ut vel præternavigantibus esset molestus. Quod Indum Mela introducit, nihil curo. Apud Plinium *Ori gens* ad eam oræ partem pertinuisse debet, cui in mediterraneis objacet Ora urbs apud Ptolemæum, inter Samydacen et Caudriacen sive Hydriacen fluvios. *Hytanis* probabiliter est idem cum Hydriaco Marciani; certe non esse Andamin Arriani, ut Harduino multi crediderunt, ex serie narrationis Plinianæ liquet. Igitur ex Plinio, quamvis situm insulæ accuratius definire nequeamus, hoc saltem elicueris positam esse ab oriente sinus *Gwuttur.* Curtius in antecc. dixit de insula (Ogyri) in quo Erythræ regis monumentum erat; ideoque ad eandem etiam verba modo adscripta referri voluisse videtur. Camparare licet Pseudocallisthenis narrationem de miraculosa ista insula, in qua Philo cum suis subito evanuit. Nam in hac quoque fuisse proditur veteris regis monumentum auro conditisque pretiis refertissimum. Aliam fabulam quæ aliquatenus huc pertinet vel conferri saltem meretur, in eodem Pseudocallisthene habes II, 38, p. 89.

πολλὰ κακὰ ἡ στρατιή τε Ἀλεξάνδρῳ ἔπαθε καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος, ὥς μοι ἤδη ἐν τῷ ἄλλῳ λόγῳ ἀπήγηται. (2) Ὡς δὲ ἐς τὴν Καρμανίην ἀπὸ τῶν Ἰχθυοφάγων κατῆρεν ὁ στρατὸς, ἐνταῦθα ἵνα πρῶτον τῆς Καρμανίης ὡρμίσαντο, ἐπ' ἀγκυρέων ἐσάλευσαν, ὅτι ῥηχίη παρετέτατο ἐς τὸ πέλαγος τρηχέα. (3) Ἐνθένδε δὲ ὡσαύτως οὐκέτι πρὸς ἡλίου δυομένου ἔπλωον, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ δύσιός τε ἡλίου καὶ τῆς ἄρκτου οὕτω μᾶλλόν τι αἱ πρῷραι αὐτοῖσιν ἐπεῖχον· (4) καὶ οὕτω ἡ Καρμανίη τῶν Ἰχθυοφάγων τῆς γῆς καὶ τῶν Ὠρειτέων εὐδενδροτέρη τε καὶ εὐκαρποτέρη ἐστὶ, καὶ ποιώδης μᾶλλόν τι καὶ ἔνυδρος. (5) Ὁρμίζονται δὲ ἐν Βάδει χώρῳ τῆς Καρμανίης οἰκεομένῳ, δένδρεά τε πολλὰ ἥμερα πεφυκότα ἔχοντι πλὴν ἐλαίης, καὶ ἀμπέλους ἀγαθὰς, καὶ σιτοφόρῳ. (6) Ἐνθένδε ὁρμηθέντες καὶ διεκπλώσαντες σταδίους ὀκτακοσίους, πρὸς αἰγιαλῷ ὁρμίζονται ἐρήμῳ, καὶ κατορῶσιν ἄκρην μακρὴν ἐξανέχουσαν ἐπὶ πολλὸν ἐς τὸ πέλαγος· ἀπέχειν δὲ ἐφαίνετο ἡ ἄκρη πλόον ὡς ἡμέρης. (7) Καὶ οἱ τῶν χώρων ἐκείνων δαήμονες τῆς Ἀραβίης ἔλεγον τὴν ἀνίσχουσαν ταύτην ἄκρην, καλέεσθαι δὲ Μάκετα· ἔνθεν τὰ κινά-

ubi et Alexandri exercitus et Alexander ipse multa incommoda perpessus est, quemadmodum jam in altero opere narravi. (2) Postquam vero ex Ichthyophagis in Carmaniam perventum est a classe, eo loco, ubi primum ad Carmaniam mansionem habuit, ancoris in salo jactis constiterunt, quod longe in mare rupium tænia porrecta erat. (3) Exinde non amplius ita directe ad occasum navigarunt, sed inter occidentem et septentrionem magis cursum tenuerunt; (4) atque ita Carmania arboribus fœcundior magisque frugifera est quam Ichthyophagorum aut Oritarum regio, magis etiam herbosa aquisque abundans. (5) Quum in Badin cultum Carmaniæ locum appulissent, multas arbores pomiferas exceptis oleis repererunt. Erat et ea regio vitium et frumenti ferax. (6) Inde ad octingenta stadia progressi ad littus desertum appellunt. Ex eo loco promontorium ingens longe in mare porrectum conspiciunt, quod unius diei navigatione inde abesse videbatur. (7) Periti locorum Arabiæ promontorium id esse dicebant, vocarique Maceta, indeque

---

XXXII, 5. ὡρμίσαντο] ἱδρύσαντο L. || — 6. τρηχέα] Ipsum *Cap Jask* humile est et arenosum, sed rupes litori in hoc tractu multæ prætenduntur. Kempthorne l. l. p. 272 : « The coast on many parts of Charbar to this place (Cape Jask) is very rocky, and ought not to be approached too near, on account of some shoals and rocks which lie under water. » — The cliffs along this part of the coast are very high, and in many places almost perpendicular. Some have a singular appearance, one near Jask being exactly of the shaps of a quoin or wedge; and another is a very remarkable peak, being formed by three stones as if placed by human hands one on the top of the other. It is very high, and has the resemblance of a chimney; we named it the Three-Stone-Peak. » || — 6. δὲ om. cod. A. || — 10. εὐδενδροτέρη κτλ.] Cf. Strabo p. 726 : καὶ γὰρ πάμφορος (ἡ Καρμανία) καὶ μεγαλόδενδρος πλὴν ἐλαίας καὶ ποταμοῖς κατάρρυτος... Γεώργια δ' ἔχει παραπλήσια τοῖς Περσικοῖς, τά τε ἄλλα καὶ ἄμπελον κτλ. et Onesicrit. fr. 26 et 27. || — 12. Βάδει] Badis situs fuerit ubi nunc *Jask* vicus vel in propinquo. Huc pertinere videtur Κανθάτις Ptolemæi, quam deinde excipit Κάρπελλα promontorium (*Ras Kerazi* vel *Keraat* vel *Bombarek*. || — 14. πλὴν ἐλαίας] Cf. Ritter XII, p. 522 *Ueber die Asiatische Verbreitung des Oelbaums.* || — 15. ἐνθένδε] ἔνθεν D. || — 16. στ. ὀκτακοσίους] Cf. Plinius VI, 27 § 107 : *Carmaniæ oram patere duodeciens centena L M. p. Nearchus scripsit* (v. supra not. c. 29). *Ab initio ejus ad flumen Sabim CM passuum ; inde vineas coli et arva ad flumen Ananim* (Ἄναμιν Arrian. 33, 2) *XXV M. spatio. Regio vocatur Armuzia. Oppida Carmaniæ Zethis et Alexandria* (Cf. Mela III, 8). In his putares 100 mill. passuum nostris respondere stadiis 800. At Nearchus ab initio Carmaniæ usque ad Anamin recte babet, non 1000, sed 1600 stadia. Quare ab alio initio (ab prom. *Keraat* sive *Bombarek*) proficisci Plinius videtur. Quod si apud Plinium ista XXV mill. a Sabi ad Ananim recte habent, Sabis fluvius, quem Mela quoque memorat, foret *Saganus* Ptolemæi, dimidio gradu ab Andani distans, et in mediterraneis habens Sabin urbem. Ad ostium Sagani Ptolemæus ponit *Tarruanam* locum, hodie *Tarroun*, qui ab Andani fl. (*Minaw*) ad 300, a *Cap Bombarek* ad 600 stadia distat. Nullus vero ad *Tarroun* fluvius notatur. Sin illud potius premendum est, ab Carmaniæ initio (quale Nearchus statuit) usque ad Sabin esse 800 stadia, tum Sabis fluvius is habendus, cui *Guz* vicus adjacet, quique probabiliter defluit de monte *Bis*. || — 21. δὲ post καλ. om. ABCD. || — Μάκετα] Cf. Juba ap. Plinium VI, 26 § 98 : *Inde promontorium Carmaniæ est, ex quo in adversa ora ad gentem Arabiæ Macas trajectus distat L M passuum.* Eratosthenes ap. Strabon. p 765 ostium sinus Persici adeo angustum esse dicit, ὥστε ἐξ Ἁρμόζων (sic codd.), τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου, τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις. Cf. idem p. 726 et ex eodem Eratosthene hauriens Ammian. Marc. XIII, 6, 23 : *Cujus ostia adeo perhibentur angusta, ut ex Harmozonte Carmaniæ promontorio contra oppositum aliud promontorium, quod appellant incolæ Maces, sine impedimento cernatur.* His adde quæ notavi ad Anon. peripl. mar. Erythr. § 35, et quod Plinius XI, 32, § 152 de eodem prom. refert : *Naumachæorum* (*Macæ; horum* em. Barbarus.) *promontorium contra Carmaniam distat L mill. p.; mira res ibi traditur. Numenium, ab Antiocho rege Mesenæ propositum, ibi vicisse eodem die classe, æstuque reverso iterum equitatu contra Persas dimicantem et gemina tropæa eodem in loco Jovi ac Neptuno statuisse.* Quod Μάκετα Arriani attinet, num recte habeat, jure quæras. Μακίδα (a nominativo Μακίς) legendum putat Salmasius.

μωμά τε καὶ ἄλλα τοιουτότροπα ἐς Ἀσσυρίους ἀγινέεσθαι· (8) καὶ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ τούτου, ἵναπερ ὁ στόλος ἐσάλευε, καὶ τῆς ἄκρης, ἥντινα καταντικρὺ ἀπεώρων ἀνέχουσαν ἐς τὸ πέλαγος, ὁ κόλπος (ἐμοί τε δοκέει καὶ Νεάρχῳ ὡσαύτως ἐδόκεεν) ἐς τὸ εἴσω ἀναχέεται, ὅπερ εἰκὸς ἡ Ἐρυθρὴ θάλασσα. (9) Ταύτην τὴν ἄκρην ὡς κατεῖδον, Ὀνησίκριτος μὲν ἐπέχοντας ἐπ' αὐτὴν πλώειν ἐκέλευεν, ὡς μὴ κατὰ τὸν κόλπον ἐλαστρεύοντας ταλαιπωρέεσθαι· (10) Νέαρχος δὲ ἀποκρίνεται νήπιον εἶναι Ὀνησίκριτον, εἰ ἀγνοέει ἐπ' ὅτῳ ἐστάλη πρὸς Ἀλεξάνδρου ὁ στόλος· (11) οὐ γὰρ ὅτι ἀπορίῃ ἦν πεζῇ διασωθῆναι πάντα αὐτῷ τὸν στρατὸν, ἐπὶ τῷδε ἄρα ἐκπέμψαι τὰς νέας, ἀλλὰ ἐθέλοντα αἰγιαλούς τε τοὺς κατὰ τὸν παράπλουν κατασκέψασθαι καὶ ὅρμους καὶ νησῖδας, καὶ ὅστις κόλπος ἐσέχοι, ἐκπεριπλῶσαι τοῦτον, καὶ πόλιας ὅσαι ἐπιθαλάσσιαι, καὶ εἴ τις ἔγκαρπος γῆ, καὶ εἴ τις ἐρήμη· (12) Σφᾶς ὦν οὐ χρῆναι ἀφανίσαι τὸ ἔργον, πρὸς τέρματι ἤδη ἐόντας τῶν πόνων, ἄλλως τε οὐδὲ ἀπόρως ἔτι τῶν ἀναγκαίων ἐν τῷ παράπλῳ ἔχοντας· δεδιέναι τε, ὅτι ἡ ἄκρη ἐς μεσημβρίην ἀνέχει, μὴ ἐρήμῳ τε τῇ ταύτῃ γῇ καὶ ἀνύδρῳ καὶ φλογώδεϊ ἐγκύρσειαν. (13) Ταῦτα ἐνίκα, καί μοι δοκέει περιφανέως σῶσαι τὴν στρατιὴν τῇδε τῇ βουλῇ Νέαρχος· τὴν γὰρ δὴ ἄκρην ἐκείνην καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ χώρην πᾶσαν ἐρήμην τε εἶναι λόγος κατέχει, καὶ ὕδατος ἀπορίῃ ἔχεσθαι.

XXXIII. Ἀλλὰ ἔπλωον γὰρ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἄραντες τῇ γῇ προσεχέες· καὶ πλώσαντες σταδίους ὡς ἑπτακοσίους ἐν ἄλλῳ αἰγιαλῷ ὡρμίσαντο· Νεόπτανα οὔνομα τῷ αἰγιαλῷ. (2) Καὶ αὖθις ὑπὸ τὴν ἕω ἀνήγοντο, καὶ πλώσαντες σταδίους ἑκατὸν ὁρμίζονται κατὰ τὸν ποταμὸν Ἄναμιν· ὁ δὲ χῶρος Ἁρμόζεια ἐκαλέετο. Φίλια δὲ ἤδη καὶ πάμφορα ταύτῃ ἦν, πλὴν ἐλαῖαι οὐ

cinnamomum et alia ejusmodi aromata in Assyrios vehi. (8) Ab eo littore ubi classis ancoris in salo jactis constiterat, et promontorio, quod ex adverso in mare porrectum conspexerant, sinus meo judicio, ut et Nearcho visum est, introrsum refunditur, sicut probabile est, mare Rubrum. (9) Id promontorium ubi conspicati sunt, Onesicritus classem eo dirigi jubebat, ne per sinum navigantes calamitatibus afficerentur. (10) Nearchus vero parum prudentem esse Onesicritum respondit, si nesciret quam ad rem Alexander classem misisset. (11) Neque enim quia pedestri itinere totum exercitum traducere salvum non posset, eam ob causam naves emissas : sed quod vellet omnia littora portusque et insulas in prænavigatione perlustrari, omnes etiam sinus pernavigari, et urbes quæ ad mare sitæ essent, quæve regio fertilis, quæ deserta sit inquiri. (12) Non debere itaque sese totum negotium pervertere, quum jam ad finem laborum pervenissent, præcipue quum res ad navigationem necessariæ non amplius deficerent : vereri etiam se, quod promontorium illud in meridiem vergeret, ne in desertam et siticulosam torridamque regionem inciderent. (13) Nearchi sententia vicit : et mihi quidem Nearchus manifesto hoc consilio classem universam servasse videtur. Promontorium enim illud omnemque regionem illi circumjectam desertam esse fama obtinet, summaque aquarum penuria laborare.

XXXIII. Mota igitur classe proxime terram navigantes, septingenta stadia emensi ad aliud littus, cui Neoptana nomen erat, appellunt; rursusque sub auroram inde solvunt, et centum stadiis enavigatis ad fluvium Anamin perveniunt. (2) Locus ipse Harmozia vocabatur. Amicam jam ibi omniumque rerum feracem regionem nacti sunt : oleas tantum non fere-

— 1. Post καὶ ἄλλα τοιουτότροπα cod. A addit : καὶ τὸ σένε (*cassia senna* in Arabia proveniens, gallice *séné*. V. Ducange v. σένε. Ritter. XII, p. 483. 889. 992), quæ e margine in ordinem verborum irrepserunt. || — 3. ἐφεώρων ABD. || — 5. ἀναχεῖσθαι BC. || — 9. ὑποκρ. A. || — 10. εἶναι, quod præbent ABCD et Bodl., om. L et vett. editt. || — 15. ἐπέχοι editt. Basil. et Venet. De hoc Nearchi et Onesicriti dissensu cf. Arrian. Exped. VII, 20.

XXXIII, 29. ὁρμίζονται BC. || — Νεόπτανα] Nomen aliunde non notum. Appulit Nearchus in eum fere locum, ubi nunc est *Karroun* vicus. || — 32. τὸν om. D. || — Ἄναμιν] *Ananim* Plin. l. l. § 107. Ptolemæo fluvius dicitur Ἄνδανις; nec non ap. Melam III, 8 : *Sabis per Carmaniam, supra Andamis et Coros effluunt;* nunc *Minab* sive *Minah* cum castello cognomine. Sec. virum doctum ap. Kempthorn. l. l. p. 274 not. *Minab* nomen contractum est ex *Mina-ab*, i. e. cærulea aqua. Plura de hoc fluvio exponit Wellsted *Travels to the city of the Caliphs* I, p. 60 sq., ex eoque Ritter XII, 431. || — 32. Ἁρμόζεια] Ὁρμάζεια B, Ὁρμαζία C; *Armuzia regio* ap. Plin. l. l. § 107. Cf. § 110 : *Carmanis junguntur Armozei*. Promontorium Ἄρμοζον s. Ἀρμόζων s. Ἄρμοζα supra jam vidimus ; urbem Ἄρμουζαν habent Ptolemæus et Marcianus, ille 250 fere stadiis, hic 800 stadiis a promontorio eam distare censens. « On sait qu'il a existé une ville de Harmuz ou Hormuz sur le rivage du continent avant que ce nom fut transporté à l'isle connue aujourd'hui sous le nom d'Ormus. Selon l'histoire que Turon-shah a écrite du royaume d'Hormus, dont il a occupé le trône, le pays étant ravagé par les Turcs, le roi nommé Bahud-din ou Ayazseifin, fit passer les Hormuziens dans une isle, qui se nommoit Gerun. On rapporte cette transmigration aux premières années du XIII[e] siècle. La géographie Turque indique la situation de l'ancien Hormuz, en disant que l'isle de Dgerun en est éloignée de douze milles vers le couchant. » D'Anvillius *Recherches géogr. sur le golfe Persique* in *Mém. de l'Acad.* t. XXX, p. 141. Plura v. ap. Ritter. XII, p. 383 sqq. || — 33. πάμφορα etc.] Cf. Plin. l. l, §. 107. Kempthorn. l. l. p. 274 : « The country adjacent (Minab fluvio) is termed by the natives the Paradise of Persia. It is certainly most beautifully fertile, and abounds in orange-groves, orchards containing appels, pears, peaches and apricots, with vineyards producing a delicious grape

πεφύκεσαν. (3) Ἐνταῦθα ἐκβαίνουσί τε ἐκ τῶν νεῶν καὶ ἀπὸ τῶν πολλῶν πόνων ἄσμενοι ἀνεπαύοντο, μεμνημένοι ὅσα κακὰ κατὰ τὴν θάλασσαν πεπονθότες ἦσαν, καὶ πρὸς τῇ γῇ τῶν Ἰχθυοφάγων, τήν τε ἐρημίην τῆς χώρης, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅκως θηριώδεες, καὶ τὰς σφῶν ἀπορίας ἐπιλεγόμενοι. (4) Καί τινες αὐτῶν ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὸ πρόσω ἀνῆλθον, ἀποσκεδασθέντες τῆς στρατιῆς κατὰ ζήτησιν ἄλλος ἄλλου. (5) Ἐνταῦθα ἄνθρωπος σφίσιν ὤφθη χλαμύδα τε φορέων Ἑλληνικὴν καὶ τὰ ἄλλα ὡς Ἕλλην ἐσκευασμένος, καὶ φωνὴν Ἑλλάδα ἐφώνεε. Τοῦτον οἱ πρῶτοι ἰδόντες δακρῦσαι ἔλεγον· οὕτω τι παράλογον σφίσι φανῆναι ἐκ τῶν τοσῶνδε κακῶν Ἕλληνα μὲν ἄνθρωπον ἰδεῖν, Ἑλλάδος δὲ φωνῆς ἀκοῦσαι· (6) ἐπηρώτων τε ὁκόθεν ἥκοι, καὶ ὅστις ἐών· ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀποσκεδασθῆναι ἔλεγε, καὶ εἶναι οὐ πόρρω τὸ στρατόπεδον καὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρον· τοῦτον τὸν ἄνθρωπον βοῶντές τε καὶ κροτέοντες ἀνάγουσι παρὰ τὸν Νέαρχον· καὶ Νεάρχῳ πάντα ἔφρασε, καὶ ὅτι πέντε ἡμερέων ὁδὸν ἀπέχει τὸ στρατόπεδον καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῆς θαλάσσης· (8) τόν τε ὕπαρχον τῆς χώρης ταύτης δείξειν ἔφη Νεάρχῳ, καὶ ἔδειξε· καὶ μετὰ τούτου Νέαρχος γνώμην ποιέεται, ὅκως ἀναβήσεται πρὸς βασιλέα. (9) Τότε μὲν δὴ ἐπὶ τὰς νέας ἀπῆλθον· ὑπὸ δὲ τὴν ἕω τὰς νέας ἐνεώλκεεν, ἐπισκευῆς τε εἵνεκα, ὅσαι αὐτέων κατὰ τὸν πλόον πεπονήκεσαν, καὶ ἅμα ὅτι ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ ὑπολείπεσθαί οἱ ἐδόκεε τὸν πολλὸν στρατόν· (10) χάρακά τε ὧν περιβάλλεται διπλόον ἐπὶ τῷ ναυστάθμῳ, καὶ τεῖχος γήινον καὶ τάφρον βαθέην, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῆς ὄχθης ἀρξάμενος, ἔστε ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, ἵνα αἱ νέες αὐτῷ ἀνειρυσμέναι ἦσαν.

XXXIV. Ἐν ᾧ δὲ ὁ Νέαρχος ταῦτα ἐκόσμεε, τῆς χώρης ὁ ὕπαρχος πεπυσμένος ὅκως ἐν μεγάλῃ φροντίδι ἔχοι Ἀλέξανδρος τὰ ἀμφὶ τὸν στόλον τοῦτον, μέγα δή τι ἐξ Ἀλεξάνδρου ἀγαθὸν ἂν ἔγνω πείσεσθαι, εἰ πρῶτός οἱ ἀπαγγείλειε τοῦ στρατοῦ τὴν σωτηρίην καὶ τοῦ Νεάρχου, ὅτι οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπίξεται ἐς ὄψιν τὴν βασιλέος. (2) Οὕτω δὴ τὴν βραχυτάτην ἐλάσας ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι Νέαρχος οὗτος προσάγει ἀπὸ τῶν νεῶν. Τότε μὲν δὴ καίπερ ἀπιστέων τῷ λόγῳ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ ἐχάρη γε κατὰ τὸ εἰκὸς τῇ ἀγγελίῃ. (3) Ὡς δὲ ἡμέρη τε ἄλλη ἐξ ἄλλης ἐγίνετο, καὶ ξυντιθέντι αὐτῷ τῆς ἀγγελίης τὸν χρόνον οὐκέτι πιστὰ τὰ ἐξηγγελμένα ἐφαίνετο, (4) πεμπόμενοί τε ἄλλοι ἐπ' ἄλλοισιν ὡς ἐπὶ κομιδῇ τοῦ Νεάρχου, οἱ μέν τινες ὀλίγον τῆς ὁδοῦ προελθόντες κενοὶ ἐπανήεσαν οὐδενὶ ἐγκύρσαντες, οἱ δὲ καὶ πορρωτέρω ἐλθόντες, καὶ διαμαρτόντες

bat. (3) Hic navibus egressi, cupide a tot tantisque laboribus conquierunt cum jucunda tot malorum, quæ mari perpessi fuerant, et apud regionem Ichthyophagorum, recordatione, desertas regiones, efferatos homines, summam rerum omnium inopiam memoria recolentes. (4) Quidam vero quum interius remotiusque a mari progressi ab exercitu sejungerentur, alius aliud quærentes : (5) repertus est ab eis quidam Græcanica chlamyde reliquoque habitu Græco indutus, et lingua Græca loquens, ad cujus primum conspectum collacrimatos ferunt : adeo novum atque insolens iis videbatur post tot mala hominem Græcum cernere et Græcam vocem audire. (6) Interrogarunt itaque, unde veniret, et quis esset. Ille se ab exercitu Alexandri sejunctum esse respondit, castraque et ipsum Alexandrum haud procul abesse. (7) Hunc hominem ipsi confestim gaudio exultantes ad Nearchum adducunt : qui rem omnem ei retulit, castraque et regem quinque dierum itinere a mari abesse. (8) Præsidem etiam illius regionis Nearcho ostensurum se dixit et ostendit; tum Nearchus cum eo consilium capit, quo pacto ad regem adscendere possit. (9) Tunc quidem ad classem sese recipiunt. Postridie vero sub lucem subduci naves jubet, partim ut quæ ista navigatione quassatæ erant, reficerentur, partim quod magnam exercitus partem ibi relinquere statuerat. (10) Duplici itaque vallo et aggere terreo navale cingit, fossamque profundam a ripa fluminis ad eam littoris partem, in quam naves subductæ erant, ducit.

XXXIV. Interea dum hæc a Nearcho parantur, præses regionis, quum audisset Alexandrum vehementer de classe hac sollicitum esse, magnum aliquod munus se ab Alexandro accepturum arbitratus, si primus nuntiaret exercitum salvum esse et Nearchum propediem in conspectum regis venturum : (2) compendio viæ inito, renuntiabat Alexandro Nearchum a navibus venire. Alexander tametsi fidem ejus verbis non haberet, magnam tamen, ut par est, ex eo nuntio lætitiam cepit. (3) Quum vero alius ex alio dies traheretur, et tempus, ex quo nuntium allatum fuerat, conferenti non jam amplius credibilia viderentur nuntiata; (4) quumque alii atque alii, qui Nearchum adveherent, missi, partim quidem paululum viæ progressi vacui redirent, quum nulli occurrissent, partim

from which was, at one time, made a wine called amberrosolio, generally considered the white wine of Kishmah; but no wine is made her now. etc. || — 2. ἀνεπ.] ἐπαύοντο A; ἀνεπαύσαντο L. || — 3. ὅσα κατὰ τὴν θάλασσαν κακὰ πεπ. BC. || — 21. ὕπατον A. || — 23. πρὸς τὸν βασ. Bodl. || — 24. ἀνῆλθεν B. — 25. ἀνεώλκεεν AB.

XXXIV, 34. μέγα δή τι ἀγαθὸν ἐξ Ἀλ. ἂν ἔγνω BCD. || — 36. οἱ om. BCD. || — 36. τὴν σωτηρίην... ὕστερον om. C. || — 38. δὴ τὴν] δή τι τὴν A. || — ἐπαγγέλλει D. || — 41. ἀλλὰ om. L. || — 44. ἐφαίνοντο L. || — 46. τῆς ὁδοῦ προελθόντες καὶ οὐδενὶ ἐγκύρσαντες κενοὶ ἐπανήεσαν A; τῆς ὁδοῦ προελθόντες καὶ διαμαρτόντες, omissis verbis κενοὶ... πορρωτέρω ἐλθόντες, BCD. || — 47. καὶ ante πορρ. ex A add. Dübn.

τῶν ἀμφὶ τὸν Νέαρχον, οὐδὲ αὐτοὶ ἐπανήεσαν, ἐνταῦθα δὴ τὸν μὲν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, ὡς κενά τε ἀγγείλαντα καὶ λυπηρότερά οἱ τὰ πρήγματα ποιήσαντα τῇ ματαίῃ εὐφροσύνῃ, συλλαβεῖν κελεύει Ἀλέξανδρος· αὐτὸς δὲ τῇ τε ὄψι καὶ τῇ γνώμῃ δῆλος ἦν μεγάλῳ ἄχεϊ βεβλημένος. (6) Ἐν τούτῳ δὲ τῶν τινες κατὰ ζήτησιν τοῦ Νεάρχου ἐσταλμένων ἵππους τε ἐπὶ κομιδῇ αὐτῶν καὶ ἀπήνας δὲ ἄγοντες ἐντυγχάνουσι κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῷ τε Νεάρχῳ καὶ τῷ Ἀρχίῃ καὶ πέντε ἢ ἓξ ἅμα αὐτοῖσι· μετὰ τοσούτων γὰρ ἀνήει. (7) Καὶ ἐντυχόντες οὔτε αὐτὸν ἐγνώρισαν οὔτε τὸν Ἀρχίην· οὕτω τοι κάρτα ἀλλοῖοι ἐφάνησαν, κομόωντές τε καὶ ῥυπόωντες καὶ μεστοὶ ἅλμης, καὶ ῥικνοὶ τὰ σώματα, καὶ ὠχροὶ ὑπὸ ἀγρυπνίης τε καὶ τῆς ἄλλης ταλαιπωρίης. (8) Ἀλλὰ ἐρομένοισι γὰρ αὐτοῖσιν ἵναπερ εἴη Ἀλέξανδρος, ἀποκρινάμενοι τὸν χῶρον οἵδε παρήλαυνον. (9) Ἀρχίης δὲ ἐπιφρασθεὶς λέγει πρὸς Νέαρχον, Ὦ Νέαρχε, τούτους τοὺς ἀνθρώπους δι' ἐρημίης ἐλαύνειν τὴν αὐτὴν ἡμῖν ὁδὸν οὐκ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ συντίθημι ἢ ὅτι μὴ κατὰ ζήτησιν τὴν ἡμετέρην ἀπεσταλμένους· (10) ὅτι δὲ οὐ γινώσκουσιν ἡμέας, οὐκ ἐν θώματι ποιέομαι· οὕτω γάρ τι ἔχομεν κακῶς, ὡς ἄγνωστοι εἶναι· φράσωμεν αὐτοῖσιν οἵτινες εἶμεν· καὶ τοὺς ἐρώμεθα καθ' ὅ τι ταύτην ἐλαύνουσιν. (11) Ἔδοξε τῷ Νεάρχῳ ἐναίσιμα λέγειν· καὶ ἤροντο, ὅκοι ἐλαύνουσιν· οἱ δὲ ἀποκρίνονται, ὅτι κατὰ ζήτησιν Νεάρχου τε καὶ τοῦ στρατοῦ τοῦ ναυτικοῦ. (12) Ὁ δέ, Οὗτος, ἔφη, ἐγὼ Νέαρχος, καὶ Ἀρχίης οὗτος· ἀλλ' ἄγετε ἡμέας· ἡμεῖς δὲ τὰ ὑπὲρ τῆς στρατιῆς Ἀλεξάνδρῳ ἀπηγησόμεθα.

XXXV. Ἀναλαβόντες δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὰς ἀπήνας, ὀπίσω ἤλαυνον· καί τινες αὐτῶν τούτων ὑποφθάσαι ἐθελήσαντες τὴν ἀγγελίην, προδραμόντες λέγουσιν Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι Οὗτός τοι Νέαρχος, καὶ σὺν αὐτῷ Ἀρχίης καὶ πέντε ἄλλοι κομίζονται παρὰ σέ· ὑπὲρ δὲ τοῦ στρατοῦ παντὸς οὐδὲν εἶχον ὑποκρίνασθαι. (2) Τοῦτο ἐκεῖνο συνθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος τοὺς μὲν παραλόγως ἀποσωθῆναι, τὴν στρατιὴν δὲ πᾶσαν διεφθάρθαι αὐτῷ, οὐ τοσόνδε τοῦ Νεάρχου τε καὶ τοῦ Ἀρχίεω τῇ σωτηρίῃ ἔχαιρεν, ὅσον ἐλύπεεν αὐτὸν ἀπολομένη ἡ στρατιὴ πᾶσα. (3) Οὔπω πάντα ταῦτα εἴρητο, καὶ ὁ Νέαρχός τε καὶ ὁ Ἀρχίης προσῆγον. Τοὺς δὲ μόγις μὲν καὶ χαλεπῶς

vero progressi ulterius et Nearchum non offendentes, ne ipsi quidem reverterentur : (5) tum Alexander hominem illum tanquam mendacis nuntii auctorem, quique suum mœrorem vano illo gaudio duplicarat, comprehendi jubet, ingentemque dolorem et vultu et animo præ se ferebat. (6) Interea nonnulli qui cum equis et vehiculis ad quærendum adducendumque Nearchum missi fuerant, in ipso itinere Nearcho et Archiæ obvii facti sunt : qui quidem aliis quinque aut sex viris comitati veniebant. (7) Neque tamen vel Nearchum vel Archiam agnoverunt : adeo immutati atque ab se ipsis diversi erant, hirsuti et sordidi, salsugineque repleti atque macilenti et ex multis vigiliis laboribusque pallidi. (8) Interrogantibus enim illis, ubinam esset Alexander, significato loco, iter suum persecuti sunt. (9) Tum Archias animadversa re ad Nearchum conversus ait, « Homines istos, Nearche, eadem qua nos via per deserta contendere non aliam ob causam judico, quam quod nos quæsitum missi sint. (10) Quod vero nos non agnoscunt, equidem non miror : ita enim male comparati sumus, ut agnosci non possimus. Significemus igitur eis, quinam simus, eosque percontemur, quam ad rem hoc itinere proficiscantur. » (11) Nearcho Archiæ consilium perquam opportunum est visum. Rogarunt itaque, quonam proficiscerentur? Respondent illi Nearchum se et navalem exercitum quæsitum ire. (12) Hic vero, « Ego ipse, ait, sum Nearchus, et hic Archias : at vos nobis duces itineris estote; nos Alexandro de classe referemus. »

XXXV. Illis itaque in vehicula exceptis, ad regem revertuntur. Nonnulli horum, nuntium celeritate prævertere cupientes, præcurrentes Alexandro nuntiarunt Nearchum ipsum et cum eo Archiam ac quinque alios adventare : de exercitu vero universo nihil poterant respondere. (2) Ex hoc ipso nuntio colligebat Alexander, Nearchum quidem et Archiam præter opinionem et fortuito servatos esse, exercitum vero universum periisse. Neque tantum gaudii ex Nearchi et Archiæ salute percepit, quantum ex amissa classe mœroris. (3) Necdum hæc omnia dicta erant, quum Nearchus et Archias adveniunt, quos Alexander diffi-

— 2. ὡς κενά οἱ L. || — 8. καὶ ἀπ. om. L. || — κατὰ τὸν αὐτῷ τε D. || — 1. αὐτῷ τε καὶ N. C. Ante Dübnerum editt. αὐτῷ τε τῷ N. Articulum neque nostri codd. neque Bodlejanus habent. || — 10. καὶ μετὰ τοσούτων γὰρ A. || — 11. τὸν ante Ἀρχίην om. A. || — 15. ὑποκρ. A. || — 20. τὴν ex A add. Dübner. || — 21. γάρ τι AD; γάρ τοι BC vgo. || — 23. ταύτην L; ταύτῃ ABCD et vulgo ante Schm. || — 25. ὑποκρ. A. || — 27. ἐγὼ Νέαρχος L; ἐγὼ εἰ μὴ N. ABCD et vulgo ante Schm. — « Prorsus diversam de Nearchi apud Alexandrum adventu narrationem habet Diodorus XVII, 106. Dum rex in maritima quadam urbe, cui nomen Salmunti, permoraretur, et scenicos in theatro ludos exhiberet, cum classe sua appellunt, qui ad litora Oceani investiganda missi fuerant. Qui continuo theatrum ingressi, salutato rege, quæ effecissent, renuntiant. Gavisi virorum adventu Macedones, ingenti voluptatem suam plausu contestantur. » Schmieder. Rejecta reliqua Diodori narratione, retinendus Salmus locus, quo Nearchus Alexandrum convenit. Non diversam ab Salmunte esse *Sabin* urbem mediterraneam ap. Ptolemæum, et *Zethin* Plinii l. l. § 107, statuit Mannertus V, 2, p. 62. Ceterum situs loci ignotus.

XXXV, 30. ἀναλαβόντες δὲ αὐτοὺς L; ἀν. αὐτοὺς AD; καὶ ἀν. αὐτοὺς BC; ἀν. ὧν αὐτοὺς vgo ante Schm. || — 31. τούτων om. L. || — 32. προσδραμόντες L. || — 34. παρά σοι L. || — 35. ἀποκρ. BC. || — 36. ὁ ante Ἀλ. om. A. || — 41. μὲν add. ex BC.

ἐπέγνω Ἀλέξανδρος, ὅτι δὲ κομόωντας καὶ κακῶς ἐσταλμένους κατεώρα, ταύτῃ μᾶλλόν τι βεβαιότερον αὐτῷ τὸ ἄχος ὑπὲρ τῆς στρατιῆς τῆς ναυτικῆς ἐγίνετο. (4) Ὁ δὲ τὴν δεξιὴν τῷ Νεάρχῳ ἐμβαλὼν καὶ ἀπαγαγὼν μοῦνον αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἑταίρων τε καὶ τῶν ὑπασπιστέων, πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἐδάκρυεν· (5) ὀψὲ δὲ ἀνενεγκὼν, Ἀλλὰ σύγε ἡμῖν ὅτι ἐπανήκεις σῶος, ἔφη, καὶ Ἀρχίης οὗτος, ἔχοι ἂν ἔμοιγε ὡς ἐπὶ συμφορῇ τῇ ἁπάσῃ μετρίως· αἱ δέ τοι νέες καὶ ἡ στρατιὴ κοίῳ τινὶ τρόπῳ διεφθάρησαν; (6) Ὁ δὲ ὑπολαβὼν, Ὦ βασιλεῦ, ἔφη, καὶ αἱ νέες τοι σῶαι εἰσὶ καὶ ὁ στρατός· ἡμεῖς δὲ οὗτοι ἄγγελοι τῆς σωτηρίης αὐτῶν ἥκομεν. (7) Ἔτι μᾶλλον ἐδάκρυεν Ἀλέξανδρος, κατότι ἀνέλπιστός οἱ ἡ σωτηρίη τοῦ στρατοῦ ἐφαίνετο· καὶ ὅκου ὁρμέουσιν αἱ νέες ἐπανηρώτα· ὁ δὲ, Αὗται, ἔφη, ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἀνάμιδος ποταμοῦ ἀνειρυσμέναι ἐπισκευάζονται. (8) Ἀλέξανδρος δὲ τόν τε Δία τὸν Ἑλλήνων καὶ τὸν Ἄμμωνα τὸν Λιβύων ἐπομνύειν, ἦ μὴν μέζον ὡς ἐπὶ τῇδε τῇ ἀγγελίῃ χαίρειν, ἢ ὅτι τὴν Ἀσίην πᾶσαν ἐκτημένος ἔρχεται· καὶ γάρ καὶ τὸ ἄχος οἱ ἐπὶ τῇ ἀπωλείῃ τῆς στρατιῆς ἀντίρροπον γενέσθαι τῇ ἄλλῃ πάσῃ εὐτυχίῃ.

XXXVI. Ὁ δὲ ὕπαρχος τῆς χώρης, ὅντινα συνειλήφει Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς ἀγγελίης τῇ ματαιότητι, παρεόντα κατιδὼν τὸν Νέαρχον, πίπτει τε αὐτῷ πρὸς τὰ γόνατα, (2) καὶ, Οὗτός τοι, ἔφη, ἐγώ εἰμι, ὃς ἀπήγγειλα Ἀλεξάνδρῳ ὅτι σῶοι ἥκετε· ὁρᾷς ὅκως διάκειμαι. Οὕτω δὴ δέεται Ἀλεξάνδρου Νέαρχος ἀφεῖναι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀφίεται. (3) Ἀλέξανδρος δὲ σωτήρια τοῦ στρατοῦ ἔθυε Διὶ Σωτῆρι καὶ Ἡρακλέϊ καὶ Ἀπόλλωνι Ἀλεξικάκῳ καὶ Ποσειδῶνί τε καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι· καὶ ἀγῶνα ἐποίεε γυμνικόν τε καὶ μουσικὸν, καὶ πομπὴν ἔπεμπε· καὶ Νέαρχος ἐν πρώτοισιν ἐπόμπευε, ταινίῃσί τε καὶ ἄνθεσι πρὸς τῆς στρατιῆς βαλλόμενος. (4) Ὡς δὲ ταῦτά οἱ τέλος εἶχε, λέγει πρὸς Νέαρχον, Ἐγώ σε, ὦ Νέαρχε, οὐκέτι ἐθέλω τὸ πρόσω οὔτ' ἀνακινδυνεύειν οὔτε ταλαιπωρέεσθαι· ἀλλὰ ἄλλος γὰρ τοῦ ναυτικοῦ ἐξηγήσεται τὸ ἀπὸ τοῦδε, ἔστε καταστῆσαι αὐτὸ ἐς Σοῦσα. (5) Νέαρχος δὲ ὑπολαβὼν λέγει, Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ μέντοι πάντα πείθεσθαι ἐθέλω τε καὶ ἀναγκαίη μοί ἐστιν· ἀλλὰ εἰ δή τι καὶ σὺ ἐμοὶ χαρίζεσθαι ἐθέλεις, μὴ ποιήσῃς ὧδε· ἀλλά με ἔασον ἐξηγήσασθαι ἐς ἅπαν τοῦ στρατοῦ, ἔστε σοι σώας καταστήσω ἐς Σοῦσα τὰς νέας· (6) μηδὲ τὰ μὲν χαλεπά τε αὐτοῦ καὶ ἄπορα ἐμοὶ ἐπιτετραμμένα ἐκ σοῦ ἔστω, τὰ δὲ εὐπετέα τε καὶ κλέους ἤδη ἑτοίμου ἐχόμενα, ταῦτα δὲ ἀπαιρεθέντα ἄλλῳ ἐς χεῖρας διδόσθω. (7) Ἔτι λέγοντα παύει αὐτὸν Ἀλέξανδρος, καὶ χάριν προσωμολόγεεν εἰδέναι· οὕτω δὴ καταπέμπει αὐτὸν, στρατιὴν δοὺς ἐς

culter admodum agnoscere potuit; quodque ita hirsutos maleque comparatos cernebat, tanto magis ejus dolor ob amissum exercitum navalem confirmabatur. Injecta igitur Nearcho dextra, eoque seorsum ab amicis et scutatis abducto, multo tempore collacrimatus est. (5) Tandem quum se collegisset ex lacrimis, « Enimvero, quod tu, inquit, Nearche et Archias, sospites ac salvi redieritis, moderatius universæ classis jacturam fero : at vero naves et exercitus quonam pacto perierunt? » (6) Tum Nearchus regis sermonem excipiens, « Salvæ sunt, inquit, tibi, rex, et naves et exercitus; nos vero ipsi hujus salutis nuntii venimus. » (7) Tum uberiores Alexandro lacrimæ manarunt, quod præter omnem exspectationem ei exercitus salvus esset, simulque ubi portum ceperint rogat. Nearchus eas ad fauces Anamidis fluvii consistere ait, atque in terram subductas refici. (8) Post hæc Alexander per Jovem Græcorum et Ammonem Lybicum jurans affirmavit, gratius sibi jucundiusque id nuntii accidisse, quam quod universam Asiam subjugasset; dolorem enim ob amissum exercitum universæ felicitati suæ parem fuisse.

XXXVI. Præses vero provinciæ, quem ob nuntii vanitatem Alexander comprehendi jusserat, Nearchum præsentem conspicatus, ei ad genua provolutus, (2) « Ego, inquit, is sum qui Alexandro nuntiavi vos salvos rediisse. Vides quo pacto exceptus sim. » Tum rogatu Nearchi Alexander eum dimitti jubet. (3) Quo facto Alexander ob servatum exercitum Jovi Servatori atque Herculi et Apollini infortuniorum propulsatori) et Neptuno reliquisque diis marinis sacrum fecit, ludos etiam gymnicos edidit pompamque duxit: pompæ vero dux Nearchus erat, sertis ac floribus ab omni exercitu petitus. (4) His rebus peractis Alexander ita Nearchum alloquitur : « Ego te, Nearche, nulla posthac pericula aut labores iterum adire volo. Sed alius posthac classi præfectus eam Susa deducet. » (5) Nearchus regis sermonem excipiens, « Equidem, o rex, inquit, tibi per omnia morem gerere et cupio et debeo. Cæterum si qua in re mihi gratificari volueris, hoc ne feceris : quin potius me ad finem usque classi præfectum esse patiare, donec tibi naves salvas Susa perduxerim; (6) neve quum res arduæ atque difficiles mihi abs te commissæ fuerint, faciles, quarum gloria jam in promptu est, mihi ademptas aliis in manus dederis. » (7) Adhuc loquentem interpellat Alexander, gratiam se illi habere insuper professus : atque ita eum dimittit, exiguo exercitu comitatum,

— 1. ὅτι τε codd. || — 6. πολλὸν χρ. A. || — 7. σύγε ἡμῖν ὅτι A; ὅτι σύγε ἡμῖν cett. || — 11. σῶες L. || — οὗτοι ABCD; αὐτοὶ Schmiederus, jubentibus, ut ait, manuscriptis. || — 14. ἐπανηρώτα BC et vgo; ἀνηρώτα LAD. || — 17. τῶν Ἑλλήνων et τῶν Λιβύων BC. || — 18. ἐπόμνυσιν scr. Dübner. || — 20. καὶ γὰρ τὸ ἄχος L. || — ἐπὶ ἀπωλ. C.

XXXVI, 24. παριόντα om. L. || — 24. αὐτοῦ A. || — 25. οὗτός τι BC. || — 30. θαλάσσιοι θεοί ABCD. || — 35. ἐθέλω A, θέλω BCD. || — οὔτ' ἀνακ.] οὔτ' οὖν κινδ. codd.; em. Geier. || — 41. ἐθέλεις ABC; ἐθέλοις D; θέλεις vgo ante Dübn. || — 45. ἤδη ἐχόμενα ἑτοίμου A. || — 48. διδοὺς C.

παραπομπὴν ὡς διὰ φιλίης ἰόντι ὀλίγην. (8) Τῷ δὲ οὐδὲ τὰ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ θάλασσαν ἔξω πόνου ἐγένετο· ἀλλὰ συλλελεγμένοι γὰρ οἱ κύκλῳ βάρβαροι τὰ ἐρυμνὰ τῆς χώρης τῆς Καρμανίης κατεῖχον, ὅτι καὶ ὁ σατράπης αὐτοῖσι τετελευτήκει κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου, ὁ δὲ νεωστὶ κατεστηκὼς Τληπόλεμος οὔπω βέβαιον τὸ κράτος εἶχε. (9) Καὶ δὶς ὧν καὶ τρὶς τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ ἄλλοισι καὶ ἄλλοισι τῶν βαρβάρων ἐπιφαινομένοισιν ἐς χεῖρας ᾔεσαν· καὶ οὕτως οὐδέν τι ἐλινύσαντες μόλις καὶ χαλεπῶς ἐπὶ θάλασσαν ἀπεσώθησαν. Ἐνταῦθα θύει Νέαρχος Διὶ Σωτῆρι καὶ ἀγῶνα ποιέει γυμνικόν.

XXXVII. Ὡς δὲ αὐτῷ τὰ θεῖα ἐν κόσμῳ πεποίητο, οὕτω δὴ ἀνήγοντο. Παραπλώσαντες δὲ νῆσον ἐρήμην τε καὶ τρηχέην ἐν ἄλλῃ νήσῳ ὁρμίζονται, μεγάλῃ ταύτῃ καὶ οἰκεομένῃ, πλώσαντες σταδίους τριηκοσίους, ἔνθενπερ ὡρμήθησαν. (2) Καὶ ἡ μὲν ἐρήμη νῆσος Ὀργάνα ἐκα-

quippe cui per amicam regionem eundum esset. (8) Ceterum neque ipsa ad mare profectio Nearcho expers laboris fuit. Collecti enim undequaque barbari tuta munitaque Carmaniæ loca occuparant. Nam satrapa eorum jussu Alexandri curam muneris sui finierat, Tlepolemus autem, qui recens satrapatum inierat, nondum firmum imperium nactus erat. (9) Bis itaque ac ter uno atque eodem die, diversis in eum barbaris irruentibus, pugnandum fuit. Atque ita nihil morantes ægre tandem ac difficulter ad mare salvi pervenerunt. Ibi Nearchus Jovi Servatori sacrum facit gymnicosque ludos edidit.

XXXVII. Rebus itaque divinis rite peractis, denuo solverunt. Insulam desertam atque asperam prætervecti ad aliam insulam, grandem atque habitatam, appellunt, trecenta stadia emensi ab eo loco, unde digressi erant. (2) Deserta illa insula Organa vocaba-

— 1. ὡς om. codex Bodlejanus et editio Veneta et Basileensis || — 5. τετελευτήκει] « Cf. Arrian. Exp. VII, 27. Sibyrtius Carmaniæ satrapa erat nuper admodum id muneris ab Alexandro consecutus. Tum vero Arachotarum et Gadrosorum imperium illi collatum est. Carmaniam vero Tlepolemus, Pythophanis filius, accepit. » Schm. || — 7. τῇ αὐτῇ ABCD; vgo τῇ om. || — 9. οὕτω BCD. || — 10. ἀπεσώθησαν ABC; ἐπεσ. D; ἐσώθησαν L.

XXXVII, 13. δὴ νῆσ. L. || — 16. ἡ μὲν... ὡρμήθησαν om. C. || — Ὀργάνα] Ὄργανα A; Ὀργάνα præbent etiam codices Ptolemæi VI, 7 p. 412, quamquam is de situ insulæ longe aliter statuit. Etenim quum apud Arrianum Ὀργάνα sit insula ad 200 stadia a *Minab* fl. distans, quæ arabice olim vocabatur *Djerun* seu *Jerun*, sive, ut nonnulli scribunt, *Gerun*, inde autem a XIII sæculo *Ormuz* denominata est : Ptolemæus Organam inter Arabiæ insulas ponit in Oceano (92° long., 19° lat.), adeo ut a Carpella Carmaniæ promontorio meridiem versus 2000 stadiis distet. Eodem modo statuerunt Strabo, Plinius, alii, nisi quod quam Organam Ptolemæus dicit, Ogyrin vocant, in quo nomine genuinam vocem *Jerun* etiam clarius licet agnoscere. Etenim Strabo p. 766 ita habet : Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νέαρχος καὶ Ὀρθαγόρας νῆσον Ὤγυριν (Τυρρίνην et Τυρίνην h. l. codd., sed paullo post Ὤγυριν) κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν ἐν δισχιλίοις σταδίοις, ἐν ᾗ τάφος Ἐρύθρα δείκνυται, χῶμα μέγα ἀγρίοις φοίνιξι κατάφυτον· τοῦτον δὲ βασιλεῦσαι τῶν τόπων καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν θάλατταν ἐπώνυμον καταλιπεῖν· δηλῶσαι δὲ ταῦτά φησιν αὐτοῖς Μιθρωπάστην τὸν Ἀρσίτου τοῦ Φρυγίας σατράπου, φυγόντα τὸν Δαρεῖον, διατρίψαντα δ' ἐν τῇ νήσῳ, συμμίξαντα δὲ αὐτοῖς καταχθεῖσιν εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον καὶ ζητοῦντα κάθοδον δι' αὐτῶν εἰς τὴν οἰκείαν... Φησὶ δ' ὁ Νέαρχος τὸν Μιθρωπάστην ἐντυχεῖν αὐτοῖς μετὰ Μαζήνου· τὸν δὲ Μαζήνην ἐπάρχειν νήσου τινὸς τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ· καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δώρακτα (leg. Ἀώρακτα?)· εἰς ταύτην δὲ τὸν Μιθρωπάστην καταφυγόντα ξενίας τυχεῖν κατὰ τὴν ἐξ Ὠγύριος γενομένην ἄφοδον, καὶ δὴ καὶ συνελθεῖν τῷ Μαζήνῃ συσταθησόμενον τοῖς ἐν τῷ στόλῳ Μακεδόσι, τὸν δὲ Μαζήνην καὶ καθηγεμόνα τοῦ πλοῦ γενέσθαι. Plinius VI, 32, § 153 : *Insula in alto objacet Ogyris, clara Erythra rege ibi sepulto; distat a continente CXX mil. p., circuitu CXII M. p.* Dionysius Perieg. 606 : Ἔστι δέ τοι προτέρω Καρμανίδος ἔκτοθεν ἄκρης Ὤγυρις· ἔνθα δὲ τύμβος Ἐρυθραίου βασιλῆος (Cf. Eustath. ad h. l.). Vides hæc aliena prorsus esse a nostro Nearcho, in quo recte omnia procedunt. Pejora dederit Orthagoras. Quod attinet 2000 stadia, quibus Ogyris a Carmania distare apud Strabonem et Plinium dicitur, tot fere Nearchus numerasse debet ab initio Carmaniæ ad Organam; quæ quum a Badi boream versus pertinerent, alii nescio quo lapsu meridiem versus computasse videntur, ut probabiliter statuit Gosselinus. — Porro Erythræ regis sepulcrum sec. Nearchum non in Ogyri ins. est, sed in Oaracta insula proxima, in cujus solum fertile quadrant palmeta, non item in Ogyrin insulam saxosam. Agatharchides quoque quum Erythram regem insulam eximie fecundam coluisse referat, nonnisi de Oaracta cogitare potuit. Denique quæ de ambitu Ogyris insulæ Plinius habet, ab hod. *Ormuz* prorsus abhorrent, et ad longitudinem Oaractæ referenda sunt, adeo ut duarum insularum memoria temere misceatur. Superest ut addamus testimonia minus diserta. Mela III, 8 ita habet : *Frontem quæ inter ostia* (sinus Persici) *ostenditur silvæ cautesque exasperant. Aliquot sunt in medio insulæ sitæ; Ogyris, quod in ea Erythræ regis monimentum est, magis clara quam ceteræ.* Is igitur in altum oceanum ejecisse insulam non videtur. Curtius quoque Erythræ insulam, cujus nomen non apponit, propinquam continenti facit X, 2 : *esse haud procul a continenti insulam palmis frequentibus consitam, et in medio fere nemore columnam eminere, Erythri regis monumentum, literis gentis ejus scriptam.* Attamen hæc etiam ad aliam quamvis insulam pertinere possunt. Stephanus nihil nisi hæc : Ὤγυρις, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Majoris momenti est Geographus Ravennates qui Ogyrin diserte vindicat *colfo Persico*, in quo : *Ogiris, Oraclea* (*Oracla* Plin.), *Durcadena, Rachos, Orgina*. In his *Ogiris* et *Orgina* esse videntur ejusdem insulæ nomina (Ὤγυρις et Ὀργάνα) male distincta; item fieri potest ut *Oraclea* et *Durcadena* ad eandem insulam pertineant, quæ Ὀαράκτα Arriano, Δώρακτα

λέετο, ἐς ἣν δὲ ὡρμήθησαν Ὀάρακτα· ἄμπελοί τε ἐν αὐτῇ ἐπεφύκεσαν καὶ φοίνικες, καὶ σιτοφόρος· τὸ δὲ μῆκος (ἦν) τῆς νήσου στάδιοι ὀκτακόσιοι. Καὶ ὁ ὕπαρχος τῆς νήσου Μαζήνης συνέπλωεν αὐτοῖσι μέχρι Σούσων, ἐθελοντὴς ἡγεμὼν τοῦ πλόου. (3) Ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ ἔλεγον καὶ τοῦ πρώτου δυναστεύσαντος τῆς χώρης ταύτης δείκνυσθαι τὸν τάφον· οὔνομα δὲ αὐτῷ Ἐρύθρην εἶναι, ἀπ' ὅτου καὶ τὴν ἐπωνυμίην τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ εἶναι, Ἐρυθρὴν καλέεσθαι. (4) Ἐνθένδε ἐκ τῆς νήσου ἄραντες ἔπλωον· καὶ τῆς νήσου αὐτῆς παραπλώσαντες ὅσον διηκοσίους σταδίους, ὁρμίζονται ἐν αὐτῇ αὖθις, καὶ κατορῶσιν ἄλλην νῆσον, ἀπέχουσαν τῆς μεγάλης ταύτης τεσσαράκοντα μάλιστα σταδίους· Ποσειδῶνος ἱρὴ ἐλέγετο εἶναι, καὶ ἄβατος. (5) Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἀνήγοντο, καὶ καταλαμβάνει αὐτοὺς ἀνάπωτις οὕτω τι καρτερή, ὥστε τρεῖς τῶν νεῶν ἐποκείλασαι ἐν τῷ ξηρῷ ἐσχέθησαν· αἱ δὲ ἄλλαι χαλεπῶς διεκπλώουσαι τὰς ῥηχίας ἐς τὰ βάθεα διαπεσώθησαν· (6) αἱ δὲ ἐποκείλασαι τῆς πλημμυρίδος ἐπιγενομένης αὖθις ἐξέπλωσάν τε καὶ δευτεραῖαι κατήγοντο ἵναπερ ὁ πᾶς στόλος. (7) Ὁρμίζονται δὲ ἐς νῆσον ἄλλην, διέχουσαν τῆς ἠπείρου ὅσον τριηκοσίους σταδίους, πλώσαντες τετρακοσίους. (8) Ἐντεῦθεν ὑπὸ τὴν ἕω ἔπλωον, νῆσον ἐρήμην ἐν ἀριστερᾷ παραμείβοντες· οὔνομα δὲ τῇ νήσῳ Πύλωρα· καὶ ὁρμίζονται πρὸς Σισιδώνῃ, πολιχνίῳ

tur; ubi vero constiterunt Oaracta. Erat hæc vitium, palmarum et frumenti ferax. Longitudo insulæ octingenta stadia efficiebat. Præses ejus loci Mazenes sua sponte se Nearcho et comitem et ducem navigationis Susa usque adjunxit. (3) In hac insula aiebant sepulcrum ejus extare qui primus imperium regionis tenuisset, nomenque ei fuisse Erythræ, atque inde mare illud Erythræum appellatum. (4) Ex eo loco ad ducenta stadia Nearchus cum classe profectus, rursus in eadem insula portum cepit. Inde aliam insulam prospiciunt, quadraginta circiter stadiis a magna illa distantem, quæ Neptuno sacra et inaccessa esse dicebatur. (5) Sub auroram solvunt, et tam vehemens maris recessus eos occupat, ut tres naves impactæ in vado sicco hærerent, et reliquæ difficulter e brevibus enavigantes in altum evadere possent. (6) At vero, quæ impactæ erant, accedente rursus æstu elevatæ sunt, et altero die ad reliquam classem pervenerunt. (7) Hinc simul quadringenta stadia emensi ad aliam insulam, trecentis stadiis a continente distantem, stationem ceperunt. (8) Inde sub auroram solventes, insula quadam deserta, quæ ad lævam erat, (Pylora ei nomen erat) præterita, ad Sisidonem urbem exiguam omnium-

---

Straboni vocatur. Moneri in hanc sententiam possit in *Kishmi* ins. esse *Durgaum* locum et *Ras Turcoum*. Fieri tamen etiam potest, ut *Durcadena* sit hod. *Laredj, Rachos* vero et *Orgina* hod. *Angar* et *Polior* (Πύλωρα Arr.). Ceterum hodiernæ *Ormus* insulæ, olim celebratissimæ, nunc, ut Nearchi ætate, desertæ, descriptiones vide ap. Wellsted l. l. I p. 62 sqq., Ritter. XII, 435 sqq. || — 1. Ὀάρακτα] ὁ ἄρακτα et ὁ ἄρακτα CB; Δώρακτα (Ἀώρ.) Strabo l. l.; Juba ap. Plin. VI, 26 § 98 : *Insulæ tres, quarum Oracla tantum habitatur aquosa, a continenti XXV m. p.;* Geogr. Rav. l. l. : *Oraclea*; Ptolemæus VI, 8 p. 415 : Οὐορόχθα. Vetus nomen superest in hod. nomine *Vroct* vel *Broct;* vulgo tamen vocatur *Kishm* (*Kischmi, Kischmisch, Kismis, Kesem, Kischme, Kischma, Keischom*); *Djezirat tuileh* (insula longa) Arabum, *Djezirah diraz* Persarum; *Djezirah Láfet* (a *Lafet* portu) ap. Edrisium I, p. 364. Fuse insulam describit Ritter XII, p. 445-455. || — ἄμπελοι] Ab uvis suis insulam nunc *Kischmi* vocari referunt; sc. *Kischmisch* esse uvam sine nucleo. || — ἐν αὐτῇ] ἐπ' αὐτῇ A. || — 3. ἦν om. A; fortassis recte. || — 4. Μαζόνης editt. Venet. et Basil. Cf. Strabo l. l. || — 6. πρώτως L. || — 14. εἶναι om. C. Insula illa Neptuno sacra, cujus nomen non apponit Arrianus, hodie vocatur *Angar* (*Anjar, Angam*) vel *Hinjam* seu *Hanjam*, de qua ita Kempthorn. l. l. p. 279 : Angar or Angam is five or six miles in circumference, and is situated south of Kishm, about thirty miles east from Bassadore, and nearly opposite the town of Left. It is uninhabited, nearly destitute of vegetation, though formerly peopled, as the remains of a town and reservoir are still visible on the northern side. Wild goats abound here; they live on a small shrub and some grass, which grow in the ravines and recesses of the rocks. The island appears to be of volcanic origin, lava having been picked up on many parts of it; and several small craters may be seen about the centre, one of which I descended to some depth; it was just large enough to admit my body. Some of the hills rise to the height of three or four hundred feet. There is good anchorage in the sound, about a mile from the island, in five fathoms; it may also be approached with safety. » Cf. Ritter. XII, p. 457. || — 15. οὕτω τι B; οὔπω τι A; ὅὕτω τοι CL. || — 16. ἐν τῷ ξηρῷ ἐσχέθησαν] Brevia hæc Kempthornius p. 280 vocari ait *Bassadore-Bank :* « It is very extensive, and many parts are dry at low water. We got on shore ourselves on this shoal, in the Clive, in two and a quarter fathoms water, and it was a long time before we got off again. » || — 21. ἐς νῆσον ἄλλην] Insula hæc nunc vocatur *Grand-Tombo* (*Greet Tumb*), a qua non longe dissita *Petit-Tombo* (*Little Tumb*). De his insulis ita Kempthornius p. 280 : « They are situated off the western extremity of Kishm, and about twenty-five miles distant; they are low and flat, the larger being about four or five miles in circumference, and the smaller about two or three. They are both unhabited and uncultivated, the small one being destitute of every thing, but the larger having a little grass on the plain and a large banian-tree about the centre. || — 23. Ἐνταῦθα BC. || — 25. Πύλωρα] Πύλωνα BC; nunc *Polior* (*Belior* sec. Niebuhr.) || — ὁρμίζοντο (sic) A. || — 25. πρὸς Σισιδώνῃ] sic L; προσιδωδώνῃ D, πρὸ Σιδωδώνῃ Bodl., πρὸς Σιδώνῃ duo codd. Florent., πρὸς

σμικρῷ καὶ πάντων ἀπόρῳ, ὅτι μὴ ὕδατος καὶ ἰχθύων. ἰχθυοφάγοι γὰρ καὶ οὗτοι ὑπ' ἀναγκαίης ἦσαν, ὅτι πονηρὴν γῆν νέμονται. (9) Ἐνθένδε ὑδρευσάμενοι κατταίρουσιν ἐς Ταρσίην ἄκρην ἀνατείνουσαν ἐς τὸ πέλαγος, πλώσαντες σταδίους τριηκοσίους. (10) Ἔνθεν ἐς Καταίην, νῆσον ἐρήμην, ἀλιτενέα· αὕτη ἱρὴ Ἑρμέω καὶ Ἀφροδίτης ἐλέγετο· στάδιοι τοῦ πλόου τριηκόσιοι· (11) ἐς ταύτην ὅσα ἔτη ἀπίεται ἐκ τῶν περιοίκων πρόβατα καὶ αἶγες, ἱρὰ τῷ Ἑρμῇ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ· καὶ ταῦτα ἀπηγριωμένα ἦν ὁρᾶν ὑπὸ χρόνου τε καὶ ἐρημίης.

XXXVIII. Μέχρι τοῦδε Καρμανίη· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε Πέρσαι ἔχουσι· μῆκος τοῦ πλόου παρὰ τὴν Καρμανίην χώρην στάδιοι τρισχίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι· ζώουσι δὲ κατ-

que rerum inopem, præterquam aquæ et piscium, pervenerunt. Hic quoque incolæ piscibus vivere cogebantur, quod regionem tenebant sterilem. (9) Aqua inde assumpta in Tarsiam promontorium longe in mare porrectum deferuntur, trecenta stadia emensi. (10) Inde in Catæam, insulam desertam ac vadosam. Ea Mercurio et Veneri sacra esse dicebatur. Navigatio trecentorum stadiorum fuerat. (11) In hanc insulam singulis annis a finitimis oves et capræ mittuntur, Mercurio et Veneri sacræ; easque temporis longinquitate ac solitudine efferatas videre erat.

XXXVIII. Ad hunc usque locum Carmania pertinet; citeriora Persæ tenent. Longitudo navigationis ad Carmaniæ oram est stadiorum ter mille et septingen-

---

Δωδώνῃ BC et editt. Venet. et Basil. Quænam vera nominis forma sit, nescio. Hodiernum locum *Mogou* indicari censet Kempthornius : « The town which Nearchus calls Sidodone is a small fishing village, now known by the name of Mogoo, situated in a bay of the same name; and the country is still, as he describes it, perfectly destitute of vegetation, the natives continuing to live intirely on fish and dates. » Equidem quum non longe a *Mogou* loco in mappis notari videam *Duan* vicum, hunc potius ob nominis similitudinem quandam putaverim intelligendum esse. || — 4. Ταρσίην ἄκρην] hodie *Ras el Jerd* s. *Djerd* (i. e. audax prom.), quod nomen in mappis nonnullis parum accurate scribitur *Cap Certes*. De eo Kempthornius : « it is high, inquit, rugged and of a reddish colour. » || — 5. τριηκοσίους] Indicari videtur distantia quæ est a Sisidone usque ad Tarsiam prom. Quodsi his locis respondent *Duan* et *Ras Jerd*, ut dubium esse vix potest, justa majorem distantiam Arrianus posuit. || — 5. Καταίην], nunc *Kas*, *Kaise*, *Kaës*, *Kenn*, *Kyen*, *Keisch*. De ea ita Kempthornius p. 281 : « Kenn is next in importance to Kishm on this coast. Nearchus describes it as barren; but it is not so now, being covered with trees of a dwarfish stature, something resembling the thorn, and thick with foliage; the plains are also cultivated with wheat; and Persian tobacco is likewise grown here, but in small quantities. The island has rather a pretty appearance from the sea, and a small town is situated near the western entrance, the only one it can boast of, though some scattered huts are also found on it here and there. It once possessed a flourishing commerce, but that has long since ceased. It can still, however, supply ships with refreshments, chiefly goats, sheep, and some vegetables. Water may be also had at it, but the quality is indifferent; it is obtained by digging a hole four or five feet deep in the sand, a short way from the beach. A vessel may be sheltered here from all westerly winds, two or three miles to the south of the town, and about one mile from the shore, in eight fathoms rocky bottom; the passage between it and the main is safe, and may be attempted without danger, taking care to keep nearly in mid-channel : with proper attention, this may even be run through at night. » Cf. Ritter XII, p. 458. et VIII, p. 776 sq. Berghaus *Memoir zur Karte d. Pers. Golfs* p. 43. Insulam Catæam s. *Kaes* memorat etiam Tab. Peutingeriana, in qua vocatur *Casara*. In Geographo Ravenn. V, 17 post insulas supra memoratas recensentur : *Casara*, *Cataga*, *Ostana*, *Ciprusa* (*Cyprusa* Tab. Peut.), *Tagna* (*Tabiana* Ammian. 23, 6, 4. *Taxiana* Ptol.), *Ilodes* (*Irodes* T. Peut.; an Ὑλώδης?) etc., in quibus *Casara* et *Cataga* aut ejusdem insulæ nomina diversa sunt, aut *Cataga* est Καϊκανδρος Arriani. Porro quum *Catæa* Veneri et Mercurio sacra fuisse dicatur, eandem insulam vocare *Aphrodisiadem* videtur Plinius VI, 28 § 110, loco mire confuso: *Ab horum* (Chelonophagorum) *tractu Indiam versus* (!) *Cæcandrus deserta insula in oceano LM. p. traditur juxtaque eam freto interfluente Stoidis quæstuosa margaritis. A promontorio Carmanis junguntur Armozei; quidam interponunt Arbios, CCCCXXI milia p. toto litore. Ibi portus Macedonum et aræ Alexandri in promontorio, amnes Saganus, dein Daras et Salsa. Ab eo promontorium Themisteas, insula Aphrodisias habitatur. Inde Persidis initium ad flumen Oratin* (*Oroatin* aliis), *quo dividitur ab Elymaide.* — In his *Themisteas* (*Temisteas* v. l.) promontorium respondet *Tarsiæ* Arriani, sive hodierno *Djerd* (Cf. Τεμισδία Persidis regio apud Ptolem. VI, 4). Aphrodisiadem autem insulam cum Catæa nostra componendam esse etiam inde liquet, quod post eam Persidis initium memoratur et apud Plinium et in Arriano. Quod Plinius *habitari* insulam, Arrianus ἐρήμην esse refert, nihil premo. Ceterum vocem ἐρήμην omittit codex C. || — 8. πρόβατα καὶ αἶγες... ἀπηγριωμένα]. Hæc ibi vidit etiam Ousely (*Travels* I, p. 169. || — 10. καὶ om. C.

XXXVIII, 14. στάδια τρισχίλια καὶ ἑπτακόσια L, et similiter l. 14. De numero stadiorum consentit Strabo p. 720. E singulis Arriani numeris colliguntur stadia 3100; desiderantur 600, quæ ab insula *Tombo* usque ad Sisidonen s. *Duan* computanda esse videntur. Apud Plinium § 110 ad eundem tractum referenda puto quæ ibi ponuntur 421 m. p. (= 3368 stadia.). Terminus, qui Carmaniam a Perside dirimebat, haud dubie fuit oppositum Catææ insulæ jugum montanum, quod vocatur *Tscharrak* (aliis *Gharck*). Cf. Ritter VIII, p. 773. Aliter statuit Ptolemæus, cui Carmania perti-

άπερ Πέρσαι, ὅτι καὶ ὅμοροί εἰσι Πέρσῃσι· καὶ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ὡσαύτως κοσμέονται. (2) Ἐνθένδε ἄραντες ἐκ τῆς νήσου τῆς ἱρῆς παρὰ τὴν Περσίδα ἤδη ἔπλωον· καὶ κατάγονται ἐς Ἴλαν χῶρον, ἵνα λιμὴν πρὸς νήσου σμικρῆς καὶ ἐρήμης γίνεται· οὔνομα τῇ νήσῳ Καίκανδρος· ὁ δὲ πλόος στάδιοι τετρακόσιοι. (3) Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἐς ἄλλην νῆσον πλώσαντες ὁρμίζονται οἰκεομένην· ἵνα καὶ μαργαρίτην θηρᾶσθαι λέγει Νέαρχος, κατάπερ ἐν τῇ Ἰνδῶν θαλάσσῃ. Ταύτης τῆς νήσου τὴν ἄκρην παραπλώσαντες σταδίους ὡς τεσσαράκοντα, ἐνταῦθα ὡρμίσθησαν· (4) ἐνθένδε πρὸς ὄρεϊ ὁρμίζονται ὑψηλῷ (Ὦχος οὔνομα τῷ ὄρεϊ) ἐν λιμένι εὐόρμῳ· καὶ ἁλιέες αὐτοῦ ᾤκεον. (5) Καὶ ἔνθεν πλώσαντες στα-

torum. Vivunt Carmani Persarum more; nam et Persis finitimi sunt, eodemque etiam armorum et bellandi genere utuntur. (2) Soluta inde classe, Persidis oram jam prætervehentes in Ilam locum appulerunt, ubi portus ab insula parva ac deserta efficitur. Nomen insulæ Cæcandrus erat; navigatio autem stadiorum quadringentorum. (3) Sub auroram in aliam insulam habitatam delati sunt, in qua perinde atque in mari Indico margaritam capi Nearchus scribit. Hujus insulæ promontorio præternavigato, stadia quadraginta emensi, constiterunt. (4) Inde ad montem excelsum, Ochum dictum, appulerunt in portu a ventis tuto, et piscatores ea loca habitantes repererunt. (5) Inde rursum solventes, quadringentis quinquaginta

---

net usque ad Bagradam (hodie *Nabon*) fluvium. || — 1. κατάπερ Πέρσαι.] Cf. Strabo p. 727 : Νέαρχος δὲ τὰ πλεῖστα ἔθη καὶ τὴν διάλεκτον τῶν Καρμανιτῶν Περσικά τε καὶ Μηδικὰ εἴρηκε. Adde quæ idem de Carmanis ex Onesicrito refert. || — 4. Ἴλαν χῶρον]. Ila nomen superstes est in hodierno loco *Djilla Abade*. Attamen non in hunc locum appulisse Nearchum, sed paullo magis occasum versus, e regione insulæ *Inderabia*, suadent quæ sequuntur : ἵνα λιμὴν πρὸς νήσου... Καίκανδρος. Eo sensu Kempthornius cum Ila componit *Chirou* vicum. || — 5. ἐρήμου L. || — 6. Καίκανδρος] sic ABC et vulgo ante Schmiederum, qui ex L recepit Κέκανδρος; codex D Κίκανδρος. *Cæcandrus* nomen apud Plinium (v. not. ad cap. 37) restituit Salmasius; codices Plinii *Cascandrus*, *Carcundrus*, *Carscandrus*, *Sasaicandrus*. Eadem fortasse *Kataga* vocatur in Geogr. Rav. l. l. Denique Cæcandri nomen Salmasius et Harduinus reponi voluerunt ap. Plin. VI, 26, § 99, ubi ex Juba ita refert : *Insulæ IV jam in sinu ante Persida. Circa has hydri marini vicenum cubitorum adnatantes terruere classem. Insula Athothadrus* (*Caicandrus* Hard.), *item Gauratæ, in quibus Gyani gens ; flumen Hyperis in medio sinu Persico.* Καίκανδρος nunc est *Inderabia*, *Andarvia*, *Angarvia*, de qua hæc Kempthornius p. 281 : « Inderabia is situated four or five miles from the main land; and there is a small town on the northern side, where a vessel may get supplied with goats, sheep, and some vegetables. The island is, however, almost incultivated, the natives merely growing corn and vegetables for their own consumption. We anchored off this island in six and a quarter fathoms, two miles from the main land. The harbour is safe and commodious, and a vessel is well sheltered in it from a north-west wind; the water is deep close to the land; but the channel between it and the main land is rather dangerous, and ought to be avoided, as there is no object to gain by going through. » || — 7. ἐς ἄλλην νῆσον] Proxime sequuntur insulæ duæ, *Shitwar* exigua eique adjacens major habitataque, *Sheikh Abu Sheiyib* sive *Schayib*, quod nomen vulgo contrahitur in *Busheab*. De majore hac insula Arrianum loqui censet Kempthornius. « This island (Kempthornius ait) is low and flat, and is about eleven miles distant from the main-land; it contains a small town, principally inhabited by Arabs, who live on fish and dates; and is uncultivated, but abounds in goats. The harbour, of which Nearchus speaks, is on the western extreme of the island, on the north side, where there is good anchorage for vessels even of large burthen. » Quodsi Juba apud Plinium § 99 Cæcandrum Arriani *Athothadrum* dixit, consentaneum est *Shitwar* et *Bucheab* insulas signari verbis Plinianis : *Gauratæ* [*Goroule* locus in insula notatur], *in quibus Gyani gens.* Altero Plinii loco § 110 supra adscripto insula nostra vocatur *Stoidis margaritis quæstuosa.* Conf. id. IX, 54 : *Fertilissima est* (margaritis) *Taprobane et Stoidis, ut diximus in circuitu mundi.* Geographus Rav. post *Catagam* (Καίκανδρον) memorat *Ostanam*, quæ a Stoidi Plinii non est diversa. Atque bene id nomen quadrat cum loco Ap-ostana (*Abu-ostana*) in objecta continente. Pro *Ostana* Ptolemæus habet *Sagdanam*, ἐν ᾗ μάλτος (exspectabas ἐν ᾗ πινικόν). Num etiamnunc margaritæ ibi capiantur, nescio; accolas vero objacentis in continente portus (*Bender Nakhilu*) optimos esse urinatores et margaritarum venatores refert Ritterus VIII, p. 777. Denique ad hanc insulam pertinere quæ ex Isidoro de margaritas capiendi ratione narrantur (v. supra p. 254), censet Salmasius. || — 10. τὴν ἄκρην παραπλ. σταδίους ὡς τετταρ.] Kempthornius in ipsam insulam Nearchum appulisse censet probabiliter; attamen non in occidentali ejus extremitate ancoræ jaci poterant, quum Busheab insula longissima sit, Arrianus vero nonnisi per 40 stadia præternavigatum esse inde ab ejus extremitate dicat. Vincentus contra in continentem ad ripam occidentalem *Darabin* fluvii Nearchum constitisse putat, adeo ut 40 stadia computanda sint ab *Shitwar* ins. ad continentem. Ac sane in mappa Berghausiana *Shitwar* a continente distat quinquaginta fere stadiis; sed verba Arriani (quæ inepte vertit Gosselin. III, p. 79) stationem ad ipsam insulam fuisse jubent. || — 12. Ὦχος] Ochus mons fuisse debet extremitas meridionalis montis *Dahr Asban*, portus autem Nearchi hodiernus *Bender Nakhilu* sive *Nachl* (palmarum portus) ad *Darjabin* vel *Kalaton* vel *Sidekan* (V. Ritter. VIII, p. 752. 777) fluv., quem *Daram* dicit Ptolemæus. Nomen *Ochus* fort. est indigenarum *Notsch*, quo nomine sæpius montium vertices vocantur, sicut ille qui supra sinum promontorii *Guadel*, atque ille, qui supra *Assalu* urbem et *Cap Nabend*. — Kempthor-

δίους τετρακοσίους τε καὶ πεντήκοντα, ὁρμίζονται ἐν Ἀποστάνοισι· καὶ πλοῖα πολλὰ αὐτόθι ὥρμεε, κώμη τε ἐπῆν ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάσσης σταδίους ἑξήκοντα. (6) Νυκτὸς δὲ ἐπάραντες ἔνθεν ἐσπλώουσιν ἐς κόλπον συνοικεόμενον πολλῇσι κώμῃσι· στάδιοι τοῦ πλόου τετρακόσιοι· ὁρμίζονται δὲ πρὸς ὑπωρείην· ταύτῃ φοίνικές τε πολλοὶ ἐπεφύκεσαν καὶ ὅσα ἄλλα ἀκρόδρυα ἐν τῇ Ἑλλάδι γῇ φύεται. (7) Ἔνθεν ἄραντες ἐς Γώγανα παραπλώουσι σταδίους μάλιστα ἐς ἑξακοσίους, ἐς χώρην οἰκεομένην· ὁρμίζονται δὲ τοῦ ποταμοῦ τοῦ χειμάρρου, ὄνομα δὲ Ἀρεών, ἐν τῇσιν ἐκβολῇσιν· ἐνταῦθα χαλεπῶς ὁρμίζονται· στεινὸς γὰρ ἦν ὁ ἔσπλους κατὰ τὸ στόμα, ὅτι βραχέα τὰ κύκλῳ αὐτοῦ ἡ ἀνάπωτις ἐποίεε. (8) Καὶ ἔνθεν αὖ ἐν στόματι ἄλλου ποταμοῦ ὁρμίζονται, διεκπλώσαντες σταδίους ἐς ὀκτακοσίους· Σιτακὸς οὔνομα τῷ ποταμῷ ἦν· οὐδὲ ἐν τούτῳ εὐμαρέως ὁρμίζονται· καὶ ὁ πλόος ἅπας οὗτος ὁ παρὰ τὴν Περσίδα βραχέα τε ἦσαν καὶ ῥηχίαι καὶ τενάγεα. (9) Ἐνταῦθα σῖτον καταλαμβάνουσι πολλὸν ξυγκεκομισμένον κατὰ πρόσταξιν βασιλέος, ὡς σφίσιν εἶναι ἐπισιτίσασθαι· ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τὰς πάσας μίαν καὶ εἴκοσι, καὶ τὰς νέας ἀνειρυσάμενοι ὅσαι μὲν πεπονήκεσαν, ἐπεσκεύαζον· τὰς δὲ ἄλλας ἐθεράπευον.

XXXIX. Ἐνθένδε ὁρμηθέντες εἰς Ἱέρατιν πόλιν ἀπίκοντο, ἐς χῶρον οἰκεόμενον· ἑπτακόσιοι καὶ πεντή-

stadiis peractis, ad Apostana appulerunt. Multa ibi navigia in statione erant: et pagus adjacebat sexaginta stadiis a mari remotus. (6) Hinc repetita per noctem navigatione in sinum quendam frequentibus pagis celebrem delati sunt, quadringenta stadia emensi: ibi classe ad radicem montis collocata substiterunt. Loca illa palmas aliasque pomiferas arbores quotquot in Græcia nascuntur ferebant. (7) Inde solventes in Gogana, regionem habitatam, sexcenta circiter stadia emensi, navigant; classemque ad fauces fluvii cujusdam qui torrens erat (Areon ei erat nomen), collocavit, idque iniquo satis loco, quod aditus faucium angustus erat ob vada quæ æstus marini recessus in orbem fecerat. (8) Inde rursus ad alterius fluminis, cui Sitaco nomen est, ostium appulerunt, octingenta stadia emensi. Sed ne ibi quidem commodam stationem nacti sunt; universa enim hæc ad Persidis oram navigatio plurima vadosa et petricosa palustriaque loca habebat. (9) Eo loci Nearchus multum frumenti quod rex ad frumentandum exercitum convehi curarat, accepit. Ibi viginti unum dies in universum commorati naves quæ salo quassatæ erant in terram subductas refecerunt: reliquas autem curando renovarunt.

XXXIX. Inde rursum solventes ad Hieratin oppidum habitatum, septingenta quinquaginta stadia emen-

---

nii sententia de situ Ochi montis et eorum quæ deinceps ap. Arrianum sequuntur locorum, tam aliena est ab iis quæ græca narratio suppeditat, ut silentio eam præterire præstet. || — 1. τε ex A add. Dübner. || — 2. ἐν Ἀποστάνοισι] locus ponendus fere ubi nunc *Schewar* (*Schevoo* Vincent; *Tschiou* Dupré *Voy.*), quem vicum Simmons, a Vincento p. 381 laudatus, fere medium esse inter *Darabin* fluvium et *Cap Nabon* situm esse, et bonæ aquæ copiam nautis præbere refert. Nomen *Apostana* (*Abu-stan*, *Abu-asban*) recte, ut puto, Vincentus p. 381 censet agnosci in *Dahr Asban*, uti vocatur montium jugum altum, quod juxta hanc oræ partem extenditur. || — 6. ἐκπλώουσιν BC. || — 4. ἐς κόλπον συνοικεόμενον] sinum dicit in quo *Naban* vel *Nabend* locus situs est, non longe a fluvio, qui esse debet *Bagradas* Ptolemæi, et fortasse idem est quem *Hyperin* vocat Juba ap. Plinium VI, 26 § 99, ubi post insulas supra memoratas recensentur: *flumen Hyperis in medio sinu Persico onerariarum navium capax; flumen Sitiogagus, quo Pasargadas septumo die navigatur; flumen navigabile Phristimus, insula sine nomine; flumen Granis, etc.* Quodsi Hammerum (*Wiener Jahrb.* VIII, p. 314) audias, illud *Hyperis* nomen etiam apud Arrianum lateret in verbis ὁρμίζονται δὲ πρὸς ὑπωρείην. — Regionem istam palmis abundare, fluviumque navibus sat magnis excipiendis idoneum esse ex recentioribus viatoribus notat Vincentus p. 383. Cf. Gosselin III, p. 78. || — 8. γῇ om. A. || — ἐς om. BCD. || — Γώγανα] hodie vocantur *Bender Konkûn* (*Kongun*, *Kengoun*, *Konkon*). In sinum, cui urbs adjacet, fluvius exit, qui Areon est Arriani; hodiernum ejus nomen non inveni notatum. Sinus profunditate prorsus caret, ut ex accurata ejus delineatione apud Berghausium intelligitur. Cf. Vincent. p. 385 not. 216. Ad introitum sinus exstat prom. *Awysi* (*pointe Awysi*); in quo nomine nescio an supersit nomen *Ausinza* loci, quem Ptolemæus post Bagradam fl., unoque ab eo gradu distantem memorat. || — 11. Ἀρεὼν D; ὄνομα δέ οἱ Ἀρεὼν vgo ante Schmiederum. || — 15. ἐς vulgo deest; habent ABCD et Bodl. || — 15. Σιτακὸς] *Sitiogagus* Plinio dicitur. Quod addit per eum fluvium Pasargadas navigari mera fabula est; nam tale quid in nullum hujus oræ fluvium cadit. Hodie *Khor Jayrah*; uti est in novissimis mappis, qui exit paullo supra *Ras el Khann*. « Ce qui me paraît certain, c'est de retrouver *Sitacos* dans le géographe Turc, Kiatib Tchelebi, sous le nom de *Sita* ou *Sitareghian*. Le canton maritime qu'il appelle *Kaneh-Sitan*, ou habitation de Sitan, est aux environs de cette rivière. Elle en reçoit une autre, nommée *Berareh*, qui passe à *Firuz-abad*, la principale ville du Koureh d'Ardshir, et citée sous un autre nom, qui lui est également propre, savoir Giaûer, sur la route de Shiras à Siraf, dans l'Edrisi. Cette ville que la tradition du pays veut qu'Alexandre ait assiégée, et qu'il n'ait réduite qu'en la submergant, serait-elle désignée dans Pline sous le nom de *Pasargadæ*, quoique ce nom puisse y être déplacé? » D'Anville *Mem.* t. XXX, p. 158. Cf. Vincent. p. 385. Gosselin. III, p. 79. || — 18. ῥηχίαι καὶ τενάγεα] Tractus qui est inde a *Konkun et Ras Berdistan* usque ad *Ras el Khann* etiam a recentioribus ob scopulos et brevia omnium periculosissimus esse fertur.

XXXIX, 24. Ἱεράτην C. Mox: οὔν. ἦν Ῥάτεμις A. ||

κοντα στάδιοι ὁ πλόος· ὡρμίσθησαν δὲ ἐν διώρυχι ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐμβεβλημένῃ ἐς θάλασσαν, ᾗ οὔνομα ἦν Ἡράτεμις. (2) Ἅμα δὲ ἡλίῳ ἀνίσχοντι παραπλώουσιν ἐς ποταμὸν χειμάρρουν, οὔνομα Πάδαργον, ὁ δὲ χῶρος χερρόνησος ἅπας· καὶ ἐν αὐτῷ κῆποί τε πολλοὶ καὶ ἀκρόδρυα παντοῖα ἐφύετο· οὔνομα τῷ χώρῳ Μεσαμβρίη. (3) Ἐκ Μεσαμβρίης δὲ ὁρμηθέντες, καὶ διεκπλώσαντες σταδίους μάλιστα ἐς διηκοσίους, ἐς Ταόκην ὁρμίζονται ἐπὶ ποταμῷ Γράνιδι· καὶ ἀπὸ τούτου ἐς τὸ ἄνω Περσέων βασίλεια ἦν, ἀπέχοντα τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολέων σταδίους ἐς διηκοσίους. (4) Κατὰ τοῦτον τὸν παράπλουν λέγει Νέαρχος ὀφθῆναι κῆτος ἐκβεβλημένον ἐς τὴν ἠϊόνα· καὶ τοῦτο προσπλώσαντάς τινας τῶν ναυτέων ἐκμετρῆσαι καὶ φάναι εἶναι πήχεων

si, appulsi sunt, classemque in fossa ex flumine illac in mare exeunte, cui nomen Heratemis erat, collocarunt. (2) Postero die sub auroram ad torrentem amnem, Padargum nomine, appellunt. Totus is tractus peninsula est. In eo hortos quamplurimos arboresque pomiferas omnis generis repererunt. (3) Nomen illi tractui est Mesambria. Ex Mesambria digressi et stadia circiter ducenta emensi in Taocen ad Granidem fluvium pervenerunt. Ab hujus fluminis ostio ducenta fere introrsum stadia Persarum regia est. (4) In hac navigatione Nearchus balænam abs se visam esse scribit, quæ in littus ejecta erat; nautasque nonnullos istuc adnavigantes eam mensos retulisse quinquaginta

---

— 4. Πάδαργον ABC et vulgo; πάδαγγρον D; Πάδαγρον L. Quod rem attinet, Mesambriam patet esse eam peninsulam in qua nunc *Abu-schæhr* (*Buschæhr, Buschir*) sita est. Eandem Ptolemæus Χερσόνησον dicit; neque aliud quid subesse nomini Μεσαμβρίη, sc. composito ex *mesen* (insula) et *ben* (continens) censet Vincentus p. 395. Peninsula, olim et cultura et hominum frequentia quam nunc beatior, per est humilis, adeo ut æquinoctii tempestate æstus maris vehementior per duos vel tres dies tantum non totam operiat (V. Ritter. VIII, p. 780). Omnino ita conformata est, ut facile intelligatur paullatim aggesta arena lutoque conflatam esse. Quod ipsum in causa esse videtur ut Nearchea narratio ex hodierno locorum ratione minus accurate possit explicari. Padargus procul dubio est fluviolus, qui post circumnavigatam peninsulam in maris recessu occurrit. Incertus autem situs est Hieratemis urbis ad Heratemin (Hieratemin?) canalem e fluvio ductum, cujus nomen aut excidit, aut a canalis nomine non erat diversum. Hoc probabilius; neque a veri simili alienum est eundem fluvium apud Plinium l. l. vocari *Phristimum* (*Phrystimum, Phryitimum, Phirstimum* var. lect.), quamvis ex Arriano *Heratemis* nomen in Pliniana inferre cum Harduino nemo prudentior voluerit. Forbigerus II, p. 574 fluvium nostrum non diversum esse opinatur ab eo qui in seqq. Πάδαργος vocatur. Quod vel ob grammaticam verborum rationem non credideris; nam hoc si voluisset, dixisset auctor ἐς τὸν ποτ. χ., ᾧ οὔνομα etc. — Fortasse Heratemis ille est *Khor Quore*, cui *Rama* locus adjacet paullo infra Mesambriam peninsulam et *Ras Halila*. Certe alium vel canalem vel fluvium circa hæc loca mappæ nostræ non exhibent. Ceterum D'Anvillius l. l. cum eoque Gosselinus et Vincentus Hieratin urbem eandem esse censent cum *Kieratin*, quam in his fere locis ponit Turcus geographus in Djihannuma t. I, p. 482. 535 ad fluvium *Dekian* dictum de *Dekian* urbe mediterranea. Denique Ptolemæus ad meridiem peninsulæ collocat *Ionacam* urbem, quæ hodierno loco *Iakau*, apud Niebuhrium notato, respondere, ab Hieratemi autem Arriani aliena esse videtur. || — 8. Ταόκην... Γράνιδι] Τώκην cod. Bodl. et primæ editt.; Τράνιδι A. Flumen memorat etiam Plinius VI, 26, § 99 : *flumen Granis modicarum navium per Susianen (?) fluit, dextra ejus adcolunt Deximontani* (*Diximontani* v. l.; *Uxii montani* conj. Salmas. p. 832), *qui bitumen perficiunt*. Appulisse Nearchus videtur ad hod. *Khor Gasseir*, sive ad ostium fluvii, qui nunc ab urbe mediterranea vocatur *Kisht*. Nec improbabile est in eundem fluvium incidere alterum, qui juxta hod. urbem *Gra* sive *Gran* labitur, atque hinc Granis nomen esse repetendum. Certe Niebuhrius (*Reise* II, p. 91) accepit flumen, quod *Gra* urbem præterfluit, aliis fluviis augeri et inter *Abu-shahr* et *Bender Regh* (Ῥόγονιν Nearchi) in sinum Persicum eructari. Ab aliis fluvius noster *Boshavir* vel *Bichavir* vocatur. V. Gosselin III, p. 80 : « La rivière qui baigne les murs de Taoce est appelée Boshavir par d'Anville (l. l. p. 161) d'après Thévenot (Voy. t. III, p. 532) et Bichaver par Kiatib tchéléby (*Djihannuma* I, p. 511. 512. 537) : c'est le nom que lui communiquait alors une ville située vers le haut de son cours. Le dernier de ces auteurs ajoute que Bichaver n'est qu'une abréviation de *Binai-Chabour*, c'est-à-dire, *édifices de Chabour*, parce que cette ville nommée *Dindela* au temps d'Alexandre, ayant été ruinée par lui, fut reconstruite par Chabour, fils d'Ardsjir, ou Sapor I. Quoi qu'il en soit de cette tradition, elle annonce au moins que la dénomination de Bichaver est bien postérieure au siècle qui nous occupe. » — Ptolemæus Granin fluvium non memorat; Taocen vero inter Persidis loca mediterranea (89° — 30, 20′) ponit dimidio fere gradu distantem a Rhogomani fluvio, qui exit 88° 30′, — 30°. Præterea habet Ταόκην ἄκραν (87° 30′ — 30° 10′), totumque hunc tractum Ταοκηνὴν vocat. Apud Arrianum num Ταόκη de regione an de oppido mari incumbente, intelligendum sit, dubitari possit. Probabile enim est Taocen opp. non diversum esse ab eo quod apud Edrisium in versione latina *Tauag*, in versione gallica (t. II, p. 391. 392. 398, etc.) *Toudj* et *Touh* vocatur, cujusque situs p. 401 ita definitur, ut a *Djenabé* loco maritimo distet mill. 36, a *Kazerun* mill. 24. Haud dubie igitur Arabs geographus indicat hodiernum *Konar Takhta*, non longe a *Kisht* fluvio dissitum. Ceterum cf. Strabo p. 728, ubi postquam Pasargadarum τὰ βασίλεια memoraverat, addit : ἦν δὲ καὶ ἄλλα βασίλεια τὰ ἐν Γάβαις ἐν τοῖς ἀνωτέρω που μέρεσι τῆς Περσίδος καὶ τὰ ἐν τῇ παραλίᾳ τὰ κατὰ τὴν Ὦκην λεγομένην, in quibus τὰ κατὰ τὴν

πεντήκοντα· δέρμα δὲ αὐτῷ εἶναι φολιδωτὸν, οὕτω τι ἐς βάθος ἧκον, ὡς καὶ ἐπὶ πῆχυν ἐπέχειν, ὄστρεά τε καὶ λοπάδας καὶ φυκία πολλὰ ἔχειν ἐπιπεφυκότα· καὶ δελφῖνας λέγει ὅτι καθορᾶν ἦν πολλοὺς ἀμφὶ τῷ κήτεϊ, καὶ τοὺς δελφῖνας τῶν ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ μέζονας. (6) Ἔνθεν δὲ ὁρμηθέντες κατάγονται ἐς Ῥόγονιν ποταμὸν χειμάρρουν ἐν λιμένι εὐόρμῳ· μῆκος τοῦ παράπλου στάδιοι διηκόσιοι. (7) Ἐνθένδε τετρακοσίους σταδίους διεκπλώσαντες αὐλίζονται ἐν ποταμῷ χειμάρρῳ· Βρίζανα τῷ ποταμῷ οὔνομα· ἐνταῦθα χαλεπῶς ὡρμίσαντο, ὅτι ῥηχίη ἦν καὶ βραχέα, καὶ χοιράδες ἐκ τοῦ πόντου ἀνεῖχον· (8) ἀλλ' ὅτε ἡ πλήμμυρα ἐπήει, τότε ὡρμίσαντο· ὑπονοστήσαντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἐπὶ ξηρῷ ὑπελείφθησαν αἱ νέες· ἐπεὶ δὲ ἡ πλημμυρὶς ἐν τάξι ἀμείβουσα ἐπῆλθε, τότε δὴ ἐκπλώσαντες ὁρμίζονται ἐπὶ ποταμῷ· (9) οὔνομα δὲ τῷ ποταμῷ Ἄροσις, μέγιστος τῶν ποταμῶν, ὡς λέγει Νέαρχος, ὅσοι ἐν τῷ παράπλῳ τῷδε ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν ἔξω πόντον.

XL. Μέχρι τοῦδε Πέρσαι οἰκέουσι, τὰ δὲ ἀπὸ τούτων Σούσιοι. Σουσίων δὲ ἔθνος αὐτόνομον κατύπερθε προσοικέει· Οὔξιοι καλέονται· ὑπὲρ ὅτων λέλεκταί μοι ἐν τῇ ἄλλῃ ξυγγραφῇ, ὅτι λῃσταί εἰσι. Μῆκος τοῦ παράπλου τῆς Περσίδος χώρης στάδιοι τετρακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι. (2) Τὴν δὲ Περσίδα γῆν τριχῇ

cubitorum esse. (5) Pellem ejus corticatam fuisse, adeoque densam, ut quibusdam locis cubiti unius crassitudinem haberet, et multa etiam ostrea et lopades et alga annata ei essent; delphines quoque circa belluam visos multos, majores quam internum mare ferat. (6) Inde profecti ad Rhogonin fluvium torrentem in tutum portum se recipiunt, ducenta stadia emensi. Ab hoc flumine quadringenta stadia progressi ad aliam similem amnem, Brizana dictum, devenerunt. (7) Ibi difficili statione sunt usi, quum rupium tænia esset et brevia, atque scopuli e mari attollerentur. (8) Accedente itaque æstu portum ceperunt; recedente, in vado hærebant. Mox reciprocante æstu statis vicibus enavigantes ad fluvium constiterunt, cui nomen Arosis. (9) Maximum hunc fluvium Nearchus esse scribit omnium, qui per hanc navigationem in exterius mare influunt.

XL. Ad hunc amnem usque Persæ habitant; ulteriora Susii incolunt. Supra Susios autem gens alia libera habitat, Uxii, quos in superiori opere (*Anab.* 7, 15, 3) latrocinia exercere diximus. Universa Persidis ora stadia quattuor millia et quadringenta efficit. (2) Porro totius Persicæ regionis temperaturam tripli-

---

Ταόκην reponendum esse monuerunt viri docti. Easdem tres regias memorat Dionysius 1069 populorum nominibus :

οἱ δ' ἐς νότον ἄχρι θαλάσσης
πρῶτοι Σάβαι (l. Γάβαι), μετὰ τοὺς δὲ Πασαργάδαι, ἄγχι [δὲ Τασκοί,

in quibus quæritur num Τασκοὺς sic dictos in fonte suo Dionysius repererit, an rescribendum sit vel Ταχοί vel Τωκοί. || — 1. πεντήκοντα] ἐνενήκοντα in duobus libris ms. (Gandensi et Richeliano) legi notavit Blancardus, idque recipi voluit absque causa idonea. || — 1. οὕτω τι] ABCD; οὕτω τε vulgo. || — 3. λεπάδας BC. || — 5. ἔσω BCD; ἔω A, ἑῴᾳ codex Stephani. || — 6. Ῥόγονιν A, Ῥώγονιν BCD, Ῥώγωνιν L; Ῥογόμανις Ptolemæus VI, 4; *Rhogomanis* ap. Ammian. Marc. XXIII, 6, 41 : *Maximi* (sc. Persidis) *fluvii sunt Vatrachites, Rhogomanis* et *Brisoana atque Bagrada*, ex quibus *Vatrachites* ignotus. Rhogonis est fluvius ad cujus ostium *Bender Rig* (*Rigk, Rech, Reig, Reeg*). V. Thevenot *Voy.* V, p. 535; Kinneir *Mem.* p. 57; Niebuhr. l. l.; Gosselin III, p. 81; Vincent. II, p. 401; Ritter VIII, p. 134. || — 10. Βρίζανα] Ptolemæus habet Brisoanam fluvium, sed ea in regione, ubi ex Nearchi narratione ponendus est Sitacus. Brizana num pertineat ad hod. *Bender Dellim*, ut putaverim, an alium propinquum, parum liquet. Eundem signat Plinius VI, 31, § 136 : *Oram quæ præjacet minorum Syrtium vice diximus inassessum cœno, plurimum limi deferentibus Brixa* (*Brixia*) et *Ortacea* (*Dorak fl.?*). De posteriore fluvio cf. Æthicus Cosmogr. (p. 709 in Mela Gronov. 1722) : *Fluvius Cortachia provinciæ Mediæ, nascitur in campis Arabicis* (?); *currit milia* 918, *et ingreditur sinum Persicum.* || — 14. ἐπελείφθησαν D. || — 16. Ἄροσις BCD et vulgo; Ἄροις ex uno codice affert Gronovius (Cf. cod. Stephani, ubi : ἐπὶ ποταμῷ Ἄροι μεγίστῳ τῶν ποταμῶν); Ἄρις A, Ἄρης L. Ὀρόατις Strabo p. 727. 729 et Ptolemæus; *Oroates* Ammian. XXIII, 6, 26; *Oratis* et *Zarotis* ap. Plin. VI, 28 § 111 : *Inde Persidis initium ad flumen Oratim, quo dividitur ab Elymaide.* Idem VI, 26, § 99 : *Flumen Zarotis ostio difficilis nisi peritis; insulæ duæ parvæ* (hod. *Buna* et *Deri*); *inde vadosa navigatio palustri similis per euripos tamen quosdam peragitur.* Vincentus p. 406 monet apud Cheref-eddin fluvium nostrum vocari *Ab-Argoun* (*Ab-Arraghian* ap. Ritter. IX, p. 134) de prisca urbe *Arrhagian* (*Ragian, Rhagoun*). Hinc græci nominis ratio repetenda. Nunc fluvius hic maximus vel simpliciter vocatur *Tag* (i. e. fluvius) vel *Indian* de urbe adjacente.

XL, 19. Μέχρι τοῦδε Πέρσαι] Sic etiam Strabo, Plinius, Ptolemæus. || — 20. Σουσίων δὲ ἄλλο γένος αὐτόνομον L. || — 24. τετρακισχίλιοι] AD et vulgo; τρισχίλιοι BC. Stadia 4400 habet etiam Strabo p. 727. Item Plinius VI, 28 § 111 : *Ipsa Persis adversum occasum sita obtinet litore DL m. pass.* Vera longitudo est fere stadiorum 4000 inde a *Charrak* monte. E singulis Arriani numeris colliguntur stadia 4240, adeo ut nonnisi 160 stadia desiderentur. At quum inde a Brizana ad Arosin minimum esse debeant stadia 400, atque omissæ distantiæ ab Ila usque ad portum sub Ocho monte aliorum sint stadiorum fere quadringentorum, summa conflaretur ea quam ipse Arrianus subducit multo major. Unde nascitur suspicio in antecc. complures numeros, ut a vero longe recedunt, sic etiam corruptos esse. || — 24. τριχῇ] Cf. Strabo. p. 727 : Τριττὴ δ' ἐστὶ (ἡ Περσίς) καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ τῶν ἀέρων

νενεμῆσθαι τῶν ὡρέων λόγος κατέχει. Τὸ μὲν αὐτῆς πρὸς τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ οἰκεόμενον ἀμμῶδές τε εἶναι καὶ ἄκαρπον ὑπὸ καύματος· (3) τὸ δὲ ἐπὶ τῇδε ὡς πρὸς ἄρκτον τε καὶ βορέην ἄνεμον ἰόντων καλῶς κεκρᾶσθαι τῶν ὡρέων· καὶ τὴν χώρην ποιώδεά τε εἶναι, καὶ λειμῶνας ὑδρηλοὺς καὶ ἄμπελον πολλὴν φέρειν, καὶ ὅσοι ἄλλοι καρποὶ πλὴν ἐλαίης· (4) παραδείσοισί τε παντοίαισι τεθηλέναι, καὶ ποταμοῖσι καθαροῖσι διαρρέεσθαι, καὶ λίμνῃσι, καὶ ὄρνισιν ὁκόσοισιν ἀμφὶ ποταμούς τε καὶ λίμνας ἐστὶ τὰ ἤθεα, ἵπποισί τε ἀγαθὴν εἶναι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὑποζυγίοισι νέμεσθαι, καὶ ὑλώδεά τε πολλαχῇ καὶ πολύθηρον· (5) τὴν δὲ πρόσω ἔτι ἐπ' ἄρκτον ἰόντων χειμερίην τε καὶ νιφετώδεα· ὥστε πρέσβεάς τινας ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου λέγει Νέαρχος κάρτα ὀλίγην ὁδὸν διελθόντας ἐντυχεῖν κατ' ὁδὸν ἰόντι τῆς Περσίδος καὶ θῶμα γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ τῆς ὁδοῦ τὴν βραχύτητα. (6) Σουσίοις δὲ πρόσοικοι ὅτι εἰσὶν Οὔξιοι, λέλεκταί μοι· κατάπερ Μάρδοι μὲν Πέρσῃσι προσεχέες οἰκέουσι, λῃσταὶ καὶ οὗτοι, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοισι. (7) Καὶ ταῦτα πάντα τὰ ἔθνεα ἡμέρωσεν Ἀλέξανδρος, χειμῶνος ὥρῃ ἐπιπεσὼν αὐτοῖσιν, ὅτε ἄβατον σφῶν τὴν χώρην ἦγον· (8) καὶ πόλιας ἐπέκτισε τοῦ μὴ νομάδας ἔτι εἶναι, ἀλλ' ἀροτῆρας καὶ γῆς ἐργάτας, καὶ ἔχειν ὑπὲρ ὅτων δειμαίνοντες μὴ κακὰ ἀλλήλους ἐργάσωνται. Ἐνθένδε τὴν Σουσίων γῆν παρήμειβεν ὁ στρατός. (9) Καὶ ταῦτα οὐκέτι ὡσαύτως ἀτρεκέως λέγει Νέαρχος ὅτι ἔστιν οἱ φράσαι, πλήν γε δὴ τοὺς ὅρμους τε καὶ τὸ μῆκος τοῦ πλόου· (10) τὴν χώρην γὰρ τεναγώδεά τε εἶναι τὴν πολλὴν καὶ ῥηχίησιν ἐπὶ μέγα ἐς τὸν πόντον ἐπέχουσάν, καὶ ταύτην σφαλερὴν ἐγκατορμίζεσθαι· πελαγίοισιν ὦν σφίσι τὴν κομιδὴν τὸ πολλὸν γενέσθαι· (11) ὁρμηθῆναι μὲν δὴ ἐκ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολέων, ἵναπερ ηὐλίσθησαν, ἐπὶ τοῖσιν οὔροισι τῆς Περσίδος· ὕδωρ δὲ ἐμβάλλεσθαι καὶ πέντε ἡμερέων· οὐκ ἔφασκον γὰρ εἶναι ὕδωρ οἱ κατηγεμόνες τοῦ πλόου.

XLI. Σταδίους δὲ πεντακοσίους κομισθέντες ὁρμίζονται ἐπὶ στόματι λίμνης ἰχθυώδεος, ᾗ οὔνομα Κατάδερβις· καὶ νησὶς ἐπῆν τῷ στόματι· Μαργάστανα τῇ νησῖδι οὔνομα. (2) Ἐνθένδε δὲ ὑπὸ τὴν ἕω ἐκπλώσαντες κατὰ βραχέα ἐκομίζοντο ἐπὶ μιῆς νεός· πασσάλοισι δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν πεπηγόσιν ἀπεδηλοῦτο τὰ

citer dividi fama est. Nam quæ pars ejus ad mare Erythræum sita est, arenosam ac sterilem ob æstum esse; (2) quæ vero deinceps ad septentrionem et borealem plagam jacet, constitutionem cœli temperatam habere, regionemque ipsam herbosam multa irrigua prata multasque vites habere, atque adeo omne genus fructuum, excepta olea; (4) hortis enim amœnissimis florere, fluviisque limpidissimis irrigari, ac lacubus omnique genere avium, quæ circa flumina aut lacus versari solent, abundare; equis etiam aliisque jumentis pascendis idoneam esse, silvosam præterea multis locis esse venatuique aptissimam. (5) Eam autem, quæ adhuc magis in septentrionem vergit, frigidam ac jam nivalem esse, adeo ut legatos quosdam ab Euxino ponto brevissimo itinere profectos Alexandro Persidem transeunti obviam venisse Nearchus tradat; idque Alexandro permirum visum fuisse, brevitate viæ ex ipsis cognita. (6) Susiis autem finitimos esse Uxios antea a nobis dictum est, sicuti Mardos, latrones etiam ipsos, Persis, Cossæos autem Medis conterminos esse. (7) Quas quidem gentes omnes Alexander domuit, hieme eas adortus, quando regionem suam adiri nulla ratione posse putabant. (8) Urbes quoque iis condidit, ne jam amplius vagarentur, sed aratores agricolæque essent, atque habentes pro quibus metuerent sibi, ab injuria ac vi sibi invicem inferenda abstinerent. Inde Susiorum regionem prætervectus est exercitus. (9) De hac navigatione Nearchus se non ita certa narrare posse scribit, præterquam portus et longitudinem navigationis. (10) Nam illum maris tractum maximam partem esse vadosum et brevia longe in mare pertinere; neque citra periculum portum e mari capi posse. Quare ipsis cursum in alto ut plurimum fuisse. (11) Solvisse vero se ex ostiis amnis, ubi ad fines Persidis consederant, et aquam vel in quinque dies recepisse, quia duces navigationis monuerant, aquam in iis partibus non reperiri.

XLI. Quumque ad quingenta stadia provecti essent, ad fauces piscosi cujusdam lacus, qui Cataderbis dicebatur, constiterunt. Exigua ad hujus lacus fauces insula adjacebat, quam Margastanam vocant. (2) Inde sub auroram solventes, per vada navigarunt singulis navibus. Paxilli hinc inde fixi vada ostendebant,

---

κράσει. Ἡ μὲν γὰρ παραλία καυματηρά τε καὶ ἀμμώδης καὶ σπανιστὴ καρποῖς ἐστι πλὴν φοινίκων, ὅσον ἐν τετρακισχιλίοις καὶ τετρακοσίοις ἢ τριακοσίοις ἐξεταζομένη σταδίοις· καταστρέφουσα εἰς ποταμὸν μέγιστον τῶν ταύτῃ, καλούμενον Ὀρόατιν· ἡ δ' ὑπὲρ ταύτης ἐστὶ πάμφορος καὶ πεδινὴ καὶ θρεμμάτων ἀρίστη τροφὸς, ποταμοῖς τε καὶ λίμναις πληθύει. Τρίτη δ' ἐστὶν, ἡ πρὸς βορρᾶν χειμέριος καὶ ὀρεινή· πρὸς δὲ ταῖς ἐσχατιαῖς εἰσιν οἱ καμηλοβοσκοί. || — 3. ἐπὶ τῇδε (s. τῷδε) ὡς] ἐπιτελέως LAD (sine acc. in D) et vlgo; ἐπιτελείη BC; ἐπιτηδέως conj. Geier, quod caret sensu idoneo. || — 10. ἵπποισι] βουσὶ L. || — 13. Ante v. ὥστε aliqua excidisse Geierus putabat. Fabulam narrari Schmiedero visum est. || — 17. Σουσίοις δὲ πρόσοικοι κτλ.] Cf. de iisdem Nearchus (fr. 34) ap. Strabon. p. 524. || — 18. εἰσὶν Οὔξιοι] ABCD; εἰσὶν οἱ Οὔξ. vulgo. || — 20. Κησσαῖοι A. || — 27. Νέαρχος om. D. || — 28. φράσαι ABCD; ἐκφράσαι L. || — δὴ omisit D. || — 31. ἐσέχουσαν editt. ante Schmiederum. || — 32. γίνεσθαι ABCD. || — 35. ἐμβ. καὶ πέντε ABCD; vulgo. καὶ deest.

XLI, 38. Κατάδερβις] Ille est maris recessus in quem *Mensurch* et *Dorak* fluvii exeunt; in intumo jacet *Guba Nakhada* insula; initio sinus insulæ *Bunah* et *Deri*. Quænam harum sit *Margastana* Nearchi nescio. || — 39. Μαργαγάστανα D. || — 4. δὲ post ἐνθένδε ex L add. Schmieder. || — 41. πασσάλοισι C, πάσσαλοι D, πετά-

βραχέα, κατάπερ ἐν τῷ μεσσηγὺς Λευκάδος τε νήσου ἰσθμῷ καὶ Ἀκαρνανίης ἀποδέδεικται σημήϊα τοῖσι ναυτιλλομένοισι τοῦ μὴ ἐποκέλλειν ἐν τοῖσι βραχέσι τὰς νέας· (3) ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ Λευκάδα, ψαμμώδεα ἐόντα, καὶ τοῖσιν ἐποκείλασι ταχέην τὴν ὑπονόστησιν ἐνδιδοῖ· κεῖθι δὲ πηλός ἐστιν ἐπ' ἑκάτερα τοῦ πλεομένου βαθὺς καὶ ἰλυώδης, ὥστε οὐδεμιῇ μηχανῇ ἐποκείλασιν ἦν ἀποσωθῆναι. (4) Οἵ τε γὰρ κοντοὶ κατὰ τοῦ πηλοῦ δύνοντες αὐτοὶ οὐδέν τι ἐπωφέλεον, ἀνθρώπῳ τε ἐκβῆναι τοῦ ἀπῶσαι τὰς νέας ἐς τὰ πλεόμενα ἄπορον ἐγίνετο· ἔδυνον γὰρ κατὰ τοῦ πηλοῦ ἔστε ἐπὶ τὰ στήθεα. (5) Οὕτω δὴ χαλεπῶς διεκπλώσαντες ἐς σταδίους ἑξακοσίους κατὰ νέα ἕκαστοι ὁρμισθέντες, ἐνταῦθα δείπνου ἐμνήσθησαν· (6) τὴν νύκτα δὲ ἤδη κατὰ βάθεα ἔπλωον, καὶ τὴν ἐπεξῆς ἡμέρην ἔστε ἐπὶ βουλυτόν· καὶ ἦλθον σταδίους ἐνναχοσίους· καὶ κατωρμίσθησαν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Εὐφράτεω πρὸς κώμῃ τινὶ τῆς Βαβυλωνίης χώρης· οὔνομα δὲ αὐτῇ Διρίδωτις· (7) ἵνα λιβανωτόν τε ἀπὸ τῆς ἐμποριχῆς γῆς οἱ ἔμποροι ἀγινέουσι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα θυμιήματα ἡ Ἀράβων γῆ φέρει. (8) Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτεω ἔστε ἐς Βαβυλῶνα πλόον λέγει Νέαρχος σταδίους εἶναι ἐς τρισχιλίους καὶ τριηκοσίους.

perinde atque apud isthmum inter Leucadem insulam atque Acarnaniam signa quædam navigantibus exposita sunt, ne naves in vada impingant. (3) Ceterum vada apud Leucadem sabulosa sunt, ideoque etiam impactis facilem recessum concedunt. Verum hic limus est ab utraque parte loci, in quo navigatur, profundus et tenax, adeo ut naves impactæ nullo artificio evelli possint. (4) Contis enim in limo subsidentibus nihil proficiebatur. Neque nautæ navibus egredi ad eas in navigabile fretum retrudendas poterant, quod limus eos pectore tenus absorbebat. (5) Atque ita difficillima navigatione per sexcenta stadia usi, singulis subsistentes navibus, corpora curarunt. (6) Noctu vero per profundum jam navigarunt, totum etiam diem posterum ad vesperum usque, et nongentis stadiis confectis, ad Euphratis ostium appulerunt, et ad pagum quendam Babylonicæ regionis, cui Diridotis nomen est, pervenerunt : (7) quo mercatores et thus ex mercatorum terra et alia aromata, quæ fert Arabia, afferunt. (8) Ab ostiis Euphratis ad Babylonem usque Nearchus stadiorum tria millia et trecenta esse refert.

λοισι A. || — 2. καὶ omisit D. || — 8. οὔτε γὰρ A. || — 12. ἐς ex L add. Schmieder. ||—16. ἦλθον] Fort. ἤνυον vel ἤνυτον leg. putat Dübnerus in locutionis insolentia offendens. At similiter Arrianus Exp. III, 21, 3 : ἐλθὼν τὴν νύκτα ὅλην. || — 17. ἐπὶ στόματος BC, ἐπὶ τοῦ στόμ. A, ἐπὶ τῷ στόματι L. || — 18. Διρύδωτις D, Ἰρίδωτις C. Reliquis scriptoribus vocatur Τερηδών. V. Strabo p. 765 (ex Eratosthene) : μέχρι Τερηδόνος καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου, a quo loco profectus Androsthenes Arabiæ oram legit. Idem p. 80 a Babylone usque ad Euphratis ostium et Teredonem 3000 stadia esse ex eodem Eratosthene refert. Plinius VI, 32 § 145 : *Parthico autem regno navigantibus vicus Teredon infra confluentem Euphratis et Tigris*. Dionys. Perieg. 980 : ὑστατίῃς προχοῇσι Τερηδόνος ἐγγὺς ὁδεύων (Euphrates). Ammian. XXIII, 6, 10 : *Navigatio adusque Teredonem porrigitur, ubi post jacturas multiplices pelago miscetur Euphrates*. Stephanus Byz. : Τερηδὼν, πόλις ἐπὶ τῇ Ἐρυθρᾷ. Abydenus ap. Euseb. Chron. p. 21 : *Nabuchodonosor in limine Arabicæ regionis Teredonem urbem fundavit*. Euseb. Pr. Ev. p. 456, D : Τερηδόνα ἔκτισιν κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς. Ptolemæus urbem ponit mediam inter orientale suum Tigridis et occidentale ostium. His si addideris quæ de muribus Teredontis ex Amynta affert Ælianus N. An. V, 14. XVII, 16, habebis quæ de eo loco traduntur omnia. Situm ejus accuratius definire certioribus argumentis vix licet. Satis vero de eo convenit, ostium Euphratis, cui impositam Teredonem Nearchus dicit, in hod. *Khor Abdilla* esse quærendum, in quem Pallacopa alveo fluvius præcipuam vim aquarum olim effundebat. Et d'Anvillius quidem (l. l. p. 190), Gosselinus III, p. 88 et Vincentus l. l. Teredonem in sinistro ostii latere collocant, quoniam ap. Ptolemæum urbs Messenæ assignatur; Mannertus V, 2, p. 420 Teredonem ponit in *Boubian* insula ; Ritterus X, p. 28 fuisse putat « an der Südwestspitze der jetzigen Uferinsel Davasir. » Certe Teredonem si non in insula, certe prope insulam sitam fuisse nescio an ex Æthico Cosm. p. 709 suspiceris, ubi : *infundit se* (Euphrates) *mari Oceano orientali sub insula Theron*, ubi puto leg. esse *Teredon*. Aliter Chesneyus (*Expedit. to the riv. Euphrat*. etc. II, p. 355), qui ita habet : « The site of Teredon is presumed to be at Jebel Sanam, a gigantic mound near the Pallacopas branch of the Euphrates. This spot is about 23 miles S. S. W. of Basrah, 13 or 14 by W. of Zebir, and nearly 18 miles N. W. of the supposed estuary opposite the island of Boobian, near the Khor Abd-ullah; but at the time in question the latter may have been near, or even have touched Jebel Sanam. » Opinionem eorum qui Teredonem quærunt in hodierno Basra vel in propinquo, tetigisse satis est. Ceterum emporium istud haud diu floruisse videtur, obstructo postea arenis isto fluvii alveo, conditisque in commodiore situ Apologo et Spasinu Charace. || — 19. ἐμποριχῆς γῆς] ἐμπορίης γῆς codd.; ἀπὸ τῆς περαίης γῆς vel ἀπὸ τῆς ἐν περαίῃ γῆς conj. Dübner; attamen Teredoniis Arabia vix dici poterat ἡ ἐν περαίῃ γῆ. Scripserit auctor ἐμποριχῆς, sicut Strabo habet ἐμποριχὸν κόλπον (in Africæ ora occidentali) et alibi ἐμποριχὰς κατοικίας, nisi fort. fuisse putes ἀπὸ τῆς Γερραίης γῆς. || — 21. ἐς post ἔστε ex L add. Schmieder. || — 22. τρισχιλ. κ. τρ.] *supra* 3000 stadia sec. Strab. p. 729 et 739; 3000 stadia id. p. 80 minus accurate. Plinius VI, 30 : *Euphrate navigari Babylonem e Persico mari 412 mill. p.* (3296 st.) *tradunt Nearchus et Onesicritus*. Computus hic Nearchi bene habet. Ceterum totum hunc locum et quæ deinceps leguntur c. 42 ita exponit Strabo p. 729 : Νέαρχος δὲ τὸν παράπλουν τῆς Σουσίδος τεναγώδη φήσας πέρας αὐτοῦ λέγει τὸν

XLII. Ἐνταῦθα ἀγγέλλεται Ἀλέξανδρον ἐπὶ Σούσων στέλλεσθαι· ἔνθεν καὶ αὐτοὶ τὸ ὀπίσω ἔπλωον, ὡς κατὰ τὸν Πασιτίγριν ποταμὸν ἀναπλώσαντες συμμῖξαι Ἀλεξάνδρῳ. (2) Ἔπλωον δὴ τὸ ἔμπαλιν ἐν ἀριστερῇ τὴν γῆν τὴν Σουσίδα ἔχοντες· καὶ παραπλώουσι λίμνην, ἐς ἣν ὁ Τίγρις ἐσβάλλει ποταμός· (3) ὃς ῥέων ἐξ Ἀρμενίης παρὰ πόλιν Νῖνον, πάλαι ποτὲ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, τὴν μέσην ἑωυτοῦ τε καὶ τοῦ Εὐφράτεω ποταμοῦ, ἣν Μεσοποταμίην ἐπὶ τῷδε κληΐζεσθαι, ποιέει· (4) ἀπὸ δὲ τῆς λίμνης ἐς αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἀνάπλους στάδιοι ἑξακόσιοι, ἵνα καὶ κώμη τῆς Σουσίδος, ἣν καλέουσιν Ἄγινιν· αὕτη δὲ ἀπέχει Σούσων σταδίους ἐς πεντακοσίους· μῆκος τοῦ παράπλου τῆς Σουσίων γῆς ἔστε ἐπὶ στόμα τοῦ Πασιτίγριδος ποταμοῦ στάδιοι δισχίλιοι.

XLII. Eo loci de Alexandri ad Susa profectione nuntium acceperunt. Quare ipsi etiam inde retrorsum navigarunt, ut per Pasitigrim adverso fluvio navigantes cum Alexandro jungerentur. (2) Retro igitur navigantes a læva Susidem habebant, lacumque prætervehuntur, in quem Tigris fluvius decurrit : (3) qui ex Armenia fluens juxta Ninum, magnam olim et opulentam urbem, regionem efficit quæ inter ipsum et Euphratem media est, ideoque Mesopotamia dicitur. (4) A lacus initio usque ad ipsum Tigrin flumen navigatio est stadiorum sexcentorum, ubi et pagus quidam Susiorum est, quem Aginin vocant. Is a Susis distat stadiis quingentis. Longitudo navigationis præter regionem Susiorum usque ad Pasitigris ostium tria

---

Εὐφράτην ποταμόν· πρὸς δὲ τῷ στόματι κώμην οἰκεῖσθαι τὴν ὑποδεχομένην τὰ ἐκ τῆς Ἀραβίας φορτία· συνάπτειν γὰρ ἐφεξῆς τὴν τῶν Ἀράβων παραλίαν τῷ στόματι τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Πασιτίγριος, τὸ δὲ μεταξὺ πᾶν ἐπέχειν λίμνην, τὴν ὑποδεχομένην τὸν Τίγριν. Ἀναπλεύσαντι δὲ τῷ Πασιτίγρει σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, τὴν σχεδίαν εἶναι τὴν ἄγουσαν ἐπὶ Σούσων ἐκ τῆς Περσίδος, ἀπέχουσαν Σούσων σταδίους ἑξήκοντα (l. ἑξακοσίους)· τὸν δὲ Πασίτιγριν ἀπὸ τοῦ Ὀροάτιδος διέχειν περὶ δισχιλίους σταδίους· διὰ δὲ τῆς λίμνης ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Τίγριος τὸν ἀνάπλουν εἶναι σταδίων ἑξακοσίων· πλησίον δὲ τοῦ στόματος κώμην οἰκεῖσθαι τὴν Σουσιανήν (l. τινα Σ, aut Ἄγινιν Σ.), διέχουσαν τῶν Σούσων σταδίους πεντακοσίους· ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου καὶ μέχρι Βαβυλῶνος τὸν ἀνάπλουν εἶναι διὰ γῆς οἰκουμένης καλῶς σταδίων πλειόνων ἢ τρισχιλίων. — Ὀνησίκριτος δὲ πάντας φησὶν ἐκβάλλειν εἰς τὴν λίμνην, τόν τε Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν· ἐκπεσόντα δὲ πάλιν τὸν Εὐφράτην ἐκ τῆς λίμνης ἰδίῳ στόματι πρὸς τὴν θάλατταν συνάπτειν. Idem p. 728 : Φησὶ δὲ Πολύκλειτος εἰς λίμνην τινὰ συμβάλλειν τόν τε Χοάσπην καὶ τὸν Εὔλαιον καὶ ἔτι τὸν Τίγριν, εἶτ' ἐκεῖθεν εἰς τὴν θάλατταν ἐκδιδόναι· πρὸς δὲ τῇ λίμνῃ καὶ ἐμπόριον (Aginin Nearchi?) εἶναι, τῶν ποταμῶν μὲν οὐ δεχομένων τὰ ἐκ τῆς θαλάττης, οὐδὲ καταπεμπόντων διὰ τοὺς καταράκτας ἐπίτηδες γενομένους, πεζῇ δ' ἐμπορευομένων· ὀκτακοσίους γὰρ εἶναι σταδίους εἰς Σοῦσα.

XLII, 4. παραπλώουσι λίμνην, etc.] Sequentia patet non posse explicari ex ea quæ nunc in solo isto mobili obtinet ratione locorum. Quænam fere fuerit Alexandri temporibus, e verbis modo adscriptis colligitur; quibus adde quæ fuse exposuerunt recentiores hujus tractus exploratores Ainsworth *Assyrie et Babyl.* p. 194 et Chesney *Exp.* II, p. 356 sqq. Cf. Ritter X, p. 27 sqq. et passim. Nearchus igitur e *Khor Abdilla* solvens partemque emensi jam itineris repetens in lacum innavigavit, in quem propriis suis ostiis tunc exierunt Tigris et Choaspes (*Kerka*) et Pasitigris, i. e. fluvius quem alii (et ipse Arrianus in Anab.) etiam Eulæum vocant, nunc vere *Karun* vel *Kuran* de urbe dicere solent. Nomen *Pasitigris* secundum Rawlinsonum significat : *Tigris inferior* sive *minor* (a vetere voc. persica *pas*), cui hodie apud Persas respondeat nomen *Didjlahi-kudad*, i. e. *Tigris parvus* (Cf. Ritter. IX, p. 321 sq.). Ostium hujus lacus num in hodierno *Shatt el Arab*, an in *Karun el Amarah* (vetere *Karun* fluvii alveo) quærendum sit non dijudico; illud tamen mihi probabilius esse videtur. Ut ut est, paludis latus orientale præternavigans Nearchus venit ad Pasitigrin, per quem postquam 150 stadiorum cursu ascenderat, substitit, ut missis exploratoribus de itinere Alexandri fieret certior. Quo facto, ultra navigavit, non tradita cursus longitudine, usque ad τὴν σχεδίαν, qua Alexandri exercitus Pasitigrin trajiceret. Strabo minus accurate ita narrat, quasi post priora illa stadia 150 ad pontem perventum esset. Quod apud eundem legitur a Susis ad pontem esse stadia 60, aperte est corruptum, probabilique conjectura numerum vv. dd. mutarunt in 600. Eodem loco transierit Alexander, quum Susis Pasitigrin petiit; quod narrans Curtius IV, 10 ait : *Rex quartis castris pervenit ad Tigrin fluvium; Pasitigrin incolæ vocant;* Diodorus XVII, 67: τεταρταῖος ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν ἀφίκετο. Fuisse autem pontem istum Rawlinsonus et cum eo Ritterus statuunt prope hodiernum *Ahwaz*, ubi magnus agger etiamnunc ex parte superstes per fluvium ductus est. Classis et ipsa per canalem *Shapur* fluvii sive per eum qui *Shatt el Maktuah* vocatur, e Pasitigri in Choaspen deducta esse videtur. Quod quamvis h. l. Arrianus non exponat, colligitur tamen ex iis quæ leguntur in Anabasi VI, 5 et 7 (Cf. Ritterus IX, p. 321). || — 5. Ἀρμενίων L. || — 6. Νεῖλον C. || — 10. ἑξακόσιοι] ὀκτακόσιοι C. Quæ memorabilis est lectionis varietas, siquidem emporium quod Polycletus ap. Strabonem l. l. octingenta a Susis stadia abesse dixit, vix fuerit a Agini nostra diversum. Ceterum quomodo intelligenda sint verba : ἀπὸ δὲ τῆς λίμνης ἐς αὐτὸν τὸν ποταμὸν, vel ex Strabonianis illis patere debebat : διὰ δὴ τῆς λίμνης ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Τίγριος τὸν ἀνάπλουν εἶναι σταδίων ἑξακοσίων· πλησίον δὲ τοῦ στόματος κώμην οἰκεῖσθαί τινα Σουσιανήν. Quod monendum propter eos, qui Aginin occurrisse putant postquam 600 stadia in *Pasitigri* navigaverint. || — 11. Ἄγινιν] locum non ad Pasitigrim (ut apud plurimos recentiores legere est Vincentum secutos), sed ad Tigrin situm fuisse et grammatica verborum ap. Arrian. ratio et disertum Strabonis testimonium flagitant, ut bene monet Schmiederus. « Præternavigavit Nearchus lacum in quem Tigris effunditur et occasione data re-

(5) Ἐνθένδε κατὰ τὸν Πασιτίγριν ἄνω ἀνέπλωον διὰ χώρης οἰκεομένης καὶ εὐδαίμονος. Ἀναπλώσαντες δὲ σταδίους ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν αὐτοῦ ὁρμίζονται, προσμένοντες οὕστινας ἐστάλκει Νέαρχος σκεψομένους ἵνα ὁ βασιλεὺς εἴη. (6) Αὐτὸς δὲ ἔθυε θεοῖσι τοῖσι σωτῆρσι, καὶ ἀγῶνα ἐποίεε, καὶ ἡ στρατιὴ ἡ ναυτικὴ πᾶσα ἐν εὐθυμίῃσιν ἦν. (7) Ὡς δὲ προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρος ἠγγέλλετο, ἔπλωον ἤδη αὖθις ἐς τὸ ἄνω κατὰ τὸν ποταμόν· καὶ πρὸς τῇ σχεδίῃ ὁρμίζονται, ἐπ' ᾗ τὸ στράτευμα διαβιβάσειν ἔμελλεν Ἀλέξανδρος ἐς Σοῦσα. (8) Ἐνταῦθα ἀνεμίχθη ὁ στρατὸς, καὶ θυσίαι πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐθύοντο ἐπὶ τῶν νεῶν τε καὶ τῶν ἀνθρώπων τῇ σωτηρίῃ καὶ ἀγῶνες ἐποιέοντο· καὶ Νέαρχος ὅκοι παραφανείη τῆς στρατιῆς, ἄνθεσί τε καὶ ταινίῃσιν ἐβάλλετο· (9) ἔνθα καὶ χρυσέῳ στεφάνῳ στεφανοῦνται ἐξ Ἀλεξάνδρου Νέαρχός τε καὶ Λεοννάτος, Νέαρχος μὲν ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ τῇ σωτηρίῃ, Λεοννάτος δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ, ἣν Ὠρείτας τε ἐνίκησε καὶ τοὺς Ὠρείτῃσι προσοικέοντας βαρβάρους. (10) Οὕτω μὲν ἀπεσώθη Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τοῦ Ἰνδοῦ τῶν ἐκβολέων ὁρμηθεὶς ὁ στρατός.

XLIII. Τὰ δὲ ἐν δεξιῇ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης ὑπὲρ τὴν Βαβυλωνίην Ἀραβίη ἡ πολλή ἐστι, καὶ ταύτης τὰ μὲν κατήκει ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν κατὰ Φοινίκην τε καὶ τὴν Παλαιστίνην Συρίην· πρὸς δυομένου δὲ ἡλίου ὡς ἐπὶ τὴν εἴσω θάλασσαν Αἰγύπτιοι τῇ Ἀραβίῃ ὁμορέουσι. (2) Κατὰ δὲ Αἴγυπτον ἐσέχων ἐκ τῆς μεγάλης θαλάσσης κόλπος δῆλον ποιέει ὅτι ἕνεκά γε τοῦ σύρροον εἶναι τὴν ἔξω θάλασσαν περίπλους ἂν ἦν ἐκ Βαβυλῶνος ἐς τὸν κόλπον τοῦτον ἐσέχοντα ὡς ἐπ' Αἴγυπτον. (3) Ἀλλὰ γὰρ οὔτις παρέπλωσε ταύτῃ οὐδαμῶν ἀνθρώπων ὑπὸ καύματος καὶ ἐρημίης, εἰ μή τινές

millia stadiorum sunt. (5) Inde per Pasitigrim adverso flumine per regionem bene habitatam atque opulentam vecti sunt; confectisque stadiis centum quinquaginta ibi constiterunt, exspectantes reditum eorum quos Nearchus miserat sciscitaturos ubinam locorum rex esset. Ipse diis servatoribus sacrum fecit, ludosque edidit, universo exercitu navali in lætitiam effuso. (7) Postquam vero nuntiatum est Alexandrum appropinquare, rursus adverso flumine nitentes ad pontem, per quem Alexander exercitum in Susa traducturus erat, consistunt. (8) Eo loci exercitus conjuncti sunt; Alexander pro navibus simul et milite salvis sacrificia fecit, ludosque edidit. Nearchus quoquoversus per castra ibat, floribus ac sertis petebatur. (9) Post hæc Alexander Nearchum et Leonnatum aureis coronis donavit, Nearchum ob classem servatam, Leonnatum, ob victoriam quam de Oritis barbarisque Oritarum vicinis reportarat. (10) In hunc modum exercitus ex Indi amnis ostiis profectus salvus Alexandro reductus est.

XLIII. Quæ vero ad dextram maris Erythræi partem ultra Babyloniam sita est regio late patens Arabia est: atque hujus quidem pars quædam pertinet ad mare Phœniciæ ac Syriæ Palæstinæ; ab occasu vero ad mare Mediterraneum Ægyptii Arabiæ contermini sunt. (2) Sinus autem, qui ad Ægyptum ex Oceano magno infunditur, manifesto indicat, ratione concursus cum exteriore mari, navigari posse ex Babylone in eum sinum, qui ad Ægyptum pertendit. (3) Ceterum nemo mortalium ea loca præternavigavit propter ardorem solis et solitudines, nisi quidam in

---

fert ab eo lacu (adverso Tigri) ad Aginin pagum navigandum esse per 600 stadia, sicut supra dixerat ab ostio Euphratis ad Babylonem esse 3300 stadia. In hoc itinere neque ad Babylonem neque ad Aginin cum classe sua Nearchus venit. Plinius VI, 31 Aginin vocare videtur *Aphle*, et eam collocat ad lacum Chaldaicum, quam dicit navigatione 65 mill. pass. a Susis distare, i. e. circiter 500 stad. » SCHMIEDER. Verba Plinii VI, 31, § 134 hæc sunt: *Susa a Persico mari absunt CCL mill. pass. Qua subiit ad eam classis Alexandri Pasitigri, vicus ad lacum Chaldaicum vocatur Aple* (sic codd.) *unde Susa navigatione LX M. D. pass.* (LX et LXII et LXV v. l.) *absunt*. Quæ sane ita dicta sunt, ut *Aple*, quam ipse quoque ab Agini non diversam habeo, ad Pasitigrin sitam putaveris; contra vero Æthicus Cosmogr. p. 709 (ed. Gron. 1722) *Tigrin* immergi ait *ad Auge oppidum, quod est in sinu Persico*. Porro Herodot. VI, 20: ἐν Ἄμπῃ πόλι, παρ' ἣν Τίγρης ποταμὸς παραρρέων ἐς θάλασσαν ἐξίει. Ampe vero et Auge et Aple ad eundem locum pertinent. Situm ejus accuratius definiri non posse cum Rittero (X, p. 29) censeo. Conferendus denique Ptolemæus, qui uno a Susis gradu sive 500 stadiis distantem notat Ἀγάρραν locum, qui et distantia et nominis similitudine Agini nostro respondet. — δισχίλιοι] Duo millia stadiorum supra tribuuntur navigationi ab Arosi ad ostium Euphratis; in qua navigatione lacus noster prætervehebatur. Totidem igitur stadia nunc esse dicit, si ab Arosi profectus per lacum istum ad ostia Pasitigris navigaveris. Consentit Strabo p. 729. Idem Strabo p. 727 a Perside usque ad *Tigrin* circa 3000 stadia exputat. Aliter hæc sibi adornavit Ptolemæus. || — 3. ὡς πεντήκοντα ABC. || — 5. τοῖσι om. D, recte, puto. || — 8. Ἀλέξανδρος om. D. || — 13. τῇ σωτηρίῃ] τῷ σωτῆρι A. || — 15. ἔνθα δὲ καὶ A. || — 15. στεφανοῦται BCD; ὑπ' Ἀλ. mgo cod. Bodl. || — 18. τε ἐνίκησε... ἀπεσώθη Ἀλεξάνδρῳ om. A.

XLIII, 22. τὰ δὲ om. A, indicata lacuna. || — 23. Inter Βαβυλωνίην et Ἀραβίη in A spatium vacuum literarum quattuor, item infra § 7 inter τῆς et Ἀραβίης spatium literarum sex. « Respondent, Dübnerus ait, hæ lacunæ illis quæ in præcedente capite notavi; priores quidem ortæ sunt per particulam archetypi codicis ablatam, alteræ errori debentur librarii nostri, qui membranæ vitium, qualia sæpe reperiuntur, pro literatæ particulæ ablatione habuit. || — 27. ἐσέχων] ἐπέχων et lin. 30 ἐπέχοντα ex libro quodam Blancardus. || — 31. ἀλλὰ καὶ οὔτις C; ἀλλὰ οὔτις B. || — οὐδαμῶν AD, οὐδαμοῦ CB; οὐδαμῶς vgo.

γε πελάγιοι κομιζόμενοι. (4) Ἀλλὰ οἱ ἀπ' Αἰγύπτου γὰρ ἐς Σοῦσα ἀποσωθέντες τῆς στρατιῆς τῆς Καμβύσεω καὶ οἱ παρὰ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου παρὰ Σέλευκον τὸν Νικάτορα σταλέντες ἐς Βαβυλῶνα διὰ τῆς Ἀραβίης χώρης (5) ἰσθμόν τινα διαπορευθέντες ἐν ἡμέρῃσιν ὀκτὼ τῇσι πάσῃσιν ἄνυδρον καὶ ἐρήμην χώρην ἐπῆλθον ἐπὶ καμήλων σπουδῇ ἐλαύνοντες, ὕδωρ τέ σφισιν ἐπὶ τῶν καμήλων φέροντες καὶ νυκτοπορέοντες· τὰς γὰρ ἡμέρας ὑπαίθριοι ἀνέχεσθαι διὰ καῦμα ἀδύνατοι ἦσαν. (6) Τοσούτου δέει τά γε ἐπέκεινα ταύτης τῆς χώρης, ἥντινα ἰσθμὸν ἀποφαίνομεν ἐκ τοῦ κόλπου τοῦ Ἀραβίου κατήκοντα ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν, οἰκεόμενα εἶναι, ὁκότε τὰ πρὸς ἄρκτον μᾶλλον αὐτῶν ἀνέχοντα ἔρημά τέ ἐστι καὶ ψαμμώδεα. (7) Ἀλλὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἀραβίου κόλπου τοῦ κατ' Αἴγυπτον ὁρμηθέντες ἄνθρωποι, ἐκπεριπλώσαντες τὴν πολλὴν Ἀραβίην ἐλθεῖν ἐς τὴν κατὰ Σοῦσά τε καὶ Πέρσας θάλασσαν, ἐς τοσόνδε ἄρα παραπλώσαντες τῆς Ἀραβίης, ἐς ὅσον σφίσι τὸ ὕδωρ ἐπήρκεσε τὸ ἐμβληθὲν ἐς τὰς νέας, ἔπειτα ὀπίσω ἀπενόστησαν. (8) Ἐκ Βαβυλῶνός τε οὕστινας ἔστειλεν Ἀλέξανδρος, ὡς ἐπὶ μήκιστον πλώοντας ἐν δεξιῇ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης γνῶναι τοὺς ταύτῃ χώρους, οὗτοι νήσους μέν τινας κατεσκέψαντο ἐν τῷ παράπλῳ κειμένας, καί που καὶ τῆς ἠπείρου τῆς Ἀραβίης προσέσχον· (9) τὴν δὲ ἄκρην, ἥντινα καταντικρὺ τῆς Καρμανίης ἀνέχουσαν λέγει φανῆναι σφίσι Νέαρχος, οὐκ ἔστιν ὅστις ὑπερβαλὼν ἐπικάμψαι ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα δυνατὸς ἐγένετο. (10) Δοκέω δὲ ὡς εἴπερ πλωτά τε ἦν καὶ βαδιστὰ ταύτῃ, ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἂν τῆς πολυπραγμοσύνης ἐξελήλεγκτο πλωτά τε καὶ βαδιστὰ ἐόντα. (11) Ἄννων δὲ ὁ Λίβυς ἐκ Καρχηδόνος ὁρμηθεὶς ὑπὲρ μὲν Ἡρακλείας στήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν πόντον, ἐν ἀριστερῇ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος αὐτῷ ἐγένετο τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας· (12) ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημβρίην ἐξετράπετο, πολλῇσιν ἀμηχανίῃσιν ἐνετύγχανεν ὕδατός τε ἀπορίῃ καὶ καύματι ἐπιφλέγοντι καὶ ῥύαξι πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσιν. (13) Ἀλλ' ἡ Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐν τοῖσι ἐρημοτέροισι πεπολισμένη ποιώδης τέ ἐστι καὶ μαλθακὴ καὶ εὔυδρος, καὶ ἄλσεα καὶ λειμῶνες καὶ καρπῶν παντοίων καὶ κτηνέων πάμφορος ἔστε ἐπὶ τοῦ σιλφίου τὰς ἐκφύσιας· ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ ψαμμώδεα. (14) Οὗτός μοι ὁ λόγος ἀναγεγράφθω, φέρων καὶ αὐτὸς ἐς Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, τὸν Μακεδόνα.

altum delati. (4) Nam qui de exercitu Cambysis ex Ægypto in Susa salvi pervenerunt, quique a Ptolemæo Lagi filio ad Seleucum Nicatorem Babyloniam missi fuerunt per Arabiam, (5) isthmum quendam transgressi per octo integros dies per regionem desertam et aquarum inopem iter fecerunt, idque camelis celeriter vecti aquamque super iis portantes et noctu proficiscentes; interdiu enim sub dio esse ob ardorem solis non poterant. (6) Tantum abest ut regio sita ultra isthmum illum, quem diximus, ex sinu Arabico in mare Erythræum pertinens habitabilis sit, quum ea quæ magis ad septentrionem vergit, deserta sit atque arenosa. (7) Qui ex Arabico sinu juxta Ægyptum patente profecti sunt, ut magnam Arabiam circumnavigantes ad mare quod ad Susa et Persiam pertinet pervenirent, tam diu præter Arabiam navigarunt, quam aqua navibus imposita eos non deficeret; tum retro conversi sunt. (8) Ii vero, quos Alexander ex Babylone misit, ut quam longissime ad dextram maris Erythræi partem navigantes loca illius regionis explorarent; insulas quidem nonnullas viderunt, in quibus navigarunt locis sitas, et interdum ad Arabiæ continentem appulerunt, (9) at promontorium illud, quod ex adverso Carmaniæ oppositum visum ab se fuisse Nearchus scribit, nemo unquam navigatione in alteram ejus partem superare potuit. (10) Et mea quidem sententia, si navigabilis is tractus esset, aut adiri ulla ratione posset, Alexandri certe curiositas comprobasset utrumque. (11) Hanno autem Afer Carthagine profectus trans Herculeas columnas in Oceanum enavigavit, Libyam ad lævam relinquens, et navigavit quidem, quam diu navigationis suæ cursum orientem versus tenuit, in universum per XXXV dies; (12) postquam vero ad meridiem conversus est, in multas difficultates incidit, cum in summam aquarum inopiam summamque æstus flagrantiam, tum in rivos igneos in mare effluentes. (13) Cyrene autem Libyæ in desertiore tractu sita herbosa fertilisque et irrigua est, saltus etiam frequentiaque prata habet, omnisque generis fructus et jumenta fert, ad ea loca usque, quibus silphium gignitur; ulteriora vero deserta altisque arenis obruta sunt. (14) Atque hic quidem liber a me conscriptus sit, etiam ipse pertinens ad Alexandrum Philippi filium, Macedonem.

— 3o. παρὰ Πτολεμαίου... σταλέντες] Quando et qua occasione hoc factum sit, non constat. Conjecturam vide apud Droysenium *Hellenism*. I, p. 399 sq., qui rem refert ad an. 311 a Chr., quo Ptolemæus ad Seleucum Antigoni armis petitum auxilia misisse videatur. Ceterum facile patet Arrianum ex antiquiore aliquo fonte, Eratosthenea ætate vix juniore, pendere, et itinera mercatorum, qui Arriani et Ptolemæi ætate Arabiæ oram totam bene norant, ignorasse. || — 8. σφίσιν ABC, σφιν D et vulgo. || — 10. δέει] δεῖ D, δὴ BC, δεῖται γε ἐπ. A. || — 11. ἥντινα ABCD Bodl., ὅντινα L. || — 18. παραπλώσ. LA, περιπλ. BC. || — 31. καὶ ἀνὼν δὲ A || — 36. δὴ] μὴ C. || — ἐξετράπετο BC et de conject. Dübner; ἐξετρέπετο DA. || — 40. ἐρημικοτέροις τε πεπολ. C; ἐρημικοῖς τόποις πεπολ. A. || — 43. Quæ sequuntur post ὑπὲρ δὲ desunt in A.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΠΡΟΣ ΤΡΑΙΑΝΟΝ [ΑΔΡΙΑΝΟΝ],

ΕΝ Ηι ΚΑΙ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΕΥΞΕΙΝΟΥ ΠΟΝΤΟΥ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΤΡΑΙΑΝΩι ΑΔΡΙΑΝΩι ΣΕΒΑΣΤΩι ΑΡΡΙΑΝΟΣ ΧΑΙΡΕΙΝ.

1. Εἰς Τραπεζοῦντα ἥκομεν, πόλιν Ἑλληνίδα, ὡς λέγει ὁ Ξενοφῶν ἐκεῖνος, ἐπὶ θαλάττῃ ᾠκισμένην, Σινωπέων ἄποικον. Καὶ τὴν μὲν θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου ἄσμενοι κατείδομεν, ὅθενπερ καὶ Ξενοφῶν ἐκεῖνος καὶ σύ.

2. Καὶ οἱ βωμοὶ ἀνεστᾶσιν ἤδη, λίθου μέντοι γε τοῦ τραχέος, καὶ τὰ γράμματα διὰ τοῦτο οὐκ εὔδηλα κεχάρακται· τὸ δὲ Ἑλληνικὸν ἐπίγραμμα καὶ ἡμαρτημένως γέγραπται, οἷα δὴ ὑπὸ βαρβάρων γραφέν. Ἔγνωκα οὖν τούς τε βωμοὺς λίθου λευκοῦ ἀναθεῖναι καὶ τὰ ἐπιγράμματα ἐγχαράξαι εὐσήμοις τοῖς γράμμασιν. Ὁ μὲν γὰρ ἀνδριὰς ἕστηκεν ὁ σὸς τῷ μὲν σχήματι ἡδέως· ἀποδείκνυσι γὰρ τὴν θάλατταν· τὴν δὲ ἐργασίαν οὔτε ὅμοιός σοι οὔτε ἄλλως καλός· ὥστε πέμψον ἀνδριάντα ἄξιον ἐπονομάζεσθαι σὸν ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ σχήματι· τὸ γὰρ χωρίον ἐπιτηδειότατον εἰς μνήμην αἰώνιον.

3. Πεποίηται δὲ καὶ ὁ νεὼς λίθου τετραγώνου, οὐ φαῦλος· ἀλλὰ τὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἄγαλμα οὔτε τοῦ νεὼ ἄξιόν ἐστιν οὔτε αὐτοῦ τοῦ χωρίου. Εἰ δέ σοι δοκεῖ, πέμψον μοι πεντάπουν μάλιστα Ἑρμοῦ ἄγαλμα· τηλι-

ARRIANI EPISTOLA

AD TRAJANUM [ADRIANUM],

IN QUA ETIAM

PERIPLUS PONTI EUXINI.

IMPERATORI CÆSARI TRAJANO ADRIANO AUGUSTO ARRIANUS S.

1. Trapezuntem pervenimus, urbem, ut Xenophon ille inquit (*Anab.* 4, 8, 22.), Græcam, mari imminentem, Sinopensium coloniam. Atque mare Euxinum summa cum voluptate conspeximus eodem ex loco, unde Xenophon quoque et tu.

2. Stantque ibi jam aræ erectæ, ex aspero tamen lapide, quo fit ut literæ illis incisæ minus appareant; præterea Græca inscriptio vitiose exarata est, utpote a barbaris delineata. Statui igitur et aras albo lapide dedicare, et inscriptiones perspicuis literis insculpere. Porro signum tuum habitu quidem est jucundo; mare enim monstrat; sed opere neque similis tui neque alias elegans. Quare mittas statuam dignam quæ tuo nomine appelletur, hoc eodem corporis habitu: locus enim ad memoriæ æternitatem valde accommodatus.

3. Templum quoque ibi exstructum est ex quadrato lapide, haud contemnendum opus; at Mercurii statua neque fanum neque locum illum decet. Quocirca, si ita tibi videatur, aliud mihi Mercurii simulacrum

---

Periplus hic in uno exstat codice Heidelbergense 398 fol. 30-40, ex quo primus edidit Sigismundus Gelenius (Basil. apud Frobenium, 1533). Denuo codicem excussit Fridericus Jacobus Bastius (Epistola critica p. 35 sqq. in versione latina Wiedeburgi, Lips. 1809), nec non ipse ego librum ab humanissimis bibliothecæ Heidelbergensis præfectis in hanc urbem transmissum adhibui.

Ἀδριανὸν] om. codex. Trajani nomen Hadrianus imperator assumsit ab eo qui adoptaverat vel adoptasse credebatur. Cf. Tillemont. *Hist. d. emp.* II, p. 219. ‖ — 1. εἰς Τραπεζ. ἥκομεν. Abruptum hoc initium facilem explicationem habet ex eo, quod una cum græca nostra epistola Arrianus ad imperatorem misit literas latinas, in quibus præfectus Cappadociæ de consilio ac ratione totius itineris deque ceteris quæ ad præfecti munus pertinerent, ex officio dixerat. Consentaneum vero est Arrianum in orientiali suæ provinciæ parte non modo maritima, sed mediterranea quoque loca obiisse, ut castella et præsidia ibi contra impendens ab Albanis bellum muniret et instrueret. E mediterraneis igitur, fortasse ex Armenia minore (quæ tunc pars erat Cappadociæ provinciæ), venit Trapezuntem. Ceterum v. Prolegomena. ‖ — 2. Ξεν. ἐκεῖνος] quasi *alter ille Xenophon*, vel Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος, ut § 17 ait, quum ipse Arrianus se tanquam juniorem Xenophontem jactare soleat. ‖ — Σινωπέων ἀπ.] Cf. Diodor. XIV, 30, 3 (e Xenophonte IV, 8, 22): Τραπεζοῦντα πόλιν Ἑλληνίδα, Σινωπέων μὲν ἄποικον κτλ. St. Byz.: Τραπεζοῦς.. Σινωπέων ἄποικος, ἐκαλεῖτο καὶ Οἴζηνις. Græcam urbem præter Scylacem vocat etiam Strabo XII, p. 548. Perperam Pausanias VIII, 27, 6. Ponti urbem a Trapezuntiis Arcadiæ conditam refert. De urbe notissima multa et veteres et recentiores præbent, quæ laudare putidum sit. ‖ — 5. καὶ σύ] sc. quo tempore provincias obiit Hadrianus; tum etiam aras illas, quas Arrianus memorat, ponendas jusserit. Idem valet de templo Mercurii, cui junge portum, quem ibidem Hadrianus exstruxit, teste Arriano § 23. Omnino Trapezûs, quum ante ignobile oppidum fuisset, Hadriani operibus aucta splendere cœpit.

κοῦτον γάρ μοι δοκεῖ ἔσεσθαι ὥς γε πρὸς τὸν νεὼν σύμμετρον· καὶ ἄλλο τοῦ Φιλησίου τετράπουν. Οὐ γὰρ ἀπὸ τρόπου δοκεῖ μοι σύνναος καὶ σύμβωμος ἔσεσθαι τῷ προπάτορι. Καὶ ὁ μέν τις τῷ Ἑρμῇ, ὁ δὲ τῷ Φιλησίῳ, ὁ δὲ καὶ ἀμφοῖν θύσει παριών. Χαριοῦνται δὲ καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι τῷ τε Ἑρμῇ καὶ τῷ Φιλησίῳ· τῷ μὲν Ἑρμῇ, ὅτι τὸν ἔγγονον αὐτοῦ τιμῶσι· τῷ δὲ Φιλησίῳ, ὅτι τὸν αὐτοῦ προπάτορα· ὡς ἔγωγε καὶ ἐβουθύτησα ἐνταῦθα, οὐχ ὥσπερ ὁ Ξενοφῶν ἐν Κάλπης λιμένι ὑφ' ἁμάξης βοῦν λαβὼν δι' ἀπορίαν ἱερείων, ἀλλὰ τῶν Τραπεζουντίων αὐτῶν παρασκευασάντων ἱερεῖον οὐκ ἀγεννές· καὶ ἐσπλαγχνευσάμεθα αὐτόθι καὶ ἐπὶ τοῖς σπλάγχνοις ἐπεσπείσαμεν. Ὅτῳ δὲ πρώτῳ τἀγαθὰ ηὐχόμεθα, οὐ λανθάνομέν σε τόν τε τρόπον τὸν ἡμέτερον οὐκ ἀγνοοῦντα καὶ σαυτῷ συνειδότα, ὅτι ἄξιος εἶ ὑπὲρ ὅτου πάντες εὔξαιντο τἀγαθά, καὶ ὅσοι ἡμῶν ἔλαττον ὑπὸ σοῦ εὖ πεπόνθασιν.

4. Ἐκ Τραπεζοῦντος δὲ ὁρμηθέντες τῇ μὲν πρώτῃ εἰς Ὕσσου λιμένα κατήραμεν καὶ τοὺς πεζοὺς τοὺς ταύτῃ ἐγυμνάσαμεν· ἡ γὰρ τάξις αὕτη, ὡς οἶσθα, πεζῶν ἐστι καὶ ἱππέας εἴκοσιν ὅσον εἰς διακονίαν ἔχει· ἀλλὰ καὶ τούτους τὰς λόγχας ἀκοντίσαι ἐδέησεν.

5. Ἐνθένδε ἐπλέομεν, τὰ μὲν πρῶτα ταῖς αὔραις ταῖς ἐκ τῶν ποταμῶν πνεούσαις ἕωθεν καὶ ἅμα ταῖς κώπαις διαχρώμενοι· ψυχραὶ μὲν γὰρ ἦσαν αἱ αὖραι, ὡς λέγει καὶ Ὅμηρος, οὐχ ἱκαναὶ δὲ τοῖς ταχυναυτεῖν βουλομένοις· εἶτα γαλήνη ἐπέλαβεν, ὥστε καὶ ἡμεῖς τῇ εἰρεσίᾳ μόνῃ ἐχρώμεθα. Ἔπειτα δὲ ἄφνω νεφέλη ἐπαναστᾶσα ἐξερράγη κατ' εὖρον μάλιστα, καὶ ἐπήνεγκε πνεῦμα ἐξαίσιον καὶ τοῦτο ἀκριβῶς ἐναντίον, ὅπερ καὶ μόνον [οὐκ] ὤλεσεν ἡμᾶς· κοίλην μὲν γὰρ δι' ὀλίγου τὴν θάλατταν ἐποίησεν, ὡς μὴ κατὰ τὰς κώπας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὰς παρεξειρεσίας ἐπεισρεῖν ἡμῖν ἑκατέρωθεν ἀφθόνως τοῦ ὕδατος. Τοῦτο δὴ τὸ τραγικόν·

Καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει·

ἀλλ' οὐ πλάγιόν γε ἦν τὸ κλυδώνιον· ταύτῃ καὶ ἠνύ-

mittas, quod quidem quinque fere sit pedum; hujusmodi enim magnitudo mihi videtur templo conveniens fore; atque aliud Philesii, quod quattuor sit pedum. Haud enim mihi a ratione videtur alienum, hunc ejusdem cum progenitore suo templi et aræ esse participem. Sic alius Mercurio, alius Philesio, alius etiam utrique sacra præteriens offeret. Pergrati autem erunt et hi et illi Mercurio simul et Philesio: Mercurio, dum ejus nepotem honore prosequuntur; Philesio, dum progenitorem ejus colunt. Quamobrem ipse etiam bovem illic immolavi, non quidem, ut Xenophon olim ad Calpes portum fecit, bove ex plaustro abrepto ob hostiarum penuriam, sed ipsis Trapezuntiis splendidam hostiam præbentibus. Extis ibidem inspectis, et fusis super exta libaminibus, pro quonam primum vota nuncupaverimus, non te fugit, utpote mores nostros pernoscentem, et tibi ipsi conscium, te dignum esse pro cujus salute omnes, etiam qui minoribus quam nos a te beneficiis affecti sunt, vota faciant.

4. Ex Trapezunte quum solvissemus, primo die in Hyssi portum appulimus, ac pedites, qui ibi sunt, exercendos curavimus. Cohors enim ista, ut scis, est peditum, et habet equites viginti ministerii tantum causa; sed hos quoque oportuit hastas jaculari.

5. Inde navigavimus primo quidem auris quæ matutino tempore e fluminibus spirant, et simul remigio utentes; nam frigidæ quidem erant auræ, ut Homerus (*Od.* 5, 469) quoque ait, sed celeriter navigare volentibus haud sufficiebant. Deinde tranquillitas est subsecuta, ita ut nos quoque remigio tantum uteremur. Hinc nubes derepente exorta ab Euro potissimum erupit, ventumque violentum et nobis plane adversum excitavit, qui tantum non nos perdidit; mare siquidem tumidum brevi reddidit, ita ut magna vis aquarum non per eam tantum partem ubi remi sunt, verum etiam super partes extremas (*circa proram et puppim*) quæ sunt extra remos, utrimque irrumperet. Erat prorsus tragicum illud:

Hanc antlabamus, illa irrumpit denuo.

Quum tamen non transversi essent fluctus, vix tandem

---

§ 3, l. 1. σύμμετρον] Sacellum potius quam templum fuerit. De hoc Philesio aliunde vix constat. Apollinem φιλήσιον in Didymis memorat Plinius XXXIV, 8, et Statius Theb. VIII, 198. Arriani quoque Philesium e Mileto per Sinopenses in Trapezuntem coloniam transductum esse probabiliter statuit Müller. *Dor.* I, p, 225. || — 9. Xenophon. Anab. VI, 4, 25: Καὶ Ξενοφῶν, ἐπειδὴ οὐκ ἐγεγένητο τὰ ἱερὰ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, λαβὼν βοῦν ὑπὸ ἁμάξης, οὐ γὰρ ἦν ἄλλα ἱερεῖα, σφαγιασάμενος ἐβοήθει.

§ 4, l. 19. Ὕσσου λιμένα] § 8 Hyssus fluvius, a quo portus nomen habet, a Trapezunte distare dicitur stadia 180. Nunc tot stadiis post Trapezuntem occurrit locus *Surmeneh* ad *Surmeni* fluv. Recens hoc nomen jam obtinuit temporibus Procopii et Anonymi, quorum ille De bell. Goth. IV, 2 p. 463, 21 ed. Bonn: Τραπεζουντίων δὲ τὰ ὅρια διήκει ἔς τε κώμην Σουσούρμαιναν καὶ τὸ Ῥίζαιον καλούμενον χωρίον, ὅπερ Τραπεζουντίων διέχει δυοῖν ἡμέραιν ὁδὸν διὰ τῆς παραλίας ἐς Λαζικὴν ἰόντι. Anonym. § 38: εἰς Ὕσσον (l. Ὕσσου) λιμένα τὴν νῦν λεγομένην Σουσάρμια. Priscum nomen adhuc exhibet seculo quarto Notitia imperii c. 27: *cohors Apuleja civium Romanorum Ysiporto*. In Geogr. Rav. *Ysulime*, in Tab. Peut. *Hyssilime* 24 *mill.* a Trapezunte; Ἴσσου λιμὴν in Chron. Paschal. p. 61 ed. Bonn. Apud Scylacem idem, ut videtur, portus vocatur Ψωρῶν λιμήν.

§ 5, l. 27. καὶ ἡμεῖς quid spectet nescio. || — 31. καὶ μόνον ὤνησεν ἡμᾶς codex; καὶ μονονουχὶ ὤλεσεν ἡμᾶς em. Gesner. || — 36. ἐπεισέρρει codex, ἐπεισρέει Athenæus, parodice hoc versu utens, IV, p. 156, E (καὶ τῆς τραπέζης παρατεθείσης ἐδειπνοῦμεν καὶ « τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν (sc. φακῆν), ἡ δ' ἐπεισρέει) et qui eundem laudant tanquam proverbium ἐπὶ τῶν πονούντων καὶ οὐδὲν ἀνυόντων usurpatum, Zenobius I, 75, Diogenian. II, 22, Apostol. II, 65, schol. Lucian. Hermot. c. 61 (ubi ἐπιρρέει) et Suidas v. ἄλλην (ubi ἐξαντλοῦμεν). Cujusnam tragici versus sit, nescimus.

τομεν μόγις καὶ χαλεπῶς τῇ εἰρεσίᾳ, καὶ μέντοι πολλὰ παθόντες ἥκομεν εἰς τὰς Ἀθήνας.

6. Ἔστι γάρ τοι καὶ ἐν Πόντῳ τῷ Εὐξείνῳ χωρίον οὕτω καλούμενον· καί τι καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστιν αὐτόθι Ἑλληνικὸν, ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ τὸ ὄνομα εἶναι τοῦτο τῷ χωρίῳ· καὶ φρούριόν τί ἐστιν ἠμελημένον. Ὁ δὲ ὅρμος οἷος ὥρᾳ ἔτους δέχεσθαι οὐ πολλὰς ναῦς καὶ σκέπην ταύταις παρέχειν ἀπὸ νότου ἀνέμου καὶ αὐτοῦ τοῦ εὔρου· σώζοιτο δ' ἂν καὶ τοῦ βορρᾶ τὰ ὁρμοῦντα πλοῖα, ἀλλὰ οὐ τοῦ γε ἀπαρκτίου, οὐδὲ τοῦ θρασκίου μὲν ἐν τῷ Πόντῳ, σκίρωνος δὲ ἐν τῇ Ἑλλάδι καλουμένου. Εἰς δὲ τὴν νύκτα βρονταί τε σκληραὶ καὶ ἀστραπαὶ κατεῖχον, καὶ πνεῦμα οὐ τὸ αὐτὸ ἔτι, ἀλλὰ εἰς νότον μεθειστήκει, καὶ δι' ὀλίγου ἀπὸ τοῦ νότου εἰς λίβα ἄνεμον, καὶ ταῖς ναυσὶν οὐκέτι ἀσφαλὴς ὁ ὅρμος ἦν. Πρὶν οὖν παντάπασιν ἀγριωθῆναι τὴν θάλατταν, ὅσας μὲν αὐτὸ τὸ χωρίον αἱ Ἀθῆναι δέξασθαι ἠδύναντο, ταύτας αὐτοῦ ἐνεωλκήσαμεν, πλὴν τῆς τριήρους· αὕτη γὰρ πέτρᾳ τινὶ ὑφορμοῦσα ἀσφαλῶς ἐσάλευε. Τὰς δὲ πολλὰς ἐδόκει πέμπειν εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς τοὺς πλησίον νεωλκηθησομένας. Καὶ ἐνεωλκήθησαν ὥστε ἀπαθεῖς διαγενέσθαι πάσας πλὴν μιᾶς, ἥντινα ἐν τῷ ὁρμίζεσθαι πρὸ τοῦ καιροῦ ἐπιστρέψασαν πλαγίαν ὑπολαβὸν τὸ κῦμα ἐξήνεγκεν εἰς τὴν ἠϊόνα καὶ συνέτριψεν. Ἀπεσώθη μέντοι πάντα, οὐ τὰ ἱστία μόνον καὶ τὰ σκεύη τὰ ναυτικὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ οἱ ἧλοι, καὶ ὁ κηρὸς ἀπεξύσθη, ὡς μηδενὸς ἄλλου ἢ ξύλων δεῖσθαι ναυπηγησίμων εἰς τὴν κατασκευήν· ὧν παμπόλλη, ὡς οἶσθα, ἀφθονία ἐστὶ κατὰ τὸν Πόντον. Οὗτος ὁ χειμὼν ἐπὶ δύο ἡμέρας κατεῖχε, καὶ ἦν ἀνάγκη μένειν. Ἐχρῆν γὰρ ἄρα μηδὲ τὰς ἐν τῷ Πόντῳ Ἀθήνας παραπλεῦσαι ἡμᾶς, ὥσπερ τινὰ ὅρμον ἔρημον καὶ ἀνώνυμον.

7. Ἐνθένδε ἄραντες ὑπὸ μὲν τὴν ἕω πλαγίου τοῦ κλύδωνος ἐπειρώμεθα, προϊούσης δὲ τῆς ἡμέρας, βορρᾶς ἐπιπνεύσας ὀλίγος κατέστησε τὴν θάλατταν καὶ διατρεμῆσαι ἐποίησε. Καὶ ἤλθομεν πρὸ τῆς μεσημβρίας σταδίους πλείονας ἢ πεντακοσίους εἰς Ἄψαρον, ἵναπερ αἱ πέντε σπεῖραί εἰσιν ἱδρυμέναι. Καὶ τὴν μισθοφορὰν τῇ στρατιᾷ ἔδωκα καὶ τὰ ὅπλα εἶδον καὶ τὸ τεῖχος καὶ τὴν τάφρον καὶ τοὺς κάμνοντας καὶ τοῦ σίτου τὴν παρασκευὴν τὴν ἐνοῦσαν. Ἥντινα δὲ ὑπὲρ

atque ægre remigio nos expedivimus, et multa quamvis perpessi Athenas pervenimus.

6. Est enim in Ponto quoque Euxino locus sic dictus, nec non Minervæ fanum ibi Græcanicum, a quo locus ille nomen videtur accepisse; etiam castellum quoddam est illic derelictum; porro statio haud multarum navium capax, quæ æstate perfugium eis præbere possit a Noto et ab ipso Euro tutum; fuerintque naves eo appellentes etiam a Borea tutæ, at non ab Aparctia, neque ab eo vento, qui in Ponto Thrascias, in Græcia Sciron appellatur. Sub noctem tonitrua dira atque fulgura mari incubuere, nec ventus amplius idem, sed in Notum ac paulatim ex Noto in Africum conversus est; nec amplius navibus statio tuta exstitit. Ita priusquam mare prorsus exasperaretur, quæcumque naves loco ipso, Athenis, excipi poterant, illas eo in aridum traximus, præter triremem: hæc enim postquam scopulum quendam subierat, tuto in ancoris fluctuabat. Plerasque vero naves in vicina litora misimus in arenam trahendas, quæ quidem omnes salvæ permanserunt, una excepta, quam inter appellendum intempestive latus præbentem fluctus abripuit in oram et perfregit. Omnia tamen servata sunt, non vela tantum et armamenta nautica atque homines, verum etiam clavi; ceram quoque abrasimus, ita ut ad constructionem nulla re alia quam lignis ad naves ædificandas aptis opus sit, quorum ingens, uti nosti, in Ponto copia est. Hæc tempestas per biduum duravit, ita ut necessario nobis illic esset manendum. Neque enim videbatur esse conveniens, Athenas in Ponto Euxino sitas, ceu stationem quandam desertam et ignobilem, præternavigare.

7. Inde quum sub auroram solvissemus, transversis usi fluctibus mare tentavimus; procedente autem die, Boreas leniter spirans mare stravit et sedavit; et pervenimus ante meridiem plus quam quingenta (*trecenta?*) stadia emensi ad Apsarum, ubi quinque cohortes collocatas habemus. Stipendium militibus persolvi, et arma inspexi, et propugnaculum, fossam, ægrotos et rei frumentariæ apparatum suppetentem. De quibus omnibus quæ mea sit sententia, Latinis literis perscri-

§ 6, l. 6. τούτου τοῦ χωρίου et ἡμερημένον corrupte habet Anonymus. Memorant vero Athenas Ponticas Tab. Peuting., Geogr. Rav., Stephan. Byz. s. v. (Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ χωρίον Ἀθῆναι, ὡς Ἀρριανός· ἔστι δὲ καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἑλληνικόν), Procop. De bell. Pers. II, 29 p. 289, 22 Bonn. et De bell. Goth. IV, 2 p. 465, 4: Μετὰ δὲ τὸ Ῥίζαιον αὐτονόμων ἀνθρώπων ὅροι ἐκδέχονται, οἳ δὴ Ῥωμαίων τε καὶ Λαζῶν μεταξὺ ᾤκηνται. Καὶ κώμη τις, Ἀθῆναι ὄνομα, ἐνταῦθα οἰκεῖται, οὐχ ὅτι Ἀθηναίων ἄποικοι, ὥσπερ τινὲς οἴονται, τῇδε ἱδρύσαντο, ἀλλὰ γυνή τις Ἀθηναία ὄνομα ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις κυρία ἐγεγόνει τῆς χώρας, ἧσπερ ὁ τάφος ἐνταῦθα καὶ εἰς ἐμέ ἐστιν. Apud Ptolemæum V, 6 p. 333, 8 inter Rhizuntem et Χορδύβην vel Κορδύλην collocatur Ἀθηνῶν ἄκρον (*Kemer Bouroun*). ‖ — 9. καὶ ἀπὸ τοῦ βορρᾶ editt., « sed præstat lectior structura, quam codex præbet, » *Bernhardy*. Analect. p. 20. ‖ — 16. θάλασσαν cod. ‖ — 18. τῆς τριήρους] Una tantum in classe erat triremis, qua ipse Arrianus, provinciæ præfectus, vehebatur. ‖ — 28. ὧν.. ἀφθονία] V. Xenophon. Anab. VI, 4, 2; Strabo p. 546; Philostrat. Heroic. p. 262 ed. Boiss.

§ 7, l. 36. Vox διατρεμεῖν num alibi occurrat, quæro. ‖ — 37. πεντακοσίους] Numerus hic corruptus esse debet; nam fieri non potuit ut ante meridiem, idque mari et vento non favente, Arrianus quingentorum stadiorum iter perficeret; deinde vero in seqq. ab Athenis usque ad Apsarum nonnisi 280 stadia recte suppu-

αὐτῶν τὴν γνώμην ἔσχον, ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς γράμμασι γέγραπται. Ὁ δ' Ἄψαρος τὸ χωρίον λέγουσιν ὅτι Ἄψυρτος ἐκαλεῖτο πάλαι ποτέ· ἐνταῦθα γὰρ τὸν Ἄψυρτον ὑπὸ τῆς Μηδείας ἀποθανεῖν· καὶ τάφος Ἀψύρτου δείκνυται· ἔπειτα διαφθαρῆναι τὸ ὄνομα ὑπὸ τῶν περιοίκων βαρβάρων, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ διέφθαρται· ὁπότε καὶ τὰ Τύανα τὰ ἐν τοῖς Καππαδόκαις Θόανα λέγουσιν, ὅτι ὠνομάζετο ἐπὶ Θόαντι, τῷ βασιλεῖ τῶν Ταύρων, ὃς τοὺς ἀμφὶ Ὀρέστην καὶ Πυλάδην διώκων ἄχρι τῆσδε τῆς χώρας ἐλθεῖν φημίζεται καὶ ἐνταῦθα νόσῳ ἀποθανεῖν.

8. Ποταμοὺς δὲ παρημείψαμεν ἐν τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Τραπεζοῦντος τόν τε Ὕσσον, ὅτου ἐπώνυμος Ὕσσου λιμήν, ὃς ἀπέχει Τραπεζοῦντος σταδίους ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ τὸν Ὄφιν, ὃς ἀπέχει Ὕσσου λιμένος ἐς ἐνενήκοντα σταδίους μάλιστα, καὶ ὁρίζει τὴν Κόλχων χώραν ἀπὸ τῆς Θιαννικῆς· ἔπειτα τὸν Ψυχρὸν καλούμενον ποταμὸν διέχοντα ὅσον τριάκοντα σταδίους ἀπὸ τοῦ Ὄφεως· ἔπειτα τὸν Καλὸν ποταμόν·

ptum est. Apsarum autem castellum ferunt olim Apsyrtum appellatum; ibi enim Apsyrtum a Medea occisum; et Apsyrti sepulcrum monstratur; nomen illud postea a barbaris accolis vitiatum esse, sicuti etiam alia permulta vitiata sunt, quandoquidem Tyana quoque in Cappadocia Thoana dicunt de Thoante, Taurorum rege, qui Orestem atque Pyladem persequens ad illum usque locum pervenisse ibique morbo interiisse fertur.

8. Fluvios præteriimus in præternavigatione a Trapezunte hosce : Hyssum, unde cognominis Hyssi portus, qui a Trapezunte stadia distat centum et octoginta; et Ophim, qui ab Hysso portu abest nonaginta circiter stadia, Colchorumque regionem a Thiannica separat; deinde Psychrum (*Frigidum*) fluvium ab Ophi distantem triginta circiter stadia; postea Calum (*Pulchrum*) fluvium, qui triginta item stadiis a Psy-

tantur. || — 2. Ἄψαρος] Procop. Bell. Goth. IV, 2 p. 465, 9 : Μετὰ δὲ Ἀθήνας Ἀρχαβίς τε οἰκεῖται καὶ Ἀψαροῦς, πόλις ἀρχαία, ἣ τοῦ Ῥιζαίου διέχει ὁδὸν ἡμερῶν τριῶν μάλιστα. Αὕτη Ἄψυρτος τὸ παλαιὸν ὠνομάζετο, ὁμώνυμος τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τὸ πάθος γεγενημένη· ἐνταῦθα γάρ φασιν οἱ ἐπιχώριοι ἐξ ἐπιβουλῆς Μηδείας τε καὶ Ἰάσονος τὸν Ἄψυρτον ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, καὶ δι' αὐτὸ τὴν ἐπωνυμίαν τὸ χωρίον λαβεῖν. Ὁ μὲν γὰρ ἐν ἐκείνῳ ἀπέθνησκε, τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὠνομάζετο. Ἀλλὰ πολὺς ἄγαν μετὰ ταῦτα ἐπιρρεύσας ὁ χρόνος καὶ ἀνθρώπων ἀναρίθμοις διαδοχαῖς ἐνακμάσας αὐτὸς διαφθεῖραι μὲν τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιβολὴν ἴσχυσεν ἐξ ὧν τὸ ὄνομα ξύγκειται τοῦτο, ἐς δὲ τὸν νῦν φαινόμενον τρόπον μεταρρυθμίσαι τὴν προσηγορίαν τῷ τόπῳ. Τούτου δὲ τοῦ Ἀψύρτου καὶ τάφος ἐκ τῆς πόλεως τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιόν ἐστιν. Αὕτη πόλις ἦν τὸ παλαιὸν πολυάνθρωπος, καὶ τεῖχος μὲν αὐτὴν περιέβαλε, μέγα τι χρῆμα, θεάτρῳ δὲ καὶ ἱπποδρόμῳ ἐκαλλωπίζετο καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷσπερ πόλεως μέγεθος δείκνυσθαι εἴωθε· νῦν δὲ δὴ αὐτῶν ἄλλο οὐδὲν ἀπολέλειπται, ὅτι μὴ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη. Stephan. Byz. v. Ἀψυρτίδες : Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ Ἄψαρος, Ἄψυρτος πρότερον λεγόμενος. Memorat Apsarum fluv. Scylax p. 26, Appian. Mithrid. c. 101, Plinius VI, 4 : *flumen Absarum cum castello cognomine in faucibus a Trapezunte 140 mill. passuum* (= 1120 stad.; sec. Arrian. 1000 stad.). *Ejus loci a tergo montium Iberia est.* Idem c. 9 :.. *Paryadris montibus, qui fundunt Absarum.* Ptolemæus p. 335, 14 : Ἄψορρος (sic) πόλις (44°, 30') et Ἀψόρρου ποταμοῦ ἐκβολαί (44° 40') (De his cf. not. ad § 9). Chronicon Pasch. p. 61 Bonn. : οἱ δὲ καλούμενοι Σάλλοι (l. Σάνναι) οἱ καὶ Σανῖται κεκλημένοι, οἱ ἕως τοῦ Πόντου ἐκτείνοντες, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ Ἄψαρος καὶ Σεβαστόπολις καὶ ὁ Ἴσσου (Οἴσσου var. lect.; leg. ὁ Ὕσσου) λιμὴν καὶ Φᾶσις ποταμός· ἕως τοῦ Τραπεζοῦντος ἐκτείνει τὰ ἔθνη ταῦτα. Tab. Peuting. et Geogr. Ravenn. : *Apsaron.* Vibius Seq. p. 6 : *Absyrtus, fluvius Colchorum.* || — 8. ὅτι οὕτως ὠνομάζετο Gailius præter fidem codicis; neque Anonymus, qui hæc transcripsit, vocem οὕτως habet. Locum hunc citat Stephanus Byz. : Τύανα, πόλις μέση Κιλικίας καὶ Καππαδοκίας... Ἐκαλεῖτο δὲ Θόανα καὶ κατὰ παραγραμματισμὸν Τύανα, ὡς Ἀρριανός. De Oreste cum Iphigenia per Cappadocian fugiente cf. Diyllus ap. Etym. M. p. 526, 30 (Fragm. Hist. II, p. 361, 5), ubi Comana (quæ urbs non longe a Thyanis distat) nomen a coma Orestis habere traditur.

§ 8, l. 15. Ὄφιν] Ὀφιοῦντα Anon.; *Opiunte* Tab. Peut.; *Offeunte* Geog. Rav. Etiamnunc locus *Of* ad fluvium *Sulanlu-Su.* Apud Ptol. dimidio gradu a Trapezunte distans memoratur locus Ὀπιοῦς; sic certe vulgo legitur; codices Wilbergii præbent πιτιοῦσα, πιτυοῦσα, πτιοῦσα; unde Πιτυοῦς collato Strabone XI, p. 496 (ubi de Pityunte quæ supra Dioscuriadem est, agitur) scripsit nuperus editor, haud recte, quum non alius nisi Ophiûs locus indicari possit. Distantia sane ponitur nimia, sed magis etiam auxit eam Tab. Peuting., in qua ab Hyssi portu 18 mill., a Trapezunte 42 mill. computantur. || — 17. Θιαννικῆς] Θιανιτικῆς Anonymus. Quum de ejusmodi nominis regione nihil notum sit, Holstenius leg. proposuit Σαννικῆς. Attamen infra § 15 Arrianus dicit Trapezuntiis contermminos esse Colchos; deinde singulas gentes recensens primos nominat Sannos (quos recentiores etiam Tzanos dixerunt), ut hos ipsos Colchicis gentibus accensuisse putari debeat, ideoque mirum foret, si nostro loco Sannos et Colchos distingueret. Contra vero in ipsorum Trapezuntiorum ditione Sannos habitasse inde colligis quod Strabo ait Sannos non diversos esse a Macrocephalis sive Macronibus, quos in Trapezuntio tractu collocat Scylax. Utrumque ita conciliare licet ut Arrianum gentis partem in Trapezuntia regione habitantem (Macrocephalos Scylacis) Thiannos (ut recentiores Τζάνους et Τζανικὴν χώραν dicunt), alteram in Colchica Sannos vocasse putemus. || — 18. Ψυχρὸν] hod. *Baltachi-Su,* ad quem fl. nunc *Egriliman.* || — 19. Καλὸν ποτ.] Καλὸν ποταμὸν τὸν νῦν λεγόμενον Καλὴν παρεμβολήν, Anonymus; unde colligis castellum ad eum situm fuisse. Etiamnunc *Kalopota-*

καὶ οὗτος τριάκοντα διέχει ἀπὸ τοῦ Ψυχροῦ. Ἐχόμενος δέ ἐστιν ὁ Ῥίζιος ποταμὸς, ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους διέχων ἀπὸ τοῦ Καλοῦ. Καὶ ἀπὸ τούτου τριάκοντα Ἄσκουρος ἄλλος ποταμός· καὶ Ἀδιηνός τις ἀπὸ τοῦ Ἀσκούρου ἑξήκοντα· ἐνθένδε εἰς Ἀθήνας ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. Ταῖς δὲ Ἀθήναις Ζάγατις ποταμὸς ἑπτὰ μάλιστα σταδίους ἀπ' αὐτῶν διέχων πρόσκειται. Ἀπὸ δὲ τῶν Ἀθηνῶν ὁρμηθέντες τὸν Πρύτανιν παρημείψαμεν, ἵναπερ καὶ τὰ Ἀγχιάλου βασίλειά ἐστιν. Καὶ οὗτος ἀπέχει τεσσαράκοντα σταδίους ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν. Τοῦ Πρυτάνεως δὲ ἔχεται ὁ Πυξίτης ποταμός· στάδιοι ἐνενήκοντα ἐν μέσῳ ἀμφοῖν. Καὶ ἀπὸ τοῦ Πυξίτου ἐς Ἄρχαβιν ἄλλοι ἐνενήκοντα· ἀπὸ δὲ Ἀρχάβιος εἰς Ἄψαρον ἑξήκοντα.

9. Ἀπὸ δὲ Ἀψάρου ἄραντες τὸν Ἄκαμψιν παρημείψαμεν νύκτωρ, ἐπὶ πεντεκαίδεκα σταδίους ἀπέχοντα

chro separatur. Vicinus est Rizius fluvius, a Calo centum et viginti stadia distans. Ab hoc triginta stadia Ascurus alius fluvius; deinde Adienus quidam ab Ascuro distans stadia sexaginta. Inde Athenas usque sunt centum et octoginta stadia. Athenis fluvius Zagatis vicinus est, ab eis septem maxime stadiorum intervallo distans. Athenis autem quum solvissemus, Prytanin prætervecti sumus, ubi Anchiali est regia. Fluvius hic ab Athenis quadraginta stadia abest. Prytani vicinus est Pyxites, nonaginta stadiorum spatio interposito. A Pyxite ad Archabin item sunt nonaginta; ab Archabi ad Apsarum sexaginta stadia.

9. Ab Apsaro quum solvissemus, Acampsin quindecim circiter stadia ab Apsaro distantem noctu præ-

---

mos. || — 2. Ῥίζιος] Ῥιζοῦς λιμὴν Ptolemæus; Ῥίζαιον locum dicit Procopius l. l., eo usque pertinuisse narrans ditionem Trapezuntiorum. In Tab. Peuting. corrupte legitur *Reila*, 15 mill. ab Ophiunte distans. Geographus Rav. Rhizium non memorat, verum inter Ophin et Adienum duos locos affert aliunde non notos, *Medocinam* et *Solodicinam*. Nunc Rhizius fl. *Rochis-Su*, cui adjacet *Risa* oppidum, quod quum in Bechirorum ditione situm esset, Scylax p. 63 Bechiriadem dixisse videtur. || — 3. στάδια codex et lin. 7 et 10 iterum. || — 4. Ἄσκουρος] εἰς Ἀσκούρναν Anon. Nunc *Asforos Dere*. || — 4. Ἀδιηνός] εἰς Ἀδιηνὸν[τὸν] ἤδη λεγόμενον Ἀδινῆον cod. Anonymi; *Gadinio* Geogr. Rav.; *Ardinio* 18 mill. a Rhizio distans in Tab. Peuting. Apud Scylacem Ὠδεινιὸς, urbs græca, memoratur. Nunc fluvius *Kanlu Dere*. || — 5. Ἀθήνας] 16 mill. ab Adinio distat sec. Tab. Peuting. Cf. supra not. ad § 6. Inter Adienum et Athenas Anonymus recenset Cordylam, ab illo 100, ab his 80 stadiis separatam. Idem locus apud Ptolemæum in editt. vocatur Χορδύλη, quamquam codex C Wilbergi habet Κορδύλη, quod recipiendum videtur. Aliam ejusdem nominis urbem vide in § 23. Medium inter Cordylen et Archabin fl. oppidum, æquali utrinque distans intervallo ($^1/_3$ grad. sive ad 150 stadia) Ptolemæus nominat Μάρθουλα vel Μόρθουλα, quod neque Arrianus neque sic Anonymus memorat; verum quum Anonymus eodem loco Ἀρμένην τόπον, a Cordyle stadia 144, ab Archabi 156 stadia distantem exhibeat, probabile fit Μάρθουλα et Ἀρμένην ad idem pertinere oppidum, quod componendum est cum hodierno *Odcha*, ad fluvium sito cognominem. || — 6. Ζάγατις] *Arabis* ap. Scylac. Nunc *Sucha Dere*. || — 8. Πρύτανιν] Πόρδανιν sec. Scylac.; nunc *Furtuna Su*. Ab eo 24 stadia distat Armene ap. Anonymum. || — 9. Ἀγχιάλου] Cf. de eo infra § 15 et Dio Cass. LXVIII, 19. || — 11. Πυξίτης] Memoratur a Plinio VI, 4. Idem fortasse a Scylace § 82 Ἀρίων dicitur. Nunc *Witzeh-Su*. || — 13. Ἄρχαβιν] *Arcabis* Geogr. Rav.; *Abgabes*, 9 mill. ab Athenis distans, in Tab. Peuting.; Ἄρχαβις ap. Ptolem., qui inter Arcadin et Apsarum collocat Ξυλίνην et Κίσσαν (hod. *Kisseh*.); *Cissam* habet etiam Tab. Peuting. et Geographus Rav., qui deinde ante Apsarum memorat locum *Rucion* aliunde non notum. Archabis apud Scylacem corrupte appellatur Δρααανών. Nunc audit *Archawi* vel *Archaweh Su*.

§ 9, l. 15. Ἄψαρον] *Choppa Su.*; 16 mill. a Cissa, 37 mill. a Arcabi remotus sec. Tab. Peut. Stadiasmus falsissimus h. l. ex confusis Apsaro et Acampsi fluviis derivandus videtur. Ceterum de Apsaro cf. supra. Hucusque pertinet primum fragmentum peripli Anonymi. || — 15. Ἄκαμψιν] Memoratur fluvius a Plinio VI, 4 et a Geographo. Ravenn., ubi post Apsarum sequitur nomen corruptum *Acamas*, et a Procopio, Bell. Goth. IV, 2, p. 464, qui fusius de eo exponit: Ἐκ τούτων δὲ τῶν Τζανικῶν ὀρῶν κάτεισι ποταμὸς Βόας ὄνομα, ὃς δὴ ἔς τε λόχμας παμπληθεῖς ἰὼν καὶ χώραν λοφώδη περιερχόμενος φέρεται μὲν ἄγχιστα τῶν Λαζικῆς χωρίων, ποιεῖται δὲ τὰς ἐκβολὰς ἐς τὸν Εὔξεινον καλούμενον πόντον, οὐ μέντοι Βόας καλούμενος· ἐπειδὰν γὰρ τῆς θαλάσσης ἐγγὺς ἵκηται, τὸ μὲν ὄνομα μεθίησι τοῦτο, ἑτέρας δὲ τὸ ἐνθένδε προσηγορίας μεταλαγχάνει, ἐκ τῶν οἱ ἐπιγινομένων ὄνομα κτώμενος· Ἄκαμψιν γὰρ αὐτὸν τὸ λοιπὸν καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι, τούτου δὴ ἕνεκα, ὅτι δὴ κάμψαι αὐτὸν τῇ θαλάσσῃ ἀναμιχθέντα ἀμήχανά ἐστιν, ἐπεὶ ξὺν ῥύμῃ τοσαύτῃ καὶ ὀξύτητι τοῦ ῥοῦ τὰς ἐκβολὰς ποιεῖται, ταραχὴν πολλὴν τοῦ ῥοθίου ἐπίπροσθεν ἐργαζόμενος, ὥστε ὡς πορρωτάτω τῆς θαλάσσης ἰὼν ἄπορον ποιεῖται τὸν ταύτῃ διάπλουν· οἵ τε ναυτιλλόμενοι ἐνταῦθα τοῦ Πόντου, εἴτε Λαζικῆς εὐθὺ πλέοντες εἴτε καὶ ἐνθένδε ἀπάραντες οὐκέτι ἑξῆς διαπλεῖν δύνανται· κάμψαι γὰρ τοῦ ποταμοῦ τὸν ῥοῦν οὐδαμῇ ἔχουσιν, ἀλλὰ πορρωτάτω μὲν ἀναγόμενοι τοῦ ἐκείνῃ πελάγους, ἐπὶ μέσου δὲ τοῦ πόντου ἰόντες, οὕτω δὴ ἀπαλλάσσεσθαι τῆς τοῦ ποταμοῦ ἐκβολῆς δύνανται. Magnus hic fluvius hodie est *Tschorweh Tschai*. Ab Apsaro quod abesse dicitur stadia *quindecim*, id aperte falsum est. Sunt ad 150 stadia, quæ reponere non dubitarem, nisi vulgata quadraret cum summa stadiorum 2260, quæ Arrianus a Trapezunte ad Dioscuriadem computat, adeo ut auctorem vel memoria vel vetustiores geographi, ex quibus hunc stadiasmum incaute exscripsit, fefellisse videantur. Recte

τοῦ Ἀψάρου. (ϑ) Ὁ δὲ Βαθὺς ποταμὸς ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ἀπέχει τούτου· καὶ ὁ Ἀκίνασις ἀπὸ τοῦ Βαθέος ἐνενήκοντα· ἐνενήκοντα δὲ καὶ ἀπὸ Ἀκινάσου ὁ Ἶσις. Ναυσίποροι δέ εἰσιν ὅ τε Ἄκαμψις καὶ ὁ Ἶσις, καὶ αὔρας τὰς ἑωθινὰς ἰσχυρὰς ἐκπέμπουσιν. Ἀπὸ δὲ Ἴσιος τὸν Μῶγρον παρημείψαμεν. Ἐνενήκοντα στάδιοι μεταξὺ τοῦ Μώγρου εἰσὶ καὶ τοῦ Ἴσιος· καὶ οὗτος ναυσίπορος.

10. Ἐνθένδε εἰς τὸν Φᾶσιν εἰσεπλεύσαμεν ἐνενήκοντα τοῦ Μώγρου διέχοντα, ποταμῶν ὧν ἐγὼ ἔγνων κουφότατον ὕδωρ παρεχόμενον καὶ τὴν χροιὰν μάλιστα ἐξηλλαγμένον· τὴν μὲν γὰρ κουφότητα τῷ τε σταθμῷ τεκμαίροιτο ἄν τις καὶ πρὸ τούτου, ὅτι ἐπιπλεῖ τῇ θαλάττῃ, οὐχὶ δὲ συμμίγνυται, καθάπερ τῷ Πηνειῷ τὸν Τιταρήσιον λέγει ἐπιρρεῖν Ὅμηρος καθύπερθεν ἠΰτ' ἔλαιον. Καὶ ἦν κατὰ μὲν τοῦ ἐπιρρέοντος βάψαντα γλυκὺ τὸ ὕδωρ ἀνιμήσασθαι· εἰ δὲ εἰς βάθος τις καθῆκε τὴν κάλπιν, ἁλμυρόν. Καίτοι ὁ πᾶς Πόντος πολύ τι γλυκυτέρου τοῦ ὕδατός ἐστιν ἤπερ ἡ ἔξω θάλαττα· καὶ τούτου τὸ αἴτιον οἱ ποταμοί εἰσιν, οὔτε πλῆθος οὔτε μέγεθος σταθμητοὶ ὄντες. Τεκμήριον δὲ τῆς γλυκύτητος, εἰ τεκμηρίων δεῖ ἐπὶ τοῖς αἰσθήσει φαινομένοις, ὅτι πάντα τὰ βοσκήματα οἱ προσοικοῦντες τῇ θαλάττῃ ἐπὶ τὴν θάλατταν κατάγουσι καὶ ἀπ' αὐτῆς ποτίζουσι· τὰ δὲ πίνοντά τε ἡδέως ὁρᾶται, καὶ λόγος κατέχει ὅτι καὶ ὠφέλιμον αὐτοῖς τοῦτο τὸ ποτόν ἐστι τοῦ γλυκέος μᾶλλον. Ἡ δὲ χρόα τῷ Φάσιδι οἵα ἀπὸ μολίβδου ἢ καττιτέρου βεβαμμένου τοῦ ὕδατος· καταστὰν δὲ καθαρώτατον γίγνεται. Οὐ τοίνυν νενόμισται εἰσκομίσαι ὕδωρ εἰς τὸν Φᾶσιν τοὺς εἰσπλέοντας· ἀλλ' ἐπειδὰν εἰσβαίνωσιν ἤδη εἰς τὸν ῥοῦν, παραγγέλλεται πᾶν ἐκχέαι τὸ ἐνὸν ὕδωρ ἐν ταῖς ναυσίν· εἰ δὲ μή, λόγος κατέχει ὅτι οἱ τούτου ἀμελήσαντες οὐκ εὐπλοοῦσι. Τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ Φάσιδος οὐ σήπεται, ἀλλὰ μένει ἀκραιφνὲς καὶ ὑπὲρ δέκατον ἔτος, πλήν γε δὴ ὅτι εἰς τὸ γλυκύτερον μεταβάλλει.

terivimus. Ab Acampsi Bathys (*Profundus*) fluvius abest septuaginta quinque, a Bathy Acinasis nonaginta; ab Acinasi Isis item nonaginta stadia. Acampsis autem et Isis fluvii sunt navigabiles, qui matutino tempore validas admodum auras emittunt. Ab Isi Mogrum præteriimus. Nonaginta stadia Mogrum inter et Isin sunt. Mogrus quoque navigabilis est.

10. Inde in Phasim navigavimus, nonaginta stadia a Mogro distantem et inter fluvios mihi cognitos levissimam aquam præbentem et colore maxime singularem. Ac levitatem quidem tum statera aliquis probaverit, tum facilius etiam inde, quod mari innatat, nec cum eo commiscetur; sicuti Titaresium Peneo innatare Homerus (*Il.* 2, 754) dicit insuper instar olei. Porro si quis in summum fluctum urnam immergeret, aquam hauriebat dulcem; si contra in profundum demitteret, salsam. Quamquam universus Pontus longe dulcioris est aquæ quam mare externum, propter immensam scilicet fluminum multitudinem magnitudinemque. Dulcedinis autem argumentum (si modo argumentis opus est in iis quæ sensu percipiuntur), quod maris accolæ pecora omnia ad mare ducunt et ex illo aquantur. Illa vero cernuntur lubenter bibere, et fama obtinet dulci salubriorem eis hunc potum esse. Color autem Phasidis similis aquæ plumbo vel stanno infectæ, quæ tamen ubi subsedit, purissima fit. Quamobrem mos obtinuit, ne ingredientes Phasim quicquam aquæ invehant; sed simulac flumen ingressi fuerint, præcipitur, ut quicquid in navibus sit aquæ, effundatur : sin minus, fama invaluit inobedientibus haud felicem fore navigationem. Aqua Phasidis a putredine est immunis, ac plus quam decem annis incorrupta manet, nisi quod in dulciorem abit.

---

puto, Mannertus VI, 2, p. 364 censet Ptolemæum V, 6 p. 335 Apsarum sive Apsorrhum confudisse cum Acampsi. Cujus confusionis suspicionem vel eo movetur quod Apsorrhus urbs sexta gradus parte removetur a fluvio Apsorrho. Deinde vero non in Apsarum fluvium mediocrem, verum in Acampsin nostrum cadere videntur quæ de fontium loco, deque Glauco et Lyco influentibus Ptolemæus monet. Denique Strabo XI, p. 529 quum in hoc tractu nonnisi duos fluvios Phasin et Lycum memoret, Lycum intelligere videtur Acampsin nostrum, monente Mannerto, quem vide. In Scylace τὸν Λῃστῶν ποταμὸν ad Acampsin fluv. retuli. || — 1. Βαθὺν] Fluvius nunc *Tzulchuda Su;* vetus nomen superest in *Batoum* promontorio et *Batoum* oppido. Memorat fluvium Plinius VI, 4, sed extra ordinem; nam ita habet : *Flumina : Acampsis, Isis, Mogrus, Bathys*. In Tab. Peuting. notatur *Portus Altus* (i. e. Βαθύς), 6 mill. ab Apsaro distans; quæ distantia quum falsissima sit, facilis suspicio est hunc quoque auctorem Apsarum cum Acampsi confudisse, idque eo confirmari dicas, quod idem 16 millia sive 128 stadia numerat a Cissa ad Apsarum; is enim computus ad Acampsin potius directus esse apparet. || — 2. Ἀκίνασις] Sequitur genitivus Ἀκινάσου, adeo ut vel hoc vel illud corruptum sit; Gailius scripsit Ἀκινάσης. Aliunde non notus fluvius hodie vocatur *Tchuruk-Su*. || — 4. Ἶσις] *Apasidem* Tab. Peuting.; *Apisidem* Geogr. Rav., i. e. Ad Isidem. Hodie fluv. *Schef-Katil* vel *Schakwatil*. || — 6. Μῶγρον] Sic etiam Plinius l. l.; *Nigro* Tab. Peut. et Geogr. Rav. Nunc *Kegoli*.

§ 10, l. 13. ὅτι ἐπίπλει cod. et editt. || — 14. θαλάσσῃ vgo et h. l. et lin. 20 et 24. || — 15. Post v. καθύπερθεν editores de suo intulerunt vocem ἐπιρρέει. || — 36. εἰς τὸ γλυκύτερον μεταβάλλει] Cf. quæ in codice Monacensi inter Ctesiæ fragmenta (p. 94 ed. nostr.) leguntur : Τοῦ Φάσιδος ποταμοῦ τὸ ὕδωρ ἐν ἀγγείῳ διαμεῖναν νυχθήμερον οἶνος ἥδιστος γίνεται. Etiam Ponti aquam dulcedine et colore ab aqua Ægæi maris diversam veteres narrant. V. Aristot. Probl. XXIII, 6. Po-

11. Εἰσβαλλόντων δὲ εἰς τὸν Φᾶσιν ἐν ἀριστερᾷ ἵδρυται ἡ Φασιανὴ θεός. Εἴη δ' ἂν ἀπό γε τοῦ σχήματος τεκμαιρομένῳ ἡ Ῥέα· καὶ γὰρ κύμβαλον μετὰ χεῖρας ἔχει, καὶ λέοντας ὑπὸ τῷ θρόνῳ, καὶ κάθηται ὥσπερ ἐν τῷ Μητρῴῳ Ἀθήνησιν ἡ τοῦ Φειδίου. Ἐνταῦθα καὶ ἡ ἄγκυρα δείκνυται τῆς Ἀργοῦς· καὶ ἡ μὲν σιδηρᾶ οὐκ ἔδοξέ μοι εἶναι παλαιά (καίτοι τὸ μέγεθος οὐ κατὰ τὰς νῦν ἀγκύρας ἐστὶ, καὶ τὸ σχῆμα ἀμηγέπη ἐξηλλαγμένη), ἀλλὰ νεωτέρα μοι ἐφάνη εἶναι τοῦ χρόνου· λιθίνης δέ τινος ἄλλης θραύσματα ἐδείκνυτο παλαιά, ὡς ταῦτα μᾶλλον εἰκάσαι ἐκεῖνα εἶναι τὰ λείψανα τῆς ἀγκύρας τῆς Ἀργοῦς. Ἄλλο δὲ οὐδὲν ὑπόμνημα ἦν ἐνταῦθα τῶν μύθων τῶν ἀμφὶ τὸν Ἰάσονα.

12. Τὸ μέντοι φρούριον αὐτὸ, ἵναπερ κάθηνται τετρακόσιοι στρατιῶται ἐπίλεκτοι, τῇ τε φύσει τοῦ χωρίου ὀχυρώτατον εἶναί μοι ἔδοξε, καὶ ἐν ἐπιτηδειοτάτῳ κεῖσθαι πρὸς ἀσφάλειαν τῶν ταύτῃ πλεόντων. Καὶ τάφρος διπλῆ περιβέβληται τῷ τείχει, εὐρεῖα ἑκατέρα. Πάλαι μὲν οὖν γήϊνον τὸ τεῖχος ἦν καὶ οἱ πύργοι ξύλινοι ἐφεστήκεσαν, νῦν δὲ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς πεποίηται καὶ αὐτὸ καὶ οἱ πύργοι, καὶ τεθεμελίωται ἀσφαλῶς, καὶ μηχαναὶ ἐφεστᾶσι, καὶ ἑνὶ λόγῳ, πᾶσιν ἐξήρτυται πρὸς τὸ μηδὲ πελάσαι ἄν τινα αὐτῷ τῶν βαρβάρων, μήτιγε δὴ εἰς κίνδυνον καταστῆσαι πολιορκίας τοὺς ἐν αὐτῷ φρουροῦντας. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸν ὅρμον ἐχρῆν ἀσφαλῆ εἶναι ταῖς ναυσὶ, καὶ ὅσα ἔξω τοῦ φρουρίου κατῳκεῖτο ὑπό τε τῶν πεπαυμένων τῆς στρατιᾶς καί τινων καὶ ἄλλων ἐμπορικῶν ἀνθρώπων, ἔδοξέ μοι ἀπὸ τῆς διπλῆς τάφρου, ἣ περιβέβληται τῷ τείχει, ἄλλην τάφρον ἐκβαλεῖν ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἣ τό τε ναύσταθμον περιέξει καὶ τὰς ἔξω τοῦ τείχους οἰκίας.

13. Ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσιδος Χαρίεντα ποταμὸν παρημείψαμεν ναυσίπορον· στάδιοι μεταξὺ ἀμφοῖν ἐνενή-

11. Intrantibus Phasim a sinistra positum est signum deæ Phasianæ, quam ex forma et habitu argumentum petens Rheam esse dixeris : nam et cymbalum manibus tenet, et leones habet in ima throni parte, sedetque eodem modo atque illa in Metroo Atheniensi, Phidiæ opus. Ibidem etiam ancora Argûs navis ostenditur : quæ tamen quum ferrea sit, non mihi visa est antiqua : quamquam magnitudine recedit ab hodiernis ancoris, et forma aliquid habet singulare : sed nihilominus istis Argonautarum temporibus recentior esse mihi visa est. At alterius cujusdam lapideæ ancoræ fragmenta vetusta monstrabant, ut has potius conjicias Argûs ancoræ reliquias esse. Nullum præterea ibi eorum, quæ de Iasone fabulis produntur, monumentum exstabat.

12. Ipsum vero castellum, in quo quadringenti electi milites sunt collocati, et loci natura munitissimum mihi visum est, et peropportune situm ad securitatem eo appellentium. Fossa murus cinctus est duplici lataque. Olim terrenus fuit murus, ligneæque stabant turres; at nunc ille pariter atque turres ex latere coctili sunt exstructa; ipse murus probe fundatus est et machinas impositas habet, atque uno verbo omnibus rebus ita est instructus, ut nullus barbaris aditus pateat, illiusque custodes ab omni sint oppugnationis periculo tuti. Quoniam autem ipsum quoque portum oportuit navibus tutum esse, et quidquid locorum extra castrum incolitur ab iis qui militia sunt immunes, et ab aliis quibusdam mercaturam exercentibus, decrevi a duplici illa fossa murum cingente alteram ad flumen usque deducere, quæ et ipsam stationem et cetera, quæ sunt extra murum, ædificia complectatur.

13. A Phaside autem Charientem (*Jucundum*) fluvium navigabilem prætervecti sumus : stadia inter

---

lyb. IV, 42. Strabo I, p. 49. Macrob. Sat. VII, 2. Ammian. XXII, 8, 46. Philostrat. Imagg. I, 13, citante Ukerto III, 2, p. 173.

§ 11, l. 1. ἐν ἀριστερᾷ] Cf. Apoll. Rh. II, 1266 : (Argonautæ in Phasin innavigantes) ἔχον δ' ἐπ' ἀριστερὰ χειρῶν Καύκασον αἰπήεντα Κυταιΐδα τε πτόλιν Αἴης, ἔνθεν δ' αὖ πεδίον τὸ Ἀρήιον ἱερά τ' ἄλση τοῖο θεοῦ.

§ 12, l. 16. De præsidiis Romanis in castellis totius hujus tractus cf. Procop. Bell. Goth. IV, 2 p. 466 : Λέγουσι μὲν οὖν ὡς κατὰ τοὺς Τραϊανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος χρόνους κατάλογοι Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἐνταῦθά τε καὶ μέχρι ἐς Λαζοὺς καὶ Σαγίδας (leg. Σανίγας) ἵδρυντο. Τὰ δὲ νῦν ἄνθρωποι ἐνταῦθα οἰκοῦσιν οὔτε τοῦ Ῥωμαίων οὔτε τοῦ Λαζῶν βασιλέως κατήκοοι ὄντες, πλήν γε δὴ ὅτι Χριστιανοῖς οὖσιν οἱ Λαζῶν ἐπίσκοποι τοὺς ἱερεῖς καθίστανται σφίσι. Καὶ αὐτοὶ ἔνσπονδοί τε καὶ φίλοι ἀμφοτέροις ἐθέλουσιν εἶναι, τούς τε ἐξ ἑκατέρων παρὰ τοὺς ἑτέρους ἀεὶ στελλομένους παραπέμψαι διηνεκῶς ὡμολόγησαν. Ὃ δὴ φαίνονται καὶ ἐς ἐμὲ δρῶντες. ἀκάτοις γὰρ ἰδίαις τοὺς παρ' ἑτέρου βασιλέως ἐς τὸν ἕτερον στελλομένους ἀγγέλους ναυτιλλόμενοι παραπέμπουσι. Φόρου μέντοι ὑποτελεῖς οὐδαμῇ γεγένηνται ἐς τόδε τοῦ χρόνου. Sanigarum gens postrema est earum quas in hac ora Romanis subjectas Arrianus recenset. ‖ — 23. ἑνὶ λόγῳ] ἐν ὀλίγῳ cod.; em. Bernhardy in Analect. p. 20.

§ 13. A Phasi usque ad Sebastopolin sive Dioscuriadem series fluviorum oppidorumque ita habet in Tab. Peuting., Geogr. Rav. V, 10 et II, 12, Ptolemæo V, 10, Scylace § 81, Plinio VI, 4, 14 :

χοντα· καὶ ἀπὸ τοῦ Χαρίεντος ἐς Χῶβον ποταμὸν εἰσεπλεύσαμεν, ἄλλους ἐνενήκοντα, ἵναπερ καὶ ὡρμίσθημεν. Ὧν δὲ ἕνεκα καὶ ὅσα ἐνταῦθα ἐπράξαμεν, δηλώσει σοι τὰ Ῥωμαϊκὰ γράμματα. Ἀπὸ δὲ Χώβου Σιγάμην ποταμὸν παρημείψαμεν ναυσίπορον· διέχει δὲ τοῦ Χώβου σταδίους ἐς δέκα καὶ διακοσίους μάλιστα. Ἔχεται δὲ τοῦ Σιγγάμου Ταρσούρας ποταμός· στάδιοι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μεταξὺ ἀμφοῖν. Ὁ δὲ Ἵππος ποταμὸς τοῦ Ταρσούρου πεντήκοντα σταδίους

utrumque nonaginta : et a Chariente ad Chobum navigavimus, nonaginta pariter stadiis distantem, ubi etiam appulimus : qua autem de causa, quidque illic egerimus, ex Latinis literis cognosces. A Chobo Singamen fluvium navigabilem prætervecti sumus, qui a Chobo ducentis circiter et decem stadiis abest. Singami vicinus est Tarsuras fluvius : stadia inter utrumque centum et viginti. Hippus fluvius a Tarsura

ARRIANUS.		TAB. PEUTING.		GEOG. RÁV.	PTOLEMÆUS.		SCYLAX.	PLINIUS.		
Φᾶσις.		Phasis.		I Phasis.	Φᾶσις.	45°	Φᾶσις.	Phasis.	*Rion.*	
Χαρίεις.	stad. 90	Cariente mil.	3	4 Charientos.	Χαρίουστος.	45°,15'	Ἄριος *.	Charien.		
					Αἰάπολ:ς.	45°,30'				
Χῶβος.	90	Chobus.	16	5 Chobz.			Χόρσος *.	Chobus.	*Copi* a Phasi stad.	80
					Νεάπολις.	45°,40'				
							Χερόβιος.	Rhoas.	*Eniouri.*	
Σιγάμης.	210	Sicanabis.	19	2 Siganion.	Σιγάνεον.	45°,45'		Sigames.	*Gagida.*	120
				3 Cotarsis.						
		Cyanes.	4	7 Cyanees.	Κυάνεος.	46°,10'	Γυηνός.		*Gudasa.*	
Ταρσούρας.	120	Tassirus.	12	6 Tasbirus.				Tarsuras.	*Tsoricha.*	80
Ἵππος.	150				Ἵππος.	46°,30'			*Osingiri.*	80
Ἀστέλεφος.	30	Stempeo.	4	8 Stelippon.				Astelephus.	*Tamiche.*	40
				9 Nicopolis.						
				10 Lamiupolis.						
								Chrysorrhoas.	*Salamacho.*	100
Σεβαστόπολις.	120	Sebastopolis.	4	Sevastopolis.	Διοσκουριάς.	46°,45'	Διοσκουρίς.	Sebastopolis.	*Isgaur.* ad *Iskuriah* prom.	
	810		62							500

In Geographo Rav. seriem nominum, appositis numeris a nobis indicatam, ad ordinem, quem reliqui testes exhibent, accommodavimus. Qua in re fortasse ultra progrediendum erat; fieri enim potest ut Lamiupolis et Nicopolis eædem sint cum Æapoli et Neapoli apud Ptolemæum. Summa a Phaside ad Sebastopolin ap. Arr. colligitur stadiorum 810, consentiente Plinio VI, 4 § 14, qui 100 m. p. exputat. Strabo p. 94 et 497 nonnisi 600 stadia ponit. Vel hoc nimium est, quum vera oræ longitudo a *Rione* usque ad prom. *Iskuriah* non multum excedat stadia 500; quod bene tenendum est in definiendo situ locorum. In Tab. Peuting. summa efficitur mill. 62 sive 496 stadiorum, quod a vero fere non recedit, quamquam singulorum distantiæ locorum parum recte habere videntur. Recentiora fluminum nomina cum priscis composui ut distantiarum rationes et oræ delineatio in mappis Manganari et Gauttieri postulare videbantur. || — Χαρίεις] In mappa Gauttieri proximus a Phasi post 80 stadiorum intervallum notatur *Copi* fluvius. Quare ad hunc retulerunt Charientem Arriani Lapieus aliique. Attamen *Copi* aperte sonat Χῶβον Arriani. Hæc nominis similitudo majoris facienda quam distantiarum rationes, quas falsissimas in hoc tractu notari luce clarius est. Præterea inter Phasin et *Copi* alius fluvius notatur in novissima mappa Manganariana (Petropol. 1845), qui a Phasi 30 fere stadiis distat. Is igitur fuerit Charieis, qui secundum Tab. Peuting. a Phasi distat milibus quattuor. — Apud Ptolemæum fluvius vulgo est Χαρίστος; sed codices Wilbergi omnes exhibent Χαρίουστος. Corruptum nomen apud Scylacem. || — 1. Χῶβος] *e Caucaso per Suanos fluens*, sec. Plin. l. l. Quærunt an eundem Tacitus *Cohibum* dixerit in Histor. III, 48 : *Assequitur* (*Viridius Geminus*) *Anizetum in ostio fluminis Cohibi, tutum sub Sedochezorum regis auxilio.* Sedochezos Mela I, 19 inter Toretas et Coraxos collocat. Arrianus quid apud Chobum fl. egerit nescio. Fortasse de nova urbe structa ibi vel struenda agebatur, adeo ut Neapolis a Ptolemæo memorata pertinere huc posset. || — 5. Σιγάμην] Σιγγάμην h. l. codex; infra § 16 bis habes Σιγάμου. Eodem ducunt Sicanabis, Siganium, Σιγάνεον in Tab. Peut., Geogr. Rav. et Ptol. In Plinio VI, 4 § 14 editur *Singames*, e cod. Barbari, quantum e Sillìgii edit. conjicere licet; reliqui codices : *Sigamia, Sygama, Signavia, Singania;* e quibus item *Sigames* eliciendum mihi videtur. — Ad Sigamen fl. fuisse locum cognominem e Ptolemæo et Geogr. Rav. colligitur. Distat fluvius a *Copi* sec. Tab. Peut. stadia 152, idque haud dubie rectius habet; certe Arriani distantiam si admiseris, sequentia adornari modo probabili nequeunt. || — 9. Ἵππος] Procopius De bell. Goth. IV, 1 p. 461 : ἀφίκοντο ἐς χώραν τῆς Λαζικῆς, ἣ ἐπικαλεῖται Μουχείρησις (Μοχήρισις var. l.).. Ῥεῖ δέ πη ἐνταῦθα ποταμὸς Ἵππις (Ἵππης, Ἴασπις v. l.), οὐ μέγας οὐδὲ ναυσίπορος, ἀλλὰ καὶ ἱππεῦσι καὶ ἀνδράσι πεζοῖς ἔσβατος. In his nostrum Hippum fluvium

καὶ ἑκατὸν διέχει· καὶ τοῦ Ἵππου ὁ Ἀστέλεφος τριάκοντα.

14. Παραμείψαντες δὲ τὸν Ἀστέλεφον εἰς Σεβαστόπολιν ἥκομεν πρὸ μεσημβρίας, ἀπὸ Χώβου ὁρμηθέντες, σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τοὺς ἀπὸ Ἀστελέφου· ὡς καὶ τὴν μισθοφορὰν τοῖς στρατιώταις δοῦναι τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὅπλα ἰδεῖν καὶ τοὺς ἱππέας ἀναπηδῶντας ἐπὶ τοὺς ἵππους καὶ τοὺς κάμνοντας καὶ τὸν σῖτον, καὶ τὸ τεῖχος περιελθεῖν καὶ τὴν τάφρον. Στάδιοι ἀπὸ μὲν Χώβου εἰς Σεβαστόπολιν τριάκοντα καὶ ἑξακόσιοι, ἀπὸ Τραπεζοῦντος δὲ εἰς Σεβαστόπολιν ἑξήκοντα καὶ διακόσιοι καὶ δισχίλιοι. Ἡ δὲ Σεβαστόπολις πάλαι Διοσκουριὰς ἐκαλεῖτο, ἄποικος Μιλησίων.

15. Ἔθνη δὲ παρημείψαμεν τάδε. Τραπεζουντίοις μὲν, καθάπερ καὶ Ξενοφῶν λέγει, Κόλχοι ὅμοροι· καὶ οὓς λέγει τοὺς μαχιμωτάτους καὶ ἐχθροτάτους εἶναι τοῖς Τραπεζουντίοις, ἐκεῖνος μὲν Δρίλλας ὀνομάζει, ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ Σάννοι οὗτοι εἶναι. Καὶ γὰρ μαχιμώτατοί εἰσιν εἰς τοῦτο ἔτι καὶ τοῖς Τραπεζουντίοις ἐχθρότατοι, καὶ χωρία ὀχυρὰ οἰκοῦσι, καὶ ἔθνος ἀβασίλευτον, πάλαι μὲν καὶ φόρου ὑποτελὲς Ῥωμαίοις, ὑπὸ δὲ τοῦ λῃστεύειν οὐκ ἀκριβοῦσι τὴν φοράν· ἀλλὰ νῦν γε διδόντος θεοῦ ἀκριβώσουσιν, ἢ ἐξελοῦμεν αὐτούς. Τούτων δὲ ἔχονται Μαχέλονες καὶ Ἡνίοχοι·

centum et quinquaginta stadiis distat; ab Hippo Astelephus triginta stadiis.

14. Astelephum vero prætervecti, Sebastopolim pervenimus ante meridiem, quum a Chobo profecti essemus, peractis centum et viginti stadiis ab Astelepho: quamobrem eodem die et militibus stipendia persolvimus, et equos, arma, equites equis insilientes, ægros, annonam visimus, et murum circumivimus fossamque. Stadia a Chobo ad Sebastopolim sexcenta et triginta; a Trapezunte ad Sebastopolim duo millia ducenta et sexaginta. Sebastopolis autem Dioscurias olim fuit nominata, Milesiorum colonia.

15. Gentes autem præternavigavimus hasce. Trapezuntiis, ut Xenophon (*Anab.* 5, 2, 2) quoque scribit, finitimi sunt Colchi. Atque quos *ille bellicosissimos* esse et Trapezuntiis infestissimos ait, *ipse* quidem Drillas vocat, mihi vero iidem esse Sanni videntur. Hi enim ad hoc usque temporis bellicosissimi ac Trapezuntiis inimicissimi sunt, et loca incolunt munita, regumque imperio gens caret. Tributarii olim fuerunt Romanis, at nunc latrociniis dediti tributorum solutionem negligunt: quæ quidem posthac, deo juvante, accurate persolvent, aut eos exterminabimus. Hos attingunt Machelones et Heniochi, quo-

---

signari proclivis est conjectura. Ceterum nonnulli Hippum et Cyaneum in Phasim influere tradunt, sive diversos amnes cognomines dici putes, sive aliena ad celebrem Phasin referri mavelis. V. not. ad Scylac. § 81 p. 61, ubi adde quod Eratosthenes ap. schol. Apoll. Rhod. IV, 131 Τιτῆνα (Τίτηνον cod. Par.) fluvium memorat, a quo Colchidem Τιτήνιδα αἶαν ab Apollonio vocari scholiasta refert. || — 1. Ἀστέλεφος] Nomen in *Stelippon* et *Stempeo* abiit in Geogr. Rav. et Tab. Peut. Pertinere huc nomen Ascalaphi Marte nati, quo duce Achæos in Pontum migrasse refert Priscianus Perieg. 666, opinatur Raoul-Rochette. *Etabl.* II, p. 420 not.

§ 14, l. 3. Σεβαστόπολις, olim Dioscurias, Milesiorum colonia, ut infra Arrianus monet. Fabula conditores perhibet vel ipsos Dioscuros (Mela I, 19. Hygin. fab. 275) vel eorum aurigas sive ἡνιόχους, Heniochorum gentis auctores, Amphitum (Amphistratum *Strabo*) et Telchium (Cercium *Amm.*, Rheciam *Strab.*, *Justin.*). V. Plinius VI, 5 § 16; Solin. c. 19; Ammian. XXII, 8, 24; Strabo p. 496; Charax ap. schol. Dionys. 687. Cf. Justin. XLII, 3; Isidor. Or. XV, 1. Sita Dioscurias *juxta Anthemuntem fluvium* sec. Plin. l. l. § 15. Sec. Strabonem p. 499 περὶ τὴν Διοσκουριάδα ῥεῖ ὁ Χάρις ποταμός, in quibus Charientem fl. a Phasidis vicinia perperam huc transferri quidam crediderunt; alii hodiernum *Kodor* atque Κόρακα Ptolemæi intelligi eo nomine volunt. Id sane probabilius est. Quamquam nescio an fluvius, quem ab amœnitate alii Anthemuntem vocarunt, ab aliis Χάρις, ab aliis denique Chrysorrhoas dictus sit. Certe quem Plinius l. l. § 14 cum Sebastopoli castello componit Chrysorrhoam fluvium, ab Anthemunte juxta Dioscuriadem, cujus ex alio fonte § 15 memorat, vix diversus fuerit. Nunc est *Salamacho*. Urbs (Διοσχορὶς in Scylacis codice) olim commerciorum quasi arx quædam (v. Timosthenes ap. Plin.), Plinii ætate deserta erat, castellum vero ibi erat Sebastopolis (cf. Procop. B. G. IV, 4 p. 473 ed. Bonn.), cujus præsidium exercendum curavit Arrianus. Nunc ibi *Isgaur* vicus prope *Iskuriah* promontorium. Ceterum cf. Strabo p. 47. 125 sq. 497. 499 et Steph. Byz. v. Διοσκουριάς. || — 4. Inter Chobum et Sebastopolin nusquam Arrianus appulit, sed a Chobo profectus continuo cursu ita navigavit, ut antemeridiano tempore Sebastopolin veniret. Itaque post meridiem diei antecedentis a Chobo profectus esse et nocturna etiam navigatione usus esse videtur.

§ 15, l. 18. Δρίλλας]. V. Xenophon An. V, 2, 1 sq., ubi habes Δρίλας. Cf. Stephan.: Δρῖλαι (Δρυλαὶ codd. contra litt. seriem), συνοικία τῆς Ποντικῆς, Τραπεζοῦντος οὐ πόρρω. Ξενοφῶν. Alibi Drilarum mentio non occurrit. || — 19. Σάννοι.] Cf. Strabo p. 548: Τῆς δὲ Τραπεζοῦντος ὑπέρκεινται... Σάννοι, οὓς πρότερον ἐκάλουν Μάκρωνας. De Macronibus seu Macrocephalis Trapezuntica in ora v. Scylax § 85 p. 63 not., Stephan. Byz.: « Τιβαρηνίην καὶ Χαλδίην καὶ Σαννικήν (Σανδικήν codd.). » Plinius VI, 4, ita: *In ora ante Trapezunta flumen Pyxites, ultra vero gens Sannorum Heniochorum*. Apud Procopium B. G. IV, 1. 2. De ædif. III, 6. IV, 67, (cf. Eustath. ad Dionys. 766) forma nominis barbarica memorantur Τζάνοι, Τζανικὴ χώρα et Τζανικὰ ὄρη, de quibus Acampsis fluvius labitur. || — 25. Μαχέλονες καὶ Ἡνίοχοι] Cf. Anonym. Peripl. § 42, ubi Machelones et Heniochi priscas Ece-

βασιλεὺς δ' αὐτῶν Ἀγχίαλος. Μαχελόνων δὲ καὶ Ἡνιόχων ἐχόμενοι Ζυδρεῖται· Φαρασμάνου οὗτοι ὑπήκοοι· Ζυδρειτῶν δὲ Λαζοί· βασιλεὺς δὲ Λαζῶν Μαλάσσας, ὃς τὴν βασιλείαν παρὰ σοῦ ἔχει. Λαζῶν δὲ Ἀψίλαι ἔχονται· βασιλεὺς δὲ αὐτῶν Ἰουλιανός· οὗτος ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. Ἀψίλαις δὲ ὅμοροι Ἀβασκοί· καὶ Ἀβασκῶν βασιλεὺς Ῥησμάγας· καὶ οὗτος παρὰ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. Ἀβασκῶν δὲ ἐχόμενοι Σανίγαι, ἵναπερ καὶ ἡ Σεβαστόπολις ᾤκισται· Σανίγων βασιλεὺς Σπαδάγας ἐκ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει.

rum rex est Anchialus. Machelonibus et Heniochis vicini Zydritæ, Pharasmanæ subjecti. Zydritis vicini Lazæ; rex Lazarum Malassas, qui a te regnum tenet. Lazis finitimi Apsilæ, quibus Julianus imperat : hic a patre tuo regnum accepit. Apsilas excipiunt Abasci : Abascorum rex Rhesmagas; is quoque a te regnum obtinuit. Abascis contermini Sanigæ, ubi Sebastopolis sita : Sanigarum rex Spadagas a te regnum habet.

---

chirensium sedes obtinere inter Ophiuntem et Archabin dicuntur. Machelonum mentio an alibi occurrat, nescio. Probabiliter huc pertinet Colchidis urbs Μεχλεσσός ap. Ptol., quamvis non in ea ponatur regione in qua Machelones Arrianus collocat. Populum vero Ptol. appellat *Manralos,* V, 9 p. 351 : Κατέχουσι δὲ τὰ μὲν ἐπὶ θαλάσσῃ Ζάλαι (sic codd.), τὰ δὲ ὑπερκείμενα Μάνραλοι (Μάρραλοι, Μαύραλοι v. l.) καὶ οἱ κατὰ τὴν Ἐκρηκτικήν (Ἐκεχειριέων sec. Scyl. et Anon.? Cf. Plinius V, 5 : *Dein Rhoas, regio Ecrectice*). Idem gentis nomen corrupte, ut videtur, habes ap. Plinium VI, 4, § 12 : *In ora Heniochi*, *Ampreutæ* (Manralæ?), *Lazi, flumina Acampsis, Isis*. Ad Arriani locum propius accedit quod apud Lucianum (in Toxar. c. 44. p. 438 Didot.) lego : Τιγραπάτης ὁ Λαζῶν δυνάστης καὶ Ἀδύρμαχος ὁ Μαχλυηνῆς ἄρχων. Heniochos plerique magis boream versus ponunt. Vide de his not. ad Scylac. § 76. ‖ — 2. Ζυδρεῖται aliunde non noti. Strabo et Dionysius juxta Heniochos ponunt Zygios (v. Scylax § 76 not.). At hi ad nos nihil pertinent. Ni fallor, ad Zydritas nostros pertinet Colchidis locus Ζαδρίς ap. Ptolem. V, 9. ‖ — 3. Λαζοί] Λάζοι vgo ; Λάζαι Gail. Primus gentis meminit Plinius l. l. in iisdem sedibus, quas Arr. assignat. Apud Ptolemæum l. l. Λαζοὶ scriptum est e conject. Wilbergi, ante quem editt. Λᾶζαι; codices omnes, ut videtur, Ζάλαι, cujus mutandi causa idonea non erat, quum *Salas* habeas ap. Plinium VI, 4, § 14 : *Inde ad flumen Charien gens Salæ, antiquis Phthirophagi dicti et alias Suani*. De Lazis vero cf. Suidas v. Δομετιανός : Ἀδριανὸς.. καὶ Λαζοῖς ἤτοι Κόλχοις βασιλέα ἐπέστησεν. Lucian. Toxar. c. 44, Memno c. 54, Diodor. Tars. ap. Phot. bibl. p. 218, 8, Steph. B. s. v. Postea Lazorum gens latius patuit vel complures gentes eo nomine comprehendebantur. Procopius B. G. IV, 2 p. 467 : Ἐκ δὲ Ἀψαροῦντος πόλεως ἐς Πέτραν τε πόλιν καὶ τοὺς Λαζῶν ὅρους, οὗ δὴ τελευτᾷ ὁ Εὔξεινος πόντος, μιᾶς ἐστιν ἡμέρας ὁδός. Ἀπολήγων δὲ ὁ πόντος ἐνταῦθα μηνοειδῆ τίθεται τὴν ἀκτήν. Καὶ ὁ μὲν τοῦ μηνοειδοῦς τούτου διάπλους ἐς πεντήκοντά τε καὶ πεντακοσίους μάλιστα σταδίους διήκει, τὰ δὲ αὐτοῦ ὄπισθε ξύμπαντα Λαζική τε ἐστι καὶ ὀνομάζεται. Μετὰ δὲ αὐτοὺς κατὰ τὴν μεσόγαιαν Σκυμνία (?) τε καὶ Σουανία ἐστί· ταῦτα δὲ τὰ ἔθνη Λαζῶν κατήκοα τυγχάνει ὄντα. Idem p. 468 : Τὰ μὲν γὰρ ἐν ἀριστερᾷ κατιόντος τοῦ ῥοῦ (Phasidis fl.) Ἀσία ἐστὶ, τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ Εὐρώπη ὠνόμασται. Κατὰ μὲν οὖν τὴν τῆς Εὐρώπης μοῖραν ξύμπαντα Λαζῶν τὰ οἰκία ξυμβαίνει εἶναι, ἐπὶ θάτερα δὲ οὔτε πόλισμά τι οὔτε ἄλλο τι ὀχύρωμα οὔτε κώμην τινὰ λόγου ἀξίαν Λαζοὶ ἔχουσι, πλήν γε δὴ ὅτι Πέτραν Ῥωμαῖοι ἐνταῦθα ἐδείμαντο πρότερον. Alia plura de Lazis v. ib. p. 462. Frequens gentis ap. Byzantinos mentio. V. ex. gr. index ad Fr. Hist. t. IV, s. v. Lazi. ‖ — 4. Ἀψίλαι] Plinius VI, 4, 14: *gens Absilæ, castellum Sebastopolis*.. Steph. B. : Ἀψίλαι, ἔθνος Σκυθικὸν γειτνιάζον Λαζοῖς, ὡς Ἀρριανὸς ἐν περίπλῳ τοῦ Εὐξείνου πόντου. Procopius l. l. p. 468 : Τοῦ δὲ μονοειδοῦς κατὰ μὲν τὴν μίαν ἀρχὴν, ἡ τῆς Ἀσίας ἐστὶ, Πέτρα ἡ πόλις ἐτύγχανεν οὖσα, ἐν δὲ δὴ τῇ ἀντιπέρας ἀκτῇ κατὰ τὴν τῆς Εὐρώπης μοῖραν Ἀψιλίων ἡ χώρα ἐστί· Λαζῶν δὲ κατήκοοί εἰσι καὶ Χριστιανοὶ ἐκ παλαιοῦ οἱ Ἀψίλιοι. Cf. Ἀψιλία regio apud Menandrum Protect. fr. 22 in Fr. Hist. IV, p. 230. ‖ — 7. Ἀβασκοὶ]. Steph. Byz. : Σαννίγαι, ἔθνος Σκυθίας τοῖς Ἀβασγοῖς παρακείμενον. Hæc procul dubio ex Arriano, ubi Ἀβασγοὶ reponendum dixeris, nisi etiam infra Ἄβασκος fluvius occurreret, qui quamquam non in regionem ab Arriano Abascis assignatam cadit, in tanta tamen de his rebus sententiarum varietate, vix est a populi cognominis memoria sejungendus. Eodem modo nomen scribitur ap. Procop. l. l. IV, 3 p. 471 : Μετὰ δὲ Ἀψιλίους τε καὶ τοῦ μηνοειδοῦς τὴν ἑτέραν ἀρχὴν ἐς τὴν παραλίαν Ἀβασγοὶ ᾤκηνται ἄχρι ἐς τὰ Καυκάσια ὄρη διήκοντες. Οἱ δὲ Ἀβασγοὶ Λαζῶν μὲν κατήκοοι ἐκ παλαιοῦ ἦσαν, ἄρχοντες δὲ ὁμογενεῖς δύο ἐς ἀεὶ εἶχον· ὧν ἅτερος μὲν ἐς τῆς χώρας τὰ πρὸς ἑσπέραν, ὁ δὲ δὴ ἕτερος ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἵδρυτο. Οἱ δὲ βάρβαροι οὗτοι μέχρι μὲν καὶ ἐς ἐμὲ ἄλση τε καὶ ὕλας ἐσέβοντο, etc., quæ apud ipsum Procopium legere operæ pretium est. Nomen gentis veteris in hodiernis *Abasis* superesse videtur. V. Gamba *Voyage dans la Russie mérid*. I, p. 41. Constantin. Porphyrog. De adm. imp. c. 42 p. 182 Bonn. : Τὸ δὲ παραθαλάσσιον ἀπὸ τῆς συμπληρώσεως τῆς Ζιχίας ἤτοι Νικόψεως ποταμοῦ ἐστὶν ἡ τῆς Ἀβασγίας χώρα μέχρι τοῦ κάστρου Σωτηριουπόλεως· εἰσὶ δὲ μίλια τʹ. Quum Zichia hæc Porphyrogeniti ab Ukruch fluvio, a Bosporo Cimmerico circa 160 stadia distante, incipiat, 2400 stadia (300 m.) ducerent fere in regionem Sebastopolis. Ceterum quinam sit Nicopsis fluvius (et urbs p. 181) et Soteriopolis castrum dicere certius non habeo, sed probabile est Soteriopolin esse Sebastopolin; juxta Colchos Abasgi memorantur in Theophanis Byz. fragmentis (Fr. Hist. IV, p. 271). Cf. Agathias p. 140, 22. Plinius Abasgos non memorat. ‖ — 9. Σανίγαι] Fortasse scrib. Σάνιγαι. Infra § 27 de Achæunte fluvio : διορίζει Ζιλχοὺς καὶ Σάνιγας (sic), ubi reposuimus Σανίγας. Apud Stephan. Byz. l. l. ordo literarum postulat Σαννίγαι, idque plurimi codices exhibere videntur;

16. Μέχρι μὲν δὴ Ἀψάρου ὡς πρὸς ἠῶ ἐπλέομεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Εὐξείνου. Ὁ δὲ Ἄψαρος πέρας ἐφάνη μοι εἶναι κατὰ μῆκος τοῦ Πόντου· ἔνθεν γὰρ ἤδη πρὸς ἄρκτον ὁ πλοῦς ἡμῖν ἐγίνετο ἔστε ἐπὶ Χῶβον ποταμὸν, καὶ ὑπὲρ τὸν Χῶβον ἐπὶ τὸν Σιγάμην. Ἀπὸ δὲ Σιγάμου ἐκάμπτομεν εἰς τὴν λαιὰν πλευρὰν τοῦ Πόντου ἔστε ἐπὶ τὸν Ἵππον ποταμόν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἵππου ὡς ἐπ' Ἀστέλεφον καὶ Διοσκουριάδα κατείδομεν τὸν Καύκασον τὸ ὄρος, τὸ ὕψος μάλιστα κατὰ τὰς Ἄλπεις τὰς Κελτικάς. Καὶ τοῦ Καυκάσου κορυφή τις ἐδείκνυτο, Στρόβιλος τῇ κορυφῇ ὄνομα, ἵναπερ ὁ Προμηθεὺς κρεμασθῆναι ὑπὸ Ἡφαίστου κατὰ πρόσταξιν Διὸς μυθεύεται.

17. Τὰ δὲ ἀπὸ Βοσπόρου τοῦ Θρᾳκίου ἔστε ἐπὶ Τραπεζοῦντα πόλιν ὧδε ἔχει. Τὸ Ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ

16. Ad Apsarum usque orientem versus navigavimus in dextra parte Ponti Euxini. Apsarum autem agnovi terminum esse Ponti secundum ejus longitudinem. Illinc enim jam ad septentrionem fuit nostra navigatio ad Chobum usque fluvium, indeque ad Sigamen. A Sigame autem deflexímus ad sinistrum Ponti latus ad Hippum usque fluvium; ab Hippo ad Astelephum et Dioscuriadem usque vidimus Caucasum montem, altitudine prorsus Alpibus Celticis comparandum; et Caucasi jugum quoddam monstrabatur; Strobilus ei nomen; in quo Prometheum a Vulcano Jovis jussu suspensum fuisse fabulantur

17. Locorum autem atque itinerum a Bosporo Thracio usque ad Trapezuntem ratio sic se habet. Hieron

---

codex vero optimus Rhedigeranus præbet Σάνιγαι : Memnoni c. 54 (F. H. IV, p. 555) dicuntur Σάνηγαι. Plinius VI, 4 § 14 ita : *castellum Sebastopolis;.. gens Sannigarum; oppidum Cygnus; flumen et oppidum Penius* (*Pityus* Barbar. cod.). *Deinde multis nominibus Heniochorum gentes*. Procopius l. l. in editt. nostris eosdem dicit Σαγίδας, ceterum inter Abasgos et Sagidas interponit *Zecchos* (aliorum Zichos, Zygos, Zygios, Arriani Zilchos). Ita habet B. G. IV, 4, p. 473 : Μετὰ δὲ τοὺς Ἀβασγῶν ὅρους κατὰ μὲν τὸ ὄρος τὸ Καυκάσιον Βροῦχοι ᾤκηνται, Ἀβασγῶν τε καὶ Ἀλανῶν μεταξὺ ὄντες· κατὰ δὲ τὴν παραλίαν πόντου τοῦ Εὐξείνου Ζῆχοι ἵδρυνται. Τοῖς δὲ δὴ Ζήχοις τὸ μὲν παλαιὸν ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ βασιλέα καθίστη, τὸ δὲ νῦν οὐδ' ὁτιοῦν Ῥωμαίοις ἐπακούουσιν οἱ βάρβαροι οὗτοι. Μετὰ δὲ αὐτοὺς Σαγίδαι (Σαγίναι v. l.; p. 466 pro Σαγίδας v. l. Σαυνίτας. Ubique leg. Σανίγαι) μὲν οἰκοῦσι, μοῖραν δὲ αὐτῶν τῆς παραλίας Ῥωμαῖοι ἐκ παλαιοῦ ἔσχον, φρούριά τε δειμάμενοι ἐπιθαλάσσια δύο Σεβαστόπολίν τε καὶ Πιτυοῦντα, δυοῖν ἡμέραιν ὁδῷ ἀλλήλων διέχοντα, φρουρὰν ἐνταῦθα στρατιωτῶν τὸ ἐξ ἀρχῆς κατεστήσαντο.

§ 16, l. 5. ἐπὶ τὸν Σιγάμην] Quodsi hæc cum oræ delineatione accuratiore conferas, putaveris Sigamen fluvium esse hodiernum *Osingiri;* nam ad hunc usque ora boream versus extenditur; quo accedit nominum *Sigames* et *Osingiris* similitudo. At nullo pacto hæc sententia cum itinerarii rationibus supra allatis conciliari possunt. || — 8. τὸν Καύκασον] « Caucasus ex Ponto videtur; idem Aristoteles Meteor. I, 13 adfirmat. Hinc puto Apollonium Rh. IV, 135 Euxinum Pontum vocasse Καυκασίην ἅλα. » Holstenius. Cf. Strabo p. 497. ||— 11. ἵναπερ ὁ Προμηθεὺς etc.] Perstringit hæc Procopius De B. G. IV, 1 p. 463.

§ 17, l. 15. Post verba ὧδε ἔχει editores inde ab Hudsono complura inseruerunt ex Excerptis Arrianei peripli, quæ præbet codex Vindobonensis. Quod temere factum esse patet, quum aperte non sint ista e genuino nostro Arriani periplo excerpta, verum ex Pseudarrhianeo libello fluxerint, qualem præbet Anonymus, ubi vide not. ad § 2. || — Ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου] Locum hunc simpliciter Ἱεροῦ nomine memorant Herodot. IV, 85; Scylax p. 56; Demosthenes p. 468, 10. 926, 25; Polybius IV, 39, 6. 43, 1. 50, 2. 52, 7; Philostratus Vit. Soph. I, 24, 1 p. 217 ed. Didot, Imagg. I, 12, 5 p. 350, ubi : ἐφ' Ἱερὸν ἀφικόμεθα· καὶ τὸν ἐκεῖ νεών, οἶμαι, ὁρᾷς, καὶ στήλας, αἳ περιίδρυνται αὐτῷ, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ στόματι πυρσόν, ὃς ἤρτηται ἐς φρυκτωρίαν τῶν νεῶν, αἳ περιπλέουσιν ἐκ τοῦ Πόντου; Geogr. Ravenn. I, 17; Strabo XII, p. 546 548. Idem Strabo XII, p. 543. 563 et VII, p. 319 locum vocat ἱερὸν τῶν Χαλκηδονίων, cui in altero Bospori latere oppositum sit τὸ ἱερὸν τῶν Βυζαντίων (Serapeum), quo loco est τοῦ στόματος τοῦ Βοσπόρου τὸ στενώτατον, viginti stadia a Cyaneis distans. Cf. Stadiasmus mar. m. procem. Mela I, 19 : *In ore Ponti templum est ;.. templi numen Jupiter, conditor Jason*. Duodecim diis ibi aram construxit in Pontum proficissens Iason, sec. Apollon. Rhod. II, 531. Redeuntem e Colchide Iasonem duodecim diis ibi sacra fecisse refert Polybius IV, 39, 6, (Cf. Herodor. fr. 46 in Fr. Hist. II, p. 38). Timosthenes apud schol. Apoll. Rh. II, 531 aram duodecim Deorum a Phrixi filiis, ab Argonantis vero *Neptuni* templum exstructum esse dicit. Sec. Dionysium Byzantinum ap. Gillium De Bosporo Thracio III, 5 Phrixus fanum condidit. Jovi cum reliqui dii accenseantur apud Argonauticon scriptores, hinc factum esse Mannertus (VI, 2, p. 602) censet, ut fanum illud diversis numinibus attribuatur apud Plinium V, 43, ubi : *Estiæ templum Neptuni*, et ap. Ptolemæum V, 1, p. 312 et 313, qui : ἱερὸν Ἀρτέμιδος. Attamen Plinii certe verba corrupta sunt. Fuisse puto ἑστία *et templum Neptuni*, adeo ut ara, quæ κοινοβωμία fuerit, a fano distinguatur, uti apud Timosthenem. Quod vero pro Jove Neptunus affertur, nihil nisi error est quo Jupiter οὔριος, nautarum deus, cum Neptuno confunditur. Apud Ptolemæum quoque vocem Ἀρτέμιδος ex οὐρίου Διὸς natam esse haud improbabilis est sententia. Certe Jovi οὐρίῳ, *datori venti secundi* (cf. Meleager in Anth. Pal. XII, 53, 7 : Ζεὺς οὔριος ὑμετέρας πνεύσεται εἰς ὀθόνας. Æschyl. Suppl. 589), fanum tribuunt præter Arrianum Menippus ap. Stephan. Byz. s. v. Χαλκηδών, et ap. Marcian. p. 122 ed. Mill. et Anon. Peripl. § 2, Geographus Ravenn. V, 9, ubi locus recensetur *Urion*, inque Tab. Peuting., ubi *Avisurius* (i. e. *Jovis Urii*). Memoratur etiam in marmore antiquo ap. Chisbullum in Antiq. Asiat. p. 59. Porro Cicero in

Οὐρίου διέχει ἀπὸ Βυζαντίου σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Καὶ ἔστι στενότατον ταύτῃ τὸ στόμα τοῦ Πόντου καλούμενον, καθότι εἰσβάλλει εἰς τὴν Προποντίδα. Ταῦτα μὲν εἰδότι σοι λέγω. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ πλέοντι ἐν δεξιᾷ Ῥήβας ποταμός· σταδίους διέχει τοῦ Ἱεροῦ τοῦ Διὸς ἐνενήκοντα. Ἔπειτα Μέλαινα ἄκρα ὧδε καλουμένη, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀπὸ Μελαίνης ἄκρας ἐς Ἀρτάνην ποταμὸν, ἵνα καὶ ὅρμος ναυσὶ μικραῖς πρὸς ἱερῷ Ἀφροδίτης, πεντήκοντα ἄλλοι καὶ ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ Ἀρτάνης εἰς Ψίλιν ποταμὸν

Jovis Urii a Byzantio distat centum et viginti stadia; atque est ibi os Ponti angustissimum, per quod in Propontidem labitur. At hæc quidem noscenti tibi dico. Ab Hiero autem navigantibus a dextra occurrit Rhebas fluvius : nonaginta stadia ab Hiero Jovis distat. Ab hoc Acra Melæna (*Promontorium atrum*) quam vocant, abest centum et quinquaginta stadia. Ab Acra Melæna ad Artanen fluvium, ubi et statio parvis navibus juxta fanum Veneris, centum pariter et quinquaginta stadia. Ab Artane ad Psilin fluvium centum et

---

Verr. IV, 57, 127 : *Quid? ex æde Jovis religiosissimum simulacrum Jovis imperatoris, quem Græci* Οὔριον *nominant, pulcherrime factum, nonne abstulisti?* § 129 : *Jovem autem imperatorem quanto honore in suo templo fuisse arbitramini? Hinc colligere potestis, si recordari volueritis, quanta religione fuerit eadem specie atque forma signum illud, quod e Macedonia captum in Capitolio posuerat Flaminius* (Cf. Liv. VI, 29). *Etenim tria ferebantur in orbe terrarum signa Jovis imperatoris uno in genere pulcerrime facta; unum illud Macedonicum, quod in Capitolio vidimus, alterum in Ponti ore et angustiis, tertium quod Syracusis ante Verrem prætorem fuit.* Imperatorem hunc Jovem Cicero dicit ad habitum respiciens, quo deus mari coeloque imperans effictus erat. Ac Bithynicus noster, quem οὔριον nautæ dicebant, haud dubie repræsentabat Jovem στράτιον sive στρατηγὸν, quem Cares et Bithyni colebant, cujusque θαυμαστὸν ἄγαλμα, Dædali opus, in Bithyniacis suis memorat Arrianus ap. Eustath. ad Dion. 793. Amastris quoque urbs in numis habebat Jovem στρατηγὸν, hastam tenentem (Combe Num. Mus. Brit. IX, 9, 10). De aliis numis, qui Jovem imperatorem exhibent, v. Rasche Lex. num. II, 2 p. 669 sq., Pedrusii Mus. Farnes. V, Tab. 17, 2. De Jove Urio in Sicilia culto v. inscriptio in *Zeitschrift f. Alterth.* 1844, p. 992; de eodem in Macedonia cf. Cicero in Pison. 35, 86. Ceterum v. Osann in Syllog. inscript. p. 228 et ejusdem epistol. in Hoffmann. edit. Arrian. p. 211. De situ loci post Fr. Krusium (*Ausmessung des Pontus Eux.* 1818 p. 32) adi Clarkium *Travels* I, c. 26, p. 680. || — 5. Ῥήβας] etiamnunc *Riva* fluviusculus. Cf. Scylax § 92 ibiq. not.; Plinius VI, 1 : *amnis Rhebas quem nonnulli Rhesum dixerunt.* Tab. Peuting. : *ad Herbas.* Geogr. Rav. V, 9 : *Erba.* Series locorum usque ad Amastrin in Geogr. Ravenn. (cum quo facit Tab. Peut.) hæc est : *Urion, Promontorium, Erba, Melena, Artane, Filium* (*Philum* T. P.), *Chelas, Sagaris, Hippion, Bilium* (*Byleum* T. P.), *Lycum, Heraclea, Sileon* (*Scylleum* T. P.), *Tion, Amastra* (*Mastrum* T. P.). Promontorium quod ante Rhebam fl. ponitur, haud dubie id est quod *Ancyræum* dicit Dionysius Byz. apud Gillium De Bosp. Thrac. III, 2 p. 186. || — 6. Μέλαινα ἄκρα] Præter Menippum ap. Marcian. l. l., Anonym. § 3, Geogr. Rav., Tab. P. vide Apollon. Rhod. II, 349 : Ῥήβαν ὠκυρόην ποταμὸν ἀκτήν (ἄκρην?) τε Μέλαιναν γνάμψαντες νήσου Θυνηΐδος ὅρμον ἵκησθε. II, 651 : Ῥήβαν ὠκυρόην ποταμὸν σκόπελόν τε Κολώνης, ἄκρην δ' οὐ μετὰ δηθὰ παρεξενέοντο Μέλαιναν, τῇ δ' ἄρ' ἔπι προχοὰς Φυληΐδας. Cf. Orph. Argon. 711. Anonymus Μέλαιναν ἄκραν suo tempore Καλίνακρον (i. e. Καλὴν ἄκραν) vocari dicit. Ptolemæus V, 1 p. 312, 7 inter ἱερὸν Ἀρτέμιδος (56°, 25′ long.) et Ἀρτάκην χωρίον ponit Βιθυνίας ἄκραν (56°, 45′ long.), quod de Nigro nostro promontorio intelligendum est. « Hoc promontorium ægre ego crediderim esse hodiernum *Kara Bouroun*, quamvis multum eminens; minime enim stadia 150 forent a Rheba ad Melænam, nec satis hoc intervallum 150 stadiorum superaret intervallum 90 stadiorum a Bosporo ad Rhebam. Crediderim Melænam esse promontorium quoddam omissum in Gauttieri *Carte de la Mer Noire,* sed quod reperio in *Carte* (*manuscrite*) *de l'ancienne Bithynie par Joseph Jouannin, à Constantinople,* 1826, paullo ad orientem hodierni *Kara-Bouroun.* Hoc promontorium vere in medio est inter Rhebam (*Riva*) et *Chili* fl., Artanen Arriani. Leakius in *Essay of a map of Asia minor* Melænam quidem posuit ad orientem capitis *Kara-Bouroun,* sed nimis remotam ad orientem. » Gailius. Forbigerus II, p. 377 vel ipsum *Tchili* Melænam acram esse opinatur. Lapieus promontorium nostrum esse vult *près de Kermankiakia*, ex Gailii rationibus. Quas quidem opinationes nihili esse puto. Nam *Kara-Bouroun* quum ipsum nomen antiquum servet (nam *Kara* est *nigrum*), atque unicum sit prom., quod in hoc tractu notandum in modum procurrat, id haud omiserit auctor, ut aliam quandam litoris proeminentiam ignobilem notaret, quam in mappis accuratissimis Hamiltonis, Manganarii, Kieperti, frustra quæro. Quodsi distantia stadiorum 150 nimia est, parum accurate eam sicuti alias multas Arrianus tradidisse censendus est; idque eo comprobatur quod in Tab. Peuting. a Rheba ad Melænam nonnisi 16 mill. (120 stad.), a Melæna autem ad Artanen 19 mill. (152 stad.) numerantur. || — 8. Ἀρτάνην ποτ.] Ἀρ. ποτ. χωρίον Anonymus. Cf. Marciani Menipp. l. l, qui h. l. lacuna laborat. Τὸ χωρίον vocatur Ἀρτάνη ap. Geograph. Ravenn. et in Tab. Peuting., nec non apud ipsum Arrianum in seqq. : ἀπὸ τῆς Ἀρτάνης; unde suspiceris in antecc. verba καὶ χωρίον excidisse vel neglecta esse. Ap. Ptolem. V, 1 p. 312, 8 corrupte legitur Ἀρτάκη χωρίον (57° long.), a promontorio Bithyniæ distans unius gradus parte quarta. Fluvium Scylax quoque memorat; situm ejus indicant e Menippo Anonymus et Marcianus verbis : παράκειται δὲ καὶ νησίον, ὅπερ σκεπάζει τὸν λιμένα; quæ quidem insula adjacet hodierno loco fluvioque *Tschileh.* || — 10. Ψίλιν ποτ.] Ψίλιν fluvium dicit etiam Euphorio apud Steph. Byz. v. Ἀσκανία; Ψιλλίδα Anonymus;

πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ πλοῖα μικρὰ ὁρμίζοιτο ἂν πρὸς τῇ πέτρᾳ τῇ ἀνεχούσῃ οὐ πόρρω ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολῶν. Ἐνθένδε εἰς Κάλπης λιμένα δέκα καὶ διακόσιοι στάδιοι. Ὁ δὲ Κάλπης λιμὴν ὁποῖόν τι χωρίον ἐστὶ, καὶ ὁποῖος ὅρμος, καὶ ὅτι πηγὴ ἐν αὐτῷ ψυχροῦ καὶ καθαροῦ ὕδατος, καὶ ὅτι ὖλαι πρὸς τῇ θαλάττῃ ξύλων ναυπηγησίμων, καὶ αὗται ἔνθηροι, ταῦτα Ξενοφῶντι τῷ πρεσβυτέρῳ λέλεκται.

18. Ἀπὸ Κάλπης λιμένος εἰς Ῥόην στάδιοι εἴκοσι· ὅρμος ναυσὶ μικραῖς. Ἀπὸ Ῥόης εἰς Ἀπολλωνίαν

quinquaginta; ibi navigia exigua commode appellere possint ad petram quæ haud procul a fluminis ostio eminet. Inde ad portum Calpes sunt ducenta et decem stadia. Qualis autem locus sit portus Calpes, qualisque statio, et ibi fontem esse frigidæ ac limpidæ aquæ et silvas mari vicinas lignorum ad naves conficiendas, illasque feris abundare, hæc Xenophon (*Anab.* 6, 4, 1 *sqq.*) senior narravit.

18. A Calpes portu ad Rhoen, stationem parvis aptam navigiis, sunt viginti stadia. A Rhoe ad Apol-

---

Ψίλλις ap. Strabon. XII, p. 543; *Psillis* Plin. VI, 1, 1; Ψύλλιδος ποταμοῦ ἐκβολαί (57°, 15′ long.) codd. Ptolemæi; Ψίλλιον Marciani Menippus et Arrianus in Bithyniacis ap. Eustath. in Dion. 793: Ῥηβαντίαν τὴν πρὸς Ψιλλίῳ ποταμῷ. Alius ejusdem nominis fluvius inter Billæum et Parthenium medius occurrit, quem Arrianus quidem non memorat, Anonymus vero Ψίλιδα, Marciani codex semel Ψίλιον, semel Ψέλιδα vocat. Stephanus Byzantius inter Ψίλιν et Ψέλιον, tanquam diversos fluvios, distinguit: Ψίλιον, ποταμὸς μεταξὺ Θυνίας καὶ Βιθυνίας. Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν γ′ Περὶ Ἡρακλείας.. Ἔστι καὶ ἄλλος Ψίλις ποταμὸς ἐκρέων εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. Τὸ τοπικὸν Ψιλίτης· ἐν δὲ τῇ συνηθείᾳ ἐπεκράτησεν ἀμφοτέρων τῶν ποταμῶν τοὺς οἰκήτορας Ψιλιανοὺς καλεῖν. Quod ap. Geogr. Ravenn. de nostro fluvio legitur *Filium* et in Tab. Peuting. *Philum*, probabiliter corruptum est e Ψίλιον, nisi tueri *Philium* velis ex Apollonio Rhod., II, 651, qui inter Melænam acram et Calpen memorat προχοὰς Φυλληΐδας, ἔνθα πάροιθεν Διψακὸς υἷ' Ἀθάμαντος ἑοῖς ὑπέδεκτο δόμοισιν, qui Dipsacus ἐφ' ὕδασι πατρὸς ἑοῖο (Φύλλιδος sec. schol.) μητέρι συνναίεσκεν. Fanum Dipsaci et εὐρείας ποταμοῖο ἠιόνας πεδίον τε, et deinde βαθυρρείοντα Κάλπην Argonautæ prætervehuntur. Scholiasta: Φύλλις, ποταμὸς Βιθυνίας. Stephan. Byz. v. Φύλλις: ἔστι καὶ ποταμὸς Βιθυνίας Φύλλις, οὗ Φυλληΐς τὸ θηλυκόν (Haud dubie hæc ex Apollonio hausta). De distantia præter Anonymum concinunt Tab. Peuting. (19 mill.) et Ptolemæus (¼ grad.). Cf. not. ad Marcian. l. l. Ceterum Psillis fluvius is est ad quem hodie situm est *Mesdchid koi*. ‖ — 4. Κάλπης λιμὴν] Κάλπης genitivum esse loci unde dictus portus, liquet e sequente: ἀπὸ Κάλπης λιμένος. Eodem modo Xenophon Anab. VI, 2, 13. 3, 2. 10. 16. 24: εἰς Κάλπης λιμένα, τὴν ἐπὶ Κάλπης ὁδόν. Apud Anonym. § 4 codex habet εἰς Κάλπην λιμένα καὶ ποταμόν et ὁ Κάλπης λιμήν, ut nominativus sit Κάλπης genere masculino, quemadmodum Κάλπας fluvius dicitur ap. Strabonem XII, p. 543, *Calpas* ap. Plinium VI, 1; Κάλπα ποταμοῦ ἐκβολαὶ (57° 40′ long.) ap. Ptolem. V, 1 p. 312, 10, quod reponendum etiam apud Marcianum, ubi codex: ἀπὸ Κάλπας ποταμοῦ. Cf. Apollon. Rh. 2, 659: βαθυρρείοντά τε Κάλπην. Ceterum Stephanus Byz.: Κάλπη (Κάλπαι codd. Aldinus et Vossianus; sed Κάλπη scrib. esse liquet ex Stephan. v. Καρπηΐα), πόλις Βιθυνῶν. Θεόπομπος ὀγδόῳ Ἑλληνικῶν. Ἔστι καὶ λιμὴν Κάλπης· τὸ ἐθνικὸν Καλπεύς, ὡς Σινωπεύς, καὶ Καλπῖνος ἔστιν, ὡς Πεύκη Πευκῖνος· τοῦ δὲ λιμένος ὡς Καλπολιμενίτης. * καὶ τὴν πόλιν Κάρπειαν (sic Meineke; Καρπηΐαν Berkel; Κάλπειαν et Κάλρπειαν codd.) τινὲς, τοὺς δὲ [πολίτας] Καρπητανοὺς ὡς Καλπειανούς φασι. Idem: Καρπηΐα. Εἴρηται ἐν τῷ Κάλπη (Κάπη et Κάπης codd.), ὅτι τινὲς Κάρπειαν τὴν πόλιν φασὶ καὶ Καρπητανοὺς τὸ ἐθνικόν. Adde quæ attulit Millerus in Marcian. p. 183 e Vit. S. Agathonici c. 1: καὶ διὰ τοὺς ἐν τῇ ὁδῷ χαλεποὺς (?) ἐμβὰς εἰς πλοῖον κατέλαβε Βιθυνίαν εἰς ἐμπόριον λεγόμενον Κάρπιν (Κάρπην? Mill.); Synaxar. Aug. 22: Κάρπην ἐμπόριον ἐν τῇ Ποντικῇ χώρᾳ. Nomen hoc etiamnum superest in *Kerpe liman*. Distantia a Psili fluvio ap. Marcianum excidit; in Anonymi codice est stadiorum 220 et mil. 28, sed reponenda ex Arriano stadia 210 sive milia 28, quia sic demum stadia 1550, quæ usque ad Heracleam Anonymus esse dicit, eruuntur. Excidit quidem in Anonymo distantia ab Elæo ad Caletem; sed quum de hac consentiant Arrianus et Menippus ap. Marcianum, ex quibus pendet Anonymus: hæc ipsa Arrianea distantiæ nota etiam hoc loco apud Anonymum supplenda est. Sec. Xenophont. VI, 4, 3 ὁ Κάλπης λιμὴν ἐν μέσῳ κεῖται ἑκατέρωθεν πλεόντων ἐξ Ἡρακλείας καὶ Βυζαντίου. Sec. Periplum ab Hiero ad Calpen sunt 750 stadia, hinc ad Heracleam 800 stadia. Anonymus et Marcianus Calpen Heracleotarum esse emporium dicunt. Sec. Xenophontem l. l. inde ab Heraclea usque ad Ponti ostium πόλις οὐδεμία οὔτε φιλία οὔτε Ἑλληνὶς erat. ‖ — 5. πηγὴ κτλ.] Xenophon ita habet VI, 4, 3: κρήνη δὲ ἡδέος ὕδατος καὶ ἄφθονος ῥέουσα ἐν αὐτῇ τῇ θαλάττῃ ὑπὸ τῇ ἐπικρατείᾳ τοῦ χωρίου. Fons ille est Calpes fluvius, ut videtur. ‖ — Καὶ αὗται ἔνθηροι] Hoc in nostro Xenophonte non legitur. Ceterum loci descriptionem peraccuratam apud ipsum Xenophontem legas.

§ 18, l. 9. Ῥόην] Rhoen (hod. *Ialandji Kefken*) præter Arrianum et Anonymum nemo memorat. « Ceterum in *Anse de Koumdjighaz*, portui *Kefken* proximus exit rivus quidam, *qui a environ une lieue et demie de cours*, auctore Jouannino, et ex quo suum nomen Rhoe forsan accepit. Reperio etiam rivulum alium minorem in portum ipsum *Kefken* exeuntem, ex quo Rhoe forsan dictus locus fuit. » Gailius. ‖ — 10. Ἀπολλωνίαν] ἡ νῦν Δαφνουσία adscribitur margini manuscr. Palatini. » Holsten. Cf. Anonym. § 6: Ἀπολλωνίαν τὴν νῦν λεγομένην Δάφνην, et deinde: ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνιάδος νήσου τῆς καὶ Δαφνουσίας. Similiter Ptolemæus p. 314, 17: ἡ Θυνιὰς ἡ καὶ Δαφνουσία νῆσος, ubi Wilbergus verba ἡ καὶ Δ. cum duobus codd. omisit. Vulgo Thynias, Θυνιὰς (s. Θυνηΐς, Θυνὶς, Θύνη, Θυνία), insula appellatur; v. Scylax § 92, Stephan. Byz. v. Θυνιάς, Pomponius Mela II, 7. Strabo XII, p. 543, Callisthe-

νῆσον μικρὰν, ὀλίγον διέχουσαν τῆς ἠπείρου, ἄλλοι εἴκοσι. Λιμὴν ὑπὸ τῇ νησῖδι. Καὶ ἔνθεν εἰς Χηλὰς στάδιοι εἴκοσιν. Ἀπὸ Χηλῶν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἵναπερ Σαγγάριος ποταμὸς ἐσϐάλλει εἰς τὸν Πόντον. Ἐνθένδε εἰς τοῦ Ὑπίου τὰς ἐκϐολὰς ἄλλοι ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. Εἰς δὲ Λίλλιον ἐμπόριον ἀπὸ τοῦ Ὑπίου στάδιοι ἑκατόν· καὶ ἀπὸ τοῦ Λιλλίου εἰς Ἔλαιον ἑξήκοντα. Ἐνθένδε ἐς Κάλητα, ἄλλο ἐμπόριον, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Ἀπὸ Κάλητος ἐς Λύκον ποταμὸν ὀγδοήκοντα· ἀπὸ δὲ Λύκου εἰς Ἡράκλειαν πόλιν Ἑλληνίδα Δωρικὴν, Μεγαρέων ἄποικον, στάδιοι εἴκοσι· ἐν Ἡρακλείᾳ ὅρμος ναυσίν.

Ioniam, insulam exiguam, non procul a continente remotam, alia viginti. Est portus sub hac insula. Hinc ad Chelas viginti stadia. A Chelis usque ad id loci, ubi Sangarius fluvius in Pontum influit, centum et octoginta. Inde ad Hypii ostia, alia centum et octoginta. Ab Hypio ad Lillium emporium centum stadia, et a Lillio ad Elæum stadia sexaginta. Inde ad Caletem, aliud emporium, centum et viginti. A Calete ad Lycum fluvium octoginta. A Lyco ad Heracleam, urbem Græcam Doricam, Megarensium coloniam, viginti stadia; in Heraclea statio navium.

---

nes ἐν τῷ Περίπλῳ ap. schol. Apollon. II, 672, et ipse Apollonius Rhod. II, 350 et 673-717, ubi Argonautas Thyniadem insulam in honorem Apollinis, qui primo mane ipsis apparuit, Ἑώου Ἀπόλλωνος insulam vocasse, ibique Concordiæ templum ædificasse narrantur (Cf. Herodor., fr. 48). Fanum Apollinis in insula esse narrat schol. Apoll. Plinius VI, 13 : *Apollonia, Thynias dicta, ut distingueretur ab ea quæ est in Europa, distat a continente passibus mille, cingitur tribus mill.* Ambitum ejus 7 stadiorum dicit Nymphis ap. schol. Apoll. l. l. Urbem Θυνιάδα, Heracleotarum coloniam, in ea memorat Anonymus § 6; *Bithynida* urbem dicit Mela. Hodie insula *Kefken Adasi*. A Calpa ad insulam sec. Arrian. et Anom. sunt stadia 40; Marcianus 60 stadia habet. || — 2. λιμὴν ὑπὸ τῇ νησῖδι] Cf. Apoll. Rh. II, 350 : Νήσου Θυνήιδος ὅρμον ἵκησθε. || — 2. Χηλὰς] Locum memorant Geogr. Ravennates et Tab. Peutingeriana, in qua a Psili fluvio usque ad Chelas via est millium 27 (= 136 stad.); navigatio in hoc litore laciniato sec. Arrianum inde a Psili foret 260 stadiorum. Præterea Anonymus : αὕτη ἐστὶν ἡ λεγομένη Χηλαὶ Μηδιανῶν, quod aliunde non novimus. 5. Ὑπίου] Ὑππίου cod. et editt. Eodem modo codices Ptolemæi p. 312, 16 Ὑππίου, Ὑπτίου, Ἡππίου (vgo olim Ἱππίου); porro *Hyppium* Tab. Peuting., *Hippion* Geogr. Rav., at Ὕπιος præter Anonymum et Marcianum Scylax § 90, Apollon. Rhod. II, 795 : βαθυρρείοντος ὑφ' εἱαμεναῖς Ὑπίοιο, Domitius Callistratus libro sexto Περὶ Ἡρακλείας ap. Stephan. v. Ὕπιος, Memnon c. 42. Denique ipse Arrianus (in Βιθυνιακοῖς fr. 44) ap. Eustath. ad Il. ε, 150 : ἐκ δὲ τῆς ὑπὸ Ὕπιος ὁ παρὰ Ἀρριανῷ ποταμός. Nymphis Heracleota etiam Ὕπια ὄρη memoravit sec. Steph. l. l. Cf. schol. Apoll. Rh. II, 794 : ᾤκισται δὲ παρὰ τῷ ποταμῷ ἐν τῇ Θυνίᾳ καὶ πόλις Ὑπαὶ λεγομένη. Ὁ δὲ Ὕπιος ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ καταφέρεσθαι ἀπὸ τῶν Ὑπίων ὀρῶν. Ceterum Hypius fluvius nequit esse hod. *Kara-su*, ut Gauttieri mappæ, ut videtur, fidentes nonnulli putant; est *Melen* fl., ad quem locus cognominis. — In tab. Peutingeriana a Sangario ad Hypium numerantur milia 39; quod a vero longe recedit. Ptolemæus quoque distantiam hanc ²/₃ grad. esse statuens nimium posuit. || — 7. Λίλλιον] Anonymus habet εἰς Λιλεοῦν et ἀπὸ Λιλεοῦ, quorum illud haud dubie scribendum est εἰς Λιλεόν; apud Arrianum autem pro Λίλλιον reponendum puto Λίλαιον, quum formarum Λίλαιος et Λιλεὸς diversitas nihil habeat insoliti, ac simile græcæ urbis, Λιλαίας in Phocide, nomen notum sit. Lilæum inter fluvios Bithyniæ recenset Plinius V, 43. Aliunde de nostro emporio non constat. Ceterum inter Hypium et Lilæum Anonymus interponit Δίαν πόλιν, 60 stadiis a Hypio, 40 stadiis ab Elæo distantem. Marcianus quoque e Menippo eodem loco commemorat Δίαν πόλιν, sed, missa mentione Lilæi, post Diam statim Elæum memorat. Cf. Steph. Byz. : Δῖα, πόλις Βιθυνίας πρὸς τῷ Πόντῳ. Ptolemæus pro Δίαν πόλιν habet Διὸς πόλιν, at non suo positam loco. Series ei hæc est :

Ὑπίου ποταμοῦ ἐκϐολαί,	58° 40′, 42° 45′.
Ἐλάτα (l. Ἐλαίου) ποταμοῦ ἐκϐολαὶ	58° 40′, 43° »
Διὸς πόλις	58° 45′, 43° 20′.
Ἡράκλεια Πόντου	59° », 43° 30′.

Ad Diam urbem (non ad Tium, ut Movers *Phœn. Col.* p. 299) referas nomen Δίας, uxoris Phinei, ap. schol. Apoll. Rh. II, 178, nisi mecum pro Δίας corrigere velis Ἰδαίας; nam Ἰδαία ap. Apollodor. et ap. ipsum schol. Ap. II, 140 hæc Phinei uxor vocatur. || — 7. Ἔλαιον] sic etiam Menippus Marciani, qui a Dia urbe ad Elæum esse dicit 90 stadia, quum 100 numerent Arrianus et Anonymus, cujus codex εἰς Ἐλαιοῦν præbet. Idem fluvius *Byleum* in Tab. Peuting., *Bileum* in Geogr. Ravenn. vocatur corrupte. Apud Ptolem. pro Ἐλάτα reponi Ἐλαίου jussit Salmasius in Exercc. Plin. p. 618. Qui repræsentatur in numo ap. Eckhel D. N. vol. III, p. 168 fluvius recumbens cum epigraphe ΕΛΑΤΗΣ ΜΙΔΑΩΝ, eum ad nos nihil pertinere patet. Elæus in mare exiit, ubi Hamilton in mappa notat hodiernum *Chuvalli Iskeleh Su*. || — 8. Κάλητα.. ἐμπόριον] Accuratius dicendum erat ἐμπόριον καὶ ποταμόν, ut in Menippo Marciani. Anonymi codex hoc loco lacunam habet, ceterum de nomine facit cum Arriano, sicuti Eustathius ad Dion. 793, qui a Rheba usque ad Caletem olim Thynos habitasse (ex Arriani Bithyniacis) narrat. Corruptum nomen est ap. Marcianum in Κάλητα, ap. Diodorum XII, 72 in Κάχητα, ap. Thucyd. IV, 74 in Κάληχα, apud Memnon. c. 23 in Κάλλητα. Hodie *Kokolah*, non vero *Alabli* qui proxime post *Kokolah* fluv. sequitur. || — 9. Λύκον] Hunc omittit Marcianus; memorant Scylax, Apollon. Rh. II, 724 : Λύκοιο ῥέεθρα καὶ ἀνθεμοεισίδα λίμνην δερκόμενοι παρέμειϐον, schol Apoll. II, 650. 752, Orph. Argon. 752, Tab. Peuting., Geogr. Rav. et Plinius VI, 1, qui parum accu-

19. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείας ἐπὶ μὲν τὸ Μητρῷον καλούμενον στάδιοι ὀγδοήκοντα. Ἔνθεν δὲ εἰς τὸ Ποσείδειον τεσσαράκοντα· καὶ ἔνθεν εἰς Τυνδαρίδας πέντε καὶ τεσσαράκοντα. Πέντε δὲ καὶ δέκα ἔνθεν ἐπὶ τὸ Νυμφαῖον· καὶ ἀπὸ τοῦ Νυμφαίου ἐπὶ τὸν Ὀξείναν ποταμὸν τριάκοντα. Καὶ ἀπὸ Ὀξείνου εἰς Σανδα-

19. Ab Heraclea ad Metroum octoginta stadia. Inde ad Posidium quadraginta. Inde ad Tyndaridas quadraginta quinque. Inda ad Nymphæum quindecim; et a Nymphæo ad Oxinam fluvium triginta. Ab Oxina ad Sandaracam nonaginta stadia : Sandaraca statio est parvis navibus. Inde ad Crenidas saxaginta;

---

rate : *oppidum Heraclea Lyco flumini appositum*. Sec. Tab. P. a Heraclea distat 4 millia. Xenoph. An. VI, 2, 3 : ἐνταῦθα (ad Heracleam) διὰ τοῦ πεδίου ῥεῖ ποταμὸς Λύκος ὄνομα, εὖρος ὡς δύο πλέθρων. Nunc *Kilidch-Su*.

§ 19, l. 1. Μητρῷον] Hic locus a Marciano non memoratus ab Anonymo dicitur τὸ Μητρῷον τὸ νῦν καλούμενον Αὐλία. De Metroo aliunde non constat. Nomen acceperit a templo Matris deorum; cui quum in cultu Asiatico jungi soleat Bacchus, alterumque loci nomen Αὐλίαν proferat Anonymus, nescio an ad eundem locum pertinuerit Bacchicum ἄντρον Αὔλιον, cujus meminit Apollonius Rhodius II, 910. Quamquam sunt quæ dubitationem injiciant. Etenim iter Argonautarum ita habet : Lycum fluvium et Ἀνθεμοεισίδα λίμνην (II, 724) prætervecti veniunt ad ὅρμον ἄκρης Ἀχερουσίδος, promontorii celsis eminentis præcipitiis, quod in mare spectans Bithynicum in summo vertice platanis viret (hod. *Cap Baba*). Versus mediterranea ab eo descendit cava convallis, in qua Orci est antrum, silva saxisque opacum, exhalansque vapores frigidos. In mare autem ex promontorio (cf. II, 355) exit Acheron fluvius e profundis delabens faucibus, quem postea Nisæi Megarenses, Heracleæ conditores, appellarunt *Soonauten*, Σοωναύτην. Hunc fluvium Argonautæ ingressi sunt (per quinque stadia sursum navigantes, ut Herodorus ait ap. schol. ad II, 901). Deinde ex Acheronte profecti mox prætervehuntur Καλλιχόροιο προχοὰς ποταμοῖο, ubi Bacchus ex India redux fertur ὀργιάσαι στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν, ᾧ ἐν ἀμειδήτους ἁγίας εὐνάζετο νύκτας· ἐξ οὗ Καλλίχορον ποταμὸν περιναιετάοντες ἠδὲ καὶ Αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίην καλέουσιν. Hinc ad Stheneli sepulcrum veniunt, ad quod Apollini νηοσσόῳ, navium tutori, aram struunt, lyramque in ea dedicat Orpheus, unde Λύρα locus vocatur. Deinde ad Parthenium fl. veniunt. Hæc Apollonius. Cf. Ammian. 22, 8, 22 : p. 251. *Brevi spatio distant virorum monumenta nobilium, in quibus Sthenelus est humatus et Idmon et Tiphys.. Prætercursis partibus memoratis, Aulion antrum est, et fluenta Callichori ex facto cognominati, quod, superatis post triennium Indicis nationibus, ad eos tractus Liber versus, circa hujus ripas virides et opacas orgia pristina reparavit et choros : trieterica hujusmodi sacra quidam existimant appellari.* Jam vero si Callichorus fl., quem Scylax Paphlagoniæ accenset, idem est cum Oxina fluvio, uti tradit schol. Apoll. II, 904, fieri nequit ut Metroum sive Αὐλία ad hunc fluvium ponendum sit, nam ap. Arrianum Oxinas centum triginta stadiis a Metroo dissitus est. Quæri tamen potest num ex ordine geographico Apollonius loca recensuerit. Sic v. c. de Saonaute fluvio, quem eundem cum Acheronte Apollonius dicit, aliter prorsus statuit Plinius VI, 1, ubi sic : *Oppidumque Heraclea Lyco flumini appositum, portus Acone, veneno aconito dirus, specus Acherusia. Flumina Pædopides* (an Παιδοπίτης ?), *Callichorus, Sonautes. Oppidum Tium, ab Heraclea 38 mill. pass. Fluvius Billis*. In his enim Sonautes esse debet hod. *Tschuruk-Su*, qui sequitur post Oxinam fl. et excurrens in mare ideoque periculosum promontorium. Ad eandem regionem referre licet aram Apollinis νηοσσόου et Λύραν locum, de quibus supra vidimus. || — 2. Ποσείδειον] Ποσίδειον codex; *εἰς Ποσείδειον* τὸ νῦν λεγόμενον Ποτίστεα Anonymus. Sec. Menippum Marciani ab Heraclea ad Posidium sunt stadia 100, sec. Arrian. et Anonym. stadia 120. Esse itaque debet hodiernum prom. *Tchauch Aghysi*, uti recte jam Mannertus VI, 3 p. 614 monuit, non vero (uti in mappis plerisque pingitur) hod. *Baba Burun*, quamquam hoc potius promontorium (Acherusium Apollonii), ut magis conspicuum, notandum fuisse dixeris. || — 3. Τυνδαρίδας] Anonymus : Τυνδαρίδας, τὸ νῦν λεγόμενον Κυρσαιτά. Marcianus locum non memorat. Haud dubie memoria ejus obversabatur Apollonio Rhod. II, 806, ubi Lycus rex Mariandynorum dicit se Tyndaridis sive Dioscuris ob interfectum a Polydeuce Amycum Bebrycem templum exstructurum esse in Acherusio promontorio : Τυνδαρίδαις Ἀχερουσίδος ὑψόθεν ἄκρης Εἴσομαι ἱερὸν αἰπύ· τὸ μὲν μάλα τηλόθι πάντες Ναυτίλοι ἂμ πέλαγος θηεύμενοι ἱλάξονται· Καί κέ σφιν μετέπειτα πρὸ ἄστεος οἷα θεοῖσιν Πίονας εὐαρότοιο γύας πεδίοιο ταμοίμην. Quodsi Apollonius Tyndaridas, sicuti Soonauten fluvium ad Acherusiadem acram refert, id poetæ licentiæ condonandum est, nisi forte latiore sensu totum illum tractum qui inter Lycum et Oksinam fluvios procurrit, Acherusiadem acram (Ἀχερουσιάδα χερρόνησον Xenoph. An. VI, 2, 2) vocavit. || — 5. Νυμφαῖον] Non memorat Marcianus; Anonymus vero locum a Tyndaridis distare dicit non 15, sed 45 stadia, falso utique. Cum Arriano facit Marcianus, qui a Tyndaridis usque ad Oxinam stadia 90 exputat, quot etiam ex Arriani numeris colliguntur. || — 5. Ὀξείναν ποτ.] Ὀξίναν Anom.; Ὀξίνην Marcian. Schol. Apoll. Rh. II, 904 de Callichoro Apollonii ait : Ποταμὸς Παφλαγονίας (ut ap. Scylacem) περὶ Ἡράκλειαν, οὗ μέμνηται καὶ Καλλίμαχος. Ἔξεισι δὲ διὰ στομάτων δισσῶν. Τοῦτον δὲ πάλιν Ὀξύνοντα (sic) ἐκάλουν, ubi fort. leg. Ὄξυνον (sicuti ejusdem vocis formæ reperiuntur ὀξίνης, ὄξινος et ὄξυνος. V. Steph. Thes.). Etiam nunc fluvius vocatur *Koseh-Oksina*. Inde ab Heraclea ad Oxinam sec. Arrian. sunt 210, sec. Anonym. 245, sec. Marcian. 190 stad. Minima distantia a vero propius abest. Ab Oxina autem usque ad Billæum fluvium, quum Arrianus numeret stadia 290, Anonymus stad. 200, Marcianus stad. 180, maxima harum distan-

ράκην ἐνενήκοντα· Σανδαράκη ὅρμος ναυσὶ μικραῖς. Ἐνθένδε εἰς Κρηνίδας ἑξήκοντα. Καὶ ἀπὸ Κρηνίδων εἰς Ψύλλαν ἐμπόριον τριάκοντα. Ἐνθένδε εἰς Τίον, πόλιν Ἑλληνίδα Ἰωνικήν, ἐπὶ θαλάττῃ οἰκουμένην, Μιλησίων καὶ ταύτην ἄποικον, ἐνενήκοντα. Ἀπὸ δὲ Τίου εἰς Βιλλαῖον ποταμὸν στάδιοι εἴκοσιν. Ἀπὸ δὲ Βιλλαίου ἐπὶ τὸν Παρθένιον ποταμὸν στάδιοι ἑκατόν. Μέχρι τοῦδε Θρᾷκες οἱ Βιθυνοὶ νέμονται· ὧν καὶ Ξενοφῶν ἐν τῇ συγγραφῇ μνήμην ἐποιήσατο, ὅτι μαχιμώτατοι εἶεν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιὰ τῶν Ἑλλήνων ὅτι ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἔπαθεν, ἐπειδὴ ἀπεχωρίσθησαν οἱ Ἀρκάδες ἀπό τε τῆς Χειρισόφου καὶ τῆς Ξενοφῶντος μερίδος.

20. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἤδη Παφλαγονία. Ἀπὸ Παρθενίου εἰς Ἄμαστριν, πόλιν Ἑλληνίδα, στάδιοι ἐνενήκοντα· ὅρμος ναυσίν. Ἔνθεν εἰς Ἐρυθίνους ἑξήκοντα.

et a Crenidibus ad Psyllam emporium triginta. Inde ad Tium, urbem Græcam Ionicam, in maris ora sitam, Milesiorum coloniam, nonaginta. A Tio ad Billæum fluvium viginti stadia. A Billæo ad Parthenium fluvium centum stadia. Hucusque Thraces Bithyni sedem tenent. Quorum Xenophon in sua historia (*Anab.* 6, 3) mentionem fecit, eosque omnium Asiæ populorum bellicosissimos esse ait, quorum in terra exercitum Græcorum multa mala perpessum esse testatur, postquam Arcades a Chirisophi atque Xenophontis partibus defecerant.

20. Hinc Paphlagoniæ est initium. A Parthenio ad Amastrim urbem Græcam, ubi navibus statio, nonaginta stadia. Inde ad Erythinos sexaginta; et ab

---

tiarum ad veram oræ longitudinem magis accedit. || — 1. Σανδαράκη] Fortasse nomen locus a sandaraca ibi proveniente nactus est. In Steph. Thes. v. Σανδαράχη laudatur Anonymus De architectura sub Palladii nomine a Vineto editus : *Sandaraca plurimis in locis generatur, sed optima in Ponto et juxta flumen Hypanicum.* Pro 90 stadiis Anonymus et Marcianus nonnisi 40 stad. notant; perperam, ut opinor. Exstat hodie locus *Sungaldaik* ad *Tschuruk* fluv., sed longius ab Oksina remotus quam ut 90 Arriani stadia ad eum pertingant. ||—2. Κρηνίδες] Non 60, sed 20 stadia a præcedente loco numerant Marcianus et Anonymus. Meminit Crenidum ex Menippo etiam Stephanus v. Ψύλλα. Idem Stephanus : Κρανίδες, συνοικία, πρὸς τῷ Πόντῳ, Παρθένιος ἐν Ἀνθίππῃ. Τὸ ἐθνικὸν Κρανῖται. Locus ad *Tschuruk* fluv. collocandus foret. || — 3. Ψύλλαν] Præter Menippum apud Marcian. et Anon. et Steph. Byz. v. Ψύλλα et Τίος, locum memorat Ptolemæus p. 312, 20, ubi Ψύλλιον (gradu dimidiato ab Heraclea distans) et Tab. Peutingeriana, ubi corrupte *Scylleum* (*Sileon* in Geogr. Rav.), 30 mill. ab Heraclea dissitum. Ponenda Psylla ad hod. prom. *Kalimli.* De distantia cum Arriano facit Anonymus; Menippus ap. Marcian. et Steph. Byz. l. l. nonnisi 20 stad. a Crenidibus numerant. || — 4. Τίον] Cf. Scylax § 90, ibiq. not.; stadia 90 etiam Anonymus notat et Menippus ap. Marcianum et Stephanum. Byz. v. Τίος et Ψύλλα, nisi quod ibi codices ς' pro ϟ'; nonnulli etiam π' (quod in cod. Aldin. v. Τίος abiit in τ') exhibent; deinde autem Menippus ista stadia pertinere ait usque ad Tium et Billæum, quasi ad ipsum fluvium sita urbs esset. In Tab. Peuting. a Psyllio ad Tium sunt 12 mill., in Ptolemæo perperam gradus dimidia. Hodie Tius est *Filios* sive *Filijas*. De origine urbis Stephanus : Τίος, πόλις Παφλαγονίας τοῦ Πόντου, ἀπὸ Τίου ἱερέως τὸ γένος Μιλησίου, ὡς Φίλων. Δημοσθένης δ' ἐν Βιθυνιακοῖς φησι κτιστὴν τῆς πόλεως γενέσθαι Πάταρον ἑλόντα Παφλαγονίαν, καὶ ἐκ τοῦ τιμᾶν τὸν Δία Τίον προσαγορεῦσαι. Ad Tium etiam referenda quæ leguntur ap. schol. Apoll. Rh. II, 780 ; ἀπὸ δὲ Τιτίου φασὶν Τίτιον (Τίον?) τὴν πόλιν κληθῆναι. Est vero Titius ille vel Jovis filius vel unus ex Idæis Dactylis Rheæque assessor (v. Fragm. hist. tom. III, p. 14, 9. IV, p. 354, 2 et 448,9). Cultum hujus Jovis vel Bacchi indigenæ in Tio urbe floruisse fabulis allatis indicatur. In numis Tii legitur Διονυσιος κτιστης (Vid. Eckhel. II, p. 438). — 6. De Billæo fluvio (hod. *Filijas*) cf. Apollon. Rhod. II, 792 : Παφλαγόνες,... ὅσους Βιλλαίοιο μέλαν περιάγνυται ὕδωρ. Ad quæ schol. : Βιλλαῖος, περισπωμένως. οὕτω φησὶν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς καθόλου· ἔστι δὲ ποταμὸς Παφλαγονίας, οἱ δὲ Φρυγίας, et aliud : Οὗτος δὲ διὰ τῆς ἐπικειμένης Φρυγίας ῥέων ἐξίησι παρ' αὐτὴν τὴν Τιτάνων (l. Τιανῶν) πόλιν. Scriptura nominis in Marcian. et Stephan. l. l. et Constant. Porphyr. De them. I, 7 fluctuat inter Βιλλαῖος, Βίλαιος, Βίλλαιος. Duplex λ etiam numi præbent. V. Eckhel D. N. vol. II, p. 439. *Billis* est ap. Plin. VI, 1. || — 7. Παρθένιον] Anonymus et Marcianus a Billæo ad Parthenium accuratius exputant stadia 130, ita ut 60 stadia sint ad Psilidem fl. [Ψίλιδα, τὸν νῦν λεγόμενον Παπάνιον An.], hinc vero ad Parthenium stadia 70. Alterum ejusdem nominis fluvium jam vidimus supra; utrumque memorat Stephanus s. v. Hodiernum nomen fluvii inter Billæum et Parthenium medii, non reperio; adjacet ei locus *Kisil-Elma.*

§ 20, l. 14. Paphlagoniam, quæ Arriani ætate usque ad Parthenium pertinebat, Menippus Billæo terminari dixit (v. Marcian. Anon.); eodem modo Plinius VI, 2 et Constant. Porphyr. l. l. : διορίζει δὲ τὴν Παφλαγονίαν Ἅλυς μὲν ποταμὸς ἐξ ἀνατολῶν, πρὸς δὲ δυσμὰς ὁ καλούμενος Βίλλαιος. Idem urbes Paphlagoniæ maritimas recenset Sinopen, Amastram, τὸ Τήιον καὶ τὴν λεγομένην Ἀμινσόν (sic). Apud Scylacem § 90 et Apollon. Rhod. magis etiam occasum versus usque ad Oxinam s. Callichorum fl. Paphlagonia extenditur. Cf. etiam Mela I, 91, qui Tium jam esse ait soli gentisque Paphlagonum. V. Mannert. VI, 3, p. 547. — De Amastri plura collegit Anonymus, qui ab Heraclea usque ad Amastrin esse dicit stadia 700; ex Arriano colliguntur stadia 690; singuli Anonymi numeri nonnisi 660 stadia efficiunt, ut unus numerus corruptus esse debeat. Marcianus stadia 590 recenset. || — 16. εἰς Ἐρυθίνους] Homer. Il. 2, 853 : οἵ ῥα Κύτωρον ἔχον καὶ Σήσαμον ἀμφενέμοντο,... Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους. Apollon. Rhod. II, 941 : Σήσαμον αἰπεινούς τε παρεξε-

Καὶ ἀπὸ Ἐρυθίνων εἰς Κρῶμναν ἄλλοι ἑξήκοντα. Ἐνθένδε εἰς Κύτωρον ἐνενήκοντα· ὅρμος ναυσὶν ἐν Κυτώρῳ. Καὶ ἀπὸ Κυτώρου εἰς Αἰγιαλοὺς ἑξήκοντα. Ἐς δὲ Θύμηνα ἐνενήκοντα. Καὶ εἰς Κά-

Erythinis ad Cromnam sexaginta alia. Hinc ad Cytorum, ubi statio navibus, nonaginta. A Cytoro ad Ægialos sexaginta. Ad Thymena nonaginta. Ad Carambin centum et viginti. Inde ad Zephyrium

---

νέοντ' Ἐρυθίνους, Κρωβίαλον, Κρῶμνάν τε καὶ ὑλήεντα Κύτωρον. Ubi scholiasta : Ἐρυθῖνοι δὲ οὕτω λεγόμενοι λόφοι περὶ Παφλαγονίαν· οὕτω δὲ λέγονται διὰ τὴν ἐρυθρότητα τοῦ χρώματος· εἰσὶ γὰρ τοιοῦτοι. Strabo XII, p. 545 : Ἐρυθίνους δὲ λέγεσθαί (ap. Homerum) φασι τοὺς νῦν Ἐρυθρίνους ἀπὸ τῆς χρόας. δύο δ' εἰσὶ σκόπελοι. Stephan. Byz. : Ἐρυθῖνοι, πόλις Παφλαγονίας· λέγεται δὲ παρὰ τὸ ἔρευθος... Τὸ ἐθνικὸν ὅμοιον. Urbem dicit etiam Chœroboscus in Cram. Anecd. II, p. 197, 32. Ptolemæus V, 1, p. 314, 18 : οἱ Ἐρυθῖνοι σκόπελοι, νῆσοι, 58° 30', 43° 15' : adeo ut scopuli isti ab Heraclea occasum versus sitæ essent, quod ab Arriani et Apollonii verbis prorsus abhorret. Scopulos sive insulas accuratissimæ tabulæ in hoc tractu exhibent nullos; verum urbs sita fuit in peninsula saxosa, quam scopelos dixerunt. Similiter promontorium, quod ultra Sinopen in mare excurrit, σκόπελον et νῆσον dicunt. Veram rei rationem optime indicant verba Anonymi : ἀπὸ δὲ Ἀμάστριδος εἰς χηλὴν Ἐρυθίνους, i. e. ad Erythinos, ante quam forcipis instar litus saxosum in mare prominet. Talis vero litoris ratio est ad hodiernum *Delikli Tchili*, quod sexaginta fere stadiis ab Amastride distat. Marcianus hujus loci non meminit. Anonymus pro 60 stadiis numerat 90, perperam. Contra vero ab Erythinis usque ad Cromnam non 60 stadia cum Arriano, sed 90 cum Anonymo computanda sunt; recteque Marcianus ab Amastri ad Cromnam esse ait stadia 150 (60 X 90). Probatur res eo, quod de Cytori (hodierni *Cidros*) situ certe constat, de distantia autem stad. 90 inter Cromnam et Cytorum Arrianus, Anonymus et Marcianus consentiunt, ideoque quod inter Erythinos et Cromnam spatium relinquitur, ex tabulis geographicis facile colligitur. Hoc vero est 90 fere stadiorum; locus autem quem subducti sic calculi demonstrant, insignis est vetustæ urbis ruinis. Crobialum urbem sec. Apollonium inter Erythinos et Cromnam interjectam, obiter memorat Strabo l. l, nonnullos monens ap. Homer. l. l. pro αἰγιαλόν τε legi voluisse Κρωβίαλον (sic leg. pro Κωβίαλον) τε. E Strabone idem repetunt schol. Apollon. II, 944 et Eustath. ad Hom. l. l. Ex Apollonio sua habet Steph. Byz. v. Κρωβίαλος. Cromnam præter laudatos memorant Plinius VI, 2, Valerius Flaccus Arg. V, 106, Ptolemæus, Strabo p. 545, et Stephanus, ubi inepte : Κρῶμνα, ἡ νῦν Ἄμαστρις. Cujus erroris originem indicant sequentia : τινὲς δέ φασιν χωρίον Ἀμάστριδος. Sc. Cromna una fuit e quattuor urbibus, e quibus Amastris urbs συνῳκίσθη, teste Strabone. Adde Tzetzem ad Lycophr. 521 : Κρῶμνα, χωρίον Κορίνθου· ἔστι δὲ καὶ Κρώμνη πόλις Παφλαγονίας, ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ὁ Ποσειδῶν. Movers *Phœn. Col.* p. 299 referri huc vult etiam schol. Parisin. Apoll. Rh. II, 140, ubi Phinei (Cappadociæ regis) filii recensentur Παρθένιος καὶ Κρώμενος; at potius corruptum est nomen ex Κράμβις, quod habes in schol. vulg.; Crambin Phrixi filium (a Carambi prom.) memorat etiam Sophocles ap. schol. Ap. II, 178 et 238 : Ὤρυιθον (Ὄαρθον cod. Paris.) καὶ Κράμβιν; cf. schol. Soph. Ant. 981, ubi filii sunt Γηρύμβας καὶ Ἄσπονδος. || — 2. Κύτωρον] Urbs modo ἡ Κύτωρος modo τὸ Κύτωρον dicitur; plebeja forma serioris ævi Κυτωρὶς est ap. Suidam. s. v. et in cod. Scylacis. V. Homer.; Apollon. Rh.; Ptolem., ll. ll.; Stephan. Byz.; Eustath. ad Hom. l. l.; Strabo p. 542. 544. 545; Mela I, 19; Valerius Flacc. II, 105. *Mons Cytorus* ap. Plin. VI, 2 (cf. Virgil. Georg. 2, 437, alii) a Tio 63 mill. pass. distare dicitur, quod a vero satis longe abest. Fluvius Κυτωρὶς memoratur ap. Zonaram p. 1265. Nomen urbis a Cytoro (qui aliis Cytisorus) Phrixi filio deduxit Ephorus ap. Strabon., Mela et Steph. *Kotru* urbs vocatur ap. Abulfedam tab. XVIII, p. 309. Nunc *Kidros* vel *Kidras*. De ruinis vetustæ urbis v. Tavernier *Voyage* l. III, c. 6. || — 3. Αἰγιαλούς] Αἰγιαλὸν Marcian. et Anonym., ut Homerus l. l. et Strabo XII, p. 545 : ὁ δὲ Αἰγιαλὸς ἐστι μὲν ἠϊὼν μακρὰ πλειόνων ἢ ἑκατὸν σταδίων· ἔχει δὲ καὶ κώμην ὁμώνυμον, ἧς μέμνηται ὁ ποιητής. De distantia consentit Anonymus; ap. Marcianum h. l. lacuna est. Præterea Αἰγιαλοὺς (sic pluraliter) memorat Lucian. in Alexandro c. 57 p. 343 Didot. Componendus locus cum hodierno *Kara Agatsch*. || — 4. Θύμηνα] Quæ sequuntur ab Ægialis ad Carambim non eodem modo tradunt Arrianus, Anonymus et Marcianus :

ARRIANUS.		ANONYMUS.		MARCIANUS.	
Ab Ægialo ad Thymenam. .	90	Ab Ægialo ad Climacem.	50	Ab Ægialo ad Climacem. . .	50
		A Climace ad Timolæum.	40	A Clim. ad Timolæum. . . .	60
		A Timol. ad Thymenam.	20		
A Thymena ad Carambin. . .	120	A Thym. ad Carambin (100 ?)	120	A Timolæo ad Carambin. . .	100
	210		230		210

Anonymus, quum ceteris accuratiora tradere videri possit, vereor ne e diversis fontibus male sua conflaverit, duoque loca fecerit ex uno, quem Thymenam ap. Arrianum, Timolaium ap. Marcianum sive Menippum scribi reperit. Certe diversis modis hunc locum vocatum esse colligas e Ptolemæo V, 4, p. 327, 9, ubi inter Κλίμακα χωρίον et Κάραμβιν ἄκραν memoratur Τευθρανία ἡ καὶ Θύμαινα (sic, rectius, puto). Quod verba ἡ καὶ Θύμ. in multis codd. desunt, ad nostram rem nihil facit. Ceterum Τευθρανία corruptum esse vix dubium. Fortasse notum hocce nomen scriba aliquis effinxit ex eo quod repererat ΤυμΘΑΝΙΑ pro ΤυμΟΛΑΙΑ vel potius pro ΤιμΟΝΑΙΑ, siquidem terminationes nominis ap. Arrianum et Ptolemæum suadent ap. Marcian. pro Τιμόλαιον leg. esse Τιμόναιον. Stephani locus : Τιμώνιον, φρούριον Παφλαγονίας. Τὸ ἐθνικὸν Τι-

ραμβιν εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Ζεφύριον ἑξήκοντα. Ἀπὸ δὲ Ζεφυρίου εἰς Ἀβώνου τεῖχος, πόλιν σμικρὰν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ὅρμος ναυσὶν οὐχ ἀσφαλής· ἀλλὰ σαλεύοιεν ἂν ἀπαθεῖς, εἰ μὴ μέγας χειμὼν κατέχοι. Ἀπὸ δὲ Ἀβώνου τείχους εἰς Αἰγινήτην ἄλλοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν.

21. Ἐνθένδε εἰς Κίνωλιν ἐμπόριον ἄλλοι ἑξήκοντα· καὶ ἐν Κινώλει σαλεύοιεν ἂν νῆες ὥρᾳ ἔτους. Ἀπὸ δὲ Κινώλιος ἐς Στεφάνην ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· ὅρμος ναυσὶν ἀσφαλής. Ἀπὸ δὲ Στεφάνης εἰς Ποταμοὺς πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Λεπτὴν ἄκραν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. Ἀπὸ δὲ Λεπτῆς ἄκρας ἐς

sexaginta. A Zephyrio ad Aboni mœnia, urbem exiguam, centum et quinquaginta : statio illic navibus non admodum tuta; ubi tamen, si non magna sit tempestas, a damno immunes commorari queant. Ab Aboni mœnibus ad Æginetam alia sunt stadia centum et quinquaginta.

21. Inde ad Cinolim emporium alia sexaginta; ad Cinolim quoque æstate naves in salo consistere possint. A Cinoli ad Stephanen, ubi statio navibus tuta, centum et octoginta. A Stephane ad Potamos centum et quinquaginta. Hinc ad Lepten Acram centum et viginti.

μωνίτης καὶ τὸ θηλυκὸν Τιμωνῖτις, num ad nos pertineat, nescio; non videtur tamen, quum mediterraneum locum esse suadeat mentio Timonitidis Paphlagoniæ, Bithyniæ conterminæ, ap. Strabon. p. 562. Hodie Thymæna sin Timonæa sive Timonæum est *Timteh*, 60 fere stadiis a loco, quem Climaci (hodierno *Tchideh*) assignare debemus, distans, sicuti recte computat Marcianus; Arrianus si ab Ægialo ad Climacem 50 stadia computavit, hinc ad Thymenam nonnisi 40 computare potuit. Idem quum ipso loci nomine a Menippo recederet, facilis conjectura erat duo oppida diversa 20 stadiis inter se distantia distinguenda esse. Itaque distinxit Anonymus, non observato tamen ordine, quum Thymene ei ante Timolæum ponenda esset. Sic mihi videtur. Sin duo oppida notari tu mavis, Timolæum dices esse hodiernum *Ulu*. ‖ — Ζεφύριον] Post Carambin pr. Marcianus memorat Καλλιστρατίαν (a Ptolemæo l. l. perperam post Zephyrium collocatam), quam Καλλιστρατίδα τὴν καὶ Μαρσίλλαν (hodie *Merset*) dicit Anonymus, 20 stadiis a Carambi distantem (at in mappis nostris distantia fere 40 stad. est). Post alia stadia 40, ideoque 60 stadia a Carambi cum Arriano Anonymus ponit Zephyrium (ubi nunc est *Karjani*), quod memorat etiam Ptolemæus p. 327, sed omittit Marcianus, qui post Callistratiam memorat Garium (hod. *Sarpana*), 80 stadia distans oppidum; hoc omittit Arrianus, habet item Anonymus, sed ita ut a Zephyrio eo usque 30, ideoque a Callistrati nonnisi 70 stadia computet. Marciani computus præstat. Cum Anonymo facit Arrianus, siquidem hic a Zephyrio usque ad Abonu-tichos numerat stad. 150, quæ exæquant stadia 30 + 120 Anonymi. ‖ — 2. Ἀβώνου τεῖχος] memoratur a Strabone XII, p. 545 : Μετὰ δὲ Κάραμβιν Κίνωλις καὶ Ἀντικίνωλις καὶ Ἀβώνου τεῖχος πολίχνιον καὶ Ἀρμένη (in quibus series locorum negligitur), a Ptolemæo l. l. et Luciano in Alexandro seu Pseudomanti c. 9 sq. et c. 58 p. 343 ed. Didot., ubi hæc : Ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ μέγα ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ τόλμημα, τὸ αἰτῆσαι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μετωνομασθῆναι τὸ Ἀβώνου τεῖχος καὶ Ἰωνόπολιν κληθῆναι κτλ. Ac sane nomen mutavit; nam Anonymus habet : Ἀβώνου τεῖχος, πόλιν [τὴν νῦν] λεγομένην Ἰωνόπολιν (Ἰουνόπολ. cod.). Cf. Constant. Porphyr. De them. I, 7. p. 30, 6; Hierocles. p. 696 ed. Wess. (ubi item Ἰουνόπολις, sicut etiam in Chalcedon. Concil. p. 95, et Nicæno II, p. 52). Numi Ἰωνοπολειτων, notante Wesselingio ad Hierocl. Cf. Mannert. VI, 3, 19. Etiamnunc urbs vocatur *Ineboli*. ‖ — 4. ἀλλὰ σαλεύοιεν] ἀλλ' εὔδοιεν codex; em. ex Anonymo. ‖ — 6. Αἰγινήτην] Αἰγινῆτιν cod.; em. Gail. ex Anon. (Αἰγινήτην, πολίχνιον καὶ ποταμόν), Marciano et Steph. Byz., ubi : Αἰγινήτης, πολίχνιον καὶ ποταμὸς Παφλαγονίας. Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως διὰ τὴν τοῦ πρωτοτύπου πρόληψιν. Ἔοικε δὲ τὸ ὄνομα δηλοῦν τὴν ἐν τῷ Πόντῳ Αἴγιναν. Παφλαγονία γὰρ τῷ Πόντῳ συνεχής. Nunc vicum esse *Inichi* Beauchampi auctoritate refert Mannert. p. 18. In meis tabulis id nomen non notatur; 120 fere stadiis ab Ineboli occurrit fluvius ad eumque situs locus *Apana*, quem Æginetem esse Kiepertus statuit. Ac sane 120 stadia notat Anonymus. At Arrianus pro 120 habet 150, Marcianus 160, idque haud dubie rectius; nam sic demum ab Æginete ad Cinolin, de cujus situ constat, stadia 60, quot uno consensu nostri periplôn auctores computant, recte habent. Quare Ægineten magis orientem versus removeo ad locum *Hadchi Weli Oghlu Iskelessi*.

§ 21, l. 7. Κίνωλιν]. V. Scylax. § 90 ibi not.; h. *Kinolu*. Post Cinolin apud Plinium, Melam, Strabonem, Marcianum, Anonymum memoratur Ἀντικίνωλις, quæ fortasse non diversa erat a *Colussa*, quam unus memorat Scylax. A Cinoli ad Stephanen (de qua v. not. ad. Scylac.) Marcianus nonnisi 150 stadia exputat; Arriani et Anonymi numerus præstat. ‖ — 10. Ποταμοὺς] 150 stadia, quæ sunt a Cinoli ad Potamos sec. Arrian. et Anonym. (120 stad. sec. Marcianum) ad ruinas ducunt, quæ Potamis vindicandas esse consentaneum; mirum tamen nullum ibi notari fluvium quem et ipsum nomen postulat et verba Marciani : ἔστι δὲ εἴσπλους εἰς Ποταμοὺς πορθμίοις. Apud Scylacem inter Cinolim et Armenen memoratur non nota aliunde urbs græcanica Τετράκις; cui num cum nostro loco commune aliquid sit ignoro. Sin conjecturæ indulgere licet, Scylacis urbem ad hodiernum *Kios Dagh* et Lepten promontorium collocarim; porro quum in hac Sinopensium ditione Hercules olim Τρικκαίους Thessalos, Deileontem et Autolycum Phlogiumque, reliquisse ab Apollonio II, 955. (cf. Anon. perieg. 945 p. 236) dicatur, nescio an urbis alicujus memoria cum hac fabula conjuncta fuerit, ideoque pro miro isto nomine Τετράκις fuerit Τρίκκη vel Τρίκκις. ‖ — 11. Λεπτὴν ἄκραν] εἰς Συριάδα ἄκραν Λεπτὴν Marcian.; εἰς Συριάδος ἀκρουλεπτὴν codex Anon., in quibus Συριὰς ἄκρα est Συρῶν vel Λευ-

Ἀρμένην ἑξήκοντα· λιμὴν αὐτόθι. Καὶ Ξενοφῶν τῆς Ἀρμένης ἐμνημόνευσε. Καὶ ἔνθεν εἰς Σινώπην στάδιοι τεσσαράκοντα· Σινωπεῖς Μιλησίων ἄποικοι. Ἀπὸ δὲ Σινώπης εἰς Κάρουσαν πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· σάλος ναυσίν. Ἐνθένδε εἰς Ζάγωρα, ἄλλοι αὖ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς τὸν Ἅλυν ποταμὸν τριακόσιοι.

22. Οὗτος ὁ ποταμὸς πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆς Κροίσου βασιλείας καὶ [τῆς] Περσῶν· νῦν δὲ ὑπὸ τῇ Ῥω-

A Lepte Acra ad Armenen sexaginta; portus illic. Armenæ Xenophon (*An.* 6, 1, 9) quoque mentionem facit. Inde ad Sinopen stadia quadraginta; Sinopenses Milesiorum coloni. A Sinope ad Carusam, ubi salum navibus, centum et quinquaginta. Hinc ad Zagora item centum et quinquaginta. Inde ad Halym fluvium trecenta.

22. Hic fluvius olim regni Crœsi et Persarum terminus fuit, nunc sub Romanorum imperio fluit; haud

---

χοσύρων vel Ἀσσυρίων ἄκρα; nam prom. in Leucosyrorum regione situm erat sec. Scylacem aliosque. Cf. Λευκοσύρων ἀγκὼν prope Iridis fluvii ostia. || — 1. Ἀρμένην] Ἁρμένην, cod. et editt. Apud Marcianum, ubi Millerus tacite Ἁρμένην reliquit, codex Parisinus et Vaticanus Ἀρμένην habent, sicuti Ptolemæus, Plinius et Geogr. Ravennates et Scylax (ubi vide) et editiones novissimæ Xenophontis. Hodie *Akliman* locus vocatur. Stephanus (Ἀλμήνη, πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, ὡς Ἀρριανός) aut vitioso Arriani codice usus esse videtur, aut excerptoris culpa factum est, ut hæc nominis forma Arriano vindicaretur; frequens enim est litterarum ρ et λ in urbium nominibus permutatio, cujus exempla congessit Meineke ad Steph. p. 76. Marcianus et Anonymus prope Armenen fluvium memorant Ὀχθομάνην (Anon.) vel Ὀχοσβάτην (Marc.), quem Scylax § 89 (ubi vide) Ὀχέραινον dicit. || — 2. εἰς Σινώπην] Accuratius de his exponunt Marcianus et Anonymus, addentes etiam nonnulla de numero stadiorum quæ usque ad Sinopen colliguntur. || — 4. εἰς Κάρουσαν] Marcianus et Anonymus inter Sinopen et Carusam memorant Euarchum fluvium Anonymi ætate Εὔηχον dictum (hodie *Tchobanlar Tchai*) 80 stadia a Sinope, 70 stadia a Carusa distantem, quo Paphlagonia a Cappadocia vel Leucosyrorum regione vel, secundum Menippi rationes, a duobus Pontis dirimitur. Cf. Menippus ap. Stephan. Byz. v. Καππαδοκία. Similiter Plinius VI, 2 : *Flumen Euarchum* (sic Harduinus pro *Varetum*); *gens Cappadocum*. Præterea hujus fluvii meminit Etym. M. p. 388, 42 v. Εὔαρχος: Φασὶ δὲ καὶ ποταμόν τινα παρὰ τὴν Σινώπην Εὔαρχον ὑπὸ τῶν Ἀργοναυτῶν προσηγορεῦσθαι, ἀφ' οὗ πρῶτον ἔπιον, ὥς φησιν Εὐφορίων· « Ἡ οἱ Εὐάρχοιο φέρε κλέος ἀμφὶ ῥέεθρα. — Porro Geographus Ravennates inter Sinopen et Carusam memorat locum *Cleoptasiam*, quem auctor Tabulæ Peuting. *Cloptasiam* vocans 7 mill. a Sinope distare ait, Ptolemæus denique p. 327 rectius haud dubie Κυπτασίαν (Κοπτασία v. lect.) dicit, sed ita ponit ut supra 250 stadia a Sinope distet, quod aperte falsum est, ut locorum series in Tab. Peut. et Geogr. Rav. docet. Acquiescendum in distantia, quam tab. Peut. indicat, adeo ut Coptasia vel Cyptasia media sit inter Sinopen et Euarchum, respondeatque hodierno *Eren Boghasi*. Κάρουσα autem hodie *Gerseh*. V. Hamilton *Researches* I, p. 304. Memoratur a Plinio VI, 2 et Scylace § 89, ubi Κάρουσσα. Eandem urbem Κάρισσαν dici a Ptolemæo p. 329, 22 opinatur Forbiger. II, p. 407. At Κάρισσα ab ora longe remota, et sub eodem meridiano cum Phasidis ostiis sita (64° 40′, 41° 40′), aut alia urbs est aut mirum in modum Ptolemæus erravit. Anonymus Κάρουσαν dicit ἐμπόριον καὶ λιμένα τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις (id quod mappam inspicienti facile patebit), πρῶτον Πολίχνιον ὠνομασμένον, in quo Πολ. nomen haud dubis corruptum. || — 5. Ζάγωρα] Ζάγωρον Marcian.; Γάζουρον χωρίον, ἤδη Καλίππους (ab ἱπποτροφείοις, puta) λεγόμενον, Anonym.; *Zacoria* Tab. Peut. et Geogr. Rav. Apud Ptolemæum post Cyptasiam in ora marit. memorantur Ζαλίσκου ποταμοῦ ἐκβολαὶ et Γάλωρον; quorum ordinem, servata epocharum serie, invertendum et priore loco Ζάγωρον, altero Ζαλήκου scribendum esse recte monet Wilbergius. Vicum mediterraneum Ζάγειρα (61° 40′, 43° 40′), quem Ptolemæus p. 328, 8 memorat, ad nos nihil pertinere, cuique patet, excepto Forbigero. Zagora sita erat ad ostia fluvii hod. *Ak-Su-Tchai*, ubi exstant urbis ruinæ, esseque ibi etiam nunc vicum *Ghezere* e Beauchampio notat Mannertus VI, 3, p. 10. Distantia inde a *Gerseh* linea recta 100 fere stadiorum, sin oram sinus inter utrumque locum interjecti legeris, erunt fere stadia 150, quot exputat Arrianus; ap. Marcianum nonnisi 120 stadia sunt. Porro inter Carusam (*Gerseh*) et Zacoram Geographus Ravennates habet locum *Orgibate*, qui eodem modo scribitur in Tabula Peuting., omissa nota distantiæ; Anonymus autem Γουρζούβανθον vocat, a Carusa distare ajens stadiis 60; quod intervallum ducit ad hodiern. *Kior Siuwet* nec longe hinc remotum pagum *Kusufet Owa*. Quod vero deinceps addit Anonymus inde a Gurzubantho ad Gazurum (sive Zagorum) esse stadia 150, id falsum est; pertinet hic stad. numerus a Carusa ad Gazurum, eumque ex Arriano assumens auctor An. non reputavit detrahendos ei esse stadia 60, quæ sunt usque ad locum ab ipso interpositum. Ne putes cum Forbigero Gazurum locum a Zagoro diversum esse et 60 stadiis ab eo orientem versus dissitum, inde colligitur, quod sic oræ longitudo a Carusa usque ad Halyn fl. nancisceremur stadiorum 510, quod non solum ab Arriani et Marciani computo longius recederet, sed a vero etiam abhorreret. || — 7. τριακόσιοι] Marcianus nonnisi 270, idque paullo accuratius, exputat; cum Arriano facit Anonymus; uterque inter Gazorum Halymque memorat Ζάληκον ποταμὸν καὶ κώμην ἀλίμενον, ab Gazoro distantem stad. 90 sec. An.; stad. 120 sec. Marcian. Fluvius ille hodiernus est *Alatscham*, 100 stad. a Gazoro in mare exiens. Nomen Ζάληκος confirmat Theognost. Can. p. 59. Apud Ptol. p. 327, 19 : Ζαλίσκου ποταμοῦ ἐκβολαί, at præter ordinem. Geogr. Rav. corrupte : *Eleca*, et Tab. Peuting. : *Helega*.

§ 22, l. 9. τῆς Περσ.] τῆς ex Anom. adj. Gail. || —

μαίων ἐπικρατείᾳ ῥέει, οὐχ ἀπὸ μεσημβρίας, ὡς λέγει Ἡρόδοτος, ἀλλ' ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου. Καθότι δὲ εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, ὁρίζει τὰ Σινωπέων καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα. Ἀπὸ δὲ Ἅλυος ποταμοῦ ἐς Ναύσταθμον στάδιοι ἐνενήκοντα· ἵναπερ καὶ λίμνη ἐστίν. Ἐνθένδε ἐς Κωνωπεῖον, ἄλλην λίμνην, ἄλλοι αὖ πεντήκοντα. Ἀπὸ δὲ Κωνωπείου ἐς Εὐσήνην ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. Ἐνθένδε εἰς Ἀμισὸν ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα. Ἀμισὸς, πόλις Ἑλληνὶς, Ἀθηναίων ἄποικος, ἐπὶ θαλάττῃ οἰκεῖται. Ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ εἰς Ἀγκῶνα λιμένα, ἵναπερ καὶ ὁ Ἶρις εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, στάδιοι ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴριος τῶν ἐκβολῶν ἐς Ἡράκλειον ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι· ὅρμος ναυσίν. Ἐνθένδε ἐπὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν τεσσαράκοντα.

a meridie, ut Herodotus (6, 72) ait, sed ab ortu solis: ubi autem se exonerat in Pontum, Sinopensium et Amisenorum agros separat. Ab Haly fluvio ad Naustathmum, ubi palus, nonaginta stadia. Hinc ad Conopeum, aliam paludem, stadia quinquaginta. A Conopeo ad Eusenen centum et viginti. Inde ad Amisum, centum et sexaginta: Amisus autem, urbs Græca, Atheniensium colonia, mari adjacet. Ab Amiso ad Anconem portum, ubi Iris in Pontum exoneratur, centum et sexaginta stadia. Ab Iris ostio ad Heracleum portum trecenta et sexaginta, ubi statio navibus. Hinc ad Thermodontem fluvium quadra-

---

2. Ἡρόδοτος] Quæ de Halyis fluvii cursu Herodotus I, 6 et 72 habet, iis nihil adeo falsi inest, modo recte verba intelligantur. V. Ritter. *Erdk.* II, p. 716; Bæhr. ad Herodot. tom. I, p. 184 et 17; Mannert. VI, 2 p. 452 sqq.; Forbiger II, p. 99 sq. || — 4. Ναύσταθμον] *Nautagino* in Tab. Peut.; non minus corrupta nota distantiæ, qua XII mill. ab *Eleca* (Zaleco) computantur. In Geogr. Rav. legitur *Nautamon.* Lacus ille est λιμνοθάλασσα, hodiern. *Hammanly Gol,* de quo v. Hamilton *Researches* I, p. 295. Pro 90 stadiis Anonymus aperto errore habet 40; Marcianus 120. || — 6. Κωνωπεῖον] Marcianus Κωνώπιον, fortasse rectius; cujus nominis locum etiam ad lacum Mæotidem memorat Stephanus Byz. s. v. Anonymi codex ambigua corruptione: Κωνώπειον (sic). Hodie est *Kumdschas.* Lacus ille nunc in locum lutosum evanuit. V. Hamilton. l. l. I, p. 293. De distantia cum Nostro facit Anonymus; Marcianus pro 50 stadiis ponit 120; perperam. || — 7. Εὐσήνην] Εὐσήνην locum in mediterraneis recenset Ptolemæus p. 328, 24; *Ecene* legitur in Geogr. Rav.; *Ezene* in Tab. Peuting.; Marcianus locum omittit; Anonymus vero dicit Εὐσήνην τὴν καὶ Δαγάλην. Hinc situs loci fere patet. Nam Δαγάλη nomen agnoscis in hodierno promontorio *Kagalu.* Ipse vero locus noster ponendus videtur ad ostia fluminis *Gordon,* qui ad promontorii latus occiduum exit. Hucusque inde a Conopio sunt ad 120 stadia, quot exputant Arrianus et Anonymus. Hinc deinde ad Amisum reliqua sunt stadia 30 et quod excurrit, adeo ut a Conopio ad Amisum sint stadia fere 150-160, uti habet Marcianus. Contra vero Arrianus et Anonymus ab Eusene ad Amisum putantes stadia 160 errant manifesto. Scilicet stadia 160 Arrianus recte notata reperit a Conopio ad Amisum, et perperam transtulit ad intervallum ab Eusene ad Amisum, quum numerus dividendus esset in stadia 120 et 40. || — 10. Ἀγκῶνα λιμένα] Ἀγκῶνος λιμένα Anon. Marcianus portum in Ancone promontorio vel Anconem portum non memorat; Apollonius Rhod. II, 365 angulum istum litoris maritimi post Irin fluv. ponit: Μετὰ τὸν δ' (post Halyn) ἀγχίρροος Ἶρις μειότερος λευκῇσιν ἑλίσσεται εἰς ἅλα δίναις. Κεῖθεν δὲ προτέρωσε μέγας καὶ ὑπείροχος ἀγκὼν ἐξανέχει γαίης. Cf. Ptolemæus V, 6 p. 334, 11. Geogr. Raven. et Tab. Peuting., quæ ab Amiso ad Anconem supputat 24 mill. (192 stad.). Cum Arriano 160 stadia numeranti facit Anonymus, qui ab Amiso ad Lycastum fl. ponit stad. 20, hinc ad Chadisium fluvium vicumque 40, hinc ad Anconis portum 100. Marcianus item 20 stadia ad Lycastum recenset, hinc vero ad Chadisium 150 stadia, quod falsum est, at non corrigendum videtur, quum idem e Menippo tradat Stephanus s. v. Χαδισία, addens a Chadisio ad Irin esse stadia 100. In Chadisii mentione fragmentum Marciani, quod codex Parisinus exhibet, subsistit. Ceterum Hamilton I, p. 287 Anconis portum non ad Iridis, sed ad Chadisii ostium collocandum censet, prope hodiernum *Derbend,* quum hic unicus sit arenosi litoris locus qui portum habeat. At ipsæ istæ arenæ, vulgus mobile, jubent ne quid certius asseveres. Quod Ptolemæus Anconem longius ab Iride removet, parum ponderis habet; nam sæpius jam vidimus accuratiorem hujus oræ descriptionem in tabulis Ptolemæi non esse quærendam. — De Lycasto vide Scylac. § 89, ibique not. || — 13. Ἡράκλειον] Accuratius Anonymus: εἰς Ἡράκλειον ἱερὸν καὶ ἀκρωτήριον στάδιοι τξ' (cod. ρξ'), μίλια μη'' ἐνταῦθα λιμὴν μέγας, ὁ λεγόμενος Λαμυρὼν, ὅρμος ναυσὶ καὶ ὑδρόστολος. Cf. Strabo XII, p. 548: Ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ ταύτῃ ἀπ' Ἀμισοῦ πλέουσιν ἡ Ἡράκλειος ἄκρα πρῶτόν ἐστιν, εἶτ' ἄλλη ἄκρα Ἰασόνιον καὶ ὁ Γενήτης. Heracleum promontorium, cum Herculis contra Amazones expeditione in fabulis compositum, apud Apollonium Rhod. II, 965 vocatur Ἀμαζονίδων λιμενήοχος ἄκρα. Etenim Argonautæ Iridem et Ἀσσυρίης πρόχυσιν χθονὸς prætervecti, eodem die γνάμψαν Ἀμαζονίδων ἕκαθεν λιμενήοχον ἄκρην, ἔνθα ποτὲ προμολοῦσαν Ἀρητιάδα Μελανίππην ἥρως Ἡρακλέης ἐλοχήσατο ... Τῆς (sc. ταύτης τῆς ἄκρας) οἵ γ' ἐν κόλπῳ προχοαῖς ἔπι Θερμώδοντος κέλσαν. Unde colligitur promontorium non longe a Thermodontis ostio abfuisse, sicuti Arrianus nonnisi 40 stadia ab Heracleo ad fluvium istum exputat. Idem promontorium Apollonius II, 371 Θεμισκύριον ἄκρην appellat. Quodsi scholiast. Apoll. II, 965 dicit: κατὰ δὲ τὴν Θεμισκύριον ἄκραν καὶ ἡ καλουμένη Ἡράκλειος ἄκρα ἐστὶν, ἧς ἄλλοι τε καὶ Ἀρτεμίδωρος μέμνηνται, ἐφ' ἧς τὸ τοῦ Ἡρακλέους ἱερὸν ἵδρυται: hæc duorum promontoriorum distinctio nonnisi eo niti videtur, quod alio nomine poeta, alio geographi eundem locum appellarunt. Præterea Ἡρακλέους ἄκραν memorat Ptole-

Οὗτος ὁ Θερμώδων ἐστὶν, ἵναπερ αἱ Ἀμαζόνες οἰκῆσαι λέγονται.

23. Ἀπὸ δὲ Θερμώδοντος εἰς Βῆριν ποταμὸν στάδιοι ἐνενήκοντα. Ἐνθένδε εἰς Θόαριν ποταμὸν ἑξήκοντα. Ἀπὸ δὲ Θοάριος ἐς Οἰνόην τριάκοντα. Ἀπὸ δὲ Οἰνόης ἐς Φιγαμοῦντα ποταμὸν τεσσαράκοντα. Ἐνθένδε εἰς Φαδισάνην φρούριον πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Πολεμώνιον πόλιν στάδιοι δέκα. Ἀπὸ Πολεμωνίου εἰς ἄκραν Ἰασόνιον καλουμένην στάδιοι τριάκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Κιλίκων νῆσον πεντεκαίδεκα στάδιοι. Ἀπὸ δὲ Κιλίκων νήσου ἐς Βοῶνα πέντε καὶ ἑβδομήκοντα· ἐν Βοῶνι ὅρμος ναυσί. Ἐνθένδε εἰς Κοτύωρα ἐνενήκοντα. Ταύτης

ginta: hic est ille fluvius, ubi Amazones sedem habuisse dicuntur.

23. A Thermodonte ad Berin fluvium nonaginta stadia. Inde ad Thoarin fluvium sexaginta. A Thoari ad Œnoen triginta. Ab Œnoe ad Phigamuntem fluvium quadraginta. Inde ad Phadisanen castellum centum et quinquaginta. Inde ad Polemonium urbem decem stadia. A Polemonio ad promontorium Iasonium vocatum centum sunt et triginta stadia. Hinc ad Cilicum insulam quindecim stadia. A Cilicum insula ad Boonem, ubi statio navibus, septuaginta quinque. Inde ad Cotyora nonaginta;

---

mæus, sed perverso ordine post Themiscyram collocat. In tabula Peuting. *Heracleon* (*Eraclion* Geogr. Rav.) ab Ancone distat 40 mill., quod non longe recedit ab Arriani stadiis 360; at uterque numerus justo major est. Portus nomen Λαμυρὼν (an fort. Ἁλμυρὼν?), quod Anonymus habet, aliunde non notum. Ceterum cf. Hamilton I, p. 288. || — 1. Θερμώδων] h. *Termeh*. Plinius VI, 4, § 10: *Thermodon ortus ad castellum quod vocant Phanaræam præter radices Amazonii* (hod. *Mason dagh* sec. Hamilton I, p. 283). Ammian. Marcell. XXII, 8, 16: *Thermodon... ab Armonio* (Amazonio?) *defluens monte*. Cf. Hamilton I, p. 288.

§ 23, l. 3. Βῆριν.. Θόαριν] Βίρην et Θοάριον Anonymi codex, corrupte, ut videtur. Cum Βῆρις nomine conferre licet nomen Βήρισσα urbis in mediterraneis Ponti non longe a Sebastopoli dissitæ (v. Wesseling. ad Itin. p. 205), et Βηρισάδης nomen regis Pontici. Anonymus usque ad Thoarin cum Arriano exputat stadia 150, ita tamen ut ad Berin (hod. *Melitsch*) sint 60, hinc ad Toarin (hod. *Tureh*) 90 stadia. In mappis nostris fluvii æquali fere spatio inter se distant. Planitiem quæ ad Thermodontem fl. est, Apollonius Rh. II, 373 vocat Δοίαντος πεδίον, et II, 988 Δοιάντιον πεδίον, ubi etiam ἄλσος Ἀλκμόνιον memorat (a Dœante et Alcmone fratribus sec. Pherecyd. ap. schol. Apoll.). Cf. Stephan. v. Δοίας, Etym. M. p. 289, 15. || — 5. Οἰνόην] Anonymus: εἰς Οἴνιον ποταμὸν, ἐν ᾧ καὶ ὑφορμός ἐστι ναυσί. In Tab. Peuting. corrupte *Cæna* (*Cena* Geogr. Rav.), 30 mill. ab Heracleo distans (= 260 stad.; sec. Arrianum forent 220). Nunc *Unieh*. || — 6. Φιγαμοῦντα] Φυγαμοῦντα Anonymus. In Tab. Peuting. ita: *Cæna; Camila mil.* 7; *Pytane* (*Fitane* Geogr. Rav.) *mil.* 8; *Polemonium mil.* 29. In his Pytanen seu Fitanen esse Phigamuntem Arriani arguunt millia 20 (stadia 160 sec. Arr.), quæ hinc numerantur ad Polemonium. Reliqua falsa sunt. Nunc Phigamus vocatur *Dscherwis-Dere*. Viginti ab eo stadiis sequitur Ἀμηλητὸν τόπος, deinde post stadia 130 Φαδισάνη. Sic Anonymus. Arrianus non recenset Ameletum, quem locum etiamnunc testantur ruinæ a *Dscherwis* fluvio orientem versus sitæ. Ejusdem memoria latet in *Camile* nomine tabulæ Peuting., quod non suo positum loco. || — 7. Φαδισάνην] Φαδισάνην ἤτοι Φάδισσαν· ἐνταῦθα λιμὴν καὶ πόλις πλησίον Πολεμώνιον, Anonymus. Hodie *Fatsa*. Φάβδα vel Φαῦδα ap. Strabon. XII, p. 548: Μετὰ δὲ τὴν Θεμίσκυράν ἐστιν ἡ Σιδηνὴ, πεδίον εὔδαιμον,.. ἔχον χωρία ἐρυμνὰ ἐπὶ τῇ παραλίᾳ, τήν τε Σίδην, ἀφ' ἧς ὠνομάσθη Σιδηνὴ, καὶ Χάβακα καὶ Φαῦδα. De Chabacis aliunde non constat; fortasse ad ea pertinent ruinæ quæ sunt prope Œnoen fluv. ad vicum *Kalecoi*. || — 8. Πολεμώνιον] urbem recentem, utpote a Polemone rege dictam, non memorat Strabo; primus nominat Plinius VI, 4: *Sidene, flumenque Sidenum, quo alluitur oppidum Polemonium ab Amiso* 120 *mill. passuum*. Unde colligunt Polemonium fortassis in Sides locum successisse. De Polemonio cf. Ptolemæus, Stephan Byz. s. v.; Ammian. XXII, 8; Tab. Peuting.; Geogr. Rav.; Hierocles p. 702. Sidenus fluvius nunc *Pouleman Tchai*; exstat adhuc *Pouleman* vicus. De ruinis veteris urbis quæ revera 10 stadiis a *Fatsa* distant, non vero 50 stadiis, uti Anonymus ait, v. Hamilton. I, p. 270. Hammer in *Wiener Jahrb*. tom. 105 p. 23. || — 9. Ἰασόνιον] v. Scylax § 88 ibiq. not. || — 10. Κιλίκων νῆσον] nunc *Hoirat Kaleh Adassi*. De distantia 15 stadiorum consentit Anonymus; dissentiunt mappæ in quibus *Hoirat Kaleh* fere media collocatur inter Jasonium et Boona prom. || — 12. Βοῶνι] Anonymus inter Ciliconnesum et Boona (nunc *Vona*) memorat Genepum (l. Genetum vel Geneten; v. Scylax §. 88) fluvium, 55 stad. ab insula, 20 stad. a Boone distantem. Ipsum Βοῶνα Anonymus dicit ἀκρωτήριον καὶ χωρίον, ubi λιμὴν πάντων ἀνέμων καὶ ὅρμος ναυσίν. Cf. not. ad Scylacem l. l. || — 13. Κοτύωρα] sic etiam Xenoph. An. V, 5, 3, et ex Arriano Stephanus: Κοτύωρα, κώμη πρὸς τῷ Πόντῳ, ὡς Ἀρριανός. Ap. Anonym. et Plin. VI, 4 est Κοτύωρον, *Cotyorum*, idque etiam apud Ptolemæum V, 6 p. 334, 25 reponendum, ubi codd. præbent Κυτέορον, editiones vulgo Κυτώρον, nisi quod Wilbergus scripsit Κοτύωρα. Strabo XII, p. 548: ὁ Γενήτης· εἶτα Κότωρος (Κοτύωρος scripsit Coray; Κοτύωρον Groskurd) πολίχνη, ἐξ ἧς συνῳκίσθη ἡ Φαρνακία· εἶτα Ἰσχόπολις κατερηριμμένη (ideoque ab Arriano et Anonymo omissa); εἶτα κόλπος ἐν ᾧ Κερασοῦς τε καὶ Ἑρμώνασσα, κατοικίαι μέτριαι· εἶτα τῆς Ἑρμωνάσσης πλησίον ἡ Τραπεζοῦς. Cotyora eo loco ponenda sunt, quo nunc stat *Buzuk Kaleh* (v. Hamilton I, p. 268); nam situm fuisse ad sinus alicujus initium docemur verbis Anonymi § 34: ἀπὸ δὲ Κοτυώρου μὴ παραπλέοντι τὸν κόλπον, ἀλλ' ἐπ' εὐθείας διαπλέοντι τὸ στόμα τοῦ κόλπου εἰς Ἑρμώνασσαν, χωρίον Τραπεζου-

ὡς πόλεως Ξενοφῶν ἐμνημόνευσε, καὶ λέγει Σινωπέων ἄποικον εἶναι· νῦν δὲ κώμη ἐστὶ, καὶ οὐδὲ αὐτὴ μεγάλη. Ἀπὸ Κοτυώρων ἐς Μελάνθιον ποταμὸν στάδιοι μάλιστα ἑξήκοντα.

24. Ἐνθένδε εἰς Φαρματηνὸν, ἄλλον ποταμὸν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Καὶ ἔνθεν εἰς Φαρνάκειαν εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Αὕτη Φαρνάκεια πάλαι Κερασοῦς ἐκαλεῖτο, Σινωπέων καὶ αὕτη ἄποικος. Ἐνθένδε ἐς τὴν Ἀρητιάδα νῆσον τριάκοντα. Καὶ ἔνθεν ἐς Ζεφύριον εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ὅρμος ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Ζεφυρίου εἰς Τρίπολιν στάδιοι ἐνενήκοντα. Ἐνθένδε ἐς τὰ Ἀργύρια στάδιοι εἴκοσι. Ἐκ δὲ τῶν Ἀργυρίων εἰς Φιλοκάλειαν ἐνενήκοντα. Ἐνθένδε ἐς Κόραλλα ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ Κοράλλων εἰς Ἱερὸν ὄρος πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀπὸ δ' Ἱεροῦ ὄρους εἰς Κορδύλην

hujus tanquam urbis a Xenophonte (*An.* 5, 5, 3) fit mentio, eamque Sinopensium coloniam dicit; hodie vero pagus est, neque ille quidem magnus. A Cotyoris ad Melanthium fluvium stadia circa sexaginta.

24. Inde ad Pharmatenum, alium fluvium, centum et quinquaginta, et inde ad Pharnaceam centum et viginti. Hæc Pharnacea fuit olim Cerasûs dicta, ipsa quoque Sinopensium colonia. Hinc ad Aretiadem insulam triginta; et inde ad Zephyrium centum et viginti; ibi statio navibus. A Zephyrio ad Tripolim stadia nonaginta. Inde ad Argyria stadia viginti. Ab Argyriis ad Philocaleam nonaginta. Hinc ad Coralla centum. A Corallis ad Sacrum montem centum et quinquaginta. A Sacro monte ad Cordy-

---

σίων, στάδιοι τ', μίλια μ'. Quo tamen in loco vel erratum aliquid vel corruptum est. Nam verba χωρίον Τραπεζουσίων nonnisi ad Hermonassam referri nequeunt, quam Arrianus § 24 memorat, 60 stadia occasum versus a Trapezunte distantem. Hucusque autem a Cotyoris supra mille sunt stadia. Quare Mannertus VI, 2, p. 392, alii, numerum stadiorum in Anonymo corruptum esse dicunt, idque tanto confidentius, quum Strabonis verba l. l. auxilio advocare liceat. Attamen nihil eo modo lucramur. Nam cuicunque accuratior litoris delineatio ad manus est, primum patebit ineptiam agere, si quis sinus alicujus terminos posuerit Cotyora et Hermonassam Trapezuntiam; deinde intelligitur, sinum, cujus initium a Cotyoris sumitur, terminari Zephyrio promontorio, partemque esse interiorem majoris sinus, qui a Jasonio promontorio usque ad Coralla vel ad Hieron promontorium pertinet. A Cotyoris autem usque ad Zephyrium pr. linea recta sunt 300 stadia, quot exputat Anonymus. Quare numerum hunc incorruptum habeo; eo autem et Anonymus auctor et Strabo errasse videntur quod Hermonassam ad Zephyrium prom. sitam confuderunt cum altera Hermonassa Trapezuntiis vicina (quam ipse Anonymus quoque memorat, sed Ἑρμόσην vocat). Atque hæc quidem confusio tanto facilior erat, quod etiam Cerasuntes duæ in hac ora occurrunt, altera postea Pharnacia dicta, altera non ita longe a Trapezunte sita. Quas urbes item confusas esse ab Anonymo auctore atque hinc explicandum esse dissensum qui de populorum barbarorum ditionibus Anonymo cum Scylace intercedit, in notis ad Scylacem exposui. Ceterum Hermonassam Anonymi habebis etiam in Geographo Ravennate, quem mirum in modum viri docti negligere solent. Series ibi urbium : *Polemonium, Melantium, Cerasum, Parnassum, Zephyrium, Cerasunta, Philocalia, Cordule, Trapezum.* In quibus *Parnassum* istud inter Cerasunta et Zephyrium medium nonnisi cum Hermonassa Anonymi componi potest. In Tab. Peutingeriana post Melantium 36 millium intervallo ponitur *Carnasso,* quod Cerasuntem esse viri docti putarunt, præsertim quum distantia non ita multum ab Arriani rationibus recedat. At dubia res est, quum *Carnasso* nomen potius sit *Parnassum* Geographi Ravennatis, distantiæ vero nota in hac Tabulæ parte, ubi longe plurima falsissima sunt, auctoritate careat. Præterea Hermonassam nostram memorat Ptolemæus, sed neglecta serie locorum, quam ita exhibet : Κοτύωρον (67° 35'), Ἑρμώνασσα (67° 50'), Ἰσχόπολις (68° 20'), Κερασοῦς (68° 50'), Φαρνακία (69° 20'), Ὕσσου λιμὴν (70° 45'), Τραπεζοῦς (70° 50'). || — 3. Μελάνθιον] Meminerunt ejus præter Anon. Tab. Peut. et Geogr. Rav. et Plinius VI, 4. Hodie *Melet Irmak.*

§ 24, l. 5. Φαρματηνὸν] Φαρμαντὸν Anonymus. Nunc *Basar Su.* || — 6. Φαρνάκειαν] Φαρμακίαν ἤτοι τὴν λεγομένην Φαρνακίαν Anonymus, in quo Φαρμακία e vitiato aliquo libro fluxisse videtur. Cf. de Pharnacia Plutarch. Lucull. c. 18; Strabo p. 549; Steph. B. v. Φαρνάκεια, Plinius VI, 4 : *Ab Amiso* (voluit : *a Polemonio*) 80 *mill. pass.* (= 640 stad.; quod prorsus quadrat cum Arriani computo) *Pharnacea oppidum, Tripolis castellum et fluvius. Item Philocalea et sine fluvio Liviopolis, et a Pharnacea* 100 *mill. pass.* (= 700 stad.; sec. Arr. 745 stad.) *Trapezus.* Ptolemæi rationes perturbatas exhibui supra. Ceterum de Cerasunte vetere Pharnaciæ nomine nec non de Aretiade ins. vide not. ad Scylac. § 86. || — 9. Ζεφύριον] Cf. An., Scylax § 86 ibiq. not., Tab. Peut., Geogr. Rav. et Ptolem. p. 337, 6, ubi Zephyrium inepte in mediterraneis ponitur. Nunc *Sephreh.* || — 11. Τρίπολιν] Cf. Anon. et Plin. l. l. Nunc *Tireboli.* || — 12. Ἀργύρια] Ἀργυρὰ cod. Anon. De argenti fodinis in hac regione v. Hamilton I, p. 259. || — 13. Φιλοκάλειαν] Cf. Anon., Plin., Tab. Peut. Hodie *Elehi.* || — Κόραλλα] hod. *Kereli.* || — 14. Ἱερὸν ὄρος] Meminit ejus Apollon. Rhod. II, 1015, ubi schol. : Μέμνηται αὐτοῦ (τοῦ Ἱεροῦ ὄρους) καὶ Κτησίας ἐν τῷ α' Περιόδων καὶ Σουΐδας ἐν β', περὶ τοὺς λεγομένους Μάκρωνας· ἀκριβέστερον δὲ ὁ Ἀγάθων ἐν τῷ τοῦ Πόντου Περίπλῳ, ὅς καὶ ρ' ἀπέχειν σταδίους αὐτό φησι τῆς Τραπεζοῦντος. Sec. Arr. distat a Trapezunte stadia 145, idque bene habet. Etiamnunc vocatur *Ioros.* Anonymus inter Coralla et Hierum prom. memorat Cerasuntem urbem et fluvium, a Corallis 60, ab Hiero 90 stadiis dissitum. Hæc est Cerasus, de quo Xenophon in Anab. V, 3. Cf. not. ad Scylac. p. 64. Fluvius vero ille etiam nunc *Kerasan Dere* vocatur. || — 15. Κορδύλην] *portus Cordule* Plinius VI, 4. *Cordile* 16 mill. a

τεσσαράκοντα· ὅρμος ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Κορδύλης ἐς Ἑρμώνασσαν πέντε καὶ τεσσαράκοντα· καὶ δεῦρο ὅρμος. Ἀπὸ δὲ Ἑρμωνάσσης εἰς Τραπεζοῦντα στάδιοι ἑξήκοντα· ἐνταῦθα σὺ ποιεῖς λιμένα· πάλαι γὰρ, ὅσον ἀποσαλεύειν ὥρᾳ ἔτους, ὅρμος ἦν.

25. Τὰ δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος διαστήματα μέχρι Διοσκουριάδος προείρηται διὰ τῶν ποταμῶν ἀναμετρηθέντα· ἀθροίζονται δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος εἰς Διοσκουριάδα, τὴν νῦν Σεβαστόπολιν καλουμένην, στάδιοι δισχίλιοι διακόσιοι ἑξήκοντα.

26. Τάδε μὲν τὰ ἀπὸ Βυζαντίου πλεόντων ἐν δεξιᾷ ὡς ἐπὶ Διοσκουριάδα, ἐς ὅπερ στρατόπεδον τελευτᾷ Ῥωμαίοις ἡ ἐπικράτεια ἐν δεξιᾷ ἐσπλεόντων εἰς τὸν Πόντον. Ἐπεὶ δὲ ἐπυθόμην Κότυν τετελευτηκέναι, τὸν βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἐπιμελὲς ἐποιησάμην καὶ τὸν μέχρι τοῦ Βοσπόρου πλοῦν δηλῶσαί σοι· ὡς, εἴ τι βουλεύοιο περὶ τοῦ Βοσπόρου, ὑπάρχοι σοι καὶ τόνδε τὸν πλοῦν μὴ ἀγνοοῦντι βουλεύεσθαι.

27. Ὁρμηθεῖσιν οὖν ἐκ Διοσκουριάδος, πρῶτος ἂν εἴη ὅρμος ἐν Πιτυοῦντι· στάδιοι τριακόσιοι πεντήκοντα. Ἐνθένδε ἐς τὴν Νιτικὴν στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ἵναπερ πάλαι ᾤκει ἔθνος Σκυθικὸν, οὗ

lam, ubi statio navibus, quadraginta. A Cordyla vero ad Hermonassam quadraginta quinque; et ibi statio. Ab Hermonassa Trapezuntem usque, sexaginta stadia. Hic tu portum curas fieri; nam olim erat statio, ubi æstivo tantum tempore naves in ancoris stare poterant.

25. Locorum autem intervalla, a Trapezunte usque ad Dioscuriadem, fluminum intervallis dimensa supra jam attulimus: quæ si colligamus, erunt a Trapezunte ad Dioscuriadem, nunc Sebastopolim dictam, stadia bis mille ducenta sexaginta.

26. Atque hæc quidem itineris dextri a Byzantio Dioscuriadem usque, quod castrum imperii Romani terminus est a dextris Pontum ingredientibus, sese offert ratio. Quum vero Cotym, regem Bospori Cimmerii, defunctum cognovissem, operam dedi sedulam, ut hanc tibi etiam ad Bosporum navigationem apertam redderem: ut, si quid forte de Bosporo capere velis consilii, hac tibi navigatione cognita, id agere possis.

27. Solventibus itaque a Dioscuriade prima sese offert statio in Pityunte, trecentis et quinquaginta stadiis distans. Inde ad Niticam centum et quinquaginta stadia, ubi olim gens Scythica habitabat,

---

Trapezunte distans, sec. Tab. Peuting.; *Cordule* in Geogr. Rav. Ptolemæus p. 337, 10 Κορδύλην inter mediterranea recenset. Situs locus ubi nunc exstant ruinæ ad *Akjah Kaleh*. Hamilton I, p. 248. Aliud oppidum Κόρδυλα inter Athenas et Adienum fluv. situm ex Anonymo et Ptolemæo novimus. Vide supra not. ad § 8. || — 2. Ἑρμώνασσαν] Stephan.: Ἑρμώνασσα... Μένιππος δὲ χωρίον Τραπεζοῦντος ἐν Περίπλῳ τῶν δύο Πόντων· Ἑκαταῖος δὲ καὶ Θεόπομπος πόλιν αὐτήν φασι. Apud Anon. vocatur Ἑρμύση, fort. librorum vitio. Cf. supra not. p. 391. Stadiasmus ducit ad hod. *Platana*. Eundem locum a Plinio *Liviopolin* vocari putat Hamilton p. 248, ego dubito.

§ 26, l. 14. Κότυν] Nihil huc pertinere Cotyn ap. Tacit. Annal. XII, 18, non est cur pluribus moneatur. Illum intellige Cotyn de quo Phlegon (Fr. H. III, p. 607 fr. 20) ap. Constantin. Porphyr. De them. II, 12.

§ 27, l. 21. ἐν Πιτυοῦντι] Strabo p. 496 ex Artemidoro refert post Heniochorum oram sequi τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν τριακοσίων ἑξήκοντα (σταδίων) μέχρι Διοσκουριάδος, adeo ut totum hunc tractum a pinetis Pityunta dixisse videatur. De urbe Plinius VI, 5 § 16: *In intimo eo tractu Pityus oppidum ab Heniochis direptum est*. Quare neque Arrianus neque Ptolemæus urbem memorant; postea Romani ibi castellum ædificarunt, teste Procopio De bell. Goth. IV, 4 p. 473, qui Pityuntem a Dioscuriade distare notat δυοῖν ἡμέραιν ὁδῷ. Zosimus I, 32 in Gallieni historia Pityuntem castellum dicit τείχει τε μεγίστῳ περιβεβλημένον καὶ λιμένα εὐορμότατον ἔχοντα. Sita erat ubi nunc est *Pitsunda*. Distantia tamen ap. Arrianum et Strabonem justo minor est, quum linea recta a *Cap Iskuriah* ad *Pitsunda* in mappis nostris sint stadia 400. Apud Plinium VI, 4, § 14 post Sebastopolin memoratur: *oppidum Cygnus, flumen et oppidum Penius* (*Pænius*, var. lect.), *deinde multis nominibus Heniochorum gentes*. Apud Scylacem post Dioscurim sequitur Αἰγίπιος ποταμὸς et deinde Μετάσωρις ποταμός. Ptolemæus denique ita habet:

Διοσκουριάς	71° 10′ — 46° 45′
Κόραξ ποτ.	70° 30′ — 47° »
Καρτερὸν τεῖχος	70° » — 46° 50′
Θέσσυρις ποτ.	69° 40′ — 47° »
Οἰνάνθεια	69° 40′ — 47° 15′

In his *Cygnus* oppidum hodie fuerit *Soukoum*, 120 stadiis ab *Iskuriah* dissitum, ad fluvium, qui fortasse est Κόραξ Ptolemæi, Αἰγίπιος Scylacis. Certe ita fere statuendum est, si distantiarum rationem habueris. Quam si nihil curandam putes, licebit Coracem componere cum hodierno *Kodor* fluvio, et Καρτερὸν τεῖχος non ad castellum aliquod referre, sed ad murum, quo Dioscuriadis incolæ ditionem urbis contra barbaros muniisse videntur; rudera ejus vidit Dubois (*Voy*. I, p. 307. 315), qui ad eundem pertinere suspicatur Κοραξικὸν τεῖχος Stephani Byzantii. — Pityuntem et proximum urbi fluvium Plinius § 14 (qui locus aperte non ex eodem fonte fluxit, ex quo sequens segmen petitum est) appellare videtur *Peneum*, cujus loco *Pityus* scriptum est a Barbaro et Dalecampio. Fortasse legendum *Pineus*, quod latine redderet vocabulum græcum. Accedit quod sicuti Artemidorus Heniochos usque ad *Pityuntem* pertinuisse dicit, sic idem de Peneo refert Plinius. Denique num eodem pertineat Thessyris Ptolemæi, Metasoris Scylacis, nescio quidem, probabile tamen esse videtur. || — 22. Νιτική], aliunde non nota; distantia ducit ad *Repwa* fl. et *Gagri* opp. || —

μνήμην ποιεῖται ὁ λογοποιὸς Ἡρόδοτος. Καὶ λέγει τούτους εἶναι τοὺς φθειροτρωκτέοντας· καὶ γὰρ εἰς τοῦτο ἔτι ἡ δόξα ἡ αὐτὴ ὑπὲρ αὐτῶν κατέχει. Ἐκ δὲ Νιτικῆς εἰς Ἄβασκον ποταμὸν στάδιοι ἐνενήκοντα. Ὁ δὲ Βόργυς τοῦ Ἀβάσκου διέχει σταδίους ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· καὶ ὁ Νῆσις τοῦ Βόργυος, ἵναπερ καὶ ἡ Ἡράκλειος ἄκρα ἀνέχει, σταδίους ἑξήκοντα. Ἀπὸ δὲ Νήσιος εἰς Μασαιτικὴν στάδιοι ἐνενήκοντα. Ἐνθένδε εἰς Ἀχαιοῦντα στάδιοι ἑξήκοντα· ὅσπερ ποταμὸς διορίζει Ζιλχοὺς καὶ Σανίγας. Ζιλχῶν βασιλεὺς Σταχέμφαξ· καὶ οὗτος παρὰ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔσχεν.

28. Ἀπὸ Ἀχαιοῦντος εἰς Ἡράκλειον ἄκραν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν στάδιοι. Ἐνθένδε εἰς ἄκραν, ἵναπερ σκέπη ἐστὶν ἀνέμου θρασκίου καὶ βορρᾶ, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς τὴν καλουμένην Παλαιὰν Λαζικὴν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν στάδιοι. Ἐνθένδε ἐς τὴν Παλαιὰν Ἀχαΐαν πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ ἔνθεν ἐς Πάγρας λιμένα πεντήκοντα καὶ τριακόσιοι. Ἀπὸ δὲ Πάγρας λιμένος εἰς Ἱερὸν λιμένα ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Σινδικὴν τριακόσιοι.

cujus Herodotus quoque historicus (4, 109) meminit : illos autem tradit pediculis vesci solitos; quæ quidem fama de iis etiamnum obtinet. A Nitica ad Abascum fluvium nonaginta stadia. Ab Abasco distat Borgys centum et viginti stadia, et a Borgy Nesis, ubi Herculeum promontorium eminet, stadia sexaginta. A Nesi ad Masæticam stadia nonaginta. Inde ad Achæuntem fluvium, qui Zilchos atque Sanigas separat, stadia sexaginta. Zilchorum rex est Stachemphax, qui a te regnum obtinuit.

28. Ab Achæunte ad Herculeum promontorium stadia centum et quinquaginta. Inde ad promontorium quoddam, ubi tuta adversus Thrasciam et Boream ventos statio, centum et octoginta. Inde ad Veterem Lazicam, quæ vocatur, stadia centum et viginti. Hinc ad Achaiam antiquam centum et quinquaginta, et inde ad Pagræ portum trecenta et quinquaginta. A Pagræ portu ad Sacrum portum centum et octoginta. Inde ad Sindicam trecenta.

---

2. φθειροτρωκτέοντας] De Phthirophagis in ora Pontica cf. Strabo p. 497. Mela I. 19, 14. Plinius VI, 4. Ptolemæus V, 8 p. 349 Phthirophagos ab Rha fluvio orientem versus ponit. Cf. Scylac. § 80. || — 4. Ἄβασκον] De Abasgis vidimus supra § 15. « Nunc se extendunt *Abassi* in toto litore a prom. *Isussup* usque ad *Soukoum-kaleh*. » Gaii. || — 5. Βόργυς] apud Ptolemæum vocatur Βούρκας (69° — 47° 15′); hod. *Liapipsta*, ut vid. || — 6. Νῆσις... Ἡράκλειος ἄκρα] *Cap. Constantinovski* (*Cap Adler* in Gauttieri mappa), ad quod fluvius *Mezioumta*. Plinius VI, 5, 16 : *A Dioscuriade oppidum Heracleum; distat a Sebastopoli LXX* (LXXX ed. Delecamp.) *m. p.* Id oppidum ad hocce prom. collocandum foret, usque ad quem sec. Arrian. sunt stadia 770; Plinius nonnisi 480 (vel 560) numerat, sicuti in sequentibus etiam spatia justo minora ponit; nam ab Heracleo ad Hierum portum exputat 136 mill. (= 1088 stadia), quum rectius ap. Arrianum colligantur stadia 1280. || — 8. Μασαιτικὴν] fuisse puta ad hod. *Mattsa* fl. Fort. ibi erat Ἄμψαλις πόλις, Ptolemæi (68° 30′; 47° 15), quanquam major est ap. Ptol. a Burca ad Ampsalin distantia (ad 240 stad.) quam ap. Arrian. a Borgye ad Masæticen (150 stad.). || — 9. Achæus respondebit hodierno *Sotcha-Psta*. || — 10. Ζιλχοὺς] Sic codex; et mox Ζιλχῶν; in margine Σιχχοί, quod sane præferendum videtur, nisi malis Ζιγχούς. Ζῆκχοι appellantur apud Procopium De bell. Goth. IV, 4 (V. supra not. ad § 15); porro Eustath. ad Dionys. 680 : Σινδοὶ οἱ καὶ Ζικχοὶ κατά τινας. Ptolemæus Ζιγχούς dicit V, 8 p. 349 : Μεταξὺ δὲ τῆς Μαιώτιδος λίμνης καὶ τῶν Ἱππικῶν ὀρῶν μετὰ τοὺς Σιρακηνοὺς Ψήσσιοι, εἶτα οἱ Θαιμεῶται, ὑφ' οὓς Τυραμβοὶ, εἶτα Ἀστουρικανοὶ, εἶτα μέχρι τοῦ Κόρακος ὄρους Ἄριχοι καὶ Ζιγχοί. Plinius VI, 7, 19 : *A Cimmerio accolunt Mæoti, Scrbi, Arrechi, Zingi*. Ζιχία regio eorum vocatur ap. Constantin. Porphyr. I, 42, ut supra § 15 vidimus. Ζυγοὶ ap. Strabon. p. 129. 492. 495. 496. 839 (ex quo sua Stephan. v. Ζυγοί). Cf. not. ad Scylac. p. 76. De sedibus hujus gentis fluctuantes sententias non refero. || — 10. Σανίγας] Σάνιχας codex; Σάννοι margo. || — 12. Ἡράκλειον] Ἡράκλειαν h. l. codex. || — 13. ἄκραν] Hæc fuerit Τορετικὴ ἄκρα (68° — 47°) Ptolemæi. || — 15. Παλαιὰν Λαζικὴν] Cf. Stephan. Byz. : Λαζοὶ, Σκυθῶν ἔθνος. Ἔστι καὶ χωρίον Παλαιὰ Λαζικὴ, ὡς Ἀρριανός. Locus ex numeris Arriani foret hod. *Nebug*. Apud Ptolemæum post Τορετικὴν ἄκραν sequitur Ταζός locus (68° — 47° 30′); pro quo Λαζός scribendum videtur. || — 17. Παλαιὰν Ἀχαΐαν] In Ptolemæo sequitur Ἀχαΐα κώμη (67° — 47° 30′). Nunc ibi *Chapsukho*. Veteres Achæorum sedes in his regionibus inter alios ex Artemidoro notat Strabo p. 496, qui inde a Batis (Hiero portu Arriani) juxta oram habitare dicit Cercetas per stadia 850, dein Achæi per stadia 500, tum Heniochos usque ad Pityuntem per stadia 1000, hinc vero ad Dioscuriadem esse stadia 360, adeo ut a Batis ad Dioscuriadem colligantur 3110 stadia, quæ quidem summa justo longe major est. Multo accuratior est computus Arriani, apud quem idem oræ tractus est stadiorum 2350. || — 18. Πάγρας] Hunc portum Dubois (I, p. 167) in hod. *baie de Ghelendjik* quærendum esse censet, idque bene cadit in rationes distantiarum. In Scylacis periplo idem portus de accolente Toretarum populo Τορετὸς (Τορετικὸς?) vocatur. In Ptol. post Ἀχαΐαν κώμην sequitur Ψυχρὸς ποταμὸς (l. Ψύχρος sec. Eustath. ad Odyss. 24 p. 1968), 67° — 47° 30′, qui referendus videtur ad hod. *Mezib Pchiat*. || — 19. Ἱερὸν λιμ.] Plinius VI, 5, § 17 : *In ora autem juxta Cercetas flumen Icarusa cum oppido Hiero et flumine, ab Heracleo CXXXVI M. Inde promontorium Crunoe, a quo supercilium arduum tenent Toretæ; civitas Sindica ab Hiero LXVII M. D p.; flumen Setheries*. Stadia 180 pertinent usque ad *baie de Soudchak* (*Sowudchak. Sougoud-chak*). Portus nomine vernaculo vocatur Βάτα apud Strabonem d. 496 : ἀπὸ τῆς Κοροκονδάμης πρὸς ἕω μὲν ὁ πλοῦς ἐστιν·

29 Ἀπὸ δὲ Σινδικῆς εἰς Βόσπορον τὸν Κιμμέριον καλούμενον καὶ πόλιν τοῦ Βοσπόρου Παντικάπαιον τεσσαράκοντα καὶ πεντακόσιοι. Ἐνθένδε ἐπὶ Τάναϊν ποταμὸν ἑξήκοντα· ὃς λέγεται ὁρίζειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας τὴν Εὐρώπην· καὶ ὁρμᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης τῆς Μαιώτιδος, ἐσβάλλει δὲ εἰς θάλατταν τὴν τοῦ Εὐξείνου Πόντου· καίτοι Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ Λυομένῳ τὸν Φᾶσιν ὅρον τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ. Λέγουσι γοῦν αὐτῷ οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα ὅτι

Ἥκομεν
τοὺς σοὺς ἄθλους τούσδε, Προμηθεῦ,
δεσμοῦ τε πάθος τόδ' ἐσοψόμενοι.

Ἔπειτα καταλέγουσιν ὅσην χώραν ἐπῆλθον·

Πῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν...

Τῆς δὲ λίμνης τῆς Μαιώτιδος περίπλους ἐν κύκλῳ λέγεται σταδίων ἀμφὶ τοὺς ἐνακισχιλίους.

30. Ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου εἰς κώμην Καζέκα ἐπὶ θαλάττῃ ᾠκισμένην στάδιοι εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι. Ἐνθένδε ἐς Θεοδοσίαν, πόλιν ἐρήμην, στάδιοι ὀγδοήκοντα καὶ διακόσιοι. Καὶ αὕτη παλαιὰ ἦν Ἑλλὰς

29. A Sindica ad Bosporum Cimmerium et Panticapæum, urbem Bospori, quingenta et quadraginta. Inde ad Tanaim fluvium, qui Europam ab Asia dicitur disterminare, sexaginta. Hic erumpit ex Mæotide palude, atque influit in mare Ponti Euxini; quamquam Æschylus in Prometheo Soluto Phasin Europæ atque Asiæ terminum facit. Etenim Titanes apud illum ita alloquuntur Prometheum :

Venimus
has tuas ærumnas, Prometheu,
vinculorumque hanc calamitatem visuri.

Deinde recensent, quot regiones peragraverint :

Hic quidem duplicem Europæ
et Asiæ magnum terminum, Phasin...

Ipsius vero plaudis Mæotidis ambitus fertur esse circiter stadiorum novies mille.

30. A Panticapæo ad vicum Cazeca, mari adjacentem, stadia quadringenta et viginti. Inde ad Theodosiam, urbem desertam, stadia ducenta et octoginta : hæc quoque vetus urbs Græca fuit, Ionica, Milesiorum

ἐν δὲ σταδίοις ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ὁ Σινδικός ἐστι λιμὴν καὶ πόλις, εἶτα ἐν τετρακοσίοις τὰ καλούμενα Βάτα, κώμη καὶ λιμήν, καθ' ὃ μάλιστα ἀντικεῖσθαι δοκεῖ πρὸς νότον ἡ Σινώπη ταύτῃ τῇ παραλίᾳ. Eodem modo Ptolemæus Βάτα λιμήν 66° 30' — 47° 40'; Βάτα κώμη 66° 20' — 47° 30'. In Scylacis periplo § 72 locus vocatur Πάτους. Ni fallor idem locus in Geogr. Rav. V, 10 vocatur *Supatos*, ubi recensentur : *Sindice, Ermonassa, Eteobrucon* (Ἐτεοβρούχιον, a Bruchorum gente cujus Procopius meminit?), *Laterita* (prope *Setherien* fluv. Plinii?), *Supatos*. || — 20. Σινδικὴν] Quum a Sindice ad Hierum sint stadia 300, ad Panticapæum 450, patet Sindicen Arriani ponendum esse ubi nunc est *Anapa*. Eodem loco Ptolemæus collocat Σίνδαν κώμην (66° — 48°), a qua distinguit Σινδικὸν λιμένα (65° 30' — 47° 50'), componendum cum hod. lacu *Kizil-tach*. Hunc Sindicum portum etiam Strabo l. l. et Plinius significant, ut ex additis mensuris intelligitur. Ceterum cf. not. ad Scylac. § 72.

§ 29, l. 2. Παντικάπαιον, prope hod. *Kertsch*. De urbe notissima v. Ukert III, 2 p. 478 et qui ibi laudantur. — 3. Tanais hoc loco insolentius nuncupatur fretum, quod dicimus *détroit de Zénikale*. Similiter Anonymus § 50 dicit: ἐπὶ τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἤτοι τοῦ Τάνεως. « Quidni ex Herodoto IV, 123 sic corrigamus Arrianum : καὶ ὁρμᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης μεγάλης, ἐκδιδοῖ δὲ εἰς λίμνην Μαιώτιδα, ἥτις εἰσβάλλει εἰς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου? » Stuckius. Quod recte respuit Gailius, falso tamen laudans Strabonem p. 126, quasi is Mæotidem esse quodammodo partem Tanaidis diceret, quum Mæotidem dicat quasi partem esse maris magni. Gailii errorem repetit Ukert III, 2, p. 167. Ad nos vero pertinet locus Procopii (B. G. IV, 4 p. 474) : Τάναϊν δὲ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι καὶ τὴν ἐκβολὴν ταύτην, ἐκ λίμνης ἀρξαμένην τῆς Μαιώτιδος ἄχρι ἐς τὸν Εὔξεινον Πόντον. Ukertus l. l. conferri jubet Klaproth. in *Nouv. Journal Asiat.* I, p. 60. — Ceterum stadia 60 quæ sint a Panticapæo usque ad Bospori fauces sive ostium Mæotidis, memorat etiam Anonymus. || — 7. Αἰσχύλος] Cf. Procop. IV, 6 p. 485 : Ἡρόδοτος (IV, 40).... τὴν Ἀσίαν τε καὶ Εὐρώπην διορίζεσθαι τὸν Κολχῶν Φᾶσιν, εἰδὼς δέ τινας ἀμφὶ Τανάϊδι ποταμῷ ταῦτα οἴεσθαι.... Ἀλλὰ καὶ ὁ τραγῳδοποιὸς Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ τῷ λυομένῳ εὐθὺς ἀρχόμενος τῆς τραγῳδίας τὸν ποταμὸν Φᾶσιν τέρμονα καλεῖ γῆς τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης. Cf. Plato Phæd. p. 109. Agathemerus I, 1. Locum Æschyli ex parodo fabulæ anapæstica desumtum habes in Fragm. Æsch. p. 190 ed. Didot. || — 14. πῇ μὲν] sic codex Arriani et Anonymi, qui eundem locum ex Arriano habet. || — 15. ἠδ'] πῆδ' cod. Anonymi. || — 17. ἐναχισχιλίους] Cf. not. ad Scylac. § 69 p. 58, ubi adde Theoph. Simocattam Dialog. in Phys. et med. p. 169 ed. Ideler, qui item 9000 stadiis ambitum Mæotidis definit.

§ 30, l. 18. Καζέκα] Probabiliter scrib. Καζέκαν, ut ap. Anonym. § 50 : εἰς κώμην Καζέκας, sequente ἀπὸ δὲ Καζέκας, ut primum Καζέκας non sit accusativus, sed genitivus, sicut mox idem habet εἰς Ἄκρας κωμίον et ἀπὸ Ἄκρας. Alius nemo hunc vicum commemorat. De distantia Anonymus consentit, ceterum ex alio fonte multa plura depromsit. Nam a Panticapæo versus Mæotim sitos locos, Myrmecium et Porthmium, habet, et inter Panticapæum sive Bosporum et Cazecam vicum interponit Tyristacen, Nymphæum, Acram, Cytas et Cimmerium, de quibus videas notata. Cazeca vicus nunc est *Tach-Katchik* sec. Kœhlerum (*Mem. de l'acad. de Petersb.* IX, p. 341), et Taitbout (*Portulan de la mer Noire* p. 71.) || — 20. Θεοδοσίαν] Θευδοσίαν Anonym. § 51, qui nostra iisdem verbis refert, et nonnulla addit aliunde sumpta. Cf. not. ad Scyl.

πόλις, Ἰωνική, Μιλησίων ἄποικος, καὶ μνήμη ἐστὶν αὐτῆς ἐν πολλοῖς γράμμασιν. Ἐνθένδε εἰς λιμένα Σκυθοταύρων ἔρημον στάδιοι διακόσιοι· καὶ ἔνθεν εἰς Λαμπάδα τῆς Ταυρικῆς στάδιοι ἑξακόσιοι. Ἀπὸ δὲ Λαμπάδος εἰς Συμβόλου λιμένα, Ταυρικὸν καὶ τοῦτον, στάδιοι εἴκοσι καὶ πεντακόσιοι. Καὶ ἔνθεν ἐς Χερρόνησον τῆς Ταυρικῆς ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ Χερρονήσου ἐς Κερκινῖτιν στάδιοι ἑξακόσιοι, καὶ

colonia, cujus memoria multis literarum monumentis celebratur. Inde ad portum Scythotaurorum desertum stadia ducenta. Hinc ad Lampada Tauricæ civitatem stadia sexcenta. A Lampade ad Symboli portum item Tauricum stadia quingenta et viginti, et inde ad Chersonesum Tauricæ centum et octoginta. A Chersoneso ad Cercinitim stadia sexcenta, et a

---

§ 68. || — 1. τῶν Μιλησίων Anonymus. || — 2. συγγράμμασιν Anon. || — A Panticapæo ad Theodosiam Plinius IV, 26 milia 87 ½ (700 stadia), sicuti Arrianus et Anonymus, Strabo p. 309 nonnisi 530 stadia exputant. Ceterum de urbe v. Ukert III, 2 p. 474 ibique citati. || — 3. λ. Σκυθοταύρων vel Ἀθηναιῶνα addit Anonymus; idem: ἐνταῦθα ὅρμος ναυσὶν ἄκλυστος. Aliunde locus non notus. Quærendus prope *Sudak* (*Sugdaja*) vel ad *Uskiut*. V. Dubois V, p. 460. Pallas II, p. 341. || — 4. Λαμπάδα] h. l. Ἀλμίτιδα codex; em. Vossius. Hodie ruinæ ad *Malaia Lampada*. V. Dubois V, p. 453. Apostol. Murav. p. 117. Ex Arriano memorat Anonymus, alius nemo. || — 5. Συμβόλου λιμένα] Apud Strabon. p. 309 et Ptolem. III, 1: Συμβόλων λιμήν et ap. Plinium IV, 26 *Symbolôn portus*. Utrumque nomen in fontibus suis reperit Anonymus, cujus codex corrupte: Εὐβούλου.. ἤτοι Σύμβουλον. Hodie *Balaklava*. Præterea Anon. inter Lampadem et Symbolorum portum memorat Criumetopon promont. (*Cap Aitodor*), a Lampade 220, a Symbolorum portu stadiis 300. De Symbolôn portu v. Pallas II, p. 129. Dubois VI, p. 115. || — 6. Χερρόνησον]. De urbe celeberrima, cujus ruinæ in peninsula, ab occasu hodiernæ *Sevastopol*, v. præter Anonym. § 55 Scylax § 68; Scymnus 821 sqq.; Strabo p. 308 sqq. 312. 542; Mela II, 1; Plinius IV, 24 et 26; Ptolemæus III, 6; Phlegon fr. 20; Ammian. XXII, 8; Procop. B. G. IV, 5; Constantin. De adm. imp. c. 53; Geogr. Rav. V, 11 et IV, 3; Pallas II, p. 68; Dubois VI, 119; Clarke II, p. 499; Polsberw De rebus Chersonitarum, Berolini 1838; Georgii *Alt. Geogr.* II, p. 387—397. || — 8. Κερκινῖτιν] Anonymus habet Κορονῖτιν ἤτοι Κερκινίτην. Situs Cercinitis et Pulchri portus, si in Arriani et Anonymi distantiis acquiescas, uti nobis faciendum est, nihil offert difficultatis. Sexcenta stadia si oram presse legeris, paullo ultra promontorium *Kozlof* (*pointe de Kozlof*) pertinent; hinc ad Καλὸν λιμένα quum septingenta sint stadia, ponendus ille Pulcher portus est sub 45°, 32′ ad maris recessum a meridie loci *Carabel*, in sinu Cercinite. Atque ita fecisse in mappis suis video Kiepertum. Porro a Pulchro portu usque ad Tamyracen 300 stadia numerat Arrianus, itemque Anonymus, nisi quod hic accuratius rem definit. Etenim istorum stadiorum 300 cursu linea recta trajicitur sinus Carcinites, cujus si oram legeris emetienda forent stadia 2250; Tamyrace vero est ἀκρωτήριον ἀφ᾽ οὗ παρήκει ὁ Ἀχίλλειος δρόμος, qui versus occasum pertinet ad alterum sui promontorium, quod vocatur ἄλσος Ἑκάτης. Quæ quidem ita intelligenda sunt, ut extremitates istæ sint ipsius cursus Achillei (non vero promontoria objectæ continentis, quod multis, præeunte Köhlero, placuit). Id enim et verba Anonymi suadent et quæ apud Strabonem p. 308: τελευτᾷ δὲ (ὁ Ἀχίλλειος δρόμος) πρὸς ἄκραν, ἣν Ταμυράκην καλοῦσιν, ἔχουσαν ὕφορμον βλέποντα πρὸς τὸν ἤπειρον. Jam vero a loco Pulchri portus usque ad extremitatem cursus Achillei revera sunt stadia 300. Hæc igitur bene omnia procedunt, nisi quod ipsum sinum Cercinitem justo majorem fingit Anonymus, quum ora ejus a Calo portu ad Tamyracen vix 1500 stadiorum longitudinem habeat; sed condonandus error de maris recessu parum frequentato. Similiter errat Strabo p. 308: μεθ᾽ ἣν (Ταμυράκην) ὁ Καρκινίτης κόλπος εὐμεγέθης, ἀνέχων πρὸς τὰς ἄρκτους ὅσον ἐπὶ σταδίους χιλίους, οἱ δὲ καὶ τριπλασίους φασὶ μέχρι τοῦ μυχοῦ. — Verum enimvero offendit, quod Carcinitis locus ex Arriani et Anonymi computo ponendus sit extra Cercinitin seu Carciniten sinum, atque de situ loci longe alia referant Herodotus, Mela, Plinius et Ptolemæus. Num duo ejusdem nominis loca erant? Vix credas. An Cercinitis nomen Arrianus perperam transtulit ad alium locum, cui simile nomen? Id tanto facilius putaveris, quum reapse duo nomina afferat Anonymus Κορονῖτιν et Κερκινῖτιν, quorum hoc ex Arriano, illud aliunde sumpserit. Denique credi possit stadia 600, quæ sunt a Chersoneso ad Carciniten, non exputanda esse juxta oram, sed linea recta pertinere ad *Cap Tarkan*, adeo ut Cercinitis sit ad introitum sinus, Calos limen vero in intimo mycho collocetur, atque hinc putentur stadia 300 ad Tamyracen. Quam rationem Gailio probatam distantiæ quidem admittunt, sed repugnant verba Anonymi, qui de magno sinu via compendiaria trajiciendo loquitur, neque concilientur Herodotus et reliqui, qui Carcinitin in μυχοῦ latere boreali prope Achilleum cursum collocant. Etenim Herodotus IV, 55: Ὑπάκυρις ποταμὸς, ὃς ὁρμᾶται μὲν ἐκ λίμνης, μέσων δὲ τῶν νομάδων Σκυθέων ῥέων ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκινῖτιν πόλιν, ἐς δεξιὴν ἀπέργων τήν τε Ὑλαίην καὶ τὸν Ἀχιλλήιον καλεόμενον δρόμον. Cf. idem IV, 99, ubi Cercinitidem urbem in confiniis ponit Scytharum et Taurorum. Plinius IV, 26: *Mare subit magno recessu, donec V milium p. intervallo absit a Mæotide... Sinus Carcinitis appellatur. Flumen Pacyris; oppida Navacum, Carcine... A Carcinitide Taurica incipit* (sec. Anonym. § 56 a Calo portu Taurica Chersonesus incipit). Mela II, 1: *Quod inter paludem et sinum est Taphræ nominatur; sinus Carcinites. In eo urbs est Carcine, quam duo flumina, Gerrhos et Hypacyris uno ostio effluentia attingunt.* — Ex hac Herodoti sententia Carcinen urbem ad fluvium quem Carcinitem vocat, notavit Ptolemæus, paullo longius tamen ab ora removet. — Interpretamenta, quibus Herodoti ejus-

ἀπὸ Κερκινίτιδος ἐς Καλὸν λιμένα, Σκυθικὸν καὶ τοῦτον, ἄλλοι ἑπτακόσιοι.

31. Ἐκ δὲ Καλοῦ λιμένος ἐς Ταμυράκην τριακόσιοι· ἔσω δὲ τῆς Ταμυράκης λίμνη ἐστὶν οὐ μεγάλη. Καὶ ἔνθεν εἰς τὰς ἐκροὰς τῆς λίμνης ἄλλοι τριακόσιοι. Ἐκ δὲ τῶν ἐκροῶν τῆς λίμνης ἐς Ἠόνας στάδιοι ὀγδοήκοντα καὶ τριακόσιοι· καὶ ἔνθεν ἐς ποταμὸν Βορυσθένην πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Κατὰ δὲ τὸν Βορυσθένην ἄνω πλέοντι πόλις Ἑλληνὶς, ὄνομα Ὀλβία, πεπόλισται. Ἀπὸ δὲ Βορυσθένους ἐπὶ νῆσον σμικρὰν, ἐρήμην καὶ ἀνώνυμον, στάδιοι ἑξήκοντα· καὶ ἔνθεν

Cercinitide ad Calum (*Pulchrum*) portum item Scythi cum alia septingenta.

31. A Calo portu ad Tamyracam trecenta. Intra Tamyracam palus est non admodum magna; et inde ad ostia paludis trecenta alia. Ab ostiis paludis ad Eonas stadia trecenta et octoginta; atque inde ad Borysthenem fluvium centum et quinquaginta. Per Borysthenem sursum naviganti urbs Græca, Olbia dicta, condita est. A Borysthene ad parvam quandam et desertam nomineque carentem insulam stadia

---

que sectatorum verba Gailius torquet, taceo. Magis monuisse attinet quam manca sint quæ Herodotus de harum regionum situ et figura tradiderit; neque id mireris, si reputes confusam regionis delineationem, quam vel Ptolemæus sibi finxerat. In ejusmodi rerum statu, periplorum auctores præ ceteris sequi tutissimum est. Ceterum addo quod Stephanus Byz. Καρκινίτην, πόλιν Σκυθικὴν, ex Hecatæo memorat; nulla vero ejus mentio fit apud Strabonem. || — 1. Καλὸν λιμένα] Hunc portum memorasse videtur Strabo p. 308 : ἐκπλέοντι δ' (sc. ἐκ τοῦ Καρκινίτου) ἐν ἀριστερᾷ πολίχνη καὶ ἄλλος λιμὴν (Καλὸς λιμὴν correx. Koray et Grosk., quum alius portus in antecc. non memoretur) Χερρονησιτῶν. Hæc bene quadrant cum Nostris. Ptolemæus Καλὸν λιμένα ita quidem ponit, ut ab oriente litora circumnaviganti post Carcinen sequatur, sed quum ipsam Carcinen ex Herodoti sententia collocaverit, ab Arriani ratione longe recedit. Mela I, 2 ita habet : *Taurici. Supra eos sinus portuosus,* Καλὸς λιμὴν *appellatus, promontoriis duobus includitur. Alterum* Κριοῦ μέτωπον *vocant,... Parthenion alterum. Oppidum adjacet Cherrone.* Quæ dicta sunt negligentius. Quatenus oræ tractus significatur, intelligendus est litus Chersoneso urbi vicinum, ubi λιμένας καλοὺς esse dicit Anonymus § 56. Si vero certum aliquem portum, cui Pulchri nomen, indicavit, nostrum hunc Chersonitarum portum in viciniam Chersonesi urbis transtulisse videtur, sicuti simili negligentia Anonymus eo loco, ubi Chersonesi καλοὺς λιμένας memorat, subjungit quædam de Paraplo Tauricæ regionis ab Athenæone portu usque ad Καλὸν λιμένα pertinente. Similiter fuerit in fonte Geographi Rav. V, 61 ubi : *Acra, Salolime, Mulusmon* (Ἄκρα, καλὸς λιμὴν, Συμβόλων?). Idem in altera nominum serie habet : *Calipolis, Chersona, Theodosia, Dosiopolis* (i. e. Theodosia seu Theodosiopolis).

§ 31, l. 3. Ταμυράκην] Hanc esse ἄκραν Cursus Achillei ex Anonymo et Strabone supra monui. In Ptolemæo Ταμυράκη est locus continentis, quem ponit inter Carcinen et portum Pulchrum. Similiter Stephanus : Ταμυράκη, πόλις Σαρματίας τῆς ἐν Εὐρώπῃ. Ac sane fieri potuit, ut e regione nostræ ἄκρας cognominis existeret locus. Strabo l. l. addit : τὸν δὲ κόλπον (sc. τὸν Καρκινίτην) καὶ Ταμυράκην καλοῦσιν ὁμωνύμως τῇ ἄκρᾳ. In Ptolemæo III, 5 p. 198 nostra ἄκρα appellatur Μυσαρίς. Arrianus nomen δρόμου Ἀχιλλείου h. l. non memorat, sed perperam transtulit ad Leucen insulam Achilli sacram. || — 4. λίμνη οὐ μεγάλη] Eadem ex Arriano, ut videtur, Anonymus. Lacum dicere debet maris recessum angustum, qui est inter continentem et Cursus Achillei partem orientalem. Ostium ejus esse dicit 300 a Tamyrace stadiis; quod mirum est. Longitudo ejus recessus sane trecentorum fere est in mappa Gauttieriana stadiorum; sed apertura ejus ad ipsam est Tamyracen, dum Arrianus rem invertens ostium ejus prope cervicem peninsulæ statuisse videtur. Multas quidem tractus arenosus mutationes expertus est, ut Ukertus monet, sed magnopere dubito ad eas confugiendum nobis esse. Ni fallor, Arrianus cum recessu orientali confudit recessum lateris occidentalis, qui ad ipsum isthmum sive collum peninsulæ aperturam habet; ad hanc a Tamyrace sunt fere 380 stadia, et hinc usque ad occidentalem Cursus Achillei extremitatem alia sunt stadia 380, quot in sqq. Arrianus numerat ab ostio lacus usque ad Ἠόνας || — 6. Ἠόνας] Significari Cursus Achillei extremitatem, indicare videntur stadia ista 380, tum vero clarius patet ex eo, quod hinc ad Borysthenis ostium esse stadia 150 dicuntur; tot enim sunt inde a fine Cursus. Ceterum istud ἐς Ἠόνας vereor ne male re intellecta Arrianus scripserit. Locum aliquem eo nomine designari putavit, quum Ἠόνες dicerentur duæ istæ tæniæ quæ ab isthmo bifariam excurrunt. Ducit eo, ut Ukertus monuit p. 457, Anonymus, qui de cursu isto ait ἐστὶν Ἠιών, τουτέστιν αἰγιαλὸς σφόδρα μακρά (Simiter peninsula inter Pontum et Mæotin paludem excurrens longo et tenui tractu vocabatur *Eion*, testante Plinio VI, 6). Nostræ tæniæ extremitas occidentalis nominabatur ἱερὸν ἄλσος τῆς Ἑκάτης, ut docet Anonymus. Strabo p. 307 ita : Μετὰ δὲ τὴν πρὸ τοῦ Βορυσθένους νῆσον ἑξῆς πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλοῦς ἐπὶ ἄκραν τὴν τοῦ Ἀχιλλείου δρόμου, ψιλὸν μὲν χωρίον, καλούμενον δ' ἄλσος, ἱερὸν Ἀχιλλέως. Ptolemæus (III, 5 p. 198) denique istud ἱερὸν Ἑκάτης ἄλσος in duo ἄκρα dirimit, ita ut ἄλσος Ἑκάτης sit ἄκρον continentis e regione τοῦ δρόμου situm, ἱερὸν vero ἄκρον dicat τὸ δυτικὸν ἄκρον τοῦ Ἀχιλλέως δρόμου. — Longitudo τοῦ δρόμου sec. Arrianum foret stadiorum 680; quum sit ad 740. Agrippa ap. Plin. IV, 26 exputat 80 milia, sive 640 stadia; Strabo l. l. (sicut Tzetzes ad Lyc. 191) stadia 1000; Anonymus stadia 1200. || — 9. Ὀλβία] Vid. not. ad Scymnum 803 p. 229. Distantiam urbis ab ostio Borysthenis (prope *Kilbourn* castellum), quam Arrianus omittit, esse stadiorum 240 tradit Anonymus; 200 stadia computat Strabo p. 306. || — 10. νῆσον] Meminit insulæ (hod. *Bérézan*) Strabo 306 et 307 : πλησίον

εἰς Ὀδησσὸν ὀγδοήκοντα· ἐν Ὀδησσῷ ὅρμος ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Ὀδησσοῦ ἔχεται Ἰστριανῶν λιμήν· στάδιοι ἐς αὐτὸν πεντήκοντα καὶ διακόσιοι. Ἐνθένδε ἔχεται Ἰσιακῶν λιμήν· στάδιοι ἐς αὐτὸν πεντήκοντα. Καὶ ἔνθεν εἰς τὸ Ψιλὸν οὕτω καλούμενον στόμα τοῦ Ἴστρου, διακόσιοι καὶ χίλιοι· τὰ δὲ ἐν μέσῳ ἔρημα καὶ ἀνώνυμα.

32. Κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ στόμα, ἐπ' εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ ἀπαρκτίᾳ ὡς τὸ πέλαγος, νῆσος πρόκειται, ἥντινα οἱ μὲν Ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ Δρόμον Ἀχιλ-

sexaginta; et inde ad Odessum, ubi statio navibus, octoginta. Odesso proximus, stadiorum ducentorum et quinquaginta intervallo distans, Istrianorum portus. Huic proximus Isiacorum portus, stadiis quinquaginta distans. Inde ad Psilum quod vocant os Istri, mille et ducenta. Loca in medio deserta sunt et nomine carent.

32. E regione fere hujus ostii, si recta navigaveris versus altum mare secundum aparctiam ventum, sita est insula, quam alii quidem Achillis insulam,

---

ἄλλος ποταμὸς Ὕπανις, καὶ νῆσος πρὸ τοῦ στόματος τοῦ Βορυσθένους, ἔχουσα λιμένα. In Epit. Strabon. p. 80 vocatur Βορυσθένης (l. Βορουθένους?) νῆσος, itemque ap. Ptolemæum III, 10, p. 213, 30 : ἡ καλουμένη Βορυσθένης (sic codd. A. B. E et e Ptolemæo Tzetzes Chil. XI, 938; Βορυσθένους M., Βορυσθενὶς Wilberg., ex codd., ut videtur). Quod apud Melam legitur II, 7, 2 : *Leuce Borysthenis ostio objecta, parva admodum, et quia ibi Achilles situs est, Achillea cognomine*, non ad nostram insulam, tanquam alteram Achilli sacram, ad quam Leuces nomen perperam Mela transtulerit, pertinet, sed Leuce insula male ad ostium Borysthenis collocatur, ut contra Kœhlerum recte monet Ukertus III, 2 p. 450. Similiter Ptolemæus Leucen insulam juxta Borystheniam istam ponit. Ceterum descriptionem insulæ *Bérézan* vide ap. Kœhlerum l. l. p. 627. || — 1. Ὀδησσὸν] Sic etiam Anonymus. Ὀρδησσος Ptol. III, 5 p. 202, paullo longius a litore urbem removens. Plinius IV, 26 § 82 a meridie procedens : *Mox Axiacæ cognomines flumini, ultra quos Orbyzi, flumen Rhodes, sinus Sangarius* (*Sangarin fluvium* memorat Ovid. Ex Pont. IV, 10.), *portus Ordesus*. Ordessum Kœhlerus ponit ad ostium fluvii *Teligoul;* Lapieo locus est hod. *Karabach*. || — 2. Ἰστριανῶν] Hunc portum et sequentem nonnisi ex Arriano novimus et ex Anonymo, qui præterea inter Odessum et Istrianorum portum memorat Σκοπέλους χωρίον, 160 ab Odesso stadiis. Hoc Lapieo est hod. *Dofinofskaia*; Istrianorum portum idem paullo magis quam hod. *Odessa* boream versus collocat, Isiacôn portum componit cum *Malaia Fontan*. Probabilius portum Istrianorum Kœhlerus l. l. p. 659 eo ipso in loco ponendum esse putat, ubi nunc est *Odessa*, siquidem Odessus, si vera tradidit Arrianus, eo referri nequit. || — 4. Ἰσιακῶν] Ἰακῶ codex Anonymi. Fort. ad hoc nomen pertinet *sinus Sangarius* (*Assangaricus* Barbarus) Plinii. Idem post Olbiam memorat *Achæorum portum* aliunde non notum. || — 4. πεντήκοντα] ἐνενήκοντα ap. Anonym. § 61, quod ibi non corruptum esse ex singularum distantiarum a Borysthene ad Tyram συναγωγῇ intelligitur; facile itaque crediderim nostro quoque loco ἐνενήκοντα reponendum esse. || — 5. Ψιλὸν στόμα] Idem nomen habet Dicuil 6, 8 ex Plinio, cujus codd. *Spireon stoma* et similia, quæ ex Arriano et Anonymo Ortelius, e Diculo Letronnius corrigi jusserunt. V. Sillig. ad Plin., Ukert III, 1, p. 160. Hodie *bouche de Kilia*, si de re mobili pronuntiare aliquid licet. || — 6. τὰ ἐν μέσῳ ἔρημα etc.] Plura de hoc tractu ex antiquioribus fontibus tradit Anonymus, quem vide. Cum nostro loco cf. Strabo p. 306 : ἀπὸ Ἴστρου ἐπὶ Τύραν ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία πρόκειται, πεδιὰς οὖσα καὶ ἄνυδρος.

§ 32, l. 9. ὡς τὸ πέλαγος ex conject. Vossii, vel fort. ἄνω ἐς τὸ πέλαγος, ut Gailius suspicatur. Codex Arriani : ἀπαρκτίᾳ ἰδίως τὸ πέλαγος; codex Anonymi ἀπαρκτιαιανιωστὸ πέλαγος. Conjectura viri docti a Bastio laudati, ἐναντίως τῷ πελάγει, nihili est; quod Ukertus proponit ἀπαρκτίᾳ ἐναντίως πελαγία νῆσος a traditis longe recedit. Ni fallor, ΙΔΙ natum est ex dittographia præcedentium literarum ΙΑΙ (ίᾳ). Ceterum falsum est illud ἀπαρκτίᾳ ἀνέμῳ. « Wahrscheinlich dachte Arrian sich die Mündungen des Ister nördlicher als unsere Karten sie geben » Ukert III, 2, p. 446. At hoc non statuisse Arrianum mensuræ probant; porro si ita statuisset, non potuit dicere κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ στόμα. Immo Arrianus oræ tractum in quem Ister exit, ab oriente occasum versus tendere Istrumque non longe ab ostiis cursum ita flectere ut a borea fere meridiem versus flueret, existimasse videtur. Quæ quidem opinio ex iis quæ de Istri cursu apud Herodotum ejusque sectatores leguntur, facile explicatur (V. Niebuhr. *Kl. Schriften* I, p. 357. Bobrik *Geogr. d. Herodot.* p. 111). || — 9. πρόκειται] sic Anon.; πρόσκειται cod. Arriani. || — 10. Ἀχιλλέως νῆσον κτλ.] Diversa confundunt qui τὸν δρόμον Ἀχίλλειον ad hanc insulam referunt. Nunc vocatur *Jilan Adassi* vel *Phidonisi* (*Ile des Serpents*), ambitu decem stadiorum (20 sec. Pausan. 3, 19, 11; 30 stad. sec. Philostratum; 80 sec. Plinium), saxo constans calcareo, litore alto et prærupto, portum præbens nullum, tribus tamen locis appulsum nautis non denegans; solum versus mediam insulam paullatim assurgit, humo tectum tenui, sed fertili; innumeris frequentata avibus, serpentium copia infestatur; in media exstant rudera templi Achillei, cujus in vicinia fodientes crebra eruerunt vasa fictilia. Putei tres incisi saxis. — Frequens apud veteres insulæ mentio. Testis antiquissimus Arctinus, qui in Æthiopide narravit quomodo Thetis ἐκ τῆς πυρᾶς ἀναρπάσασα τὸν παῖδα εἰς τὴν Λευκὴν νῆσον διακομίζει (Photius cod. 239). Stesichorum in palinodia de Leuce dixisse patet ex Pausania III, 19, 13; num Alcæus quoque, ex Eustathio ad Dion. 306 affirmari nequit. Pindarus vero in Nem. IV, 49 : ἐν δ' Εὐξείνῳ πελάγει φαεννὰν Ἀχιλεὺς νᾶσον (ἔχει). Euripides Androm. 1260 : Ἀχιλλέα ὄψει δόμους ναίοντα νησιωτικοὺς Λευκὴν κατ' ἀκτὴν ἐντὸς Εὐξείνου πόρου. Idem Iphig. Taur. 435 memorat

λέως, οἱ δὲ Λευκὴν ἐπὶ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσι. Ταύτην λέγεται Θέτις ἀνεῖναι τῷ παιδί· καὶ ταύτην οἰκεῖν τὸν Ἀχιλλέα. Καὶ νεώς ἐστιν ἐν αὐτῇ τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ ξόανον τῆς πάλαι ἐργασίας. Ἡ δὲ νῆσος ἀνθρώπων μὲν ἐρήμη ἐστὶν, νέμεται δὲ αἰξὶν οὐ πολλαῖς· καὶ ταύτας [μὲν] ἀνατιθέναι λέγονται τῷ Ἀχιλλεῖ ὅσοι [ἀεὶ] προσίσχουσι· καὶ [γὰρ καὶ] ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα ἀνάκειται ἐν τῷ νεῷ, φιάλαι καὶ δακτύλιοι καὶ λίθοι τῶν πολυτελεστέρων. Ταῦτα ξύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ ἀνάκειται, καὶ ἐπιγράμματα, τὰ μὲν ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ ἑλληνικῶς πεποιημένα ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως. Ἔστι δὲ ἃ καὶ τοῦ Πατρόκλου· καὶ γὰρ καὶ τὸν Πάτροκλον τιμῶσι σὺν τῷ Ἀχιλλεῖ, ὅσοι τῷ Ἀχιλλεῖ χαρίζεσθαι ἐθέλουσιν. Ὄρνιθες δὲ πολλοὶ αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ, λάροι καὶ αἴθυιαι καὶ κορῶναι αἱ θαλάσσιοι τὸ πλῆθος οὐ σταθμητοί. Οὗτοι οἱ ὄρνιθες θεραπεύουσι τοῦ Ἀχιλλέως τὸν νεών. Ἕωθεν ὁσημέραι καταπέτονται εἰς τὴν θάλασσαν· ἔπειτα ἀπὸ τῆς θαλάσσης βεβρεγμένοι τὰ πτερὰ, σπουδῇ αὖ εἰσπέτονται εἰς τὸν νεὼν, καὶ ῥαίνουσι τὸν νεών. Ἐπειδὰν δὲ καλῶς ἔχῃ, οἵδε ἐκκαλλύνουσιν αὖ τὸ ἔδαφος τοῖς πτεροῖς.

33. Οἱ δὲ καὶ τάδε ἱστοροῦσιν· τῶν προσεσχηκότων τῇ νήσῳ ἱερεῖα τοὺς μὲν ἐξεπίτηδες πλέοντας ἐς αὐτὴν ἐπὶ ταῖς ναυσὶ κομίζειν, καὶ τούτων τὰ μὲν καταθύειν, τὰ δὲ ἀφιέναι τῷ Ἀχιλλεῖ· τοὺς δέ τινας ὑπὸ χειμῶνος ἐξαναγκασθέντας προσέχειν· καὶ τούτους παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ αἰτεῖν ἱερεῖον, χρωμένους ἐπὶ τῶν ἱερείων, εἰ λῷον σφίσι καὶ ἄμεινον θῦσαι ὅ τι περ αὐτοὶ τῇ γνώμῃ ἐπιλέξαιντο νεμόμενον, τιμὴν ἅμα καταβάλλοντες τὴν ἀξίαν σφίσι δοκοῦσαν. Εἰ δὲ ἀπαγορεύοι ὁ χρησμός (εἶναι γὰρ χρησμοὺς ἐν τῷ νεῷ), προσβάλλειν τῇ τιμῇ· εἰ δὲ ἔτι ἀπαγορεύοι, ἔτι προσβάλλειν· συγχωρήσαντος δὲ, γιγνώσκειν ὅτι ἀποχρῶσα ἡ τιμή ἐστιν. Τὸ δὲ ἱερεῖον ἵστασθαι ἐπὶ τῷδε αὐτόματον, μηδὲ ἀποφεύγειν ἔτι. Καὶ τοῦτο δὴ πολὺ ἀνακεῖσθαι τὸ ἀργύριον τῷ ἥρῳ τὰς τιμὰς τῶν ἱερείων.

34. Φαίνεσθαι δὲ ἐνύπνιον τὸν Ἀχιλλέα τοῖς μὲν

alii vero Dromon (*Cursum*). Achillis, alii Leucam (*Albam*) a colore appellant. Hanc Thetis filio suo e mari excitasse, eamque Achilles inhabitare fertur; in qua templum est Achillis simulacrumque antiquo opere. Deserta est ab hominibus insula, eamque capræ non admodum multæ depascuntur; quas qui illuc appellunt, Achilli offerre dicuntur. Multa præterea alia sacra dona in templo illo reposita cernuntur, ut phialæ, annuli, lapides pretiosiores. Hæc omnia donaria gratias agendi causa Achilli consecrata sunt; et inscriptiones leguntur Græcæ et Latinæ variis metris conceptæ, quæ laudes celebrant Achillis : sunt etiam nonnullæ in Patroclum. Nam Patroclum quoque simul cum Achille colunt qui Achilli placere cupiunt. Porro aves innumerabiles, ut lari, fulicæ, coturnices marinæ, in insula illa degunt. Hæ aves templum Achillis curant; mane singulis diebus ad mare volitant, indeque, alis aqua madefactis, ad templum iterum properantes volant, illudque aspergunt. Ubi autem id satis peractum fuerit, illæ rursus alis pavimentum mundant.

33. A nonnullis etiam hæc traduntur : eorum qui ad insulam appellant, alios ex proposito ad illam navigantes secum victimas immolandas in navibus portare, quarum alias mactent, alias vivas in Achillis honorem dimittant : alios autem quosdam tempestate coactos appellere, eosque ab ipso deo victimam petere, oraculum illius interrogantes de victimis, expediatne meliusque sit eam hostiam immolare, quam pascentem ipsi pro arbitrio suo delegerint; simulque eos pretium, quod illis justum videatur, deponere. Quod si oraculum renuat (esse enim oracula in templo), pretio aliquid adjicere : si rursus abnuerit, insuper addere, donec, annuente illo, cognoscant sufficiens pretium esse. Tum vero stare sua sponte victimam, neque amplius aufugere. Atque sic magnam argenti copiam heroi, victimarum pretium, esse consecratam.

34. Apparere autem in somnis Achillem aliis dum

τὰν πολυόρνιθον αἶαν, λευκὰν ἀκτὰν, Ἀχιλῆος δρόμους καλλισταδίους, Εὔξεινον κατὰ πόντον. Inter geographos primus Scylax § 68 p. 58, qui Leucæ insulæ desertæ Achillique sacræ meminit. Deinde Lycophron. Cass. 186 de Achille : δαρὸν φαληριῶσαν οἰκήσαι σπίλον, Κέλτρου (Istri) πρὸς ἐκβολαῖσι λιμναίων ποτῶν. Uberiora de insula cultuque Achillis tradunt Scymnus 792, Antigonus Mirab. 134; Conon Nar. 18; Strabo p. 125. 306; Mela II, 7, 2; Plinius IV, 26, 27; Solin. c. 13; Ptolemæus III, 10 (ex quo sua habet Tzetzes Hist. XII, 937 sqq.); Pausanias III, 19; Maximus Tyr. Diss.; Philostratus. Heroic. 20, p. 313 ed. Didot.; Ammian. XXII, 8, 35; Dionys. 541 ejusque paraphrastæ Avienus 720 et Priscian. 498; Tzetzes ad Lycophr. 185; Eustath. ad Dionys. 545. 680. 692; ad Homer. p. 1696; schol. Pind. Nem. l. l. Quæ testimonia a variis erroribus haud vacua, fusius explicat Kœhlerus in libro sæpius jam laudato; nonnulla accuratius constituit Ukert. III, 2, p. 443 sqq. Cum Arrianeis præ ceteris confer prolixam narrationem Philostrati. || — 1. ἐπὶ τῆς χροιᾶς] ἀπὸ τῆς χρ. Anonym. || — 4. τῆς πάλαι ἐργασίας Anonymus § 66, quod genuinam Arriani manum prodere videtur, coll. Anab. I, 17. οἱ πάλαι νόμοι, I, 12 τὰ πάλαι ἔργα et sic porro. Peripli codex : τῆς παλαιᾶς ἐργ. || — 5. ἐρήμη] Kœhlerus l. l. p. 564 : « Si les anciens auteurs nous disent que l'île d'Achille était déserte et sans habitants, il ne s'ensuit pas que le temple n'ait eu ni prêtres ni gardiens. || — 7. Inclusa μὲν.. ἀεὶ.. γὰρ καὶ ex Anon. inserui. || — 11. ἐν ἄλλῳ καὶ ἐν ἄλλῳ codex; alterum ἐν ejeci, suadente Anonymo, qui totum hunc locum integriorem habet. || — 13. Patroclo adde Ajacem et Antilochum e Pausania III, 19, 11.

προσσχοῦσι τῇ νήσῳ, τοῖς δὲ καὶ πλέουσιν, ἐπειδὰν οὐ πόρρω αὐτῆς ἀπόσχωσι, καὶ φράζειν ὅπου προσσχεῖν τῆς νήσου ἄμεινον, καὶ ὅπου ὁρμίσασθαι. Οἱ δὲ καὶ ὕπαρ λέγουσι φανῆναί σφισιν ἐπὶ τοῦ ἱστοῦ ἢ ἐπ' ἄκρου τοῦ κέρως τὸν Ἀχιλλέα, καθάπερ τοὺς Διοσκούρους· τοσόνδε μόνον τῶν Διοσκούρων μεῖον ἔχειν τὸν Ἀχιλλέα, ὅσον οἱ μὲν Διόσκουροι τοῖς πανταχοῦ πλωϊζομένοις ἐναργεῖς φαίνονται, καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται· ὁ δὲ τοῖς πελάζουσιν ἤδη τῇ νήσῳ. Οἱ δὲ καὶ τὸν Πάτροκλόν σφισιν ὀφθῆναι ἐνύπνιον λέγουσι. Τάδε μὲν ὑπὲρ τῆς νήσου τῆς τοῦ Ἀχιλλέως ἀκοὴν ἀνέγραψα τῶν ἢ αὐτῶν προσσχόντων, ἢ ἄλλων πεπυσμένων· καί μοι δοκεῖ οὐκ ἄπιστα εἶναι. Ἀχιλλέα γὰρ ἐγὼ πείθομαι εἴπερ τινὰ καὶ ἄλλον ἥρωα εἶναι, τῇ τε εὐγενείᾳ τεκμαιρόμενος, καὶ τῷ κάλλει καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς ψυχῆς καὶ τῷ νέον μεταλλάξαι ἐξ ἀνθρώπων καὶ τῇ Ὁμήρου ἐπ' αὐτῷ ποιήσει καὶ τῷ ἐρωτικὸν γενέσθαι καὶ φιλέταιρον, ὡς καὶ ἐπαποθανεῖν ἑλέσθαι τοῖς παιδικοῖς.

35. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ψιλοῦ καλουμένου στόματος τοῦ Ἴστρου ἐς τὸ δεύτερον στόμα στάδιοι ἑξήκοντα. Ἐνθένδε ἐπὶ τὸ Καλὸν καλούμενον στόμα στάδιοι τεσσαράκοντα· καὶ ἀπὸ τοῦ Καλοῦ ἐπὶ τὸ Νάρακον ὧδε ὀνομαζόμενον, στόμα τέταρτον τοῦ Ἴστρου, στάδιοι ἑξήκοντα. Ἐνθένδε ἐπὶ τὸ πέμπτον εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ ἔνθεν εἰς Ἰστρίαν πόλιν στάδιοι πεντακόσιοι. Ἐνθένδε εἰς Τομέας πόλιν στάδιοι τριακόσιοι. Ἀπὸ δὲ Τομέων εἰς Κάλλατιν πόλιν ἄλλοι τριακόσιοι· ὅρμος ναυσίν. Ἐνθένδε ἐς Καρῶν λιμένα ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος Καρία κληΐζεται. Ἀπὸ δὲ Καρῶν λιμένος εἰς Τετρισιάδα

ad insulam appellant, aliis vero etiam in ipsa navigatione, si haud procul ab illa absint, iisque significare in quamnam insulæ partem appellere navesque sistere præstet. Nonnulli etiam vigilantibus dicunt sibi apparuisse Achillem, eodem modo quo Dioscuros, in malo vel in summa antenna. Hoc solo volunt eum Dioscuris cedere, quod Dioscuri ubique navigantibus perspicui appareant, et visi salutem afferant; Achilles vero iis tantum, qui ad insulam ejus propius jam accedant. Nonnulli ipsum quoque Patroclum sibi in somnis visum esse aiunt. Atque hæc quidem de Achillis insula refero audita ab iis, qui vel ipsi illuc appulerunt, vel ab aliis rem compererunt: quæ mihi quidem fide haud indigna videntur. Achillem enim, si quem alium, heroem esse credo ob nobilitatem et pulchritudinem animique robur et propterea quod juvenis e vita decesserit, et ab Homero celebratus sit, denique quod in amoribus atque amicitiis colendis ita fuerit constans, ut post amores suos et ipse mortem oppetere voluerit.

35. Ab ostio Istri Psilo vocato ad secundum ejusdem ostium stadia sexaginta. Hinc ad Calum appellatum ostium stadia quadraginta; et a Calo ad Naracum, quartum Istri ostium, stadia sexaginta. Inde ad quintum centum et viginti, et inde ad Istriam urbem stadia quingenta. Hinc ad Tomes urbem stadia trecenta. A Tomibus ad Callatim urbem, ubi statio navibus, alia trecenta. Hinc ad Carum portum centum et octoginta; et ipsa regio quæ est circum portum illum, Caria appellatur. A Carum portu ad

§ 35, l. 20. δεύτερον] probabiliter idem quod Stenostoma est Solino et Ammiano. || — 22. Νάρακον] Ἄρακον perperam Anonymus. || — 24. πέμπτον] Id ἱερὸν dici addit Anon. Ceterum de ostiorum numero et nominibus varias auctorum sententias vide ap. Ukertum III, 1, p. 360, ut mittam alios. Quinque ostia Arrianus etiam in Anabasi I, 3 habet, sicut Herodotus II, 10. IV, 47; Ephorus ap. Strabon p. 305; Scymnus 775; Dionysius 301; Mela II, 1; Leo Diaconus VIII, 1. A primo ad ultimum ostium Noster stadia 280, Strabo p. 305 circa 300 stadia numerat. || — 25. Ἰστρίαν πόλιν] sic etiam Herodotus II, 33 et Dexippus ap. Julium Capitolin. De Maximo et Balbino c. 6 (Cf. Wesseling. ad Hierocl. p. 409 ed. Bonn.). Ap. Anonymum urbs dicitur Ἴστρος, ut ceteris, qui modo Ἴστρον πόλιν, modo Ἰστρόπολιν vocant. V. Strabo p. 318, Scymnus 667, Lycophron 74, Mela II, 2, 5, Plinius IV, 18, 24, Ptolemæus III, 10, Memnon c. 22, Ammian. XXII, 8, Hierocles p. 637, Stephanus Byz., Eutrop. VI, 8; *Histriopolis* et *Istrio*polis in Tab. Peut. et Geogr. Rav. IV, 6; *Historio* in Itin. p. 227. Nunc *Istere*. Mannert urbem postea Constantianam (Hierocles p. 637. Constantin. Porph. De adm. imp. II, 9) dictam (hod. *Kostandchi*), Lapieus *Kargolik*, alii *Karakirmen* huc traxerunt. De distantia 500 stadiorum cum Arriano et Anonymo consentit Strabo p. 319. In Tab. Peutingeriana sunt milia 60 (480 stadia). || — 26. ἐς Τομέας] ἐς Τομέων πόλιν Anonymus, quod male in Τομέαν mutavit Gailius. Alibi Τομεῖς forma non occurrit; Τομεὺς ap. Stephanum; Τόμις ap. Strabon. p. 319, Hieroclem p. 337, Ovid. Trist. III, 9, 33, Ex P. IV, 14, 59. Τόμοι Scymnus 765, Ptolemæus, Plinius, Ammian, alii. Hodie *Tomisvar* seu *Jegni Pangola*. Pro 300 stadiis Strabo l. l. 250, Itinerar. 36 mill. sive 288 st., Tab. Peuting. 40 mill. s. 320 stadia. || — 27. Κάλλατιν] Κάλλατραν codex; Καλλαντίαν finxit Vossius; omnibus aliis est Καλλάτις (nisi quod Κάλατις in codd. passim obvium, et quod in Ptolemæo III, 10 olim edebatur Καλλατία). Gentile Καλλατιανὸν recte habet ipse etiam Arrianus in Anab. VI, 23, 5. Nunc *Kollat*, *Kollati*. Pro 300 stadiis Strabo 280; 30 mill. Itinerar.; 34 mill. Tab. Peut. Minimus numerus vero proximus. || — 29. Καρία κληΐζεται] Addit Anonymus: νῦν δὲ αἱ Καρίαι λέγονται. Nescio an huc pertineat apud Stephanum Καρὸς κῆποι, χωρίον Θρᾴκης. Θεόπομπος ν'. Ceterum hancce Cariam intellige apud Porphyrium in Hist. fragm. IV, p. 710, ubi de Seleuco Callinico dicit: *Attalum in Thraciam usque fugiens, post pugnam in Caria patratam vita excessit*. Portus de quo aliunde non constat, non longe ab hod. vico *Gulgrad* quærendus. || — 30. Τετρισιάδα] Anonymus: εἰς Τετρισιάδα ἤτοι Τίριζαν ἄκραν λεγομένην, ἔχουσαν καὶ

στάδιοι εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Βίζον, χῶρον ἔρημον, στάδιοι ἑξήκοντα. Ἀπὸ δὲ Βίζου εἰς Διονυσόπολιν στάδιοι ὀγδοήκοντα. Ἐνθένδε εἰς Ὀδησσὸν διακόσιοι· ὅρμος ναυσίν.

36. Ἐκ δὲ Ὀδησσοῦ ἐς τοῦ Αἵμου τὰς ὑπωρείας, αἳ δὴ εἰς τὸν Πόντον καθήκουσι, στάδιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα· καὶ δεῦρο ὅρμος ναυσί. Ἐκ δὲ τοῦ Αἵμου εἰς Μεσημβρίαν πόλιν ἐνενήκοντα· ὅρμος ναυσί. Καὶ ἐκ Μεσημβρίας εἰς Ἀγχίαλον πόλιν στάδιοι ἑβδομήκοντα, καὶ ἐξ Ἀγχιάλου εἰς Ἀπολλωνίαν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. Αὗται πᾶσαι αἱ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν, ᾠκισμέναι ἐν τῇ Σκυθίᾳ, ἐν ἀριστερᾷ ἐσπλέοντι εἰς τὸν Πόντον. Ἐκ δὲ Ἀπολλωνίας ἐς Χερρόνησον στάδιοι ἑξήκοντα· ὅρμος ναυσί. Καὶ ἐκ Χερρονήσου ἐς

Tetrisiadem stadia centum et viginti. Inde ad Bizum, locum desertum, stadia sexaginta. A Bizo ad Dionysopolim stadia octoginta. Hinc ad Odessum, ubi statio navibus, ducenta.

36. Ab Odesso usque ad radices Hæmi montis, quæ ad Pontum usque protenduntur, stadia trecenta et sexaginta : ibi etiam statio navibus. Ab Hæmo ad Mesembriam urbem, ubi statio navibus, nonaginta. A Mesembria ad Anchialum urbem stadia septuaginta, et ab Anchialo ad Apolloniam centum et octoginta. Hæ omnes sunt urbes Græcæ, in Scythia sitæ, quæ occurrunt a sinistra in Pontum naviganti. Ab Apollonia ad Chersonesum, ubi statio navibus, stadia sexaginta. A Chersoneso ad Aulæi murum, ducenta

---

ὕφορμον τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, νῦν λεγομένην Ἄκραν. Strabo p. 319 : ἡ Τίριζις ἄκρα, χωρίον ἔρυμνον, ᾧ ποτε καὶ Λυσίμαχος ἐχρήσατο γαζοφυλακίῳ. Ap. Ptolemæum III, 10 Τίριστις (Τιριστρίς, Τιριστρή, Τιριστρία var. lect.) ἄκρα, perperam posita inter Dionysopolin et Odessum. In Tab. Peut. *Trissa*, 24 mill. (192 stad.) a Callati, 12 m. a Bizone distans. *Tirissa* in Geogr. Rav. IV, 6; *Turisia* idem V, 11. In Itin. p. 228 inter Callatim et Dionysopolin memoratur *Timogittia*, illinc 18, hinc 24 mill. dissita, quæ si ad nostrum locum pertinet, diversa itineraria male confundit Ravennas Geographus IV, 6 ubi : *Dionysopolis, Bizoi, Timum, Tirissa, Callatis*, et V, 11 ubi *Turisia, Bycoris, Tumo, Dionysopolis*. Pro Τίριστις ἄκρα simplex Ἄκρα nomen habes apud Hieroclem p. 637. An Ἄκρα τῆς Σκυθίας apud Stephanum huc pertineat, quærit Wesseling. Promontorium hodie est *Cap Caliacra*, cui adjacet *Kavarna*. || — 1. Βίζον] Anonymus εἰς Βιζώνην, et ἀπὸ Βιζῶνος; fort. illud e Scymno, ex quo nonnulla de hoc loco exscripsit, hoc vero ex Arriano sumserit, ubi fort. reponendum Βιζῶνα. Stephanus : Βιζώνη, πόλις Ποντική· τὸ ἐθνικὸν ἠδύνατο Βιζωναῖος ἢ Βιζωνίτης· ἔστι δὲ Βιζώνιος ὡς Παλλήνιος. Potuit Βιζώνιος formari de Βίζων. Ceterum *Bizonen* vocant præter Scymnum 758 etiam Mela II, 2, 5, Plinius IV, 18, Tab. Peut.; *Bizoi* G. R. IV, 6 et *Bicoris* id. V, 11. Hod. *Kavarna*. || — 3. Διονυσόπολιν] De hac urbe vide not. ad Scymnum 753 p. 226. Hod. *Baldsjik* s. *Baltchik*. ||— Ὀδησσὸν] Ὀδησόπολις codex Scylacis § 67 p. 57, quod non suberat cur in Ὀδησσόπολις mutaretur; nam uti librorum codices, sic etiam numi urbis inter simplex et duplex σ fluctuant, et ita quidem ut in autonomis sit duplex, in imperatoriis simplex litera (Mionnet *Descr. d. m.* I, p. 395. *Supplem.* II, p. 350. Eckhel. I, 2, p. 36. Rasche III, 2 p. 51). Apud serioris ævi scriptores pro Ὀδησσός plerumque habes Ὀδυσσός et *Odissus*. Vid. de hac urbe Scymnus 748; Strabo p. 319; Mela II, 2, 5; Plinius IV, 18, § 45; Itin. p. 228; Tab. Peut.; Ptolemæus III, 10; Ammian. XXII, 8; Stephan. B. s. v.; Geogr. Rav. IV, 6; Hierocles p. 636. Cf. Diodor. XIX, 73, 3. XX, 112, 2; Appian. Illyr. c. 30 p. 282 ed. Didot.; Priscus fr. 4 (Fr. Hist. IV, p. 74); Procop. De ædif. IV, 11 p. 307; Theophylact. VII, 2. Hodie *Varna* ad *Desnch* fluvium (Panysum Plinii). A Dionysopoli distat sec. Itin. 24 mill. (192 stad.), sec. Tab. Peut. mill. 34 (l. 24). Apud Ptolemæum III, 10 p. 212 locorum distantiæ parum sunt accuratæ.

§ 36, l. 5. Αἵμου ὑπ.] h. *Cap Eméneh*. Ad stationem erat locus, qui apud Strabonem p. 319 vocatur Ναύλοχος, Μεσημβριανῶν πολίχνιον. In Plinio IV, 18 § 45 legitur : *In ora a Dionysopoli est Odessus Milesiorum, flumen Panysus, oppidum Tetranaulochus. Mons Hæmus vasto jugo procumbens in Pontum oppidum habuit in vertice Aristæum ; nunc in ora Mesembria, ubi Messa fuerat*, in quibus Tetranaulochum dici Ναύλοχον Strabonis censent. Ego suspicor duo oppida a scribis male conflata esse. Nam Barbarus habet *Terta, Naulochus ;* codex *R* Silligii *Tretranaulocus ;* unde elicias *Ereta, Naulochus*. Nimirum *Erete* post Odessum sequitur in Geogr. Ravenn. IV, 6 et V, 11; in Tab. Peutingeriana autem series locorum hæc est : *Odessus ; Erite mill.* 11; *templum Jovis* (sc. Jovis Aristæi) 16 *mill.; Mesembria* 16 *m.; Ancialis* 12 *m.* Unde sequitur Ereten s. Eriten non posse ad Naulochum nostrum referri. Pro *Erite* Hierocles habet Ἔβραιττος, Procop. De ædif. I, 4 Ἄβριττος; Euseb. Chron. ad an. 2269 : *Decius occiditur in Obrito* (ἐν Ἀβύρτῳ Chron. Pasch. p. 271, A); nunc *Aita*, ut videtur. || — 6. τριακόσιοι ἑξήκοντα] 260 secundum Anonymum perperam. Ne scribarum errorem subesse putes, impediris eo quod Anonymus ait ab Istri ostio sacro usque ad Hieron Jovis Urii esse stadia 3640, quæ ex singulis numeris recte colliguntur. Ad Anonymi rationes prope accedit Tab. Peuting., quæ ab Odesso ad Mesembriam putat stadia 344 (350 sec. Anon.). Ad Arrianum propius accedit Strabo p. 319, a Callati ad Apolloniam numerans stadia 1300 (1340 sec. Arrian.; 1240 sec. Anon.). || — 8. Μεσημβρία, nunc *Missivria*. Cf. Herodot. IV, 93. VI, 33; Scylax § 67 p. 57; Scymnus 739 p. 225; Strabo p. 319. 440; Ptolem. III, 10; Plinius, Mela ll. ll.; Steph. Byz. s. v.; Bœckh C. I. II, p. 76 sq. || — 9. Ἀγχίαλον, nunc vel *Anchiali* vel *Akiali, Ajalou*. Frequens urbis ap. vett. mentio, sicut Apolloniæ, quæ postea Sozopolis denominata (Anonym.; Hierocl. p. 630) nunc vocatur *Sizeboli*. || — 13. Χερρόνησος inter *Cap Baglar Altoun* et *Cap Zeitan* ponenda, aliunde non nota.

Αὐλαίου τεῖχος πεντήκοντα καὶ διακόσιοι. Ἐνθένδε ἐς Θυνιάδα ἀκτὴν εἴκοσι καὶ ἑκατόν.

87. Ἀπὸ δὲ Θυνιάδος εἰς Σαλμυδησσὸν στάδιοι διακόσιοι. Τούτου τοῦ χωρίου μνήμην πεποίηται Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος, καὶ μέχρι τούτου λέγει τὴν στρατιὰν ἐλθεῖν τῶν Ἑλλήνων, ἧς αὐτὸς ἡγήσατο, ὅτε τὰ τελευταῖα σὺν Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ ἐστράτευσε. Καὶ περὶ τῆς ἀλιμενότητος τοῦ χωρίου πολλὰ ἀνέγραψεν, ὅτι ἐνταῦθα ἐκπίπτει τὰ πλοῖα χειμῶνι βιαζόμενα, καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ πρόσχωροι ὅτι ὑπὲρ τῶν ναυαγίων ἐν σφίσι διαμάχονται. Ἀπὸ δὲ Σαλμυδησσοῦ εἰς Φρυγίαν στάδιοι τριάκοντα καὶ τριακόσιοι. Ἐνθένδε ἐπὶ Κυανέας εἴκοσι καὶ τριακόσιοι. Αὗται δὲ αἱ Κυάνεαι εἰσὶν, ἃς λέγουσιν οἱ ποιηταὶ πλαγκτὰς πάλαι εἶναι καὶ διὰ τούτων πρώτην ναῦν περάσαι τὴν Ἀργὼ, ἥτις ἐς Κόλχους Ἰάσονα ἤγαγεν. Ἐκ δὲ Κυανέων ἐπὶ τὸ Ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου, ἵναπερ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, στάδιοι τεσσαράκοντα. Ἐνθένδε εἰς λιμένα Δάφνης τῆς Μαινομένης καλουμένης στάδιοι τεσσαράκοντα. Ἀπὸ δὲ Δάφνης εἰς Βυζάντιον ὀγδοήκοντα. Τάδε μὲν καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου ἐπὶ Βόσπορον τὸν Θρᾴκιον καὶ πόλιν Βυζάντιαν.

et quinquaginta. Hinc ad Thyniadem litus centum et viginti.

37. A Thyniade ad Salmydessum stadia ducenta. Hujus regionis Xenophon senior (*Anab.* 7, 5, 7) meminit, et hucusque Græcorum exercitum penetrasse scribit, cui ipse præfuit, quum postremo cum Seutha Thrace militiam egit. Multis quoque idem exponit, quam importuosa sit hæc regio, navesque vi tempestatis eo ejici; atque Thraces accolas de naufragiorum reliquiis inter se digladiari. A Salmydesso ad Phrygiam stadia trecenta et triginta; inde ad Cyaneas trecenta et viginti. Hæ sunt Cyaneæ illæ, quas poetæ olim tradunt vagas fuisse, per easque primam transiisse Argo navem, quæ Iasonem in Colchos perduxerit. A Cyaneis ad Hieron (*Fanum*) Jovis Urii (*Propitii navigantibus*), ubi os Ponti, stadia quadraginta. Inde ad portum Daphnes, quæ Mænomena (*Furens*) dicitur, stadia quadraginta; a Daphne Byzantium usque octoginta. Atque hæc quidem sunt a Bosporo Cimmerio ad Bosporum Thracium urbemque Byzantium.

In Ptolemæo III, 10 centum fere ab Apollonia stadiis ponitur locus Τόνζους vel Τόνζου, quem huc traxit Mannertus VII, p. 116, adeo ut apud Ptolemæum suppleri possit Χερσόνησος. At si recte distantia in Ptolemæo notata est, Τόνζου locus a meridie promontorii *Zaitan* esse debebat, ideoque componendus foret cum *Thera* loco, quem 12 mill. sive 96 stadiis ab Apollonia habet Tabula Peutingeriana. Quod si est, Τόνζου Ptolemæi foret Τόνζου θήρα, Venatio Tonzæ. Cf. not. seq. || — 1. ἐς Αὐλαίου τεῖχος] ἐς Αὐλαίου τεῖχος τὸ λεγόμενον Θήρας χωρίον, στάδιοι νσʹ.. Ἐντεῦθεν τὰ μέρη τῶν Βυζαντίων ἐκδέχεται. Hæc Anonymus § 88. Cui innitentes Mannertus l. l. p. 147 aliique censuerunt hunc locum esse *Theram* Tabulæ Peutingerianæ. Quod etsi præfracte negare non audeo, probabile tamen esse non videtur. Nam *Aulæi tichos* ab Apollonia distat stadia 310, *Thera* ista nonnisi 90; quæ minime quadrant; quamquam concedo distantias quas inde ab Apollonia habet Tabula Peuting., justo minores esse. Deinde vero proclivis conjectura est cum nostro Aulæi ticho componendum potius esse quod 80 stadiis post Theram sequitur in Tab. P. *Bua tico* (sive *Burtico*, uti Geogr. Rav. IV, 6 scribit), cui respondet apud Ptolemæum eodem fere intervallo sequens Περοντικόν. Ut ut est, Arriani Aulæi tichos ponendum ubi nunc est *Ahteboli.* || — 2. Θυνιάδα ἀκτὴν] Θυνιάδα, ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ καὶ ὅρμος ναυσί. Nunc *Cap Kouri* vel *Ainata*. De promontorio et regione Thyniade cf. Strabo p. 319. 541, Scymnus 727, Ptolem. III, 11, Mela II, 2, 5. Plinius IV, 18 Thyniadem tanquam oppidum memorat.

§ 37, l. 3 Σαλμυδησσὸν] Ἁλμυδησσὸν Anon. § 87. Nunc urbs *Midia*. Cf. not. ad Scymn. 727. || — 4. πεποίηται] ποιεῖται Anon. || — 5. στρατιὰν] στρατείαν Anon. || — 11. Φρυγίαν] εἰς Φρυγίας τὴν καὶ λεγομένην Φιλίαν Anonymus. De Φρυγία nomine aliunde non constat, vereorque ne subsit vel error Arriani vel vetus librorum vitium. De nomine Φιλίας vel Φιλέας etc. v. not. ad Scymn. 723, p. 224. Nunc *Filia* vel *Filine* locus prope *Cap Kaliondjik*. Pro 330 stadiis Anonymus præbet st. 310. || — 18. Δάφνης τῆς μαινομένης] Idem locus etiam Ἄμυκος vocabatur. Vid. Andrœtes ap. schol. Apoll. Rhod. II, 159 in Fragm. Hist. IV, p. 159 ibique notata. Plura habes ap. Dionysium Byz. et Gillium De Bosp. Thrac. III, 6 p. 215 sqq. (Lugdun. 1561). In Anonymo § 89 legitur εἰς λιμένα Δάφνης τῆς μαιν., τὸν νῦν λεγόμενον Σωσθένην. At Sosthenis (aliis *Lasthenis*, *Leosthenis*, *Sostenius*, *Sosthenium*, et apud Plinium 4, 18 corrupte *Casthenis*) portus non idem erat cum Daphnes, sed e regione ejus in Europæo Bospori latere situs. Vide quæ multa de eo ex Dionysio ceterisque affert Gillius l. l. II, 14 p. 125 sqq. Ceterum quum scriptores quidam *Sosthenii* originem cum pugna Argonautarum contra Amycum conjunxerint (V. Joannis Antiocheni fr. 15 in Fr. Histor. IV, p. 548 ibique not.), facile confundi loca ista poterant.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ

[ΑΡΡΙΑΝΟΥ, ΩΣ ΦΕΡΕΤΑΙ]

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΕΥΞΕΙΝΟΥ ΠΟΝΤΟΥ

ἑκατέρων τῶν ἠπείρων, τῶν τε παρὰ τὴν Ἀσίαν τῶν τε παρὰ τὴν Εὐρώπην τόπων, οὕτως· Βιθυνίας τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ περίπλους· Παφλαγονίας περίπλους· Πόντων τῶν δύο περίπλους· τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μερῶν [τοῦ Πόντου περίπλους].

[Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Σεβαστῷ Ἀρριανός.]

1. Κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου πόντου ἐν τοῖς δεξιοῖς τῆς Ἀσίας μέρεσιν, ἅπερ ἐστὶ τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους, κεῖται χωρίον λεγόμενον Ἱερὸν, ἐν ᾧ ναός ἐστι Διὸς Οὐρίου προσαγορευόμενος. Τοῦτο δὲ τὸ χωρίον ἀφητήριόν ἐστι τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων. Εἰσπλεύσαντι δὲ εἰς τὸν Πόντον, δεξιὰν δὲ τὴν Ἀσίαν ἔχοντι καὶ περιπλέοντι τὸ λειπόμενον μέρος τῶν Βιθυνῶν ἔθνους τὸ πρὸς Πόντῳ κείμενον, ὁ περίπλους οὕτω πως ἔχει·

2. Τὸ Ἱερὸν τοῦ Διὸς [τοῦ] Οὐρίου ἀπέχει ἀπὸ Βυζαντίου στάδια ρκ'· γίνονται δὲ μίλια ις'. Καὶ ἔστι

ANONYMI

[ARRIANI, UT FERTUR]

PERIPLUS

PONTI EUXINI

utriusque continentis, seu sitorum tum in Asiæ tum in Europæ ora locorum, hunc in modum: Bithyniæ ad Pontum sitæ periplus; Paphlagoniæ periplus; Pontorum duorum periplus: Europæarum Ponti Euxini partium periplus [*E Menippo*].

[Trajano Hadriano Augusto Arrianus.]

1. Ad Thracium Bosporum atque os Euxini ponti in dextro latere Asiatico, ubi regio Bithynorum, situs est locus Hieron appellatus, in quo templum Jovis Urii dicti. Hic locus est unde solvunt in Pontum navigaturi. Ingresso autem Pontum, Asiamque a dextra habenti et reliquam Bithynorum gentis partem, quæ Ponto adjacet, præternaviganti in hunc fere modum habet navigatio (*E Menippo*).

2. Hieron sive Fanum Iovis Urii a Byzantio distat stadia 120, quæ faciunt milia 16. Atque est ibi os-

---

Duo supersunt hujus peripli fragmenta, quorum prius (§ 1-42) exstat in codice Vaticano 143; hinc descripsit Holstenius, ex cujus apographo primus edidit Hudsonus. De altero fragmento v. not. ad § 43. || — Ἀνωνύμου] Ἀρριανοῦ codex, sicut mox Τραιανῷ.. Ἀρριανός. Hunc titulum ipse fortassis præfixit Anonymus, qui quum e variis auctoribus sua collegerit, Arriani librum quasi fundamentum scriptionis sumserit, nomineque Arriani eam inscripserit eodem fere modo quo Marcianus Menippi nomen periplo reliquit, quamquam ab ipso partim in compendium redacto, partim etiam novis locorum nominibus atque distantiis aucto. Præter Arrianum Noster etiam Menippum vel potius Marcianeam Menippei operis epitomen adhibuit; denique ex poetica Anonymi Periegesi plurima modo servatis modo solutis metris in sua intulit. || — ἑκατέρων τῶν κτλ.] cod. et editt. ἑκατέρων τε ἠπείρων. Peripli hujus adornatio et distributio ideoque præfixum argumentum non ex Arriano, sed e Menippo fluxit. Menippus Marciani ita habet p. 122 ed. Miller: Πόντου Εὐξείνου περίπλους ἑκατέρων τῶν ἠπείρων, τῶν τε παρὰ τὴν Ἀσίαν, τῶν τε παρὰ τὴν Εὐρώπην τόπων. Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει. Τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ μερῶν τοῦ Πόντου περίπλους. Βιθυνίας περίπλους. Παφλαγονίας περίπλους. Πόντων τῶν β' περίπλους. Reliqua capita non amplius habemus. Alterum nostri peripli exemplar vel certe ejusdem peripli alia recensio subest excerptis quæ exstant in codice Vindobonense (V. Lambecii Commentat. De bibl. Cæsarea Vindobonensi, lib. V, p. 534). Præmittuntur iis hæc: Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου Πόντου καὶ [** Περίπλους] Βιθυνίας τῆς πρὸς Πόντον. Περίπλους Παφλαγονίας. Περίπλους Πόντων τῶν δύο. Περίπλους τῶν ἐν Εὐρώπῃ μερῶν τοῦ Πόντου. Περίπλους Θρᾴκης τῆς πρὸς Πόντῳ. || — τῶν ἐν Εὐρώπῃ μερῶν] Hæc in cod. leguntur ante verba Πόντων τῶν δύο περ. Inclusa supplevi.

§ 1, l. 4. προσαγορευόμενος cod. || — 6. δεξιᾷ.. τὸ λεγόμενον μέρος cod.; correxi e Menippo Marciani p. 123 ed. Mill. Possis etiam ἐν δεξιᾷ. In codice Vindobon. hæc ita habent: Κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου πόντου ἐν τοῖς δεξιοῖς τῆς Ἀσίας μέρεσιν, ἅπερ ἐστὶ τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους, κεῖται χωρίον λεγόμενον Ἱερὸν, ἐν ᾧ ναός ἐστι Διὸς Οὐρίου οὕτω προσαγορευομένου. Τοῦτο δὲ τὸ χωρίον ἀφετήριόν ἐστι τοῖς εἰς τὸν Πόντον πλέουσι. Τοῖς πλεύσασι δὲ εἰς τὸν Πόντον δεξιᾷ εἰς (sic) τὴν Ἀσίαν τὸ λεγόμενον μέρος τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους τὸ πρὸς Πόντον κείμενον, ὁ περίπλους οὕτως ἔχει. Quæ quidem omnia editores inde ab Hudsono in genuinum Arriani periplum § 17 post verba τὰ δὲ ἀπὸ Βοσπόρου τοῦ Θρᾳκίου ἔστε ἐπὶ Τραπεζοῦντα πόλιν ὧδε ἔχει, inseruerunt, quum tamen pateat istum cod. Viennensis periplum cum nostro esse Pseudo-Arrianeo componendum, ipsaque verba clament hæc ab Nicomedensi λογοδαιδάλῳ aliena esse; ne dicam quam sit ineptum Arrianum eandem rem bis obtrudere, idque ubi paucis verbis utendum erat, quum locus bene notus Hadriano esset, ut ipse Arrianus indicat istis: ταῦτά μὲν εἰδότι σοι λέγω.

§ 2 l. 10. [τοῦ] ex Arriano supplevit Gailius. Deinde codex ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου; ejeci articulum. Mox ex eodem Arriano dedi ταύτῃ pro τοῦτο τὸ στόμα. Stadiorum numerum in millia romana ipse convertit Ano-

στενότατον ταύτῃ τὸ στόμα τοῦ Πόντου καλούμενον, καθότι εἰσβάλλει εἰς τὴν Προποντίδα.

Βιθυνίας τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ περίπλους.

3. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου πλέοντι ἐν τῇ δεξιᾷ εἰς Ῥήβαν ποταμὸν, στάδια ϟ′· γίνονται δὲ μίλια ιϐ′. Ἀπὸ δὲ Ῥήβα ποταμοῦ εἰς Μέλαιναν, τὴν νῦν λεγομένην Καλὴν ἄκραν, στάδια ρν′, μίλια κ′. Ἀπὸ δὲ Καλῆς ἄκρας εἰς Ἀρτάνην ποταμὸν καὶ χωρίον στάδια ρν′, μίλια κ′. Ἐνταῦθα ὅρμος ναυσὶ μικραῖς πρὸς ἱερῷ Ἀφροδίτης· παράκειται δὲ καὶ νησίον, ὅπερ σκεπάζει τὸν λιμένα.

4. Ἀπὸ δὲ Ἀρτάνου ποταμοῦ εἰς Ψιλλίδα ποταμὸν καὶ χωρίον στάδια ρν′, μίλια κ′· καὶ πλοῖα μικρὰ ὁρμίζοιτο ἂν πρὸς τῇ πέτρᾳ τῇ ἀνεχούσῃ οὐ πόρρω τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκϐολῶν.

5. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ψιλλίδος ποταμοῦ εἰς Κάλπην λιμένα καὶ ποταμὸν στάδια σι′, μίλια κη′· τοῦτο τὸ ἐμπόριόν ἐστιν Ἡρακλεωτῶν. Ὁ δὲ Κάλπης λιμὴν ὁποῖόν τι χωρίον ἐστὶ, καὶ ὁποῖος ὅρμος, καὶ ὅτι πηγὴ ἐν αὐτῷ ψυχροῦ καὶ καθαροῦ ὕδατος, καὶ ὅτι ὕλαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ ξύλων ναυπηγησίμων, καὶ αὗται ἔνθηροι, ταῦτα Ξενοφῶντι τῷ πρεσϐυτέρῳ λέλεκται.

6. Ἀπὸ δὲ Κάλπης λιμένος εἰς Ῥόην, ἐν ᾗ ὅρμος ναυσὶ μικραῖς, στάδια κ′, μίλια ϐ′, [∠′ ϛ′]. Ἀπὸ δὲ Ῥόης εἰς Ἀπολλωνίαν, νῆσον μικρὰν τὴν νῦν λεγομένην Δάφνην, ὀλίγον ἀπέχουσαν ἀπὸ τῆς ἠπείρου, ἐν ᾗ λιμὴν (ὑπὸ νήσῳ), στάδια κ′, μίλια β′, ∠′ ϛ′.

Αὕτη δὲ ἡ Ἀπολλωνιὰς νῆσος ἔχει ἐν αὐτῇ πόλιν λεγομένην Θυνιάδα, Ἡρακλεωτῶν ἄποικον. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνιάδος νήσου τῆς καὶ Δαφνουσίας εἰς Χηλὰς στάδια κ′, μίλια β′, ∠′ ϛ′· αὕτη ἐστὶν ἡ λεγομένη Χηλαὶ Μηδιανῶν.

7. Ἀπὸ δὲ Χηλῶν εἰς Σαγγάριον, ποταμὸν πλωτὸν, στάδια ρπ′, μίλια κδ′.

Ponti, quod vocant, angustissimum, per quod in Propontidem labitur (*Ex Arriano* § 17.)

Bithyniæ Ponto adjacentis periplus.

3. A Fano Iovis Urii secundum latus dextrum naviganti ad Rhebam fluvium stadia sunt 90, milia 12. A Rheba autem fluvio ad Melænam seu Nigram nunc vero Calen seu Pulcram acram appellatam, stadia 150, milia 20. A Cale acra ad Artanem fluvium et castellum stadia 150, milia 20; ibi statio parvis navigiis juxta Veneris fanum; adjacet etiam insula parva, quæ protegit portum (*E Menippo*).

4. Ab Artane fluvio ad Psillida fluvium et locum stadia 150, milia 20; ibi exigua navigia commode appellere possint ad petram non procul a fluminis ostio eminentem (*Ex Arriano* § 17).

5. A Psillide fluvio ad Calpen portum et fluvium stadia 210, milia 28; hoc emporium est Heracleensium (*E Menippo*). Qualis autem locus sit Calpes portus, qualisque statio, et ibi fontem esse frigidæ ac limpidæ aquæ, et silvas mari vicinas lignorum ad naves conficiendas, illasque feris abundare, hæc Xenophon senior (*An.* 6, 4, 1) narravit (*Ex Arriano* § 17).

6. A Calpes vero portu ad Rhoen, in qua statio parvis navigiis, stadia 20, milia 2 $\frac{2}{3}$. A Rhoe ad Apolloniadem, insulam exiguam (quæ nunc Daphne appellatur), non procul a continente remotam, ubi portus, stadia 20 milia 2 $\frac{2}{3}$. (*Ex Arrian.* § 18).

Hæc autem Apollonias insula urbem habet nomine Thyniadem, Heracleensium coloniam. Ab Apolloniade insula, quæ nunc Daphnusia, ad Chelas stadia 20, milia 2 $\frac{2}{3}$; hæc urbs dicta est Chelæ Medianorum (*E fonte incerto*).

7. A Chelis ad Sangarium fluvium navigabilem stadia 180, milia 24 (*E Menippo et Arrian.* § 18).

---

nymus, qua in re ita computat, ut milliarium spatium sit stadiorum septem et dimidiati.

§ 3. Βιθυνίας κτλ.] Titulus hic unicus est quem servatum habemus; in reliquis segminibus excerptor vel librarius inscriptiones omisit. || — 7. Καλὴν ἄκραν] cod. Καλίνακρον, et deinde Καλινάκρου. Recentiora nomina, quæ passim in periplo nostro afferuntur, ab ipso Anonymo, homine Byzantino adeoque fere Pontico, addita videntur. || — 8. Ἀρτάνην] Ἀρτάνον codex, quod mutandum esse in Ἀρτάνην præter Arrianum vel accentus indicat. Etiam locum fuisse fluvio cognominem Arrianus disertius quidem non dicit, eo tamen arguit quod post τοῦ Ἀρτάνου fluvii mentionem pergit: ἀπὸ Ἀρτάνης κτλ. || — 9. ὅρμος ... Ἀφροδίτης. Hæc verba eadem habet Arrianus, dum in Menippo Marciani legitur ἔχει καὶ λιμένιον πορθμίαις. — De adjacente insula nihil habet Arrianus, sed iisdem verbis res memoratur in Menippo Marciani.

§ 4, l. 12. Ψιλλίδα] Ψίλιν Arrian.; Ψίλλιον Marcian. || — 14. πόρρω τοῦ] πόρρω ἀπὸ τοῦ scripsit Gailius, quod sic Arrianus habet.

§ 5, l. 16. εἰς Κάλπην λιμένα] εἰς Κάλπης λιμ. Arrian. || — 17. σι′] cod. et editt. σκ′; sed 28 millia efficiunt stad. 210, quot habet Arrianus, et quot flagitat summa stadiorum 1550 quæ esse dicuntur usque ad Heracleam. In Marciano h. l. lacuna.

§ 6, l. 24. μίλια β′ [∠′ ϛ′]. Inclusa addidit Gailius. || — 26. Δάφνην] Hoc de suo addidit Anonymus, ut passim. Mox pro Δάφνην dicit Δαφνουσίαν, sicuti alibi Ἀπολλωνίαν dicit et Ἀπολλωνιάδα etc. || — 27. ὑπὸ νήσῳ] inclusi. Aut enim dicendum erat: ἐν ᾗ λιμήν, στάδιοι κ′, aut cum Arriano: στάδιοι κ′· λιμὴν ὑπὸ νήσῳ. Quæ deinceps sequuntur nescio an fluxerint e Scymno Chio, ex quo pleraque de urbium originibus mutuari solet Noster, nisi quod distantiæ notam sumserit ex Arriano. Poterant tamen e Menippo peti, qui ipse quoque a Heracleotis coloniam conditam esse narravit, uti liquet ex compendio Marciani. || — 33. εἰς Χηλὰς] εἰς Χηλὴν cod.; sed mox Χηλαὶ pluraliter, ut ap. Arrian. || — 32. Μηδιανῶν] Hæc vox num recte habeat necne, dictu difficile. Num forte erat Μαριανδυνῶν?

§ 7, l. 33. πλωτὸν] Vocem hanc habet Menippus

Οὗτος ὁ ποταμὸς ἐκ τῆς ὑπὲρ Θυνῶν τε καὶ Φρυγίας φερόμενος ἐξίησι διὰ τῆς Θυνιάδος.

8. Ἀπὸ δὲ Σαγγαρίου ποταμοῦ εἰς Ὕπιον ποταμὸν στάδια ρπ', μίλια κδ'.

Οὗτος ὁ ποταμὸς ἔχει ἐφ' αὐτῷ μεσηγὺς πόλιν Προυσιάδα λεγομένην.

9. Ἀπὸ δὲ Ὑπίου ποταμοῦ εἰς Δίαν πόλιν, ἐν ᾗ ὅρμος ναυσὶ μικραῖς, στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Δίας πόλεως εἰς Λιλεὸν ἐμπόριον στάδια μ', μίλια ε'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Λιλεοῦ εἰς Ἔλαιον ἐμπόριον καὶ ποταμὸν στάδια ξ', μίλια η'. [Ἀπὸ δὲ Ἐλαίου εἰς Κάλητα, ἐμπόριον καὶ ποταμὸν, στάδια ρκ', μίλια ις'.] Ἀπὸ δὲ Κάλητος ποταμοῦ εἰς Λύκον ποταμὸν στάδια π', μίλια ι', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ Λύκου ποταμοῦ εἰς Ἡράκλειαν, πόλιν Ἑλληνίδα Δωρικὴν, Μεγαρέων ἄποικον, στάδια ιθ', μίλια β', ∠' ς'.

10. Ἡράκλεια Βοιωτῶν κτίσις καὶ Μεγαρέων· ἐντὸς δὲ ταύτην Κυανέων κτίζουσιν ὁρμηθέντες ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος καθ' οὓς χρόνους ἐκράτησε Κῦρος Μηδίας.

11. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἕως Ἡρακλείας στάδια ͵αφν', μίλια σς', ∠' ς'· ἐπ' εὐθείας δὲ πλέοντι στάδια ͵ας', μίλια ρξ'. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείας εἰς Ἀπολλωνίαν τὴν ἐν Εὐρώπῃ ἐν τῷ Θρᾳκίῳ ἔθνει καὶ καταντικρὺ κειμένην (τὴν νῦν λεγομένην Σωζόπολιν), στάδια ͵α· γίνονται μίλια ρλγ', ∠' ς'.

12. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείας πόλεως ἐπὶ τὸ Μητρῷον καλούμενον, τὸ νῦν λεγόμενον Αὐλία, στάδια π', μίλια ι', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Μητρῴου εἰς Ποσείδειον, τὸ νῦν λεγόμενον τὰ Ποτίστεα, στάδια μ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδείου εἰς Τυνδαρίδας, τὸ νῦν λεγόμενον Κυρσαιτὰ, στάδια με', μίλια ς'. Ἀπὸ δὲ Τυνδαριδῶν ἕως τοῦ Νυμφαίου στάδια με', μίλια ς'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Νυμφαίου εἰς τὸν Ὀξίναν ποταμὸν στάδια λ', μίλια δ'.

Hic fluvius e regione super Thynos Phrygiamque sita defluens exit per Thyniadem (*E perieg. iamb. v.* 976 *sq.*)

8. A Sangario fluvio ad Hypium fluvium stadia 180, milia 24 (*E Menippo*).

Hic fluvius adjacentem sibi medio urbem habet Prusiadem quam vocant (*E perieg. iamb. v. 779*).

9. Ab Hypio fluvio ad Diam urbem, ad quam naviculis statio est, stadia 60, milia 8. A Dia urbe ad Lileum emporium stadia 40, milia 5 (⅓). A Lileo ad Elæum emporium fluviumque stadia 60, milia 8. [*Ab Elæo ad Caletem emporium fluviumque stadia* 120, *milia* 16.] A Calete fluvio ad Lycum fluvium stadia 80, milia 10 ⅔. A Lyco fluvio ad Heracleam, urbem græcam eamque Doricam, Megarensium coloniam, stadia 19 (20), milia 2 ⅔ (*E Menippo et Arriano* § 18).

10. Heraclea, Bœotorum colonia et Megarensium, quam intra Cyaneas condunt e Græcia profecti quo tempore Cyrus imperavit Mediæ (*E perieg.* 972).

11. In summa a Hiero usque ad Heracleam stadia 1550, milia 206 ⅔, sin rectâ navigaris, stadia 1200, milia 160. Ab Heraclea ad Apolloniam, urbem Europæ in Thracia, ex adverso Heracleæ jacentem (nunc Sozopolis vocatur), stadia 1000 (*deb.* 2000), millia 133 ⅔ (*E Menippo*).

12. Ab urbe Heraclea ad Metroum dictum, quod nunc Aulia appellatur, stadia 80, milia 10 ⅔. A Metroo ad Posidium, nunc Potistea dictum, stadia 60, milia 8. A Posidio ad Tyndaridas, nunc Cyrsæta appellatas, stadia 45, milia 6. A Tyndaridis ad Nymphæum stadia 45, milia 6. A Nymphæo ad Oxinam fluvium stadia 30, milia 4 (*Ex Arriano* § 19).

Marciani, non habet Arrianus; at distantia stad. ρπ' est Arriani, non vero Menippi. || — 2. ἐξίησι] ἔξεισι cod.; em. Meineke ad Scymnum 976, etiam alia quædam ad refingendos versus mutans, quæ hoc loco non est cur repetamus.

§ 8, l. 5. Προυσιάδα] Ptolemæo V, 1 p. 313, 25 vocatur Προῦσα πρὸς Ὑπίῳ ποταμῷ; Προυσιάς ap. Hieroclem p. 694; antea Κιερός. V. Memnon c. 29, 42. 49. Plura v. ap. Mannert VI, 3, p. 566.

§ 9, l. 9. Λιλεὸν] Λιλεοῦν codex; Λίλιον (Λίλαιον?) Arrian. § 18, ubi vide. || — 10. Ἔλαιον] Ἐλαιοῦν cod.; em. ex Arriano et Menippo Marciani, ex quibus deinceps suppleta sunt quæ uncinis distinguuntur. || — 16. σταδ. ιθ', μιλ. β', ∠' γ' codex; Arrianus stad. κ'; totidem in Anon. flagitantur, ut summa colligatur stadiorum 1550, quam auctor subducit § 11. Ac omnino offendit illud ιθ', quum nonnisi rotundioribus numeris Arrianus, Anonymus et Marcianus uti soleant. Ceterum millium numeri multum abest ut ubique ad amussim exacti sint; de qua re semel monuisse sufficiat.

§ 10, l. 18. ταύτην Κυανέων] ταύτης Κυανέον codex; em. Holstenius.

§ 11. Quæ in hoc sermine leguntur, habet ap. Marcianum Menippus (quem διάπλους diligenter notasse scimus); non habet Arrianus. Attamen in summa stadiorum 1550 Noster recedit à Menippo Marciani, qui nonnisi 1530 exputat ab Hiero ad Heracleam. || — 23. τὴν Σωζόπολιν] τῆς νῦν λεγομένης Σωζοπόλεως codex et editt. Infra quoque, ubi ad Apolloniam narratio devenit, legitur: ἀπὸ Ἀπολλωνίας τῆς καὶ Σωζοπόλεως. Memoratur hoc nomine urbs in Concilio Ephesino, cui intererat Athanasius ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Δουελτὸν καὶ Σωζόπολιν; hodie *Sizepoli*. || — 24. σταδ. ͵α] esse deb. σταδ. ͵β; sed depravatum numerum ipsum reperisse Anonymum e milium numero colligitur. Idem vitium est in Menippo Marciani.

§ 12. In hoc § ubique cum Arriano (a quo differt Marcianus) consentit, nisi quod a Tyndaridis ad Nymphæum non 15 stadia (ut Arrianus), sed 45 stadia ponit, fortasse vitioso Arriani codice usus. Nam ne corrigamus, eo impedimur, quod ne servatis quidem istis stadiis 45, summa stadiorum 700, quam auctor ab Heraclea ad Amastrin esse dicit, colligitur. || — 27. Αὐλία] Αὐλαία conj. Gailius. || — 31. Τυνδαριδῶν] Τυνδαριδίνης cod.; em. Gailius. Ceterum de singulis vide not. ad Arrian.

13. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ὀξίνα εἰς Σανδαράκην, ἐν ᾗ ὅρμος ναυσὶ μικραῖς, στάδια μ', μίλια ε'. Ἀπὸ δὲ Σανδαράκης εἰς Κρηνίδας, ἐν ᾗ ὅρμος ναυσὶ μικραῖς, στάδια κ', μίλια β', ∠' ϛ'. Ἀπὸ δὲ Κρηνίδων εἰς Ψύλλαν χωρίον στάδια λ', μίλια δ'. Ἀπὸ δὲ Ψύλλης εἰς Τίον, πόλιν Ἑλληνίδα Ἰωνικὴν, ἐπὶ θαλάσσῃ οἰκουμένην, Μιλησίων καὶ ταύτην ἄποικον, στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Τίου εἰς Βιλλαῖον ποταμὸν στάδια κ', μίλια β', ∠' ϛ'· οὗτος ὁ Βιλλαῖος ποταμὸς, ὥς τινές φασιν, ὁρίζει Βιθυνίαν· τὰ δὲ ἐχόμενα Παφλαγονίας ἐστί. Τινὲς δὲ νῦν τὸν Παρθένιον ποταμὸν ὅρον Βιθυνίας καὶ Παφλαγονίας εἶναι βούλονται. Ἀπὸ δὲ τοῦ Βιλλαίου ποταμοῦ εἰς Ψίλιδα ποταμὸν, τὸν νῦν λεγόμενον Παπάνιον, στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ψίλιδος ποταμοῦ ἤτοι Παπανίου εἰς Παρθένιον ποταμὸν στάδια ο', μίλια θ', γ'.

14. Οὗτος ὁ Παρθένης πλωτός ἐστι, καταφέρων ῥεῖθρον ἡσυχώτατον· ἐν αὐτῷ δὲ λόγος Ἀρτέμιδος εἶναι λουτρὸν ἐπιφανέστατον.

15. Ἀπὸ δὲ τοῦ Παρθενίου εἰς Ἀμάστραν, τὴν καὶ Ἄμαστριν λεγομένην, πόλιν Ἑλληνίδα, ἔχουσαν καὶ ποταμὸν, πρότερον λεγομένην Σήσαμον, στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείας εἰς Ἄμαστριν στάδια ψ', μίλια ϟ'.

16. Ὧν δὴ τόπων ἄρξαι Φινέα τοῦ Τυρίου Φοίνικος· ὑστέροις δὲ χρόνοις κατελθεῖν ἐξ Ἰωνίας στόλον Μιλησίων, καὶ κτίσαι ταύτας τὰς πόλεις, ἃς εἰς Ἄμαστριν

13. Ab Oxina ad Sandaracam, in qua statio est parvis navibus, stadia 40, milia 5 ($\frac{1}{3}$) A Sandaraca ad Crenidas, ubi statio parvis navibus, stadia 20, milia 2 $\frac{2}{3}$. A Crenidibus ad Psyllam castellum stadia 30, milia 4. A Psylla ad Tium, urbem Græcam Ionicam, in maris ora sitam, ipsam quoque Milesiorum coloniam, stadia 90, milia 12. A Tio ad Billæum fluvium stadia 20, milia 2 $\frac{2}{3}$. Hic Billæus fluvius, ut aiunt quidam terminat Bithyniam; quæ vero deinceps sequuntur, Paphlagoniæ sunt. Nunc autem nonnulli Parthenium fluvium Bithyniæ et Paphlagoniæ terminum esse statuunt. A Billæo fluvio ad Psilidem fluvium, nunc Papanium dictum, stadia 60, milia 8. A Psilide fluvio seu Papanio ad Parthenium fluvium stadia 70, milia 9 $\frac{1}{3}$ (*E Menippo et Arriano* § 20).

14. Hic Parthenius navigabilis est, fluento decurrens valde tranquillo; in quo Dianæ esse fertur balneum limpidissimum (*E poet. perieg.* v. 968 *sq.*).

15. A Parthenio fluvio ad Amastram, quæ et Amastris dicitur, urbem Græcam, quæ habet etiam fluvium, prius Sesamum appellatam, stadia 90, milia 12. Ab Heraclea ad Amastrin stadia 700, milia 90.

16. His in locis olim regnasse fertur Phineus, Tyrii Phœnicis filius; postea autem Milesii ex Ionia classe venientes, urbes [*quattuor*] condiderunt, quas in

§ 13. In mensuris ad Menippum auctor redit, nisi quod a Crenidibus ad Psyllam non viginti stadia cum Marciano, sed triginta cum Arriano numerat. Ex eodem Arriano alia quædam habere videtur, quæ in Menippo Marciani non leguntur. || — 4. Ψύλλαν.. Ψύλλης] ex Arrian. et Marc. correxerunt; Ψίλλαν.. Ψίλλης codex. || — 13. Ψίλιδα] Ψίλλιδα scrips. Gail. || — Παπάνιον] Num forte nomen hoc a πάπα, Bithynico Jovis nomine, repetendum? || — 15. Παρθένιον] παρθένην et mox εἰς Παρθένην, deinde vero ἀπὸ τοῦ Παρθενίου. Cf. Meineke ad Scym. 968.

§ 15. Ἀμάστραν] Ἀμάστρην cod. et editt.; Ἀμάστρα urbs dicitur ap. Constantin. Porphyr. De them. I, 7 p. 29, 18 et 30, 5 ed. Bonn., et ap. Nicetam Paphlagonem Orat. in S. Hyacinth. XVII., ex quo Wesselingius ad Hierocl. p. 696 affert hæc: Ἀμάστρα, ὁ τῆς Παφλαγονίας, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν ὀφθαλμὸς, εἰς ἣν οἵ τε τὸ βόρειον τοῦ Εὐξείνου μέρος περιοικοῦντες Σκύθαι καὶ οἱ πρὸς νότον κείμενοι, ὥσπερ εἴς τι κοινὸν συντρέχοντες ἐμπόριον, τὰ παρ' ἑαυτῶν τε εἰσφέρουσι, καὶ τὰ παρ' αὐτῆς ἀντιλαμβάνουσι· πόλις ἑῴας τε πάσης λήξεως καὶ ἑσπερίου μεταξὺ κειμένη, etc. Geographus quoque Ravennates *Amastram* urbem dicit; ap. Hieroclem p. 696 est Ἀμάστριον; in Tab. Peuting. *Mastrum*; apud Plin. VI, 2 *Mastya*, quod ipse Plinius sic corruptum invenerit, quum in sequentibus tanquam urbem diversam ponat: *Sesamum oppidum quod nunc Amastris*. || — 22. πρότερον λεγομένην] πρ. λεγόμενον Σησ. codex; em. Gail.; fortasse tamen erat τὸ πρότερον λεγόμενον Σήσαμον, quum urbs et ἡ Σήσαμος (Scylax, Eustath. ad. Hom. Il. 2, 853, Hesychius s. v., schol. Paris. ad Apoll. Rhod. II, 941; *Sesamus* Mela I, 19) et τὸ Σήσαμον (Stephan. Byz. s. v. et schol. vulg. ad Apoll. Rhod. l. l.; *Sesamum oppidum* Plin. VI, 2) dicatur. Ex verbis Apollonii II, 941 et Strabonis XII, p. 544 de nominativo nominis non liquet. In numis nihil habes nisi ΣΗΣΑ (Mionnet *Decript*. col. II, p. 399; *Supplem*. vol. IV, p. 571. De nominis origine schol. Apoll. l. l.: Τὸ δὲ Σήσαμον μετωνομάσθη Ἄμαστρις ἀπὸ Δαρείου ἀδελφοῦ θυγατρός. Ἐκλήθη δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ σήσαμον λαβεῖν παρὰ Καρῶν ἀντὶ τῆς χώρας τὸν βουλόμενον κτίσαι τὴν πόλιν. Quæ vereor ne corrupta sint. Sententia fuerit: ἀπὸ τοῦ σήσαμον λαβεῖν [τοὺς ἐγχωρίους, vel certum aliquem ejus regionis principem] ἀντὶ τῆς χώρας παρὰ τῶν Καρῶν τῶν βουλομένων κτίσαι τὴν πόλιν. De Carum coloniis in Ponto Euxino vide quæ indagare studuit Movers *Das Phœn. Alterthum* tom. II, p. 297 sqq. || — 24. στάδ. ψ'] E singulis numeris colliguntur stadia 660. Habebis stadia 700, si a Sandaraca ad Crenides pro 20 stadiis cum Arriano ponas stadia 60. Apud Arrianum summa stad. conflatur 690; ap. Marcianum 590, ut proxime absit ab Arriano computus Anonymi, quamquam in singulis modo Arriani, modo Marciani numeros habet.

§ 16, l. 25. ὧν δὴ] ὧν δὲ cod.; em. Meineke ad Scymnum, post Φινέα inserens λέγουσι.

ὕστερον συνήγαγεν, ἐπὶ τῶν τόπων κτίσασα ὁμώνυμον πόλιν, Ἄμαστρις ἡ Ὀξυάθρου μὲν ἱστορουμένη θυγάτηρ ὑπάρχειν, ὡς ὁ λόγος, τοῦ Περσικοῦ, τοῦ δὲ Ἡρακλείας τοῦ Διονυσίου τοῦ τυράννου γενομένη γυνή.

17. Ἀπὸ δὲ Ἀμάστριδος εἰς χηλὴν Ἐρυθίνους στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ χηλῆς Ἐρυθίνων εἰς Κρῶμναν χωρίον στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Κρώμνης χωρίου εἰς Κύτωρον στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Κυτώρου εἰς Αἰγιαλὸν χωρίον στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Αἰγιαλοῦ εἰς Κλίμακα κώμην στάδια ν', μίλια ϛ', ∠' ϛ'. Ἀπὸ δὲ Κλίμακος εἰς Τιμολάϊον χωρίον στάδια μ', μίλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ Τιμολαΐου εἰς Θύμηνα στάδια κ', μίλια β', ∠' ϛ'. Ἀπὸ δὲ Θυμήνων εἰς Κάραμβιν, ἀκρωτήριον ὑψηλὸν καὶ μέγα, στάδια ρκ', μίλια ιϛ'.

18. Κατ' ἀντικρὺς δὲ Καράμβεως ἐν τῇ Εὐρώπῃ κεῖται μέγιστον ἀκρωτήριον, ἀπότομον εἰς θάλασσαν ὑψηλὸν ὄρος, τὸ λεγόμενον Κριοῦ μέτωπον, ἀπέχον ἐκ Καράμβεως πλοῦν νυχθήμερον.

19. Ἀπὸ δὲ Καράμβεως εἰς πόλιν Καλλίστρατιν τὴν καὶ Μαρσίλλαν στάδια κ', μίλια β', ∠' ϛ'. Ἀπὸ δὲ Καλλιστράτιδος εἰς Ζεφύριον στάδια μ', μίλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ Ζεφυρίου εἰς Γάριον τόπον στάδια λ', μίλια δ'. Ἀπὸ δὲ Γαρίου τόπου εἰς Ἀβώνου τεῖχος, τὴν νῦν λεγομένην Ἰωνόπολιν, στάδια ρκ', μίλια ιϛ'· ἐνταῦθα ὅρμος ναυσὶν οὐκ ἀσφαλής· σαλεύοιεν δὲ ἀπαθεῖς, εἰ μὴ μέγας χειμὼν καταλάβοι.

20. Ἀπὸ δὲ Ἰωνοπόλεως εἰς Αἰγινήτην, πολίχνιον καὶ ποταμὸν, στάδια ρκ', μίλια ιϛ'. Ἀπὸ δὲ Αἰγινήτου εἰς Κίμωλιν κώμην, νῦν Κινώλην λεγομένην, στάδια ξ', μίλια η'. Ἐν Κινώλῃ σαλεύοιεν ἂν νῆες ὥρᾳ ἔτους· ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον εἰς τὴν καλουμένην Ἀντικίνωλιν. Ἀπὸ δὲ Κινώλης εἰς Στεφάνην, κώμην καὶ λιμένα, στάδια ρπ', μίλια κδ'. Ἀπὸ δὲ Στεφάνης εἰς Ποταμοὺς χωρίον στάδια ρν', μίλια κ'. Ἀπὸ δὲ τῶν Ποταμῶν εἰς Συριάδα Ἀκρουλεπτὴν στάδια ρκ', μίλια ιϛ'. Ἀπὸ δὲ Συριάδος Ἀκρουλεπτῆς κόλπος ἐκδέχεται· εἰσπλεύσαντι δὲ αὐτὸν εἰς Ἀρμένην, κώμην καὶ λιμένα μέγαν, στάδια ξ', μίλια η'· ἔστι δὲ παρὰ τὸν λιμένα ποταμὸς Ὀχθομανὴς ὀνόματι.

unam Amastrin serius conjunxit, quum ibi civitatem sibi cognominem condidisset, Amastris, Oxyathræ, ut fertur, Persici filia, uxorque Dionysii, Heracleæ tyranni (*E poet. perieg.* 958-967).

17. Ab Amastri ad molem Erythinos stadia 90, milia 12. A mole Erythinis ad Cromnam castellum stadia 90, milia 12. A Cromna castello ad Cytorum stadia 90, milia 12. A Cytoro ad Ægialum castellum stadia 60, milia 8. Ab Ægialo ad Climaca vicum stadia 50, milia $6\frac{2}{3}$. A Climace ad Timolaium castellum stadia 40, milia $5\frac{1}{3}$. A Timolaio ad Thymena stadia 20, milia $2\frac{2}{3}$. A Thymenis ad Carambin, promontorium altum et magnum, stadia 120, milia 16 (*Cf. Menipp. et Arrian.* § 20).

18. Carambi autem promontorio ex adverso jacet in Europa promontorium maximum, mons valde eminens, prærupta habens versus mare præcipitia, Criumetopon appellatum, a Carambi distans diei noctisque navigatione (*E perieg. iamb.* 953 sqq.)

19. A Carambi ad Callistratim urbem, quæ et Marsilla dicitur, stadia 20, milia $2\frac{2}{3}$. A Callistrati ad Zephyrium stadia 40, milia $5\frac{1}{3}$. A Zephyrio ad Garium locum stadia 30, milia 4. A Gario loco ad Aboni mœnia, civitatem nunc Ionopolim dictam, stadia 120, milia 16; statio illic navibus non admodum tuta, ubi tamen, si non magna sit tempestas, a damno immunes commorari queant (*Ex Arriano et Menippo*).

20. Ab Ionopoli ad Ægineten, oppidulum et fluvium, stadia 120, milia 16. Ab Æginete ad Cinolin vicum, qui nunc Cinole appellatur, stadia 60, milia 8, ubi naves æstate commodissime commorentur. Habet etiam recessum navibus ad Anticinolin quam vocant. A Cinole ad Stephanen vicum et portum stadia 180, milia 24. A Stephane ad Potamos seu Fluvios castellum stadia 150, milia 20. A Potamis ad Syriada Acrulepten [*promontorium*] stadia 120, milia 16. Syriada Acrulepten sinus excipit; penetranti in illum ad Armenen, vicum et portum magnum, stadia 67, milia 8; juxta portum fluvius est nomine Ochthomanes.

|| — 1. τῶν τόπων] τὸν τόπον vgo; em. Mein. || — 3. ὑπάρχειν] ὑπάρχου cod.; ὑπάρχουσα Gail.; em. Mein.

§ 17, l. 5. χηλὴν] χαλὴν et mox χαλῆς cod.; em. Hudson.; mallem tamen χηλὰς et χηλῶν. Arrianus nihil nisi : εἰς Ἐρυθίνους; nulla hujus loci mentio ap. Marcianum. || — 6. ϟ'] ξ' Arrianus, ex eoque, ut puto, reponendum. Si sexaginta stadia numeraveris, consentiet Anonymus cum Marciano, qui ab Amastri ad Cromnam computat stadia 190. || — 6. Κρόμναν et Κρόμνης cod. || — 9. Αἰγιαλὸν, ut Marcianus; Αἰγιαλοὺς Arrian. || — 11. Κλήμακα codex. || — 13. Θυμινὰ et Θυμινῶν cod. Vid. not. ad Arrian. § 20 p. 386.

§ 18, l. 19. πολυνυχθήμερον pro πλοῦν νυχθήμερον codex; em. Hudsonus.

§ 19, l. 20. Καλλιστράτιν cod.; Καλλιστρατίαν Marcian.; locum non memorat Arrianus. || — 23. Γάριον non habet Arrianus; Marcianus habet, sed omittit mentionem Zephyrii. || — 24. Ἀβούνου τειχόπολιν λεγομένην codex; emend. ex Marciano πόλιν σμικρὰν λεγομένην dedit Gailius.

§ 20, l. 28. Αἰγινῆτιν codex; em. Gail. || — 30. Κίμωλιν] Κίνωλιν Arrian. et Marcian.; Cimolin etiam Plinius, Strabo et Ptolemæus; Anonymi codex quum mox habeat Ἀντικίνωλιν, quid scripserit auctor, non liquet. || — 34. ρπ'] ut Arrianus; ρν' Marcianus. || — 35. τῶν Π.] τοῦ Π. cod.; em. editt. Articulum abesse malim. || — 36. Συριάδος codex; em. editt. || — ρκ', μίλια ιϛ'] ρ', μίλια ιη' codex; inconcinna em. ex Marciano et Arriano. || — 38. Ἀρμένην cod. || — 39. ξζ' cod., quod ortum ex dittogr. lit ξ'; 60 st. Ar-

21. Ἀπὸ δὲ Ἀρμένης εἰς Σινώπην, Μιλησίων ἄποικον, στάδια μ', μίλια ε', γ'. Κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων νησίον, ὃ καλεῖται Σκόπελος. Ἔχει δὲ διέκπλουν τοῖς ἐλάττοσι πλοίοις· τὰ δὲ μείζονα περιπλεῖν δεῖ, καὶ οὕτω καταίρειν εἰς τὴν πόλιν. Εἰσὶ δὲ τοῖς περιπλέουσι τὴν νῆσον πλείους ἄλλοι στάδιοι μ', μίλια ε', γ'.

22. Σινώπη δὲ ἐπώνυμός ἐστι μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων, [ὧν] πλησίον [τὸ] χωρίον, ἣν ποτε μὲν ᾤκουν εὐγενεῖς ὄντες Σύριοι, μετὰ ταῦτα δὲ, ὡς λέγουσιν, Ἑλλήνων ὅσοι ἐπ' Ἀμαζόνας διέβησαν, Αὐτόλυκός τε καὶ σὺν Δηϊλέοντι Φλόγιος, ὄντες Θετταλοί. Ἔπειτα Ἁβρώνδας γένει Μιλήσιος· ὑπὸ Κιμμερίων [δ'] οὗτος ἀναιρεῖσθαι δοκεῖ· μετὰ Κιμμερίους Κῷος, πάλιν δὲ Κρητίνης, οἱ γενόμενοι φυγάδες τῶν Μιλησίων. Οὗτοι δὲ συνοικίζουσιν αὐτὴν, ἡνίκα ὁ Κιμμερίων στρατὸς κατέδραμε τὴν Ἀσίαν.

23. Ἀπὸ δὲ Σινώπης εἰς Εὔαρχον ποταμὸν, ἤδη Εὔηχον λεγόμενον, στάδια π', μίλια ι', ∠' ς'. Οὗτος ὁ Εὔαρχος ποταμὸς ὁρίζει τὴν Παφλαγονίαν καὶ τὴν ἐχομένην Καππαδοκίαν· οἱ παλαιοὶ [γὰρ] τὴν Καππαδοκίαν καθήκειν βούλονται μέχρι τοῦ Εὐξείνου Πόντου· τινὲς δὲ αὐτοὺς Λευκοσύρους ἐκάλεσαν· νυνὶ δὲ μετὰ τὴν Παφλαγονίαν τὰ ἐχόμενα μέχρι τῶν βαρβαρικῶν ὁρίων ἰδίως Πόντος καλεῖται· διήρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δύο.

24. Ἀπὸ δὲ Εὐάρχου ποταμοῦ εἰς Κάρουσαν, ἐμπόριον καὶ λιμένα τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, πρῶτον Πολίχνιον ὠνομασμένον, στάδια ο', μίλια θ', γ'. Ἀπὸ δὲ Καρούσας εἰς Γουρζούβανθον στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Γουρζουβάνθου εἰς Ζάγωρον χωρίον, ἤδη Καλίππους λεγόμενον, στάδια ρν', μίλια κ'. Ἀπὸ δὲ Ζαγώρου εἰς Ζάληκον, ποταμὸν καὶ κώμην ἀλίμενον, στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Ζαλήκου ποταμοῦ εἰς Ἅλυν ποταμὸν πλωτὸν στάδια σι', μίλια κη'.

25. Οὗτος ὁ Ἅλυς ποταμὸς πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆς Κροίσου βασιλείας καὶ τῆς Περσῶν, νῦν δὲ ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ ῥέει, οὐκ ἀπὸ μεσημβρίας, ὡς λέγει Ἡρόδοτος, ἀλλ' ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου. Καθότι δὲ εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, ὁρίζει τὰ Σινωπέων καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα· τριακόσια δὲ στάδια ἀπέχων τῆς Ἀμισοῦ, μεταξὺ Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων φερόμενος εἰς τὸν Πόντον ἔξεισιν.

21. Ab Armene ad Sinopen, Milesiorum coloniam, stadia 40, milia 5 ⅓. Ad extremitates jacet insula parva, Scopelus nominata, quæ transitum quidem præbet minoribus navigiis, sed majora illam circumnavigare oportet, et sic ad urbem appellere. Insulam circumnavigantibus alia amplius stadia sunt 40, milia 5 ⅓ (*E Menippo*).

22. Sinope cognominis est uni Amazonum, quarum in propinquo castellum; quam urbem olim incolebant Syri *indigenæ*, deinde Græci, ut aiunt, quotquot huc Amazonas bello petentes venerant, Autolycus et cum ipso Deileon et Phlogius, Thessali origine; post hos Abrondas, gente Milesius, qui a Cimmeriis interemtus creditur; post Cimmerios rursus Cous et (καὶ) Critines, qui a Milesiis in exsilium missi erant. Illi urbem colonis frequentarunt, quum Asiam vastaret Cimmeriorum exercitus (*E perieg. iamb.* 941-52).

23. A Sinope ad Euarchum fluvium, nunc Euechon appellatum, stadia 80, milia 10 ⅔: hic fluvius Euarchus Paphlagoniam et finitimam Cappadociam disterminat. Veteres enim Cappadociam porrectam esse volunt usque ad Euxinum Pontum; nonnulli Cappadoces Leucosyros appellarunt. Nunc vero quæ Paphlagoniam proxime excipiunt usque ad fines barbaricos, proprie Pontus vocantur; dividitur autem in duas præfecturas (*E Menippo*).

24. Ab Euarcho fluvio ad Carusam emporium cum portu a ventis occiduis tuto (*primum Paphlagoniæ oppidulum dictum?*), stadia 70, milia 9 ⅓. A Carusa ad Gurzubanthum stadia 60 milia 8. A Gurzubantho ad Zagorum castellum, nunc Calippos appellatum, stadia 150, milia 20. A Zago · ad Zalecum, fluvium et vicum importuosum, stadia 90, milia 12. A Zaleco fluvio ad Halym, fluvium navigabilem, stadia 210, milia 28 (*E Menippo et Arrian*).

25. Iste Halys fluvius olim regni Crœsi et Persarum terminus fuit, nunc vero sub Romanorum imperio fluit, non a meridie, ut Herodotus inquit, sed ab ortu solis; ubi autem in Pontum exit, Sinopensium et Amisenorum agros separat; trecentis vero stadiis ab Amiso distans, inter Syros et Paphlagonas fluens, in Pontum se exonerat (*Ex Arriano et ignoto fonte*).

---

rian. 50 Marcian. Dein μίλ. ι' codex. || — 40. Ὀχθομανὴς] Ὀχοσβάνης Marcian.; Ὀχέραινος Scylax § 89, p. 66, ubi vid. not.

§ 22, l. 9. Inclusa suppl. Meineke ad Scymn. 942, ubi vide. Deinde ἣν ποτὲ μὲν τὸ πρὶν ᾤκουν cod.; dein leg. ἐγγενεῖς? || — 11. ἐξ Ἀμαζόνων cod.; em. Hudson. et Fabricius. Dein τε καὶ Συνδιλεών cod.; em. edd. || 13. Ἀμβρώντας cod.; em. Meineke. || — 15. Κριτίνης cod.; em. Meineke, qui deinde (apud poetam certe) fuisse putat ὁρῶν Μιλ. pro τοῦ (τῶν em. editt.) Μιλ.

§ 23, 19. μιλ. ις', ∠'γ' cod. Arrianus Euarchum non memorat. || — 20. ὁ Εὔαρχος πολλὴν ὁρίζει Παφλαγονίαν cod. || — 21. γὰρ e Marciano add. Gailius.

§ 24, l. 28. Πολίχνιον ὠν.] Hæc sic vix sana. || — 31. Γουρζ. Nihil de hoc loco Marcianus et Arrianus. || — 31. Ζάγωρον] Γάζουρον et mox Γαζούρου cod.; em. Gail. ex Arriano, qui Ζάγωρα locum dicit. || — 32. Καλίπποι cod.; em. Gailius. Zalecum non habet Arrianus. || — 34. ϟ'] 120 sec. Marcianum. Anonymus hunc et sequentem numerum (σι', pro quo ρν' Marcianus) ad calculos Arriani, a Zagoro ad Halyn 300 stadia exputantis, accommodavit.

§ 25, l. 37. ὑπὸ τῶν Ῥωμ. ἐπικράτειαν cod.; em. ex Arr. || — 40. Σινώπης cod.; ex Arr. mutavit Gail. || — 42. μεταξὺ Σ. κ. Π. φερόμενος. In antecc. Euarchum

26. Ἀπὸ δὲ Ἅλυος ποταμοῦ εἰς τὸν Ναύσταθμον, ἐν ᾧ καὶ λίμνη ἐστὶ, στάδια μ', μίλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ Ναυστάθμου λίμνης εἰς Κωνώπειον λίμνην στάδια ν', μιλια ς', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ Κωνωπείου λίμνης εἰς Εὐσήνην, τὴν καὶ Δαγάλην λεγομένην, στάδια ρκ', μίλια ις'. Ἀπὸ δὲ Εὐσήνης εἰς Ἀμισὸν πόλιν στάδια ρξ', μίλια κα', ∠' ς'. Ἀμισὸς, πόλις Ἑλληνὶς, Ἀθηναίων ἄποικος, ἐπὶ θαλάσσῃ οἰκεῖται.

27. Ἐν τῇ Λευκοσύρων γῇ κειμένη, Φωκαέων ἀποικία· τέσσαρσι γὰρ πρότερον ἔτεσιν οἰκισθεῖσα τῆς Ἡρακλείας, ἔλαβεν Ἰωνικὴν κτίσιν. Κατὰ δὲ τὴν πόλιν ταύτην τῆς Ἀσίας σχεδὸν στεότατος αὐχήν ἐστιν εἰς [τὸν] Ἰσσικὸν κόλπον διήκων τήν τε Ἀλεξανδρούπολιν, τῷ Μακεδόνι κτισθεῖσαν· ἡμερῶν δὲ ὁδὸν εἰς τὴν Κιλικίαν ἑπτὰ τῶν πασῶν ἔχει· τὸ τῆς Ἀσίας γὰρ λέγεται ἰσθμωδέστατον εἰς τὸν περὶ αὐτὸν ὄντα συνάγεσθαι μυχόν. Ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν λέγων ἐκ τῆς Κιλικίας [ἀνδρί γ' εὐζώνῳ μολεῖν πένθ' ἡμερῶν εἰς Πόντον εἶναι τὴν ὁδόν. Ἔθνη δὲ ἔχει τὰ πάντα] πεντεκαίδεκα ἡ χερρόνησος, ὧν τρία μὲν Ἑλληνικὰ, Αἰολικὸν, εἶτ' Ἰωνικὸν καὶ Δωρικὸν, τὰ λοιπὰ δὲ τῶν μιγάδων χωρὶς βάρβαρα· Κίλικες μὲν οὖν Λύκιοί τε καὶ πρὸς τούτοις ἅμα Κᾶρες Μαριανδυνοί τε παραθαλάσσιοι οἰκοῦσι, Παφλαγόνες τε καὶ Παμφύλιοι· Χάλυβες δὲ τὴν μεσόγαιαν, οἵ τε πλησίον Καππάδοκες οἵ τε νεμόμενοι τὴν Πισιδικὴν, Λυδοί τε καὶ πρὸς τοῖσδε Μυσοὶ καὶ Φρύγες.

28. Ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ εἰς Λύκαστον ποταμὸν στάδια κ', μίλια β', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Λυκάστου ποταμοῦ εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδίσιον στάδια μ', μίλια ε', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ Χαδισίου εἰς Ἀγκῶνος λιμένα, ἐν ᾧ καὶ Ἶρις ἐμβάλλει, στάδια ρ', μίλια ις'.

29. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴρεως ποταμοῦ εἰς Ἡράκλειον, ἱερὸν καὶ ἀκρωτήριον, στάδια τξ', μίλια μη'. Ἐνταῦθα λιμὴν μέγας, ὁ λεγόμενος Λαμυρὼν, ὅρμος ναυσὶ καὶ ὑδροστόλος. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείου εἰς Θερμώδοντα, ποταμὸν ναυσίπορον, στάδια μ', μίλια ε', γ'. Οὗτος ὁ Θερμώδων ἐστὶν, ἐν ᾧπερ αἱ Ἀμαζόνες οἰκῆσαι λέ-

26. Ab Halye fluvio ad Naustathmum, ubi etiam palus est, stadia 40 (90?), milia 5 ⅓. A Naustathmo palude ad Conopium paludem stadia 50, milia 6 ⅔. A Conopio palude ad Eusenen, quæ et Dagale appellatur, stadia 120, milia 16. Ab Eusene ad Amisum urbem, stadia 160, milia 21 ⅔. Amisus, urbs græca, Atheniensium colonia, ad mare sita est (*Ex Arriano* § 22).

27. In Leucosyrorum regione jacens Amisus Phocæensium colonia est; quadriennio enim condita ante Heracleam, Ionica de gente originem traxit. Ad hanc civitatem Asia arctissimo collo constringitur, pertinente usque ad Issicum sinum, urbemque Alexandriam, a Macedone conditam. Hinc in Ciliciam non plus quam septem dierum est iter. Nam Asia fertur angustiis arctissimis ad Issici sinus recessum comprimi. Herodotus autem in errore versari videtur, quum dicit e Cilicia [*viro expedito quinque dierum iter ad Pontum esse. Gentes vero habet*] hæc peninsula quindecim, quarum tres græcanicæ sunt, Æolica, Ionica atque Dorica, ceteræ autem præter mixtas barbaræ; Cilices quidem Lyciique et præter hos etiam Cares et Mariandyni loca tenent maritima, Paphlagonesque et Pamphylii; Chalybes autem mediterranea possident, hisque proximi Cappadoces Pisidiæque incolæ et Lydi et præter hos Mysi et Phryges (*E Perieg. iamb.* 917-940).

28. Ab Amiso ad Lycastum fluvium stadia 20, milia 2 ⅔. A Lycasto fluvio ad vicum et fluvium Chadisium stadia 40, milia 5 ⅔. A Chadisio ad Anconis portum, ubi Iris in Pontum exoneratur, stadia 100, milia 16 (*E Menippo et Arriano*).

29. Ab Iri fluvio ad Heracleum fanum et promontorium stadia 360, milia 48; illic portus magnus, Lamyron appellatus, statio navium et aquæ copia. Ab Heracleo ad Thermodontem, fluvium navigabilem, stadia 40, milia 5 ⅓. Hic Thermodon ille est, ad quem Amazones habitasse dicuntur in urbe Themiscyra ap-

---

fluvium Paphlagoniæ et Cappadocum sive Leucosyrorum terminum cum Marciano dixerat; nunc nescio quem secutus, Cappadociam ad Halyn usque producit cum Strabone, aliis.

§ 26, l. 2. μ'] 90 Arrianus; 120 Marcianus. || — 3. Κωνώπιον cod., ut Marcian., dein Κωνωπείου, ut Arrianus, ex quo stadiorum numerum sumsit. Ceterum paullo accuratior de his Marcianus. || — 4. ν'] ut Arrian.; ρκ' Marcian. || — 5. ρκ'] sic etiam Arrian.; Marcianus hunc locum omittit. || — 6. Ἀμισοῦ πόλιν cod.; em. Gail. || — 7. ρξ'] ut Arrianus, quem vide. Marcianus a Conopio usque ad Amisum nonnisi 150 stadia computat, pro quibus Arrianus et Anon. falso habent stadia 280. || — 7. Ἀθηνῶν cod.; ex Arriano mutavit Gail.

§ 27, l. 9. Λευκοσύρῳ γῇ et Φωκέων cod.; em. Hudson. || — 18. Inclusa suppl. Meinekius || — 21. αἰολικῶν... ἰωνικῶν.. δωρικῶν cod.; em. Holsten. || — 22. χωρὶς] χωρία cod.; em. Mein. || — 23. ἅμα Κᾶρες] μάκαρες cod.; em. Mein. || — 26. Λύδιοι cod.

§ 28, l. 27. Lycastum et Chadisium, ab Arriano omissos, e Marciano notavit, distantias vero ita dedit, ut cum Arriano ab Amiso ad Anconis portum sint stadia 160. Longe aliter Marcianus. — Hucusque pertinet fragmentum Marciani; in seqq. nonnisi Arrianum conferre licet. || — 31. Ἀγκῶνος] Ἀγκῶνα Arrian. 31. ἐν ᾧ] ἵναπερ Arrian. et dein εἰςβάλλει. Similiter infra § 29 ἐν ᾧ pro ἵναπερ Arriani.

§ 29, l. 34. τξ'] ρξ' cod.; em. Gail. e numero mill. et ex Arriano. || — ἐνταῦθα.. ὑδροστόλος] Pro his Arrianus nihil nisi: ὅρμος ναυσί. Anonymus igitur e Marciano sua sumserit. || — 37. ναυσίπορον non habet Arrianus. || — 38. ἐν ᾧπερ] ἵναπερ Arrian. || — 1. ἔχοντες cod.; em. Hudson. Hæc quoque Arrianus non habet. ||—

γονται, ἔχουσαι πρὸς τὰς ἐκβολὰς αὐτοῦ καὶ πόλιν Θεμίσκυραν λεγομένην· διαρρεῖ δὲ Θερμώδων ποταμός. [Ἀπὸ δὲ Θερμώδοντος ποταμοῦ] εἰς Βῆριν ποταμὸν στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Βήρεως ποταμοῦ εἰ Θοάριον ποταμὸν στάδια ϟ', μίλια ιβ'.

30. Ἀπὸ δὲ Θοαρίου ποταμοῦ εἰς Οἴνιον ποταμὸν, ἐν ᾧ καὶ ἔφορμός ἐστι ναυσὶ, στάδια λ', μίλια δ'. Ἀπὸ δὲ Οἰνίου ποταμοῦ εἰς Φυγαμοῦντα ποταμὸν στάδια μ', μίλια ε', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ Φυγαμοῦντος ποταμοῦ εἰς Ἀμηλητὸν τόπον στάδια κ', μίλια β' ,∠' ς'. Ἀπὸ δὲ Ἀμηλητοῦ τόπου εἰς Φαδισάνην ἤτοι Φάδισσαν στάδια ρλ', μίλια ιζ', ∠' ς'· ἐνταῦθα λιμὴν, καὶ πόλις πλησίον, Πολεμώνιον λέγω. Ἀπὸ δὲ Φαδισάνης εἰς Πολεμώνιον πόλιν στάδια ν', μίλια ς'.

31. Ἀπὸ δὲ Πολεμωνίου ἕως πλησίον τοῦ Θερμώδοντος ποταμοῦ πρῶτον Χάλυβες ἔθνος ᾤκουν.

32. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πολεμωνίου εἰς ἀκρωτήριον Ἰασόνιον καλούμενον στάδια ρλ', μίλια ιζ', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ Ἰασονίου εἰς Κιλίκων νῆσον στάδια ιε', μίλια β'. Ἀπὸ δὲ Κιλίκων νήσου ἐπὶ τὸν Γένητον ποταμὸν στάδια νε', μίλια ζ', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Γενήτου ποταμοῦ εἰς Βοῶνα, ἀκρωτήριον καὶ χωρίον, στάδια κ', μίλια β', ∠' ς'. Ἐνταῦθα λιμὴν πάντων ἀνέμων, καὶ ὅρμος ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Βοῶνος εἰς Κοτύωρον στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ταύτης τῆς Κοτυώρου ὡς πόλεως Ξενοφῶν ἐμνημόνευσε, καὶ λέγει Σινωπέων ἄποικον εἶναι· νῦν δὲ κώμη ἐστὶ, καὶ οὐδὲ αὐτὴ μεγάλη.

33. Ἀπὸ δὲ Κοτυώρου ἕως πλησίον Πολεμωνίου πρῶτον Τιβαρηνοὶ ᾤκουν ἔθνος ὁμοχώριοι, πάνυ γελᾶν σπεύδοντες ἐκ παντὸς τρόπου, εὐδαιμονίαν εἶναι ταύτην κεκρικότες.

34. Ἀπὸ δὲ Κοτυώρου κόλπος ἐκδέχεται. Εἰςπλεύσαντι δὲ αὐτὸν εἰς Μελάνθιον ποταμὸν στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Κοτυώρου μὴ παραπλέοντι τὸν κόλπον, ἀλλ' ἐπ' εὐθείας διαπλέοντι τὸ στόμα τοῦ κόλπου, εἰς Ἑρμώνασσαν, χωρίον Τραπεζουσίων, στάδια τ', μίλια μ'. Ἀπὸ δὲ Μελανθίου ποταμοῦ εἰς Φαρμαν-

pellata, ad ostia ejus sita. Perfluit autem Thermodon hanc civitatem. A Thermodonte ad Berin fluvium stadia 60, milia 8. A Beri fluvio ad Thoarium (*Thoarin?*) fluvium stadia 90, milia 12 (*Ex Arriano et Menippo*).

30. A Thoario autem fluvio ad Œnium (*OEnoen?*) fluvium, in quo statio navibus, stadia 30, milia 4. Ab Œnio fluvio ad Phigamuntem fluvium stadia 40, milia 5 $\frac{2}{3}$. A Phigamunte fluvio ad Ameletum locum stadia 20, milia 2 $\frac{2}{3}$. Ab Ameleto loco ad Phadisanen sive Phadissam stadia 130, milia 17 $\frac{2}{3}$; illic portus et urbs non procul ab eo, Polemonium scilicet. A Phadisane ad Polemonium urbem stadia 50, milia 6 (*Ex Arriano et Menippo*).

31. A Polemonio usque ad vicina Thermodontis fluvii prius habitavit gens Chalybum.

32. A Polemonio ad promontorium Jasonium appellatum stadia 130, milia 17 $\frac{2}{3}$. A Jasonio ad Cilicum insulam stadia 15, milia 2. A Cilicum insula ad Genetum fluvium stadia 55, milia 7 $\frac{2}{3}$. A Geneto fluvio ad Boonem promontorium et castellum stadia 20, milia 2 $\frac{2}{3}$; illic portus ab omni vento tutus et statio navium. A Boone ad Cotyorum stadia 90, milia 12. Hujus Cotyori tanquam urbis meminit Xenophon, et Sinopensium coloniam esse dicit; hodie vero pagus est, et ne is quidem magnus (*Arrian. et Men.*)

33. A Cotyoro usque ad viciniam Polemonii prius habitarunt Tibareni, gens ejusdem regionis, qui risui modis omnibus studebant, in eo maximam felicitatem esse judicantes (*Perieg. iamb.* 915 *sq.*).

34. Cotyorum sinus excipit; quem si innavigaveris, ad Melanthium fluvium sunt stadia 60, milia 7. A Cotyoro, sinus anfractus non præternaviganti, sed ostium ejus recta transeunti, ad Hermonassam, Trapezuntium locum, stadia 300, milia 40. A Melanthio fluvio ad Pharmantum fluvium stadia 150, milia 20.

---

3. Inclusa supplevit Gailius, qui in antecc. fort. leg. suspicatur λεγομένην, ἣν διαρρεῖ Θ. π. || — 3. Βῆριν.. Βήρεως] Βίρην.. Βίρης cod. || — 4. σταδ. ξ'] στ. ϟ' Arrian.; vice versa sequens stadiorum numerus apud Nostrum est ϟ' ap. Arrianum ξ'. || — 4. Θόαριν.. Θοάριος Arrianus.

§ 30, l. 6. εἰς Οἴνιον ποταμόν] εἰς Οἰνόην Arrianus § 23. || — 8. Φυγ.] Φιγ. Arrian. || — 10. Ameletum locum om. Arrianus. ||— 11. Φαδισσάνην, at mox Φαδισάνης codex. Verba ἤτοι Φάδισσαν non manant ex Arriano. || — 12. ἐνταῦθα... στάδ. ν'. Pro his Arrianus nihil nisi : ἐνθένδε εἰς Πολεμώνιον πόλιν στάδιοι δέκα. In 10 stadia bene cadit vox πλησίον, minus vero in ea quæ Noster ponit stadia 50.

§ 31. ἕως πλησίον] ἕως πλαγίων codex, absque sensu. Quod scripsi sæpius redit ubi barbarorum populorum limites a Nostro notantur. Sic Tibareni habitant ἕως πλησίον Πολεμωνίου, Mossynœci ἕως πλησίον Κοτυώρου. Hæc et alia hujus generis accepit Noster e periegesi vel periplo, in quo auctor ab occasu ad orientem progrediebatur.

§ 32, l. 20. Γένηπον.. Γενήπου cod. Arrianus fluvium omittit. Aliis est Γενήτης. V. not. ad Scyl. § 88. || — 22. ἀκρωτ. et χωρίον non habet Arrianus. || — 23. λιμ. πάντ. ἀν., non habet Arr. || — 24. εἰς Κοτύωρα Arrianus.

§ 33, l. 28. ἕως τοῦ πλησίον e conj. Holstenii scripsit Gailius h. l. et infra iterum. || — 29. ὁμοχώριοι] Hæc vox ut apud Nostrum inepta est, sic in fonte poetico bene habere potuit.

§ 34, 9 sqq. Quæ leguntur usque ad μίλια ις' e Marciano fluxerint. Arrianus nihil nisi hæc : Ἀπὸ Κοτυώρου εἰς Μελάνθιον π. στάδιοι μάλιστα ξ'. Ἐνθένδε εἰς Φαρματηνὸν, ἄλλον ποταμὸν, στ. ρν'· καὶ ἔνθεν εἰς Φαρνάκειαν ρκ'. Quæ sequuntur usque ad v. ἄποικος, Arriani sunt; postrema denique poetæ centones. || — 34. παραπλέοντι.. διαπλέοντι] διαπλέοντι.. παραπλέοντι codex; em. Holstenius. || — 36. χωρίον] χώραν cod.; em. Gail. || — Τραπεζούσιον leg. Gail. absque causa.

τὸν ποταμὸν στάδια ρν', μίλια κ'. Ἀπὸ δὲ Φαρμαντοῦ ποταμοῦ εἰς Φαρμαχίαν ἤτοι τὴν λεγομένην Φαρναχίαν στάδια ρκ', μίλια ις'. Αὕτη ἡ Φαρναχία πάλαι μὲν Κερασοῦς ἐκαλεῖτο, Σινωπέων καὶ αὕτη ἄποικος (κτισθεῖσα ὑπ' αὐτῶν), καθ' ἣν ἔρημος κειμένη (ἧς ἄντικρυς) παρήκει νῆσος Ἄρεως λεγομένη.

35. Ἀπὸ οὖν Φαρναχίας τῆς καὶ πάλαι Κερασοῦντος ἕως πλησίον Κοτυώρου πρῶτον ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Μοσυνοικοὶ, ἔθεσιν νόμοις τε ἔργοις τε βαρβαρικώτατοι· φασὶ γὰρ ἐν ξυλίνοισιν ὑψηλοῖς τ' ἄγαν πύργοις ἐνοικεῖν πάντας, ἐν φανερῷ δ' ἀεὶ ἕκαστα πράττειν· τὸν δ' ἑαυτῶν βασιλέα δεδεμένον, [ἐν] πύργῳ [τε] συγκεκλεισμένον τηρεῖν ἐπιμελῶς, τὴν ἀνωτάτω στέγην ἔχοντα· τοῖς φρουροῦσι δ' αὐτὸν ἐπιμελὲς εἶναι, νομίμως ἵνα πάντα προστάττῃ ποιεῖν· εἰ δὲ παραβαίῃ, κόλασιν αὐτοῦ λαμβάνειν φασὶν μεγίστην, μὴ διδόντας [τὴν] τροφήν.

36. Ἀπὸ δὲ Φαρναχίας εἰς τὴν Ἀρητιάδα νῆσον, ἔχουσαν ὕφορμον τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, στάδια λ', μίλια δ' (Αὕτη ἡ Ἀρητιὰς νῆσος λέγεται Ἄρεως ἤτοι Ἀρεώνησος). Ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρητιάδος νήσου εἰς Ζεφύριον χωρίον στάδια ρκ', μίλια ις'· ἐνταῦθα ὅρμος ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Ζεφυρίου χωρίου εἰς Τρίπολιν στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Τριπόλεως εἰς Ἀργυρὰ στάδια κ', μίλια β', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ τῶν Ἀργυρῶν εἰς Φιλοκάλειαν στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Φιλοκαλείας εἰς Κόραλλα στάδια ρ', μίλια ιγ', γ'. Ἀπὸ δὲ Κοράλλων εἰς Κερασοῦντα, πόλιν καὶ ποταμὸν, στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Κερασοῦντος εἰς Ἱερὸν ὄρος, ἐν ᾧ καὶ πόλις καὶ ὕφορμος, στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Ἱεροῦ ὄρους εἰς Κορδύλην χωρίον, ἐν ᾧ καὶ ὅρμος ἐστὶ, στάδια μ', μίλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ Κορδύλης εἰς Ἑρμύσην (καὶ δεῦρο ὅρμος) στάδια μ', μίλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ Ἑρμύσης εἰς πόλιν Τραπεζοῦντα, ἐν ᾗ ὅρμος λεγόμενος Δαφνοῦς, στάδια ξ', μίλια η'. Τραπεζοῦς, πόλις Ἑλληνὶς, Σινωπέων ἄποικος, ἐπὶ θαλάσσῃ ᾠκισμένη.

37. Ἀπὸ οὖν Τραπεζοῦντος ἕως τῆς Ἀρητιάδος νήσου, [καὶ Φαρναχίας τῆς] καὶ πάλαι Κερασοῦντος, πρῶτον ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Μάκρωνες ἤτοι Μακροκέφαλοι.

A Pharmanto fluvio ad Pharmaciam sive Pharnaciam appellatam stadia 120, milia 16 (*E Menippo*). Hæc Pharnacia olim Cerasus vocabatur, Sinopensium et ipsa colonia (*Ex Arriano*); cujus in conspectu obtenditur insula deserta, Martis dicta (*E perieg. iamb.* 912).

35. A Pharnacia, olim Cerasunte, usque ad vicina Cotyoro prius Mosynœcorum, ut vocantur, gens habitavit, moribus, legibus factisque maxime barbara; nam ligneas et editissimas habitare turres feruntur, in aperto autem res quaslibet peragere; tum regem suum vinculis constrictum et turre clausum sedulo custodire, superiora domus occupantem; custodibus vero curæ esse, ut cuncta legitime fieri jubeat; si contra a recto aberraverit, pœnam ab illo repeti aiunt maximam cibo denegato (*E perieg. iamb.* 901-911).

A Pharnacia ad Aretiadem insulam, ubi statio est navibus a ventis occiduis tuta, stadia 50, milia 4; hæc Aretias dicitur Martis insula sive Areonesus. Ab Aretiade insula ad Zephyrium castellum stadia 120, milia 16; ibi statio navium. A Zephyrio castello ad Tripolin stadia 90, milia 12. A Tripoli ad Argyra stadia 20, milia 2 ⅓. Ab Argyris ad Philocaleam stadia 90, milia 12. A Philocalea ad Coralla stadia 100, milia 13 ⅓. A Corallis ad Cerasuntem urbem et fluvium stadia 60, milia 8. A Cerasunte ad Hieron (Sacrum) montem, ubi et urbs et statio, stadia 90, milia 12. A Sacro monte ad Cordylam castellum, ubi et statio navium, stadia 40, milia 5 ⅓. A Cordyla ad Ermysen (ibi quoque statio navium) stadia 40, milia 5 ⅓. Ab Ermyse ad Trapezuntem civitatem, ubi statio Daphnûs appellata, stadia 60, milia 8. Trapezûs, urbs græca Sinopensium colonia, in ora maris condita (*Ex Arrian.* § 24 *et Menippo.*)

37. A Trapezunte autem usque ad insulam Aretiadem et Pharnaciam, quæ olim etiam Cerasus vocabatur, prius habitarunt Macrones sive Macrocephali.

V. Steph. Thes. gr. v. Τραπεζοῦς. || — 1. Φαρματηνὸν Arrianus. || — 2. Φαρμαχίαν] Vitiato aliquo libro usus esse Anonymus videtur. || — 5. κτισθεῖσα ὑπ' αὐτῶν] glossema, ut videtur, sicuti mox ἧς ἄντικρυς glossa est ad verba καθ' ἣν. || — καθ' ἣν] καθ' ἃς codex.

§ 35, l. 9. ἔθεσιν ὠμοῖς ἔργοις βαρβαρικοῖς codex; Holsten. V. Scymn. v. 901. || — 11. δ' ἀεὶ] δὲ ἂν cod.; em. Holsten. || — 12. δὲ αὐτῶν codex; em. Meineke. || — 12. Inclusa suppl. Holsten. || — 15. εἰ] ἂν cod.; em. Letronne. Dein προστάττει cod.; em. Gail.

§ 36, l. 18. Ἀρτιάδα cod.; em. Hudson. || — 19. λ'] ν' codex; vitium arguit milium numerus et 30 stadia computans Arrianus. || — 20. Ἄρεως] ἄρδους cod.; em. Hudson. || — 24. Ἀργυρα] τὰ Ἀργύρια Arrian. || — 28. Κερασοῦντα] Locus ab Arriano omissus. || — 29. ἐν ᾧ καὶ πόλις καὶ ὕφορμος] Hæc non habet Arrianus. || 31. χωρίον om. Arrianus. || — 32. μ'] με' codex; at 40 Arrianus. || — 33. Fuerit aut εἰς Ἑρμώνασσαν aut εἰς Ἑρμώνασσαν τὴν καὶ Ἑρμύσην. || — καὶ δεῦρο] sic Arrian.; ἐν ᾗ δεῦρο cod. || — 35. Δαφνοῦς] δάφνου codex; em. Gail. Daphnuntis mentio ap. Arrianum nulla. || — 37. ἐπὶ θαλάσσης codd.; ex Arr. em. Gailius.

§ 37, 38. Ἀρητιάδος] Ἀριστιάδος cod.; em. Hudson. Inclusa supplevi e conj. Gailii. Codex: νήσου ἤτε καὶ. De re cf. not. ad Scylac. § . || — 40. Ἄκρωνες et Ἀκροκέφαλοι cod.

38. Ἀπὸ δὲ Τραπεζοῦντος εἰς Ὕσσον λιμένα, τὸν νῦν λεγόμενον Σουσάρμια, στάδια ρπ', μίλια κδ'. Ἀπὸ δὲ Σουσαρμίων εἰς Ὀφιοῦντα ποταμὸν, ἐν ᾧ σάλος συμμέτροις ναυσὶ, στάδια Ϟ', μίλια ιϐ'. Οὗτος ὁ Ὀφιοῦς ποταμὸς διορίζει τὴν Κόλχων χώραν ἀπὸ τῆς Θιαννικῆς. Ἀπὸ οὖν Ὀφιοῦντος ποταμοῦ τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων ἐστί· τὰ δὲ ἐχόμενα βαρϐάρων διαφόρων ἐστὶν ἐθνῶν. Ἀπὸ δὲ Ὀφιοῦντος ποταμοῦ εἰς Ψυχρὸν λεγόμενον ποταμὸν στάδια λ', μίλια δ'.

39. Ἀπὸ δὲ Ψυχροῦ ποταμοῦ εἰς Καλὸν ποταμὸν, τὸν νῦν λεγόμενον Καλὴν παρεμϐολὴν, στάδια λ', μίλια δ'. Ἀπὸ δὲ Καλῆς παρεμϐολῆς εἰς τὸν Ῥίζιον λεγόμενον ποταμὸν καὶ λιμένα στάδια ρκ', μίλια ις'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ῥιζίου εἰς Ἀσκούρναν ποταμὸν στάδια λ', μίλια δ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀσκούρνα ποταμοῦ εἰς Ἀδινῆον, [τὸν] ἤδη λεγόμενον Ἀδιηνὸν ποταμὸν, στάδια ξ', μίλια η'· ἔχει σάλον σύμμετρον ναυσίν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀδινήου ποταμοῦ εἰς Κόρδυλα χωρίον στάδια ρ', μίλια ιγ', γ'. Ἀπὸ δὲ Κορδύλων εἰς Ἀθήνας χωρίον στάδια π', μίλια ι', ∠' ς'· ἐνταῦθα ὅρμος ναυσίν. Ἔστι γὰρ [καὶ] ἐν Πόντῳ Εὐξείνῳ χωρίον Ἀθῆναι λεγόμενον, ἐν ᾧ καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστιν Ἑλληνικὸν, ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ τὸ ὄνομα εἶναι τούτου τοῦ χωρίου· καὶ φρούριόν τί ἐστιν ἠμελημένον· ὁ δὲ ὅρμος οἷος ὥρᾳ ἔτους δέχεσθαι οὐ πολλὰς ναῦς, καὶ σκέπην ταύταις παρέχειν ἀπὸ νότου ἀνέμου καὶ αὐτοῦ τοῦ εὔρου· σώζοιτο δ' ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ βορρᾶ τὰ ὁρμοῦντα πλοῖα, ἀλλ' οὐ τοῦ γε ἀπαρκτίου, οὐδὲ τοῦ θρασκίου μὲν ἐν τῷ Πόντῳ, σκίρωνος δὲ ἐν τῇ Ἑλλάδι καλουμένου.

40. Ἀπὸ δὲ Ἀθηνῶν εἰς Ζάγατιν ποταμὸν στάδια ζ'. Ἀπὸ Ἀθηνῶν εἰς Πρυτάνην ποταμὸν στάδια μ', μίλια ε', γ'· ἐν τούτῳ καὶ τὰ Ἀγχιάλου βασίλειά ἐστιν. Ἀπὸ δὲ Πρυτάνου ποταμοῦ εἰς Ἀρμένην τόπον στάδια κδ', μίλια γ', γ'. Ἀπὸ δὲ Ἀρμένου τόπου εἰς Πυξίτην ποταμὸν, στάδια ξς', μίλια η', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πυξίτου ποταμοῦ εἰς Ἄρχαϐιν ποταμὸν στάδια Ϟ', μίλια ιϐ'. Ἀπὸ δὲ Ἀρχάϐεως ποταμοῦ εἰς Ἄψαρον ποταμὸν στάδια ξ', μίλια η'.

41. Ὁ δὲ Ἄψαρος τὸ χωρίον λέγουσιν ὅτι Ἄψυρτος ἐκαλεῖτο πάλαι· ἐνταῦθα γὰρ τὸν Ἄψυρτον ὑπὸ τῆς

38. A Trapezunte ad Hyssi portum, nunc Susarmia appellatum, stadia 180, milia 24. A Susarmiis ad Ophiuntem fluvium, in quo salum modicis navibus, stadia 90, milia 12. Hic Ophiûs fluvius Colchorum regionem separat a Thiannica. Ab Ophiunte fluvio sunt gentes duorum Pontorum, quibus finitimæ sunt variæ gentes barbaræ. Ab Ophiunte fluvio ad fluvium Psychrum (*Frigidum*) dictum stadia 30, milia 4 (*Ex Arriano et Menippo*).

39. A Psychro fluvio ad Calum seu Pulchrum fluvium, qui nunc Pulchrum castrum vocatur, stadia 30, milia 4. A Pulchro Castro ad Rhizium fluvium et portum stadia 120, milia 16. A Rhizio ad Ascurnam fluvium stadia 30, milia 4. Ab Ascurna fluvio ad Adineum, nunc Adienum appellatum, stadia 60, milia 8; habet et salum modicum navibus. Ab Adieno fluvio ad Cordyla castellum stadia 100, milia 13 ⅓. A Cordylis ad Athenas castellum stadia 80, milia 10 ⅔, ubi statio navium. Est enim in Ponto quoque Euxino locus Athenæ appellatus, ubi etiam Minervæ fanum Græcum exstat, a quo locus ille nomen accepisse videtur; etiam castellum ibi est desertum; statio æstate paucarum navium capax, quas ab impetu noti ipsiusque euri potest protegere; fuerintque naves eo appellentes etiam a borea tutæ, at non ab Aparctia neque eo vento qui in Ponto Thrascias, in Græcia Sciron appellatur (*Ex Arr.* § 6, *nonnulla ex Menippo*).

40. Ab Athenis ad Zagatin fluvium stadia 7. Ab Athenis ad Prytanen fluvium stadia 40, milia 5 ⅓; in hoc tractu est Anchiali regia. A Prytane fluvio ad Armenen locum stadia 24, milia 3 ⅓. Ab Armene loco ad Pyxiten fluvium stadia 66, milia 8 ⅔. A Pyxite fluvio ad Archabin fluvium stadia 90, milia 12. Ab Archabi fluvio ad Apsarum fluvium stadia 60, milia 8 (*Ex Arrian.* § 8 *et Menippo*).

41. Apsarum autem castellum ferunt olim Apsyrtum fuisse appellatum; Apsyrtum nempe ibi a Medea

---

§ 38, l. 1. Ὕσσον] Ὕσσου λιμένα Arrian. § 4 et 8 et reliqui; nostrum Ὕσσον fuerit librarii. ‖ — τὴν νῦν λεγομένην cod. ‖ — 3. Σουσάρμια... Σουσαρμίων] Σουσάρμια.. Σουσάρμια cod.; em. Hudson. ‖ — 3. Ὀφιοῦντα] Ὄφιν Arrian. § 8. ‖ — 4. συμμέτροις] σύμμετρος cod. ‖ — 6. θιανιτικῆς cod. V. Arrian. § 8. ‖ — 6. τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων. Hæc e Marciano addita.

§ 39, l. 11. τὸν νῦν λεγ. Καλὴν παρεμϐολήν] Castrorum vel castelli fluvio adjacentis nomen ad ipsum flumen auctor male transfert. ‖ — 13. ποταμὸν] ποτὶ codex. ‖ — 14. Ἀσκούρναν] Ἄσκουρον ap. Arrianum, haud dubie rectius. ‖ — 16. Ἀδιηνὸν] sic Arrianus. Quare cum Hudsono legere malim: Ἀδιηνὸν [τὸν] ἤδη λεγ. Ἀδινῆον. Ceterum v. not. ad Scylac, § 83. ‖ — 18. Κόρδυλα] Κορδύλων cod.; mutavit Gailius. Arrianus locum non memorat. Alium locum Κορδύλην in antecc. vidimus. ‖ — 21. Καὶ ex Arriano inserui. ‖ — χωρίον] sic Arrianus; χώρα Ἀθ. λεγομένη codex; em. Gail. ‖ — 24. ἠμελημένον] sic Arrianus § 6; ἠρεμημένον cod. ‖ — 27. τὰ ὁρμοῦντα πλ.] ex Arriano Gailius; ὁρμ. τὰ πλ. codex.

§ 40, l. 31. Πρυτάνην... Πρυτάνου] Πρύτανις... Πρυτάνεως Arrian. ‖ — 32. καὶ τοῦ Ἀγχ. codex; em. ex Arriano. Deinde pro ἐστὶ Arriani Anonymus scribere debebat ἦν. ‖ — 33. Ἀρμένην locum non habet Arrianus. Alium ejusdem nominis locum supra vidimus. ‖ — 36. Ἀρχάϐην... Ἀρχάϐεως codex ‖ — 37. ιϐ'] ια' codex.

§ 41, l. 40. πάλαι ποτὲ Arrianus.

Μηδείας ἀποθανεῖν· καὶ τάφος Ἀψύρτου δείκνυται· ἔπειτα διεφθάρη τὸ ὄνομα ὑπὸ τῶν περιοίκων βαρβάρων, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ διέφθαρται, ὁπότε καὶ τὰ Τύανα [τὰ] ἐν τοῖς Καππαδόκαις Θόανα λέγουσιν ὅτι ὠνομάζετο ἐπὶ Θόαντι τῷ βασιλεῖ [τῶν Ταύρων], ὃς τοὺς ἀμφ' Ὀρέστην καὶ Πυλάδην διώκων ἄχρι τῆςδε τῆς χώρας ἐλθεῖν φημίζεται, καὶ ἐνταῦθα νόσῳ ἀποθανεῖν.

42. Ἀπὸ οὖν Ἀρχάβεως ποταμοῦ εἰς Ὀφιοῦντα ποταμὸν πρῶτον ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Ἐχχειριεῖς, νῦν δὲ οἰκοῦσι Μαχελῶνες καὶ Ἡνίοχοι.

[Λείπει τὰ ἀπ' Ὀφιοῦντος ποταμοῦ ἕως τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος.]

43. [*** Ὁ Τάναϊς ποταμὸς λέγεται ὁρίζειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας τὴν Εὐρώπην· καὶ ὁρμᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης τῆς Μαιώτιδος, ἐσβάλλει δὲ εἰς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου Πόντου· καίτοι Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ Λυομένῳ τὸν Φᾶσιν ὅρον τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ. Λέγουσι γοῦν αὐτῷ οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα ὅτι·

Ἥκομεν
τοὺς σοὺς ἄθλους τούςδε, Προμηθεῦ,
δε]σμοῦ τε πάθος τόδ' ἐποψόμενοι.

Ἔπειτα καταλέγουσιν ὅσην χώραν ἐπῆλθον

Πῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν (ποταμόν)....

Τῆς δὲ λίμνης τῆς Μαιώτιδος περίπλους ἐν κύκλῳ λέγεται σταδίων ἀμφὶ τοὺς ͵θ, μιλίων ͵ασ'.

44. Ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται εἰς ἥμισυ εἶναι τοῦ Πόντου.

45. Τὸν δὲ Τάναϊν ποταμὸν, ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας ὅρος, τέμνων τὴν ἤπειρον ἑκατέραν δίχα, πρῶτοι νέμονται Σαρμάται, δισχίλια στάδια ἐπέχοντες, γινόμενα μίλια σν. Εἶτα μετὰ τοὺς Σαρμάτας Μαιωτῶν γένος Ἰαζαματῶν λεγόμενον, ὡς Δημήτριος εἴρηκεν (ἐφ' οἷς καὶ Μαιῶτις λίμνη λέγεται)· ὡς δὲ Ἔφορος λέγει, Σαυροματῶν λέγεται ἔθνος· τούτοις δὲ ἐπιμεμίχθαι τὰς Ἀμαζόνας τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν, ἐλθούσας ποτὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Θερμώδοντα γενομένης μάχης· ἐφ' οἷς ἐπεκλήθησαν οἱ Σαυρομάται Γυναικοκρατούμενοι.

46. Εἶτα ἔστι Φαναγόρου πόλις, Κῆποι πόλις.

47. Εἶτα ἔστιν Ἑρμώνασσα Φαναγόρειά τε, ἣν Τηΐους λέγουσιν οἰκίσαι ποτέ· καὶ Σινδικὸς λιμὴν, ἔχων

occisum; et Apsyrti sepulcrum monstratur postea; corruptum est nomen, sicuti in multis aliis fieri consuevit, a vicinis barbaris. Sic quoque Tyana, urbs Cappadociæ, Thoana fuit appellata de Thoante Taurorum rege, qui Orestem atque Pyladem persequens ad illum usque locum pervenisse dicitur, ibique morbo interiisse (*Ex Arrian.* § 7).

Ab Archabi autem fluvio usque ad Ophiuntem fluvium prius incoluerunt Ecchiries; nunc autem habitant Machelones et Heniochi.

[*Quæ sunt ab Ophiunte fluvio usque ad Mæotim paludem desiderantur.*]

43. [*** *Tanais fluvius disterminare dicitur ab Europa Asiam. Erumpit e Mæotide palude, atque influit in mare Ponti Euxini. Quamquam Æschylus in Prometheo soluto Phasim Europæ et Asiæ terminum facit. Certe Titanes apud eum alloquentes Prometheum dicunt:*

Venimus
has tuas ærumnas, Prometheu,
vin]culorumque hanc calamitatem visuri.

Deinde recensent quot regiones peragraverint:

Hic quidem duplicem Europæ
et Asiæ magnum terminum Phasin....

Paludis vero Mæotidis ambitus fertur stadiorum circiter 9000 sive milium 1200 (*Ex Arrian.* § 29).

44. Mæotis palus putatur esse dimidia fere Ponti magnitudine (*Ead. Scylax* § 69).

45. Tanaim fluvium, qui terminus est Asiæ, dissecans continentem in partes duas, primi accolunt Sarmatæ, regionem 2000 stadiorum sive 250 milium obtinentes. Post Sarmatas gens est Mæotarum, qui Iazamatæ appellantur, teste Demetrio (a quibus etiam palus Mæotis nomen duxit); Sauromatarum vero gens vocatur, si Ephoro credamus. Cum illis vero Sauromatis dicunt coiisse Amazones, quum olim huc venissent e regione circa Thermodontem post commissum prœlium; unde vocati sunt Sauromatæ Gynæcocrátumeni (*E perieges. iamb.* 874-88).

46. Sequitur Phanagoræ urbs et Cepi urbs (*Ead. Scylax* § 72).

47. Deinde est Hermonassa et Phanagoria, quam Teios quondam habitasse ferunt, et Sindicus portus,

||— 2. διαφθαρῆναι Arr. || — 4. Inclusa ex Arr. suppleta.

§ 42, 10. Ἐχχειριεῖς] Cf. not. ad Scylac.

§ 43. Alterum hoc fragmentum Peripli Euxini exhibet codex acephalus 398 (fol. 1-6) bibliothecæ Heidelbergensis, nullo ad finem nominato auctore, nullo subscripto libri titulo. Ratio et indoles est eadem quam prioris fragmenti esse vidimus. Plurima ex Arriano et periegesi iambica petita sunt, reliqua e Marcianea Peripli Menippei epitome et fortasse ex quarto aliquo fonte fluxerunt.

§ 43. Uncis inclusa ad explendam sententiam ex Arriano assumsi. || — 23. πῇ μὲν . . . ἠ δ'] πῇ μὲν... πῇ δ' codex, refragante Arriani codice et metro anapæstico. Pro priori πῇ num fort. leg. sit τῇ, e fragmine nostro dijudicari nequit. || — ποταμὸν vocem serior manus adjecerit.

§ 45, l. 29. ἑκάτερα cod. || — 30. νέμονται αὐτὸν Σαρμ. cod. || — ἀπέχοντα cod.

§ 47, l. 40. Φαναγορία cod. || — 41. οἰκῆσαι cod. || — p. 413, 6. ἐκπλέοντα cod. em. Hudsonus.

οἰκήτορας Ἕλληνας ἀπὸ τῶν ἐγγὺς ἥκοντας τόπων. Ταύτας περιέχει τὰς πόλεις διακειμένας ἡ νῆσος κατὰ τὴν Μαιῶτιν ἄχρι τοῦ Βοσπόρου, χώραν ἀπολαμβάνουσα πολλὴν πεδιάδα, ἥτις τὰ μὲν τοῖς ἕλεσι καὶ τοῖς ποταμοῖς ἀδιάβατος, τενάγεσί τε τοῖς ἐν τῷ πέραν, ἃ δὲ τῇ θαλάσσῃ τῇ τε λίμνῃ γίνεται. Τὸ δὲ στόμα ἐκπλέοντι Κιμμερὶς πόλις, ἀπὸ Κιμμερίων μὲν βαρβάρων κεκλημένη, κτίσις δὲ τυράννων οὖσα τῶν ἐν Βοσπόρῳ, Κῆπός τε ἀποικισθεῖσα διὰ Μιλησίων. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ τῆς Ἀσίας μέρει.

49. Τῆς δὲ Εὐρώπης ἐπ' αὐτοῦ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης τὸ Παντικάπαιόν ἐστιν ἔσχατον, τοῦ Βοσπόρου βασίλειον ἐπωνομασμένον. Ἄνωθεν δὲ τούτων ἡ Σκυθικὴ βάρβαρος πρὸς τὴν ἀοίκητον συνορίζουσά ἐστι γῆν καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένην. Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Καρπίδας εἴρηκεν Ἔφορος· εἶτεν Ἀροτῆρας πρόσω, Νευρούς τε μέχρι γῆς πάλιν ἐρήμου διὰ πάγον· πρὸς ἀνατολὰς δὲ ἐκβάντι τὸν Βορυσθένην ποταμὸν, τοὺς τὴν λεγομένην Ὕλαιαν οἰκοῦντας Σκύθας εἶναι, Γεωργοὺς δ' ἐχομένους τούτων ἄνω· ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον. Ὑπὲρ δὲ ταύτην Ἀνδροφάγων Σκυθῶν ἔθνος. Ἐπέκεινα [δὲ] πάλιν ἔρημον εἶναι ἐχομένην. Τὸν Παντικάπην διαβάντι Λιμναίων ἔθνος, ἕτερά τε πλείονα οὐ διωνομασμένα, Νομαδικὰ δὲ ἐπικαλούμενα, εὐσεβῆ πάνυ· ὧν οὐδὲ εἷς ἔμψυχον ἀδικῆσαι ποτ' ἄν· οἰκοφόρα δὲ ὡς εἴρηκε, καὶ σιτούμενα γάλακτι, Σκυθικαῖς ἱππομολγίαις· ζῶσι δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδεδειχότες κοινὴν ἁπάντων, τήν θ' ὅλην [συν]ουσίαν. Καὶ τὸν σοφὸν δὲ Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν φησὶ γενέσθαι τῶν σφόδρα εὐσεβεστάτων· καὶ κατοικῆσαί τινας εἰς τὴν Ἀσίαν ἐλθόντας, οὓς δὴ καὶ Σάκας καλοῦσιν. Εὐσημότατον δὲ εἶναί φησιν τὸ τῶν Σαυροματῶν καὶ Γελώνων καὶ τρίτον τὸ τῶν Ἀγαθύρσων ἐπικαλούμενον γένος. Ἀπὸ δὲ τῶν Μαιωτῶν λαβοῦσα τὸ ὄνομα Μαιῶτις ἑξῆς ἐστι λίμνη κειμένη, εἰς ἣν ὁ Τάναϊς, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν τὸ ῥεῦμα Ἀράξεως, ἐπιμίσγεται, ὡς Ἑκαταῖος εἶφ' οὑρετριεύς· ὡς δὲ Ἔφορος ἱστόρηκεν, ἐκ λίμνης τινὸς, ἧς τὸ πέρας ἐστὶν ἄφραστον. Ἐξίησι δὲ δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον εἰς τὴν λεγομένην Μαιῶτιν, ἐς τὸν Κιμμερικόν τε Βόσπορον.

50. Τὸ δὲ στόμα τῆς λίμνης λέγεται Βόσπορος. Ἀπὸ δὲ Πορθμίου χωρίου ἤτοι τοῦ στομίου τῆς Μαιώ-

Græcos habens incolas, qui istuc a proximis locis confluxerunt. Has urbes hic illic sitas continet peninsula, juxta Mæotim usque ad Bosporum multam absumens terram campestrem, quæ partim paludibus et fluviis et stagnis in ulteriore tractu sitis, partim mari et Mæotide palude fit impervia. Egredienti vero os offert se Cimmeris urbs, a Cimmeriis barbaris appellata, et colonia tyrannorum in Bosporo regnantium; atque Cepus a Milesiis condita (*E perieg. iamb.* 886-899). Et hæc quidem loca sunt in parte Asiæ.

49. At in Europa ad ipsum os Mæotidis paludis insidet Panticapæum ultimum, Bospori regia cognominatum... Supra hæc est Scythia barbara, usque ad inhabitabilem terram conterminam porrecta, omnibusque Græcis ignotam. Primos ad Istrum habitare Carpidas Ephorus tradidit; deinde Aroteres, ulterius Neuros usque ad regionem desertam ob glaciem. Versus orientem vero transgresso Borysthenem obvios esse Scythas, qui Hylæam vocatam inhabitant; supra hos autem juxta habitare Georgos; deinde rursus desertum patere in magna spatia; supra id Scytharum Androphagorum nationem esse; ultra hos iterum excipere solitudines. Panticapen transgresso offerre se Limnæorum gentem aliasque permultas, suis singulas nominibus haud distinctas, quas Nomadicas vocant, religiosas admodum, ex quibus nemo animatum aliquid unquam læserit. Portant hæ suas domos, ut ait Ephorus, et Scythicis equarum mulctibus victitant. Vivunt autem possessione et familia communibus omnes inter se. Quin et sapientem Anacharsin tradit natum esse apud Nomadicos illos, qui maxime religiosi habentur; et quosdam, quum in Asiam transiissent, ibi sedem tenuisse, quos vocant Sacas. Maxime vero celebre inquit esse Sauromatarum et Gelonorum et tertium quod Agathyrsorum nuncupatur genus. Deinde est Mæotis palus, quæ a Mæotis nomen id sortita est; in quam Tanais, ex Araxe flumine profluens, exoneratur, ut ait Hecatæus Eretrius, ut vero prodidit Ephorus, e palude quadam, cujus terminus incognitus est. Exit autem fluento bifido in dictam Mæotim atque Bosporum Cimmerium (*E perieg. iamb.* 835-873).

50. Os hujus paludis appellatur Bosporus. A Porthmio oppido sive ab ore Mæotidis paludis usque ad

---

§ 49, l. 13. τοῖς Βοσπόρου cod.; em. Holstenius || — 17. εἶτ' ἀναρωτῆρας (ξ suprascr.) πρόσω ναυρούτάς τε cod.; em. editt. || — 18. πάγων cod.; em. Mein. || — 20. εἶναι δὲ Γεωργοὺς ἐχομένους cod.; em. Mein. || — 20. τούτων] τοὺς τῶν cod.; em. editt. || — 22. ταύτην] αὐτὴν cod.; em. Mein. || — 26. οὐδεὶς ἐμψύχων ἀδικῆσαι cod.; em. Bast. Librarius ad marginem adscripsit : Περὶ τῶν εὐσεβῶν ἐθνῶν, καὶ ὅτι ἀπέχονται ἐμψύχου παντός. || — 29. ὅλην οὐσίαν cod., quod in poeta metri causa mutavit Meineke. || — 32. Σάκας] Σάβακας cod. || — 33. δὲ et τὸ manu sec. adscripta. || — 37. ῥεῦμα ῥάξεως ἐπιμισγέσθω εκατεως ἐφοτιεισ (sic) cod.; em. Buttmann. || — 39. ἄφραστον] cod. literæ φ suprascriptam habet ο, ut scriba voluerit ἀόρατον. || — ἐξίησι] ἔξεισι cod.

§ 50, l. 42. Πορθμίου] Infra § 56 habes ἀπὸ κώμης τῆς Πορθμίτιδος τῆς ἐν τῷ τέλει τῆς Εὐρώπης. Cf. Stephan. Byz. : Πορθμία καὶ Πορθμίον, κώμη ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος λίμνης. Τὸ ἐθνικὸν Πορθμιεὺς, ὡς Σουνιεύς, καὶ Πορθμίτης. Cf. Herodot. IV, 12 : Καὶ νῦν ἔστι μὲν ἐν τῇ Σκυθικῇ Κιμμέρια τείχεα, ἔστι δὲ πορθμήια Κιμμέρια. Id IV, 45 : Οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν τὸν Μαιήτην καὶ πορθμήια τὰ Κιμμέρια λέγουσι (sc. οὔρισμα τῇ Εὐρώπῃ εἶναι), in quibus tamen πορθμήια non de vico aliquo, sed de freto Cimmerico intelligenda fuerint.

τιδος λίμνης εἰς πολίχνιον Μυρμηκιῶνα λεγόμενον στάδιοι ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Μυρμηκιῶνος εἰς Παντικάπαιον, πόλιν ἐπίσημον Βοσπόρου στάδιοι κε', μίλια γ', γ'. Ἔχει δὲ καὶ λιμένα μέγαν καὶ νεώρια. Ἐπ' εὐθείας δὲ πλέοντι ἀπὸ Βοσπόρου ἐπὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἤτοι τοῦ Τανάεως στάδιοι ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως εἰς Τυριστάκην πόλιν στάδιοι ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Τυριστάκης πόλεως εἰς Νυμφαῖον πόλιν στάδιοι κε', μίλια γ', γ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Νυμφαίου εἰς Ἄκρας κωμίον στάδιοι ξε',

oppidulum Myrmecionem sunt stadia 60, milia 8. A Myrmecione usque ad Panticapæum, insignem Bospor. civitatem, stadia 25, milia $3\frac{1}{3}$; habet illa et portum magnum et navalia. Rectâ naviganti a (*Panticapæ sive*) Bosporo *urbe* ad os Mæotidis paludis sive Tanaidis stadia 60, milia 8. A Panticapæo urbe ad Tyristacen urbem stadia 60, milia 8. A Tyristace urbe ad Nymphæum urbem stadia 25, milia $3\frac{1}{3}$. A Nymphæo ad Acram vicum stadia 65, milia $8\frac{2}{3}$. Ab Acra a[…]

A vico nostro, cui de situ suo hoc nomen inditum, nescio an non diversus sit vicus Parthenium quod Strabo 40 stadiis a Myrmecio boream versus situm dicit, et Ptolemæus ad Mæotidem (63° 30' — 48° 30) collocat. Fuerit locus ubi nunc *Phanari* (Marigny *Portulan* p. 79). || — 43. στομίου] sic manu secunda codex pro στόματος. || — 1. Μυρμηκιῶνα] Μυρμηκίονα et mox Μυρμηκίονος codex. Ex *Periplo Arriani* hujus loci meminit Leo Diaconus IX, 6 p. 150, ubi quum Tauroscythas a Zimisce fugatos diis suis sacrificia humana fecisse narrasset, addit : Λέγεται γὰρ Ἑλληνικοῖς ὀργίοις κατόχους ὄντας τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον θυσίας καὶ χοὰς τοῖς ἀποιχομένοις τελεῖν, εἴτε πρὸς Ἀναχάρσεως ταῦτα καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν σφετέρων φιλοσόφων, μυηθέντες, εἴτε καὶ πρὸς τῶν τοῦ Ἀχιλλέως ἑταίρων. Ἀρριανὸς γάρ φησιν ἐν τῷ Περίπλῳ, Σκύθην Ἀχιλλέα, τὸν Πηλέως, πεφυκέναι ἐκ τῆς Μυρμηκιῶνος καλουμένης πολίχνης, παρὰ τὴν Μαιῶτιν λίμνην κειμένης, ἀπελασθέντα δὲ πρὸς τῶν Σκυθῶν διὰ τὸ ἀπηνὲς, ὠμὸν καὶ αὔθαδες τοῦ φρονήματος, αὖθις Θετταλίαν οἰκῆσαι. Τεκμήρια τοῦ λόγου σαφῆ ἥ τε τῆς ἀμπεχόνης σὺν τῇ πόρπῃ σκευὴ καὶ ἡ πεζομαχία καὶ ἡ πυρσὴ κόμη καὶ οἱ γλαυκιῶντες ὀφθαλμοὶ καὶ τὸ ἀπονενοημένον καὶ θυμοειδὲς καὶ ὠμὸν etc. Ob quem locum fuere qui nostrum Arriani periplum mancum esse putarent. « Sed quis opinetur eodem in libello contrarias et fabulas et morum notationes exstitisse, quum hodie præconium Achillis splendidissimum legamus p. 23 ed. Huds. : Ἀχιλλέα γὰρ ἐγὼ πείθομαι εἴπερ τινὰ καὶ ἄλλον ἥρωα εἶναι κτλ.? Immo fefellit Leonem species scriptoris cognominis, et liberaliter de suo Periplum adjunxit. » BERNHARDYUS Analect. in Geogr. min. p. 21. Mihi periplum aliquem, qui, sicuti noster, sub Arriani nomine ferebatur, Leo adhibuisse videtur. — Quod Μυρμηκιῶνα attinet, ea nominis forma forte reponenda est ap. Scylac. § 68 p. 57. ubi codex Μυρμηκόν. De ceteris formis obviis v. nos ibid. Sec. Strabonem p. 310 Μυρμήκιον πολίχνιον (κώμη p. 496) a Panticapæo distat stadiis 20, situm ex adverso τοῦ Ἀχιλλείου (quod Anonym. quoque memorat § 91), ad Bospori partem angustissimam. Cf. idem p. 494 ibiq. interpr., Mela II, 1, Plinius VI 26, Geogr. Rav. IV, 3 (ubi *Murmicon*). Ptolemæus Μυρμήκιον ἄκρον ad extremitatem Bospori borealem collocat. Situs locus inter *Kertch* et *Jénikale*. Muraview Apostol. (*Reise in Taurien* p. 245) veteris oppidi ruinas vidit a *Kertch* 20 fere stadiis versus ortum distantes, quas Myrmecio vindicat, notante Ukerto III, 2 p. 480. Cf. Dubois V, p. 232. || — 3. πόλιν ἐπίσημον Βοσπόρου] Nescio an scrib. sit πόλιν ἐπίσημον, τὴν καὶ Βόσπορον. Hoc si nolis, in seqq. legendum foret πλέοντι ἀπὸ [Παντικαπαίου ἤτοι] Βοσπόρου. Nam constat Ponticapæum etiam Bosporum dictum esse (Vide Plin. IV, 24 : *Panticapæum, quod aliqui Bosporum vocant;* Procop. De ædif. III, 7; Constant. Porphyr. II, 7; Bœckh C. I. II, 98), quamquam nonnulli Bosporum urbem a Panticapæo perperam distinguunt. Atque ipse Noster infra dicit ἀπὸ Βοσπόρου ἤτοι Παντικαπαίου; quod quidem jam hoc loco monendum erat. Uti nunc verba habent : ἐπ' εὐθείας δὲ πλέοντι ἀπὸ Βοσπόρου κτλ., auctorem putaveris designare longitudinem faucium quas dicimus *détroit de Jenikaleh*, sicuti Lapieus quoque locum intellexit; attamen voluisse Anonymum distantiam notare, quæ est a Panticapæo sive Bosporo urbe usque ad Bospori fretum sive ostium Mæotidis, primum inde apparet, quod infra ab ostio Mæotidis usque ad Cimmerium esse dicuntur stadia 300, quæ tunc demum e singulis numeris conficiuntur, si ab initio freti meridionali usque ad Panticapæum stadia nostra 60 pertinere statueris. Deinde vero idem suadet Arrianus § 29, ubi : Ἐνθένδε (ἀπὸ Παντικαπαίου ἐπὶ Τάναϊν ποταμὸν i. e. ad Bospori fretum) ἑξήκοντα (στάδιοι). || — 8. Τυριστάκην] Τυρικτάκην cod. Ptolemæi. Apud alterutrum literæ Σ et Κ confusæ. Stephanus : Τυριτάκη (Τυριδάκη et Τυριτιτάκη var. l.), πόλις Πόντου.. Ruinæ quæ ad lacum *Thourbach* extant, Dubois V, 247 ad Tyristacen referri voluit. Ducente stadiorum numero Lapieus locum quærit *à l'ouest de Paulovskaia*. Sec. tabulas Ptolemæi distantia inter Panticapæum et Tyritacen multo major foret. Apud Plinium IV, 26 § 76 *Dia* locus aut idem est cum nostro aut ei proximus, siquidem locorum series : *Theodosia, Cytæ, Zephyrium, Acræ, Nymphæum, Dia* (*Dina* in Geogr. Rav.) || — 10. Νυμφαῖον] Cf. not. ad Scylac. l. l., ubi adde Geographum Ravenn. V, II, apud quem *Nymphæ*. Urbs erat εὐλίμενος sec. Strabonem. De situ urbis ad promontorium 30 stadiis a *Thourbach* distantis, prope lacum, qui olim maris sinus fuerit, v. Dubois V, 246. || — 11. Ἄκρας κωμίον] Ἄκρα sec. Strabon. p. 494 vicus erat Panticapæorum, e regione Corocondamæ, ab eaque freto stadiorum 70 diremtus. Ἄκρα Σκυθίας ap. Stephanum B. huc referenda videtur. Apud Plinium *Acræ* vocantur, mediæ inter Nymphæum et Zephyrium aliunde non notum. Geographus Rav. V, 11 nomina habet : *Nymphæ, Dina, Ichnidin, Ermoga, Teagine, Acra, Salolime*. Ptolemæus Acram non memorat. Situs locus ad *Takil Bouroun* sec. Dubois V, p. 252; « *au nord du lac Osta Sarai* » sec. Lapieum.

μίλια η' ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ Ἄχρας εἰς Κύτας πόλιν, τὴν πρώην λεγομένην Κυδεάκαι, στάδιοι λ', μίλια δ'.

Ἀπὸ οὖν Ἀθηναιῶνος μέχρι Κυτῶν Σκῦθαι κατοικοῦσιν. Μετὰ δὲ ταῦτα Βόσπορος ὁ Κιμμερικός ἐστιν.

Ἀπὸ δὲ Κυτῶν ἐς Κιμμερικὸν πόλιν στάδιοι ξ', μίλια η'· ἐνταῦθα ὅρμος ναυσὶ τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις. Ἄντικρυς δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ νῆσοι πετρώδεις οὐ πάνυ μεγάλαι δύο, ἀπέχουσαι ὀλίγον τῆς ἠπείρου. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἕως τοῦ Κιμμερικοῦ στάδιοι τ', μίλια μ'· ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως ἕως Κιμμερικοῦ στάδιοι σμ', μίλια λδ'.

51. Ἀπὸ δὲ Κιμμερικοῦ εἰς κώμην Καζέκας ἐπὶ θαλάσσῃ ᾠκισμένην στάδιοι ρπ', μίλια κδ'. Ἀπὸ δὲ Καζέκας εἰς Θευδοσίαν, πόλιν ἔρημον, ἔχουσαν καὶ λιμένα, στάδιοι σπ', μίλια λζ', γ'· καὶ αὕτη παλαιὰ ἦν Ἑλλὰς πόλις, τῶν Μιλησίων ἄποικος, καὶ μνήμη αὐτῆς ἐστιν ἐν πολλοῖς συγγράμμασι. Νῦν δὲ λέγεται ἡ Θευδοσία τῇ Ἀλανικῇ ἤτοι τῇ Ταυρικῇ διαλέκτῳ Ἀρδάβδα, τουτέστιν ἑπτάθεος. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ Θευδοσίᾳ λέγεταί ποτε καὶ φυγάδας ἐκ τοῦ Βοσπόρου οἰκῆσαι.

52. Ἀπὸ δὲ Θευδοσίας εἰς Ἀθηναιῶνα λιμένα ἤτοι Σκυθοταύρων λιμένα ἔρημον στάδιοι σ', μίλια κς', ∠' ς'· ἐνταῦθα ὅρμος ναυσὶν ἄκλυστος. Ἀπὸ οὖν Ἀθηναιῶνος λιμένος ἤτοι Σκυθοταύρων εἰς Λαμπάδα στάδιοι χ', μίλια π'· ἐνταῦθα ὅρμος ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Λαμπάδος εἰς τὸ Κριοῦ μέτωπον, ἀκρωτήριον τῆς Ταυρικῆς, ὑψηλὸν ὄρος, στάδιοι σκ', μίλια κθ', γ'.

53. Ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ τῆς Ταυρικῆς τινες λέγουσιν ἀφικέσθαι ποτὲ κλαπεῖσαν (τὴν) Ἰφιγένειαν ἐκ τῆς Αὐλίδος. Εἰσὶν δὲ τοῖς ὄχλοις οἱ Ταῦροι συχνοί, βίον δ' ἐνόρειον νομάδα τ' ἐζηλωκότες, τὴν δ' ὠμότητα βάρβαροί τε καὶ φονεῖς, ἱλασκόμενοι τὰ θεῖα τοῖς ἀσεβήμασι.

Cytas urbem, quæ olium Cydeacæ (*Cytea seu Cyte?*) dicebatur stadia 30, milia 4.

Ab Athenæone autem usque ad Cytas Scythæ habitant. Inde Bosporus Cimmerius sequitur.

A Cytis ad Cimmerium urbem stadia 60, milia 8; ibi est statio navium tuta ab ventis ex occidente spirantibus. Objectæ in mari duæ sunt insulæ saxosæ exiguæ, haud magno a terra spatio distantes. Ab ore Mæotidis paludis usque ad Cimmerium stadia sunt 300, milia 40; a Panticapæo urbe ad Cimmericum stadia 240, milia 32 (*E Menippo*).

51. A Cimmerico ad Cazecam vicum mari adsitum stadia 180, milia 24. A Cazeca ad Theudosiam, urbem desertam, instructam portu, stadia 280, milia $37\frac{1}{3}$. Hæc antiqua civitas græca erat, Milesiorum colonia, multis passim literarum monumentis celebrata (*Hucusque eadem Arrianus*). Nunc Theudosia Alanicâ sive Taurorum dialecto appellatur Ardabda, id est, Heptatheos sive septem habens deos. In Theudosia dicuntur aliquando Bosporanorum exsules habitasse.

52. A Theudosia ad Athenæon portum sive Scythotaurorum portum desertum stadia 200, milia $26\frac{2}{3}$: ibi navium statio tranquilla. Ab Athenæone portu sive Scythotaurorum ad Lampadem stadia 600, milia 80; illic statio navium. A Lampade ad Criu-metopon, arduum Tauricæ promontorium, stadia 220, milia $29\frac{1}{3}$.

53. Hunc in locum Tauricæ quidam dicunt olim venisse subreptam ex Aulide Iphigeniam... Numerosis autem Tauri turbis pollent vitæ montanæ vagæque dediti, crudelitate cædibusque barbari, exorantes numina impiis sceleribus (*E perieg. iamb.* 828-34).

‖— 1. Κύτας... Κυδεάκαι] De formis Κύται, Κύτη, Κύταια monui ad Scylac. p. 57. Adde Κύταιαν ex Ptolemæo, qui oppidum ab ora in mediterranea rejecit, ut passim. Κυδεάκαι haud dubie corruptum; fort. erat Κύδαια καὶ [Κύταια]. Situs locus in *Takil Bouroun* ad *Opouk* montem, ut Ukertus p. 476 censet, laudato Pallas *Reise* II, p. 341; ad lacum *Osta Sarai*, ex sententia Lapiei. — Verba ἀπ' Ἀθηναιῶνος... ὁ Κιμμερικός ἐστι ex alio fonte, in quo inversus fuit Peripli ordo, ratione incommoda interponuntur, sive quod gentium confinia auctor notare voluit, sive quod Bospori initium ad Cytas secundum nonnullos esse indicandum putavit. ‖ — 6. Κιμμερικῶν codex. In seqq. legitur ἀπὸ τοῦ Κιμμερικοῦ. Cur scribatur Κιμμέριον vel Κιμμερίων causa idonea non est. Ptolemæus Κιμμέριον in mediterraneis Chersonesi habet eodem haud dubie errore, quo Κύτας in interiora retrusit. Alius nemo hujus loci meminit. De iis qui Cimmerium in latere Bospori Asiatico ponunt, sive errantes sive aliud a nostro diversum memorantes, vide not. ad Scymnum 896, ubi adde Geographum Rav. V, 10. Nostrum Cimmericum prope *Elkenkaja* et montem *Opouk* (ὄρος Κιμμέριον Strabonis p. 309 sec. Kœhlerum *Mem. de l'Acad. de Pet.* IX, p. 664. At v. Ukert III. 2, p. 461), ubi ruinæ exstant, situm fuisse, insulas autem esse *Kavari* rupes probabiliter censent Dubois V, p. 256 et Ukertus. Cf. Georgii *Geogr.* II, p. 382. Lapieo est *Takil-Bouroun*. ‖ — 7. ἀφ' ἑσπέραν codex.

§ 51, l. 13. κώμην Καζέκας] Hunc vicum Arrianus quoque memorat, omissis locis inter Panticapæum et Cazecam mediis. Distantiarum ratio concinit; uterque periplus a Panticapæo ad Cazecam stadia habet 420. ‖— 15. Θεοθοσίαν Arrian. ‖ — 17. τῶν ante Μιλησίων om. Arrian. ‖ — 18. ἐν πολλοῖς γράμμασι Arrian. ‖ — 20. Ἀρδάβδα] sic codex; vulgo Ἀρδαύδα. Postea Κάφα (Constant. P. De adm. imp. c. 53); nunc *Kaffa*. Quod sequitur λέγεταί ποτε κτλ., fortasse e periegesi iambica ductum. ‖ — 21. ἐκ τῶν Βοσπόρου cod.

§ 52, l. 22. Ἀθηναιῶνα] Hoc nomen nonnisi ex Nostro notum; alterum habet Arrianus. Arguunt hæc conflatos fontes duos, quorum ex altero nobis ignoto (e perieg. iamb., ut puto) fluxit etiam istud: ἐνταῦθα ὅρμος ναυσὶν ἄκλυστος.

§ 53, l. 32. δὲ.. τε.. δὲ codex. ‖ — ἐνόριον codex, emendavit Bastius.

54. Ἡ Ταυρικὴ δὲ χερρόνησος λεγομένη τούτοις συνάπτει, πόλιν ἔχουσα Ἑλληνίδα, ἣν Ἡρακλεῶται Δήλιοί τ' ἀπῴκισαν, τοῖς Ἡρακλεώταις γενομένου χρησμοῦ τινὸς τοῖς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσιν ἐντὸς Κυανέων ἅμα Δηλίοις χερρόνησον οἰκίσαι.

55. Ἀπὸ δὲ Κριοῦ μετώπου εἰς Συμβόλου λιμένα, Ταυρικὸν καὶ τοῦτον, ἤτοι Συμβόλων λεγόμενον, στάδιοι τ', μίλια μ'· ἐνταῦθα λιμὴν ἄκλυστος. Ἀπὸ δὲ Συμβόλου λιμένος εἰς Χερρόνησον πόλιν ἤτοι Χερσόνησον τῆς Ταυρικῆς, ἄποικον Ἡρακλεωτῶν τῶν ἐν τῷ Πόντῳ, στάδιοι ρπ', μίλια κδ'. Ἐνταῦθα ὅρμος καὶ λιμένες καλοί.

56. Ἔχει δὲ παράπλουν τὰ ὅρια τῆς Ταυρικῆς Χερρονήσου ἀπὸ Ἀθηναιῶνος λιμένος μέχρι Καλοῦ λιμένος, σταδίους ͵βχ', μίλια τμς', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ κώμης τῆς Πορθμίτιδος τῆς ἐν τῷ τέλει τῆς Εὐρώπης τῆς ἐν τῷ στομίῳ τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἤτοι τοῦ Ταναέως κειμένης, ἕως Χερσῶνος στάδιοι ͵βσξ', μίλια τα', γ'. Ὁμοῦ ἀπὸ Βοσπόρου ἤτοι Παντικαπαίου ἕως πόλεως Χερσῶνος στάδιοι ͵βσ', μίλια σϟγ', γ'.

57. Ἀπὸ δὲ Χερσῶνος εἰς Κορονῖτιν ἤτοι Κερκινῖτιν λεγομένην στάδιοι χ', μίλια π'. Ἀπὸ δὲ Κορονίτιδος ἤτοι Κερκινίτιδος εἰς Καλὸν λιμένα Σκυθικὸν Χερσωνίτιδος στάδιοι ψ', μίλια ϟγ', γ'. Ἀπὸ οὖν Καλοῦ λιμένος μέχρι τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ ἤτοι Δανούβεως καλουμένου πάλιν Σκῦθαι κατοικοῦσιν. Ἀπὸ δὲ Καλοῦ λιμένος κόλπος ἐκδέχεται καλούμενος Καρκινίτης, διήκων [εἰς] Ταμυράκην· ἔστι δὲ ὁ κόλπος στάδιοι ͵βσν', μίλια τ'. Μὴ περιπλέοντι τοίνυν αὐτὸν, ἀλλ' ἐπ' εὐθείας διαπλέοντι τὸν ἰσθμὸν, εἰσὶ στάδιοι τ', μίλια μ'. Ἔσω δὲ Ταμυράκης ἔστι λίμνη οὐ μεγάλη.

58. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκρωτηρίου Ταμυράκης παρήκει ὁ Ἀχίλλειος δρόμος, ὅπερ ἐστὶν ἠὼν (τουτέστιν αἰγιαλὸς) σφόδρα μακρὰ καὶ στενὴ, διήκουσα τὸν πόρον ἐπὶ

54. Taurica chersonesus, quam dicunt, his jungitur, urbem habens Græcam, quam Heracleenses Deliique condiderunt, quum oraculum præcepisset Heracleensibus, qui Asiam intra Cyaneas incolunt, ut una cum Deliis chersonesum frequentarent (*Ex ead.* 822-27).

55. A Criumetopo ad Symboli vel Symbolôn portum item Tauricum stadia 300, milia 40; portus ibi tranquillus. A Symboli portu ad Cherronesum urbem sive Chersonesum Tauricæ, coloniam Heracleensium Ponticorum, stadia 180, milia 24; ibi statio portusque pulchri (*Ex Arrian. et Menippo*).

56. Prætervectionem habent termini Tauricæ Chersonesi, ab Athenæone portu usque ad portum Pulchrum, stadiorum 2600, milium 346 ⅔. Ab oppido vero Porthmitide, quod est in extremitate Europæ ad os Mæotidis paludis sive Tanais usque ad Chersonem stadia sunt 2260, milia 302 ⅓. A Bosporo sive Panticapæo usque ad Chersonem urbem stadia sunt 2200, milia 293 ⅓.

57. A Chersone ad Coronitin sive Cercinitin sunt stadia 600, milia 80. A Coronitide sive Cercinitide ad Pulchrum portum Scythicum Chersonitidis stadia 700, milia 93 ⅓. A portu Pulchro ad Istrum flumen sive Danubium rursus habitant Scythæ. A Pulchro portu sinus excipit appellatus Carcinites, cujus os pertingit ad Tamyracen. Sinus ille est stadiorum 2250, milium 300; sin non circumnaviges eum, sed rectâ ostii angustias trajicias, sunt stadia 300, milia 40. Intra Tamyracen palus est non magna.

58. A Tamyrace promontorio Achilleus cursus, qui est tænia perlonga et arcta, per fretum porrecta ad stadia 1200, milia 160, latitudinem habens

§ 55, l. 6. Συμβόλου.. Συμβόλων] Εὐβούλου.. Σύμβουλον codex, et mox ἀπὸ δὲ Συμβούλου λιμένος. V. not. ad Arrian. § 30.

§ 56, l. 15. μίλια τμς', ∠' ς'] μίλια τμβ' ∠' γ' codex. Stadia 2600 ab Athenæone sive Scythotaurorum portu usque ad Καλὸν λιμένα e singulis Arriani et Anonymi numeris recte colliguntur. Ceterum hic computus non hoc loco apponendus erat, sed § 57 ubi de Pulcro portu, 1300 stadiis a Chersoneso urbe dissito, sermo est. Causam harum ineptiarum præbuisse videntur verba ἐνταῦθα ὅρμος καὶ λιμένες καλοί. || — 18. μίλια τα'] τβ' codex. A Chersoneso ad Panticapæum recte numerantur stadia 2200; tot enim e singulis numeris efficiuntur (222 ½ mil. seu 1780 stadia sec. Plin. IV, 24). A Panticapæo ad os Mæotidis supra vidimus numerari stadia 60, adeo ut hucusque summa sit stadiorum 2260, quam præbet Anonymus. Computationes istas ex alio quodam periplo ductas esse etiam inde colligis quod Chersonesum quam supra dixerat, hoc loco vocat Chersonem, de quo nomine ætatis posterioris constat, et Πορθμῖτιν quæ supra erat Πορθμία vel Πόρθμιον.

§ 57, l. 21. Κορονῖτιν ἤτοι Κερκινῖτιν] Κερκινίτην h. l. codex; em. Tzschukke ad Melam II, 1. Κορονῖτιν num ejusdem nominis corruptio sit necne, ambiguum. Mox memorat κόλπον Καρκινίτην, cujus nulla apud Arrianum mentio. || — 23. Χερσωνίτιδος] τῶν Χερσονησιτῶν portum dicit Strabo. V. Arrian. § 30. || — 25. Δανούβεως] Δανάπρεως codex. Danapris (*Dnieper*) vocatur Borysthenes, ut ipse etiam Anonymus in sqq. monet. Cf. Menander Protect. in Fr. H. IV, p. 246. Constantin. Porph. De adm. imp. p. 73, 5. 177, 5. 179, 13 etc. ed Bonn.; Geogr. Rav. IV, 5: *Flumina... Ava, Borysthenes* [*sive* add.] *Danapris*. || — 28. εἰς inseruerunt editores. De re cf. not. ad Arrian. § 30. || — 30. ἰσθμὸν vocem usurpat de angusto sinus ostio (nam angustum erat ex sententia auctoris, qui interiori sinus oræ tribuit stadia 2250). V. Eustathius ad Odyss. p. 1847, 44 sqq. || — 31. Ταμυριάκης et mox Ταμυριάκους cod.; em. Voss.

§ 58, l. 33. Ἀχίλλειος δρόμος κτλ.] Cum nostris conferri meretur Strabo p. 307: Μετὰ δὲ τὴν πρὸ τοῦ Βορυσθένους νῆσον ἑξῆς πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλοῦς ἐπὶ ἄκραν τὴν τοῦ Ἀχιλλείου δρόμου, ψιλὸν μὲν χωρίον, κα-

σταδίους ͵ασ', μίλια ρξ', τὸ δὲ πλάτος ἔχουσα τετράπλεθρον· τὰ δὲ ἄκρα αὐτῆς νησίζοντα ἔχει· ἀφέστηκε δὲ τῆς ἠπείρου σταδίους ξ', μίλια η'. Κατὰ μέσον δὲ αὐτῆς αὐχὴν ἰσθμοειδὴς (τουτέστι στενώδης) τῇ ἠπείρῳ (ἤτοι τῇ γῇ) συνάπτει, ἐπὶ σταδίους μ', μίλια ε', γ', διήκων τὸ μῆκος. Ἀπὸ Ταμυράκης τοίνυν παραπλεύσαντι τὸν προειρημένον δρόμον ἐπὶ τὸ ἕτερον ἀκρωτήριον τοῦ Ἀχιλλέως δρόμου, ὃ καλεῖται ἱερὸν ἄλσος τῆς Ἑκάτης, εἰσὶν οἱ προειρημένοι στάδιοι ͵ασ', μίλια ρξ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ ἄλσους τῆς Ἑκάτης εἰς Βορυσθένην ποταμὸν ναυσίπορον, τὸν νῦν Δάναπριν λεγόμενον, στάδιοι σ', μίλια κς', ∠', ς'.

59. Οὗτος ὁ Βορυσθένης ποταμὸς πάντων ἐστὶ χρειωδέστατος, κήτη μεγάλα καὶ πολλὰ καὶ καρποὺς φέρων τοὺς φυομένους, νομάς τε τοῖς βοσκήμασιν· ῥεῖν δ' αὐτὸν ἐπὶ μὲν ἡμερῶν λέγουσι πλοῦν ὡς τεσσαράκοντα πλωτόν· εἰς δὲ τοὺς ἄνω τόπους ἄπλωτός ἐστι καὶ οὐ περάσιμος· ὑπὸ χιόνος γὰρ καὶ πάγων ἐξείργεται.

60. Ἐπὶ δὲ ταῖς καθ' Ὕπανιν καὶ Βορυσθένην ταῖς τῶν δυοῖν ποταμῶν συμβολαῖς ἔστιν κτισθεῖσα πόλις, πρότερον μὲν Ὀλβία καλουμένη, μετὰ δὲ ταῦτα ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης κληθεῖσα· ταύτην δὲ κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν Μιλήσιοι κτίζουσιν· διακοσίων δὲ καὶ τεσσαράκοντα σταδίων τὸν ἀνάπλουν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἔχει τῷ ποταμῷ Βορυσθένει (τῷ νῦν καλουμένῳ Δανάπρει, μίλια λδ').

61. Ἀπὸ δὲ Βορυσθένους ποταμοῦ ἐπὶ νῆσον μικροτάτην, ἔρημον καὶ ἀνώνυμον στάδιοι ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ νήσου μικροτάτης, ἐρήμου καὶ ἀνωνύμου εἰς Ὀδησσὸν στάδιοι π', μίλια ι', ∠' ς'. Ἀπὸ δὲ Ὀδησσοῦ εἰς

jugerum quatuor; extremitates ejus pæne redduntur insulæ; a continente abest stadiis 60, milibus 8. In medio ejus cervix isthmo similis sive angusta, continenti sive terræ jungitur, *latitudine* patens ad stadia 40, milia 5 $\frac{1}{3}$. Porro a Tamyrace præternaviganti jam dictum cursum usque ad alterum promontorium Cursus Achillei, quod dicitur Sacer Hecates lucus, stadia sunt jam dicta 1200, milia 160. A sacro Hecates lucu ad Borysthenem fluvium navigabilem, qui nunc Danapris appellatur, stadia 200, milia 26 $\frac{2}{3}$.

59. Hic Borysthenes fluvius omnium utilissimus est, pisces magnos plurimosque et fructus alens plantarum et pascua pecudi. Quem fluere dicunt ferendis navibus idoneum in quadraginta dierum navigationem; ad superiores autem locos nec navigabilis est nec permeabilis; nix enim atque glacies impedit (*Perieg. iamb.* 813-19).

60. Ad Hypanis et Borysthenis amnium geminos confluentes urbs condita est, prius Olbia dicta, postea a Græcis rursus nominata Borysthenes. Hanc Milesii condunt tempore imperii Medici. Ducentorum et quadraginta stadiorum (32 milium) a mari est ad eam navigatio adverso Borysthene flumine, (qui nunc Danapris appellatur) (*E Perieg. iamb.* 804-12).

61. A Borysthene fluvio ad insulam parvam admodum, desertam et nomine carentem, stadia 60, milia 8. Ab exigua hac insula deserta et sine nomine ad Odessum stadia 80, milia 10 $\frac{2}{3}$. Ab Odesso usque ad Sco-

λούμενον δ' ἄλσος, ἱερὸν Ἀχιλλέως· εἶθ' ὁ Ἀχίλλειος δρόμος, ἀλιτενὴς χερρόνησος· ἔστι γὰρ ταινία τις ὅσον χιλίων (1200 Anon.) σταδίων μῆκος ἐπὶ τὴν ἕω, πλάτος δὲ τὸ μέγιστον δυεῖν σταδίων, ἐλάχιστον τεσσάρων πλέθρων, διέχουσα τῆς ἑκατέρωθεν τοῦ αὐχένος ἠπείρου σταδίους ἑξήκοντα, ἀμμώδης, ὕδωρ ἔχουσα ὀρυκτόν· κατὰ μέσην δ' ὁ τοῦ ἰσθμοῦ αὐχὴν ὅσον τετταράκοντα σταδίων· τελευτᾷ δὲ πρὸς ἄκραν ἣν Ταμυράκην καλοῦσιν, ἔχουσαν ὕφορμον βλέποντα πρὸς τὴν ἤπειρον. — Brevis hujus Δρόμου mentio apud Herodot. IV, 55; ad eundem locum spectare videntur verba δρόμους καλλισταδίους ap. Euripid. Iph. Taur. 435. Uberiora præbent Mela II, 1, Plinius IV, 26, Ptolemæus II, 5; perperam situm definiunt Marcellin. XXII, 8, 29 et Dionys. Perieg. 306. Cf. Eustath. ad Dion.; Stephan. Byz. v. Ἀχίλλειος δρόμος. Tzetzes ad Lyc. 193. De Arriano vide not. ad ejus Peripl. § 31. Fuse hæc omnia persecutus est Kœhler *Sur les îles et la course consacrées à Achille dans le Pont Euxin* in *Mem. de l'Acad. de Petersb.* t. X, p. 530 sqq. Cf. Ukert. III, 2, p. 442 sq., Georgii II, p. 352. ‖ — 3. μέσον] μέσην cod.; em. Bernhardy Anal. p. 27. Possis etiam Κατὰ μέσην αὐχὴν, coll. Strabone. Vocem στενώδης interpres finxerit. Pro ἰσθμοειδής fuerit ἰσθμώδης. ‖ — 6. μῆκος] deb. πλάτος. ‖ — 12. στάδιοι σ'] stad. 150 Arrianus.

§ 60, l. 19. Ὕπανιν] In margine codicis adscriptum scholion: Φασί τινες κατὰ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν γίνεσθαι ζῶον, καλούμενον ἐπιβάλλον, ὅπερ αὐθήμερον τήν τε γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν ὑφίσταται. De hoc nomine aliunde non constat nisi ex scholio ad Antigoni Mirab. c. 92 a Bastio Ep. crit. p. 26 allato: Περὶ τοῦ καλουμένου ἐπιβάλλοντος ζώου, ὃ μίαν ἡμέραν ζῇ. De insectis istis (ἐφημέροις, μονημέροις, ἡμεροβίοις) vide Aristot. Hist. An. V, 7, 14. I, 5, 7; Ælian. H. An. V, 43; Plinius XI, 36; Antigon. Mirab. c. 92; Athenæus VIII, p. 353, E; Cicero Tusc. qu. I, 39, qui, sicuti scholii auctor, Hypanin Europæ fluvium intelligit, quum cogitandum sit de Hypani Asiatico (v. Aristot. l. l.) sive de hod. *Kouban*, cui adjacens regio innumera insectorum multitudine etiam nunc infesta est. V. Clarke *Trav.* II, p. 60. Ukert. III, 2 p. 251. ‖ — 21. Ὀλβία καλουμένη] Ὀλβία Σαβία καλ. codex, quod ortum est ex dittographia. V. not. ad Scymn. v. 806 p. 229.

§ 61. De oræ tractu inter Borysthenem et Tyram (*Dniester*) interjecto Anonymus plura præbet quam Arrianus, qui in eo nonnisi Odessum, Istrianorum et Isiacorum portus memorat, post quos per ducenta stadia sint ἔρημα et ἀνώνυμα. Idque Arriani ætate recte dici potuerit, adeo ut ex antiquioribus fontibus, nulla temporum ratione habita, Anonymus commemoret Scopelos, Niconium, Antiphili turrem, Cremiscos et Antiphili locum. ‖ — 29. νήσου μικροτάτου codex; νη-

Σκοπέλους χωρίον στάδιοι ρξ', μίλια κα', γ'. Ἀπὸ δὲ Σκοπέλων εἰς Ἰστριανῶν λιμένα στάδιοι ϙ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Ἰστριανῶν λιμένος εἰς Ἰσιακῶν λιμένα στάδιοι ϙ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰσιακῶν λιμένος ἐπὶ τὸ Νικώνιον χωρίον στάδιοι τ', μίλια μ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Νικωνίου χωρίου εἰς Τύραν ποταμὸν ναυσίπορον στάδιοι λ', μίλια δ'.

62. Οὗτος ὁ Τύρας ποταμὸς, βαθύς τ' ὢν εὔβοτος [τε] ταῖς νομαῖς, τῶν ἰχθύων ἐστὶν διάθεσιν ἐμπόροις ἔχων, ταῖς ὁλκάσι τε ναυσὶν ἀνάπλουν ἀσφαλῆ. Ὁμώνυμος δὲ τῷ ποταμῷ κεῖται πόλις Τύρας λεγομένη, ἄποικος Μιλησίων.

63. Ὁμοῦ ἀπὸ Βορυσθένους ποταμοῦ ἕως Τύρα ποταμοῦ στάδιοι ωι', μίλια ρη'· ἀπὸ δὲ Χερσῶνος ἕως Τύρα ποταμοῦ στάδιοι ,δρι', μίλια φμη'. Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ γεωγράφος ἀπὸ πόλεως Χερσῶνος μέχρι Τύρα ποταμοῦ, σὺν τῷ περίπλῳ τοῦ Καρκινίτου κόλπου, γράφει σταδίους ,δυκ', μίλια φπθ', γ'. Ἀπὸ δὲ Τύρα ποταμοῦ ἐπὶ τὰ Νεοπτολέμου στάδιοι ρκ', μίλια ις'. Ἀπὸ δὲ τῶν Νεοπτολέμου ἐπὶ Κρημνίσκους στάδιοι ρκ', μίλια ις'. Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ γεωγράφος ἀπὸ Τύρα ποταμοῦ ἕως τῶν Κρημνίσκων εἶναι λέγει σταδίους υπ', μίλια ξδ'. Ἀπὸ δὲ τῶν Κρημνίσκων ἐπὶ τὰ Ἀντιφίλου στάδιοι τλ', μίλια μδ'. Ἀπὸ δὲ [τῶν] Ἀντιφίλου εἰς Ψιλὸν καλούμενον στόμα τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ

pulorum locum stadia 160, milia 21 ⅓. A Scopulis ad Istrianorum portum stadia 90, milia 12. Ab Istrianorum portu usque ad Isiacorum portum stadia 90, milia 12. Ab Isiacorum portu ad oppidum Niconium stadia 300, milia 40. A Niconio oppido ad Tyram, fluvium navigabilem, stadia 30, milia 4.

62. Hic fluvius profundus pinguisque ad alendas pecudes, venditionem piscium mercatoribus præbet, et navibus onerariis adverso amne navigationem tutam. Ejúsdem nominis urbs Tyras dicta, flumini adjacet, Milesiorum colonia (*E Perieg. iamb.* 799-803).

63. A Borysthene fluvio ad Tyram flumen, stadia 810, milia 108, a Chersone vero usque ad Tyram flumen stadia 4110, milia 548. Artemidorus vero geographus ab urbe Chersone usque ad Tyram flumen, una cum circumvectione Carcinitis sinus, numerat stadia 4420, milia 589 ⅓. A Tyra flumine ad Neoptolemi turrim stadia 120, milia 16. A Neoptolemi turri ad Cremniscos stadia 120, milia 16. Artemidorus vero geographus a Tyra flumine usque ad Cremniscos inquit esse stadia 480, milia 64. A Cremniscis ad Antiphilum stadia 330, milia 44. Ab Antiphilo ad Istri fluminis ostium, quod Psilon dicitur,

---

σίου μικροτάτου editt. ante Gailium. Deinde pro μίλια ι', ∠' ς' vulgo est μίλια ι', β'; quod mutavi. || — 2. σταδ. ϙ'] σταδ. ν' sec. Arrianum § 31, ubi vide. || — 5. Νικώνιον] De his aliter Strabo p. 306 : ἐπὶ δὲ τῷ στόματι τοῦ Τύρα πύργος Νεοπτολέμου (apud Anon. τὰ Νεοπτολέμου 120 stadiis a Tyra distant) καὶ κώμη Ἑρμώνακτος λεγομένη· ἀναπλεύσαντι δὲ ρμ' σταδίους ἐφ' ἑκάτερα πόλεις, ἡ μὲν Νικωνία, ἡ δ' ἐν ἀριστερᾷ Ὀφιοῦσσα. Secundum Nostrum 30 stadiis a Tyra fluvio distabat Niconium, idque ad mare situm fuisse statuendum est, quoniam nihil contra monetur. Eodem modo Ophiussa urbs ab aliis ad ipsam oram collocata esse videtur (v. not. ad Scymn. 789). Idque de Niconia Stephanus quoque testari putaretur (Νικωνία, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου (deb. τοῦ Τύρου), nisi quæ subjunguntur : Στράβων ἑβδόμῃ, negligentem excerptorem arguerent. Ceterum dissensus scriptorum componi facile potest. Scilicet quum Tyras in magnum incidat lacum, qui angusto ostio in mare exit, hunc vel mari vel fluvio accensere licebat; hoc Straboni placuit; illud Anonymi auctor statuens, recte dicere potuit Niconium 30 stadia, τὰ Νεοπτολέμου autem 120 stadia a Tyræ ostio abesse. Huc accedit, quod sic demum ratione a vero non multum recedente auctor a Niconio usque ad Istrum 900 stadia numerare potuit; nam inde a lacus ostio ne sexcenta quidem sunt. — Ceterum Ptolemæus Νικώνιον et a Tyra boream versus et ab ora maritima longissime removet, ideoque falsissima præbet. In Scylace § 68 pro Νικώνιον codex habet Νεώνειον.

§ 62, l. 11. λεγομένη] γενομένη ἀπ. Holstenius, probabiliter.

§ 63, l. 14. ωι'] Bene habet numerus. || — 15. δρι'] Numerus convenit cum computatione quæ ad finem peripli instituitur. Secundum hanc a Chersone ad Borysthenem esse debent stadia 3300; a Borysthene autem ad Tyram habemus stadia 810; hinc summa colligitur stadiorum 4110. At e singulis numeris navigationis litoralis nonnisi 3810 stadia colliguntur. Desunt stad. 300. Sed addendus videtur ἀνάπλους per Borysthenem ad Olbiam; is e Scymno affertur stadiorum 240; adeo ut summa esset stad. 4050 et desiderarentur stadía 60. — Qui subjungitur computus Artemidori, subest etiam Strabonianis (p. 308), ubi a Tyra ad Chersonesum urbem numerantur stadia 4400, pro quibus Noster accuratius 4420. Ex Anonymi ratione, si oram Cercinitæ sinus legeris, multo mãjor numerus stadiorum foret. ||— 19. ἐπὶ τὰ Νεοπτολέμου] *Similiter* paullo post τὰ Ἀντιφίλου memorantur. Strabo l. l. locum appellat Νεοπτολέμου πύργον, quod in verba Anonymi intulit Gailius. || 20. ἀπὸ δὲ τῶν] ἀπὸ δὲ τοῦ cod. || — Κρημνίσκους] Locus hic memoratur apud Plinium IV, 26 § 82 : *Ab Histro oppida Cremniscus, Æpolium, montes Macrocremni, clarus amnis Tyrus*. Attamen *Cremniscus* nomen de suo, ut videtur, ex Nostro intulit Dalecampius. Codices Silligii : *Cremensco Æpolium, Cremenscæpolium, Cremense oepolium, Crenne scopolium* et similia. Ponendus locus non longe ab ostio lacus, in quem Tyras incidit. Montes qui ad latus ejus dextrum sunt *Macrocremnos* dicit Plinius, in quibus nomen loci nostri apparet. Quæriter an huc pertineat Κρέμη, πόλις Πόντου, ap. Steph. Byz. Fortasse *Cremnisci* non diversus locus ab Hermonactis vico, quem Strabo ad ostia Tyræ collocat,

στάδιοι τ', μίλια μ'. Οὗτοι Θρᾶκες καὶ Βαστάρναι ἐπήλυδες.

64. Κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ Ψιλὸν στόμα τοῦ Ἴστρου ἐπ' εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ ἀπαρκτίᾳ ὡς τὸ πέλαγος νῆσος πρόκειται, ἥντινα οἱ μὲν Ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ δρόμον Ἀχιλλέως, οἱ δὲ Λευκὴν ἀπὸ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσιν.

65. Ἔχει δὲ πλῆθος χειροήθες ὀρνέων, θέαν τε ἱεροπρεπῆ τοῖς ἀφικνουμένοις. Οὐ δυνατὸν δέ ἐστιν ἀπὸ ταύτης χώραν ἰδεῖν, καίπερ ἀπεχούσης αὐτῆς ἀπὸ τῆς ἠπείρου σταδίους υ' (μίλια νγ', γ'), ὡς δὴ συγγράφει Δημήτριος.

66. Ταύτην τὴν νῆσον λέγεται Θέτις ἀνεῖναι τῷ παιδὶ, καὶ ταύτην οἰκεῖν τὸν Ἀχιλλέα. Καὶ ναός ἐστιν ἐν αὐτῇ τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ ξόανον (ἤτοι ἄγαλμα) τῆς πάλαι ἐργασίας. Ἡ δὲ νῆσος ἀνθρώπων μὲν ἐρήμη ἐστίν· νέμεται δὲ αἰξὶν οὐ πολλαῖς, καὶ ταύτας μὲν ἀνατιθέναι λέγονται τῷ Ἀχιλλεῖ ὅσοι ἀεὶ προσίσχουσι. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα ἀνάκειται ἐν τῷ ναῷ, φιάλαι, δακτύλιοι καὶ λίθοι τῶν πολυτελεστέρων. Ταῦτα ξύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ ἀνάκειται, καὶ ἐπιγράμματα, τὰ μὲν ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ ἑλληνικῶς πεποιημένα ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως.

67. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ψιλοῦ καλουμένου στόματος τοῦ Ἴστρου εἰς [τὸ] δεύτερον στόμιον στάδιοι ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ τοῦ δευτέρου στομίου ἐπὶ τὸ Καλὸν στόμιον στάδιοι μ', μίλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Καλοῦ στομίου ἐπὶ τὸ Νάρακον (ὧδε ὀνομάζουσι στόμιον τέταρτον τοῦ Ἴστρου) στάδιοι ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Νarάκου ἐπὶ [τὸ] Ἱερὸν λεγόμενον στόμιον πέμπτον τοῦ Ἴστρου στάδιοι ρκ', μίλια ις'. Ἐντεῦθεν τὰ μέρη Θρᾴκης τῆς εἰς τὸν Πόντον καθηκούσης ἐκδέχεται, καὶ ὅροι τῶν Θρᾳκῶν. Τὰ δὲ πρότερα πάντα βάρβαρά ἐστιν ἔθνη.

68. Οὗτος ὁ Ἴστρος ποταμὸς ὁ καὶ Δανοῦβις λεγόμενος κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων, τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος· δυσὶ δὲ πόροις σχιζόμενος καὶ εἰς τὸν Ἀδρίαν ῥεῖ. Ἀμέλει δὲ ἄχρι τῆς Κελτικῆς γινώσκεται καὶ τῷ θέρει τὸν πάντα διαμένων χρόνον· χειμῶνι μὲν γὰρ αὔξεται πληρούμενος τοῖς γινομένοις ὄμβροισι καὶ ἀπὸ τῆς χιόνος, ὥς φασι, τὰς ἐπιρρύσεις τῶν τε τηκομένων λαμβάνων ἀεὶ πάγων, ἐν δὲ τῷ θέρει τὸ ῥεῖθρον ἐξίησιν ὡσαύτως ἴσον. Ἔχει

stadia 300, milia 40. Hi sunt Thraces et Bastarnæ advenæ.

64. Huic autem Psilo Istri ostio, navigantibus recta aparctia vento altum versus mare, objacet insula, quam alii Achillis insulam, alii cursum Achillis, alii Leucen a colore appellant (*Ex Arrian.* § 32).

65. Habet multitudinem avium mansuefactarum, et venerandum præbet eo venientibus adspectum. Ex ea terra videri nequit, quamquam non distat continens ultra stadia 400, sive milia 53 $\frac{1}{3}$, ut tradidit Demetrius (*E perieg. iamb.* 792-96.)

66. Hanc insulam dicunt Thetin filio suo concessisse, eamque inhabitare Achillem, cujus in ea est templum et simulacrum vetustissimi operis. Rari autem in hac insula sunt homines, eamque capræ non admodum multæ depascuntur, quas quicunque illuc appellunt, Achilli offerre dicuntur. Multa præterea alia dona in hoc templo reposita sunt, ut phialæ, annuli, gemmæ pretiosissimæ. Omnia hæc donaria Achilli dedicata sunt, et inscriptiones, partim romano partim græco sermone conditæ, alio alioque versuum genere, in laudem Achillis (*Ex Arriano* § 32.)

67. Ab ostio Istri, quod Psilon appellatur, ad secundum ejus ostium stadia 60, milia 8. A secundo ostio ad Pulchrum ostium stadia 40, milia 5 $\frac{1}{3}$. A Pulchro ostio ad Naracum (ita appellant quartum Istri ostium) stadia 60, milia 8. A Naraco ad quintum Istri ostium, quod Sacrum dicitur, stadia 120, milia 16 (*Ex Arriano* § 35). Deinde excipiunt partes Thraciæ in Pontum vergentes et Thracum limites. Gentes autem supra dictæ sunt omnes barbaræ.

68. Hic Ister fluvius (qui etiam Danubis vocatur) ex occiduis plagis deveniens quinque ostiis in Pontum exit, duobus vero alveis scissus in Adriam quoque influit. Ad Celticam usque bene notus est, [*idem et hieme*] et æstate omni manens tempore; nam hieme quidem augetur et impletur quæ fiunt pluviis; ex nive autem, ut ferunt, augmenta et ex liquefacta subinde sumens glacie, etiam æstate fluentum emittit pariter æquale. Habet etiam insulas in ipso sitas multas atque

---

cujusque Ptolemæus quoque meminit. Aliter de situ horum locorum statuendum foret ex mensuris Artemidori, quas Menippus videtur correxisse. Τὰ Ἀντιφίλου aliunde non nota; Ptolemæus in hoc tractu habet *Harpin* locum. ‖ — 1. οὗτοι Θρᾶκες] Expectabas ἐνταῦθα vel ἐντεῦθεν. Oratio abrupta arguit centonem Artemidori vel, ut nonnullis placuit, periegeseos poeticæ (cujus vid. v. 797).

§ 64, l. 4. ἀπαρκτιανιωστὸ πέλαγος codex; em. Voss. Cf. not. ad Arrian. Perip. § 32 init.

§ 65, l. 11. υ'] πεντακοσίους secundum Strabonem p. 306. Ne 400 quidem stadia distat.

§ 66, l. 22. Ἀχιλλεῖ καὶ ἀνάκεινται καὶ ἐπιγεγραμμένα codex; illud Arrianus.

§ 67, l. 29. τὸ Νάρακον] τὸν Ἄρακον et mox ἀπὸ τοῦ Ἀράκου codex; em. Voss.

§ 68, l. 37. πόροις σχιζόμενος] περισχιζόμενος codex. Ceterum cf. not. ad Scymn. 776. Versus refingi possit ita: δυσὶ δὲ πόροις ῥεῖ σχιζόμενος εἰς Ἀδρίαν. ‖ — 43. ἐν δὲ τῷ θέρει] Locum impeditum in prosaicis hisce intactum relinquo. Quomodo ad poetæ mentem, quam non assecutus esse videtur excerptor, revocare hæc viri docti studuerint, vid. p. 227 sq. not. In latinis ita verti quasi in græcis pro

δὲ καὶ νήσους ἐν αὐτῷ κειμένας πολλάς τε καὶ μεγάλας τοῖς μεγέθεσιν, ὡς λόγος· ὧν ἡ μεταξὺ τῆς θαλάττης κειμένη καὶ τῶν στομάτων, ἐστὶν οὐκ ἐλάττων μὲν τῆς Ῥόδου νήσου, Πεύκη δὲ λέγεται αὕτη διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἔχει πευκῶν. Εἶθ' οὕτως· Μετ' αὐτὴν πελαγία κειμένη ἡ προειρημένη τοῦ Ἀχιλλέως νῆσος.

69. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ στομίου τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ εἰς πόλιν Ἴστρον στάδιοι φ', μίλια ξς', ∠' ς'.

70. Αὕτη ἡ πόλις Ἴστρος ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔλαβεν τὸ ὄνομα. Καὶ ταύτην τὴν πόλιν Μιλήσιοι κτίζουσιν, ἡνίκα Σκυθῶν εἰς τὴν Ἀσίαν στράτευμα διέβη βαρβάρων, τὸ Κιμμερίους διῶκον ἐκ τοῦ Βοσπόρου.

71. Ἀπὸ δὲ Ἴστρου πόλεως εἰς Τομέων πόλιν ἔχουσαν ὕφορμον στάδιοι τ', μίλια μ'.

72. Τόμοι ἄποικοι γενομένοι Μιλησίων, ὑπὸ Σκυθῶν ἐν κύκλῳ [περι]οικούμενοι.

73. Ἀπὸ δὲ Τομέων εἰς Κάλλατιν πόλιν, ἐν ᾗ ὅρμος ναυσὶ, στάδιοι τ', μίλια μ'.

74. Κάλλατις Ἡρακλεωτῶν ἀποικία κατὰ χρησμὸν γενομένη. Ἔκτισαν δὲ ταύτην, ἡνίκα τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν Ἀμύντας παρέλαβεν.

75. Ἀπὸ δὲ Καλλάτιδος εἰς Καρῶν λιμένα στάδιοι ρπ', μίλια κδ'. Καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος Καρία κληίζεται. Νῦν δὲ αἱ Καρίαι λέγονται Καρέα. Ἀπὸ δὲ Καρῶν λιμένος εἰς Τετρισιάδα ἤτοι Τίριζαν ἄκραν λεγομένην, ἔχουσαν καὶ ὕφορμον τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, νῦν [δὲ] λεγομένην Ἄκραν, στάδιοι ρκ', μίλια ις'. Ἀπὸ δὲ Τετρισιάδος ἤτοι Ἄκρας εἰς Βιζώνην πολίχνιον, ἐν ᾧ σάλος, στάδιοι ξ', μίλια η'.

76. Τοῦτο τὸ πολίχνιόν τινες μέν φασιν βαρβάρων, τινὲς δ' ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας.

77. Ἀπὸ δὲ Βιζῶνος εἰς Διονυσόπολιν στάδιοι π', μίλια ι', ∠' ς'.

78. Αὕτη ἡ Διονυσόπολις πρῶτον ὠνομάζετο Κρουνοὶ διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις· ἔπειτα δὲ μετωνομάσθη Ματιόπολις· ὕστερον δὲ, Διονυσιακοῦ ἀγάλματος προσπεσόντος ἐκ τῆς θαλάττης τοῖς τόποις, Διονυσόπολιν λέγουσι κληθῆναι πάλιν. Ἐν μεθορίοις δὲ τῆς Κροβύζων καὶ Σκυθῶν χώρας κειμένη, μιγάδας Ἕλληνας οἰκητὰς ἔχει.

magnas ambitu, ut fama est; quarum una inter mare jacens fluviique ostia non minor est Rhodo. Peuce ei nomen propter copiam quam continet picearum. *Deinde sic pergit :* Post eam in alto jacet Achillis insula, *de qua nos jam diximus* (*E perieg.* 774-91).

69. A Sacro ostio Istri ad civitatem Istrum stadia 500, milia 66 $\frac{2}{3}$ (*Ex Arrian.* § 35).

70. Hæc urbs ab Istro fluvio nomen accepit; et eam urbem condiderunt Milesii, quum Scytharum barbarorum exercitus in Asiam transiit, Cimmerios Bosporanos persequens (*E perieg.* 767-72).

71. Ab Istro urbe ad Tomensium urbem, navium statione instructam, stadia 300, milia 40 (*Ex Arrian.* § 35).

72. Tomi, Milesiorum colonia, a Scythis accolis undique cingitur (*E perieg.* 765 sq.)

73. A Tomensibus ad Callatin urbem, ad quam statio navium est, stadia 300, milia 40 (*Ex Arrian.* § 35).

74. Callatis, Heracleotarum colonia, deducta jussu oraculi. Condiderunt eam quando Macedonum regnum Amyntas suscepit (*E perieg.* 761 *sqq.*).

75. A Callati ad Carum portum stadia 180, milia 24. Regio quoque quæ circa portum est, Caria nuncupatur (*Ex Arrian.* § 35). Nunc vero *Caria* vocatur Carea. — A Carum portu ad Tetrisiadem seu Tirizam acram, quæ stationem a ventis ex occidente flantibus tutam habet, et nunc Acra dici solet, stadia sunt 120, milia 16. A Tetrisiade sive Acra ad Bizonem oppidulum, ubi salum est, stadia 60, milia 8 (*Cf. Arrian.* l. l.).

76. Id oppidulum nonnulli ferunt esse barbarorum, quidam vero Mesembriæ coloniam (*E perieg.* 759 sq.).

77. A Bizone ad Dionysopolin stadia 80, milia 10 $\frac{2}{3}$ (*Ex Arrian.* § 35).

78. Hæc urbs antea Cruni appellabatur ob vicinas aquarum scaturigines; deinceps vero dicta est Matiopolis. Tandem vero, quum e mari appulsa eo fuisset Bacchi statua, Dionysopolis vocata est. In confiniis vero Crobyzorum et Scytharum regionis sita est, et incolas habet Græcos aliis mixtos (*E perieg.* 751-57).

καὶ ἀπὸ τῆς χιόνος... ἐν δὲ τῷ θέρει legeretur : ἀπὸ δὲ τῆς χιόνος.. καὶ ἐν τῷ θέρει, transpositis v. δὲ et καί. || — ἐξίησιν] ἔξεισιν codex; em. Meineke. || — 2. θαλάσσης codex. || — 5. εἶθ' οὕτως] In his si poetæ verba latent, medicina egent violentiore (vid. not. ad Scymn. 790). At præstat aut nihil mutare aut leni manu scribere εἶθ' οὗτος, et ita verba interpretari ut feci. Indicare Anonymus voluit quomodo poeta (a meridie boream versus pergens) de situ insulæ statuerit, ideoque hæc instar appendicis subjunxit, quum nostræ ex ordine periegeseos prorsus omittenda fuissent.

§ 69. εἰς πόλιν καὶ ποταμὸν καὶ Ἴστρον codex. Arrianus § 35 urbem vocat Ἰστρίαν. — Mox. § 70, l. 12 τῆς Βοσπόρου codex.

§ 71. εἰς Τομέαν, sed paullo post § 73 ἀπὸ Τομέων, codex.

§ 72. Τόμοι] Τομέοι codex. Fortasse tamen poeta, ex quo hæc interponuntur, sicut Arrianus, Τομεῖς scripsit. — Mox γινόμενοι et οἰκουμένη codex.

§ 73. Κάλατιν codex ubique.

§ 75, l. 24. ρπ'] ρκ' codex; em. Voss. || — Κάριαι etc.] sic editt., falso haud dubie.; codex αἱ χαραι (sine acc.). Quid lateat nescio. In sqq. etiam nonnulla Anonymus habet, quæ in Arriano non leguntur. || — 25. ἤτοι τιριζαναχρος (sic) codex. || — 26. ἀφ' ἑσπέραν cod.

§ 77. Βιζῶνος] sic codex; quod non mutavi in Βιζώνης. Cf. not. in Arrian.

§ 78, l. 36. Ματιόπολις] Vid. not ad Scymn. 753.

79. Ἀπὸ δὲ Διονυσοπόλεως εἰς Ὀδησσὸν πόλιν, ἐν ᾗ ὅρμος ναυσὶ, στάδιοι σ', μίλια κς', ∠' ς'.

80. Ὀδησσὸν κτίζουσι Μιλήσιοι, ὅτε Ἀστυάγης ἦρχε τῆς Μηδίας· ἐν κύκλῳ δὲ αὐτῆς ἔχει Κροβύζους Θρᾷκας.

81. Ἀπὸ δὲ Ὀδησσοῦ εἰς τοῦ Αἵμου τὰς ὑπωρείας, αἳ δὴ εἰς τὸν Πόντον καθήκουσιν, ἐν αἷς ὅρμος ναυσὶ, στάδιοι σξ', μίλια λδ', ∠' ς'.

82. Αἷμος μέγιστόν ἐστιν ὑπὲρ αὐτὴν ὄρος, τῷ Κίλικι Ταύρῳ τὸ μέγεθος προσεμφερὴς, τῇ τε κατὰ μῆκος τῶν τόπων παρεκτάσει· ἀπὸ γὰρ Κροβύζων τῶν τε Ποντικῶν ὅρων ἄχρι τῶν Ἀδριατικῶν διεκβάλλει τόπων.

83. Ἀπὸ δὲ τοῦ Αἵμου εἰς Μεσημβρίαν πόλιν στάδιοι ϙ', μίλια ιβ'.

84. Αὕτη ἡ Μεσημβρία πόλις παρὰ τὴν ὑπώρειαν τοῦ καλουμένου Αἵμου κειμένη, τῇ Θρακίᾳ τε καὶ Γετικῇ συνορίζει γῇ. Καλχηδόνιοι δὲ ταύτην καὶ Μεγαρεῖς ᾤκισαν, ὅτε ἐπὶ Σκύθας Δαρεῖος ἐστρατεύετο.

85. Ἀπὸ δὲ Μεσημβρίας εἰς Ἀγχίαλον πόλιν, ἔχουσαν καὶ λιμένα τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, στάδιοι ο', μίλια θ', γ'. Ἀπὸ δὲ Ἀγχιάλου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν, τὴν νῦν Σωζόπολιν λεγομένην, ἔχουσαν καὶ λιμένας μεγάλους δύο, στάδιοι ρπ', μίλια κδ'.

86. Ταύτην τὴν Ἀπολλωνίαν πόλιν κτίζουσιν εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι πρὸ πεντήκοντα ἐτῶν τῆς Κύρου βασιλείας. Πλείστας γὰρ ἀποικίας ἐξ Ἰωνίας ἔστειλαν εἰς τὸν Πόντον, ὃν πρὶν Ἄξενον λεγόμενον διὰ τὰς ἐπιθέσεις τῶν βαρβάρων, προσηγορίας ἐποίησαν Εὐξείνου τυχεῖν.

87. Αὗται πᾶσαι αἱ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν ᾠκισμέναι ἐν τῇ Σκυθίᾳ ἐν ἀριστερᾷ ἐσπλέοντι εἰς τὸν Πόντον. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας τῆς καὶ Σωζοπόλεως εἰς Χερρόνησον, ἐν ᾗ ὅρμος ναυσὶ, στάδιοι ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Χερρονήσου εἰς Αὐλαίου τεῖχος τὸ [καὶ] λεγόμενον Θήρας χωρίον, ἐν ᾧ καὶ ὕφορμος, στάδιοι σν', μίλια λγ', γ'. Ἐντεῦθεν τὰ μέρη τῶν Βυζαντίων ἐκδέχεται· τὰ δὲ πρότερα Θράκης τῆς εἰς τὸν Πόντον καθηκούσης τοῦ ἐν τῷ Εὐρωπαίῳ μέρει τοῦ Πόντου περίπλου. Ἀπὸ δὲ Θηρῶν χωρίου ἤτοι [τοῦ] λεγομένου Αὐλαίου τείχους εἰς Θυνιάδα, ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ καὶ ὅρμος ναυσὶ, στάδιοι ρκ', μίλια ις'. Θυνιὰς, εὐλίμενος ἄκρα τῆς Ἀστικῆς Θράκης ὑπάρχουσα.

88. Ἀπὸ δὲ Θυνιάδος εἰς Σαλμυδησσὸν στάδιοι σ', μίλια κς', ∠' ς'. Τούτου τοῦ χωρίου μνήμην ποιεῖται Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος, καὶ μέχρι τούτου λέγει τὴν στρατιὰν ἐλθεῖν τῶν Ἑλλήνων, ἧς αὐτὸς ἡγήσατο,

79. A Dionysopoli ad Odessum urbem, in qua statio navium, stadia 200, milia 26 $\frac{2}{3}$ (*Ex Arrian.* § 35).

80. Odessum condidere Milesii, quo tempore Astyages regnabat in Media; cingunt illam Crobyzi Thraces (*E perieg.* 748 sqq.).

81. Ab Odesso ad Hæmi montis radices in Pontum pertingentes, ad quas statio navium, stadia 260, milia 34 $\frac{2}{3}$ (*Ex Arrian.* § 36).

82. Hæmus excelsissimus ei (*Mesembriæ sc.*) imminet mons, Ciliciæ Tauro similis magnitudine et secundum longitudinem locorum extensione; a Corbyzis enim et finibus Ponticis usque ad Adriaticos excurrit tractus (*E perieg.* 743-47).

83. Ab Hæmo ad Mesembriam urbem stadia 90, milia 12 (*Ex Arrian. l. l.*).

84. Hæc Mesembria urbs ad radices montis dicti Hæmi sita est, Thraciæ Geticæque telluri contermina; Calchedonii et Megarenses eam condiderunt, Dario in Scythas movente (*E perieg.* 738-42).

85. A Mesembria ad Anchialum, urbem instructam portu a ventis ex occidente spirantibus tuto, stadia 70, milia 9 $\frac{1}{3}$. Ab Anchialo ad Apolloniam urbem, nunc Sozopolin dictam, binis magnis portubus instructam, stadia 180, milia 24 (*Cf. Arrian.* § 36).

86. Hanc Apolloniam urbem condiderunt Milesii, quum in hæc loca devenissent, annis ante Cyri regnum quinquaginta. Plurimas enim colonias ex Ionia deduxerunt in Pontum, quem prius Inhospitalem ob insidias barbarorum dictum, Hospitalis nomen effecere nancisci (*E perieg.* 731-37).

87. Omnes hæ civitates sunt Græcæ, conditæ in Scythia, Pontum intrantibus ad sinistram sitæ. Ab Apollonia, quæ et Sozopolis, ad Chersonesum, in qua statio navibus, stadia 60, milia 8. A Chersoneso ad Aulæi murum, quod et Theras sive Venationis castellum appellant, ubi navium statio est, stadia 250, milia 33 $\frac{1}{3}$. Deinde tractus Byzantini excipiunt; superiora vero sunt Thraciæ ad Pontum pertingentis, quæ in Europæa parte est Ponticæ circumnavigationis. A Therôn sive Venationum castello, quod etiam Aulæi murus vocatur, ad Thyniadem promontorium, ad quod statio navium, stadia 120, milia 16 (*Cf. Arrian.* § 36). Thynias promontorium, quod commodum habet appulsum, Thraciæ Asticæ est (*E perieg.* 729).

88. A Thyniade ad Salmydessum stadia 200, milia 26 $\frac{2}{3}$. Hujus loci meminit Xenophon major (*Anab.* 7,5,7), et tradit Græcorum exercitum, cui ipsi præerat, postremo cum Seuthe Thrace militantem, hucusque

§ 79. στάδιοι σ'] σταδ. σμ' cod., em. Vossius.

§ 80. αὐτῆς] αὐτῆς cod. || — Κροβύζης cod.; em. Vossius.

§ 81. σξ'] Arrianus habet τξ'; in Nostris nil mutandum probat milium numerus et cetera computus ratio.

§ 82, l. 12. ὅρων] ὀρῶν cod.; em. Letronnius.

§ 84, l. 16. παρὰ] περὶ perieg. codex. || — 18 Καρχηδόνιοι cod.

§ 85. In his nonnulla sunt, quæ non notavit Arrianus.

§ 87. Hæc quoque Arrianeis uberiora. || — 41. ἀκρωτήριον] ἀκρωτῆρα cod. || — 43. Ἀστικῆς] Ἀττικῆς codex.

§ 88, l. 44. εἰς Ἀλμυδησσὸν cod., et similiter § 88 Ἀλμυδισσός et Ἀλμυδισσοῦ. || — 45. ποιεῖται] πεποίηται Arr. || — 47. στρατειὰν codex.

ὅτε τὰ τελευταῖα σὺν Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ ἐστράτευσε· καὶ περὶ τῆς ἀλιμενότητος τοῦ χωρίου πολλὰ ἀνέγραψεν, ὅτι ἐνταῦθα ἐκπίπτει τὰ πλοῖα χειμῶνι βιαζόμενα, καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ πρόσχωροι ὅτι ὑπὲρ τῶν ναυαγίων ἐν σφίσι διαμάχονται.

89. Οὗτος δ' ὁ Σαλμυδησσὸς αἰγιαλὸς ἐφ' ἑπτακόσια στάδια τεναγώδης ἄγαν καὶ δυσπρόσορμος ἀλίμενός τε παντελῶς παρατέταται, ταῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος.

90. Ἀπὸ δὲ Σαλμυδησσοῦ εἰς Φρυγίαν τὴν καὶ λεγομένην Φιλίαν, καὶ Βυζαντίων χωρίον καὶ ἀκρωτήριον, στάδιοι τι', μίλια μα', γ'. Ἀπὸ δὲ Φρυγίας τῆς [καὶ] Φιλίας ἐς Κυανέας ἤτοι Κύλας στάδιοι τκ', μίλια μβ', ∠' ς'. Αὗται δὲ αἱ Κυάνεαι εἰσὶν, ἃς λέγουσιν οἱ ποιηταὶ πλαγκτὰς πάλαι εἶναι, καὶ διὰ τούτων πρώτην ναῦν περάσαι τὴν Ἀργὼ, ἥτις εἰς Κόλχους Ἰάσονα ἤγαγεν. Ἀπὸ δὲ Κυανέων εἰς τὸ Ἱερὸν τοῦ Διὸς Οὐρίου, ἐν ᾧ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, στάδιοι μ', μίλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ εἰς λιμένα Δάφνης τῆς Μαινομένης τὸν νῦν λεγόμενον Σωσθένην στάδιοι μ', μίλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ Σωσθένους εἰς τὸ Βυζάντιον στάδιοι π', μίλια ι', ∠' ς'. Τάδε καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου ἐπὶ Βόσπορον τὸν Θρᾴκιον καὶ Βυζάντιον.

91. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, ἕως τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἤτοι στόματος τοῦ Πόντου στάδιοι ͵γχμ', μίλια υπε', γ'.

Ἀπὸ δὲ Βορυσθένους ποταμοῦ τοῦ καὶ Δανάπρεως καλουμένου ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου στάδιοι ͵εχ', μίλια ψμς', ∠' ς'.

Ἀπὸ δὲ Χερσῶνος ἕως τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου στάδιοι ͵ηϡ', μίλια ͵αρπς', ∠' ς'.

Ἀπὸ δὲ τῆς Πορθμίας κώμης, τῆς ἐν τῷ τέλει τῆς Εὐρώπης [τῶν] τοῦ Πόντου μερῶν, τῆς ἐν τῷ στομίῳ τῆς Μαιώτιδος λίμνης κειμένης, ἤτοι Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδιοι ͵͵α͵αρ', μίλια ͵αυπ'.

Λέγεται δὲ τῆς Εὐρώπης ὁ παράπλους ἴσος εἶναι τῷ περίπλῳ τῆς Ποντικῆς τῶν τῆς Ἀσίας μερῶν.

92. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως Ἀμισοῦ στάδιοι ͵δχξ', μίλια χκα', γ'.

Ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ ἕως τοῦ Φάσεως ποταμοῦ στάδιοι ͵γωϐ', μίλια φζ'.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσεως ποταμοῦ ἕως τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἤτοι Ἀχιλλείου κώμης στάδιοι ͵δκε' μίλια φλς', ∠' ς'.

processisse. De importunitate quoque ejus tractus multa prodidit, quod navigia tempestate adacta eo ejiciantur, ac contermini Thraces de naufragii tabulis inter sese decertent (*Ex Arrian.* § 37).

89. Litus Salmydessium ad 700 extenditur stadia, admodum paludosum, aditu difficile, penitusque importuosum, navibus locus inimicissimus (*E perieg.* 724-27).

90. A Salmydesso ad Phrygiam, quæ etiam Philia dicitur, Byzantiorum oppidum et promontorium, stadia 310, milia 41 ⅓. A Phrygia sive Philia ad Cyaneas sive Cylas stadia 320, milia 42 ⅔. Hæ sunt Cyaneæ, quas poetæ quondam erraticas fuisse inquiunt, per quas etiam primam Argo navem, quæ Jasonem ad Colchos perduxit, transiisse aiunt. A Cyaneis ad fanum Jovis Urii, ad quod est os Ponti, stadia 40, milia 5 ⅓. A fano hoc ad portum Daphnes Insanientis, qui nunc Sosthenes dicitur, stadia 40, milia 5 ⅓. A Sosthene ad Byzantium stadia sunt circiter 80, milia 10 ⅔. Hæc sunt loca inde a Bosporo Cimmerio dicto usque ad Bosporum Thracium ac Byzantium (*Ex Arriano* § 37).

91. In summa a Sacro Istri ostio usque ad fanum Jovis Urii sive usque ad os Ponti, sunt stadia 3640, milia 485 ⅓.

A Borysthene autem fluvio, qui etiam Danapris dicitur, usque ad fanum Jovis Urii stadia 5600, milia 746 ⅔.

A Chersone usque ad fanum Jovis Urii stadia 8900, milia 1186 ⅔.

A Porthmia vico, qui in termino Europæ ad Pontum in ostio Mæotidis paludis sive Bospori dicti Cimmerii insidet, usque ad fanum Jovis Urii stadia 11100, milia 1480.

Europæi Ponti prætervectio dicitur æqualis esse prætervectioni Ponticæ, quæ in Asiæ partibus. cf. *scyl.* § 92.

92. A fano Jovis Urii usque ad Amisum stadia 4660, milia 621 ⅓.

Ab Amiso usque ad Phasin fluvium stadia 3802, milia 507.

A Phasi fluvio usque ad ostium Mæotidis paludis sive ad vicum Achilleum stadia 4025, milia 536 ⅔.

---

§ 90, l. 10. Φιλίαν] Hoc nomen e Scymno 723 inseruerit. καὶ ante Βυζαντίων abesse velit Meineke. || — 12. καὶ inserui. || — Φιλίας] sic ex antecc. scrib. pro τῆς Φιλέας codicis. Sin minus, in antecc. lege Φιλέαν. Utraque forma obvia. V. not. ad Scymn. et Arrian. || — 12. ἤτοι Κύλας] Hoc unde additum sit, nescio. Fortasse in libro vitiato Κυανέας sic scriptas reperit Anonymus. Margo codicis : περὶ τῶν Κυανέων ἤτοι Πλαγκτῶν. ||— 17. ἐν ᾧ] ἵναπερ Arrian., quod in Anon. intulit Vossius. || — 19. τὸν νῦν λ. Σωσθένην] Alter Anonymus (De ambitu Ponti § 2) item Sosthenium 40 stadiis ab Hiero distans memorat, sed nihil ille de Daphnes portu habet. Idque recte, quum hic in Asia, illud in Europa ex advero situm esset. Cf. not. ad Arrian. § 37.

§ 91, l. 29. ψμς'] ψμ. cod.; em. Voss. || — 31. ͵ηϡ'] ηυ' cod.; em. Voss. Eodem modo Pontici peripli mensuras exponit alter Anonymus, nisi quod numeri ejus in codice corruptiores sunt. Vide infra.

§ 92, l. 44. Ἀχιλλείου κώμης] Memoratur ex

Ὡς γίνεσθαι ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος στάδιοι ,,α,βυπζ′, μίλια ,αχξε′.

Ὁμοῦ γίνονται ὁ πᾶς περίπλους τοῦ Εὐξείνου Πόντου, τῶν τε δεξιῶν τῶν (τε) παρὰ τὴν Ἀσίαν μερῶν τοῦ Πόντου, καὶ ἀριστερῶν δὲ τῶν παρὰ τὴν Εὐρώπην μερῶν τοῦ Πόντου ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδιοι ,,β,γφπζ′, μίλια ,γρμε′.

Ἔστι δὲ καὶ ὁ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης στάδιοι ,θ′, μίλια ,ασ′.

Igitur a fano Jovis Urii usque ad ostium Mæotidis stadia fiunt 12487, milia 1665.

Tota autem circumvectio Ponti Euxini tum dextrarum secundum Asiam partium tum sinistrarum secundum Europam partium, inde a fano Jovis Urii, est stadiorum 23587, milium 3145.

Est vero etiam circumvectio paludis Mæotidis stadiorum 9000, milium 1200.

---

parte Peripli nunc deperdita. Nulla ejus loci mentio apud Arrianum. Cf. de eo vico Strabo p. 310.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ

ΑΝΑΜΕΤΡΗΣΙΣ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΠΑΣΗΣ ΚΑΤΑ ΣΥΝΟΨΙΝ.

1. Χρὴ γινώσκειν ὅτι πάσης τῆς γῆς ὁ περίμετρος στάδιά ἐστι δισχίλια καὶ μυριάδες εἴκοσι πέντε· μῆκος δὲ τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης ἀπὸ στόματος Γάγγου ἕως Γαδείρων στάδια ὀκτακισμύρια τρισχίλια ὀκτακόσια· τὸ δὲ πλάτος ἀπὸ τῆς Αἰθιοπικῆς θαλάσσης ἕως τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ στάδια τρισμύρια πεντακισχίλια· τὸ δὲ μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος ποταμοῦ, ὃ καλεῖται Μεσοποτάμιον, διάστημα ἔχει σταδίων τρισχιλίων. Ταύτην τὴν ἀναμέτρησιν πεποίηκεν Ἐρατοσθένης ὁ τῶν ἀρχαίων μαθητικώτατος.

—

ΤΟΥ ΠΟΝΤΟΥ Ο ΠΕΡΙΜΕΤΡΟΣ.

2. Ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου εἰς τὸ Σωσθένιον στάδια ὀγδοήκοντα, μίλια δέκα καὶ ἥμισυ· ἀπὸ δὲ τοῦ Σωσθενίου εἰς τὸ Ἱερὸν στάδια τεσσαράκοντα, μίλια πέντε ἥμισυ· τὸ πᾶν μίλια δεκαέξ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἤτοι στόματος τοῦ Πόντου ἕως τοῦ ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ στάδια τρισχίλια ἑξακόσια τεσσαράκοντα, μίλια τετρακόσια ὀγδοήκοντα πέντε ἥμισυ.

ANONYMI

MENSURA TOTIUS HABITATÆ TERRÆ SUMMATIM DATA.

1. Sciamus oportet totius orbis ambitum esse stadiorum 252000; longitudinem autem nostræ habitatæ terræ a Gangis ostio usque ad Gades stadiorum 83800 [73800?]; et latitudinem ab Æthiopico mari ad Tanaim fluvium stadiorum 35000. Intervallum ab Euphrate ad Tigrim, quod vocatur Mesopotamia, 3000 stadiis constat. Quam supputationem fecit Eratosthenes, inter veteres mathematicæ doctrinæ peritissimus.

—

PONTI AMBITUS.

2. A Byzantio ad Sosthenium stadia 80, milia $10\frac{1}{2}$; a Sosthenio ad Fanum stadia 40, milia $5\frac{1}{2}$; in summa milia 16. A Fano Jovis Urii sive ab ore Ponti ad Sacrum ostium Istri fluvii stadia 3640, milia $485\frac{1}{2}$.

Subjungimus Anonymi alius excerpta quædam geographica, in quibus ea quæ leguntur de ambitu Ponti Euxini, principem locum obtinent. Exstant in Hafniensis bibliothecæ codice 1985, ex quo O. Blochii manu transcripta primus edidit F. Osannus (Disputatio de fragm. peripli græco e cod. Hafn. Gissæ 1829), hinc vero repetierunt Gailius et Hoffmannus. Pretium excerptorum fere nullum; nam novi ne hilum quidem inest, et quæ aliunde accuratius novimus, in hoc centone misere depravata sunt.

§ 1. ὁ περίμετρος] « Recentissimæ ætati adscribendum esse scriptorem nostrum, ex ipso hujus vocabuli usu demonstrari potest, qui a Græcitate priorum sæculorum prorsus abhorret. In Leonis Diaconi Hist. VIII, 1 exstat : τῶν γείσων αὐτὸς σχηματίσας τὸν περίμετρον, ubi editor clarissimus τὴν sive τὸ περίμετρον scribi malebat. Quo minus Nostro simili medendi ratione succurrendum arbitrer, me retinet inferior locus, quo item ὁ περίμετρος recurrit. Nec quidquam mutare ausim in Leone. » OSANN. || — 2. δισχίλια καὶ μυριάδες εἴκοσι πέντε] μυριάδες δισχίλιαι τριάκοντα πέντε. Quod est nihili. Bene constat terræ ambitum sec. Eratosthenis sententiam esse stadiorum 252,000. Quare verba transposui et τριάκοντα mutavi in εἴκοσι. || — 4. ὀκτακισμύρια τρισχίλια ὀκτακόσια] ὀκτάκις χίλια τριακόσια ὀκτώ codex, i. e. η τ η', quod haud dubie erat M. η', γω' (83800). Similiter sequens numerus, ut ad verum accedat, decemplicandus est. Ceterum ultra progrediendum esse videtur et pro 838000 rescribendum 73800. Tot enim stadia inde ab Indiæ extremitate orientali ad terminum Europæ occidentalem ex Eratosthene apud Strabonem p. 64 colliguntur. Verba ἀπὸ Γάγγου ἕως Γαδείρων non sunt premenda. Isidorus ab India ad Gades computavit milia 9818 (=73544 stad.) sec. Plin. II, 112. Mitto ceteros. || — 6. τρισμύρια πεντακισχίλια] τρισχίλια πεντακόσια codex. Inter ea quæ de mensuris Eratosthenicis Strabo enotavit, nihil ita est constitutum, ut terminus ad quem ponatur Tanais fluvius. Verum ex Artemidoro Plinius II, 112 § 245 refert inde a situ meridiano usque ad ostium Tanaidis putari milia 4390 = 35120 stadia. Secundum Eratosthenem ab æquatore usque ad Borysthenem forent stad. 34900. || — 8. Μεσοπόταμον codex; em. Osann. || — 8. τρισχιλίων] Hoc tradi poterat, quamquam non tradidisse videtur Eratosthenes. Strabo p. 746 : τὸ μὲν οὖν μέγιστον ὃ ἀφίστανται (Euphrates et Tigris) διάστημα ἀπ' ἀλλήλων, τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσίν ἐστι· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ αὐτὸ ὅπερ εἴρηκεν Ἐρατοσθένης τὸ ἀπὸ Θαψάκου... δισχιλίων τετρακοσίων. || — 10. μαθητικώτατος] Malim μαθηματικώτατος.

§ 2. Quæ sequuntur de Ponti mensuris prorsus consentiunt cum iis quæ ap. Anonymum antecedentem modo legimus. In § 5 vel singula fere verba apud utrumque sunt eadem. Haud tamen alterum ex altero sua transcripsisse, sed communem potius fontem subesse, etiam inde colligas, quod milium Romanorum partes alio modo hic, alio ille computare solet. || — 11. τὸ Σωσθένιον] τὸν νῦν λεγομένην Σωσθένην (λιμένα) Anonym. § 89. Σωσθένειον scribi velit Gailius; at Σωσθένιον habent etiam Joann. Ant. fr. 15 (F. H. IV, p. 548) et Cedrenus p. 210.

3. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως Βορυσθένους ποταμοῦ τοῦ καὶ Δανάπρεως καλουμένου στάδια πεντακισχίλια ἑξακόσια, μίλια ἑπτακόσια τεσσαρακονταὲξ ἥμισυ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως Πορθμίας πόλεως, τῆς ἐν τέλει τῆς Εὐρώπης τῶν τοῦ Πόντου μερῶν [τῆς ἐν τῷ στομίῳ] τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἤτοι Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, στάδια [μύρια] χίλια ἑκατόν, μίλια [χίλια] τετρακόσια ὀγδοήκοντα. Λέγεται δὲ τῆς Εὐρώπης τῆς Ποντικῆς ὁ περίπλους ἴσος εἶναι τῷ περίπλῳ τῶν τῆς Ἀσίας μερῶν.

3. A Fano Jovis Urii ad Borysthenem fluvium, Danaprim etiam dictum, stadia 5600, milia 746 ½. A Fano Jovis Urii ad Porthmiam civitatem, quæ sita est in Europæ ad Pontum extremitate ad ostium Mæotidis paludis vel Bospori Cimmerici, stadia 11100, milia 1480. Europæ Periplum parem esse dicunt Periplo Ponticorum Asiæ litorum.

4. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως Ἀμισοῦ στάδια τετρακισχίλια ἑξακόσια ἑξήκοντα, μίλια ἑξακόσια εἰκοσιὲν ἥμισυ. Ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ ἕως τοῦ Φάσεως ποταμοῦ στάδια τρισχίλια ὀκτακόσια δύο, μίλια πεντακόσια ἑπτά. Ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσεως ποταμοῦ ἕως τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης [ἤτοι ἕως τῆς Ἀχιλλείου κώμης στάδια τετρακισχίλια εἴκοσι πέντε, μίλια πεντακόσια τριακονταὲξ ἥμισυ, ὡς γίνεσθαι ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης] στάδια [μύρια δισ]χίλια τετρακόσια ὀγδοήκοντα ἑπτὰ, μίλια [χίλια] ἑξακόσια ἑξήκοντα πέντε ἥμισυ.

4. A Fano Jovis Urii ad Amisum stadia 4660, milia 621 ½. Ab Amiso ad Phasim fluvium stadia 3802, milia 507. A Phasi fluvio ad os Mæotidis paludis [*vel ad Achilleum vicum stadia* 4025, *milia* 536 ½, *adeo ut colligantur inde a Fano Jovis Urii usque ad os Mæotidis paludis*] stadia 12487, milia 1665 ½.

5. Ὁμοῦ γίνεται ὁ περίπλους τοῦ Εὐξείνου Πόντου, τῶν τε δεξιῶν τῶν (τε) παρὰ τὴν Ἀσίαν μερῶν τοῦ Πόντου, ἀριστερῶν δὲ τῶν παρὰ τὴν Εὐρώπην μερῶν τοῦ Πόντου, ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ [Διὸς Οὐρίου, στάδια δισμύρια τρισχίλια πεντακόσια ὀγδοήκοντα ἑπτὰ], μίλια τρισχίλια ἑκατὸν τεσσαράκοντα πέντε. Ἔστι δὲ καὶ ὁ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης [στάδια ἐνναχισχίλια], μίλια χίλια διακόσια.

5. Circumvectio totius Euxini Ponti, tum dextri lateris juxta Asiæ oram tum vero sinistri juxta Europæ oram, inde a Fano [*Jovis Urii, sunt stadia* 23587,] milia 3145. Porro periplus Mæotidis paludis [*stadiorum* 9000], milium 1200.

---

§ 3, l. 3. Βορυσθένους] Βοσφόρου cod.; em. Gail. — l. 1. Post ἑξακόσια codex addit ἑβδομήκοντα, quod delendum esse arguit milium numerus et Anonymus alter § 90. Utriusque numeros componere liceat :

	ANONYM. A		ANONYM. B	
	Stadia.	Milia.	Stadia.	Milia.
A Jovis Fano ad sacrum ostium Istri.	3,640	483 ⅓	3,640	483 ½
A Jovis Fano ad Borysthenem.	5,600	746 ⅔	5,670*	746 ½
A Jovis Fano ad Chersonem.	8,900	1,186 ⅔	non notatur.	
A Jovis Fano ad os Mæotidis.	11,100	1,480	...1,100*	..480 *
A Jovis Fano ad Amisum. .	4,660	621 ⅓	4,460	621 ½
Ab Amiso ad Phasin. . . .	3,802	507	3,820*	507
A Phasi ad os Mæotidis. .	4 025	536 ⅔	excidit.	
Ὁμοῦ a Fano ad Mæotidem.	12,487	1,665	. .487*	...665 ½
Totius Ponti periplus. . . .	23.587	3,145	excidit.	3,145

Quibus conspectis, certa emendandi ratio patet; quam secutus Gailius numeros asteriscis notatos ex Anonymo correxit. ‖ — 8. τῆς ἐν τῷ στομίῳ inserui ex Anon. § 91 et 56; dein Βοσπορίου cod.; mox μύρια et χίλια supplevit Gail. ‖ — 11. τῆς Ποντικῆς codex habet post verba τῷ περίπλῳ (τοῦ περίπλου cod.). Fortasse post τῆς Ἀσίας alterum τῆς Ποντικῆς excidit.

§ 4, l. 13. Ἀμισοῦς cod. ‖ — 16. ὀκταχοσ. εἴκοσι codex; confusis β' et κ'. ‖ — 17. Φάσεως] Βάφεως hic et infra codex. — Inclusa ex Anonym. § 91 suppleta.

§ 5, l. 26. τῶν τε παρὰ] Illud τε, quod abesse velis, habet etiam alter Anonymus § 91, qui deinceps : καὶ ἀριστερῶν δέ. Inclusa supplevit Gail. ‖ — 32. χίλια διακόσια] τρισχίλια τρία codex ; em. Gailius.

6. **Περὶ τοῦ σταδίου.** Τὸ στάδιον πήχεις ἔχει τετρακοσίους, πόδας ὀκτακοσίους, ὀργυιὰς ἑκατὸν τριάκοντα τρεῖς ἥμισυ.

7. **Περὶ τοῦ μιλίου.** Τὸ μίλιον ἔχει στάδια ἑπτὰ ἥμισυ, πήχεις τρισχιλίους, πόδας ἑξακισχιλίους.

8. **Περὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ.** Ἅπας ἔχει ὥρας ὀκτακισχιλίας ἑπτακοσίας [ἑξήκοντα] ἕξ, ἡμέρας τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε καὶ τέταρτον.

6. *De stadio.* Stadium continet 400 cubitus, 800 pedes, ulnas 133 $\frac{1}{2}$.

7. *De milliario.* Milliarium continet stadia septem et dimidium, cubitus 3000, pedes 6000.

8. *De anno.* Annus totus continet horas 8766, dies 365 $\frac{1}{4}$.



ΑΝΩΝΥΜΟΥ

ΣΤΑΔΙΑΣΜΟΣ

ΗΤΟΙ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Δεδειγμένων οὖν τούτων, τὸ φιλομαθὲς καὶ σπουδαῖον ἀγαμένῳ τῆς σῆς ἀγάπης, ἀδελφὲ τιμιώτατε,

ANONYMI

STADIASMUS

SIVE PERIPLUS

MARIS MAGNI.

PROOEMIUM.

His igitur demonstratis, caritatis tuæ, frater honoratissime, cupiditatem discendi studiumque demi-

---

Quæ sequuntur fragmenta peripli maris interni, e regiæ bibliothecæ Matritensis codice 121 primus edidit Joannes Iriarte (Reg. bibl. Matrit. codices græci, vol. I, p. 485-493. Matriti 1769), deinde Iriartis apographo usi Gailius in Geogr. min. vol. II et una cum periplis Marciani Hoffmannus (Lips. 1841). Denuo codicem excussit Emanuelus Miller, eoque tanto melius de stadiasmo meruit, quo negligentius rem egerat Iriarte. Collectam codicis et editionis Matritensis discrepantiam publici juris fecit in *Journal des Savants*, 1844, p. 300 sqq.

« Codex (Iriarte ait l. l. p. 480) membraneus in quarto, foliis constans 88, subfusca et aliquantum rudi membrana, literis quidem æqualibus et ad quadratam formam accedentibus, sed minutis et præ senio pallidis caducisque, adeoque interdum lectori prope invisis; sæculo XIV, ut videtur, ineunte descriptus [immo, sæculo decimo, uti Millerus monet: « Il suffit à toute personne tant soit peu versée dans l'étude de la paléographie grecque de jeter les yeux sur ce manuscrit pour reconnaître qu'il est du X[e] siècle, et non du XIV[e]]. Liber olim penes Constantinum Lascarim, nuper vero a Comite Mirandæ inter alios comparatus. Eo complexa reperias *S. Nicephori Patriarchæ Cp.* brevem Chronographiam; deinde incerti auctoris *Divisionem terræ* tribus Noe filiis factam, gentiumque ex iis genealogiam; tum eodem fortasse auctore, *præcipuorum montium et fluviorum nomina et Magni maris Stadiasmum sive Periplum* ad Herculis columnas Gadesque; tum denique insularum distantias, numerum, habitus aliaque ad eas pertinentia. »

Post hæc de singulis Iriarte exponit accuratius. Chronographia Nicephori in cod. Matrit. uberior est eâ quam e codice Parisiense Scaligerus et Goarus ediderunt. Qui deinceps sequitur (fol. 54-62) Διαμερισμὸς τῆς γῆς εἰς τοὺς γ' υἱοὺς τοῦ Νῶε, desinit in verba: καὶ ἕως Τραπεζοῦντος οἰκεῖ καὶ παρεκτείνεται τὰ ἔθνη ταῦτα. Similiter quæ de eadem re leguntur in Chronico Paschali exeunt in hæcce: ἕως τοῦ Τραπεζοῦντος ἐκτείνει τὰ ἔθνη ταῦτα (p. 61 ed. Bonn.), sicuti in Excerptis Barbaris (p. 61 ad. calc. Eusebii ed. Scal.) postrema verba habes: *Usque ad Trapezuntem extendunt istas gentes*; itemque in Libro generationis (V. Chron. Pasch. t. II, p. 102 ed. Bonn.): *usque ad Trapezuntem extenduntur hæ gentes*. Nec non reliqua, quæ e suo codice de διαμερισμῷ isto Iriarte adscripsit, eadem deprehenduntur in auctoribus modo laudatis. Post hæc in codicis folio 62 sequuntur quæ item eadem habes in Exc. Barb. et paullo aliter adornata in Chron. Paschali:

Ὄρη δὲ ὀνομαστά εἰσιν ἐν τῇ γῇ δώδεκα.

Λίβανος εἰς τὴν Συρίαν μεταξὺ Βύβλου καὶ Βηρυτοῦ. Καύκασος εἰς τὴν Σκυθίαν. Ταῦρος εἰς τὴν Κιλικίαν καὶ Καππαδοκίαν. Ἄτλας εἰς τὴν Λιβύην ἕως τοῦ Μεγάλου ποταμοῦ. Παρνασὸς ἐν τῇ Φωκίδι. Κιθαιρὼν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ. Ἑλικὼν ἐν τῇ Τελμισῷ (*Teumiso* Barb., i. e. Τευμησσῷ). Παρθένιον ἐν τῇ Εὐβοίᾳ (ἐν Θρᾴκῃ Chr. Pasch. Cf. Steph. B.: Παρθένιον, πόλις Εὐβοίας.... καὶ Θρᾴκης.) Νυσαῖον (Ναυσαῖον cod.; *Nissius* Exc. B.; Νύσσος Chr. P.) τὸ καὶ Σινᾶ ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Λυκάβαντος ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Γαλλίᾳ (Λυκαβηττὸς ἐν Χίῳ Chr. P.; deb. ἐν τῇ Ἀττικῇ. Noster id nomen ad Alpes transtulisse videtur). Πίνιον (*Pinnius* Barb.) ὁ καὶ Μίμας εἰς τὴν Χῖον (Πίννιον ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Chr. Pasch. Noster indicat τὸ Πελιναῖον Chii insulæ et Mimantem in objecta insulæ continente. Alii nomen ad Apenninum Italiæ transtulisse videntur). Ὄλυμπος εἰς τὴν Μακεδονίαν.

Δεδειγμένων οὖν τῶν ὀνομάτων τῶν δώδεκα ὀρέων τῆς γῆς, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τοὺς ἐπισήμους ποταμοὺς δηλῶσαί σοι.

Ποταμοὶ οὖν εἰσὶν ὀνομαστοὶ τεσσαράκοντα ἐν τῇ γῇ οὗτοι. Ἰνδὸς ὁ καλούμενος Φίσων, Νεῖλος ὁ καλούμενος Γηών, Τίγρις, Εὐφράτης, Ἰορδάνης, Κηφισός, Τάναϊς, Ἰσμηνός, Ἐρύμανθος, Ἅλυς, Ἀσωπός, Θερμώδων, Ἐρασῖνος, Ῥεῖος (*Rius* Barbarus. Num *Rhion* signatur, Phasidis nomen recentius?), Βορυσθένης, Ἀλφειός, Ταῦρος, Εὐρώτας, Μαίανδρος, Ἄξιος, Πύραμος, Ὀρόντης, Ἕβρος, Σαγγάριος, Ἀχελῷος, Πηνειός, Εὔηνος, Σπερχειός, Κάϋστρος, Σιμόεις, Σκάμανδρος, Στρυμών, Παρθένιος, Ἴστρος, Ῥῆνος, Βαῖτις, Ῥόδανος, Ἠριδανός, Βαῖος (Βοῖος Chr. P., *Beus* Barb.; fluvius non notus mihi), Θούβηρος ὁ νῦν καλούμενος Τίβερις. Ὁμοῦ ποταμοὶ μ' (Nonnulla horum nominum notissimorum in cod. depravata; quod de singulis monere non erat operæ pretium).

Οὗτοι οὖν οἱ ποταμοὶ οἱ περιερχόμενοι τὴν γῆν· Φασὶ δέ τινες δοκοῦντες ἔμπειροι εἶναι ὅτι οἱ πρῶτοι δ' οἱ μεγάλοι ποταμοί, οἷον Φίσων, Γηών, Τίγρις, Εὐφράτης, ἀκα-

ἔδοξέ μοι καὶ τὸν τῆς μεγάλης θαλάσσης σταδιασμὸν ἤτοι περίπλουν δηλῶσαί σοι ἀκριβέστατα, ὅπως καὶ τούτων ἀναγνοὺς ἔμπειρος ἔσῃ. Ἀρξάμενος [οὖν] ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τῆς Φαρίτιδος [τὰ τῆς Λιβύης διηγήσομαι ἕως τῶν Ἡρακλεωτικῶν Στηλῶν, εἶτα τὰ τῆς Ἀσίας, πάλιν ἀρξάμενος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τῆς Φαρίτιδος] ἕως Διοσκουρίδος, τῆς ἐν τῷ Πόντῳ κειμένης, καὶ [τὰ] τῆς Εὐρώπης ἀπὸ Ἱεροῦ, τῆς πρὸς τῇ Χαλκηδονίῃ κειμένης, μέχρι Ἡρακλεωτικῶν Στηλῶν καὶ Γαδείρων, θέλων πάντας ἀνθρώπους ὠφελεῖν. Ἐμφανιῶ δὲ καὶ τὰς διαιρέσεις ἀπὸ τῆς Ἀσίας πρὸς τὴν Εὐρώπην, γράψω δὲ καὶ τῶν νήσων τὰ ἀπ' ἀλλήλων διαστήματα, πόσαι τέ εἰσι, καὶ τίνες φαίνονται ἐν τῷ πλέειν αὐτάς, καὶ ὁπηλίκαι εἰσί, καὶ τίσιν ἀνέμοις χρῶνται, καὶ ποῖος ὁ πλοῦς δείξω σοὶ κατὰ ἀλήθειαν.

ranti mihi placuit etiam magni maris stadiasmum seu periplum tibi exponere quam potero accuratissime, ut horum quoque cognitione legendo imbuaris. Igitur initio sumpto ab Alexandria Pharitide [*primum explicabo oram Libycam usque ad Herculeas columnas, deinde vero Asiaticam, denuo exorsus ab Alexandria Pharitide*] usque ad Hierum Jovis Urii (Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου), civitatem ad Pontum sitam, atque Europæam oram inde ab Hiero civitate, quæ objecta est Hiero Chalcedoniorum, usque ad Herculeas columnas Gadesque. Cunctis vero prodesse volens mortalibus, patefaciam etiam spatia, quibus ab Asia Europa dirimitur; præterea notabo insularum a se invicem distantias; et quot sint insulæ et quales adnavigantibus appareant et quantæ sint et quibusnam ventis utantur et qualis sit navigatio, vere tibi explicabo.

τάληπτοι μέν εἰσι πόθεν ἢ πῶς ἐξέρχονται (μὴ εἰδέναι τινά). Λέγουσι δὲ [καὶ] τοῦτο ὅτι, ὅτε πλημμυρεῖ Γηὼν ὁ καλούμενος Νεῖλος ὁ ποτίζων πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου καὶ Αἰθιοπίας, οἱ τρεῖς οὗτοι λήγουσιν· ἐπὰν δὲ οὗτος μειωθῇ, ἐκεῖνοι ὑπερυψοῦνται τοῖς νάμασι· διὸ καὶ τὰ ὕδατα αὐτοῦ ὁμοχροοῦσι. Ὁ γὰρ Ἰορδάνης λευκώπια (λευκώπιδα cod.; em. Mill.) σύρει τὰ κύματα καὶ ἀποχέει ἐν τῇ Πρασίᾳ θαλάσσῃ, ἥτις καλεῖται Νεκρά.

Δεδειγμένων οὖν τούτων κτλ. Sequitur Stadiasmus. In Chronico Paschali post fluvios recensentur αἱ ἐπίσημοι πόλεις τῶν ἑπτὰ κλιμάτων. Cf. Prolegomena.

Ἀνωνύμου... προοίμιον] Hæc a Gailio præfixa. || — ἀγαμένῳ] ἀγάμενος cod. || — τῆς μεγάλης θαλάσσης] Exspectabas τῆς ἐντός, τῆς καθ' ἡμᾶς, τῆς ἡμετέρας θαλάσσης. Sane quidem Hecatæus quoque (fr. 349) apud Arrianum Anab. II, 16 μεγάλην θάλασσαν vocavit mare internum; ea autem denominatio, uti antiquissimis istis temporibus, quibus de mari externo nihil fere innotuerat, usurpari commode poterat, sic aliena est ab ea ætate, qua periplus noster ab Alexandrino geographo conditus est. Referri itaque debet ad proœmii auctorem, seri ævi hominem Christianum, qui vetus opus nostrum in collectanea sua geographica recepit. Similiter Orosius I, 2 : *Mare nostrum quod Magnum generaliter dicimus*, et Geographus Ravennates I, 2. 3. 16. IV, 26 et haud dubie alii scriptores ætatis sequioris. || — 2. ὅπως καὶ] sic codex; ὅπως δὲ Iriarte. Mox inserui οὖν. || — 4. Φαρίτιδος] De hoc cognomine aliunde non constat. Hæc tamen Stephanus Byz. v. Ἀλεξάνδρεια : Ἐκλήθη δὲ καὶ Ῥακῶτις καὶ Φάρος καὶ Λεοντόπολις, quibus nominibus pars pro toto ponitur. Ceterum Φαρῖτις cognomen seriorem ætatem redolet. || — τὰ τῆς Λιβύης κτλ.] Inclusa supplevi. || — 7. ἕως Διοσκουρίδος] Emendari voluerunt ἕως Διοσκουριάδος; hoc quidem præter necessitatem; nam formæ in ις sequioris ævi scriptoribus tritissimæ; sic ipsum nostrum Διοσκουρίς occurrit in codice Scylacis § 81. Quærendum potius erat, qui fiat ut ad Dioscuriadem usque profectus auctor reliquam Ponti Euxini partem missam fecerit. Num propterea, quod eo usque Romanorum ditio pertinebat? Vix crediderim; immo Ponti periplum a nostro opere censeo prorsus alienum fuisse, atque Διοσκουριάδος nomen notissimum librarii errore scriptum esse pro [ἱεροῦ] Διὸς Οὐρίου; in quod Fanum Jovis Urii Asiaticus maris interni periplus desinit, sicuti Europæus incipit ab objecto fano Byzantiorum sive a Serapeo. Quo admisso, non est cur deinceps scribatur : τοῦ ἐν Πόντου κειμένου; nam mox iterum habes : ἀπὸ Ἱεροῦ, τῆς κειμένης, neque id ab istius farinæ scriptoribus abhorret, quippe qui masculini et neutrius generis locorum nominibus sæpissime articulum femininum subjiciunt, subintellecta voce πόλις. || — 9. Χαλκηδονίῃ] Χαλκηδόνι codex. Fanum τῶν Βυζαντίων (quod Strabo p. 319 dicit nec non ipse Noster § 271) e regione jacebat fani τῶν Χαλκηδονίων; non vero ipsius Chalcedonis. Pro πρὸς τῇ velis πρὸς τήν. || — 9. Ἡρακλεωτικῶν] male pro Ἡρακλείων, ut passim apud seriores scriptores, e. g. ap. Syncellum p. 90,5 et Chron. Paschal. p. 52,17 ed. Bonn. || — 11. ἐμφανιῶ] sic codex; ἐμφαινῶ Iriarte. Ceterum ita scribi velim : Θέλων δὲ πάντας ἀνθρ. ὠφελεῖν, ἐμφανιῶ καὶ κτλ. || — 12. γράψω δὲ] γράψας ὧδε codex, ut videtur. Fortasse præstat leg. γράψας, ejecto ὧδε. || — Σταδ. τῆς θαλάσσης] Ante vocem θαλάσσης supplendum est μεγάλης ex mente ejus qui proœmium scripsit, ἐντὸς vel ἔσω vel καθ' ἡμᾶς e more ætatis, cui auctor peripli vindicandus. || — Cum serie locorum, quam Stadiasmus suppeditat, conferre liceat eam quam in Ptolemæo et Strabone deprehendimus. Ac primum quidem oram maritimam exhibebo quæ ab Alexandria pertinet usque ad Parætonium. Quod numeros attinet, pro ζ' ubique reposui ϛ'. Id enim res postulat, ac bene constat peregrinum istud ϛ' a librariis in notius signum solere depravari. Præterea duobus locis correxi : § 1 pro β' e Strabone dedi ο'; § 9 pro υ', quod admitti nequit, scripsi ρο'; quæ quidem literæ uno calami ductu exaratæ cum litera υ' facile permutantur.

ΣΤΑΔΙΑΣΜΟΣ ΤΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

1. Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Χερσόνησον — λιμήν ἐστι — στάδιοι β'.

2. Ἀπὸ Χερσονήσου εἰς Δυσμὰς — (λιμήν ἐστι [φορτηγοῖς] ἀγωγῆς χιλίων οὐ μείζονος) — [στάδιοι] ζ'.

STADIASMUS MARIS.

1. Ab Alexandria [*versus occasum naviganti*, εἰς δυσμὰς] ad Chersonesum — portus est [*navibus onerariis, quarum onus mille sarcinas non excedit*, φορτηγοῖς ἀγωγῆς χιλίων οὐ μείζονος] — stadia 70 (ο').

STADIASMUS.				PTOLEMÆUS.			STRABO.
	Numeri codicis	Numeri emendati.			Long.	Latit.	
Ἀλεξάνδρεια.				Ἀλεξάνδρεια.	60° 30'	30°	Ἀλεξάνδρεια.
1. Χερσόνησος.	β'	ο'	70	Χερσόνησος μικρά, λιμήν.	60°	31° 5'	Χερσόνησος χωρίον. 70 stad.
2. Δυσμαὶ λιμήν. . . .	ζ			Δίδυμοι νῆσοι.	60°	31° 30'	Νικίου κώμη.
3. Πλινθίνη.	ζ	ζ'	160	Πλινθίνη.	59° 45'	31°	Πλινθίνη.
4. Ταποσίριον.	ζ'	ζ'	250	Ταπόσιρις (ἐν μεσογαίᾳ).	59° 50'	30° 50'	Ταπόσειρις.
5. Χι[μὼ] κώμη.	ζ'	ζ'	340	Χειμὼ κώμη.	59° 30'	31° 5'	Κυνὸς σῆμα.
6. Γλαῦκος.	π'	π'	420	Γλαῦκον ἄκρον.	59° 10'	31° 10'	Ἄλλοι πλείους λιμένες.
				Γλαῦκον (ἐν μεσογαίᾳ). .	59°	30° 30'	
				Λεύκασπις λιμήν.	59°	31° 5'	Λεύκασπις λιμήν.
							Ζεφύριον.
7. Ἀντίφραι.	π'	π'	500				
8. Δέρρα.	ζ'	ζ'	590	Δέρρις ἄκρα.	58° 50'	31° 10'	Δέρρις λιμήν.
				Ἀντίφραι κώμη	58° 40'	31° 5'	Ἀντίφραι (Ἀντιφρὼ Hierocl.).
9. Ζευφύριον λιμήν. . .	υ'	ρο'	760				
10. Πεζώνη.	ρι'	ρι'	870	Πηδωνία (ἐν μεσογ.). . .	58° 20'	31°	
Μύρμηξ σκόπελος. . .				Πηδωνία νῆσος.	58° 20'	31° 30'	Σιδωνία νῆσος λιμένα ἔχουσα.
Τραχεῖα ἄκρα.							
11. Πνιγεὺς ἀκρωτήριον.	ζ'	ζ'	960	Πνιγεὺς (ἐν μεσογ.). . .	58° 30'	30° 30'	Πνιγεὺς κώμη.
12. Φοινικοῦς.	ρμ'	ρμ'	1100	Φοινικοῦς λιμήν.	58° 20'	31° 10'	Φοινικοῦς λιμήν.
13. Τὰ Ἕρμαῖα.	ζ'	ζ'	1190	Ἑρμαῖα ἄκρα.	58°	31° 15'	
14. Λευκὴ ἀκτή.	κ'	κ'	1210	Λευκὴ ἀκτή.	57° 50'	31° 10'	Λευκὴ ἀκτή.
15. Ζυγρίς.	ζ'	ζ'	1300	Ζυγὶς λιμήν.	57° 40'	31° 5'	
16. Λαδαμαντία.	κ'	κ'	1320	Λαδαμάντειον (ἐν μεσ.).	57° 30'	31°	
17. Καλαμκίου ἄκρα. . .	μ'	μ'	1360	Καλλίου ἄκρον.	57° 30'	31° 10'	
				Καλλίου (ἐν μεσογ.). . .	57°	30° 50'	
18. Γραίας γόνυ ἀκρωτήρ.	ο'	ο'	1430	Γραίας γόνυ, λιμήν. . .	57° 10'	31° 5'	
19. Ἄρτος ἀκρωτήριον. .	ρκ'	ρκ'	1550	Πυθὶς ἄκρα.	57° 10'	3 ° 10'	
19. Παραιτόνιον.				Παραιτόνιον.	57°	31° 10'	Παραιτόνιον.
Ὁμοῦ·	,αφν	αφν'					

§ 1. Χερσόνησος] Χερσόνησος μικρὰ, λιμήν, ap. Ptolemæum, qui alteram Chersonesum (V. § 45) μεγάλης nomine ab hac distinguit. ‖ — στάδιοι β'] Apud Scylacem § 107 p. 82 ab Alexandria ad Chersonesum exputantur stadia 200; secundum Strabonem p. 799 a Χερσονήσῳ χωρίῳ ad Necropolim et Alexandriam stadia sunt 70. Scylacis computum accuratiorem esse duxit Mannertus X, 2 p. 24, quum confirmaretur Ptolemæi Alexandrini auctoritate, qui idem intervallum ponit gradus partem dimidiam. Itaque pro β' reponendum esset σ'. Id vero probari nequit. Nam Ptolemæus, quamquam Alexandrinus vir, parum accurate locorum in hoc tractu distantias notavit; deinde vero Chersonesi nomen nonnisi in eum locum cadit, ubi reapse litus ad modum peninsulæ in mare excurrit. Ab eo autem loco (*tour de Marabout*) usque ad Alexandriam sunt 80 fere stadia. Quem ipsum numerum in periplo reponerem, nisi summa stadiorum, quæ § 19 subducitur, Straboniana potius stadia 70 commendaret. Lapieus fuisse putat οβ', qui numerus abhorret a more Nostri, in majoribus distantiis nonnisi denarios numeros usurpare soliti. Ceterum situs portus fuerit ad chersonesi latus orientale, eo fere loco, ubi nunc adjacet *el Habiar*.

§ 2. Δυσμὰς] Strabo inter Chersonesum et Plinthinen memorat Niciû vicum, quem etiam a Nostro indicari censuit Mannertus X, 2 p. 24. Nimirum ita habet: « Vom Chersonesus liegt ungefæhr *sieben Stadien westlich* ein Landungsplatz an der Küste; Strabo nennt ihn Nikiu kome, » quasi in periplo nomen loci non memoraretur, sed tantummodo indicaretur εἰς δυσμάς, occasum versus, septem stadiorum intervallo portum aliquem occurrere. Ptolemæus prope Chersonesum memorat Διδύμους νήσους (alias Διδύμους inss. habes § 12), quæ sunt parvæ insulæ duæ ad occidentale latus Chersonesi positæ. In seqq. codex λιμὴν ἀγωγῆς χιλιω οὐ μεζν ζ'. Supplevi φορτηγοῖς et στάδιοι,

3. Ἀπὸ Δυσμῶν εἰς Πλινθίνην — σάλος ἐστίν· ὁ τόπος ἀλίμενος — στάδιοι ϟ'.

4. Ἀπὸ Πλινθίνης ἐπὶ Ταπόσιριν — πόλις ἐστὶν ἀλίμενος· ἱερὸν τοῦ Ὀσίριδος — στάδιοι ζ'.

5. Ἀπὸ Ταποσίρεως ἐπὶ τὸ Χιμὼ — κώμη ἐστί· βράχη ἐπιφαινόμενα — στάδιοι ζ'.

3. A *Chersoneso* ad Plinthinen — Salum est; portu caret locus — stadia 90 (ϟ'),

4. A Plinthine ad Taposirin — urbs sine portu; fanum Osiridis — stadia 90 (ϟ').

5. A Taposiri ad Chimo — vicus est; brevia adjacent apparentia — stadia 90 (ϟ').

---

ut sensus sit : portus est navibus, quarum onus non excedit mille sarcinas vel modios, sicuti alias habes : λιμήν ἐστι πλοίοις μικροῖς (§ 84. 96. 128), βάθος φορτηγοῖς (§ 12) et quæ passim occurrunt similia. Sunt vero φορτηγοὶ vel πλοῖα vel ὁλκάδες χιλιαγωγοί, χιλιοφόροι, χιλιοφόρτοι, naves generis minoris; grandiores vocantur μυριαγωγοί, μυριοφόρτοι, μυριοφόροι (v. Steph. Thes. s. vv., ubi adde Strabon. p. 805 : βάθος ὅσον ἀρκεῖν μυριοφόρῳ νηΐ.). Hoffmannus, missa voce χιλίων, scribi voluit : λιμήν ἐστιν ἀγωγῆς οὐ μείζονος ἢ σταδίων ζ', « ita ut hanc habeamus sententiam : portus est aditus sive oris non majoris quam stadiorum septem. » Quod quam absurdum foret, sensisse editor non videtur. — His præmonitis de universa hujus segminis ratione superest ut moneatur. Quid sibi vult illud εἰς Δυσμάς? Num oræ maritimæ locus eo nomine indicatur? Minime id probabile. Nam stadia septem in summa stadiorum 1550 comprehendi nequeunt, ac omnino tam exigua intervalla in ora non solent notari. Porro ne putes pro ζ', ut alias, sic hoc quoque loco scribendum esse ϟ', sequentium locorum ratio vetat. Quare si verbo Δυσμὰς nomen proprium subest, legendum erit εἰς Διδύμας [νήσους], atque verba λιμήν ἐστι κτλ., quum in minimas istas insulas vix quadrent, ad Chersonesi portum retrahenda, et ex margine huc translata esse censenda sunt. At fieri etiam potest ut ipsa verba εἰς δυσμάς, *versus occasum,* aliquis annotaverit juxta v. Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, ex iisque scriba aliquis novum locum, Δυσμάς, finxerit. Atque hoc equidem verisimillimum esse dixerim, in eamque sententiam latina adornavi.

§ 3. Πλινθίνην] Βλινθίνην cod.; em. Gailius. De Plinthine urbe et sinu Plinthino vel Plinthinite, qui a Chersoneso usque ad Leucen acten pertinet, vide not. ad Scylac. p. 82, ubi adde Stephanum Byz. : Πλινθίνη, πόλις τῆς Αἰγυπτίας ἐπὶ τῆς Μαρείας. Ὁ πολίτης Πλινθινίτης. Apud Herodotum II, 6 pro Πλινθινήτεω κόλπου item rescribendum esse Πλινθινίτεω, quum forma Πλινθινήτεω ab usu Ægyptio aliena sit, censet Meineke ad St. B. De vitis cultura apud Plinthinitas inventa v. Hellanicus fr. 155, coll. Strabone p. 799 : Εὐοινία τέ ἐστι περὶ τοὺς τόπους (Mariæ paludi vicinos), ὥστε καὶ διαχεῖσθαι πρὸς παλαίωσιν τὸν Μαρεώτιν οἶνον. || — στάδιοι ϟ'] sic codex; σταδ. ς' male legerat Iriarte. Apud Ptolemæum IV, 5, p. 282 Plinthine (49° 45') a Chersoneso (60°) distat unius gradus parte quarta vel centum stadiis et paullo plus. Sed his ne fidem habeamus eo impedimur, quod Ptolemæus Plinthinen collocat a Taposiri (49° 50') occasum versus, quum orientem versus ponatur tum apud Nostrum tum apud Strabonem. Lapieus ad Plinthinen retulit ruinas *au nord-est de la tour des Arabes;* numerosque Iriartis ita mutavit, ut § 2 pro ζ' poneret ξζ', § 3 pro ς' scriberet ρς', § 4 autem servaret numerum ζ'. Simili modo in § 5. 8. 11. 13. 15, quum redeat numerus ζ' et aperte corruptus sit, Lapieus reponit numeros ραζ', ρζ', κζ', μζ', ϟζ'. Hæc vero corrigendi ratio, qua nihil arbitrio non permittitur, in nostrum auctorem, sicut in reliquos periplorum scriptores, minime cadit. Nam constat in majoribus distantiis plerumque nonnisi denarios numeros usurpari, quibus raro adduntur quinarii; quodsi passim accuratiores etiam tradi videantur, hi semper fere corrupti sunt.

§ 4. Ταπόσιριν] τὸ ποσίριον et § 5 ἀπὸ τοῦ ποσιρίου codex. Nomina in ις exeuntia sæpissime a scribis corrumpuntur. Exempla rei tum periplus noster, tum Marciani codex, alii, præbent multa. Sic codices Pseudocallisthenis I, 31 p. 32 et Ταφόσιριν præbent et Ταφοσίριον. Litera π in φ mutatur lusu etymologico. Ceterum de hoc loco v. Strabo p. 799 : Εἶτα Ταφόσειρις (Ταπόσιρις et Ταφόσιρις var. lect.) οὐκ ἐπὶ θαλάττῃ, πανήγυριν δεχομένη μεγάλην (καὶ ἄλλη δ' ἐστὶ Ταφόσειρις ἐπέκεινα τῆς πόλεως (Ἀλεξανδρείας sc.) ἱκανῶς. Cf. p. 800)· αὐτῆς δὲ πλησίον πετρῶδες ἐπὶ τῇ θαλάττῃ χωρίον καὶ αὐτὸ δεχόμενον πολλοὺς τοὺς κωμάζοντας ἅπασαν ὥραν ἔτους. Ptolemæus quoque (IV, 5 p. 282) Ταπόσιριν in mediterraneis recte recenset. Cf. Dioscorid. III, 27 (Ταφούσιρις), Synesius epist. gr 4 (Ταφόσιρις). In Tab. Peuting. et Geogr. Ravenn. V, 7 scribitur *Tapostri.* Eodem pertinere *Caportin* in Itinerar. p. 73 suspicatur Wesselingius. Procopius De ædif. VI, 1 : πόλις ἐστὶν ἡμέρας ὁδῷ Ἀλεξανδρείας διέχουσα, Ταπόσιρις ὄνομα, ἵνα δὴ ταφῆναι τὸν τῶν Αἰγυπτίων θεὸν Ὄσιριν λέγουσιν. Quam urbem Justinianus imp. curia balneisque ornavit. Ac probabiliter ad Justiniani tempora pertinet pars ædificiorum, quorum ruinæ supersunt. Locus ille ad ter mille pedes ab Arabum turre (*tour des Arabes*) distans, apud Arabes vocatur *Kum-Aboussir,* vulgo *Boussir* vel *Abousir.* V. Ritter I, p. 872 ibique laudati et Pacho (*Voyage dans la Marmarique*, etc. Paris. 1829 p. 7) : « J'ai vainement cherché parmi les ruines d'Abousir quelques vestiges des monuments de l'ancienne Égypte; je n'ai pu découvrir qui en eût le caractère propre tout à fait distinctif. Hors les ruines du temple, qui n'offrent que des rapprochements avec le style égyptien, et que l'on ne peut faire remonter au delà des premiers Lagides, tout le reste est purement grec, romain ou arabe. »

§ 5. Χιμὼ] Χί et § 6 ἀπὸ τὸ (sic) Χί codex. Syllaba μὼ absorbta est a sequente κώ. Apud Ptolemæum est Χειμώ. Ejusdem nominis corruptio græcissans subesse videtur Straboniano Κυνὸς σῆμα. Pro ζ' legendum ϟ'. Gailius proposuit ρζ', Lapieus ρκζ'. Locus, cui Chimo vindicandus, in mediterraneis, viginti ab ora stadiis, puteos habet, qui nunc vocantur *Bourden* vel *Burdahn.* E regione hujus loci scopuli notantur in mappa quæ inscribitur : *The levante or the eastern bassin of the*

6. Ἀπὸ τοῦ Χιμὼ ἐπὶ τὸν Γλαῦκον στάδιοι π′.

7. Ἀπὸ τοῦ Γλαύκου εἰς Ἀντίφρας — σάλος ἐστὶν ὁ τόπος — στάδιοι π′.

8. Ἀπὸ τῶν Ἀντιφρῶν ἐπὶ τὴν Δέρραν — ὕφορμός ἐστι θερινὸς, καὶ ὕδωρ ἔχει — στάδιοι ζ′.

6. A Chimo ad Glaucum stadia 80.

7. A Glauco ad Antiphras — salum ocus habet — stadia 80.

8. Ab Antiphris ad Derram (*al.* Derrin) — statio subest æstiva, et aquam locus habet — stadia 90 (ϟ′).

Mediterranean, published at the Hydrographical office of the Admiralty. Lond. 1839. Rupes illas aquarum superficiem attingentes auctor noster vocat βράχη ἐπιφαινόμενα, sicut § 37 habes βράχη ὑψηλά et § 57 βράχη μετέωρα. Ceterum usque ad Chimo vicum apud Ptolemæum pertinet ἡ τοῦ Μαρεώτου νομοῦ παράλιος.

§ 6. Γλαῦκον] Ptolemæus memorat Γλαῦκον ἄκρον (quod contra vett. præceptum in Γλαυκὸν mutavit Wilberg. V. Eustath. p. 906, 42) et ab eo promontorio occasum versus in mediterraneis Γλαῦκον locum, cui in ora respondet in eodem longitudinis gradu situs Λεύκασπις λιμήν (« Depuis Abousir jusqu'à la grande *Akabah* le rivage et le plus souvent formé par une digue de sables *blanchâtres* » Pacho p. 19). In periplo nostro, quum Γλαῦκος locus accuratius non definiatur, nonnulla omisisse scriba censendus est, sicuti ceteris quoque locis, ubi nuda nomina apposuisse satis habuit. Probabile vero est ad verba ἐπὶ τὸν Γλαῦκον subintelligendum esse λιμένα, adeo ut portum, quem Λεύκασπιν Ptolemæus cum Strabone dicit, Noster cognominem fecerit vico vel oppido mediterraneo. Utrumque nomen de eodem loco usurpari poterat, quum γλαυκὸς significet ὑπόλευκος (v. Etym. M. p. 233, 20, coll. Eustath. in Il. p. 116, 11). Quod Ptolemæus distinguit inter portum Leucaspida et Glaucum vicum mediterraneum, id nescio an perperam fiat. Etenim Libycæ oræ regionisque ei proximæ descriptio vehementer apud Ptolemæum laborat. Neque expediri possunt impedimenta, nisi statuas adhibuisse auctorem partim periplos partim itineraria; hos autem fontes, quum eadem sæpe loca commemorarent, neque de nominibus neque de distantiis ubique consentanea prodidisse, indeque factum esse, ut tabula effingeretur parum concinna, in qua quæ conjunctim poni debebant, vel nominibus vel distantiis perperam separarentur. — Ceterum Strabo inter Leucaspidem et Cynossema alios complures esse portus refert, quod in tam brevi spatio addubitaveris. Octoginta Nostri stadia ducunt ad *Erab Kulliu*, ubi exstant ruinæ. Num ad eundem locum pertineat *Lamaïd*, « chateau sarrasin, situé aux bord de la mer, à six heures de distance de Bourden (Pacho l. l. p. 11), » nescio.

§ 7. Ἀντίφρας] § 8 codex præbet ἀπὸ τοῦ Ἀντιφρ' (sic). Stadia 80 ad eum ducunt oræ locum, ubi in mediterraneis situm est *Abdr-Ahman*. Ptolemæus Antiphras ponit post Δέρριν ἄκραν occasum versus. Eodem facit Strabo p. 799, qui ab occasu ortum versus progrediens ita habet : Εἶτα νῆσος Σιδωνία (l. Πηδωνία) λιμένα ἔχουσα· εἶτ Ἀντίφραι (Ἀντίφρα Strab. ap. Steph. B.) μικρὸν ἀπωτέρω τῆς θαλάττης· ἅπασα μὲν ἡ χώρα αὕτη οὐκ εὔοινος, πλείω δεχομένου τοῦ κεράμου θάλατταν ἢ οἶνον, ὃν δὴ καλοῦσι Λιβυκὸν (βύκον St. B., βύχιον conj. Meineke), ᾧ δὴ καὶ τῷ ζύθῳ τὸ πολὺ φῦλον χρῆται τῶν Ἀλεξανδρέων· σκώπτονται δὲ μάλιστα αἱ Ἀντίφραι· εἶτ' ἡ Δέρρις λιμήν, καλούμενος οὕτως διὰ τὴν πλησίον πέτραν μέλαιναν δέρρει ἐοικυῖαν· ὀνομάζουσι δὲ καὶ Ζεφύριον τὸν πλησίον τόπον· εἶτ ἄλλος λιμὴν Λεύκασπις καὶ ἄλλοι πλείους. Huc accedere videri possit series nominum apud Hieroclem p. 733 : Πιδονία, Ἀντιφρὼ (sic), Δάρνις; at Darnis non est nostrum Derris, sed hod. *Dernah*, ac omnino Hierocles in recensendis locis non solet ordinem eorum geographicum accuratius observare. Straboni autem et Ptolemæo innitens Gailius perturbatas esse peripli rationes et hunc fere in modum adornandas censuit :

A Glauco (fort. *Lamaïd*) ad Leucaspim (f. *Dresieh*)

stadia.	160
Inde ad Zephyrium (fort. *Djemmeimah*)	130
Inde ad Derim prom. (*el Heif*)	90
Inde ad Antiphras	80.

Quibus ludibriis immorari haud vacat. Quodsi perfunctoriæ rationi, qua ora Libyca apud Strabonem et Ptolemæum ex eodem, ut videtur, fonte describitur, majorem quam Stadiasmo nostro fidem tribuere temere velis, statueris aut alteras Antiphras fuisse inter Derrim et Glaucum (sicuti alia locorum nomina sæpius repetuntur in ora Libyca), aut de nomine vici, qui octoginta a Glauco stadia distans navium stationem habuit, auctorem peripli errasse. Seriem vero locorum ne mutes. Cf. not. ad § 8. Ceterum Antiphrôn mentio occurrit etiam in Synodica Gennadii, in qua subscribit Apollon Ἀντίφρων (sic).

§ 8. τὴν Δέρραν] τὸ Δέρραν codex; τὸ Δέρρον male edidit Iriarte. Straboni est Δέρρις λιμήν; Ptolemæus memorat Δέρριν ἄκραν. Vetus nomen agnoscis in hod. *Dresieh*. Distantia stadiorum ϟ′ (sic enim leg. pro ζ′) nimia est, si juxta oram metiaris; at quum ab occasu hodiernæ *Dresieh* juxta litus protendatur brevium tractus, hunc si circumnaviges, recte obtinebis iter stadiorum 90. Quam Strabo prope Derrim notat petram nigram, haud dubie unus est e duobus scopulis, quos Pacho prope *Dresieh* exhibet. Quod addit Strabo petram istam δέρρει seu pelli similem fuisse, fortasse inter lusus recensendum est, quibus peregrina nomina Græci explicare adamabant. Ceterum aut ex hac petra Ptolemæus fecisse videtur Δέρριν ἄκραν, aut potius promontorium *Jumeimah* vel prom. *Hammeite*, quod est initio sinus ejus, in quo Derris locus situs erat, etiam ipsum *Derris* a nonnullis vocabatur; atque hæc causa fuit, cur ipsum etiam Derrim ὕφορμον stadiasmi ad promontorium aliquod nonnulli transferri vellent. Sic Pacho p. 14 : « Le nom de *Dresieh*, inquit, offre, il est vrai, une grande analogie avec celui de *Derris*, port et promontoire mentionné par plusieurs auteurs. Mais la situation de *Dresieh*, enfoncée dans ce golf, ne saurait, en aucune manière, convenir à un promontoire, et ce nom paraît être, comme plusieurs autres, une tran

9. Ἀπὸ τῆς Δέρρας ἐπὶ τὸ Ζεφύριον — λιμήν ἐστι καὶ σάλον ἔχει — στάδιοι υ'.

10. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου εἰς Πεζώνην στάδιοι ρι'. Ἀπὸ * σταδίων ταύτης σκόπελός ἐστι, καὶ καλεῖται Μύρμηξ· καὶ ἀκρωτήριον, καὶ καλεῖται Τραχεῖα.

11. Ἀπὸ Πεζώνης εἰς Πνιγέα στάδιοι ζ'· ἀκρωτήριόν ἐστι ταπεινόν· εἰσάγου δεξιῶς εἰς τὸν πλαταμῶνα.

12. Ἀπὸ τοῦ Πνιγέως εἰς τὸν Φοινικοῦντα στάδιοι ρμ'· νησία εἰσὶ Δίδυμα· ὕφορμος ὑπ' αὐτά· βάθος φορτηγοῖς· ὕδωρ ἔχει λακκαῖον ἐν τῇ φάραγγι.

13. Ἀπὸ Φοινικοῦντος ἐπὶ τὰ Ἑρμαῖα στάδιοι ζ'· ἐκ δεξιῶν τὴν ἄκραν ἔχων ὁρμίζου· ὕδωρ ἔχει ἐπὶ τοῦ πύργου.

9. A Derra ad Zephyrium — portus ibi, et salum locus habet — stadia 170 (ρο'),

10. A Zephyrio ad Pedonen (Πηδώνην) stadia 110. Ibi [*sex?*] ab litore stadiis scopulus est Myrmex nomine et promontorium quod Trachea *acra* vocatur.

11. A Pedone ad Pnigeum stadia 90 (ϟ'); promontorium est humile; ad dextram flectens inducas in tractum lævi fundi saxosi.

12. A Pnigeo ad Phœnicuntem stadia 140, [*Duobus ab eo stadiis*] insulæ sunt Didymæ seu Gemellæ; sub iis statio; profunditas navibus onerariis sufficiens; aquam locus habet cisterninam in convalle.

13. A Phœnicunte ad Hermæa stadia 90 (ϟ'); a dextris promontorium habens appelle; aquam locus habet in turri.

---

position que les Arabes ont faites dans la denomination des lieux. Quant *à la roche noire ressemblant à une peau*, que Strabon donne comme indice à *Derris*, je doute qu'avec le seul secours de ce signalement on pût reconnaître cet ancien *promontoire*, puisque tous les caps de cette partie du littoral sont garnis d'écueils qui avec un peu d'imagination de la part du voyageur, peuvent acquérir cette ressemblance. » Cf. idem p. 18 not.

§ 9. Ζεφύριον] Ζέφυρον et § 10 Ζεφύρου codex. || — στάδ. υ'] Numerus corruptus. Itaque in situ loci constituendo a Pedone insula progrediendum. Quo facto, Zephyrium portum ponendum apparet ad promontorium *Hammeite*, quod ipsum quoque Ζεφύριον vocatum fuerit, quum nomen istud de promontoriis omnium sit frequentissimum. Eo usque a *Dresieh* sunt, si oram legeris, ad stadia 140, ρμ'. Hunc tamen numerum in υ' abiisse, parum probabile, ac majorem aliquem postulat summa stadiorum 1550. Manu leni pro υ' refinxeris ρο'. Apud Ptolemæum nulla Zephyrii mentio. Strabo vaga verba scripsit hæc : Ὀνομάζουσι δὲ καὶ Ζεφύριον τὸν πλησίον (sc. Derri portui) τόπον : ut fere putem Δέρριν ὕφορμον et Ζεφύριον λιμένα a Strabone male contrahi in Δέρριν λιμένα ; quod quidem tanto facilius accidit, si Ζεφύριον promontorium a nonnullis Δέρρις vocabatur, ut fecisse Ptolemæum supra suspicati sumus.

§ 10. Πεζώνην] haud dubie scribarum errore pro Πηδώνην (similiter pro δ legis ζ in § 47, ubi Ζαρίνην codex pro Δάρνην vel Δάρνιν). *Pedonen* locum habet Itinerarium p. 73 ; Ptolemæus et Πηδωνίαν locum in mediterraneis, et Πηδωνίαν insulam memorat ; in Hierocle p. 734 scribitur Πιθανία, sicut in Synodica Gennadii subscribit Apollon Πιθανίας. Apud Strabonem pro Πιθωνία vel Πηδωνία codices corrupte : Σιδωνία νῆσος λιμένα ἔχουσα. || — ἀπὸ σταδίων] Post ἀπὸ excidit numerus stadiorum (an ϛ'?), quibus insula a continente distat. Iriarte post vocem Τραχεῖα habet verba σταδ. ζ', quæ huc retraheres, nisi Millerus doceret l. l. p. 312 verba σταδ. ζ' in codice non exstare. Lapieus finxit Myrmecem scopulum a Pedone distantem, si *juxta oram* processeris, stadia 57. Quod quum a Græcis nostris prorsus alienum sit, nescio an e Ptolemæo arripuerit, ubi codd. plurimi Pedoniam insulam ponunt 59°, 30', quum Pedonia locus sit 59° 20'. long. Locus noster situs est non longe a promontorio *Haifeh* occasum versus, ubi duo parvulæ insulæ notantur, quarum altera nescio an rupes sit. Quæritur tamen an Myrmex scopulus a Pedonia insula diversus fuerit, nec ne ; illud potius duxeris, si recte Strabo portum insulæ tribuit. Apud Nostrum portus vel stationis mentio culpa excerptoris vel librarii omissa est. || — Τραχεῖα] Τραχέα cod. ; em. Hoffm.

§ 11. Πνιγέα] Πνιγέα κώμην habet Strabo. Locum non ad ipsam maris oram situm fuisse e Ptolemæo colligas. Nonaginta stadia ducunt ad *Ras Tanhoub*, a cujus parte occidentali notantur puteus et ruinæ. Cf. Pacho l. l. p. 17. || — εἰσάγου] εἰσάγον cod. ; cf. κατάγου § 16, 44, 128. || — Πλαταμὼν dicitur maris locus qui aquam non adeo altam, et in fundo saxosam planitiem habet ; nonnunquam etiam de litore depresso ac lævo vox usurpatur. V. Steph. Thes. s. v. Gailius in vulgata : εἰςάγον nihil offendens vertit : *promontorium humile, recta porrectum in saxosam planitiem*, quod græcis inesse nequit. Letronnus (*Poëm. geogr.* p. 313) legendum suspicabatur εἰς πλατανῶνα, in locum platanis consitum.

§ 12. Phœnicûs portus, a palmis, ut videtur, nomen nactus et a Strabone et Ptolemæo memoratus, nescio an subsit etiam *Euthicu* loco, qui in Itinerario a Pedone abesse dicitur 26 millibus sive 206 stadiis ; quod satis quadrat cum stadiis 230, quæ ad Phœnicuntem sunt juxta oram maritimam. — Ceterum apud Nostrum scriptum fuerit :.. στάδιοι ρμ'. [ἀπὸ σταδίων*] νησία εἰσὶ δύο. Haud enim in duabus insulis fuit Phœnicûs. || — Διδύμους νήσους alias Ptolemæus ad Chersonesum parvam collocat (v. not. ad § 1.), alias memorat ex Artemidoro Stephanus v. Διδύμη. et Noster § 161 || — βάθος] βαθὺς scr. Hoffmann, præter necessitatem. || — τῇ φαρ.] τῷ φαρ. codex. Distantia stadiorum 140 recte ducit ad locum, ubi duo insulæ altera juxta alteram exstant, et in objecta continente ruinæ conspiciuntur.

§ 13. τὰ Ἑρμαῖα] sic h. l. codex ; § 14 ἀπὸ Ἑρμαῖον, ubi contra codicis auctoritatem tacite Iriarte dedit ἀπὸ Ἑρμαίου. Apud Ptol. codd Ἑρμαῖα Ἑρμαία ἄκρα. Hermæa et sequens post viginti stadia Leuce acte ad *Ras Kanais*, cui Catabathmus parvus adjacet, pertinent. Scylax quum Plinthinum sinum extendat

14. Ἀπὸ Ἑρμαίων ἐπὶ Λευκὴν ἀκτὴν στάδιοι κʹ· νησίον παράκειται ἐκεῖ ταπεινὸν, ἀπέχον ἀπὸ τῆς γῆς σταδίους βʹ· ὕφορμός ἐστι φορτηγοῖς, τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις· ἐν δὲ τῇ γῇ ὑπὸ τὸ ἀκρωτήριον ὅρμος ἐστὶ μακρὸς παντοίαις ναυσίν· ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἐπίσημον χρηστήριον· καὶ ὕδωρ ἔχει παρὰ τὸ ἱερόν.

15. Ἀπὸ Λευκῆς Ἀκτῆς ἐπὶ Ζύγριν στάδιοι ϟʹ· νησίον ἐστί· [τοῦτο ἔχων] εὐώνυμον προσορμίζου· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ ἄμμῳ.

16. Ἀπὸ Ζύγρεως εἰς Λαδαμαντίαν στάδιοι κʹ· νῆσος ἱκανὴ παράκειται (μεγάλη)· αὐτὴν ἔχων δεξιὰν, κατάγου· λιμήν ἐστι παντὶ ἀνέμῳ· ὕδωρ ἔχει.

17. Ἀπὸ Λαδαμαντίας ἐπὶ τὰ Καλαμαίου στάδιοι μʹ· ἀκρωτήριόν ἐστιν ἔχον σκόπελον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ὕφορμον.

18. Ἀπὸ τῶν Καλαμαίου ἐπὶ Γραίας γόνυ στάδιοι οʹ· ἄκρα ἐστὶ τραχεῖα, ἔχουσα ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ σκόπελον· ἐπὶ δὲ τῆς γῆς δένδρον· ὅρμος ἐστὶ, καὶ ὕδωρ ἔχει ὑπὸ [τὸ] δένδρον· φυλάσσου νότον.

19. Ἀπὸ Γραίας γόνατος ἐπὶ τὸν Ἄρτον στάδιοι ρκʹ· ἀκρωτήριόν ἐστι τραχὺ, οὐκ ἔχον ὕφορμον, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρωτηρίου ταῦροι δύο ὡς νῆσοι ἀνατείνοντες εἰς τὸ πέλαγος· ταύτην κάμψας, ὄψει τὴν πόλιν Παραιτόνιον.

14. Ab Hermæis ad Leucen acten sive Album litus stadia 20; parva humilisque ibi adjacet insula, a litore distans stadia duo; subest ei statio navibus onerariis, petenda cum ventis occiduis; in litore autem sub promontorio longe patet statio omne genus navibus. Est ibi fanum Apollinis, celebre oraculum; aquam locus habet juxta fanum.

15. A Leuce acte ad Zygrin stadia 90 (ϟʹ); parva ibi insula est; [*eam habens*] ad sinistram, appelle; aquam locus habet in arenis.

16. A Zygri ad Ladamantiam stadia 20; insula adjacet sat magna; hanc a dextra habens appelle; portus est omni vento; aquam habet.

17. A Ladamantia ad Calamæum stadia 40; promontorium est a dextra scopulum habens, sub quo sisti naves possunt.

18. A Calamæo ad Græas Gony seu Vetulæ genu stadia 70 (οʹ); promontorium est asperum, in alto habens scopulum; in litore arbor exstat; statio ibi et sub arbore aqua; cave austrum.

19. A Græas Gony sive Vetulæ genu usque ad Artum stadia 120. Promontorium est asperum, quod nullam sub se stationem navibus præbet. Ad promontorium sunt tauri (cornua) duo, qui quasi insulæ in mare protenduntur. Hoc promontorium ubi circum-

---

usque ad Leucen acten, totam extremitatem hujus promontorii eo nomine designare videtur; secundum Ptolemæum extremitates orientales promontorii assignandæ Hermæis acris, Leuce acte autem ad latus occidentale prom. ponenda. Eodem modo etiam Noster statuit, quoniam ita vult appelli, ut ἄκρα sit ad dextram. Ἐπὶ τοῦ πύργου, *in turri*, ut § 63 ὕδωρ ἐπὶ τοῦ φρουρίου, *in castello*.

§ 14. Λευκὴν ἀκτὴν] Cf. Scylax § 107, Ptol. l. l. Strabo: ἄκρα λευκόγειος, Λευκὴ ἀκτὴ καλουμένη. Insulam mappæ exhibent. || — ἀφ' ἑσπερὰν cod.; em. Gailius.

§ 15. Ζύγριν] Ζύγρην et § 16 ἀπὸ Ζυγρέων cod.; em. Gail. Apud Ptol. est Ζυγὶς λιμὴν (sic e codd. suis Wilberg.; Γυζίς vulgo). Cf. § 28, ubi alius locus Ζυγραί (Ζυγρίς ap. Ptol.). Inde a Leuce acte prima quæ obviam fiat in mappis nostris insula, prope hodiernum portum *Mahada* sita est. Haud longe a portu occasum versus in mediterraneis occurrit *Kassaba* (i. e. vicus) *Zarghar* cum vetusti loci ruinis, quas ad Zygrin veterum pertinere censet Pacho p. 23. Quod quum probabiliter dictum videatur, admitti tamen vix potest. Primum enim distantiæ in Nostro ita notantur, ut cum *Mahadda* portu componenda potius sit Laodamantia. Porro quum insula ad portum *Mahadda* sita ceteris longe major sit, hæc esse debet νῆσος ἱκανὴ, quam cum Laodamantia Noster § 6 commemorat. Huc accedit quod sic demum promontoriis Calamæi et Γραίας γόνατι locus suus commode assignari potest. Itaque Zygris ante portum *Mahadda* collocanda erit, insula autem adjacens nisi est unus ex scopulis prope *Ras Halib*, propter exiguitatem in mappis nostris omissa est, vel potius arenis nunc continenti juncta. || — τοῦτο ἔ. supplevi.

§ 16. Λαδαμαντίαν] Λαδαμάντην codex, unde eliceres Λαδαμάντειον, nisi § 17 sequeretur ἀπὸ Λαδαμαντίας. Ceterum Λαδ. est plebeja vocis forma pro Λαοδ., sicuti Λαδίκεια dicunt pro Λαοδίκεια et similia. Memorant locum Scylax et Ptolemæus. Uterque Λαοδαμάντειον vocat; ille navigatione diei dimidiati, hic dimidia unius gradus parte a Leuce acte locum distare perhibent parum accurate. || — μεγάλη] Ejicienda vox, quam glossator ad vocem ἱκανήν adscripsit. || — δεξιὰν] δεξιὰ cod.; possis etiam ἐν δεξιᾷ.

§ 17. τὰ Καλλαμαίου] Καλλίου ἄκρον et Καλλίου locum mediterraneum Ptolemæus habet. Quid sit rectius dictum, nescio. Illud intellige promontorium, quod proxime post portum *Mahadda* in mare porrigitur. Distantia stadiorum 40, sicuti quæ sequitur, cum vera oræ longitudine parum convenit; attamen non corrupti numeri esse videntur.

§ 18. τῶν Καλαμαίου] sic codex; τοῦ Καλαμαίου apogr. Iriart. || — Γραίας γόνυ, λιμήν ap. Ptolemæum. || — σταδ. οʹ] sic codex; σταδ. θ edidit Iriarte. Sequitur promontorium, *Ras el Ayn*, quod quum genu in modum curvatum sit, hinc nomen nactum esse videtur. || — τραχεῖα] παχεῖα cod.; em. e conj. Gailii.

§ 19. Ἄρτον] Apud Ptolemæum imminens Parætonio promontorium vocatur Πυθὶς ἄκρα. Distantia ducit ad prom., quod a meridie claudit sinum, qui vocatur *Mirsa Berek*. — Habet promontorium prominentes duos apices vel cornua, quibus ταύρων nomen nautæ indidisse videntur (Cf. οἱ Ταῦροι ἀκρωτήρια in sinu Arabico ap. Agatharch. § 84 p. 174). Quum hæc cornua potius quam totum reliquum promontorium in mare protendantur, scripsi ἀνατείνοντες pro ἀνατεῖνον, quod codex habet. Vulgatam si servare velis, verba καὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρ... ὡς νῆσοι parenthetice dicta orationem efficerent intricatam. Ceterum Mannertus vertit (X, 2, p. 29): « *Auf demselben bilden sich zwei Blœcke* (ταῦροι) *wie Inseln. Halte dich* (ἀνάτεινον) *in hoher See.* » || — Παραιτόνιον] Παρατόνιον h. l. et

Γίνονται ὁμοῦ οἱ πάντες ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Παραιτόνιον στάδιοι ͵αφν΄.

flexeris, videbis urbem Parætonium. In summa ab Alexandria ad Parætonium sunt stadia 1550.

---

§ 52 Παρετόνιον codex; Παραιτόνιον (Παραιτώνιον passim in codd.) reposuit Gailius. Ceterum Παρατόνιον habet etiam Chron. Paschal. p. 32, eamque formam seriores quosdam usurpasse colligas e Pseudocallisthene p. 32, ubi Alexander post peractum Ammoni sacrificium (Strabo p. 799 : Καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραιτόνιον τὴν πόλιν, οἱ δ' Ἀμμωνίαν) in agro deambulans fertur cervam conspexisse atque sagittario cuidam imperasse τοξεύειν τὸ ζῷον. Ὁ δὲ τοξότης τείνας τὸ τόξον οὐκ ἐπέτυχε τῆς ἐλάφου. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος εἶπεν αὐτῷ· « Ἄνθρωπε, παράτονόν σοι γέγονε. » Ἔνθεν οὖν ὁ τόπος ἐκεῖνος ἐκλήθη Παρατόνιον. De Parætonio præter ea quæ ad Scylac. p. 82 laudavi, vid. Procop. De ædif. VI, 2; Plutarch. Anton. 70; Dio Cass. 41, 9. 10; Polyæn. II, 18, 2; Diodor. I, 31; Ovid. Met. IX, 772. Am. II, 13, 7; Lucan. III, 295; Lucian p. 273 Didot.; Rasche Lex. num. III, 2 p. 596. Sita urbs erat ad hod. *Mirsa Berek*. Pacho l. l. p. 28 : « Après six heures de marche au N.-O. de *Kassaba-Zarghah* nous arrivâmes auprès d'un port, qui présente une position maritime très-avantageuse. Sur ses bords de sable et couverts d'un lit d'algue, je vis les traces peu apparentes d'un ancien bourg, parmi lesquelles je ne distinguai qu'un grand mur d'enceinte, construit très-grossièrement, mais contenant des débris d'une belle epoque... Ce lieu est le célèbre *Parætonium*... Le nom de *Baretoun* que lui donne Aly-Ghaouy, n'est plus connu par les Arabes actuels; ils lui ont substitué celui de *Berek*, qui n'offre qu'un léger rapprochement avec le nom ancien. Parætonium, entouré de collines rocailleuses et stériles, ne dut apparemment la célébrité dont il jouit dans l'antiquité, qu'à son port bien abrité par une ligne de gros rochers, et dont la circonférence, au rapport de Strabon (p. 799) était de 40 stades. Les temps modernes viennent à l'appui de cette observation, puisque de tous les anciens ports de la Marmarique, celui de Berek, encore très-spacieux de nos jours quoique en partie envahi par les sables, était le seul qui attirât, naguère même, quelques djermes arabes, et occasionnât un peu d'activité et d'abondance au milieu de la tristesse et de l'isolement qui l'entouraient. || — στάδιοι ͵αφν΄] Numerus ͵αφν΄ haud dubie integer est, et cum oræ longitudine quam mappæ recentiores præbent, bene convenit. Strabo p. 799 a Parætonio ad Alexandriam 1300 fere stadia esse dicit, neque id falso, si lineam rectam metiaris. Plinius V, 6, § 39 exputat 200 millia vel stadia 1600, sicut Aristobulus ap. Arrian. Anab. III, 3, 1.

Sequitur tractus, qui a Parætonio pertinet usque ad Magnum Catabathmum et Petrantem.

STADIASMUS.				PTOLEMÆUS.			STRABO.
	Numeri codicis	Numeri emendati			Latit.	Long.	
19. Παραιτόνιον.	α	α	α	Παραιτόνιον.	57°	31° 10′	Παραιτόνιον.
20. Ζεφύριον καὶ Δελφῖνες νῆσοι.	ζ′	ζ′	90	Φωκοῦσσαι β′.	56° 50′	31° 30′	
21. Ἄπις κώμη.	λ′	λ′	120	Ἄπις.	56° 40′	31° 5′	Ἄπις κώμη, 100 st. a Parætonio.
22. Νῆσοι.	ζ′	ζ′	210	Αἰνήσιππα νῆσος. . . .	56° 30′	31° 40′	Αἰνησίπαστα νῆσος ἔχουσα λιμένα.
				Τρισάρχου κώμη. . . .	56° 20′	31° 5′	
23. Σεληνὶς ἄκρα.	ο′	ο′	280	Σελινοῦς λιμήν.	56°	31° 10′	Δρέπανον ἄκρα.
24. Ἀζύ.	η′	ν′	330				
25. Τυνδάρειοι σκόπελοι.	ρκ′	ρκ′	450	Τυνδάρειοι σκόπελοι γ′.	55° 50′	31° 30′	Τυνδάρειοι σκ., νησίδια δ′.
				Ζαγυλὶς κώμη.	55° 45′	31° 30′	(Ζάγουλις Hierocles).
26. Χαυταῖον.	ρμ′	ρμ′	590	Χετταία κώμη.	55° 30′	31° 10′	
27. Ζυγραί.	ρμ′	ρμ′	730	Ζυγρὶς κώμη.	55° 15′	31° 10′	(Ζωγρός Hierocles).
28. Ἐννησύφορα.	C (sic)	σι′	940	Αἰνησίφυρα λιμήν. . . .	55°	31° 10′	Αἰνησίσφυρα ἄκρα.
29. Καταβαθμὸς λιμήν. .	ρκ′	σν′	1190	Καταβαθμὸς μέγας. . .	54° 30′	31° 15′	Καταβαθμός.
30. Συχῆ.	λ′	λ′	1220				900 st. a Parætonio εὐθυπλοοῦντι.
31. Πάνορμος.	λ′	λ′	1250	Πάνορμος λιμήν.	54° 20′	31° 10′	
32. Εὐρεῖα φάραγξ. . . .	ρν′	ν	1300				
33. Πετρὰς [ὁ μέγας]. . .	*	μ′	1340	Πέτρας μεγάλης λιμήν. .	54°	31° 10′	
(Ἀπὸ Καταβαθμοῦ εἰς Πετράντα.	ρν)						
Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως Πετράντος.	͵αϛ′	͵βωζ′	2890	(= 1340 + 1550). . .			

Singula ex mente auctoris me constituisse non contendo; nam et minus cognitus nobis hic oræ tractus, et verba peripli interdum turbata vel hiulca. Præterea fieri potest ut Noster non accuratiora tradiderit quam Strabo, Plinius et Ptolemæus, qui omnes hujus oræ longitudinem justo minorem exhibent. A Parætonio enim ad Catabathmum quum sint 1200 fere stadia, Strabo nonnisi 900 esse prodit; quod vero addit : εὐ.

20. Ἀπὸ Παραιτονίου εἰς Δελφῖνας [καὶ] ἐπὶ τὸ Ζεφύριον στάδιοι ϟ′· νῆσοί εἰσι δύο καὶ ἀκρωτήριον· λιμήν ἐστι παντὶ ἀνέμῳ· καὶ ὕδωρ ἔχει.

21. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου καὶ τῶν Δελφίνων ἐπὶ τὸν Ἆπιν στάδιοι λ′· κώμη ἐστί· ταύτην πλέεις σταδ. κ′· ὅρμος ἐστίν· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ κώμῃ.

20. A Parætonio usque ad Delphines et Zephyrium stadia 90 (ϟ′); insulæ sunt duæ; portus est omni vento; habetque aquam.

21. A Zephyrio et Delphinibus ad Apin stadia 30; vicus est; *ad eum navibus salum et* (κατὰ ταύτην πλοίοις σάλος καὶ?) statio est; aquam locus habet in vico.

θυπλοοῦντι, id incassum fecit, quoniam nullus momenti alicujus sinus est, quo prætervecto iter brevietur. Apud Plinium (V, 6 § 39) nonnisi 86 milia pass. (688 stadia) numerantur. Qui nimius est error, quam ut Plinio tribuatur. Librarius, opinor, milia LXXXVI exaravit pro CXXXVI (1088 stad.). Ab hoc numero non multum abest Ptolemæus, 2° 30′ computans, quibus in hac latitudine efficiuntur stadia mille et paullo amplius. Similiter apud Nostrum a Parætonio ad Catabathmum habebis stadia 1060, si § 29 codicis numerum ρκ′ servaveris. Parum tamen hoc probabile. Pro numero ͵αϛ′ aperte corrupto (nam longe petitum foret, si quis numerum quidem genuinum esse diceret, at non pertinere eum ab Alexandria ad Petrantem, sed a Parætonio ad Catabathmum), facillime reponas ωϟ′. Quam frequens sit literarum α et ω permutatio, constat; siglum vero ϟ′ in codice Stadiasmi literæ ϛ′ simillimum esse debet, siquidem quattuor aut quinque locis Iriarte dedit ϛ′, ubi Millerus vidit ϟ′. Hac igitur permutatione admissa, sequitur integrum numerum fuisse [͵β]ωϟ′, ideoque inde a Parætonio relinqui stadia 1340, quæ cum vera oræ longitudine bene concinunt. Quod denique duobus locis κ′ mutavi in ν′, nihil habet quod sit violentum; nam istæ literæ in quadrata illa seculi decimi scriptura eædem fere sunt, nec semel literam κ dedit Iriarte, ubi codicem habere literam ν testatur Millerus.

§ 20. εἰς Δελφῖνας καὶ ἐπὶ τὸ Ζεφύριον] Codex ita habet : Ἀπὸ Παρατονίου εἰς Δελφῖνας σταδ. ϟ′. Ἀπὸ Δελφῖνας (sic) ἐπὶ τὸ Ζεφύριν (sic h. l. cod.) σταδ. ϟ′· νῆσοί εἰσι δύο etc., in quibus verba νῆσοί εἰσι δύο καὶ ἀκρωτήριον et § 21 ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου (Ζεφύρου cod.) καὶ τῶν Δελφίνων ostendunt insulas et promontorium conjunctim esse memoratas. Gailius scrib. proposuit : Ἀπὸ Παραιτονίου εἰς Δελφῖνας σταδ. ϟ′. Ἀπὸ Δελφίνων εἰς τὸ Ζεφ. σταδ. ϟ′. etc., deinde in § 21 ejiei vult verba καὶ τῶν Δελφίνων; at ferri id nequit propter verba νῆσοί εἰσι δύο καὶ ἀκρωτήριον. Hoffmannus denique qua solet licentia : Ἀπὸ Παρ. ἐπὶ τὸ Ζεφύριον σταδ. ϟ′· λιμήν ἐστι παντὶ ἀνέμῳ, καὶ ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου εἰς Δελφῖνας σταδ. ϟ′· νῆσοί εἰσι δύο καὶ ἀκρωτήριον. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ζεφυρίου (!) καὶ (!) τῶν Δελφίνων ἐπὶ Νάτην κτλ. — Ipse quoque malim Zephyrium promontorium separatim memorari, adeo ut nomen ad *Ras al Harzeit*, insigne prorsus promontorium, possit referri; ac fere persuasum est ita in antiquo periplo factum esse, Nostrum vero male duos locos in unum contraxisse. Sin minus, Zephyrium intelligi debet de ea ἄκρα, quæ ab oriente claudit sinum (*Marsa*) *Labeit*. Adjacentes ei insulæ a Nostro Δελφῖνες vocantur, a Ptolemæo Φωκοῦσσαι, nisi fortasse Φυκοῦσσαι scribendum est, quum ejus nominis insulæ Libycæ memorentur ab Athenæo I, p. 30, D, Hesychio s. v. et Stephano Byz. : Φυκοῦσσαι, νῆσοι Λιβύης· ὀνομάζονται δὲ διὰ τὸ φύκων εἶναι πλήρεις· οἱ νησιῶται Φυκουσσαῖοι et Φυκούσσιοι. Insulæ istæ quum ita sinui *Labeit* objectæ sint, ut nonnisi angustum relinquant aditum, portum ab omni vento tutum præstare videntur. Ceterum ad portum fuisse vicum vel oppidum putaveris, ad quod nescio an pertineant ruinæ, quæ ad sinum istum e regione insularum conspiciuntur. Distantia stadiorum 90 justo minor est. Tot enim sunt ab *Ras Harzeit*, quod ipsum a Parætonio 40 fere stadiis abest : adeo ut hoc quoque indicium sit, male a Nostro Zephyrium et Delphinas in unum locum contrahi.

§ 21. ἐπὶ τὸν Ἆπιν] ἐπὶ Νάτην et § 22 ἀπὸ τοῦ Ναύτιος (Ναυτίου apogr. Iriart.); emend. Mannert X, 2, p. 30. De Api v. Scylax § 107 : Ἔχεται Παραιτονίου Ἆπις πόλις· μέχρι ταῦτα Αἰγύπτιοι. Strabo p. 799 : Κώμη Ἆπις, ἀφ᾽ ἧς εἰς μὲν Παραιτόνιον στάδιοι ἑκατὸν (itinere terrestri), εἰς δὲ Ἄμμωνος ὁδὸς ἡμερῶν πέντε. Plinius V, 6 § 39 : *In eo tractu intus Apis interest, nobilis religione Ægypti locus. Ab eo Parætonium LXII* (*XII* corr. Barbarus) *M. pass.* Apud Polybium XXXI, 25, 8 Ptolemæus Physcon, e Cypro ad fines Cyrenaicæ ire jussus, κατέσχεν ἐπὶ τὸν Ἆπιν, et περὶ τὸν Ἆπιν castra posuit. Herodotus II, 18 : Οἱ γὰρ δὴ ἐκ Μαρέης τε πόλιος καὶ Ἄπιος, οἰκέοντες Αἰγύπτου τὰ πρόσουρα Λιβύῃ, num alium Apin intellexerit, an situm nostri loci non satis perspectum haberet, quæritur. || — ταύτην πλέεις σταδ. κ′ ὅρμος ἐστί] Hæc quomodo sananda sint, parum liquet. Num fuit : ἐπὶ ταύτην πλέεις σταδίους κ′, adeo ut hæc margini quidam ad verba στάδιοι λ′ adscripserit, aliam loci distantiam notans? Haud crediderim. Multo minus probes rationes Mannerti l. l., qui ita locum intellexit : « Segelst du an der Küste 20 Stadien weiter (quasi in græcis esset : ταύτην εἰ παραπλέεις), so erreichst du den Landungsplatz; Wasser findet sich (*aber nur*) in dem Flecken. » Fuisse suspicor : κατὰ ταύτην πλοίοις σάλος καὶ ὅρμος ἐστίν, vel fortasse : κατὰ ταύτην πλοίοις σταδίων κ′ ὅρμος ἐστίν, adeo ut per viginti stadia locus sistendis navibus aptus esset (ὅρμος μακρὸς vel ἀνατείνων, quem alias Noster dicit); idque in *Marsa Labeit* apprime cadere videtur. Ad eum enim recessum situs fuisse vicus debet. Smythius ad Apin refert ruinas, quas e regione insularum sitas esse modo (§ 20) diximus. Quod si recte fit, distantia stadiorum 30 falsa foret, quum vix decem stadiorum sit intervallum. Pacho l. l. p. 32 Apin in hodierno *Boun-Adjoubah* fuisse putat : « En nous dirigeant (*de Marsa Berek*) vers l'ouest, après trois heures et demie de marche dans un terrain rocailleux, nous arrivâmes à *Boun-Adjoubah*, vallée fertile, bornée du côté de la mer par une dune de sables et par des collines peu élevées du côté opposé. Nous retrouvâmes dans ce lieu des palmiers dans tout le développement de leur végétation; hors

22. Ἀπὸ τοῦ Ἄπιος εἰς Νήσους στάδιοι ζ'.

23. Ἀπὸ τῶν Νήσων εἰς Σεληνίδα στάδιοι ο'· ἄκρα ἐστὶν, ἔχουσα ὕφορμον· ἔχει δὲ ἐκ δεξιῶν βράχη· καθορῶν τὸ βράχος κατάγου.

24. Ἀπὸ Σεληνίδος ἐπὶ Ἀζὺ στάδιοι η'.

25. Ἀπὸ τῆς Ἀζὺ ἐπὶ Τυνδαρείους στάδιοι ρκ'· σκό-

22. Ab Api ad Nesos seu insulas stadia 90 (ϟ').

23. A Nesis ad Selenidem stadia 70; promontorium est et sub eo statio; a dextris vero habet brevia; hæc ubi conspexeris, appelle.

24. A Selenide ad Azy stadia 50 (ν').

25. Ab Azy ad Tyndarios stadia 120; scopuli

---

quelques rejetons à *Berek-Marsah*, nous n'avions plus revu cet arbre depuis notre départ d'Alexandrie. Des bouquets de figuiers, groupés avec des dattiers, donnaient à cette vallée un aspect pittoresque.. Je comptai jusqu'à dix puits creusés à 20 mètres de profondeur, et contenant une eau très-douce... Sur la colline qui borde la vallée au sud, sont les vestiges de deux édifices, dont il ne reste plus que les fondations... La fertilité de la vallée et sa proximité de *Berek*, attiraient auprès d'elle une grande partie des camps qui couvraient alors cette partie du littoral.... La position avantageuse de *Boun-Adjoubah*, ses puits nombreux, les traces d'anciennes habitations et sa distance de Parætonium, autorisent à reconnaitre dans la situation de ce lieu celle du bourg *Apis*... Suivant Scylax, Apis était la limite de l'Égypte; il est remarquable que *Boun-Adjoubah* sert encore aujourd'hui de point de demarcation entre le gouvernement d'Égypte et celui de Tripoli... A trois heures de distance, à l'ouest, nous traversâmes un profond ravin nommé *Arghoub-Souf*, à l'embouchure duquel est un petit port, *Marsah Lebeith*. » Ceterum hæc locorum descriptio, si novissimas mappas nauticas contuleris, parum est perspicua. Nam apud Pachonem *Boun Adjoubah* inter *Marsa Berek* et *Marsa Labeit* est fere media, dum in Anglorum mappis *Bun Ajoubah*, sita est ab occasu *Marsæ Labeit*, inter hanc scilicet et *All-Abwat*.; adeo ut Pacho *Marsa Berek* vocare videatur quæ aliis est *Labeit*; nomen *Labeit* vero transferat ad maris recessum prope *All-Abwat*; et ex ea mente mappam quoque suam, si quid intelligo, Pacho delineavit (Quæ quidem mappa, ut præteriens hoc moneam, oram habet tam perfunctorie descriptam, ut usus ejus nullus sit). Quæ quum ita habeant, de *Boun-Adjoubah* cum Api componenda vehementer dubito; fieri enim id nequit, nisi forte Parætonium in *Mirsa Labeit* transferendum putes; quod a Periplo nostro prorsus foret alienum.

§ 22. εἰς Νήσους] E recessu *Marsa Labeit* iter stadiorum 90 (ϟ'; sic enim leg. pro ζ') ad insulas tres ducit, *Al-Matrou* nunc dictas, circumjectis scopulis horrentes, quibus in continenti objectum est *All Abwat* ruinas habens. Apud Ptolemæum sequitur Αἰνήσιππα (Αἰνήσιππα var. lect.) νῆσος, apud Strabonem Αἰνησίπαστα νῆσος ἔχουσα λιμένα. Ex his nostrum locum redintegrandum putaveris, in quo vel nomen insularum excidisse, vel pro νήσους scribendum esse Αἰνησίπασταν vel Αἰνήσιππαν videatur. Dubia tamen res est, fierique potest ut Νήσους sit nomen proprium loci in continente siti e regione insularum; etenim in Tabula Peutingeriana primus post Parætonium locus memoratur *Nesus*, intervallo millium 24 sive stadiorum 192 (stad. 210 sec. Stadiasm.); vix ille a Nesis Stadiasmi diversus fuerit, quamvis mansiones inter Parætonium et Catabathmum interjacentes in Tab. Peuting. turbatæ sint, atque ita viarum lineæ habeant, ut alius locus inter Parætonium et Nesos medius excidisse videatur. In Itinerario p. 72 eodem fere a Parætonio intervallo (26 millium seu 208 stad.) ponitur *Thabrasta* s. *Tanabrasta* s. *Tanabastra* s. *Tanabeist.a*, quod nomen ad eundem locum pertinere et cum Straboniano Αἰνησίπαστα componendum censeo. Portum in insula saxosa num recte posuerit Strabo, an non potius collocari debuerit ad continentem, ubi promontorium simul et projecta insula tutum recessum præbent et olim oppidum exstitisse Itineraria probant, jure tu quæras.

§ 23. εἰς Σεληνίδα] εἰς Λινύδας et § 25 ἀπὸ Λινύδος codex. Apud Ptolemæum est Σελινοῦς (*Selinis*, *Selinuns* in latt. var. lect.) λιμήν; apud Strabonem Δρέπανον ἄκρον, id est *falcatum* promontorium; unde facilis conjectura alterum ejus nomen eodem sensu fuisse Σεληνίς (arabice foret *Ras el Hilâl*, uti nunc dicitur promont. ad Naustathmum eminens), quod in Σελινοῦς apud Ptolemæum, apud Nostrum in Λινύς abiit. Ab *All Abwat* 70 stadia pertinent ad curvatum promontorium, quod in Smythiana oræ Libycæ mappa vocatur *Mourakh Kham*. Paucis hinc versus occasum stadiis brevia idem notat Smythius. || — βράχος] sic cod.; βράχον apogr. Iriart. — Ptolemæus medium inter Apin et Selinuntem habet *Trisarchi* vicum, a quo non diversus fuerit, quem in mediterraneis multo magis occasum versus habet *Tirarchi* vicum; illum e Periplis, hunc ex Itinerariis recepit.

§ 24. Ἀζύ] Fortasse nomen corruptum e Ζαγυλίς, quam dicit Ptolemæus. At dubia res. Nam Ptolemæus Zagylin post Tyndarios demum scopulos ponit; Itinerarium vero p. 73 *Zacilin* (sic) ita collocat ut a Parætonio absit 78 mill. (624 st.), a Catabathmo 50 mill. (400 st.); quod ab Azy loci situ abest longissime, adeo ut, si recte hæc habent, Itinerarii locus a nostro diversus intelligendus sit, cum quo componenda foret Ἀζιχις mediterranea Ptolemæi, a Catabathmo dimidio longitudinis gradu distans. In Hierocle p. 733 codex: Ζωγροζάγουλις, i. e. Ζυγρὸς (Ζυγρὶς, Ζυγραί), Ζάγουλις. Wesselingius ibi : « Philocalus Ζαγυλέων antistes est in Concil. Chalcedon. p. 127 et apud Lambecium Bibl. Vindobon. l. VIII, p. 423. Maximus Ζαγύλεως Gennadii Synodicæ subscribit. » || — στάδιοι η'] Esse debet ν'; sic demum cum stadiis 120 segminis sequentis scopulos Tyndareos attingere licet.

§ 25. ἐπὶ Τυνδαρείους] ἐπὶ Δαρείου codex. Simili corruptione : ἐπὶ τὴν δαρέου σκοπέλους codex Scylacis p. 82 (ubi pro Τυνδαρίους scribe Τυνδαρείους, eodemque modo corrige vulgatam ap. Ptolemæum p. 290 ed. Wilbg.). Strabo quattuor νησίδια, Ptolemæus tres scopulos notat; Smythius duas habet insulas majores, tres

πελοί εἰσιν· ὑπὸ τούτους ἐστὶ φορτηγοῖς ἀγκυροβολία.

26. Ἀπὸ [τῶν Τυνδαρείων] σκοπέλων ἐπὶ τὸ Χαυταῖον στάδιοι ρμ'· ὕφορμός ἐστι πλοίοις μικροῖς· ὕδωρ ἔχει πηγαῖον ἀνακτὸν ἐν τοῖς ἀγροῖς.

27. Ἀπὸ τοῦ Χαυταίου ἐπὶ Ζυγρὰς στάδιοι ρμ'.

28. Ἀπὸ Ζυγρῶν εἰς Ἐννησύφοραν στάδιοι ϛ'· ὕφορμός ἐστι θερινός· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ ἄμμῳ, καὶ ἐπὶ θαλάσσης σκόπελον.

29. Ἀπὸ Ἐννησυφόρας εἰς Καταβαθμὸν στάδιοι ρκ'·

sunt; sub iis onerariis navibus ancoras jacere licet.

26. A Tyndariis scopulis ad Chautæum stadia 140; sub eo statio navigiis parvis; aquam habet, quæ e fontibus provenit in agris.

27. A Chautæo ad Zygras stadia 140.

28. A Zygris ad Ennesyphoram stadia 210 (σι'?); sub ea statio æstiva; aquam locus habet in arenis, et ad mare scopulum.

29. Ab Ennesyphora ad Catabathmum stadia 250

---

minores (*Ichailah Rocks*). Porro Strabo λιμένα insulis vindicat; quod si recte dicitur, λιμὴν vox sensu laxiore adhibetur, ut passim apud Strabonem et Ptolemæum. Fort. tamen hic quoque portus ad objectam oram (prope *En nakilah* vel ad *Khayabah*) pertinet. In Itinerario p. 73 post *Tanabrasta* (v. § 22) sequitur *Aristeu* (*Aratu* in T. Peut.) mansio intervallo millium 32 (26 Tab. P.) sive stadiorum 256; quæ quum respondeant stadiis 240 ab Ænesipasta ad Tyndarios scopulos, suspicor hunc quoque locum de objectis scopulis traxisse nomen, et *Aristu* corruptum esse ex *Dariu*, sicuti ap. Nostrum est Δαρείου, quæ quidem corruptio fort. non est librariis, sed plebis ori tribuenda. A Parætonio ad Tyndarios scopulos sec. Scylacem est πλοῦς ἡμέρας (450 stad. sec. Stadiasm.). Ceterum miror Lapieum, qui distinguit inter Tyndarios Strabonis et scopulos Darii, illos ad *Ichailah* rupes referens, hos ad *Tifah* rupes 200 stad. intervallo sejunctas. || — ὑπὸ τούτους] ὑπὸ ταῦτα cod. || — ἀγκυροβολία] sic codex. In periplo maris rubri § 15. 24 etc. legimus τὰ ἀγκυροβόλια. Quod ut nostro quoque loco restituatur, nihil cogit.

§ 26. Χαυταῖον] Χεττaία Ptol. Cum eo loco componendum videtur hod. *Kassr el Chammas*, cujus meminit Edrisius I, p. 295 ed. Jaubert. Cf. Pacho l. l. p. 34: « Les murs (sc. de Chammès, château sarrasin), construits très-grossièrement, conservent encore toute leur hauteur... *Des puits* très-profonds, et sans doute *antérieurs* au château, attirent auprès de Chammès tous ceux qui traversent cette contrée. »

§ 27. Ζυγρὰς] Ζυγρὶν κώμην sec. Ptolemæum. Memorat locum Hierocles p. 733 (v. § 24), ubi Wesselingius: « Athanasius ad Antiochen. p. 767 Marcum Ζύγρων (sic) ἔγγιστα Λιβύης memorat. »

§ 28. Ἐννησύφοραν] Αἰνησίφορα λιμὴν Ptol.; Αἰνησίσφυρα ἄκρα Strabo, in quibus initium vocabuli Αἰν haud dubie rectius habet. Cf. Αἰνήσιππα in not. ad § 22. Fortasse in αιν latet phœnicium אי *insula*, quod quum in multis insularum nominibus phœnicicis occurrat (Αἰγάδες, Αἰγίμορος, Αἴθουσα etc. V. Movers l. l. p. 364), sic etiam de promontoriis νησίζουσιν (quemadmodum vox νῆσος ap. Græcos) usurpatum esse videtur; quod ut statuam movet me, quod infra § 94 de Gapharôn promontorio dicitur: καλεῖται νεόσπορα· ἔστι γὰρ ὁμοία νήσῳ, in quibus haud dubie ad similitudinem aliorum nominum legendum est: καλεῖται αἰνεόσπορα.. || — σταδ. ϛ' (sic cod.; ε' apogr. Iriart.) significat σ'; quo stadiorum numero deferimur in eum fere locum, ubi nunc est *Sikeira*, in quo veteris nominis memoriam superesse possit videri. Acra tamen insignior ibi nulla, neque scopulus in mappis nauticis notatur. Quare dubius hæreo an non pro ϛ legendum potius sit ο'; qui numerus ducit ad *Ras Haleimah*, prope quem orientem versus est scopulus, quem unicum in toto hoc tractu mappa Smythiana exhibet. Hoc si placet, in sequentibus ab Ennesyphora ad Catabathmum quadringenta fere stadia numeranda sunt. Sec. vulgatam Ennesyphora portus a Tyndariis scopulis 480 abest stadia; adeo ut ad eum referri possit Plynos portus, quem Scylax diei navigatione a scopulis istis abesse dicit. Nimis tamen Scylacea computandi ratio fluctuare solet quam ut asseverare aliquid ausis. Quo accedit quod de situ Plyni alia suadet Strabo.

§ 29. Καταβαθμὸν] Καβάθλιον et § 30 Καβαθλίου cod.; em. Gail.; Καταβαθμὸς μέγας ap. Ptolemæum. Cf. Mela I, 8: *Catabathmus vallis devexa in Ægyptum finit Africam.* Plinius V, 5, § 39: *Finis Cyrenaicus Catabathmus, oppidum et vallis repente convexa.* Æthicus Cosmogr. p. 731 ad calcem Melæ ed. Gronov.: *Libya Cyrenaica.. incipit a civitate Parthenio* (aliunde non nota) *et Catabathmo.* Sallust. Jugurth. c. 17 et 19; Strabo p. 791 et 798: Μετὰ δὴ τὸν μέγαν λιμένα (τὸν μέγαν Πετράντα aliorum) ἄλλος λιμὴν Πλύνος καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ Τετραπυργία. Καλεῖται δὲ ὁ τόπος Καταβαθμός. Μέχρι δεῦρο ἡ Κυρηναία (Sic enim verba Strabonis adornanda esse recte vidit Cramerus). Polybius XXXI, 26 de Ptolemæo Physcone: Παραγενόμενος δὲ εἰς τὸν μέγαν καλούμενον Καταβαθμὸν, κατέλαβε τοὺς Λίβυας μετὰ τῶν Κυρηναίων κατέχοντας τοὺς δυσχωρίας. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος... αὐτὸς ἐβιάζετο κατὰ στόμα πρὸς τὴν ἀνάβασιν... Ἅμα τῆς ἀναβάσεως ἐγένετο κύριος καὶ τῆς ὑποκειμένης Τετραπυργίας, ἐν ᾗ συνέβαινε πλῆθος ἄφθονον ὕδατος ὑπάρχειν. Cf. Itin. p. 73, Tab. Peuting. et Geogr. Rav. Jugum illud montanum, ad 850 pedum altitudinem assurgens (*Akabet el Kebira*), quo in Cyrenaicam ascenditur, Noster indicat verbis χώρα ὑψηλή. Vallis quæ ad radicem montium meridiem versus extenditur, viginti fere stadiorum habet latitudinem. « Les eaux qui s'écoulent en hiver de la montagne entretiennent dans cette vallée une végétation abondante; aussi est elle couverte dans toutes les saisons de nombreux camps d'Arabes. » Pacho l. l. p. 39. Oppidum ibi Catabathmi nomine exstitisse, disertis verbis unus prodidit Plinius; ruinas ejus frustra circumspexit doctus viator Barthius. Castellum vero, cujus Noster meminit, illa ipsa videtur esse Τετραπυργία, quam Polybius *sub* adscensu sitam dicit, non repugnante Strabone, apud quem vox ὑπερκειμένης non de situ in monte, sed, ut passim, de interiore regione accipi potest. Etiam nunc in hac regione sunt Arabici castelli,

χώρα ἐστὶν ὑψηλή· λιμὴν ἐστι παντὶ ἀνέμῳ· ὕδωρ ἔχει ἐν [τῇ] πρώτῃ νάπῃ εἰς τὸ πρὸς νότον μέρος, ἐν τῷ φρουρίῳ, ὄμβριον.

(ον?); est regio alta; portus ibi omni vento; aquam habet in prima convalle versus meridiem [*et?*] in castello pluvialem.

30. Ἀπὸ Καταβαθμοῦ εἰς Πετράντα στάδιοι ρν'. Παραπλεύσας ὡς σταδίους λ' ὄψει παρεμφαίνουσάν ἄκραν ὑψηλὴν καὶ μεγάλην· κατ' αὐτὴν ὄψει εἰς σάλον καὶ λίμνην μεγάλην· ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων χειροποίητος ὅρμος ἐστίν· ἔχει δὲ ὕδωρ ὑπὸ τὴν συκῆν· διὸ καὶ ὁ τόπος Συκῆ καλεῖται.

30. A Catabathmo ad Petrantem [*Magnum*] stadia 150. Prætervectus a Catabathmo ad stadia 30, videbis juxta apparens promontorium altum magnumque; et prope id spectabis in salum et lacum magnum; a sinistris autem manufacta est statio; aquam habet sub ficu; quapropter ipse etiam locus Ficus appellatur.

31. Ἀπὸ Συκῆς εἰς Πάνορμον στάδιοι λ'· νάπη ἐστὶ βαθεῖα· ὕδωρ ἔχει ὑπὸ τὰς συκᾶς πάνυ καλόν.

31. A Ficu ad Panormum stadia 30; vallis est profunda; aquam habet sub ficubus perbonam.

32. Ἀπὸ Πανόρμου ἐπὶ τὴν Εὐρεῖαν στάδιοι ρν'·

32. A Panormo ad Euream sive Latam stadia 50

Kassr-Ladjedabiah, ruinæ, de quibus ita Pacho l. l.: « Ce monument, un des plus considérables que j'ai vus dans la Marmarique, fut élevé par les Sarrasins. Les murs conservent encore toute leur hauteur... ils sont construits en belles assises, mais dépourvus de tout ornement d'architecture; deux tours carrées sont aux angles du côté d'ouest; intérieurement est un puits, et l'on voit des escaliers pratiqués dans l'épaisseur des murs pour arriver au sommet. Les grandes dimensions de cet édifice, qui fut probablement un château fort, donne une haute idée de l'ancienne puissance des princes arabes dans cette contrée; et par sa situation à quatre heures des plus hautes montagnes de la Marmarique, et à une égale distance de la mer, il paraît avoir été destiné en même temps à défendre le littoral et à protéger l'intérieur des terres contre une invasion de l'ouest. Entre *Ladjedabiah* et l'*Akabah* est un puits qui appartient à la même époque; l'eau en est excellente. » Nimis tamen hoc castellum et a montibus et valle et ora dissitum, ut eodem in loco τετραπυργία Polybii et φρούριον Stadiasmi fuisse possit. Monumentum vero simile fuerit ei, quod non longe a *Toubrouk* (ubi Ἀντίπυργος Stad. § 38) in *Klekah* loco (*Gonia* in Geogr. Rav. V. Barth. *Wanderungen* I, p. 512) vidit Pacho p. 49: « Parmi les ruines d'un petit bourg, on voit quatre massifs en briques crues, conservant les restes d'un revêtement en pierres: ils sont rangés symmétriquement, de manière à former les quatre angles d'un grand carré, dont le point central est occupé par un puits orné d'auges et creusé dans le roc d'un grès schisteux.... Ces massifs sont indubitablement les restes de quatre tours, et peut-être que le petit bourg où ils se trouvent, comme celui du mont Catabathmus, aura pris dans l'antiquité le nom de *Tetrapyrgia*. » — Portus ab omni vento tutus in intimo angulo, a quo boream versus ora reflectitur, quærendus videtur. Is fuerit Πλῦνος Strabonis, Scylacis et Herodoti (IV, 68), qui eo usque Adyrmachidas pertinuisse refert. Kiepertus Plynum componit cum Panormo Stadiasmi § 31. || — τῇ] ante νάπῃ inserui.

§ 30. Πετράντα] Περάοντα h. l. codex; § 33. 34. 40: ἕως Πετρεύοντος, ἐπὶ τὸν Περεύοντα, ἀπὸ τοῦ μικροῦ Περεύοντος. Hic est Petras ὁ μέγας, quem Scylax p. 81 et Ptolemæus vocant, et ipse Noster vocasse videtur, quum § 40 alterum Petrantem Μικροῦ cognomine distinguat. Stadia 150 pertinent usque ad præcipuum hujus oræ portum, quem Smythius *port Bardiah*, plurimi vero *port Soliman* vocant. Hac memorata distantia, auctor accuratius describit oram inter Catabathmum et Petrantem interjectam. Nos vero quominus narrationem de singulis quibusque cum hodierna locorum ratione componamus, impedimur; nam inter recentiores nautas viatoresve non novi qui hunc tractum ea quam res nostra postulat, accuratione descripserit. || — παραπλεύσας] sc. ἀπὸ τοῦ Καταβαθμοῦ. || — εἰς σάλον] εἰς ejici voluit Gail., quo quidem opus non est. || — ὑπὸ τὴν συκῆν] ἐπὶ τ. σ. codex. Cf. § 31 ὑπὸ τὰς συκᾶς. || — Συκῆ καλεῖται] Similiter a ficubus nunc nomen habet Chersonesus veterum (§ 45), qui hodie vocatur *Ras et Tin* (i. e. prom. ficuum). — Ceterum post verba Συκῆ καλεῖται in codice leguntur hæc: Γίνονται ὁμοῦ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως Πετρεύοντος (l. Πετράντος) Συκῆς στάδιοι ͵ας'. Λοιπὸν Μαρμαρική. Quam stadiorum consummationem et sequentis capitis titulum, quum in margine scripta librarius repererit, in ordinem verborum recipiens male collocavit post verba Συκῆ καλεῖται, et, ut seriem locorum continuam efficeret, pro ἕως Πετράντος scripsit ἕως Πετράντος Συκῆς. Nos hæc transposuimus in § 33, misso verbo Συκῆς. Quod quin recte fecerimus, dubitari nequit. Etenim a Catabathmo usque ad Κάρδαμιν ἄκραν ἀπολήγουσαν sive usque ad *Ras el Mellah*, in quod desinit hic oræ tractus, reapse stadia sunt 260; contra vero secundum codicem computanda forent stadia 150+30+30+150+* +150 sive 410+*; quod tam longe a vero abest, ut obtrudi auctori nostro nemo velit. Mitto quod sec. vulgatam non duo Petrantes cum Scylace et Ptolemæo, sed tres in hac ora distinguendi forent.

§ 31. Πάνορμον memorat etiam Ptolemæus, alius nemo. Is esse portus videtur, quem Pacho in mappa sua medium fere inter Catabathmum et *Port Soliman* collocat, et *Marsa Soloum* vocari dicit l. l. p. 43: « Tandis que nous continuions à parcourir la plaine de *Zarah* en nous dirigeant vers le nord-ouest, j'aperçus dans le lointain, aux bords de la mer, un port spacieux que les Arabes nomment *Marsah-Soloum*, et qui me paraît être celui de Panormus, où Ptolémée fait terminer le nom Libyque, et qu'il place du côté occidental de la vallée du Catabathmus. »

§ 32. τὴν Εὐρείαν σταδ. ρν' codex; τὴν Εὐρείην σταδ.

φάραγξ ἐστὶν, ἔσω δὲ αἰγιαλὸς καὶ ἐπ' αὐτοῦ συκαῖ· ὅρμος ἐστὶ καλός· ὕδωρ ἔχει γλυκύ.

33. Ἀπὸ Εὐρείας ἐπὶ τὸν Πετράντα [στάδιοι *]· ὕδωρ ἔχει πολὺ ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν.

Γίνονται ὁμοῦ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως Πετράντος στάδιοι ,ας'.

(ν'); convallis est; cis eam litus humile, in eoque ficus; statio est pulcra; aquam habet dulcem.

33. Ab Eurea ad Petrantem [*Magnum stadia* 40]; aquam habet multam in utroque sui latere.

In summa ab Alexandria usque ad Petranten [*Magnum*] sunt stadia 2890 (,βωϞ').

ρη' apogr. Iriart. — φάραγξ] φάραξ cod.; em. Gail. Dein particula καὶ ante v. ἐπ αὐτοῦ in apogr. Iriart. omissa. — Inde a Catabathmo horret ora nudis jugis saxorum; nonnullis tamen in locis vel paullo longius a litore montana recedunt, vel angustis vallibus intersecantur, luxuriante vitium, olearum, ficuum, aliarum stirpium multitudine beatis. Ejusmodi convallis paullo latior est nostra φάραγξ εὐρεῖα, cujus locum in mappa Smythiana licet agnoscere. || — ρν'] Numerus aperte ruptus. Lege ν'. || — ἔσω] *intus*, i. e. litus quod est *cis* vallem, sive meridiem versus. Eodem sensu vox ἐντός a geographis sæpe adhibetur.

§ 33. Πετράντα] Πετρεύοντα et mox ἕως Πετρεύοντος et § 34 ἀπὸ Περεύοντος codex. Stadiorum numerus excidit; ad implendam summam stadiorum 150, quæ sunt a Catabathmo ad Petrantem, desiderantur stadia 40. — Ceterum auctor scripserit ἐπὶ τὸν μέγαν Πετράντα. Apud Ptolemæum codices : Πέτρας μεγάλης λιμήν et in sqq. Πέτρας μικρᾶς λιμήν, quod novissimus editor præter necessitatem mutavit in Πέτρας (deb. Πετρὰς) μεγάλη, λιμήν (adeo ut genititus sit τῆς Πετράδος). Scc. Scylacem l. l. ἐκ Πλύνων εἰς Πετράντα τὸν μέγαν πλοῦς ἡμισὺ ἡμέρας (150 stad.). Eundem portum intelligas apud Strabonem p. 799 : Εἶτα (post Ardanim prom.) μέγας λιμὴν, καθ' ὃν ἡ ἐν τῇ Κρήτῃ Χερσόνησος ἵδρυται, τρισχιλίων που σταδίων δίαρμα ἀπολείπουσα μεταξύ. || — ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν, ab utroque Petræ latere. || — Γίνονται ὁμοῦ κτλ. Hæc in cod. leguntur post § 30, ubi vide. Post ὁμοῦ fort. excidisse οἱ πάντες, similibus locis collatis, suspicatur Gailius. || — ας'.] V. not. p. 435. || — Λοιπὸν Μαρμαρική] Similiter Ptolemæus, nisi quod Petrantem Magnum jam accenset Marmaricæ, ultimum Libyæ locum recensens Panormum. Apud Scylacem p. 81 Marmaridæ pertinent inde ab Api usque ad Berenicen; neque aliter Plinius V, 5 § 33 : *Accolunt* (Cyrenaicam) *Marmaridæ a Parætonii ferme regione ad Syrtim majorem porrecti*. Cf. idem V, 6 § 39; Strabo p. 839. — Sequitur oræ tractus qui a Petrante ad Apolloniam pertinet :

STADIASMUS.				PTOLEMÆUS.			STRABO.
	Numeri codicis	Numeri emendati,			Long.	Latit.	
33. Μέγας Πετράς. . . .				Πέτρας μεγάλης λιμήν. .	54° 10'	31° 10'	Μέγας λιμήν.
34. Κάρδαμις ἄκρα. . . .	ρν'	ρν'	150	Ἀρδανὶς ἄκρα.	54°	31° 15'	Ἀρδανίξις, ἄκρα ταπεινή.
35. Μενέλαος λιμήν. . .	ρ'	ρ	250	Μενέλαος (ἐν μεσογ.).	53° 40'	31°	Μενέλαος λιμήν.
36. Κατανεῖς.	*	[π']	330	Καταιόνιον ἄκρον. . .	53° 45'	31° 10'	
37. Πυρθμάνιον.	ρν'	ρν'	480	Σχυθράνιος λιμήν. . .	53° 30'	31° 10'	
38. Ἀντίπυργος.	σχ'	σχ'	700	Ἀντίπυργος λιμήν. . .	53° 20'	31° 15'	
39. Μικρὸς Πετράς. . . .	*	[τπ']	1080	Πέτρας μικρᾶς λιμήν. .	52° 45'	31° 15'	
40. Βάτραχος.	λ'	λ'	1110	Βάτραχος λιμήν. . . .	52° 30'	31° 15'	
41. Πλατεῖα.	σν'	ρν'	1260				
Σιδωνία νῆσος. . . .				Ἀηδονὶς νῆσος.	52° 40'	31° 50'	
42. Παλίουρος.	*	[λ']	1290	Παλίουρος.	52° 15'	31° 15'	Παλίουρος κώμη. Ἡράκλειον.
43. Φαία.	ζ'	*ζ'	1380	Φθία λιμήν.	52° 10'	31° 15'	
44. Διόνυσος.	ζ'	*ζ'	1470				
45. Χερρόνησος.	ζ'	*ζ'	1560	Χερσόνησος μεγάλη. . .	52°	31° 40'	Χερσόνησος ἄκρα λιμένα ἔχουσα.
46. Ἄζαρις.	ρ'	ρ'	1660	Ἄζυλος κώμη.	51° 40'	31° 15'	
47. Δάρνη.	ρν'	*ρν'	1810	Δάρνις.	51° 15'	31° 15'	
48. Ζεφύριον.	ρν'	ν'	1860	Ζεφύριον ἄκρον. . . .	51°	31° 20'	Ζεφύριον πρόσορμον ἔχον καὶ ἄλλο Ζεφύριον.
49. Χέρσις.	ο'	ο'	1930	Χέρσις κώμη.	50° 45'	31° 20'	
50. Ἐρυθρόν.	ζ'	ζ'	2020	Ἐρυθρὸν τόπος.	50° 30'	31° 30'	
51. Ναύσταθμον.	ο'	ο'	2090	Ναύσταθμον λιμήν. . . .	50° 20'	31° 40'	Ναύσταθμον.
52. Ἀπολλωνία.	ρχ	ρχ'	2210	Ἀπολλωνία.	50° 10'	31° 40'	Ἀπολλωνία.
A Parætonio ad Petrantem.			1340				
Ἀπὸ Παραιτονίου εἰς Ἀπολλωνιάδα. . .	,γφν'		3550				

ΛΟΙΠΟΝ ΜΑΡΜΑΡΙΚΗ.

34. Ἀπὸ Πετράντος ἐπὶ τὴν Κάρδαμιν στάδιοι ρν'· ὅρμος ἐστίν· ἄκρα ἀπολήγουσα, σκοπὰς ἔχουσα· ὁρμίζου ἐπ' αὐτὴν τοῖς ἄνωθεν ἀνέμοις· ὕδωρ ἔχει ἐν ταῖς ἠπείροις.

35. Ἀπὸ τῆς Καρδάμεως ἕως εἰς Μενέλαον στάδιοι ρ'· λιμήν ἐστιν· ὕδωρ ἔχει πλατὺ ἐν τῇ ἄμμῳ.

36. [Ἀπὸ Μενελάου εἰς Κατανεῖς στάδιοι *]

37. Ἀπὸ Κατανέων εἰς Κυρθάνιον στάδιοι ρν'· ἀπὸ σταδίων ὀκτὼ παράπλεε (ἔχει γὰρ βράχη ὑψηλά)· ἔχει ὕδωρ.

38. Ἀπὸ Κυρθανίου εἰς Ἀντίπυργον στάδιοι σκ'· ὅρμος ἐστὶ θερινός· νῆσος δέ ἐστι, καὶ κατ' αὐτὴν πύρ-

SEQUITUR MARMARICA.

34. A Petrante [*Magno*] ad Cardamin (*al.* Ardanin) stadia 150; statio est; promontorium hujus oræ extremum, speculas habens; ad id appelle superne flantibus ventis; aqua habet in mediterraneis.

35. A Cardami ad Menelaum stadia 100; portus est; aquam habet subsalsam in arena.

36. [*A Menelao ad Catanin* (Κάτανιν?) *stadia* 80].

37. A Catani (Κατάνεως) ad Cyrthanium stadia 150; octo ab ora stadiis præternaviga (videlicet brevia ibi alta sunt); aquam locus habet.

38. A Cyrthanio ad Antipyrgum stadia 220; statio est æstiva; peninsula est; e regione ejus turris exstat;

---

§ 34. Κάρδαμιν] Καρδάμην et § 35 ἀπὸ τῆς Καρδαμώσεως εἰς Μ. codex. Ptolemæi codices Ἄρδανις, Ἄρτανις, Ἄρτανις ἄκρον; Strabonis codices p. 838: Ἀρδανίξις (Ἀρδάνις Cramer; mallem Ἀρδανίς τις) ἄκρα ταπεινὴ ὕφορμον ἔχουσα. Idem p. 40 : καὶ ὁ Μενέλαος.. ἧκεν.. εἰς Λιβύην, ὅτι προσέσχε τόποις τισίν· ἀφ' οὗ καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀρδανίαν (Ἀρδανίδα em. Cram.) λιμὴν τὴν ὑπὲρ Παραιτονίου Μενέλαος καλεῖται. Hodie vocatur *Ras el Mellah* (*Ras al Milhr* ap. Smythium) sive *Cap Lukka*, inde a quo ora occasum versus deflectit. Litus ibi humile, quum paullo longius montes ab ora recedant. || — σταδ. ρν'] sic codex; ρη' apogr. Iriart. Ceterum justo major esse videtur numerus; nonnisi 100 stadia in mappa Smythii metior. || — ἄκρα ἀπολήγουσα] Putares fuisse εἰς λεπτὴν ταινίαν ἀπολήγουσα vel tale quid; sed bene habet vulgata; ἀπολήγουσα est τελευταιοτάτη, ἐσχάτη, τὸ ἀπολῆγον ταύτης τῆς παραλίας, acra in quam hic oræ tractus desinit. Cf. Periplus mar. Erythr. p. 283 : τὸ ἀπολῆγον αὐτοῦ μέρος, *montis pars extrema.* || — τοῖς ἄνωθεν ἀνέμοις] i. e. ventis ex alto mari spirantibus, ut videtur.

§ 35. Μενέλαον] Cf. Ptol., Herodot. IV, 169 (Μενελάϊος λιμήν) et Scylax § 108, qui hucusque a Petrante magno diei esse navigationem tradit, quamquam iter nonnisi 250 stadiorum est. Ponendus portus ad hod. *Al Kuriat.* Ptolemæus Menelaum inter mediterranea recenset. Suspicio igitur est locum non e periplis sed ex Itinerariis receptum esse. Jam quum *Cardo* Tabulæ Peutingerianæ respondeat Cyrthanio Periplorum (V. not. ad § 37), a *Cardo* autem versus orientem proximus in Tabula locus sit *Nemeseo*, 36 millium intervallo, sive stadiorum 288, quæ satis conveniunt cum 230 stadiis inter Cyrthanium et Menelaum interjectis : nullus dubito quin *Nemeseo*, corruptum sit e *Meneleo, Menelao.* Inter *Nemeseo* autem et *Catabathmum* quum nonnisi 24 stadia ponantur, patet Tabulam in hoc tractu omissis aliquot mansionibus esse truncatam. Aliam viam (magis per mediterranea ducentem) sequitur Itinerarium provinciarum p. 71. || — πλατὺ, *saumâtre.* Idem cadit in fontes hujus regionis longe plurimos. || — Quæ sequuntur § 36 supplevi.

§ 37 ἀπὸ Κατανέων] Καταιόνιον ἄκρον Ptolemæus. Aliunde locus non notus. In Stadiasmo fuisse suspicor ἀπὸ Κατάνεως, adeo ut § 36 scrib. εἰς Κάτανιν. || — Κυρθάνιον] Πυρθμάνιον et mox ἀπὸ Πυρθμανίου codex ; Κυρθάνειον Scylax p. 82; Σχυθράνιος λιμήν Ptolemæus. In Tabula Peutingeriana ab Antipego orientem versus usque ad *Cardo* computantur milia 27 sive stadia 216, quibus ap. Nostrum respondent stadia 220 ab Antipyrgo ad Cyrthanium. Quare *Cyrthanium* et *Carthu* vel potius *Cyrthu* aut idem prorsus locus, aut alter fuerit portus alterius. In mediterraneis hujus tractus ruinas aliquas domiciliorum reperit, easque ad *Carthu* mansionem fortasse pertinere censet Barthius *Wanderungen* t. I, p. 516. || — σταδ. ρν'] sic codex; ρη' apogr. Iriart. Mensura ducit ad maris recessum, in quo portum fuisse non improbabile. Scylax a Menelao ad Cyrthanium computat navigationem diei (230 stad.), parum recte. || — ἔχει ὕδωρ] καὶ ὕδωρ codex.

§ 38. Ἀντίπυργον] Sic etiam Ptolemæus et Procopius, recte procul dubio. Scylacis codex Ἀντίπυγος, sicuti *Antipego* in Tab. Peuting. et Geogr. Raveun. III, 2, *Antipegoni* ib. IV, 7. Quærendus locus in sinu, qui vocatur *Marsa Tobrouk* (olim *Tabraca?*). De eo ita habet Barthius l. l. p. 514 : « Die, mit Ausnahme der Niederung um den sandigen Saum der innersten Spitze, auf allen Seiten von niedrigeren oder bedeutenderen Felshœhen eingeschlossene Bucht schneidet tief ein, und scheint auf den ersten Anblick besonders für kleinere Fahrzeuge einen vortrefflichen Hafen abgegeben haben zu müssen. Jedoch muss dieses nur scheinbar sein; sonst würde der Stadiasmus Antipyrgos, wie diese Oertlichkeit unzweifelhaft im Alterthum bezeichnet war, nicht blos als eine Sommerstation angeben; auch bemerkte ich dass der Boden der Bucht aus zerklüftetem Felsen besteht. Immerhin aber hatte dieser Platz dennoch nicht geringe Bedeutung, und ich mœchte glauben, dass er neben Paraitonium schon in æelterer Zeit als Hafen für das Orakel des Ammon in der Wüste diente. Erstlich næmlich lag vor dem Eingang der Bucht eine kleine Insel mit einem Heiligthum des Ammon und einem Thurm, der als Pyrgos der auf dem Festlande gegenüberliegenden Oertlichkeit bei den Griechen eben den Namen Ἀντίπυργος scheint gegeben zu haben [imo, e regione τῆς νήσου turris erat, et hinc ἡ νῆσος dicta est Ἀντίπυργος]. Dann bestimmte Justinian diesen Ort, der als Station auf der grossen Rœmischen Strasse (so unglaublich es ist, wie sich die hier

γος· ἱερὸν τοῦ Ἄμμωνος· ὕδωρ ἔχει ἐν τῷ αἰγιαλῷ τῷ ἐξ ἐναντίας.

39. [Ἀπὸ Ἀντιπύργου εἰς τὸν Μικρὸν Πετράντα στάδιοι *.]

fanum ibi Ammonis; aquam habet in objecto litore.

39. [*Ab Antipyrgo ad Parvum Petrantem stadia* 380].

herumgezogen und dann wieder die steilen Felsen erstiegen haben kann) seine Bedeutung wahrte, und der als Bischofssitz (Geographia sacra, Amstelodami, Halma 1703 p. 274) bekannt ist, nebst Paraetonium zu besonderen Rücklehnen und festen Punkten gegen die Einfælle der Eingeborenen (Procop. De ædif. VI, 2, p. 110). Und eine æhnliche Bedeutung scheint der Platz auch unter der Herrschaft der Araber behauptet zu haben; denn Styl und Bauweise zeigt an, dass ihnen das ansehnliche Kastell auf der westlichen Seite der Bucht, ein unregelmæssiges Oblong mit halbkreisfœrmigen Thürmen, in seiner jetzigen Gestalt wenistens angehœrt. Uebrigens sieht man im Innern der Umschlussmauer fast gar keine Ruinen und besonders nur sehr geringe Quadertrümmer; von Granitresten, die Pacho (l. l. p. 48) gesehen haben will, konnte ich nichts entdecken. Ueberhaupt bemerkte ich ausser einem von Pacho übersehenen grossen, offenen Wasserbehælter von 78 Schritt Længe und 57 Schritt Breite, durchaus keine Baureste auf dieser ganzen Erhebung. Auf der kleinen Insel die vor der Küste liegt, gewahrte ich ebenfalls keine Ruinen; die Trümmer des Tempels sind wohl in der jüngeren Befestigung mit verbaut worden. » Hæc Barthius, quem de insula ista vellem docuisse paullo accuratius. Nam neque ipse in Tabula sua locum ei assignat, neque alius quispiam, quantum sciam. Et tamen Smythius tam diligentem hujus sinus delineavit imaginem, ut nullam non notasse videatur petram. Insula proxima, quam equidem reperio, a *Tobrouk* distat stadia 90, adeoque in censum venire nequit. Ut ut est, de eo scopulo vel insula, quam Barthius intelligi voluit, noster auctor non mihi cogitasse videtur. Etenim Barthius locum Stadiasmi ita interpretatur, ut sensus sit: κατὰ τοῦτον (τὸν Ἀντίπυργον) νῆσός ἐστι καὶ ἐν αὐτῇ πύργος; græca autem auctoris verba significant Antipyrgum esse νῆσον et e regione ejus (κατ' αὐτὴν) esse πύργον (unde Ἀντίπυργος τῇ νήσῳ nomen). Ad hanc Antipyrgum νῆσον nautas appellere, aquam vero ex opposito litore petendam esse dicit. Jam igitur, quum reliqui omnes Antipyrgon in continente ponant, præterea de vera insula, quæ in hoc sinu stationi accommoda sit, maximopere dubitandum sit: nihil aliud relinquitur, nisi ut νῆσος h. l. usurpetur sensu vocis χερσόνησος. Ubinam vero collocanda chorsonesus illa? Cogitaveris de magna chersoneso, quæ *Tobrouk* sinum a borea claudit. At in ea mansio Romanorum nequit fuisse, nisi fortassis ad intimum sinus recessum, ubi nunc sunt Arabum castelli ruinæ (quamquam vel ibi mansionem non exspectaveris, ut jure monet Barthius). Eo autem in loco aqua suppetit, ideoque non erat ex opposito litore arcessenda. Quare in castelli loco olim potius ὁ πύργος fuerit, stationem vero maritimam, Antipyrgum, e regione collocaverim, in intimi sinus acra, quæ in hoc arenoso tractu olim magis quam nunc νησίζουσα sive insulæ similis esse poterat. Quo accedit quod sic demum mansionem a via recta et commoda non dissitam nanciscimur. Ruinas Arabum ætate antiquiores non vidisse Barthium jam monui; addo quod ruinas, a Barthio non visas, in mediterraneis a castello Arabico boream versus 14 stadiorum intervallo distantes, notavit Smythius; quæ num ceteris sint vetustiores, nescio; at fieri nequit ut ibi Antipyrgos Stadiasmi collocandus sit.

§ 39. Inclusa supplevi. || — § 40. Πέτραντος] Περεύοντος codex. Eo usque Scylax ab Antipyrgo esse ait navigationem diei dimidiati. || — Βάτραχος] Βάτραχος λιμήν codd. Ptolemæi, in quo olim edebatur Βάθραχος λ. Ponendus portus in maris recessu longe in continentem penetrante, qui intimus est μυχὸς sinus ejus quem vocamus *golfe de Bomba*. Pacho l. l. p. 51: « La petite baie est environnée à son extrémité orientale de terres couvertes de lagunes et de plantes marines. Ces marécages sont le sejour, en été, d'une prodigieuse quantité de grenouilles, qui donnèrent dans l'antiquité leur nom au port Batrachus, situé d'ailleurs, de même que cette anse, à l'occident de *Petras parvus*. Une belle source d'eau sulfureuse [*etwas salzig* dicit Barth p. 510. In Stad. pro ὕδωρ πολὺ fort. erat ὕδωρ πλατὺ], nommée *Ain-el-Gazal* [id est: *œil de gazelle*], forme un ruisseau à quelques pas de ce port, et confirme ainsi les autres détails, que donne le périple anonyme sur ce lieu. Mais ses eaux, et celles de la source même, ne sont potables que dans les temps calmes, après qu'elles ont été dégagées, par leur renouvellement, de l'amertume que viennent y deposer les flots de la mer lorsqu'elle est agitée. » Prope hunc fontem alios esse duos minores docet Barthius p. 510; idem monet aquam in recessu isto adeo profunditate carere, ut bonus portus vel veterum navibus fuisse nequeat. — Non longe a Batrachi portu occasum versus ruinas reperit Barthius, quas probabiliter refert ad mansionem, quæ in Tab. Peuting. *Meciris*, in Geogr. Rav. *Metiris*, in Itiner. p. 69. 71 *Mecira* sive *Helem* (*Helene* v. l.; an Ἕλη a propinquis paludibus?) vocatur et a Palinuro 20 millibus (sic Itin.; 33 sec. Tab. Peut. scribæ errore, ut videtur) distare perhibetur. || — στάδιοι λ'.] Secundum hanc distantiam Petras parvus ad eum locum pertinet, quem ita describit Pacho p. 49: « Deux heures avant que d'arriver dans ce lieu (ad Batrachi portus sinum) on voit sur le côté méridional de la colline un grand nombre de catacombes, nommés par les Arabes *Magharat-el-Heabes*, grottes des prisons; et sur le revers opposé (ad latus mari obversum) plusieurs traces de belles fondations indiquent le gisement d'une ancienne ville, probablement celle de *Petras-Parvus*. Ces grottes offrent des particularités remarquables à cause de leur style greco-égyptien. Devant leur entrée on voit ordinairement une cour découverte, ceinte d'un mur dont

40. Ἀπὸ τοῦ Μικροῦ Πετράντος εἰς τὸν Βάτραχον στάδιοι λ'· ὕφορμός ἐστι θερινός· ἄκρα ἐστὶ σκοπὰς ἔχουσα· ἔχει ὕδωρ πολὺ ἐν τῇ νάπῃ.

41. Ἀπὸ τοῦ Βατράχου εἰς Πλατεῖαν στάδιοι σν'· πρὸς τῷ πελάγει κεῖται νῆσος καλουμένη Σιδωνία (ἔχει ὕφορμον θερινὸν φορτηγοῖς) ἀπὸ σταδίων λ'· ἔχει δὲ ὕδωρ πρὸς τῇ γῇ ἐν τῷ πύργῳ.

40. A Parvo Petrante ad Batrachum stadia 30; statio est æstiva sub promontorio, in quo speculæ; aquam in valle habet multam.

41. A Batracho ad Plateam stadia 150 (ρν'); versus altum mare triginta stadiorum intervallo insula jacet Aedonia (Ἀηδονία) dicta, quæ stationem offert navibus onerariis; aquam habet ad continentem in turri.

---

la base est taillée dans le roc, et la partie supérieure construite en assises. Intérieurement elles sont subdivisées en plusieurs pièces à angles droits, mais avec une ou plusieurs ouvertures pratiquées au plafond, ainsi qu'aux catacombes des Égyptiens... Ces différents traits de rapprochement avec les catacombes des Égyptiens, et surtout leur proximité de situation du golfe de Bomba, rappellent singulièrement ce qu'écrivait Synesius (Ep. 104) sur le mont *Bombæa :* « Lieu sauvage, dit-il, fortifié par l'art et la nature, que quelques-uns comparaient aux hypogées des Égyptiens, et qui avait pendant longtemps caché la fuite de Jean dans ses cavernes sinueuses. » Quibus verbis innitens Pacho hunc ipsum locum Bombæam Synesii esse affirmat. Temere id fieri censet Barthius, qui nuper eundem locum adiit; nam minime ad catacombas istas ceteramque locorum naturam referri posse verba Synesii, qui : « ὄρος ἐστὶν ἡ Βόμβαια κοῖλον, ὃ συνελθοῦσαι τέχνη καὶ φύσις εἰργάσαντο ἐρυμνότατον. Τοῦτο καὶ πάλαι μὲν εὐδοκίμει δικαίως, καί τινες αὐτὸ παρὰ τὰς Αἰγυπτίας ἐξήταζον σύριγγας, νυνὶ δὲ κέκριται τὰ πανταχοῦ τείχη νικᾶν. Plura de his apud ipsum Barthium legeris. Ceterum Tab. Peuting. e media via, quæ ab *Antipego* at *Mizirin* ducit, deflectentem versus litus maritimum viam notat, adscripto nomine *Gonia;* qui locus vel ad ipsum Petrantem vel ad stationem Petranti proximam potest referri.

§ 41. Πλατεῖαν] Σταδαίαν et § 42 ἀπὸ Πλατέος codex, adeo ut quid auctor dederit parum liqueat. Dubium vero non est, quin idem nomen indicetur, quod de insula (*Bomba*) habent Herodotus, Scylax, Stephanus. Apud Herodot. IV, 151. 153. 156. 169 insula ionice vocatur Πλατέα (Πλάτεα et Πλάταια var. lect.); ap. Stephan. Byz. est Πλατεῖα et Πλαταιαί; in Scylace codex Πλατείαι (sic). Cf. Dindorf. in Thes. gr. v. Πλατεῖα. ‖ — Σιδωνία] Legendum fuerit Ἀηδονία e Ptolemæo, ubi Ἀηδονὶς νῆσος (Ἀνδονίς, Ἀειδονὶς var. lect.; olim vulgo Ἀηδωνίς, quod in Wilbergi codd. non obvium). Paulo lenior corruptio apud Scylacem, ubi codex Διδωνία. Quod distantiam attinet, stadia 250 admitti nequeunt; lege ρν'. Igitur verba ita habent, ut dicere auctor videatur post Batrachum in ora maritima sequi Plateam, cui objecta sit 30 stadiorum intervallo Aëdonia insula sistendis navibus accommoda. Aëdonia illa non alia esse potest quam hodierna *Bomba* sive *Bhourda* insula, alta illa et saxosa, de qua ita Pacho p. 52 : « Elle est peut-être la seule de la Marmarique qui offre encore de nos jours un bon mouillage... Il faut aussi considérer que l'île de Bomba est la seule à l'orient de Cyrène, qui paraisse susceptible d'avoir été longtemps habitée... Les Arabes m'ont assuré qu'ils avaient vu souvent des navires abrités auprès de ces îles, particulièrement auprès de celle de Bomba. » — Ptolemæus Plateam memorat nullam, Aëdonin vero insulam in alto mari collocat, adeo ut ipse quoque de *Bomba* insula cogitasse debeat. Herodotus autem in historia de Cyrenes originibus insulam *Plateam* affert, quam Theræos ait (III, 153 sqq.) per biennium habitasse, antequam in Azirin continentis oppositæ regionem transgrederentur (Λέγεται δὲ ἡ νῆσος ἴση εἶναι τῇ νῦν Κυρηναίων πόλι c. 156). Situm locorum quamvis non definiat historicus, probabiliter tamen viri docti, collato Stadiasmo, Plateam insulam in hod. *Bomba* quærendam esse statuunt; incertior res est de Aziri regione, quam ad hod. *Wadi Temmin* referunt. Ut ut est, nihil Herodoti narratio habet, quod cum Stadiasmo nequeat conciliari. Nam ut passim insulæ de vicina continentis regione nomen habent, sic Platea et continentis locus et insula, ab aliis Aedonia dicta, vocari poterat. Ipsum vero nomen, quum græcum esse videatur, minus quadrat in insulam altam et saxosam quam in regionem oppositam, quæ inter Cyrenaicos montes et proximum a meridie montanum tractum intercedit lata ac depressa. Quæ quum ita sint, vehementer tamen vereor, ne in libro nostro non de Platea ignoto aliunde continentis loco, sed de insula, ut apud Herodotum et Scylacem et Stephanum, sermo sit, atque duplex insulæ nomen, Πλατεῖα ἡ καὶ Ἀηδονία in codice commemoretur. Etenim si in continente Platea erat, exspectaveris de ὅρμῳ aliquid moneri, quum aptam ibi stationi oram esse mappæ nauticæ ostendant; deinde vero miraris cur non una cum continentis loco memorentur quæ ibi erant turris et aqua, sed ex insula ad eas auctor amandet. Huc accedit quod grammatica verborum ratio turbatum aliquid esse indicat. Ni fallor auctor ita scripsit : ἀπὸ τοῦ Βατράχου εἰς Πλατεῖαν [νῆσον] στάδιοι ρν'· πρὸς τῷ πελάγει κεῖται ἀπὸ σταδίων λ'. ἔχει ὕφορμον θερινὸν φορτηγοῖς· ἔχει δὲ ὕδωρ κτλ. Ad hæc quidam adscripsit : νῆσος καλουμένη Ἀηδονία, quæ deinde cum verbis auctoris conflata sunt. Ut ita statuam haud minimum me movet, quod tribus hujus parapli locis, quibus duplex ejusdem loci nomen memoratur, id tam inconcinna semper ratione fit, ut nemo interpolatoris manum non deprehendat. Sic § 56 legimus ἀπὸ Πτολεμαΐδος εἰς Τεύχειρα στάδιοι σν... αὕτη καλεῖται Ἀρσινόη. Porro § 95 :... εἰς τὰ Ἄφορα σταδ. τ'. ἄκρα ἐστὶ κτλ... Καλεῖται Νεόσπορα. Similiter § 93 quum auctor Νεάπολιν (cujus nomen in cod. excidit) memorasset et plura de ea monuisset, abrupte subjiciuntur verba : Αὕτη καλεῖται Λεπτίς. Tale igitur additamentum etiam in nostrum locum irrepsisse duco. Superest ut de Scylace moneam. Is enim inter Plateam et Aedoniam insulas distinguit p. 83 : ἐν δὲ τῷ μέσῳ

42. Ἀπὸ Πλατείας εἰς τὸν Παλίουρον [στάδιοι *]· ὕδωρ ἔχει πλατύ.

43. Ἀπὸ τοῦ Παλιούρου εἰς τὴν Φαίαν στάδιοι Ϟ΄· ὕδωρ ἔχει συνακτὸν ἀπὸ σταδίων ιε΄.

42. A Platea ad Paliurum [*stadia* 30]; aquam habet subsalsam.

43. A Paliuro ad Phæam stadia 90; aquam habet collectitiam quindecim ab eo loco stadiis.

Πετράντος καὶ Χερσονήσου εἰσὶ νῆσοι Ἀηδονία καὶ Πλατεια(· ὕφορμοι δὲ ὑπ' αὐταῖς εἰσι. Quibus qui fidem habent, Platæam ad *Bomba*, Aedoniam vero ad *Seal* insulam humilem ante Batrachum portum sitam referunt; at quæritur an non ex duobus ejusdem insulæ nominibus duas insulas finxerit Scylax, minus accurate de Libyæ ora edoctus, vel potius librarius quidam, qui quum in verbis ἐστὶ νῆσος Ἀηδονία ἢ καὶ Πλατεῖα· ὕφορμος δὲ ὑπ' αὐτῇ ἐστι vocem ἢ in libro suo omissam haberet, vulgatam lectionem de suo intulit. Certe apud Ptolemæum Aedonidis nomine hodiernam *Bombam* designari vel propterea credas, quod mirum foret Ptolemæum mentionem fecisse humilis illius *Seal* insulæ, omisisse autem alteram magis conspicuam nautisque utiliorem et historiæ memoria celebrem. Quo accedit Nostri peripli auctoritas haud sane minima, imo maxima.

§ 42. τὸ Παλίουρον codex. Strabo p. 838 post Chersonesum meridiem versus esse ait Ἡράκλειόν τι ἱερὸν καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ κώμη Παλίουρος. In Tab. Peut. (et Geogr. Rav. III, 3) *Paliuris* 33 mill. a *Meziri* distans; In Itin. p. 71 corrupte *Paniuros* 30 mill. a *Mecira*. Lucanus IX, 42 male *Palinurum* vocat de Æneæ gubernatore : *Et hinc placidis alto delabitur auris in litus, Palinure, tuum; neque enim æquore tantum Ausonio monumenta tenes, portusque quietos testatur Libye Phrygio placuisse magistro*. Ptolemæus præter Παλίουρον locum memorat p. 274 τὴν ὑπὸ Παλίουρον λίμνην, ἐν ᾗ κογχύλιον. Ponendus locus in *Wadi Temmineh,* vallem latam, quæ torrentis alveo secatur et ab oriente oppositam habet Plateam insulam; adeo ut 30 stadiorum distantia ex auctoris nostri sententia supplenda sit, quamquam paullo majus spatium intercedat. In hanc vallem ex insula transmigrasse plurimi statuunt Theræos colonos secundum Herodotum IV, 157, ubi hæc : ἔκτισαν αὐτῆς Λιβύης χῶρον ἀντίον τῆς νήσου, τῷ ὄνομα ἦν Ἄζιρις, τὸν νάπαι τε κάλλισται ἐπ' ἀμφότερα συγκληίουσι καὶ ποταμὸς τὰ ἐπὶ θάτερα παραῤῥέει (Cf. Callimach. in Apoll. v. 89 : Πυνιχὴν δὲ νάπαις Ἄζιλιν ἔναιον, ibiq. schol. : Ἄζιλις ὄρος (?) καὶ ποταμὸς Λιβύης). Pacho p. 52 de hac regione ita : « A six lieues de distance d'*Ain-el-Gazal* les hauteurs de *Tobrouk* contournent brusquement vers le sud; selon les Arabes, elles se prolongent jusqu'aux monts Cyrénéens, et forment, conjointement avec eux, la vallée de *Temmineh*, qui va en s'élargissant vers le bord de la mer. Le milieu de la vallée est coupé par le sillonnement profond d'un torrent; d'après le même temoignage, il est formé en hiver par le gonflement des ravins des montagnes de la Pentapole, et se jette, ainsi que j'ai pu le remarquer, dans le golfe de Bomba, à la hauteur de l'île du même nom. Accuratius regionem exploravit Barthius (p. 506 sqq.), qui a borea versus meridiem progrediens, antequam ad *Wadi Temmineh* veniret, loca transivit palustria, adeo ut e luto vix salvus evaderet. Ibi igitur paludem fuisse monet, quem Ptolemæus sub Paliuro collocat. Deinde venit ad *Ain* (i. e. fontem) *Temmineh,* qui mari proximus aquam habet nauseabundam. Sequitur in solo elatiore et saxoso *Merabet Sidi Hadchar Dchemm,* ubi putei aqua nunc carentes et ruinæ conspiciuntur, quæ quum unicæ in hoc tractu reperiantur, ad Palinurum locum jure referuntur. Post hæc Barthius incidit in torrentis alveum tunc siccum prorsus, nisi quod in concavis locis aquæ lutosæ paullulum stagnabat. Neque latus alveus neque profundus; vallis arbusta fert stirpesque exiguas. Ac talem fere etiam Noster repererit locum, quem aqua bona dicit destitui. Contra vero priscis temporibus non stagnis pestiferum, sed silvis opacum perennique fluvio rigatum fingi debemus, si huc transferri velis Herodoti ποταμὸν et νάπας καλλίστας. Porro existimandum foret Ἄζιρις nomen fuisse etiam loco Chersoneso Magnæ proximo, de quo solo apud geographos usurpatur. Quæ quidem vereor ne ad persuadendum peraccommoda sint. Cf. not. ad § 45. — Ceterum ad oram ponendum τὸ Ἡράκλειον, cujus meminit Strabo. De Herculis cultu apud Cyrenenses v. Thriege Res Cyren. p. 291.

§ 43. Φαίαν] Φθία λιμήν Ptolemæus, apud quem Θ literam natam esse ex Є, ac Φεία legendum esse censeo, quod nomen (Φειά, Φεά, Φεαί, Φία) recurrit de portu et promontorio Elidis ad Jardanem fluvium. In quibus quum Jardanis fluvii nomen aperte sit Phœnicium et ex Creta in Græciam translatum videatur, fortasse etiam *Phea* promontorium de פאה, i. e. *angulus*, derivare censet Olshausen *Ueber phœnizische Ortsnamen ausserhalb des semitischen Sprachgebiets* in *Rhein. Mus.* 1852, p. 324. ‖ — Ϟ'] sic codex; ϛ' apogr. Iriart.; idem error Iriartis in § 44. — Post *Wadi Temmineh* boream versus sinus sequitur, cujus intimo in recessu Phæam ponendam esse locorum ratio suadet. De sinu ita Barthius p. 505 : « Die Küste bildet hier an sehr niedrigem Saum eine præchtige Bucht, nach Osten durch einen in eine nach Süden vorspringende Halbinsel allmæhlich sich absenkenden Hœhenzug, nach Süden durch eine Landzunge geschützt, an deren anderer Seite wiederum zwei Buchten gebildet werden, in deren zweiter, hart am Meere, eine Quelle, freilich etwas salzigen Geschmackes, sprudelt. Zur Linken springt das Land wieder zu etwa 100 Fuss auf und bildet den nœrdlichen Schutz der Bucht. Auf dieser Hœhe, die ich auf steilem Felspfade mit meinem Pferde erklomm, sah ich ein kleines Quadrat von Ruinen, womit ein modernes Grabmal gebaut ist, sonst durchaus keine alterthümlichen Reste; aber dennoch kann kein Zweifel obwalten, dass hier im Winkel der Bucht der kleine Hafenort Phthia zu suchen ist. « Zur Bestætigung mache ich auf folgenden interessanten Umstand aufmerksam. Der Stadiasmus bemerkt næmlich zu Phaia: ὕδωρ ἔχει συνακτὸν ἀπὸ σταδίων ιε'. Nun ist jene Quelle,

44. Ἀπὸ τῆς Φαίας εἰς τὸν Διόνυσον στάδιοι ϟ'· ἐντεῦθεν [ἐν] ἀριστερᾷ κατάγου.

45. Ἀπὸ τοῦ Διονύσου εἰς Χερρόνησον στάδιοι ϟ'.

46. Ἀπὸ Χερρονήσου ἐπὶ τὴν Ἄζαριν στάδιοι ρ'· ἐντεῦθεν ἀναχθεὶς παράπλεε· πέτραι εἰσὶν ὑψηλαί· ὕδωρ ἔχει καὶ ποταμὸν μέγαν.

47. Ἀπὸ τῆς Ἀζάριδος παραπλεύσαντι τὰ παράγαια εἰς Δάρνην στάδιοι ρν'.

44. A Phæa ad Dionysium (Διονύσιον) stadia 90; inde ad sinistram teneas.

45. A Dionysio ad Chersonesum stadia 90.

46. A Chersoneso ad Azarin stadia 100; hinc in altum evectus præternaviga; nam celsæ ibi sunt petræ; aquam locus habet et fluvium magnum.

47. Ab Azari juxta terram rursus præternaviganti ad Darnen stadia 150 (*deb.* 250.)

---

die ich erwæhnte, gerade 15 Stadien von dem Winkel dieser Bucht entfernt. » Quamquam fontana aqua est ἄνακτον ὕδωρ; σύνακτον vero ὕδωρ aqua in concavis locis vel cisternis collecta. Ceterum locus ille a *Wadi Temmineh* distat stadiis 30-40; apud Ptolemæum distantia inter Paliurum et Phthiam est 5' sive 40 fere stadiorum. Noster habet stadia 90; quæ multo longius nos ducunt. At stadiorum numeri in hoc tractu male habent. Nam a *Wadi Temmineh* ad *Ras et Tin* sive Chersonesum linea recta sunt stadia 120, vel, si sinus legeris, stadia fere 180, dum apud Nostrum putantur ter nonaginta sive 270 stadia. Quare suspicio est pro ϟ' ter legendum esse ξ'.

§ 44. τὸν Διόνυσον] Fuerit τὸ Διονύσιον, monente Hoffmanno. Locus aliunde non notus. ‖ — ϟ'] sic codex; ς' Iriart. Dein ἀριστερᾷ cod., omisso ἐν. — « Nec pauca Bacchi culti inter ruinas Cyrenes exstant vestigia, atque parietinæ templi eidem dedicati Teuchiris cernuntur. Caput denique Bacchi in numis Cyrenaicis obvium est. » Thrige Res Cyren. p. 289.

§ 45. Χερρόννησον] Cf. Ptol. : Χερσόνησος μεγάλη. Strabo p. 838 : ἄκρα Χερσόνησος λιμένα ἔχουσα. Sec. Plinium V, 5, § 32 a Chersoneso ad Catabathmum sunt 216 millia, seu 1728 stadia (1710 stad. sec. Stadiasm.). Stephanus Byz. v. Χερρόνησος... Ἔστιν ε' πόλις Λιβύης Χέρρουρα καλουμένη, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ· « ἔχεται Χερρόνησος ὄνομα Χέρρουρα. » Apud Scylacem (v. p. 42 et 83) locus modo Χερρόνησος modo Χερρόνησοι pluraliter (propterea, opinor, quod in duas ἄκρας exit prom. *et Tin*) vocatur, addito cognomento varie corrupto : Ἀχιτίδες, Ἀντίδες, Ἀλιάδες. Quo nomine alludi ad Antæum, quippe quem in Irasa (in hod. *Wadi Arsema*, ut putant), circa hanc regionem ponenda, habitasse nonnulli prodant, suspicatur Pacho p. 85. Fateor mihi quoque in mentem venisse apud Scylacem legendum fort. esse Ἀντηΐδες. At prætat, missis fabulis, e geographia nomen repetere, adeo ut Chersonesi a proximo loco dictæ sint Ἀχιλίτιδες vel, si mavis, Ἀζιλίτιδες, vel denique, quod jam Burmannus proposuerat, Ἀζιρίτιδες; etenim in propinquo est regio vel locus Ἄζιρις, Ἄζαρις, Ἄζιρος, Ἄζιλις, Ἄζυλις (in hod. *Wadi Aghik*) dictus; neque aliud cognomen subesse in Χέρρουρα (Ἀχέρρουρα) apud Stephanum puto; quare in Scylace pro Ἀχιλίτιδες nolui scribere Ἀζιλίτιδες. Herodoti Ἄζιριν, Callimachi Ἄζιλιν (v. § 42) idem esse nomen ac Ἄζαριν Stadiasmi, Ἄζιλιν Ptolemæi (v. § 46) omnes fatentur, verum quum locum ab Herodoto memoratum ad hod. *Wadi Temmineh* plurimi referant, vel duos cognomines locos exstitisse putant vel geographos nostros errasse; perperam, si quid video; nam nihil cogit ut Theræos in proximam Plateæ insulæ oram, non vero in Chersonesi regionem 150 stadia distantem trajecisse putemus. Porro nihil est ut fluvium Aziridis in *Temmineh* torrente investigemus, quum præsto sit ὁ μέγας ποταμὸς, quem Stadiasmus ad Azaridem collocat; adde quod ad Azaridem etiam nunc est beata regio, quam in Temmineh valle disideramus. Illuc revertor. Lustravit Chersonesum Barthius; vidit solum pascuis abundans; veteris oppidi vel vici vestigia frustra circumspexit; fortasse tamen ad meridionalem promontorii (*Ras el Tin*) partem olim fuisse oppidum fuisse censet, quum aptus ibi navium stationi locus concedi videatur. Quibus addo quod ad idem latus insula oræ proxima, quæ ruinas habet, a Smythio notatur. Præterea ex § 46 colligitur Chersonesum locum in hac parte, non vero in boreali latere situm fuisse. Portus ibi vix unquam fuerit; cujus qui meminerunt Scylax et Strabo, quum nullam faciant Azilidis portus mentionem, suspicio est Chersonesi Azilidis et Azilidis portus memoriam confundi.

§ 46. Ἄζαριν] να ζάρην et § 46 να ζάριδος codex. ubi ν e spiritu natum videtur; Ἄζυλις (Ἀζυλίς, Ἄξυλις v. l.) κώμη Ptolemæus. Nomen et loci et regionis fuit. Steph. Byz. : Ἄζιλις, πόλις Λιβύης· οἱ δὲ περὶ Σαλλούστιον οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ καὶ ποταμὸν εἶναι. Τινὲς δὲ Ἄζιριν μετὰ τοῦ ρ λέγουσι τὸν χῶρον (ut Herodotus). Χάραξ δὲ Ἄζιρον λέγει. Ὁ πολίτης Ἀζιλίτης. Cf. etiam not. ad. § 42. Ad formam Ἄζαρις proxime accedit Synesius ep. 4 : λιμενίσκιον χαρίεν· Ἀζάριον, οἶμαι, καλοῦσιν. Ponenda Aziris s. Azaris ad hod. *Wadi Aghik*, ubi fluvius vel potius torrens (quum quæ proprie flumina dicuntur, in tota hac ora non sint obvia) lato ostio exit, ὁ μέγας ποταμὸς Stadiasmi. ‖ — ἐντεῦθεν] sc. a Χερσονήσου. Nimirum ad extremitatem prom. *Ras el Tin* et maxime ad meridionalem ejus partem permulti sunt scopuli; unde simul intelligitur Chersonesum locum ad meridionalem prom. partem esse collocandum. Accedit quod sic demum recte habere possunt stadia 100; nam a boreali extremitate promontorii usque ad Azarin nonnisi 70 sunt stadia. ‖ — ἔχει] ἔχουσαι καὶ ποταμὸν μέγα codex; ἔχουσαι καὶ πλατανὸν μέγαν conj. Letronne *Poem. geogr.* p. 313.

§ 47. παραπλεύσαντι] παραπλεύσας codex; collato § 45 malim fere παράπλεε αὖθις τὰ π., parenthetice dictum. ‖ τὰ παράγαια] τὰ πατάγαια codex, quod Mannert X, 2, p. 79 vertit die *Brandungen* (*les brisans*), eumque secutus Gailius: *litora stridenti fluctu percussa*, vocem lexicis inseri jubens. Letronnius l. l. p. 313. Mannerti interpretationem etiam ad emendandum locum Peripli. mar. Erythr. p. 265 adhiberi voluit. Quamquam nihil erat cur nova hæc et inaudita

48. Ἀπὸ Δάρνης ἐπὶ τὸ Ζεφύριον στάδιοι ρν'· ἄκρα ἐστὶ δασεῖα· ὕφορμός ἐστι θερινός.

49. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου εἰς Χέρσιν στάδιοι ο'· ἀναμέσον τοῦ Ζεφυρίου καὶ τῆς Χέρσιος, ἀπέχων σταδίους ι', ἔστιν ὅρμος Ἀφροδισιὰς καλούμενος· ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ ἱερὸν Ἀφροδίτης.

50. Ἀπὸ τῆς Χέρσιος ἐπὶ τὸ Ἐρυθρὸν στάδιοι ϟ'· κώμη ἐστίν.

48. A Darni ad Zephyrium stadia 50 (ν'); promontorium est silvis densum; stationem habet æstivam.

49. A Zephyrio ad Chersin stadia 70. Medius inter Zephyrium et Chersin, decem ab ora stadiis, statio est Aphrodisias dicta. Ad eam (*in insula*) fanum est Veneris.

50. A Chersi ad Erythrum stadia 90; vicus est.

---

fingerentur. In antecc. ob petras navigandum erat κατὰ τὰ πελάγια; petræ quum jam sint nullæ, denuo juxta oram, κατὰ τὰ παράγαια seu παράγεια (v. Aristot. H. N. VIII, 19 ἢ παράγεια ἢ πελάγια) cursum tenere licebat. || — Δάρνην] Ζαρινὴν et § 48 ἀπὸ Ζαρινῆς codex, confusis Z et Δ, ut § 10, ubi Πεζώνη pro Πεδώνη. Ap. plurimos locus rectius vocatur Δάρνις, *Darnis*, ut ap. Ptol. in codd. (editt. olim Δάρδανις), Synesium ep. 67, Ammian. Marcellin. XXII, 16, 4, Itin. p. 68, 70. Hierocl. p. 734 (ubi cod. corrupte Δάρνης pro Δάρνις). In Tab. Peut. et Geogr. Rav. idem nomen depravatum in *Mandis*. Formæ Δάρνη exemplum affert Wesselingius ad Itin. p. 68 ex Joann. Moscho in Prato Spirituali c. 119: Θεόδωρος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος τῆς πόλεως Δάρνης τῆς ἐν Λιβύῃ. Idem Wess. ad Hierocl. l. l.: « Hæc provinciæ fuit metropolis, nisi Nilus Doxopatrius fallat, certe corruptus quum urbem Δαριχὼ p. 223 vocat. » Nunc est *Derna*, de qua v. Pacho p. 96 sqq., Barth. p. 477, Beechey *Proceedings of the expedition to explore the northern coast of Africa* p. 471 sqq. Quod nihil in Stadiasmo de navium statione monetur, excerptoris negligentiæ, ut aliis in locis compluribus, ubi nuda nomina posuisse satis habet, imputandum fuerit. Pacho l. l. ita: « Le port de Derne est une mauvaise petite rade dont le fond, sillonné par des rescifs, et l'entrée très-ouverte, ne peuvent offrir qu'une station peu sûre aux navires, qui n'y viennent mouiller en effet que rarement et seulement en été. » Beechey l. l. Append. p. XV: « Derna is situated at the mouth of a large fiumara, and is surrounded by clusters of date-trees, which are sufficient of themselves to distinguish the place... The best landing place is to the eastward of the date-trees in a sandy bay round a low point about half a mile eastward of the marabut. Same rocks lie off this point which boats should avoid. » Cf. mappa. Vetus portus ab orientale sui latere habuisse videtur aggerem χειροποίητον, cujus rudera nonnulla superesse refert Barth. p. 480. Antiquæ urbis unica vestigia in sepulcris supersunt, quamquam vel hæc ad remotiorem antiquitatem non ascendunt. — Distantia stadiorum 150, quam Stadiasmus habet, aperte falsa traditur, quum sint fere 230 stadia; fortasse auctor dederat stad. 250, adeo ut in hoc tractu 100 stadia addenda sint, sicuti in mensura oræ, quæ est a Paliuro ad Chersonesum, 100 stadia detrahenda sunt.

§ 48. Ζεφύριον] Memorat præter Ptolemæum Strabo p. 838, apud quem inter Naustathmum et Chersonesum memoratur τὸ Ζεφύριον, ἄκρα πρόσορμον ἔχουσα καὶ ἄλλο Ζεφύριον, quorum alterum probabiliter est promontorium quod Darni urbi ab occasu imminet. Mela quoque I, 8 in Libyca ora *Zephyrium* habet. || — σταδ. ρν'] Hunc numerum corruptum esse patet; nam Aphrodisias insula, quæ § 49 inter Zephyrium et Chersin intermedia esse dicitur, a Derni in Smythii mappa nautica nonnisi 80 stadia distat. Unde liquet pro ρν' fuisse ν'. Zephyrium illud est promontorium, quod ab hod. *el Hyera* est versus orientem. || — δασεῖα] sic codex; δικαεία apogr. Iriart. Etiam nunc ora, quæ hucusque nuda saxa ostenderat, arboribus in hoc loco virescere cœpit. Beechey p. 477: « It was curious to observe the gradual increase of vegetation in passing from Derna to Apollonia by this route: the mountains at the former place are perfectly destitute of any; in advancing, a little underwood is here and there seen, and a few bushes sparingly dotted about the plain; these increase by degrees, as the country becomes bolder, and gradually spread themselves over the sides of the hills, ascending higher and higher every mile, till, *in approaching El Hyera, one continued wood reaches down from the top of the mountains to the sea.*

§ 49. Χέρσιν] Χέρσην et mox bis τοῦ Χερσίου codex; em. e Ptolemæo, qui solus præter Nostrum loci hujus meminit. Ponendus ab promontorio *Tourbo* orientem versus. In media via obviam fit insula, quæ ab utroque sui latere petram habet, e regione fere hodiernæ *el Hyera* sita. V. Beechey. p. 479 et in App. p. XV. Num veteris loci vestigia ibi sint, nescio. Pacho et Barthius hanc oram non adierunt. Hæc est Aphrodisias, sub qua ὕφορμον fuisse noster dicit verbis parum distinctis. Exspectabas fere hunc in modum: ἀναμέσον τοῦ Ζεφυρίου καὶ τῆς Χέρσιος νησίον κεῖται, ἀπέχον ἀπὸ γῆς σταδίους ι', Ἀφροδισιὰς καλούμενον· ἔστιν ὅρμος ὑπ' αὐτό· ἔστι δ' ἐπ' αὐτοῦ ἱερὸν Ἀφρ. — Ptolemæus hanc insulam non memorat, sed alia ab eo affertur Λαιὰ ἢ Ἀφροδίτης νῆσος, e regione Apolloniæ sita (ab ora vix duo stadia distans, etiamnunc ruinas ostendens. V. Beechey. p. 496. 516. Barth. p, 454). Stephanus Byz. ita: Ἀφροδισιάς.. ἕκτη νῆσος Λιβύης πρὸς τῇ Κυρήνῃ (i. e. ea quam Ptolemæus habet.)... Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι δύο νησίδια πλησίον τῆς Λιβύης (nostra, ut videtur, cum altero adjacentium duorum scopulorum). Eam quæ ad Apolloniam erat, intellexerit Herodotus IV, 169, ubi Giligammas pertinere dicit a Plyno portu usque ad Aphrodisiadem insulam.

§ 50. Ἐρυθρὸν] ἄκραν Ἐρυθρὰν jam memorat Artemidorus ap. Stephanum v. Ἐρυθρά: Καί ἐστιν ἄκρα Ἐρυθρὰ τῆς Λιβύης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν ζ' Γεωγραφουμένων. Ptolemæus τόπον Ἐρυθρόν habet, in quo postmodum episcopi sedes, teste Synesio ep. 69 p. 209 sq. Petav. Ibidem ep. 51 p. 189: ὁ κατ' Ἐρυθρὸν κόλπος. Locus mari imminebat ad latus occidentale hodiernæ

51. Ἀπὸ τοῦ Ἐρυθροῦ εἰς Ναύσταθμον στάδιοι ο'· σάλος ἐστὶν ἀνατείνων· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ ἄμμῳ.

52. Ἀπὸ Ναυστάθμου εἰς Ἀπολλωνίαν στάδιοι ρκ'. Πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Παραιτονίου εἰς Ἀπολλωνιάδα στάδιοι ,γφν'.

51. Ab Erythro ad Naustathmum stadia 70; salum est longe patens; aquam locus habet in arena.

52. A Naustathmo ad Apolloniam stadia 120. Cuncta inde a Parætonio usque ad Apolloniadem stadia sunt 3550.

Wadi Elthroun (Beechey) s. *Eltroun* (Barth.) s. *Nathroun* (Pacho), per quam vallem torrens omnium in hac regione maximus defertur. Veteris urbis ruinas partim terra habet, partim hausit mare. Pacho p. 139 : « Les Arabes.. m'avaient fait des descriptions bizarres de la ville dans la mer; car c'est ainsi qu'ils désignent les ruines de Natroun. La cause de cette dénomination est fort simple. Cette ancienne ville fut bâtie sur une couche de terre de douze à quinze pieds d'épaisseur, au-dessous de laquelle se trouve une roche, tantôt de grès friable, et tantôt de brèche mal liée. Des fondements aussi peu solides n'ont pu résister aux efforts des vagues. Aussi ont-elles occasionné de tous côtés de grands éboulements : elles se sont avancées dans les ruines mêmes de la ville; elles en ont fait crouler une partie dans leur sein; ont divisé l'autre en petits îlots; et formé enfin de ce qui tenait encore au continent un promontoire dont les molles falaises, sans cesse battues par les flots, ne tarderont pas à devenir leur proie. Ce petit promontoire est totalement couvert de débris amoncelés dans le plus grand désordre. Des pans de murailles, des arcs détachés d'anciennes voûtes, des angles d'édifices, sortent çà et là du sein de la couche de la terre que la mer a fait ébouler tout autour, et forment ensemble un aspect étrange, cause dès récits merveilleux des Arabes. » Cf. Beechey p. 478. || — σταδ. ϛ'] Sic codex; ϛ' apogr. Iriart.

§ 51. Ναύσταθμον] Cf. Scylax p. 83 : Ναύσταθμος λιμήν. Strabo (p. 838) quoque inter insigniora oræ loca τὸ Ναύσταθμον recenset. Mela I, 8, 2 : *Promontoria sunt Zephyrium et Naustathmus*. Positus erat locus ad latus orientale promontorii quod vocatur *Ras el Hilál* (*Halal* Pacho), « banc de terre peu élevé qui s'avance dans la mer, et forme à son côté oriental un golfe spacieux et très-ouvert... La belle situation du cap et surtout la jolie baie qu'il forme, dont le fond est de sable couvert d'algue sans écueils du moins apparents, de même que la côte, par son étendue me parut avoir été favorable à l'établissement d'une ville. » Pacho p. 144. Cf. Beechey p. 479 : « The point of *El Hilál* extends to the north-east and forms a bay of about a mile in depth, in which even large ships might find shelter with the wind from north to south-east by east. It is in this spot that Cellarius has placed a naval station and town, and there are certainly remains at the present day about it indicative of an ancient site, while the harbour itself would be sufficiently qualified for a naval station to correspond with that part of the description. Two ancient forts are seen in ruins on the cliff, and we noticed an ancient tomb which is excavated in the rock, close to the ravine, retaining still a very handsome façade. Three miles to the eastward af the forts at *El Hilál* are some others, also in ruins, and the remains of strong walls in the neighbourhood of stone-quarries, all of which would seem to point out the spot as an ancient station. This place has also the peculiarity of being the only part of the coast which can be seen from Cyrene, from which it is distant about fourteen miles. » Cf. idem in App. p. XIV. Barth. p. 461 de eodem loco : « Hier fanden wir Spuren alter und gegenwærtiger Cultur, obgleich sich keine zusammenhængende Gruppe von Ruinen findet, die anzeigt dass hier eine Stadt gelegen habe; auch war Naustathmos wol kein regelmæssiger Ort, sondern es befanden sich hier nur einige Magazine und dergleichen, wie bei Schiffs-stationen gewœhnlich ist. Denn ein regelmæssiger Verladungsplatz war hier nicht, sondern die Schiffe fanden hier nur gelegentlichen Schutz gegen Ostwinde. Man sicht hier durchaus nicht die Ruinen einer stædtischen Oertlichkeit, und die kleine unbedeutende Gruppe, die man wol eine halbe Stunde weiterhin bemerkt, dürfte kaum einem bestimmten Orte zugewiesen werden. || — ἀνατείνων] longe patens, ut alias habes : μακρὸς δρόμος. || — ἐν τῇ ἄμμῳ] Hoc miratur Barthius, quum fons ibi reperiatur aquæ optimæ.

§ 52. Ἀπολλωνίαν] In sequentibus habes Ἀπολλωνιάδος. Eadem nominis diversitas in codd. Strabonis. Scylax locum nomine proprio non afficit : Ἀπὸ δὲ Ναυστάθμου, ait, εἰς λιμένα τὸν Κυρήνης σταδ. ρ' (ρκ' Stad.)· ἐκ δὲ τοῦ λιμένος εἰς Κυρήνην σταδ. π'. Diodorus quoque (XIII, 19, 4) et Arrianus (De success. Alex. § 19 p. 243 Did.) in Thibronis historia portum Cyrenes memorantes nomen ejus proprium ap. auctores suos non videntur reperisse. Primum occurrit *Apollonia* nomen in Plinio V, 5 § 31 et Strabone p. 838 (ubi semel in codd. est Ἀπολλωνιὰς, semel Ἀπολλωνία); deinde memoratur a Ptolemæo, schol. Pindar. Pyth. IV, 26, Steph. Byz., in titulo ap. Bœckh. C. J. n. 351 (Ἀπολλωνία κατὰ Κυρήνην). Tabula quoque Peutingeriana habet quidem Apolloniam, nulla tamen via Cyrenæ urbi junctam; neque mentio ejus in Itinerariis. Postea apud Hieroclem p. 732, in Notitiis Ecclesiasticis et in Actis Conciliorum vocatur Σώζουσα, uti etiam nunc ruinarum locus dicitur *Súsa*. Quod nomen inde ab initio fuerit huic nautarum refugio; postea, quum ad portum magna urbs exsurgeret, Apollonia de præcipuo Cyrenensium numine appellata est, usquedum, fractis Cyrenæ viribus, vetus nomen, ut passim alias, denuo obtineret. De amplissimis ruinis exponere longum est. V. Pacho p. 162 sqq.; Beechey. p. 490 sqq. et 513 sqq.; Barth. p. 452 sqq., ut mittam alios. Cf. mappa. || — ,γφν'] i. e. 1340+2210. Ad numerum 2210 prope accedit Strabo, qui 2200 stadia exputat ab Apollonia ad Catabathmum (2360 stad. sec. Stadiasm.); propius etiam Plinius V, 5 § 32 : *Ab Phycunte Apolloniam* 24 *mill.*; [insere : *inde*] *ad Chersonesum* 88 *m. p.* (704 stad.; sec. Stadiasm. 650), *unde*

ΛΟΙΠΟΝ [ΠΕΝΤΑΠΟΛΙΣ] ΚΥΡΗΝΗΣ.

53. Ἀπὸ Ἀπολλωνιάδος εἰς Φυκοῦντα στάδιοι ρ′· κώμην ἔχει· ὁρμίζοιο ἂν ὑπ' αὐτὸν τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις· ὅρμος ἐστὶ θερινός· ἔχει ὕδωρ.

54. Ἀπὸ Φυκοῦντος εἰς Ναυσίδα στάδιοι ρζ′· κώμη ἐστίν· ἔχει ὕδωρ ἐν τῷ αἰγιαλῷ.

55. Ἀπὸ Ναυσίδος εἰς Πτολεμαΐδα στάδιοι σν′· πό-

SEQUITUR [PENTAPOLIS] CYRENAICA.

53. Ab Apolloniade ad Phycuntem stadia 160 (ρξ′); vicum habet; sub eum appellere licet ventis ab occasu flantibus; statio est æstiva, habetque aquam.

54. A Phycunte ad Ausigda (Αὐσίγδα) stadia 190; vicus est; aquam habet in litore.

55. Ab Ausigdis (Αὐσίγδων) ad Ptolemaidem sta-

Catabathmum 216 *m. p.* (1728 stad.; sec. Stadiasm. 1710): adeo ut Plinius habeat stad. 2430, ubi apud Nostrum sunt stadia 2360. Ceterum quod de portu Apolloniæ ne verbo quidem moneatur, excerptori vel librario festinanti imputandum fuerit. In sequenti titulo ante Κυρήνης inserui Πεντάπολις.

STADIASMUS.				PLINIUS.		STRABO.	PTOLEMÆUS.		
	Numeri codicis	Numeri emendati.		Mil.	Stad.			Long.	Lat.
52. Ἀπολλωνία.							Ἀπολλωνία.	50° 40′	31° 40′
53. Φυκοῦς ἀκρ.	ρ′	ρξ′	160	24	192	170 stad.	Φυκοῦς ἀκρ. κ. χωρίον. .	50°	31° 50′
							Ἀπτούχου ἱερόν.	49° 30′	31° 40′
54. Αὐσίγδα κώμη. . . .	ρζ′	ρζ′	350				Αὐσίγδα.	49° 30′	31° 30′
							Μύρμηξ νῆσος.	48° 40′	31° 50′
55. Πτολεμαΐς.	σν′	σν′	600	40	320		Πτολεμαΐς.	49° 05′	31° 10′
Ἶλος νῆσος.						1000			
56. Τεύχειρα ἢ Ἀρσινόη.	σν′	σ′	800	22	176	(26 m. 208 st. Itin.)	Ἀρσινόη ἡ καὶ Τεύχειρα.	48° 40′	31° 20′
							Λάθωνος ποτ. ἐκβολαί. .	48° 15′	31° 20′
57. Βερνικίς.	τν′	τν′	1150	43	344	(46 m. 368 st. Itin.)	Βερενίκη ἡ καὶ Ἑσπερίδες.	47° 45′	31° 20′
Ὁμοῦ.	͵αρν′	͵αρν′	1150	129	1032	1170			

§ 53. Φυκοῦντα] Φοινικοῦντα et § 53 ἀπὸ Φοινικοῦντος codex. Phycuntem dictum esse etiam Phœnicuntem vel de Phœnicibus (Pacho p. 169) vel de palmeto (Barth. p. 488) nonnulli censuerunt; nos non dubitamus quin Φοινικοῦς, nomen tritissimum, librariorum errore introductum sit. || — σταδ. ρ′] Leg. videtur ρξ′. Strabo p. 837 habet stadia 170, Plinius V, 5 minus accurate 24 mill. pass. (192 stad.). A Tænaro sec. Plin. et Strab. Phycus distat 350 mill. sive 2800 stadia, a Creta sec. Plin. 225 millia. || — ὁρμίζοιο ἂν κτλ.] ὁρμίζουσαν ὑπὸ τ τοῖς ἀφ' ἑσπερίου ἀνέμοις· ὅρμος ἐστὶ θερινὸς καὶ ὕδωρ codex. — Ceterum nescio an inter recentiores Phycuntem pr. (*Cap Rasat* vel *Sem*) accuratius aliquis descripserit. Ex vett. v. Scylax § 83, Strabo l. l.: Φυκοῦς ἄκρα ταπεινὴ μὲν, πλεῖστον δ' ἐκκειμένη πρὸς ἄρκτον παρὰ τὴν ἄλλην Λιβυκὴν παραλίαν... ἔστι δὲ καὶ πολίχνιον (χωρίον Ptol.) ὁμώνυμον τῇ ἄκρᾳ. Steph. Byz.: Φυκοῦς, πόλις Λιβύης· κεῖται δὲ ὁ Φυκοῦς κατὰ τὸ Ταίναρον τῆς Πελοποννήσου. ὁ πολίτης Φυκούσιος, ἐπειδὴ καὶ Φυκουσία λίμνη. Plura v. ap. Synesium Ep. 51. 100. 113. 129, citante Pacho p. 169 et Barthio p. 494 not. 138. De hortis Hesperidum, quos ad Phycuntem fuisse Scylax dixisse videtur, cf. not. p. 450.

§ 54. Ναυσίδα] Fuerit Αὐσίδα vel Αὐσίγδα. Literam ν perperam nominibus præfixam jam vidimus § 23 (ναύτιος pro ἄπιος) et § 45 (ναζάριδος pro ἀζάριδος). Αὐσίγδα vocatur ap. Ptol. et Steph. Byz.: Αὐσίγδα (Αὔσιγδα var. lect.), πόλις Λιβύης, οὐδετέρως, ὡς Καλλίμαχος. Ἑκαταῖος δὲ νῆσον οἶδε· τὸ ἐθνικὸν Αὐσιγδοι· οὕτω γὰρ Ἀπόλλων τιμᾶται. Apud Lycophron. 884 et Tzetzem ad Lyc. l. l. Αὐσίγδα tamquam oppidum juxta Cinyphum fluvium memoratur: adeo ut aut incongrua misceat auctor, aut alium cognominem locum significaverit. De nomine Αὐσίγδα cf. Movers l. l. p. 590. Insulam quam Hecatæus Ausigda dicit, Ptolemæus Myrmecem vocat. || — σταδ. ρζ′] sic codex; ρς′ apogr. Iriart. Ptolemæus inter Phycuntem et Ausigdam memorat fanum Aptuchi, aliis Αὐτούχου, Libyci dei, qui non diversus esse videtur ab Aristæo, cujus fratrem dicit Acesander (Fr. IV, p. 285 fr. 5), cujusque nomen in aliis Libycis locorum nominibus deprehendi censet Movers *Phœn. Colon.* p. 564, ubi tu videas.

§ 55. Πτολεμαΐδος] Locus tamquam λιμὴν ὁ κατὰ Βάρκην memoratur ap. Scylac. p. 83. « Postea Ptolemaidem urbem, Ptolemæorum ævo ad Barces portum conditam, opportuniori ad mercaturam situ commoti, sensim concessisse cives Barcæi plurimi videntur. Ita autem factum est, ut, dum Barce fere deserta evasit, portus contra (inter cujus ædificia maxime conspicua Στοὰ βασίλειος, judicii olim locus (Synes. ep. 57 p. 195) commemoratur), frequentatus sit et celebrior redditus; quam ab rem a Ptolemæo ἐπίσημος dicitur, et apud Procopium (De ædif. V, 2) beata olim ac frequens. Ex hoc igitur explicamus, quod eadem cum Ptolemaide urbs Barce a plerisque sit putata. Strabo v. c. Barcen postmodum Ptolemaidem dictam esse refert. Plinio (V, 5) *Ptolemais antiquo nomine Barce* appellatur; scholiastes Sophoclis (Electr. 727), Suidas v. Βάρκη atque Servius (ad Æn. IV, 42) Barcen suo tempore

λις ἐστὶ μεγίστη· ἐπίσαλός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ νῆσον ἔχει· Ἶλος καλεῖται· ἀσφαλίζου.

56. Ἀπὸ Πτολεμαΐδος εἰς Τεύχειρα στάδιοι σν'· πόλις ἐστὶ Πενταπόλεως ἀρχαία. Αὕτη καλεῖται Ἀρσινόη.

57. Ἀπὸ Τευχείρων εἰς Βερνικίδα στάδιοι τν'.

dia 250; urbs est maxima; parum tutus locus; insulam habet, cui Ilus nomen; caveas.

56. A Ptolemaide ad Teuchira stadia 200 (σ'); vetusta est urbs Pentapolis. [Vocatur etiam Arsinoe].

57. A Teuchiris ad Bernicidem (*seu Berenicen*)

Ptolemaidem vocatam esse tradunt; et Stephanus denique (v. Βάρκη) utrumque nomen eidem urbi assignat. At vero Ptolemaidis nomen Barcæ haud esse superinductum, sed diversa hæc oppida fuisse, liquet tum ex Ptolemæo, qui illud littoreum, hoc vero mediterraneum vocat, tum e Scylace, qui inter Barcen, quæ a mari stadiorum centum intervallo disjuncta fuerit, et portum Barces distinguit. Quia autem, inclarescente Ptolemaidis nomine, Barce decrevit, nulla hujus mentione facta, apud seriores illa tantum occurrit (v. Valer. Max. I, 6, 12; Eutrop. VI, 11; Ammian. XXII, 16; Synes. ep. 58. 62. 67. 79. 105. 109. p. 203. 206. 210. 212. 227. 246. 253; Catast. p. 302, ubi tamen p. 301 Βαρκαίων πεδίον commemoratur; Anton. Itin. p. 67; Hierocl. p. 732; Procop. De æd. VI, 2; Nicephor. Gregor. in Synes. De insomn. p. 352 in Synes. ed. Petav.). Verum juxta eam per plura tamen secula Barce exstitit, cujus quippe nomen apud Virgilium (Æn. IV, 42), Claudianum (De bell. Gildon. 159), Silium (II, 62. III, 251) et Sidonium Apollin. (VII, 450) obvium est; quorum auctoritate si, quoniam in poetis antiquum fere viget, minus commovemur, ex Ptolemæi tamen verbis et inde quod suum utraque urbs insequenti tempore habuerit episcopum, constat, nec Ptolemaidem nec Barcen Christianæ æræ initio fuisse deletam. » Thrige Res Cyren. p. 139. Ptolemais quum fere desereretur ob male affectos aquæ ductus, Justinianus, his redintegratis, optime de ea meruit. Vel Edrisi (I, p. 293) et Abul Fedæ temporibus commerciis urbs viguit. Amplas ruinas descripserunt Della Cella p. 201, Pacho p. 178 sqq., Beechey cap. XII sqq., Barth. p. 396. Portus non adeo magnus esse poterat. Occidentale latus efficitur promontorio in peninsulæ modum excurrente; huic ab oriente objectæ sunt exiguæ quædam insulæ, quæ aggere olim continenti junctæ, ab altero latere tutabantur portum, longum ad 900 pedes, latum pedes 400. V. Beechey. 357. 377. Barth. p. 400. Noster etsi urbem esse permagnam dicit, nullum tamen ibi portum novit; immo ἐπίσαλον locum dicit, sive hoc vertas *salum ibi est*, vel *male tutus locus est*, nautamque ἀσφαλίζεσθαι jubet. Quare Barthius p. 485 n. 46 tum nondum aggerem istum, quo portus evasit, structum fuisse censet. Quod non crediderim; imo sicuti Leptitanorum et Hadrumeti portus auctoris nostri ætate non amplius erant, sic hoc quoque loco tempus intelligi debet inter pristinum urbis florem et Justiniani restaurationem interjectum, quo urbs fere deserta esset portusque haud dubie arenis vel alio vitio esset inutilis. — Ilus insula hodierna *Zarat* esse videtur (Cf. mappa). Pacho ad eandem pertinere voluit Myrmecem insulam, quam alio in loco Ptolemæus memorat; quod jure respuit Barthius.

§ 56. Τεύχειρα] Τευχεῖραν codex, quod cum Gailio mutavi ob sequens ἀπὸ Τευχείρων. Dicebatur ἡ et τὰ Τεύχειρα. Formam Ταύχειρα habent Herodotus IV, 159. 171, Scylax l. l. et Stephanus Byz. : Ταύχειρα.., θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως.., ἀπὸ Ταυχείρας τῆς Αὐτάνδρου θυγατρός· λέγεται δὲ νῦν Ἀρσινόη (ab uxoro Ptolemæi II). Apud ceteros urbs vocatur Τεύχειρα. Strabo l. l.; Plin. V, 5; Diodor. XVIII, 20; Arrian. De succ. Alex. c. 17 p. 243 ed. Didot.; Lycophron Cass. 877; schol. Pindar. P. IV, 26; Ptol.; Hierocles p. 753; Ammian XXII, 16; Synesius ep. 3. 93. 126; Tab. Peut.; Itin. p. 67 (*Teucira* 26 mill. a Ptolemaide); Procop. De ædif. Apud Edrisium I, p. 292 appellatur *Tocra*, ut nunc quoque locus ruinarum, quæ in muris urbis solidissimis supersunt. V. Della Cella p. 198; Pacho p. 185, Beechey p. 367, Barth. p. 392. Arsinoes nomen una cum altero memorant Strabo, Plinius, Ptolemæus. Apud seriores nonnisi vetus nomen usurpatur, iisque accensendus est etiam Noster; nam quæ abrupte subjiciuntur verba καλεῖται Ἀρσινόη, non tam corrigenda esse in καλ. καὶ Ἀρσινόη, quam tanquam glossema includenda esse, comparatis locis similibus fit probabile. V. not. ad § 41. Stationem ad Teuchira Noster non memorat, nec videtur ibi ora tutamen nautis præbere. Inter Teuchira et Berenicen apud Scylacem collocatur Καυκάλου κώμη, in Tab. Peut. *Adrianopolis* (Ἀδριάνη ap. Hierocl. p. 733), quæ num in Caucali vici locum successerit, an diversa ab eo fuerit, non liquet. Aut alteruter aut uterque locus ad hod. *Soluk* pertinere videtur.

§ 57. Βερνικίδα] Forma serioris ævi, quod nomina in ις desinentia efformare adamat. Similiter in Tab. Peut. est *Bernicide*, in Geogr. Rav. *Vernicide*. Βερνίκη pro Βερενίκη sæpius legitur in Peripl. mar. Erythr. § 1 etc., ubi de cognominibus oppidis sermo est. Nostra urbs antea dicta Εὐεσπερίδες (Herodot. IV, 171. 204; cives Εὐεσπερῖται id. IV, 198; Thucyd. VII, 50; Diodor. IV, 56; Pausanias IV, 26, 2; Theophrast. H. Pl. IV, 3. VI, 3. VIII, 6. Steph. B. s. v.), Ἑσπερίδες (Theotimus ap. schol. Pind. Pyth. V, 33 in Fragm. H. IV, p. 517 fr. 1; Scylax l. l.; Heraclides Pont. in Fr. H. III, p. 212, 5, 4; Eratosthenes ap. Strabon. II, p. 123. X, p. 647; Ptolem. IV, 4; Plin. V, 5; Ammian. XXII, 16; St. Byz. v. Μάσκωτος), Ἑσπερίς ap. Steph. Byz. v. Ἑσπερίς. Εὐεσπερίδες. Βερενίκη), *Hesperia* ap. Melam I, 8. Deinde ab uxore Ptolemæi III, Magæ filia, *Berenice* (apud seriores interdum *Beronice*) dicta est (Strabo p. 836. 837; Ptol.; Plin.; Lucan. IX, 524; Silius III, 349; Eutrop. VI, 11; Ammian. XXII, 16; Servius ad Virg. Æn. IV, 483. St. B. s. v.; Synesius ep. 58. 59; Itin. p. 67; Hierocl. 733; Procop. De æd. VI, 2). Hodie *Bengazi*, Cyrenaicæ urbs nunc præcipua, magnam partem veteris Ptolemaidis saxis

Ὁ πλοῦς κάμπτεται· πλεύσας ἐς σταδίους ϛʹ ὄψει ἀκρωτήριον προτεῖνον πρὸς ἑσπέραν· παράκειται δὲ βράχη μετέωρα· φυλάσσου παραπλέων· ὄψει δὲ νησίον ταπει-

stadia 350. Hinc jam flectitur navigationis cursus. Post stadia sex videbis promontorium occasum versus porrectum; juxta sunt brevia alta; cave igitur præterna-

---

structa. V. Pacho p. 186 sqq., Beechey p. 281 sqq., Barth. p. 381 sqq. Situm urbis ceteris accuratius indicat Strabo : ἔστι δὲ ἄκρα λεγομένη Ψευδοπενιάς, ἐφ' ἧς ἡ Βερενίκη τὴν θέσιν ἔχει παρὰ λίμνην τινὰ Τριτωνίδα, ἐν ᾗ μάλιστα νησίον ἐστὶ καὶ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν αὐτῷ· ἔστι δὲ καὶ λιμήν (sic codd.; λίμνη noviss. editt.) Ἑσπερίδων, καὶ ποταμὸς ἐμβάλλει Λάθων. Pseudopeniæ prom., cui urbs imposita, a meridie objacet septem stadiorum intervallo aliud promontorium humilius, quod in Stadiasmo Βραχέα (Βραχεῖα) vocatur; intermedium spatium horret scopulorum tænia; βράχη μετέωρα dicit Stadiasmus. Adjacent Brachea prom. insulæ complures, quarum major Μέλανον (sic sequioris ævi more pro Μέλαν dicit) seu Nigra vocatur. Quodsi insulæ istæ aggere continenti jungerentur, portus evaderet commodus; nunc vero fluctuum vis non impedita et ipsam urbem male affecit, et portum arenis ita opplevit, ut nonnisi parvis navigiis aditus pateat. Ac talem locorum rationem etiam Peripli nostri auctor reperit, dum apud Scylacem legitur Ἑσπερίδες πόλις καὶ λιμήν. — Cf. Beechey App. p. XII : « The port of Bengazi is formed by rocks, that project from the castle and Juliana point; and is rendered very secure by a reef that extends across at a short distance from the mouth of it, leaving a narrow channel on either side : both these passages are very difficult, and upon an average the depth of water in the harbour will be found greater by a foot and a half in winter, than in summer... The port of Bengazi is fast filling up with sand, and alluvium brought down by the heavy rains that annually deluge the town, and boats only can now enter, where the Bashaw's ships were used to remain forty years ago. » Barth. p. 382 : « Grosse Flotten zu umfassen von Ursprung fæhig, ist sie (sc. die Bucht) jetzt schon mehr als zur Hælfte versandet, dergestalt, dass das stagnirende Wasser zu beiden Seiten, das im Sommer vom Meeresbassin gænzlich gesondert wird und halb austrocknet, im Alterthum und vielleicht selbst noch im Mittelalter ein Theil des geræumigen, wohlgeschützten Hafens, jetzt mehr ein Nachtheil ist, indem es sowohl dem Anbau einen grossen Strich Landes entzieht, als auch durch die Ausdünstungen ungesunde Bestandtheile der Luft zuführt. Die Fahrzeuze die klein genug sind, um überhaupt einlaufen zu können, das heisst, die nicht mehr als etwa 8 Fuss Wasser ziehen, liegen ganz nahe dem Eingang an nur halb geschützter Stelle, und bei Sturm kommt mancher Schiffbruch vor. » — *Tritonis* est palus illa salsa quæ juxta urbem longe patet, nunc quidem a mari fere separata, olim autem ostio latiore juncta ei, adeo ut apud Strabonem ἡ λίμνη et ὁ λιμὴν Ἑσπερίδων vix diversa sint, quamquam distinguere inter ea auctor videtur. Beechey p. 333 : « The harbour of Bengazi communicates with the saltwater lake; and it is probable that in Strabon's time the vessels of the ancients might have passed from one into the other. The harbour and the lake might in that event be considered without any impropriety as the same. » — Quod insulam Tritonidis attinet, agnoscere eam licet in tumulo quodam ad ripam lacus sito, qui olim insula fuerit. Beechey p. 334 : « On the borders of the lake, which still communicates with the harbour of Bengazi, is a spot of rising ground, nearly insulated in winter, on which are the remains of ancient building; and which, at the time when the harbour was deeper, and the lake itself praticable for vessels, must have been (occasionnally at least) completely surrounded with water. Here then might have stood the temple of Venus, and the introduction of the word μάλιστα by Strabo would seem confirm this position. » — Porro in Hesperidum portum, eodem teste Strabone l. l., incidit Λάθων (Ληθαῖος id. p. 647) fluvius, cujus meminit etiam Plinius V, 5 § 11 : *Nec procul ante oppidum fluvius Lethon*. Piscosum esse *Lethonem* e Ptolemæi Physconis, Cyrenaicæ regis, commentariis prodit Athenæus II, p. 71, B. (Fr. H. III, p. 187); Ptolemæus geographus ostia *Lathonis* fl. media ponit inter Teuchira et Berenicen, idemque in mediterraneis habet λίμνην ἀπὸ τοῦ Λάθωνος ποταμοῦ ἐκτρεπομένην. Hæc quidem inconcinna sunt. De eodem fluvio Scylax : καὶ ποταμὸς ἐπὶ τῇ πόλει Ἐκκειός, modo sana hæc sint in libro corruptissimo. Vereor ne fuerit ἐχχεῖται. Denique Lucanus IX, 345 prope Tritonidem lacum (quem in Syrti minore collocat) *Lethen* fluvium terram subire deinde ad lucem iterum emergere tradit. Hunc igitur Berenices fluvium, quum vel negarent vel deperisse censerent viri docti, feliciter indagavit Beecheyus. Certe reperit ille flumen in antro labens profundo, deinde terram subiens, nec amplius apparens; sed denuo eum resurgere veteres credidisse videntur in rivo, qui juxta lacum oritur in eumque incidit. Ipsum audiamus Beecheyum p. 327 : « There are also several subterranean caves in the neighbourhood of Bengazi. One of these, at the depth of about eighty feet from the surface of the plain, contains a large body of fresh water, which is said to run very far into the bowels of the earth, or rather of the rock which overshadows it. On descending into this cave, we found that it widened out into a spacious chamber, the sides of which had evidently been, in many places, shaped with the chisel, and rose perpendicularly to a considerable height. Our progress was soon stopped, as we were advancing into the cave, by the body of water we have mentioned; which, notwithstanding the lights we procured, was scarcely visible through the thick gloom which surrounded us. We found the water shallow at the edge, but it soon became gradually too deep to be practicable; we were also unable to discover any end to it, and a stone thrown as far as we could send it, fell into the water without striking. » Hunc igitur Lathonem esse ipsum nomen probare videtur. Deinde Beechey. p. 331 : « Again, in-

νὸν μελανόν· Βραχέα καλεῖται τὸ ἀκρωτήριων· εἰς τὰ εὐώνυμα ἔχει ὅρμον πλοιαρίοις μικροῖς.

Οἱ πάντες ὁμοῦ ἐξ Ἀπολλωνιάδος εἰς Βερνικίδα στάδιοι ͵αρν΄..

vigans; videbis autem insulam parvam humilem, nigram. Promontorium illud vocatur Brachea sive Breve; ad sinistram stationem præbet navigiis parvis.

Omnia simul ab Apolloniade usque ad Bernicidem sunt stadia 1150.

---

quit, we are told, that the Lathon discharged itself into the harbour of the Hesperides; and we find a small spring actually running into the lake which is connected with the harbour in question; and which might, from the position of the subterranean spring between it and the mountains to the southward of it, have received at least a portion of the waters, which lose themselves in a place where the level is higher. When we find that the Lathon (or hidden stream) of Bengazi is *directly* between the mountains and the harbour, it becomes the more probable that such a communication may have existed; and wether the little spring which runs into the lake be a continuation of the Lathon or not, there appears to be quite sufficient reason for believing that the ancients might have imagined it was... The lake itself is salt, and in the summer is nearly dry; while the small stream in question takes its rise within a few yards of the lake, and running along a channel of inconsiderable breadth, bordered with reeds and rushes, might be mistaken by a common observer for an inroad of the lake into the sandy soil which bounds it. — On tasting it, however, we found its water to be fresh, and the current which is formed by its passage into the lake is very evident on the slightest examination. » Cf. Barth. p. 337, et quod ibi monet de opinione, quam emisit Vattier de Bourville in *Revue archéol.* 1848 p. 50. Hæc igitur non tam Stadiasmi quam Scylacis gratia monuimus. Idem Scylax cogit, ut denuo moneam de hortis Hesperidum. Hos qui in Cyrenaica esse produnt, componunt cum urbe cognomine, cujus regionem ob eximiam fertilitatem prædicat Herodotus IV, 198. Sic Plinius V, 5, 31 et Ptolemæus V, 5; accensendi iis sunt, qui Tritonidem lacum ad Hesperides seu Berenicen urbem memorant. Contra vero Scylax supra Phycuntem promontorium hortos collocat. Quod ne præfracte negarem, induxit Pachonis auctoritas. Is enim (p. 172) ad Hesperides urbem regionem dicit esse aridam et arenosam; silvosum tractum a litore disjungi planitie quæ sex leguarum habeat latitudinem; ad Phycuntem vero promontorium reapse talem esse locorum rationem, qualem Caryandensis describat, regiones scilicet altissimas, præruptis saxis sæpe inaccessas, et omni stirpium genere beatas. At primum Scylacis verba locum produnt non in summo aliquo vertice situm, sed in profundo positum, ad quem descendi nequeat. Ἔστι δὲ τόπος, ait, βαθὺς ὀργυιῶν ιη΄ ἀπότομος κύκλῳ, οὐδαμοῦ ἔχων κατάβασιν. Tales vero valles ad Hesperides detexit Beechey. p. 318 : « Besides the quarries some very singular pits or chasms, of natural formation, are found in the neigbourhood of Bengazi : they consist of a level surface of excellent soil, of several hunderd feet in extent, inclosed within steep, and for the most part perpendicular, sides of solid rock, rising sometimes to a height of sixty or seventy feet, or more, before they reach the level of the plain in which they are situated. The soil at the bottom of these chasms appears to have been washed down from the plain above by the heavy winter rains, and is frequently cultivated by the Arabs; so that a person, in walking over the country where they exist, comes suddenly upon a beautiful orchard or garden, blooming in secret, and in the greatest luxuriance, at a considerable depth beneath his feet, and defended on all sides by walls of solid rocks, so as to be at first sight apparently inaccessible. The effect of these secluded little spots, protected, as it were, from the intrusion of mankind by the steepness and the depth of the barriers which inclose them, is singular and pleasing in the extreme. .. It was impossible to walk round the edge of these precipices without calling to mind the description given by Scylax of the far-famed garden of the Hesperides.... This singular formation, so far as we have seen, is also peculiar to the country in question; and we know of no other part of the coast of northern Africa where the same peculiarities of soil are observable. We do not mean to point out any *one* of these subterranean gardens as that which will correspond in point of extend to the garden, which this author has mentioned : all those we saw were considerably less than the fifth of a mile in diameter (the measurement given by Scylax); and the places which would best agree with the dimensions in question, are now filled with water sufficiently fresh to be drinkable, and take the form of romantic little lakes... When we consider that the places in question are all of them sunk below the surface of the soil, and that the face of the country in which they are found is overspread with brushwood, and nowhere perfectly level, it will not be thought extraordinary if some of them should have escaped us in a diligent and frequently-repeated search. » — Res ipsa igitur satis superque probat hortos istos non suo loco apud Scylacem commemorari. Accedit alterum argumentum ex ipso periplo repetendum. Videlicet post hortorum descriptionem sequuntur hæc : Τῶν δὲ χωρίων ἃ οὐκ εἴρηται, ἐστὶ κατὰ (μετὰ?) τὸν κῆπον Ἄμπελος, Ἄπιος, ἀλάσσει (sic) στάδια λ΄, Χερσόνησος, κῆποι πλεῖστοι, Ζήνερτις, Ταύχειρα. Eos autem locos quum inter Phycuntem et Tauchira nemo memoret, post Hesperides memorandos fuisse, noli dubitare. Nimirum Ampelus (Cf. St. Byz. : Ἄμπελος.. καὶ ἄλλη ἐν Κυρήνῃ. Ἀγροίτας δὲ δύο πόλεις εἶναί φησι τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κάτω) est *Ampeloontes* locus in Tab. Peut. a Berenice proximus post millia 15, uti jam suspicabar in notis ad Scylacem. Ruinæ Ampeloontis (de quibus v. Barth. p. 357), quum a mari 30 fere stadiis sint dissitæ, pro corruptis illis : ἄπιος ἀλάσσει σταδ. λ΄, legendum erit ἀπὸ θαλάσσης στάδια λ΄, nisi forte fuisse putes : Κάμινος [ἀπὸ] θαλάσσης σταδ. λ΄; nam proxime post Ampeloontem sequitur in Itin. *Caminos* septem millium inter

ΛΟΙΠΟΝ ΣΥΡΤΙΣ ΚΥΡΗΝΑΙΩΝ.

58. Ἀπὸ Βερνικίδος εἰς τὰ Ῥίνια στάδιοι ξ′.

SEQUITUR SYRTIS CYRENÆORUM.

58. A Bernicide (*Berenice*) ad Rhinia stadia 60.

---

vallo (hodie *Gemines*). Deinde in litore ex Stadiasmi computu ponenda est Χέρσις, apud Ptolemæum Διάχερσις. Hæc est Χερσόνησος Scylacis. Post hanc ex Tab. Peuting. et Geogr. Rav. collocanda *Zan taverna*, quam esse *Zenertin* Scylacis concedes. Superest, ut moneam totum illum locum de hortis et vicis proximis (Ἄνω δὲ ἐνταῦθα usque ad v. Ζήνερτις) a Scylacis periplo alienum esse; quidam adscripsit eum ad vocem Ἑσπερίδες; alius e margine in ordinem verborum recipiens inepto posuit loco. Nimirum uberiores ejusmodi descriptiones a reliquo peripli tenore abhorrent; deinde autem alienam manum aperte arguunt verba : τῶν δὲ χωρίων ἃ οὐκ εἴρηται, ἐστὶ κτλ., quæ si a Scylace profecta putes, sensum commodum non fundunt, apte vero habent, si alius quidam adscripsit, qui addere nonnulla a Scylace omissa voluerit. || — ͵αρν′] 1170 sec. Strabonem; 1032 sec. Plinium minus accurate.

A BERENICE AD ARAS PHILÆNORUM.

STADIASMUS.				PTOLEMÆUS.			ITINERARIUM.		TAB. PEUT.	
	Numeri codicis	Numeri emendati			Long.	Lat.		mil.		mil.
57. Βερνικίς.				Βερενίκη.	47° 45′	31° 20′	Beronice.		Vernicide.	
58. Ῥίνια (Ῥίνον). . .	ξ′	ξ′	60	Βρύων αἰγιαλός. . . .	47° 30′	31° 15′				
59. Πίθος.	ι	ι′	70							
60. Θεοτιμαῖον.	α′	α	71							
61. Ἀλαί.	ψι′	ι′	81						Ampaloontes.	15
62. Βόρειον ἄκρ. . . .	ν′	ν′	131	Βόρειον ἄκρ., τέλος τῆς Σύρτεως.	47° 15′	31° 10′				
63. Χέρσις.	ρμ	ρμ′	271	Διάχερσις φρούριον. . .	47° 20′	30° 50′	Caminos. . .	30	Zan taberna.	23
64. Ἀμάστορος.	ρι	ρι	381							
65. Ἡράκλειον.	π′	π′	461	Ἡρακλέους πύργος. . .	47° 20′	30° 30′				
66. Δρέπανον ἄκρ. . . .	ζ′	ζ′	468				Carotus. . .	22		
67. Σεραπεῖον.	ρ′	ρ′	568						Noetu. . . .	25
68. Διαρροιὰς λιμὴν ν′.				Διάρροια λιμήν.	47° 15′	30°				
69. Ἆπις. . . . . . ν′										
70. Καινὸν φρούριον. .	ρν′	ρν′	718				Attici.	25		
71. Εὔσχοινος.	ο′	ο′	788						Phœnica. . .	25
72. Ὕφαλοι, νησίον. .	ο′	ο′	858	Ὕφαλοι, ὅρμος. . . .	47° 20′	29° 40′				
73. Σκοπελίτης, σκόπελος.	π′	μ′	898	Μίσυνος νῆσος	44° 40′	30° 40′				
74. Ποντία νῆσος. . . .	β′	κ′	918	Ποντία νῆσος.	45° 20′	30° 15′				
75. Μαία νῆσος	ζ	ζ′	1008	Γαία νῆσος.	46°	29° 40′				
76. Ἀστρόχονδα. . . .	ν′	ν′	1058				Tinci Ausari.	25		
77. Κροκόδειλος.	π′	π′	1138						Cornicianum.	25
78. Βόρειον ἄκρ., φρούριον.	πδ′	πδ′	1222				Borreo. . . .	24	Prisci taberna.	18
79. Ἀντιδρέπανον ἄκρ.	κ′	κ′	1242	Δρέπανον ἄκρ.	47° 15′	29° 20′				
80. Μένδριον.	ν′	ν′	1292							
81. Κοζύνθιον ἄκρ. . .	ρκ′	κ′	1312				Tinisdiri. . .	12	Ad puteum.	30
82. Ἀμμωνίου πηγαί. .	ρι′	ρι′	1422				Anabucis. . .	25	Anabucis præsidium. . .	30
83. Αὐτομάλακα. . . .	ρπ′	ρπ′	1602	Αὐτόμαλαξ φρούριον. .	47° 15′	29° 10′				
84. Φιλαίνων βωμοί. .	ρπε′	ρπε′	1787	Φιλαίνου βωμοὶ καὶ κώμη.	46° 15′	29°	Banadedari. .	25	Aræ philenorum.	25
85. Ὁμοῦ	β′						milia. .	183	milia. .	216

§ 58. Α. Σύρτις] Syrtis initium ad Berenicen ponunt Scylax § 109 p. 84, Eratosthenes apud Strabon. p. 123, Plinius V, 5 § 31 : *Berenice in Syrtis extimo cornu est;* alii Syrtin incipere statuunt a Borio promontorio (*Ras Teyonas*), ut Ptolemæus IV, 4 p. 273, 4, auctores Strabonis p. 836 (Artemidorus, opinor) et Plinii V, 4, § 28 : *Promontorium quod majorem (Syrtin) includit, Borion vocatur ; ultra Cyrenaica provincia.* Alteram hanc sententiam Noster quoque memoravit, quum § 64 denuo Syrtis initium notetur ad Chersin locum a Borio distantem stadia 140. Titulus hic in margine ad Borei prom. nomen adscriptus erat,

59. Ἀπὸ Ῥίνων ἐπὶ τὸν Πίθον στάδιοι ι'.

60. Ἀπὸ τοῦ Πίθου ἐπὶ Θεοτιμαῖον στάδ. α'· ὅρμος ἐστὶ θερινός· αἰγιαλὸς βαθύς.

61. Ἀπὸ Θεοτιμαίου ἐπὶ τὰς Ἅλας στάδιοι ψι'· αἰγιαλός ἐστιν.

62. Ἀπὸ τῶν Ἁλῶν ἐπὶ τὸ Βόρειον στάδιοι ν'· ἀκρωτήριόν ἐστιν ἔχον ὕφορμον.

(Σύρτις Κυρήνης.)

63. Ἀπὸ τοῦ Βορείου εἰς Χέρσιν στάδιοι ρμ'· ὅρμος ἐστὶ τοῖς ἐτησίοις· ὕδωρ ἔχει ἐπὶ τοῦ φρουρίου.

64. Ἀπὸ τοῦ Χέρσιος ἐπὶ τὴν Ἀμάστορος στάδιοι ρι'.

65. Ἀπὸ τῆς Ἀμάστορος ἐπὶ τὸ Ἡράκλειον στάδιοι π'.

66. Ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου εἰς τὸ Δρέπανον στάδιοι ζ'·

59. A Rhinis (*Rhiniis?*) ad Pithum stadia 10.

60. A Pitho ad Theotimæum stadium 1; statio est æstiva; litus aquæ profundæ.

61. A Theotimæo ad Halas stadia 10 (ι'); litus est.

62. Ab Halis ad Borium stadia 50; promontorium est, sub quo stationi locus.

(Syrtis Cyrenaica.)

63. A Borio ad Chersim stadia 140; statio est, flantibus petendá etesiis; aquam habet in castello.

64. A Chersi ad Amastoris vicum stadia 110.

65. Ab Amastoris vico ad Heracleum stadia 80.

66. Ab Heracleo ad Drepanum stadia 7; altum est

---

cui in ordine verborum præfigi, non postponi debebat. Ceterum in Cyrenaica Syrtis ora Strabo et Plinius nihil nisi Borium prom. et Automalaca et aras Philænorum memorant; paullo plura præbent Scylax et Ptolemæus, plurima unus Noster. Sic quæ statim sequuntur Rhinia, Pithus, Theotimæum; Halæ aliunde non nota. || — τὰ Ῥίνια] § 59 ἀπὸ Ῥίνον (sic cod., non ἀπὸ Ῥίνου, ut est in apogr. Iriart.). Fortasse τὰ Ῥινία, *Nares*; quod nomen, si recte habet, ab efformatione locorum ductum videtur. Sic Nasi promontorium, *Ras el enf*, habes in ora Libyæ orientali. Apud Ptolemæum post Berenicen memoratur Βρόων αἰγιαλός, quod vertunt: *bullans litus*, quum dictum esse videatur de βρύοις θαλασσίοις, *algis marinis*. In tanta autem nominum apud Nostrum corruptione, suspicio nasci possit idem nomen in Ῥίνα abiisse.

§ 59. Πίθον] Πίθος nomen erat etiam demi Attici in Cecropide tribu.

§ 60. Θεοτιμαῖον] Θεοτιμαίαν codex; em. Gail. || — σταδ. α'.] « Le chiffre est à peu près écrit ainsi αι. » Miller. ια' conj. Gail., quam recte, dicere non habeo; quo minor numerus est, eo propius summa stadiorum, quæ usque ad Borium promont. colligitur, ad verum accedet. || — αἰγιαλὸς] ὑπαλὸς codex, confusis ΓΙ et Π. Cf. § 70. 71: αἰγιαλὸς βαθύς. Gailius conjecerat ὕφαλος, quod nihili. Ceterum nomen locus habet a Theotimo quodam, e regia fortasse Battiadarum gente oriundo, sicuti *Carotus* (l. Κάρρωτος) locus in Itinerario memoratus nomen habuerit a Carrhoto aliquo, fortassis ab Alexibii filio, regiæ uxoris fratre, quem Pindarus celebrat (Pyth. V, 24), et coloniam in Hesperides Arcesilai jussu deduxisse Thriege l. l. p. 180 suspicatur (Cf. Barth. p. 380, 92). Ejusdem Carrhoti meminit *Theotimus* (Fr. H. IV, p. 517), qui quum Περὶ Κυρήνης scripserit, haud dubie Cyrenæus fuit, suadente etiam nostro loco Theotimæo.

§ 61. Ἅλας codex — || ψι'] leg. ι'; Lapieus computat ο', 70. Quodsi ι' scripseris, a Berenice ad Boreum (*Ras Teyonas* vel *Teiones* vel *Teiúnes*) habebis stadia 131, quod ad verum proxime accedit, quum in mappis Smythii, Beecheyi, Barthii, distantia sit 120 fere stadiorum.

§ 62. Βόρειον] Cf. not. § 58. Alterum Borium promontorium cum castello videbis infra § 78. Ad hoc, non ad nostrum locum (ut Mannert. p. 94 putavit) referenda sunt quæ leguntur apud Procopium De ædif. V, 2. Ad nostrum promontorium fuisse castellum vel vicum cognominem nemo tradit. Quare perdubium est quod Barthius p. 356 suspicatur ad Borium vicum referenda esse vici veteris ruinas prope collem sitas, in quo nunc est tumulus viri sancti, *Hamed Halisi Bu-Ktaifa*. Locus ille in mediterraneis situs, in Smythii mappa a *Ras Teiones* meridiem versus distat quinquaginta fere stadiis. Paullo magis boream versus aliæ ruinæ occurrunt, quæ ad *Ampaloontem* locum Tab. Peutingerianæ pertinere videntur (V. Barth. p. 357.)

§ 63. Χέρσιν] Χέρσην et § 64 ἀπὸ Χερσίου codex; Διάχερσις (Διχερσί e 2 codd. Willb.. Διχερσίς codex edit. Argent.) Ptolemæus. Distantia ducit ad locum ubi in colle juxta litus sito ruinas notant Beechey et Smythius; in mediterraneis non longe ab ora marit. dissitæ aliæ ruinæ, quibus *Bassouan* nomen. Hinc meridiem versus sequuntur in mediterr. vetustæ mirandæque ruinæ, *Ghemines* dictæ, olim Caminus locus ex Itinerario notus.

§ 64. Huic segmini titulus Σύρτις Κυρήνης, e margine illatus præfigitur. Cf. not. ad § 58. || — Ἀμάστορος] sic codex; Ἀμάστορα scripsit Gailius, dubia correctione, quum locus dici potuerit Ἀμάστορος κώμη. Nomen esse phœnicium עמעשתר vel עמעשתרת et significare *gentem Astoris*, censet Movers *Phæn. Col.* p. 342; eandem etymologiam esse putat nominis Ἀμήστρατος vel *Amastra*, quod est Phœnicium Siciliæ oppidum. Ex Hecatæo ap. Stephanum laudatur Μάσκωτος, πόλις Λιβύης.. πλησίον τῶν Ἑσπερίδων, de qua non magis constat quam de Amastoris vico. Ponendus locus ad hod. *Irgurgad* (Smyth.) sive *Erghigerad* (Beechey).

§ 65. Ἡράκλειον.] Ἡρακλέους πύργος ap. Ptolemæum. De Hercule, quatenus ad Libyca locorum nomina pertinet, vide Movers. l. l. p. 117 sqq.

§ 66. Δρέπανον] Cf. Scylax l. l.: εἰς δὲ τὴν Σύρτιν ἀπὸ Ἑσπερίδων εἰσπλέοντι Ἡράκλειοι θῖνες· ἔχονται δὲ τούτων Δρέπανον, νῆσοι Πόντιαι τρεῖς, εἶτα τούτων Λευκαὶ αἳ καλοῦνται. Ptolemæus quoque habet Δρέπανον ἄκρον, non hoc tamen loco, sed ubi Noster § 79 memorat Ἀντιδρέπανον. Drepanum respondet hodierno *Ras* et *Mirsa Karkora*. Beechey l. l. p. 244: « There are at Carcora two coves which would serve for boats :

ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλὸν τοῦ Ἡρακλείου, ἔχον θῖνα ἄμμου λευκῆς· ὕδωρ ἔχει.

67. Ἀπὸ τοῦ Δρεπάνου ἐπὶ τὸ Σεραπεῖον στάδιοι ρ'. παράδρομον ὄψει θῖνα λευκὴν μεγίστην, ἀφ' ἧς, ἂν ὀρύξῃς, ἕξεις ὕδωρ γλυκύ.

68. Ἀπὸ τοῦ Σεραπείου εἰς Διαρροιάδα στάδιοι ν'.

69. Ἀπὸ Διαρροιάδος ἐπὶ τὸν Ἆπιν στάδ. α'· ὕφορμός ἐστιν.

70. Ἀπὸ δὲ τοῦ Σεραπείου ἐπὶ τὸν Καινὸν στάδιοι, ρν'· φρούριόν ἐστιν ἔρημον· ὕδωρ ἔχει· ἔστι δὲ ἀλίμενος.

71. Ἀπὸ τοῦ Καινοῦ ἐπὶ τὸν Εὔσχοινον στάδιοι ο'· (ὁ) αἰγιαλός ἐστι βαθύς· βουνὸς δέ ἐστιν ἐν τῇ χώρᾳ περιφερής· ὕδωρ ἔχει.

72. Ἀπὸ τοῦ Εὐσχοίνου ἐπὶ τοὺς Ὑφάλους στάδιοι ο'· νησίον ἐστὶν ὑπόσαλον· ἔχει δὲ καὶ αἰγιαλὸν βαθύν.

73. Ἀπὸ τῶν Ὑφάλων ἐπὶ τὸν Σκοπελίτην στάδιοι π'· σκόπελός ἐστιν, ἀπὸ τῆς γῆς σταδίοις ιε', ὑψηλὸς, ὅμοιος ἐλέφαντι.

Heraclei promontorium, cumulum habens arenæ albæ; aquam habet.

67. A Drepano ad Serapeum stadia 100; juxta oram extensum videbis cumulum arenæ albæ maximum, ex quo, si foderis, aquam habebis dulcem.

68. A Serapeo ad Diarrhœadem stadia 50.

69. A Diarrhœade ad Apin stadium 1; statio sub eo loco est.

70. A Serapeo usque ad Cænum (i. e. Novum) stadia 150; castellum est desertum; aquam habet, sed portu caret.

71. A Cæno ad Euschœnum stadia 70; litus est profundum; collis in mediterraneis est rotundus; aquam locus habet.

72. Ab Euschœno ad Hyphalos stadia 70; parva est insula, sub qua salum præbetur; litus quoque profundum locus habet.

73. Ab Hyphalis ad Scopeliten stadia 40 (μ'); altus est scopulus, a continente 15 stadia distans, elephanti similis.

---

they may be known by some high sand hills (quos cumulos Noster § 67 dicit θῖνα λευκὴν μεγίστην) lying between them, and by two ruins situated upon the hills inland, nearly abreast of them. » ‖ — ἀφ ἧς... ἕξεις ὕδωρ] ἀφ' οὗ... ἔχει ὕδωρ codex. Beechey. l. l.: « At the foot of the sand-hills at Carcora there are some springs of fresh water, remarkably sweet and good, within a few feet of an extensive salt-marsh, and on the same level with it. The circumstance is worthy of remark, although there are other instances of similar occurrences. » De eadem *Mirsa Karkora* hæc perhibet Lauthierus apud Della Cella (*Viaggio da Tripoli* p. 220): « Nel fondo di questo seno v'ha un pozzo di acqua dolce, ove si attinge a una grandissima profundità, sopratutto in estate. È rotondo, con una scalinata interna, per la quale vi si puo facilmente discendere. Ad ogni dieci scalini vi si trovano scolpite inscrizioni in Greco. Furono impiegate nel mese di Settembre ottanta tre braccia di corda per attignerne l'acqua. » Frustra ejusmodi puteum quæsiverunt Beechey et Barth. p. 353. Ceterum in mediterraneis nostro loco objacent ruinæ *Caroto* (Carrhoto?) vindicandæ; quæ statio sec. Itin. a Berenice distat millia 52 seu 416 stadia, dum ad Drepanum juxta oram Stadiasmus habet stadia 468.

§ 67. τοῦ Δρεπάνου] τὸ Δρέπανον cod.; tacite em. Iriarte. Serapeum, aliunde non notum, ex data mensura collocandum ubi Smythius habet *Bab* nomen.

§ 68. Διαρροιάδα] Διαροάδα et mox ἀπὸ Διαροάδος codex; Διάρροια (Διαρροίας, Διαρροῖα var. lect.) λιμήν ap. Ptolemæum, qui locum ab Herculis turri disjungit latitudinis gradu dimidiato (250 stad.), quum apud Nostrum nonnisi 50 stadiorum sit distantia; ea autem ducimur ad locum ubi tres paludes nunc brevissimo spatio a mari separantur, olim fortassis effluvium habebant. — Qui sequitur Apis locus aliunde non notus.

§ 70. ἀπὸ Σεραπείου] Exspectabas: ἀπὸ τοῦ Ἄπιος; at nihil erratum esse distantiarum rationes comprobant. Ceterum particula δὲ, qua uti Noster non solet, nisi ubi duas distantias componit, suspicionem movet olim fuisse: ἀπὸ Ἄπιος ἐπὶ τὸν Καινὸν στάδιοι *, ἀπὸ δὲ τοῦ Σεραπείου κτλ. ‖ — Deinde pro τὸν Καινὸν velim τὸ Καινὸν sc. φρούριον. Componendum castellum cum ruinis in promontorio sitis, cui adjacent duo scopuli. Ad eundem locum referenda erit statio *Attici* vel *Attitici* (An in *tici* latet τεῖχη et in *At* sive *Atti* phœnicium nomen *ades* sive *ada*, i. e. novum, quod habes in *Macom-ada* et *Carth-ada*, i. e. νεάπολις?) Itinerarii, quæ a Caroto 25, a Boreo 49 mill. distat. In mappa Barthii circa hæc loca in mediterraneis, non ita longe ab ora, notatur *Hebberi* puteus aquæ bonæ (v. Barth. l. l. p. 351).

§ 71. Εὔσχοινον] Locus de juncis vocatus fuerit, si recte nomen habet, neque idem subest nomen, quod in Ἴσχινα (Ptol. et Itin.) de loco inter utramque Syrtin sito deprehendimus. Porro nescio an huc pertineat Ἐχῖνος vel Ἔχινος vicus, quem in hac latitudine, at in mediterraneis longe dissitum, habet Ptolemæus. ‖ — ο'] Distantias in § 71, 72, 73 justo majores esse patet. Quare de situ Euschœni certius quidem pronuntiare nihil ausim, probabile tamen collocandum esse ad hodiernum *Chawan Marabout* et promontorium, quod a Cæno castello distat fere stadia 50. Ab eo proximus est in mediterraneis magnus collis rotundus (βουνὸς περιφερής), ruinis distinctus. ‖ — βουνός] μουνός male apogr. Iriart.; de conj. emendaverat Gailius.

§ 72. Ὑφάλους] ἐπὶ τῶν ὑφάλων cod.; em. Gailius. Ὕφαλοι ὅρμος ap. Ptolemæum, nihil monentem de insula, quæ esse debet altera ex duabus illis, quæ 31° lat. oræ adjacent, at non 70, sed 40 stadiorum intervallo.

§ 73. Σχοπελίτην] § 74 ἀπὸ Σκοπέλου. Forte Μίσυνος νῆσος Ptolemæi. Est major ex tribus scopulis, qui ap. Smythium vocantur *Hamoud rocks;* distant ab ora stadiis fere quindecim; verum altera mensura, qua π' stadia ab Hyphalis distare dicuntur falsa est; sunt inter 30 et 40 stadia; quare pro π' fortassis erat λ' vel μ'.

74. Ἀπὸ τοῦ σκοπέλου πρὸς λίβα [ἐν] σταδίοις β'· νῆσός ἐστιν ὑψηλή· Ποντία καλεῖται.

75. Ἀπὸ Ποντίας πρὸς μεσημβρίαν [ἐν] σταδίοις ζ' νῆσός ἐστι καλουμένη Μαία, καὶ ὑπ' αὐτὴν ὕφορμος· ὕδωρ ἔχει ἀνακτόν.

76. Ἀπὸ τῆς Μαίας ἐπὶ τὸν Ἀστρόχονδα στάδιοι ν'.

77. Ἀπὸ τοῦ Ἀστρόχονδα ἐπὶ τὸν Κροκόδειλον στάδιοι π'· ὅρμος ἐστὶ θερινὸς καὶ ὕδωρ ἔχει ῥεύματα ἔχον.

78. Ἀπὸ τοῦ Κροκοδείλου ἐπὶ τὸ Βόρειον στάδιοι πδ'·

74. Ab eo scopulo versus austrum 20 (κ') stadiorum intervallo est insula alta, cui Pontia nomen.

75. A Pontia versus meridiem post stadia 90 (ϟ') insula occurrit Mæa (*Gæa*) dicta, sub qua est statio; aquam habet eductitiam.

76. A Mæa ad Astrochonda sunt stadia 50.

77. Ab Astrochonda ad Crocodilum stadia 80; statio est æstiva et aquæ habet fluenta.

78. A Crocodilo ad Borium stadia 84; vicus est;

---

§ 74. πρὸς λίβα σταδ. β'· et similiter § 75 πρὸς μεσημηρίαν (sic) σταδ. ξ'. quasi λίβα et μεσ. essent nomina insularum, adeo ut Liba tamquam loci nomen, quamquam dubitanter, exhibuerit Kiepertus. Pro β' auctor scripserit κ'; nam tot fere sunt stadia ad proximam insulam; cui quum minores duæ adjaceant, hasce tres esse Scylacis νήσους Ποντίας τρεῖς statuo; minus recte, Lapieum ex parte secutus, de his dixi in not. ad Scylac. p. 84. Ptolemæus nonnisi unam Ποντίαν, sicuti Noster, memorat.

§ 75. Μαία] Γαία Ptolemæus, rectius, puto. Hodie *Gara*, quæ quuum a Pontia distet stadia 100, dubium non est quin hoc quoque loco, ut alias passim, pro ζ' reponendum sit ϟ'. || — ὑπ' αὐτὴν] ὑπ' αὐτῆς cod. De insula ita Beechey. p. 238 : « On coming abreast of Gara, which lies about six miles (4 ½ miles, idem in notitia nautica Appendicis p. X) off shore, we had a good opportunity of observing it with our glasses; it appeared to be covered with verdure, and we thought we perceived some appearance of building upon it; it rises in *white* cliffs from the sea, in some parts very abruptly, but the table-land on their summits was green when we passed it. » Idem in Append. p. X : « The coast about here is low and sandy, and in consequence of the above-mentionned reefs, somewhat dangerous to be approched; but when Gara and its reefs shall be better known, I have no doubt ships will find shelter from all winds within them. » Jam priscis igitur temporibus nauta ob oræ incommoda insulam istam etsi paulo longius dissitam petivit; quæ quum plantas producat, necesse est habeat aquam; Noster dicit ὕδωρ ἔχει ἀνακτόν, quod de fontana aqua dici solet. Porro quum *alba* sit insula, hæc et adjacentes duas minores et fortasse quæ meridiem versus sequuntur Avium insulas (*Bird Rocks* ap. Smyth.) Scylax Λευκῶν νήσων nomine signare putandus est.

§ 76. Ἀστρόχονδα] Nomen aliunde non notum. Nescio tamen an eodem pertineat Itinerarii statio *Tinci Ausari*. Fort. hoc ortum est ex τείχη Ἄστορος (cf. § 64 Am-Astor), sicut ap. Nostrum fuerit Ἀστοραχόλλα, quandoquidem ἀχόλλα (St. B. s. v.), *achulla, aquilla* libyce τεῖχος significare videtur (V. Movers l. l. p. 501 sq.). Situs locus fuisse debet, ubi nunc in mappis exstat nomen *Chibah*.

§ 77. Κροκόδειλον] Alius nemo locum memorat. Octoginta stadiis devenimus in eum oræ locum ubi *Ichaifa* rupes alba, quadraginta pedes alta, oræ adjacet, et una cum scopulis, quæ a meridie rupis sunt, tutum navibus recessum præbere poterat. Mediterranea in alto colle *Lahm el himar* (Smyth.) sive *Allum-Limarich* (Beechey) ruinas habent. Paucis hinc stadiis versus meridiem est *Ain* (i. e fons) *naga* (Barth.) vel *Ain-Agan* (Beechey) ad lacus, qui in mare olim habuerunt effluvium (ὕδωρ ῥεύματα ἔχον). Ibidem putei sunt aquæ non bonæ quidem, sed quâ meliorem hæc regio non suppeditat. Beechey. p. 237 : « There are some wells of brackish water at Ain-agan, which is however the best that this neighbourhood affords. » Lacuum quoque aqua « is quite brackish. » — ἔχον] ἔχοντα cod., em. Gail.

§ 78. Βόρειον] Hic locus paullo notior. Memoratur in Itinerario, ab *Tinci Ausari* distans 192 stad.; sicuti in Stad. juxta oram ab *Astrochonda* distat stadia 214. Plura de eodem refert Procop. De ædif. VI, 2, qui Justinianum refert ecclesiam Christianam fecisse templum quod ibi erat Judaicum, locumque contra barbaros muniisse. A Crocodilo statione prope *Ichaifa* rupem ponenda stadiis 80 deducimur ad *Tabilba* (Beechey) seu *Tabibbi* (Smyth.) seu *Tebelbe* (Barth.), quod est promontorium saxosum in summo habens ruinas castelli. Pone id alius surgit collis item munimentis coronatus; totusque ille locus fossa pedes lata triginta, saxis incisa aggereque cincta, a continente separatur. Juxta litus moles cernitur quadrato saxo compacta. Audiamus Beecheyum p. 233 : « About noon we halted near a bold rocky promontory, called by the Arabs Tabilba, on which are the remains of a castle. On a hill just above it are the ruins of a very strong fortification, which was connected with the castle by a wall of five feet in thickness, carried quite round the precipice on which it stood. This was defended on the inland side by a fosse of thirty feet in width excavated in the solid rock; and the rubbish extracted from it was piled up to form a bank on the outer side. On the beach are the remains of a wall remarkably well constructed, or it never could so long have resisted the violence of the surf which beats against it. It appears to have formed part of a landing-place or quay which has originally been built in its immediate neighbourhood. The interior of the rock on which the castle stands has been excavated into numerous galleries and chambers, which seem to have answered the purpose of barracks. Some of these are very spacious and very well finished; but the dash of the sea, which now washes through the exterior chambers, has completely destroyed their surface, and has left them in parts so little foundation as to render it very dangerous to enter them. In fact, the base of

χώμη ἐστί· φρούριον ἔρημον· ὅρμος καλὸς ἀπὸ λιβός· ὕδωρ ἔχει.

79. Ἀπὸ τοῦ Βορείου εἰς τὸ Ἀντιδρέπανον στάδιοι κ′· ἀκρωτήριόν ἐστιν ὕδωρ ἔχον.

80. Ἀπὸ τοῦ Ἀντιδρεπάνου ἐπὶ τὸ Μένδριον στάδιοι ν′· ἄνυδρός *

81. Ἀπὸ τοῦ Μενδρίου ἐπὶ τὸ Κοζύνθιον στάδιοι ρκ′· ἄκρα ἐστὶ τραχεῖα· ὅρμος καλὸς, ἄνυδρος δέ.

82. Ἀπὸ τοῦ Κοζυνθίου ἐπὶ Ἀμμωνίου Πηγὰς στάδιοι ρι′· αἰγιαλός ἐστιν.

castellum ibi desertum; statio commoda ab austro; aquam habet.

79. A Borio ad Antidrepanum stadia 20; promontorium est aquam habens.

80. Ab Antidrepano ad Mendrium stadia 50; aqua *statio* caret.

81. A Mendrio ad Cozynthium stadia 20 (κ′); promontorium est asperum; statio ibi pulcra, sed aqua carens.

82. A Cozynthio ad Ammonii Fontes stadia 110; litus est.

---

the rock in which these excavations have been made is perforated like a honeycomb by the continual action of the sea... In one of the chambers were several Greek inscriptions which have been written with ink on the walls; but they are now so indistinct, that we could not succeed in copying more than a few words of one of them.... In other parts of the rock were excavated tombs, some of which were entered by a quadrangular well, in the manner of those common in Egypt... There can be no doubt that great part of the rock just described has already been washed away by the sea, which has here gained considerably on the land; and several wells are now observable some feet under water, which were of course originally above its level... We have no hesitation in supposing Tabilba to be the site of the *maritimæ stationes* [Ὕφαλοι, ὅρμος] of Ptolemy. Its position corresponds so well with that assigned to the naval stations in question, and its remains are so well calculated to induce the belief that they have originally been appropriated to the defence and accommodation of a considerable number of men, that we cannot be sceptical on the occasion. On either side of the promontory on which the castle has been built is a small sandy bay, neither of which at present affords any shelter for vessels, but from which the galleys of the ancients might have been easely drawn up on the beach, when it might not have been practicable for them to keep the sea. » Hæc vir de his plagis meritissimus; qui si Stadiasmum novisset, nihil huc pertinere vidisset Ὑφάλους stationem. Dubitari nequit, quin locus ille nobilis sit Boreum nostrum; quamquam Barthius p. 349 censet non satis magnum esse ut qui vicum continuerit.

§ 79. εἰς τὸ Ἀντιδρέπανον] ἐπὶ Ἀντ. apogr. Iriart. Est Δρέπανον Ptolemæi; hodie *Guffer Bograta*.

§ 80. Μένδριον] Locus aliunde non notus; ex notata distantia situs erat ad promontorium quod a *Braiga* loco proximum est. Ibi Beecheyus *Uraralo* locum memorat.

§ 81. Κοζύνθιον] h. l. Κορύνθιον, § 82 ἀπὸ Κοζυνθίου codex; mox ἄκρα τραγέα cod. || — ρκ′] leg. κ′. Etenim turbatum vel erratum aliquid esse in distantiis, quæ sunt a Borio ad aras Philænorum, patet. Stadiasmus in hunc tractum computat stadia 665; quum a *Tabilba* nonnisi ad 500 sint stadia, quot satis recte exputantur in Itinerario (62 mill. = 496 stadia). Errorem autem in nostro maxime loco quærendum esse, inde colligitur quod post 20 fere stadia sequitur locus talis, qualem Stadiasmus describit. Vocatur *Bureika* (Barth.), *Braiga* (Beechey.), *Boureigah* (Smyth.). De eo hæc Beecheyus p. 225: « We proceeded on to Braiga, where we were led to exspect, from the report of our Arab guides, that we should find a harbour full as good as that of Tripoly. Braiga has been a strongly-fortified post, as appears from the remains of several well-constructed and spacious castles which have been erected here. On the western point of the bay which constitutes the mersa (or harbour) is some tolerably highland, on which one of the forts has formerly stood; but which is now so much destroyed and encumbered with rubbish, as to offer little interest on examination. Along the same range of hills are other remains of building, originally connected with this fort, part of which we were induced to excavate, but found the chamber which we cleared to have been merely a storehause for grain, or a reservoir for preserving water. It had been excavated in the rock, on the top of the range.... We found some Greek and Roman characters traced in the interior, and the representation of a ship and a palm-tree. The ground about this excavation, and, indeed, along the whole range, was strewed with fragments of pottery and glass among which we found a brass coin of Augustus Cæsar in a very tolerable state of preservation... If there should prove to be sufficient water in the harbour of Braiga, it is probable that good anchorage would be found there, with all winds, behind reefs of breakers extending across the mouth of it: it may be easely distinguished by the very high sand-hills at the back of it, and by the ruin of the rocky point mentioned at its western extremity. Among these sand hills are some wells, in which the water, though several hunderd feet above the level of the sea, is perfectly brackish. » Cf. Barth. p. 348, qui ipse quoque ad hunc locum procul dubio Cozynthium Stadiasmi referendum esse censet; castellum Nostri ætate nondum exstitisse putat, ego autem non amplius fuisse, aquamque, ut nunc, adeo sulphurei fuisse gustus, ut inutilis haberetur, existimarim. Certe Augusti ævo antiquius castellum fuisse vidimus, dum Noster periplus ætatem longe seriorem prodat.

§ 82. Ἀμμωνίου Πηγάς] Aliunde non notus est locus. Aqua eum beatum fuisse ex ipso nomine colligas. Distantia in mappa Smythiana ad locum pertinet, in quo putei notantur et *Bichar sand-hills*; unde conjicio locum esse eundem, qui in mappa Barthiana

83. Ἀπὸ Ἀμμωνίου Πηγῶν εἰς Αὐτομάλακα στάδιοι ρπ'.

84. Ἀπὸ Αὐτομαλάκων ἐπὶ Φιλαίνων βωμοὺς στάδιοι ρπε'· ὅρμος ἐστὶ θερινὸς καλὸς, καὶ ὕδωρ ἔχει.

83. Ab Ammonii fontibus ad Automalaca stadia 180.

84. Ab Automalacis ad Philænorum aras stadia 185; statio ibi per æstatem pulcra et aquæ copia. Ad

vocatur *Bir el Bèscher*, i. e. *puteus beatus*, aquæ eximiæ, cui imminet præruptum latus collis arenosi. « Am Fusse einer jæhen, ganz steilen, weissen Sandwand, die ihn jeden Augenblick zu verschütten drohte, fanden wir einen Brunnen vortrefflichen Wassers, *el Bèscher*, der glückselige, genannt. » Barth. p. 347. Ruinas non longe ab eo dissitas notat Smythius.

§ 83. Αὐτομάλακα] Αὐτομάλακας (sic) cod.; em. Gail. Cf. Steph. Byz. : Αὐτομάλακα, χωρίον Λιβύης. ὁ Πολυΐστωρ ἐν τρίτῃ. Ἀπολλόδωρος δὲ Αὐτόμαλα φησί. Apud Ptolemæum est Αὐτομάλαξ φρούριον. Quare Meinekius ad St. B. putat Αὐτομάλακα formam fortasse esse commentitiam et errore scriptoris natam, qui apud Alexandrum, quem antestatur, accusativum Αὐτομάλακα πόλιν legisse videatur. Formam Αὐτόμαλα habet etiam Eratosthenes ap. Strabonem p. 123 : Τῆς Μεγάλης Σύρτεώς φησιν Ἐρατοσθένης.. εἶναι.. τὸ βάθος χιλίων ὀκτακοσίων ἀφ' Ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα. Idem p. 836 : Εἶθ' οἱ Φιλαίνων βωμοὶ καὶ μετὰ τούτους Αὐτόμαλα, φρούριον φυλακὴν ἔχον, ἱδρυμένον κατὰ τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου παντός. Meminit etiam in Ophellæ historia Diodorus XX, 41, 2, ubi Ophellas ejusque socii Cyrene profecti octodecim dierum itinere διελθόντες σταδίους τρισχιλίους κατεσκήνωσαν περὶ Αὐτόμαλα (sic editt.; Αὐτομόλας codd.). Ab hoc castello non diversum esse *Anabucis præsidium* Tabulæ Peutingerianæ et Itinerarii, suadere videtur ratio distantiarum, quum ad aras Philænorum ab Automalis juxta oram 185 stadia, ab Anabucis præsidio 25 mill. sive 200 stadia terrestri itinere esse prodantur. At quum de ceteris distantiis non sit consensus, parum his fidere licet. Quod nomina attinet, *Automalaca* vel Αὐτομάλαξ fort. fuerit *ait-malach*, gens ταριχευτῶν; nam αυτ, αυτο in plurimis libycis locorum nominibus esse lybicum *ait* (*tribus, gens*) docet Movers l. l. p. 490; ταριχείας vero in Syrtibus habemus complures. Cf. not. ad § 91. *Anabucis* vero nescio an fuerit locus *Au-tuchi, Ap-tuchi Aptochi* (in quibus *au* et *ap*. est אב, *pater*) dei Libyci, adeo ut in *An-abucis* lateat Am-abtucis, *gens ap-tuchi* (ut supra § 65 *Am-astor*, gens Astoris); certe nomina similia *Abutuca* (Plin. V, 4.; ap. Christ. scr. *Aptuca, Aptunga*), *Tucaba, Tucca*, etc. ad *Aptuchi* dei nomen revocat Movers p. 365. Ceterum videant harum rerum peritiores. Vestigia Automalacorum exstare non videntur.

§ 84. Φιλαίνων βωμούς] Φιλήμων βωμούς, § 85 ἀπὸ Φιλήμων βωμούς (sic), § 92 ἀπὸ Φιλίππων βωμοῦ codex, adeo ut nescias an auctor βωμόν an βωμούς dixerit. Ptolemæus : Φιλαίνου βωμοί et Φιλαίνου κώμη, ὑφ' ἣν οἱ ὁμώνυμοι βωμοί, ὅριον τῆς Ἀφρικῆς. Polybius (III, 39, 2. X, 40, 7) quoque Φιλαίνου βωμοὺς dicit. In Scylace codex habet : Φιλαιοῦ βωμός. Ceteris sunt Φιλαίνων βωμοί. Sitas fuisse putant paullulum versus occasum ab hodierno *Muktar*, ubi nunc fines regionum *Syrt* et *Barka* lapidum cumulis indicantur. Neque alind quiddam fuerint Philænorum aræ (quamquam ex arenis fuisse Plinius dicit V, 4), ut jam Strabo p. 171 : Ἔθος γὰρ παλαιὸν ὑπῆρχε τὸ τίθεσθαι τοιούτους ὅρους, καθάπερ... καὶ οἱ Φιλαίνων λεγόμενοι βωμοὶ κατὰ μέσην που τὴν μεταξὺ τῶν Σύρτεων (hoc perperam, nisi fort. in Magna Syrti distingui voluerit Syrtin Carthaginiensem et Syrtin Cyrenaicam; fieri etiam potest ut Agrippæ tabulas geographicas, Peutingerianæ nostræ (quam vide) similes, ante oculos habuerit. Rectius locum indicat p. 836)... Ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους εἰκός ἐστι μεταλαμβάνειν τὴν αὐτὴν προσηγορίαν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁ χρόνος διαφθείρῃ τοὺς τεθέντας ὅρους· οὐ γὰρ νῦν οἱ Φιλαίνων βωμοὶ μένουσιν, ἀλλ' ὁ τόπος μετείληφε τὴν προσηγορίαν. Ejusmodi terminis et quasi ἑρμαίοις inhærebat sanctitas; cujus origines quomodo in historiam traduxerint, constat ex romanis scriptoribus, Sallustio in Jug. c. 79, Mela I, 7 et variante ab his nonnihil Valerio Max. V, 6, 4. Quodsi hæc e Punicis libris traduntur, ut videtur, nomen Philænorum, quod jam Scylax novit, ex Punico vel versum vel corruptum est (Solin. c. 30 : *Philænis fratribus a laudis cupidine Graium vocamen datum*). Ceterum de his aris præter laudatos cf. Plinius l. l., Orosius I, 2, Æthicus. p. 731 : *Libya Cyrenaica.. usque ad aras Philænorum extenditur*, et p. 722, ubi inter oppida recensetur *Fileno*; Tabula quoque Peut. memorat aras Ph. 25 mill. ab Anabuci distantes; idem intervallum in Itinerario est ab Anabucis ad locum *Benadad-ari*, in quo latere nomen ararum Punicum suspicantur. Quod attinet ὅρμον et ἀκρωτήριον, confer Scylacem p. 85, ubi codex : ἐν τῷ κοιλοτάτῳ τῆς Σύρτιδος, ἐν τῷ μυχῷ, Φιλαιοῦ βωμός, ἐπίνειον Ἄμμουνες ἄλους τῆς Συρτίδος. In postremis frustra desudarunt interpretes, quibus adde Millerum in *Éloge de la Chevelure* (Paris 1840) p. 21, ubi legi vult. :... ἐπίνειον ὃ ἥμισύς ἐστι πλοῦς τ. Σ. (*et hoc est dimidia Syrtis præternavigatio*), quod dicendum erat : εἰς ὃ vel ἕως οὗ; at de mensuris postea demum Scylax loquitur idque ita ut latus Syrtis orientale usque ad aras sit tridui et trinoctii, latus occidentale usque ad Leucas (quas juxta Ph. aras memorat) quatridui et quatrinoctii. Legendum est : ἐν δὲ τῷ κοιλοτάτῳ τῆς Συρτίδος (ἐν τῷ μυχῷ ὅλης τῆς Σύρτιδος) Φιλαίνου βωμὸς, ἐπίνειον Ἄμμωνος. Nimirum verba inclusa ex margine in ordinem verborum male irrepserunt, sicuti ea de quibus diximus supra p. 451. Ammonium Syrtidis modo vidimus § 82. Scylax Ammonium mediterraneum aliquod in Syrtide pone Philænorum aras statuisse videtur; quod quidem a veterum quorundam sententia non abhorret. V. Voss. ad. Melam I, 8 init. || — στάδιοι ρπν'] sic codex; ρχν' apogr. Iriartis. Itaque quum a fontibus Ammoniis (*Bir el Bécher*) sint 365 stadia, statio Philænorum atque promontorium ponenda sunt ad *Ras Linouf*; idque recte fieri probare videntur sequentes distantiæ, quæ si bene habent, non nisi ab *Ras Linouf* computari possunt.

Ἕως τούτου τοῦ ἀκρωτηρίου εἰσὶ Κυρηναίων ὄρη καὶ χώρα.

Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Βερνικίδος ἕως Φιλαίνων βωμῶν στάδιοι ,β.

ΛΟΙΠΟΝ ΣΥΡΤΙΣ ΜΕΓΑΛΗ.

85. Ἀπὸ Φιλαίνων βωμῶν ἕως Ἵππου ἄκρας στά-

hoc usque promontorium est Cyrenæorum regio ἐστὶ Κυρηναίων χώρα.

Omnia simul a Bernicide usque ad Philænorum aras stadia sunt 2000.

SEQUITUR SYRTIS MAGNA [CARTHAGINIENSIUM].

85. A Philænorum aris usque ad Hippu acram

Sane quidem *Ras Linouf* non est in intimo prorsus Syrtis recessu; sed hoc ad amussim vix exigendum. Majoris est momenti, quod Itinerarii mensuræ non concinunt; has si sequaris, a Boreo ad *Bendadari* nonnisi 496 stadia sunt, quæ fere ducunt ad humilem ἄκραν, a *Ras Linouf* 90 circiter stadia versus orientem dissitam. Sed multo magis etiam orientem versus Philænorum aræ removendæ videantur, si mansiones quæ occasum versus in Itinerariis sequuntur, recte dimensi sunt nullæque erant viarum ambages. Itaque in alterutro fonte parum accurata traduntur, nisi forte putaveris stationem, quæ ab aris nomen habet, satis longe dissitam fuisse ab ipso vico Philænorum et mansione Itinerariorum. || — ὄρη καὶ χώρα] Hoc vetus auctor vix dixerat. Si cum poeta nobis res esset, pro ὄρη scribere liceret ὅροι, quæ vox ap. Euripidem, Scymnum Chium (quem vocant), alios pro χώρα, *ditio*, adhibetur. Num: ἐπὶ τούτου τ. ἀκρ. εἰσὶν οἱ ὅροι τῆς Κυρ. χώρας, an εἰσὶ Κ. ὅροι καὶ Καρχηδονίων? || — ,β] β' codex, quod ,β fuisse non certum quidem, attamen verisimillimum est; quamquam hunc numerum non ipse auctor, sed serior quidam numeros ex parte corruptos colligens erueit. Etenim fieri vix potest, ut auctor noster, plerumque ceteris de his rebus accuratior, tam pravum computum instituerit. Vera longitudo est a Berenice ad *Ras Linouf* 1700 fere stadiorum; in Tab. P. habes mill. 216, stadia 1728; in Itinerario 188 m., 1504 stadia. Strabo p. 836 (ex Artemidoro) usque ad Automala computat stadia 1500; idem p. 123 ex Eratosthene st. 1800. Ex stadiasmi numeris, quales constituimus, colliguntur 1787.

STADIASMUS.				PTOLEMÆUS.			STRABO.	ITINERARIUM.		TAB. PEUT.	
	Num. codicis.	Num. emendati.			Long.	Lat.			mil.		mil.
84. Φιλ. βωμοί.				Φιλαίνου βωμοί. .	26° 45'	29°	Φιλαίνων βωμοί.	Banadedari.		Are Phil.	
								Tugulus. . . .	25	Tagulis. . . .	30
85. Φιλίππου ἄκρα.	υ'	υ'		Ἵππου ἄκρα. . . .	46°	29°				Turris et tab.	6
								Digdica. . . .	24	Præsidio. . .	22
										Ad turrem. .	20
86. Ἔπηρος. . .	τν'	τν'	750	Οἰσπορὶς κώμη. .	45°	29°				Ad Capsum	
								Aubereo. . .	24	ultimum. .	12
										Ad palmam.	17
								Tramaricio. .	25	Aulahon. . .	20
87. Κόραξ.	ρν'	ρν'	900	Φάρακα κώμη. . .	44° 30'	29°	Χάραξ.	Iscina. . . .	31	Stina.	13
										Ad speluncas.	13
										Zure.	13
							Ὁ Εὐφράντα πύρ-	Macomadi-		Macomades	
88. Εὐφρανταί. . .	σ'	σζ'	1190	Πύργος Εὐφράντα.	44° 10'	29° 40'	γος.	bus. . . .	34	Selorum. .	13
										Putea nigra.	13
89. Δυσωπός. . .	ρν'	ρν'	1340	Σακάμαζα κώμη.	43° 50'	30°	Λιμὴν κάλλιστος.	Astiagi. . . .	20	Cretorium. .	28
										Ad ficum . .	18
90. Ἀσπίς.	τν'	τν'	1690	Ἀσπίς	43° 40'	30°	Ἀσπὶς τόπος. . .	Auzui. . . .	25	Chosol. . . .	35
										Bissio aqua	
91. Ταριχεῖαι. . .	τν'	τν'	2040	Μακόμακα κώμη	43° 30'	31°	Λίμνη τ' σταδίων.	Annesel. . .	18	amara. . . .	30
								Auziqua. : .	30	Naladus. . . .	25
				Κιστέρναι.	43° 15'	31°				Ad cisternas.	15
										Casa Runo-	
										niana. . . .	25
92. Κεφαλαί. . . .	υ'	υ'	2440	Τρίκερων ἄκρον. .	42° 55'	31° 20'	Κεφαλαί.	Thebunte. . .	30	Tubacti mun.	25
				Βαραθία.	42° 40'	31° 30'	Βάραθρά τινα. .	Basc.	30	Simnana. . .	22
				Κινύφου ποτ. ἐκ-			[Κίνυφος] ποτα-	Berge. . . .	25	Nivirgitab. .	15
				βολαί.	42° 15'	31° 30'	μός.	Seggera. . .	24	Sugolin. . . .	15
93. [Νεάπολις] ἢ				Νεάπολις ἢ καὶ			Λέπτις ἢ Νεάπο-	Lepti magna			
Λέπτις μεγάλη.	**	[χν']	3090	Λέπτις μεγάλη.	41°	31° 40'	λις.	col.	20	Leptis magna.	30
Ὁμοῦ.	,δς'	,γζ'									

διοι υ'· ἀκρωτήριόν ἐστι τραχύ· ἔχει ὕφορμον καὶ ὕδωρ.

86. Ἀπὸ Ἵππου ἄκρας ἐπὶ τὸν Ἔπηρον στάδιοι τν'· λιμήν ἐστι πλοίοις μικροῖς· ἔχει ὕδωρ· τοῦτό ἐστι φρούριον βαρβάρων.

87. Ἀπὸ Ἐπήρου ἐπὶ Κόρακα στάδιοι ρν'.

stadia 400; promontorium est asperum, sub quo statio. Est etiam aquæ copia.

86. Ab Hippu acra ad Eperum (*Opirum?*) stadia 350; portus est navigiis parvis; aquam habet; castellum hoc est barbarorum.

87. Ab Epero ad Coracem (*Characem*) stadia 150.

---

§ 85. Σύρτις μεγάλη] Titulorum faber Magnam Syrtim et Cyrenæorum Syrtim distinguit, quum Magnæ Syrtis ora Cyrenaica a Carthaginiensi distinguenda esset. || — Φιλήμων βωμούς cod. || — Ἵππου] Φιλίππου cod. h. l. et § 86; e Ptol. et Strab. em. Hoffmann. Quamquam vel Ἵππου græcissans forma fuerit pro *Ippo*, אפא, nomine Punico sæpius obvio. V. Movers l. l. II, p. 144. Primum prom. *asperum* occurrit *Ras Bergavád* (*Bengerwad* Beechey; *Ben-jawad* Smyth.), ac eousque a *Ras Linouf* sunt stadia 400. — Beechey p. 188 de hoc loco ita habet: « There is a very remarkable projection of a high cliff into the sea, on which has been built a strong and very conspicuous fortress, constructed with large stones regularly shaped and put together. The greater part of this building, owing to the cliff having given way, is tumbled in ruins about the beach, and though little of the ground plan now remaining can be satisfactorily made out, yet it may well be inferred, from an inspection of the whole, that this fortress has been one of considerable strength. It commands an extensive view, on both sides, over the sea, and overlooks many remains of building which are scattered about the plain at the back of it. At the foot of the eminence on which the fortress has been built, is a ravine, which must at times be the bed of a considerable torrent, and which, crossing the plain from the mountains by which it is bounded, empties itself into the sea at the base of the fort. The mountains, which here run parallel with the beach, approach at the same time so closely to the sea, that the plain which intervenes might be easely defended by means of the ravine just described. Along this ravine are traces of strong walls which have been constructed on both sides of it, and have formerly extended from the sea to the foot of the hills; and which must in their perfect state have formed, together with the ravine, a very effectual barrier to the pass. Such advantages of situation could not well have been overlooked by the ancients; and there is little doubt that this position was originally one of importance. It appears so well calculated, both by nature and art, for the establishment of a boundary line, that we have little hesitation in supposing the remains to have at some period defended the limits of the states of Cyrene and Carthage. » Quibus inducitur Beechey (qui Stadiasmum nostrum non novit), ut hunc locum ad Euphrantæ πύργον Strabonis et Ptolemæi referat. Cf. idem in App. p. VIII et Barth. p. 340. Ceterum castellum an Nostri ævo nondum, an non amplius fuerit, quæritur. In Tabula Peutingeriana cum Hippu acra componendam esse stationem quartam *Ad Turrem*, censet Barth., stationem primam *Tagulis* ad *Kasr el-Atech*, stationem tertiam *præsidium* ad *Jehudia* ruinas referens. Sunt vero a Philænorum aris ad *turrim* milia 78, sive 624 stadia, dum apud Nostrum usque ad Hippû acram nonnisi 400 sint stadia; adeo ut ex Tab. Peut. numeris Aræ Phil. 220 fere stadia a Stadiasmi statione Philænorum orientem versus removendæ forent. Sed hæc levi brachio tetigisse satis habeo, quum impeditissimas Tab. Peut. et Itinerarii rationes excutere non hujus sit loci.

§ 86. ἀπὸ Φιλίππου ἄκρας codex. || — Ἔπηρον] *Opiros* locus scribitur in Tab. Peut., ubi præter ordinem itinerarii notatur. Ap. Ptolemæum est Οἴσπορις (Ἰσπορίς, Ἰσπωρίς var. lect.) κώμη. Unde conjicias apud Nostrum literam Ε ex Ο corruptam esse. Ceterum veriorem nominis formam tradiderit Ptolemæus, cujus in nominibus propriis auctoritas est maxima. Ad hod. *Naim* (31° 4' 23" lat., 15° 15°, 6', 43" long. Paris.) locum refert Barth. p. 378. « At Nehim, Beechey p. 173 ait, there is a sandy bay, into which ships might send their boats, with almost all winds, for water, at three wells, which are situated near the beach. » Porro Barthius: « Hier war noch in der Blüthezeit der Osmanischen Marine ein guter künstlicher Hafen; so erscheint *Liman Naim* auf fol. 6 der Diez'schen Karte (quam mappam Diez in Oriente comparavit. V. *Katalog der Diezschen Sammlung* n. 57 fl. 22. Barth. p. 359. 2), mit einem wirklichen Molo. Ruinas ibi non video notari. Distantia stadiorum 350 non tam ad *Naim* ducit quam ad prom. *Eski*, quod versus orientem *Naim* portui proximum est, et veteris castelli habet ruinas, teste Beecheyo; hoc igitur fuerit φρούριον nostrum. Eodem in loco *Aulahon* statio T. Peut. sec. Barthium collocanda foret.

§ 87. Κόρακα] fuerit Χάρακα, uti est apud Strabon. p. 836: τόπος Χάραξ καλούμενος, ᾧ ἐμπορίῳ ἐχρῶντο Καρχηδόνιοι, κομίζοντες οἶνον, ἀντιφορτιζόμενοι δὲ ὀπὸν καὶ σίλφιον παρὰ τῶν ἐκ Κυρήνης λάθρα παρακομιζόντων. Apud Ptolem. Φάραξα κώμη e suis codd. Wilbergius edidit, vulgo autem Φάραξ κ., rectius, opinor, editur. Quod in Stad. nihil accuratioris de hoc loco monetur, excerptori vel librario imputandum fuerit. Distantia indicat hod. ruinas *Medina Sultan* (*Soldan* Smyth.) (14° 55' 3" long.). Beechey p. 169: « Medinet Sultan has been an important military position, as the remains of several strongly built fortresses still remaining there attest; these buildings, like those at Zaffran, are quadrangular, and the foundations of strong walls, communicating with the forts, are seen to cross them in various directions. The plans of the buildings are more perfect than those of Zaffran, and are upon a larger scale.... Within a square, or rather quadrangular, inclosure, attached to another of the same size, is a subterranean storehouse, or reservoir, which has first been excavated in the soil, then formed with

88. Ἀπὸ Κόρακος εἰς Εὐφραντὰς στάδιοι σ′· λιμήν ἐστι, καὶ ὕδωρ ἔχει.

89. Ἀπὸ Εὐφραντῶν ἐπὶ τὸν Δυσωπὸν στάδιοι ρν′.

88. A Corace ad Euphrantas stadia 290 (σϟ′); portus est; aquam locus habet.

89. Ab Euphrantis ad Dysopum stadia 150.

---

rough stones, and lastly coated with an excellent cement.... In the neighbourhood of the military position are the remains of the town called Medina, where there are a number of wells and tanks in very good preservation.... At Medinet-Sultan there is a sandy bay in which boats might find shelter with particular winds; and a lake commences here, apparently deep, which communicates with the sea in two places. Cf. Barth. p. 334. Idem est locus, qui ab Arabicis scriptoribus vocatur *Medinet Sort* vel *Sirt*, præcipuum Syrticæ regionis emporium. Præ ceteris de eo dixit Abu-Obeid Bekri (in *Notices et extraits de la bibl. du roi* t. XII, p. 450): « Sort est une grande ville, située sur le rivage de la mer, environnée d'une muraille de brique, et renfermant une mosquée, des bains et des marchés; elle a trois portes, savoir la porte méridionale, la septentrionale et une plus petite qui mène à la mer. Elle n'a point de faubourgs; mais ses environs offrent partout des plants de palmiers, des jardins, des puits d'eau douce et de vastes citernes... Les habitants de Sort sont des hommes beaux et bien faits, mais avec lesquels on ne peut avoir que des relations commerciales d'une nature désagréable; ils ne vendent et n'achètent que suivant un tarif qu'ils ont fixé entre eux, et dont ils ne s'écartent pas... Les habitants de Sort sont souvent désignés par le surnom d'*Abid-Korlah* (esclaves de Korlah); et ce sobriquet excite au plus haut point leur courroux. Un poëte satirique a dit en parlant d'eux : « Les esclaves de Korlah sont les plus fourbes des hommes dans leur relations commerciales et les plus criminels dans leur conduite ».... Les habitans de Sort parlent entre eux un jargon qui ne ressemble ni à l'arabe, ni au persan, ni au berber, ni au copte, et qui n'est entendu que d'eux seuls. Ils diffèrent en tout point des habitants de Tarabolos (Tripoli), qui sont les plus aimables des hommes dans leurs relations sociales, les plus probes dans leur negoce, et les plus hospitaliers envers les étrangers. » Cf. Edrisi I, p. 274, cujus temporibus Sort urbs Arabum incursionibus male affecta erat. Ceterum quos Bekri homines pingit, non alii nisi Judæi fuerint, et Charax locus recte, ut videtur, a Lapieo et Barthio componitur cum mansione, quæ in Tab. Peuting. vocatur *Scina*, *locus Judæorum Augusti*, in Itin. p. 63 rectius *Iscina*, et Ἴσκινα apud Ptolemæum, qui quidem quum Iscina locum in mediterraneis 43° 20′ longitud., Pharacem vero in ora 44° 30° ponat, parum favere huic sententiæ videri possit. At Ptolemæus dum mediterranea ex Itinerariis, litorea e Periplis describat, sæpius exhibet incongrua, ut supra jam vidimus. Quod ut in hac quoque ora fiat apertum hoc unum moneo. Aras Philænorum ponit 46° 45′, contra vero proximam hinc stationem, Tagulin, 24 (Itin.) vel 30 (T. P.) ab Aris milia distantem, collocat 44°, 30, quum collocanda fere esset 46° 15′. Jam sicut Thagulin 1° 45′ magis quam debebat versus occasum removet, similiter etiam Iscinæ locum a Pharace 1° 10′ disjungit.

§ 88. Εὐφραντὰς] πύργος Εὐφράντα Ptol.; Strabo. p. 836: Μετὰ δὲ τὴν λίμνην τόπος ἐστὶν Ἄσπις, καὶ λιμὴν κάλλιστος τῶν ἐν τῇ Σύρτει, ἐφεξῆς δὲ ὁ Εὐφράντας πύργος, ὅριον τῆς πρότερον Καρχηδονίας γῆς καὶ τῆς Κυρηναίας τῆς ὑπὸ Πτολεμαίῳ, adeo ut certo quodam tempore hucusque fines protulisse Cyrenenses videantur. Cf. St. Byz.: Εὔφραντα (Εὐφραντά v. l.), πόλις Λιβυκή. Ἀλέξανδρος ἐν γ′ Λιβυκῶν. Τὸ ἐθνικὸν Εὐφρανταῖος. Apud Strabonem λιμὴν κάλλιστος videri possit prope Aspin quærendus esse, sed ibi bono portui nullus est locus; componendus cum Euphrantæ turri. Utrumque pertinet ad hod. *Mirsa* et *Kassr Saphran*, de quo dubitari nequit, etsi distantia in Stad. notata non ducit eousque, quum non 200, sed 300 fere stadis *Saphran* (vel *Zaffran*) portus (14° 21′ 14″ long.) a *Medinet Sultan* (14°, 55′, 3″ long. Par.) disjunctus sit. Beechey p. 137: « Zaffran has been evidently a military station, and it is there that we began to perceive more clearly the nature of those numerous quadrangular buildings which are scattered in all directions over the Syrtis in passing from Sooleb to Bengazi »... P. 139: « The port at Zaffran is also much less than formerly, and, like that at Lebida, nearly filled up with sand; so that although it cannot now be considered as a good one (nor, indeed, in the present acceptation of the term, as any port at all) it may certainly have afforded very good shelter and accommodation for vessels such as those of the ancients. It is formed by a rocky projection, which appeared to have been partly natural and partly artificial; and though its inconsiderable size would not allow vessels in it to ride clear of the surf in a gale of wind, yet in moderate weather there would be quite sufficient shelter for them to load and unload; and in the event of a gale they might easely have been hauled up on the beach. — The remains on the beach are constructed with larger stones than are usually employed in the Syrtis, and, from what we could perceive of them, for the tops only appear above the sand, have been built with more than common attention to workmanship and regularity. Traces of building may also be observed for nearly a mile from the Mersa to the eastward, and the whole place is strewed with fragments of pottery. » — Ceterum ad hunc locum cum Lapieo et Barthio referendum est nomen punicum stationis, quæ in Itin. vocatur *Macomades in Syrti* (34 mill. ab Iscina), in Tab. Peutingeriana *Macomades Selorum*.

§ 89. Δυσωπόν] nomen aliunde non notum. Apud Ptolemæum sequitur Σαχάμαζα κώμη; sic Wilb.; Σαχάζαμα vulgo, idque rectius, puto, quum *Zagazæna* mansio in T. Peut. memoretur, cui idem nomen subest; quamquam ea mansio ad nostram regionem non pertinet, neque errorem Ptolemæo tribueris talem qualem tribuit Barthius p. 372. Σαχάζαμα idem locus fuerit,

90. Ἀπὸ Δυσωποῦ ἐπὶ Ἀσπίδα στάδιοι τν'.
91. Ἀπὸ Ἀσπίδος εἰς Ταριχείας στάδιοι τν'
92. Ἀπὸ Ταριχειῶν ἐπὶ Κεφαλὰς στάδιοι υ'· [ἀκρωτήριόν ἐστιν.]

90. A Dysopo ad Aspidem stadia 350.
91. Ab Aspide ad Tarichias stadia 350.
92. A Tarichiis ad Cephalas stadia 400. [*Promontorium est.*]

---

quem græcissante nomine signat Noster. 150 stadiis devenimus ubi est *Marsa Zabak* et in propinquo *Zira-ifeh*. Barthius Δυσωπόν dici suspicatur a fœtore quem vicina palus emittebat; id tamen eo vocabulo significari vix potuit.

§ 90. Ἀσπίδα] Cf. Ptol. et Strabo p. 836 : Μετὰ τὰς Κεφαλάς ἐστι λίμνη τριακοσίων που σταδίων τὸ μῆκος, ἑβδομήκοντα δὲ τὸ πλάτος, ἐκδιδοῦσα εἰς τὸν κόλπον, ἔχουσα καὶ νησία καὶ ὕφορμον πρὸ τοῦ στόματος. Μετὰ δὲ τὴν λίμνην τόπος ἐστὶ Ἀσπίς, καὶ λιμὴν κάλλιστος, etc. Locus ponendus prope *Terid roches*, ubi scopuli tutamen aliquod in ora hac alias ventis aperta præbebant. Pertinet quidem paludosa regio et huc usque et ultra versus orientem; at Strabo quum lacum nonnisi 300 stadia longum esse statuat, dicere potuit μετὰ τὴν λίμνην. De palude ista cf. Tab. Peut. : *Salinæ immensæ quæ cum luna crescunt et decrescunt.* Dicuil VIII, 7 : *In Cosmographia legitur quod Salinarum lacus in Africa, qui est in Tripolitana provincia et in regione Byzatio, in lunari mense crescit et decrescit.* Æthicus p. 731 : *Lacus salinarum.* Beechey p. 113 : « The extensive marsh described by Strabo as occurring after the Cephalas promontorium, has not now the character of an uninterrupted sheet of water, as it appears to have had when seen by this geographer, but spreads itself in pools over a wide tract of country, and communicates occasionally with the sea. Many of these pools, are, however, some miles in extent, and were they deep enough would deserve the appellation of lakes... The dimensions given by Strabo.. correspond quite sufficiently with the appearance of that which actually exists; its length, from Mesurata to Sooleb, being little less than forty miles, and its breadth, from the sea inland, from nine and ten to fifteen. It does not indead finish wholly at Sooleb, but is contracted in passing that place, to the narrow limits of two and three miles in width, and then continues as far as Giraff. The great body of the marsh may however be considered as contained between Sooleb and Mesurata. »

§ 91. Ταριχείας] Ταριχαίας cod.; Ταριχαίαν apogr. Ir.; *Taricea* in T. Peut., ubi extra seriem mansionum notatur. Nomen passim obvium de locis, ubi piscibus condiendis incolæ navabant operam (V. Steph. B. v. Ταριχέαι. Scylax p. 87). Apud Ptolemæum respondet, si minus distantia, certe nominum serie, Μακόμακα; sic codd. ap. Wilberg., præter unum, qui habet Ἀκόμακα; vulgo Καλουμάκουμα; Wilbergus denique de suo dedit Μακομάδα, fortasse propterea quod in Tab. Peut. et Itin. habes *Macomades* locum (v. § 88); quamquam is huc non pertinet. *Macomades*, quod nomen denuo in sqq. videbimus, significat τόπον vel πόλιν νέαν, νεάπολιν. Si quid corruptum est apud Ptol., pro Μακόμακα ego velim Μακομάλακα i. e. τόπος seu πόλις ταριχειῶν, siquidem Phœnicia Hispaniæ urbs Μάλακα, quæ ipsa quoque ταριχείας ἔχει μεγάλας (Strabo p. 156), nomen habet a מלחה, i. e. ταριχεία, sec. Bochartum et Moversium p. 633. Cf. § 83 Αὐτομάλακα. Ceterum locus componendus est cum hodierno *Mellafah*.

§ 92. Κεφαλάς] Cf. Strabo p. 835 : ἄκρα ὑψηλὴ καὶ ὑλώδης, ἀρχὴ τῆς μεγάλης Σύρτεως· καλοῦσι δὲ Κεφαλάς. Hodie *Cap Mesurata*. Memoratur promontorium etiam apud Ptolomæum, ubi ita nunc legitur :

Κιστέρναι	42° 50'.	31° 20'.
Τρίηρον ἄκρον	43° 15'.	31° 20'.
Κεφαλαὶ ἄκρον	43° 20'.	31°.

At hæc sic non scripsit Ptolemæus. Corruptelæ suspicionem vel codices movent, quorum haud pauci (ABDTMS ap. Willb.) Κεφαλῶν mentionem omittunt, nonnulli vero (AFD) Τρίηρον ante Cisternas memorant, eique positionem assignant 42° 55' longit. Quæ autem res fuerit, facile colligas ex promontorii nostri descriptione, quam ex Beecheyo liceat apponere. « Between the town (ait p. 101) of Mesurata (*Msarata* Barth.; *Misratah* Smyth.) and the sea there is a high range of sand-hills, rising far above the heads of the tallest date-trees about them; and beyond these is a promontory of soft sand-stone, which may be (at a rough estimation) about an hunderd feet above the level of the sea. This high land is divided into *three distinct heads or capes*, and is described by Captain Lautier as having the appearance (from the sea) *of three hills* in the form of as many islands. The low ground at the back and to the south-east of these capes is thickly covered with date-trees, but their summits are now bare of wood and destitute of any vegetation. The appearance of this triple cape coincided so well, in our estimation, with the description given by Strabo to the Cephalæ promontorium, that we have not hesitated to pronounce it the same with that headland. » Jam vides Κεφαλὰς et Τρίηρον ad idem spectare promontorium, ut ipse monuit Beecheyus, nec non Ritterus I, p. 928 et Barthius p. 364. Κεφαλαὶ nomen e Strabone vel aliunde quidam juxta Τρίηρον adscripserat, alius utrumque in seriem recipiens distinxit. Ceterum quum Τρίηρον vox sit nihili, et varia lectio afferatur Τρηήρων, Τριήρων : corrigendum esse puto Τρίκερων ἄκρον. Porro codices AFD non solum eo præstare censeo, quod Cephalôn mentionem omittunt, sed etiam eo quod Τρίκερων seu *cap Mesurata* ab occidente ponunt *Cisternarum*. Nam in Tab. Peuting. hodiernæ *Mesurata* urbi respondere *Thubactin municipium* recte exputarunt Lapieus *Itin.* p. 287 et Barth. p. 370 A Thubacti autem 50 mill. intervallo orientem versus in eadem Tab. P. memoratur mansio *ad Cisternas*, quæ a Ptolemæi Cisternis vix fuerit diversa. Legendum igitur :

93. [Ἀπὸ Κεφαλῶν εἰς Νεάπολιν στάδιοι φν′.] Προσφερόμενος ἐκ τοῦ πελάγους ὄψει χώραν ταπεινήν, νησία ἔχουσαν· ὅταν δὲ αὐτοῖς ἐγγίσῃς, ὄψει τὴν πόλιν παραθαλάσσιον καὶ θῖνα λευκὸν καὶ αἰγιαλόν· ἡ δὲ

93. [*A Cephalis ad Neapolim stadia* 550.] E pelago advehens videbis terram humilem, projectas habentem insulas parvas; quibus ubi appropinquaveris, videbis urbem mari imminentem, albumque tumulorum ex arenis conflatorum tractum atque litus; urbs

---

Τρίκερων ἄκρον	42° 55′.	31° 20′.
Σύρτεως μεγάλης.		
Κιστέρναι	43° 15′.	31°.

Numeri appositi codicibus ADFS suppeditantur.

§ 93. Inclusa supplevi, ut continua esset series narrationis. Probabile tamen est unum saltem locum inter Cephalas et Leptin intermedium ab auctore fuisse memoratum. Non scripsi εἰς Λέπτιν, sed εἰς Νεάπολιν, quoniam Leptis nomen infra demum subjicitur verbis : αὕτη καλεῖται Λέπτις, i. e. αὕτη καλεῖται καὶ Λέπτις. Eodem modo § 56 legimus : ἀπὸ Πτολεμαΐδος εἰς Τεύχειρα σταδ. σν′... Αὕτη καλεῖται Ἀρσινόη. Neque aliter intelligendum § 95 illud : Καλεῖται Νεόσπορα. Inconcinna ratio, qua de his monetur, serioris manus addidamenta coarguit. ‖ — λευκὸν] § 67 erat θῖνα λευκήν. Deinde velim καὶ ἡ πόλις δέ ἐστι. — Apud Ptolemæum ante Leptin memoratur Βαραθία et quarta gradûs parte ab eo loco distans ostium Cinyphi fluvii, de quo vide notam ad Scylac. p. 85. Della Cella viator fluvium nunc vocari ait *Quaam;* id nomen sumtum esse a *Ka'an* vico adjacente recte haud dubie refert Barthius p. 316. Contra Beechey p. 80 « The Cinyphus, inquit, is now called the Wadie Khâhan, or weak river, in allusion to its sluggish course in summer, though it is still, to a little distance inland, a considerable stream, for this part of the world. » Ipse Barthius nomen accepit : *ouddi mag'dr g'rin* (*der Strom mit den Sumpfhœhlen*). Ptolemæus IV, 3 p. 265 oriri fluvium ait in *Zucharbari* monte, quem in 26° latit. ponit, dum reapse fons in colle sit vix 50 stadia ab ostiis distante. Fluvius in alveo labitur lato, cavernis interrupto; aqua limpida, sed male nunc sana; eam Leptitani in urbem arcessiverunt aquæductu, cujus exstant rudera. Aliæ etiam ad fluvium ruinæ sunt, de quibus ita Barthius p. 318 : « Eigenthümlicher als dieser Aquadukt ist ein anderer mit dem Fluss zusammenhængender Bau. Man sieht næmlich über dem Fluss aus ausgezeichnetem mæchtigen Cementwerk aufgeführte *Terrassen* hœchst sonderbaren Charaktērs, die offenbar Karthagisch und eben jene von Strabo beschriebenen Werke sind, durch welche die Karthager einige wol unzweifelhaft mit dem Flusse in Verbindung stehende Hœhlen überbrückten etc. » Etenim Strabo p. 834 : Ἑξῆς δ' ἐστὶ ποταμὸς (Κίνυφος nomen excidit), καὶ μετὰ ταῦτα διατείχισμά τι, ὃ ἐποίησαν Καρχηδόνιοι, γεφυροῦντες βάραθρά τινα εἰς τὴν χώραν ἀνέχοντα. Eadem βάραθρα ista probabiliter Barthius indicari suspicatur apud Ptolemæum, ubi pro Βαραθία legendum erit Βάραθρα, quantumvis refragari videatur nota distantiæ. — Cinyps fluvius quum a Lepti distet ad stadia 180 : nescio an apud Scylacem sit legendum : ἀπὸ δὲ Νέας πόλεως ἀπέχει (Cinyps urbs Scylacis ætate deserta) εἰς τὴν Σύρτιν στάδια π′ καὶ ἑκατόν· ἔστι καὶ ποταμὸς Κίνυψ, quorum loco codex habet : στάδια π′· ὑπ' αὐτὸν (deb. certe ὑπ' αὐτὴν) δ' ἐστὶ ποταμὸς Κίνυψ. — Jam quod Leptin attinet, τὰ νησία, quæ Noster memorat, a recentioribus, quantum scio, non memorantur; agnoscere tamen licet in mappa Smythii, quæ inscribitur : *North Coast of Africa from Tripoli to Misratah.* Cetera ita locus in Stadiasmo describitur, ut nunc quoque apparet. Urbs ipsi adjacet mari; juxta sunt tumuli arenæ albæ, sub qua major pars ruinarum latet; ædificia ex albo item lapide structa erant. Vetus portus arenis nunc obrutus. Beechey Append. p. V : « The port is now filled up; but there is a small place called *Mersah Ligatah,* a mile and a half (ad Hermæum prom.), where small vessels may find shelter, except with the wind from the eastward. » De urbe v. Scylax p. 85 ibique laudati et Plinius V, 19; Livius XXXIV, 62; Sallust. Jug. 78; Ammian. Marcell. XXVIII, 6; Procop. De ædif. VI, 4. Bell. Vandal. II, 21. Cf. etiam Abu-Obeid Bekri in *Notices et extraits* tom. XII, p. 410. Edrisi I, p. 284. De ruinis multa passim leguntur. Præ ceteris vide Beechey p. 51 sqq., 74 sqq. et Barth. p. 306, quo duce potiora paucis delineabo. Ruinarum locus in partem occidentalem et orientalem dirimitur interfluente torrente, qui alveo suo ad mare in sinum diducto portum effecit. Lateris occidentalis pars mari proxima solum habet elatius et in pelagus procurrens. In ea erat urbs antiqua, a continente ternis cincta mœniis, quæ modicis intervallis separabantur; moles ingentes e saxis quadratis structæ vim fluxus infringebant; alia munimenta tutam præstabant ab hoste. Crescente hominum multitudine, urbs nova, νέα πόλις, extra muros surgere cœpit. Quæ quum postmodum metropolin magnitudine superaret, factum esse videtur, ut tota Leptitanorum civitas a nonnullis, Græcis maxime, Νεάπολις vocaretur. Primum nova urbs et ipsa in occidentale fluvii latere substitit; deinde oppositam quoque ripam occupavit, ibique subinde aucta ulterius mœnia protulit; nam duorum murorum rudera alio tempore alium fuisse urbis ambitum ostendunt. Ædificiorum ruinæ majorem partem nunc cernuntur in ripa occidentale, ubi quum arenis ut plurimum pæne tegerentur, distrahi saxa ad alios usus haud facile poterant. Ceterum monumenta insigniora produnt tempora imperatorum Romanorum, inter quos Septimius Severus apprime urbem, utpote patriam, ornasse jure censetur. Imperatorem palatium habuisse in Lepti urbe, quam jure Italico donaverat, a Procopio proditur (De ædif. VI, 4.). Sæculo quarto ab Austurianis devastata Leptis (Ammian. 28, 6), deinceps jacuit usque dum a Justiniano aliquatenus instauraretur, qui quum occidentalem partem jam arenis obrutam portumque eadem de causa inutilem offenderet, in orientali parte extra duos veteres muros magis orientem versus nova mœnia duxit, quorum supersunt particulæ. — Portus, qui nunquam magnus nec nisi arte bonus fuisse potest, quando obstrui cœperit, nescimus. Commodum adhuc fuisse Septimii

πόλις ἐστὶ λευκὴ ὅλη· λιμένα δὲ οὐκ ἔχει· ἀσφαλῶς ὁρμίζου ἐπὶ τοῦ Ἑρμαίου. Αὕτη καλεῖται Λέπτις.

Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Φιλαίνων βωμῶν εἰς Λέπτιν τὴν Μεγάλην στάδιοι ,δϛ'.

94. Ἀπὸ Λέπτεως ἐπὶ Ἑρμαῖον στάδιοι ε'· ὅρμος ἐστὶ πλοίοις μικροῖς.

95. Ἀπὸ Ἑρμαίου ἐπὶ Γάφαρα στάδιοι τ'· ἄκρα ἐστὶν

quoque (καὶ ἡ πόλις δὲ) tota est alba; portum non habet; tuto navem sistas ad Hermæum. Ceterum hæc urbs vocatur Leptis.

Omnia simul a Philænorum aris usque ad Leptin Magnam stadia sunt 3090 (,γϟ').

94. A Lepti ad Hermæum stadia 15 (ιε'); statio est navigiis parvis.

95. Ab Hermæo ad Gaphara stadia 200 (σ' ?); pro-

Severi temporibus opinatur Barthius, quanquam disertius sententiæ argumentum ex iis quæ apud vett. traduntur non suppetit. Hoc unum patet nondum eversam fuisse urbem, quo tempore Noster auctor sua notavit. || — ,δϛ'] numerus corruptus; quodsi ultimam distantiam suppleveris, et § 88 pro σ', re postulante, scripseris σϟ', habebis stadia 3090, quem numerum ipsum auctorem exhibuisse veri est simillimum.

STADIASMUS.				PTOLEMÆUS.			TAB. PEUT.		ITINERARIUM.	
	Num. codicis.	Num. emendati.			Long.	Lat.		mil.		mil.
93. Λέπτις. . . .				Νεάπολις ἡ καὶ Λέπτις.	42°	31° 10'	Leptis Magna.		Leptis m. colon.	
94. Ἑρμαῖον. . .	ε'	ιε'					Ad palmam. . .	12		
95. Γάφαρα. . . .	τ'	σ'	215	Γάραφα λιμήν. . .	41° 45'	31° 40'	Quintiliana. . . .	14	Minna villa Mars.	29
96. Ἀμαραία. . .	μ'	μ'	255							
97. Μεγέρθις. . .	μ'	ρμ'	395				Getullu.	24	Megradi villa Aniciorum. . .	29
							Turris ad Algam.	15		
98. Μακαραία . .	υ'	*υ'	795	Ἑῶα.	41° 30'	31° 40'	Osa.	12	Ocea.	25
				Πισίνδων λιμήν. . .	41° 15'	31° 30'	Assaria.	20	Vax villa Repentina.	28
							Pontos.	13		
99. Σαβράθα. . .	υ'	υ'	1195	Σάβαθρα.	41°	31° 30'	Sabrata.	16	Sabrata colonia.	27
							Ad Ammonem.	16		
100. Λοκροί. . . .	τ'	τ'	1495				Ad gypsaria taberna.	17	Casas villa Aniciorum. . . .	28
							Pisida municip.	20	Fisida vicus. . .	26
101. Ζεύχαρις. . .	τ'	τ'	1795				Præsidio.	15		
							Putea Pallene. .	18	Villa magna. . .	31
102. Γέργις. . . .	τν'	τν'	2145	Ζεῖθα ἄκρα.	40° 40'	31° 40'	Liha munic. . .	15	Ponte Zita munic.	30
103. Μῆνιγξ πόλις.	ρν'	ρνε'	2300	Μῆνιγξ	39° 30'	31° 20'				
Ὁμοῦ. . . .	,βτ'	,βτ'								

§ 94. στάδιοι ε'] Ex mappis meis conjicio fuisse στ. ιε'. Inde a Lepti usque ad Meningem insulam auctor noster colligit stadia 2300. E singulis distantiis, quæ in seqq. produntur, summa conficitur stadiorum 2285, vel, si nostro loco ιε' pro ε' legeris, stadiorum 2295. Demta igitur differentia stadiorum quinque, quæ alicubi addenda sunt, singuli distantiarum numeri tales esse videntur, quales ante oculos habuit is qui summam stadiorum 2300 collegit. Reapse autem nonnisi 2100 stadia, si oræ longitudinem metiaris, efficiuntur, adeo ut uno alterove loco falsa tradi appareat. Error vero pertinet ad eum oræ tractum, qui medius est inter Leptin et Macar-œam sive Œam sive hodiernam *Tripolin*. Hic enim quum sit sexcentorum fere stadiorum (77 millia sive 616 stadia habet Tab. Peut., 83 mill. sive 664 stad. Itinerarium provinc.), in nostro libro est stadiorum 795, quod a vero recedit longius. Vitium autem in illa quadringentorum stadiorum distantia latere videtur, quæ esse dicitur a Megerthi ad Macarœam. Vix enim dubites, quin Megerthis Stadiasmi eadem sit quæ in Itinerario *Megradi* vocatur, ab Œa distans millia 25 sive stadia 200. Itaque vitio antiquo apud Nostrum σταδίους υ' corrupte poni putem pro stadiis σ', 200. Quo probato, quæ restant a Lepti ad Megerthim stadia 395, in universum satis recte habent; quamquam fieri potest ut singulæ distantiæ parum accuratæ sint. V. not. seq.

§ 95. εἰς Γάφαρα] εἰς τὰ Ἄφορα et § 96 ἀπὸ τῶν Ἀφορῶν codex. Legendum aut Γάφαρα aut Γράφαρα. Apud Scylacem est Γράφαρα πόλις, unius diei navigatione a Lepti distans. Apud Ptolemæum nonnisi quarta unius gradus parte sejuncta a Lepti sequitur Γαράφα (Γάραφα, Γαραφά, Γαράφας, Γραφάρα var. lect.) λιμήν. Idem locus in Plinii (V, 4) codicibus scribitur *Trafra, Taphra, Thaphra, Tafra*, ex quibus Vossius (ad Melam I, 7, 2) *Gaphara*, Silligius *Graphara* elicuit. Alius Γάφαρα locus inter Marmaricæ mediterranea memoratur ap. Ptolemæum IV, 5, p. 280. Stadia 300 pertinerent usque ad hodiernum *Wadi Msid* (Barth.), *Seyd* (Beechey), *Demseid* (Smyth.); at

ἔχουσα ὅρμον ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν· ἔχει ὕδωρ· καλεῖται [Αἰ]νεόσπορα· ἔστι γὰρ ὁμοία νήσῳ.

96. Ἀπὸ τῶν Γαφάρων ἐπὶ τὸν Ἀμαραίαν στάδιοι μʹ· πύργος ἐστὶ ὕφορμος· ὕδωρ ἔχει ποτάμιον· ἔστι δὲ γεώργιον πλησίον τοῦ ποταμοῦ. Οἰνολάδων ὁ ποταμὸς καλεῖται.

97. Ἀπὸ τοῦ Ἀμαραία ἐπὶ Μεγέρθιν στάδιοι μʹ· πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ.

98. Ἀπὸ Μεγέρθεως εἰς Μακαραίαν στάδιοι υʹ.

montorium est ab utraque sui parte stationem præbens; aquam habet; vocatur *etiam* Æneospora, quum simile sit insulæ.

96. A Gapharis ad Amaræam stadia 40; turris est sub eaque statio; aquam habet fluvialem; prope fluvium arva sunt; Œnoladon fluvius vocatur.

97. Ab Amaræa ad Megerthin stadia 40 (fort. 140 (ρμʹ); (urbs est et portum habet et aquam. *Hæc pertinere videntur ad* § 98).

98. A Megerthi ad Macaræam (*Macar-OEam*) stadia 400 (fort. 250 σνʹ).

---

nullum ibi promontorium peninsulare; quod ut deprehendamus, subsistendum est in *Ras Espharra* (Γάφαρα) ab Hermæo 150 stadia dissitum, prope quod *Bupharris* fluvius exit. || — ὅρμον] ὅρμων cod.; em. Gail. || — καλεῖται [Αἰ]νεόσπορα] καλεῖται Νεόσπορα codex. Ex præcedentibus attraxi literas αἰ. Nullus enim dubito quin vox *ai*, i. e. *insula*, huc pertineat. Cf. similia nomina § 22 et 28 Αἰνεόσφυρα vel, ut in codice est, Ἐννεόφορα ἄκρα. Ad ruinas in *Ras Esfarrah* vel prope *Ras al Hamrah* exstantes Lapieus probabiliter refert *Quintilianam* (*villam*) Tabulæ Peuting., Quod attinet ratio inconcinna, qua alterum hoc loci nomen memoratur v. not. ad § 93.

§ 96. τὸν Ἀμαραίαν] Nominativus an fuerit ὁ Ἀμαραίας recteque habeat in § 97 illud ἀπὸ τοῦ Ἀμαραία, an potius negligenter Noster τὸν Ἀμαραίαν dixerit pro τὸν τῆς Ἀμαραίας πύργον, quæro. Ceterum hunc locum ad *Wadi Msld*, quæ vallis fluviolum habet aquæ perbonæ in tractu arenoso, refert Barth. p. 300. At si de promontorio Gapharorum recte statuimus, et distantia stadiorum 40 incorrupta est, admitti id nequit. Ducimur potius ad promontorium *Amra* seu *Hamrah*, ad cujus latus occidentale item fluvius exit e *Wadi Mata* regio ibi fertilis est, arvaque in propinquis exhibet mappa Smythiana. Fluminis nomen Œnoladon græcum esse videtur; certe *Ladon* et *Lathon* etiam alibi fluvios vocari scimus; Οἰνο autem vel ab adjacente οἰνοπέδῳ derivat, vel aquæ virtutem indicat similiter atque nunc aquæ egregiæ fontes *Zukkari* (sacchari) ap. Arabes passim vocantur. || — πλησίον] Sic legendum esse scripturæ compendium πλ″, quod codex habet, recte monet Millerus; πλατὺ inepte dederat Iriarte.

§ 97. Μεγέρθιν] § 98 codex ἀπὸ Μεγηρθέων. Idem, ut puto, locus in Itiner. p. 62 est *Megradi* (*Megdi, Megdil, Megdal* var. lect.; *Getullu* Itin.), *villa Aniciorum*, a Lepti distans 57 mill., 456 stadia, ab Ocea sive OEa 25 m. sive 200 stadia. Quod si recte statuimus, pro 40 stadiis, nostro loco numeranda sunt 140. Sin nihil curanda putes Itinerarii distantias, Megerthis ad *Ras Sciarra* referenda foret. Quodsi urbs ibi fuit, mirum est nullam ejus mentionem fieri apud Ptolemæum; contra in Stadiasmo miraris nullam urbis mentionem fieri § 98, quum Macarœa inter præcipua hujus oræ emporia floruerit. Unde suspicio nascitur verba πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ ad sequentem locum esse transferenda. Urbis ruinæ ad *Ras Sciarra* aut ad *Wadi Ramil*, quantum scio, non exstant; hæc tamen Beecheyus p. 44 prodit: « We learnt from Captain Smyth that in the neighbourhood of Wady Mseid there is a small boat cove ressembling an ancient cothon; and near it the ruins of several baths with tesselated pavements. »

§ 98. Μακαραίαν] Legendum videtur Μακαροίαν; vel certe Μακαραία nomen ortum est ex Μακαρ-Οἴα quod ipsum, si ad indigenam nominis formam revocaveris, scribendum foret *Makar-OEat*. Etenim in numis phœniciis legitur בילן מעקר ויעת, i. e. *Noster Bel Makar-OEat*, vel etiam ויעת בילן מעקר, *OEat Noster Bel Makar;* in nonnullis autem numis ætatis Augusteæ nonnisi ויעת, *OEat*, exstat (V. Movers p. 489), atque breviato hoc nomine urbs memorari solet apud Romanos scriptores, nisi quod varias nomen induit formas. Apud Plinium V, 4 § 27 est *civitas OEensis* (*Ocensis, Oensis, Occensis, Cocensis* var. lect.) et V, 5 § 38 : *cum OEensibus* (*Ocensibus* et *OEsibus* var. lect.); ap. Melam I, 7 : *Oza oppidum;* Ptolem. Ἑώα; Solin. c. 30 *OEæ*; Silius III, 256 *OEa;* Tab. Peut. *Osa;* Geogr. Rav. V, 5 : *OEea*; Itin. p. 62 : *Ocea* (*Occa* 3 codd.) *colonia*. Cf. numi ap. Eckhel IV, 131, Rasche Lex. num III, 2, p. 58. Apud Tacit. Hist. IV, 50 incolæ in codd. nostris corruptius vocantur *Ophenses*. Urbem origine Libycam et postea Tyriis coloniis frequentatam esse ex ipso nomine Moversius colligit, quippe quod altera sui parte cultum Tyrii dei *Makar* seu *Melkart* prodat, alteram habeat e Libyca lingua petitam, quandoquidem *œat* respondeat voci berbericæ *ait*, i. e. *tribus*, et in compluribus gentium locorumque nominibus libycis deprehendatur. De corruptionibus nominis Barthius conferri jubet Slane in *Journal nouveau Asiatique* 1844, II, p. 358, n. I. Scylax et Strabo urbem non memorant, hic tamen inter Abrotonum et Leptin alias nonnullas urbes esse monet. Ceterum OEa cum Lepti Magna et Sabrata τρίπολιν constituit ad instar notissimæ tripolis Phœniciæ (Solinus c. 30 ed. Steph. : *Achæi Tripolin lingua sua signant de trium urbium numero, OEæ, Sabratæ, Leptis Magnæ*). Ditio Tripolitana in ora maritima a Lepti usque ad Tacapen pertinebat, in mediterraneis per ea loca, quorum seriem exhibet Itinerar. prov. p. 62. Quæ quidem circumscriptio etsi serioris temporis fuerit, neque Severi imp. ætate antiquior, ipsa tamen instituti initia a priscis Tyriorum coloniis repetenda sunt. Annua Tripolitanorum concilia habes ap. Ammianum XXVIII, 6, 7. Tempore belli punici secundi Carthaginienses, uti Leptin, Clypeam, etc., sic etiam OEam Siculos colonos traduxisse intelligitur e Silio Ital. III, 256 : *Sabratha tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis, OEaque Trinacrios Afris permixta colonos*. OEensium et Leptitanorum discordias, quibus ad arma ventum est OEensesque, multi-

99. Ἀπὸ Μαχαραίας εἰς Σαβράθαν στάδιοι υ'· πόλις ἐστὶν ἀλίμενος· σάλον ἔχει.

ΛΟΙΠΟΝ ΣΥΡΤΙΣ ΜΙΚΡΑ.

100. Ἀπὸ Σαβράθης ἐπὶ Λοχροὺς στάδιοι τ'· κώμη ἐστὶ, καὶ ὑπεράνω τῆς κώμης πύργος ὑψηλός.

101. Ἀπὸ Λοχρῶν ἐπὶ Ζεύχαριν στάδιοι τ'· φρού-

99. Ab Amaræa ad Sabratham stadia 400; urbs est portu carens; salum habet.

SEQUITUR SYRTIS MINOR.

100. A Sabratha et Locros stadia 300; vicus est et supra vicum turris alta.

101. A Locris ad Zeucharin stadia 300; castellum

---

tudine inferiores, Garamantes contra hostem excitarunt, memorat Tacitus Hist. IV, 50. Quot quantaque Œa civitas sæculo quarto ab Austurianis barbaris perpessa sit, fusius exponit Ammianus XXVIII, 6. — Œa hodie est *Tripolis* seu *Tarabolus*. Testatur Abu Obeid Bekri in *Notices des manuscr.* T. XII, p. 451 : « Le nom de Tarabolos signifie, dit-on, *trois villes*... Si l'on en croit la tradition, elle dut sa fondation à l'empereur Sévère. On la nommait encore la ville d'*Aias* (*Æa*). » Idem intelligitur ex distantia; nam quum sequens urbs Sabrata aperte sit hod. *Tripoli vecchio;* hinc vero usque ad Œam sint sec. Stadiasmum § 100 stadia 400, sec. Itin. millia 53 seu stadia 424, secundum Tab. Peuting. milia 49 sive stadia 392, dubitatio esse nequit, quin *Tripolis* indicetur, quæ reapse ad 400 stadia distat a *Tripoli vecchio.* Contra vero quæ inter Macarœam et Megerthim in Stadiasmo exhibentur stadia 400, mutanda sunt vel in 250 vel in 350 stadia; in 250, si Megerthim cum Megradi Itinerarii composueris; in 350, si Megerthim ad *Wadi Rumil* collocaveris. Ceterum ex priscis Tripolitanæ urbis monumentis nihil hodie superest præter arcum triumphalem, quem Lucio Aurelio Vero Cajus Orfitus proconsul dedicavit.

§ 99. Σαβράθαν] Σαράθραν et § 100 ἀπὸ Ἀλάθρη codex. In numis phœniciis nomen urbis est *Sabroton* seu *Sabraton* vel *Sabrat* (V. not. ad Scylac. p. 86); in Ptolemæo codices habent : Σάβαθρα, Σαβάθρα, Σαβάτρα, unde suspiceris apud Nostrum fortasse scribendum esse εἰς Σαβράθραν. Rectius *Sabrata* scribitur in Tab. Peut., Itiner. (*Sabrata colonia*), Geogr. Rav. V, 5, Æthico p. 722, Plinio V, 4, § 25 : *Sabrata* (*Sabratha* et *Sabathra* var. lect.) *contingens Syrtin minorem;* Solin. c. 30. In Silio Ital. III, 256 legitur *Sabratha.* Cf. Sueton. Vespas. c. 3, ubi : *Statilius.. Sabratensis ex Africa.* Antiquiores scriptores græci ex nomine phœnicio *Sabraton* fecerunt Ἀβρότονον (v. not. ad Scylac. l. l.), unde fit, ut in Plinianis collectaneis *Sabrata* et *Abrotonum* tamquam diversæ urbes recenseantur. Ap. Ptolemæum quum in ora maritima post Ἑώαν (Οἴαν) sequantur :

Πισίνδων λιμήν	41° 15'	31° 30'
Σαβάθρα	41°	31° 30'

in mediterraneis recensentur :

Σαβράτα	41° 15	30° 50'
Πισίνδα	41°	31° 10'

in quibus Sabrata mediterranea ex Itinerariis tamquam a maritima Sabrathra diversa ponitur perperam. In Tab. Peut. inter Oeam et Sabratam ponuntur *Assaria* (20 mill.) vel *Passaria* (G. R.) et *Pontos* (13 mill.); e quibus *Pontos* nescio an sit cum ruinarum loco, qui vocatur *Zarnari,* componenda, dum *Assaria* pertinere videtur ad hodiernum s. *Saigad Sarcia,* de quo v. Barth. p. 231. Cum Ponto componendum putares Πισίνδων λιμένα Ptolemæi, si recte hic distingueretur a Pisinda loco mediterraneo (*Pisida municipium* in Tab. Peut., *Pisida vicus* in Itin., 51 vel 53 m. a Sabrata distans; hod. *Biorga* seu *Brega?*). Sabrata autem superstes in ruinis hodiernæ *Tripoli vecchio,* quas etiamnunc *Sabrat* vocari perhibent, Barthius vero p. 279 *Kasr Allaca,* si recte meminisset, dici refert. Sita urbs in colle, qui in agro beatissimo assurgit. Rudera urbis late patentia primariam Tripolitanæ regionis urbem produnt manifesto. Inter alia supersunt infimæ partes muri, qui a colle ad mare pertinens vastam regionem amphitheatri instar referentem includit et præter ipsam urbem comprehendisse videtur suburbium Libycis gentibus destinatum, quæ statis anni temporibus commerciorum causa in emporium confluebant. Ipsa urbs, e saxis egregie dolatis structa, majorem partem sita erat ad promontorium, a quo in mare projicitur scopulorum tænia, quæ portum præberet, nisi aquarum vis parum profunda solum tegeret saxosum. Quare recte Noster locum ἀλίμενον esse dicit. Sabrata, urbs originis Tyriæ, patria fuit Flaviæ Domitillæ, quam uxorem duxit Vespasianus. Hic, ut videtur, urbem coloniam fecit; postea eandem auxerit Severus; anno 548 restauravit Justinianus (Procop. De ædif. VI, 4). Forum ex ea Tripolim translatum esse anno 31 Hedchræ æræ refert Abd er Rahman Ebn Habib, notante Slane in *Nouveau Journal Asiatique* 1844, II, p. 358.

§ 100. Σύρτις μικρά] Similiter Plinius l. l. Sabratam Syrtin minorem contingere dicit. || — Λοχρούς] locus hoc certe nomine aliunde non notus. Mensura ducit ad *Sidi Ali,* quod Smythius vocat, monumentum in colle situm; idem, ut videtur, a Barthio appellatur *Sidi al Gasi,* quod sancti viri sepulcrum inferiore sui parte antiquæ est structuræ, adeo ut olim turris fuisse possit. Situm in colle abrupto, qui gypso constat. Eundem vel vicinum ad locum pertinuerit *Gypsaria taberna* Tabulæ Peuting., 33 millia seu 264 stadia a Sabrata distans. Ceterum probabilis est Barthii p. 288 sententia Λοχροί nomen e punico a Græcis corruptum esse, indeque fictam fabulam, qua Locri Ozolæ e Troja redeuntes et in Libyam delati non procul a Syrti sedes fixisse traduntur (Virgil. Æn. XI, 265 ibique Servius).

§ 101. Ζεύχαριν] Ζοῦχις vocatur ap. Strabonem p. 834; Ξοῦχις in Epitome Artemidori ap. St. Byz. s. v.; Χουζίς locus, quem in mediterraneis 39° 30 long., 30° lat. Ptolemæus memorat, ad nostrum locum referri nequit, nisi mirum in modum errasse auctorem statueris. Ζεύχαρις de industria incolarum Ταριχεῖαι vocatur apud Scylacem p. 86, ubi vide not. Situs locus ad λιμνοθάλασσαν, *Sebâch el Kelab* vel *Dûn Hasi es Sultân.*

ριον ἔχον πύργον· (ὁ δὲ πύργος) λιμήν ἐστι ἐπίσημος.

102. Ἀπὸ Ζευχάριος ἐπὶ Γέργιν στάδιοι τν'· πύργος ἐστὶ, καὶ φρούριον ἔχει καὶ λιμένα καὶ ὕδωρ.

103. Ἀπὸ Γέργεως εἰς Μήνιγγα στάδιοι ρν'· πόλις ἐστὶν ἐπὶ νήσῳ· ἡ δὲ νῆσος ἀπέχει τῆς γῆς σταδίους η'· ἔχει δὲ πόλεις ἱκανὰς, μητρόπολις δέ ἐστιν [αὕτη]. Αὕτη οὖν ἐστιν ἡ τῶν Λωτοφάγων νῆσος. Ἔστιν ἐν αὐτῇ βωμὸς Ἡρακλέους· μέγιστος καλεῖται. Ἔστι δὲ λιμὴν καὶ ὕδωρ ἔχει.

est turrem habens; sub turrem (ὑπὸ δὲ τὸν πύργον?) portus est insignis.

102. A Zeuchari ad Gergin stadia 350; turris est et castellum habet et portum et aquam.

103. A Gergi ad Meningem stadia 150; urbs est in insula. Insula autem a continente distat stadia octo. Urbes habet non paucas, hæc vero est metropolis. Hæc igitur est insula Lotophagorum. In ea exstat ara Herculis (quæ vocatur) maxima. Meninx portum habet et aquam.

Stadia 300 ad ostium lacus ducunt, ubi in insula sita est *Biban* cum castello. Eo ipso in loco fuerit φρούριον Nostri, ut cum Barthio censeo. Ruinæ quædam e lapide coctili prope mare jacent, in quibus cavitates amphorarum formam referentes deprehenduntur, similes earum quæ in Tyria ora præparandæ purpuræ inserviebant (V. Barth. p. 270). Ac nostro quoque loco fuisse purpuræ fabricas e Strabone constat. Lacus marinus, angusto ostio mari junctus λιμένα ἐπίσημον præbuit; tenuis autem tænia inter lacum ac mare extensa castello locum præbuit aptum. A φρουρίῳ Nostri non diversum est *præsidium* Tabulæ Peuting., 35 millibus p. a *Gypsaria taberna* distans, quam distantiam decem millibus auxit Lapieus, recte puto, quum vel hoc loco vel in seqq. falsos distantiarum numeros in Tab. tradi facile intelligatur. In eadem Tabula 20 millibus a Gypsaria tab. est *Pisinda*, quæ collocanda est ad maris recessum *Mirsa Bareka* vel *Brega*, ubi quum portui locus sit idoneus, vix erraveris si Πισίνδων λιμένα huc pertinere, Ptolemæum vero præter ordinem hunc portum memorasse putaveris. Apud eundem Ptolemæum post Sabrata sequitur tertia unius gradus parte disjuncta Ζειθὰ ἄκρα; quod item perperam habere videtur, quum verisimillimum sit nomen illud pertinere ad eam acram, in qua Meninx insula cum continente juncta erat ponte vel mole, cujus vestigia adhuc supersunt (v. Barth. p. 263). Hic enim locus *Ponte Zita municip.* in Itiner. et Geogr. Rav. V, 5 et III, 5, *Liha* corrupte in Tab. Peut. vocatur. Sin nihil Ptolemæus erravit, Ζειθὰ ἄκρα referenda est ad peninsulare promontorium quod nunc vocatur *Zoarah* vel *Ezwarah*. || — ὁ δὲ πύργος] Nisi excidit aliquid, aut delenda hæc, aut legendum : ὑπὸ δὲ τὸν πύργον.

§ 102. ἀπὸ Ζεύχαριν codex. || — Γέργιν] Γέργην cod.; em. Gail. Memoratur Gergis a Procopio De ædif. VI, 4. Ruinarum locus et prope situm castellum etiamnunc vocantur *Dcherchis* vel *Zarsis*; at portum locus nunc non habet. V. Barth. p. 266. Pertinere huc videntur *Gergesitæ*, qui ex Judæa in Africam transiisse in libris Judaicis traduntur. V. Movers l. l. p. 427 sqq. 435. || — τν'] sic codex; πν', edidit Iriarte. Recto itinere nonnisi 180 stadia computantur. At non potuit cursus rectus institui, quum brevia longe patentia cogerent ut longis viæ ambagibus Gergis peteretur.

§ 103. Γέργεως] Γεργέων cod.; em. Gail. Deinde Μήνηγγα cod.; tacite em. Iriarte. || — στάδ. ρν'] Stadia 150 pertingunt ad eam insulæ partem, quæ a Gergi abest proxime, et ubi nunc exstat *Boukal* castellum; ibi vero nullus esse videtur portus; quare probabilius est distantiam parum accurate notari, et Meningis urbis portum esse hodiernum *port Saggia*, prope quem in mappa Smythiana *Menax* locus notatur. Hucusque a Gergi recto itinere 180 fere sunt stadia. || — σταδίους η'] γ' σταδίους secundum Scylacem p. 87, minus accurate. || — πόλεις ἱκανὰς] Strabo l. l. : πλείους δ' εἰσὶν ἐν αὐτῇ πολίχναι, μία δ' ὁμώνυμος τῇ νήσῳ. Plinius ita V, 7 § 41 : *Oppida habet duo, Meningem ab Africæ latere, et altero Troar* (*Troiar, Thorar, Thoiar* codd. var. lect.; *Thoar* vulgo ante Silligium). Ptolemæus in Lotophagitide insula (p. 272, 1) duo memorat oppida, Γέρραν (Γίρραν v. l.) 39° 15' long., 31° 15 lat., et Μήνιγγα 39° 30' long., 31° 20' lat. In Tab. Peuting. recensentur : *Girba*, *Tipasa*, *Haribus*, *Uchium*. || — ἐστιν αὕτη] v. αὕτη supplevi ineleganter sane, sed in Nostro non improbabiliter. || — Ἡρακλέων cod. Cf. Lycophro 871, ubi Tzetzes : Τῷ γὰρ Ἡρακλεῖ ναὸν περὶ Σύρτιν τῆς Λιβύης Ἰασὼν ἐδείματο καὶ οἱ λοιποὶ Ἀργοναῦται. Eodem referenda videtur ara Ulyssis, quam auctores Strabonis p. 834 arguere perhibent Meningem esse Homericam Lotophagorum insulam. Ceterum illud μέγιστος καλεῖται num sic recte habeat, nescio; negare tamen malim.

Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Λέπτεως εἰς Μήνιγγα στάδιοι βτʹ.

104. Ἀπὸ Μήνιγγος εἰς τὴν ἤπειρον * στάδιοι σʹ· πόλις ἐστὶ, ἔχει δὲ καλὸν λιμένα καὶ ὕδωρ.

Omnia simul a Lepti ad Meningem stadia **sunt 2300.**

104. A Meninge in continentem [*ad Gichthin* , ἐπὶ Γιχθὶν] stadia 200; urbs est, quæ bonum habet portum et aquam.

STADIASMUS.				PTOLEMÆUS.			TAB. PEUT.		ITIN. PROV.	
	Num. codicis.	Num. emendati.			Long.	Lat.		mil.		mil
103. Μῆνιγξ.				Μῆνιγξ.						
104. Ἤπειρος (Γιχθίς.	σʹ	σʹ	200	Ἠδάφθα πόλις. . .	40° 10ʹ	31° 15ʹ	Gigti a Zita. . .	25	Giti mun. a Zita.	35
105. Κιδιφθά. . . .	ρπʹ	ρπʹ	380	Γιθίς.	39° 20ʹ	30° 50ʹ	Templum Veneris.	15	Agma s. Fulgurita villa. . . .	25
106. Ταχάπη. . . .	*	σ	580	Ταχάπη.	38° 50ʹ	30° 30ʹ	Tacape colonia.	26	Tacapas colonia.	25
							Ad palmam. . .	22		
							Lacene.	6	Cellas vicus. . .	30
							Praesidium Silvani.	8		
							Ad Oleastrum. .	18		
107. Νεάπολις. . .	ρʹ	υ	980	Μακομάδα.	38° 30ʹ	31° 15ʹ	Macomades minores.	27	Macomadibus munic.	26
108. [Θέναι]. . . .		σχʹ	1200	Θέαιναι.	38° 30ʹ	31° 40ʹ	[Thenis].	27	Thenis.	28
				Ταφροῦρα.	38° 30ʹ	32°	Taparura.	20		
				Οὔσιλλα.	38° 30ʹ	32° 20ʹ	Usilla municip.	*	Usula civitas. . .	28
				Βραχώδης ἄκρα. . .	38° 30ʹ	32° 20ʹ				
				Ρούσπαι.	38°	32° 20ʹ	Ruspe.	6	Tusdro col. . . .	32
109. Ἄχολλα. . . .	*	φνʹ	1750	Ἄχολλα.			Acholla.	*		
110. [Σ]αλίποτα. .	ρχʹ	ρχʹ	1870				Sullecti.	12		
111. Θάψος.	*	ρμʹ	2010	Θάψος.	37° 30ʹ	32° 30ʹ	Tapsum.	15		
113. Λέπτις μικρά.	ροʹ	ροʹ	2180	Λέπτις μικρά. . . .	37° 10ʹ	32° 30ʹ	Lepte minus civ.	8	Lepti minus. . .	33
114. Θερμαί. . . .	ξʹ	ξʹ	2240	Ῥουσπίνα.	36° 30ʹ	32° 40ʹ	Ruspina.	25		
115. Δύο νησία καὶ ἀκρωτήριον.	μʹ	μʹ	2280							
116. Ἀδραμύτης. .	μʹ	μ	2320	Ἀδρουμητὸς κολωνία.	36° 40ʹ	32° 40ʹ	Hadrito.	*	Hadrumetum. .	18
							Orbita.	*		
							Ad Horrea. . .	22	Horrea.	18
							Cubis.	*		
				Ἀφροδίσιον.	36° 15ʹ	32° 40ʹ	Lamniana. . . .	22		
				Σιαγούλ.	36°	32° 50ʹ	Pudput.	10	Putput.	30
117. Νεάπολις. . .	τʹ	τʹ	2620	Νεάπολις κολωνία. .	35° 45ʹ	33°	Neapolis.	12	Neapolis.	12
				Κούρουβις.	35° 30ʹ	33° 10ʹ			Curubi.	26
117. Ἀσπίς.	σʹ	σʹ	2820	Ἀσπίς.	35° 15ʹ	33° 30ʹ	Clypeis.	*	Clipeis.	20
118. [Ἑρμαία ἄκρα].	*	σʹ]	3020	Ἑρμαία ἄκρα. . .	35°	33° 30ʹ				
				(Κλύπεα).	35°	33° 20ʹ				
119. [Μισούα]. . .	*	ρχʹ	3140	Μισούα.	35°	33° 15ʹ	Misua.	*	(Missua *Iliner. maril.*)	
120. Θερμά. . . .	ξʹ	ξʹ	3200							
							Ad aquas.	*		
121. Κάρπη. . . .	ρξʹ	ρξʹ	3360	Καρπίς.	35°	33°			(Carpis 200 st. a Missua *Itin. mar.*)	
122. Μάξυλα. . . .	χʹ	χʹ	3380	Μάξουλα.	35°	32° 40ʹ	Maxula.	21	Maxula civ. . . .	
123. ὁ Γαλάβρας. .	νʹ	νʹ	3430	Κατάδα ποτ. ἐκβολαί.	34° 50ʹ	32° 30ʹ	Thuni.	7		
124. Καρχηδών. . .	ρχʹ	ρχʹ	3550	Καρχηδών, μέγα ἄστυ.	34°	32° 40ʹ	Carthagine col.	10	Carthago.	18
Ἀπὸ Μήνιγγος.	φνʹ	,γφνʹ	3550							

§ 104. εἰς τὴν ἤπειρον] Epirum dici locum aliquem Meningis insulæ statuit Lapieus, ac statuendum ita foret si recte haberent § 105 verba ἀπὸ Γέργεως. Quod mihi secus videtur. Gailius locum continentis aliquem insulæ objectum ab insulanis Ἤπειρον vocatum esse suspicatur. Similiter Barthius p. 286. Vix tamen tale quid tibi persuaseris. Probabilius dixeris nomen corruptum esse, fortasse ex Ἔπηρος, cujus nominis locum supra vidimus. Ego mutila verba esse putans refingi velim in hunc modum : εἰς τὴν ἤπειρον [ἐπὶ Γιχθὶν] στάδιοι σʹ, et deinde pro Ἀπὸ Γέρρεως, ex antecc. male repetito, scribi jusserim Ἀπὸ Γιχθέως.

105. Ἀπὸ δὲ τῆς Γέργεως εἰς Κιδιφθὰν στάδιοι ρπ'· πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει.

106. [Ἀπὸ Κιδιφθῆς εἰς Ταχάπην στάδιοι σ'].

107. Ἀπὸ Ταχάπης εἰς Νεάπολιν στάδιοι ρ'· πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει.

105. A Gichthi (ἀπὸ Γιχθέως) ad Cidiphtham stadia 180; urbs est quæ portum habet.

106. [*A Cidiphtha ad Tacapen stadia* 200.]

107. A Tacape ad Neapolin stadia 400 (υ'); urbs est quæ portum habet.

Etenim proximus continentis locus in Itinerario memoratur *Giti* vel *Gitti municipium* a *ponte Zita* distans 35 milibus seu 280 stadiis. Idem in Tab. Peut. vocatur *Gigti*, nec nisi 25 milibus minus accurate a ponte Zita sejungitur. In Geogr. Rav. III, 5 scribitur *Githi* et V, 6 *Giltit*. Wesselingius ad Itin. e Conciliis affert *episcopum plebis Gittensis*. Apud Ptolemæum vero locus scribitur Γιχθίς vel Γιθίς. Porro idem oppidum Scylax notasse putandus est p. 87, ubi codex : ἀπὸ δὲ τῆς νήσου εἰς Ἔπιχον πλοῦς ἡμέρας ἡμισείας. Ἀπὸ δὲ Ἐσχίδων etc. in quipus ΕΠΙΧΟΝ ortum videri ex ΕΓΙΧΘιΝ vel ΓΙΧΘΙΝ suo loco monui. Ponendus locus in ea continentis extremitate in qua Smythius *Zurchaf*, Barthius *Tarf el dcharf* adscribunt. In hunc enim locum solent nautæ appellere. A portu *Saggia* sive a Meninge urbe eousque sunt ad stadia 250; Noster nonnisi 200 notat.

§ 105. Κιθιφθὰν] Idem locus ap. Ptolemæum vocatur Ἡδάφθα (Ἡδάφνα, Ἥδαρα var. lect.), πόλις κατὰ τὸ πέρας. Ceterum Hedaptha ita ponitur, ut a Gichti sita sit non occasum sed orientem versus. Id falsum esse inde intelligitur quod Noster § 112 Cidiphtham inter ea oræ loca recenset, quæ ad Cercinæ insulæ sinum sita sint. Stadiorum numerus ad insignes ducit ruinas loci *el Medina* vel *Catana*, ad lacus marginem, e quo canalis ad mare ductus erat, referente Barthio p. 286, qui ipse lectorem relegat ad Sainte Marie in *Bulletin de la Société géographique*, IIIme *série*, tom. X, p. 200. Secundum Itin. ad hunc locum vel ad viciniam ejus referenda est mansio *Agma* sive *Fulgurita villa*, in Tab. Peut. *Templum Veneris*. Apud Ptolemæum si Hedaphtha urbem in suum locum transposueris, verba κατὰ τὸ πέρας ita explicari possunt ut subintelligas τῆς Σύρτεως, atque urbs in intimo sinu sita esse dicatur. Quamquam vel sic verba ab ipso Ptolemæo aliena esse videntur, quum in intimo Syrtis μυχῷ parum accurate ponat Tacapen.

§ 106. Sequentia misere truncata sunt. Ut continua locorum series exhiberetur, supplenda erant quæ § 106. 108. 109. 111 uncinis distinxi. ‖ — Ταχάπην] § 107 codex corrupte : ἀπὸ Βαχάτης. Præter Ptolemæum, Itinerar., Tabulam Peut. et Geogr. Ravenn. V, 5 et III, 5, et Æthicum in Cosmogr. p. 721 vide Plinium V, 4 § 25, XVI, 5 et XVIII, 51 : *Tacape felici super omne miraculum riguo solo; palmæ ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, fico Punica, illi vitis; sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omniaque aliena umbra aluntur. Super omnia est, biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereunt luxuria singuli fructus.* Strabo p. 835 hoc emporium signat verbis : Κατὰ δὲ τὸν μυχόν ἐστι παμμέγεθες ἐμπόριον, ποταμὸν ἔχοντα ἐκβάλλοντα εἰς τὸν κόλπον. Cum quibus conferendus Ptolemæus qui Tacapen in intimo Syrtis recessu collocat, fluviumque prope Tacapen exeuntem Tritonidem vocat. Vetus nomen abiit in *Caps*, *Cabes*, *Gabs*. Multa de ea habet Abu Obeid Bekri in *Extr. et Notices* etc. t. XII, p. 462 : « Kâbes est une belle ville entourée d'une magnifique muraille de pierre, de construction antique. Elle renferme une citadelle extrêmement forte, des faubourgs, des marchés, des fondouks, une mosquée *djami* d'une belle architecture, et des bains nombreux. Le tout est environné d'un large fossé, dans lequel on introduit l'eau au besoin, et qui forme pour cette ville un rempart de la plus grande force. Kâbes a trois portes; à l'orient et au midi s'étendent les faubourgs. Elle a pour habitans des Arabes et des Afariks. Son territoire produit des fruits de toute espèce; les bananes y sont surtout en extrême abondance; aussi fournit-elle de toute sorte de fruits la ville de Kairowan. On y voit de très-grands mûriers, dont chacun rapporte plus de soie que n'en donneraient cinq arbres d'un autre pays. La qualité de cette soie est excellente; et dans toute la province d'Afrikiah, Kâbes est le seul endroit qui fournisse cette denrée précieuse. Les jardins du territoire de cette ville s'étendent, sans interruption, dans un espace de quatre milles. Elle a des eaux courrantes, que l'on conduit partout pour l'arrosement des arbres : elle proviennent d'une source abondante, qui sort d'une montagne située au sud-ouest, et va se décharger dans la mer. Tout ce territoire produit abondamment des cannes à sucre. On voit à Cabes une tour d'une extrême élévation. Le port de cette ville est frequenté par des vaisseaux de tous les pays, etc. » De hodierna urbe, per hunc tractum etiamnunc primaria, v. Shaw *Travels* p. 113, Temple *Excursions in the Mediterranean* vol. II, p. 133, Barth. l. l. p. 254 sqq. 285 n. 48.

§ 107. Νεάπολιν] Apud Plinium et Ptolemæum in ora sequitur Μακομάδα, *Maçomades;* quem locum novimus etiam ex Itinerario (*Macomadibus municipium*) et Tab. Peuting. (*Macomades minores*), coll. Geogr. Rav. III, 5. Hoc vero nomen punicum græce sonat Νεάπολις. V. Movers p. 494. Idem est oppidum quod apud Scylacem unius diei navigatione distare dicitur a Gichthi; nomen sane in codice excidit, situs autem loci eo indicatur, quod in propinquo esse proditur insula deserta, quæ non alia esse potest nisi *Surkenis*. Ex Itinerario et Tab. Peuting. si situm definire volueris, tutissime ages si in computando non a Tacape longe remota, sed a sequente Thenarum (hod. *Taine*) urbe proficiscaris. A Thenis igitur ad Macomades sec. Itin. p. 59 sunt 28 milia seu 224 stadia, sec. Tab. Peut. 27 milia sive 216 stadia. Eodem fere redit distantia, quam notat Ptolemæus. Jam vero 220 stadia ab hodierna *Taine* ducunt ad hodiernam *Kassr Ounga*, qui locus non ita longe distat a *Surkenis* insula. A Tacape ad Macomades sec. Itin. sunt milia

108. [Ἀπὸ Νεαπόλεως εἰς Θέναν στάδιοι σκ'].
109. [Ἀπὸ Θένης εἰς Ἄχολλαν στάδιοι φ'].
110. Ἀπὸ Ἀχόλλης εἰς Ἀλιπόταν στάδιοι ρκ'.
111. [Ἀπὸ Ἀλιπότης εἰς Θάψον στάδιοι ρκ'].
112. Αὗται αἱ πόλεις λιμένας ἔχουσι, διὰ [δὲ] τὸ ἐπικεῖσθαι αὐταῖς βράχη εἰς ταύτας πλέουσι σύμμετρα πλοῖα. Τῇ δὲ Ἀχόλλῃ καὶ τῇ Ἀλιπότῃ καὶ τῇ Κιδιφθῇ ἐπίκειται Κέρκινα ἡ νῆσος, ἀπέχουσα σταδίους ρκ'. Ἀπὸ δὲ τῆς Λωτοφάγων, ἥπερ ἐστὶ Μῆνιγξ, ἐπὶ τὴν Κέρκιναν νῆσον διὰ πόρου στάδιοι ψν'. Ἀπὸ Θένης

108. [*A Neapoli ad Thenam stadia* 220.]
109. [*A Thena ad Achollam stadia* 500].
110. Ab Acholla ad Salipotam (Σαλ.) *vel Salictam* stadia 120.
111. [*A Salipota ad Thapsum stadia* 120].
112. Hæ urbes portus habent, sed quod brevia iis adjacent, non navigant ad eas nisi naves mediocres. Achollæ et Salipotæ (Σαλ.) et Cidiphthæ objacet Cercina insula, a continente distans stadia 120. A Lotophagorum vero sive a Meninge insula ad Cercinam insulam per fretum sunt stadia 750. A Thena ad

---

56 sive 448 stadia. Juxta oram a *Cabes* ad *Kassr Ounga* sunt stadia 400; viarum ambages effici poterant, ut ex 400 evaderent stadia 448. Aliam multoque longiorem viam exhibet Tabula Peut., ex qua 81 milia sive 648 stadia computantur. Lapieus Tabulæ P. rationes ab Itinerario prov. nihil adeo differre opinans pro lubitu suo numeros ita mutavit, ut milia 61 colligerentur et Macomades cum hodierno *Maheres* vel *Maharess* componerentur. A Macomadibus vero ad Thenas Lapieus numerat milia 17 ex Itin. p. 17, quum hic potius numerus ex reliquorum testium consensu corrigendus esset. — Jam quod Nostrum attinet, facile patet pro στάδιοι ρ' scribendum esse στάδιοι υ'.

§ 108. Θέναν] § 112 codex habet : ἀπὸ Θίθνης, quod corruptum ex ΘЄνης. Sic Strabo quoque p. 834 : Θένα πόλις παρὰ τὴν ἀρχὴν κειμένη τῆς μικρᾶς Σύρτεως. Idem p. 831 : εἷλε δ' ἐξ ἐφόδου Καῖσαρ τὴν [Κέρκιναν] νῆσον καὶ Θέναν πολίχνην ἐπιθαλαττιδίαν· τούτων πασῶν αἱ μὲν τελέως ἠφανίσθησαν, αἱ δ' ἡμίσπαστοι κατελείφθησαν. Ap. Agathem. p. 14 vulgo legitur Θήνη. Plinius V. 4 § 25 *Thenæ*, Tab. P. *Thenæ colonia;* Itin. et Æthicus. Cosmogr. p. 721 : *Thenis colonia;* Geogr. Rav. V, 5 *Thænas*, III, 5 *Thenas*. Gruter. Inscript. p. 363 : *Coloni Thænit.* Ptolemæus : Θεαῖναι. Colonia cognominabatur *Ælia Augusta Mercurialis*. V. Gruter. l. l. Cf. Mannert X, 2 p. 152. Hodie *Taine*. Vetus nomen esse phœnicium, locumque de ficubus dictum (תאנה) censet Movers p. 495, adeo ut integrum nomen fuerit בית־תאנה, *locus ficuum* (Cf. *Ras et Tin*, et Συκῆ locus in Stad. § 31). Quod si est, inde explicaverim quod ap. Plinium l. l. semel *Thenæ*, semel *Thenaves* in codd. scribitur, in quo *ves* ortum fuerit ex בית.

§ 109. Ἄχολλαν] § 112 codex : ἀπὸ Ἀχολῆς. Ptolemæi codices similiter Ἄχολα. In ruinis loci, qui vocatur *Kassr el Alia* reperta inscriptio punico-latina, in qua urbs vocatur *Achulla* (V. Gesenius Mon. phœn. p. 319). Stephanus Byz. : Ἄχολλα, πόλις Λιβύης, οὐ πόρρω τῶν Σύρτεων, ἄποικος Μελιταίων (V. Movers. p. 353). Strabo p. 831 : πλησίον (sc. Θάψου) καὶ Ζέλλα καὶ Ἀχόλλα, ἐλεύθεραι πόλεις. *Achollam* etiam Livius XXXIII, 48, et *Achollitanum* (oppidum) recte unus certe codex Plinii V, 4 § 30 (var. lectionem v. ap. Sillig.). Corrupte *Aholla* Tab. Peut., *Acolla* G. Rav. V, 5, Χόλλης pro Ἀχόλλης codices Appian. Pun. c. 33. Alia nominis forma est *Achilla* ap. Hirtium Bell. Afr. c. 33 et *Aquilla* in numis ap. Eckhel IV, p. 133, sicut in lege Thoria c. 38 : *populorum leiberorum.. Leptitanorum, Aquillitanorum*, etc. In numo phœnicio (Gesen. l. l. mon. tab. 42) ætatis Augusteæ præter *Achulla* exstat nomen *Kir*, de quo v. conjecturam Moversii l. l. p. 501. De etymo vocis ἄχολλα cf. Olshausen in *Rhein. Mus.* 1852 p. 333. Confert ille Etruriæ urbem Ἄγυλλαν, quam ipsam quoque Phœniciam coloniam esse censet, nomenque significare suspicatur *rotundam*, probante Hitzigio ib. 1853, p. 601. — Ceterum probabile est Stadiasmi auctorem etiam loca inter Thenam et Achollam media recensuisse; de quibus h. l. agere a proposito nostro alienum.

§ 110. Ἀλιπόταν] Legendum videtur εἰς Σαλιπόταν, nisi etiam major latet nominis corruptio. Etenim post 120 fere stadia sequitur locus ruinarum, qui nunc vocatur *Sallecta*. In Tab. Peuting. 12 mill. post Achollam sequitur *Sullecti*. Σύλλεκτον vocatur in Procopio Bell. Vandal. I, 16 p. 379 : Ἤκουσε (Belisarius) Σύλλεκτον πόλιν ἡμέρας ὁδὸν τοῦ στρατοπέδου διέχουσαν ἐπὶ θαλάσσῃ εἶναι ἐν τῇ ἐπὶ Καρχηδόνα φερούσῃ, ἧς τὸ μὲν τεῖχος ἐκ παλαιοῦ καθῃρημένον ἐτύγχανεν, οἱ δὲ ταύτῃ ᾠκημένοι τοὺς τῶν οἰκιῶν τοίχους πανταχόθεν ἀποφράξαντες διὰ τὰς τῶν Μαυρουσίων ἐπιδρομὰς περιβόλου ἐφύλασσον σχῆμα. Plinius V, 4 § 30 inter libera oppida cum Achollitano aliisque habet etiam Salaphitanum, quod esse nostrum Σαλιπόταν conjicio, nisi forte est Ζάλαπα, quam Ptolemæus in mediterraneis (36° 45' long. 31° 45' lat.) memorat. De ruinis nostri loci in litore arenoso v. Barth p. 175.

§ 111. Θάψον] Urbs nota. V. Scylax p. 87. Ruinæ ad prom. (*Ras*) *el Dimas*. Portus olim arte egregie munitus. V. Barth. p. 163 sqq.

§ 112. διὰ δὲ τὸ] δὲ inseruit Letronnius, sublata interpunctione quæ erat post vocem βράχη. Quamquam vel sic inconcinna oratio. Fortasse præstat pro ἔχουσι scribere οὐκ ἔχουσι διὰ τὸ ἐπικ., quum ἀλίμενοι Nostro dicantur urbes, quarum portus arenis tunc obstructi nautis inutiles erant. Quæ vero sequuntur de insulis, nescio an serius addita sint. || — Ἀχόλλῃ] Ἀχόλᾳ... Ἀλιπότᾳ... Κιδιφθᾷ codex. || — ἐπίκειται] Dicere vult in eo sinu, qui urbibus istis includitur, sitam esse Cercinam insulam. || — ἀπέχουσα] sc. a continentis ora proxima. Nescio an quæ paullo post leguntur Ἀπὸ Θένης εἰς Κέρκιναν ad verbum ἀπέχεται olim aliquis adscripserit. || — Λωτοφάγων] Λωτοφάγου cod. || — ψν'] Tot sunt a meridionali Meningis parte ad borealem extremitatem Cercinæ insulæ. Fretum inter insulas interjectum est stadiorum 450-500. Nec tamen pro ψν' scribendum videtur υν', quum simili modo Plinius Cercinam a Meninge distare dicat millia centum, et apud Agathemerum p. 14 ὁ διάπλους sit stadiorum 600.

εἰς Κέρχιναν **· κατὰ [τὴν] πόλιν βράχη ἐστὶ φερόμενα πρὸς τὴν πόλιν. Ἀπὸ Κερχίνης εἰς Θάψον στάδιοι ψ'· ἔχει δὲ νῆσον καλὴν, πελαγίαν, κειμένην κατὰ Θάψον πρὸς βορρᾶν, ἀπέχουσαν σταδίους π'· ἔχει δὲ λιμένα καὶ ὕδωρ. Αὗται αἱ νῆσοι περιέχουσι τὸ Ἰκάριον πέλαγος.

ΛΟΙΠΟΝ ΦΟΙΝΙΚΗ.

113. Ἀπὸ Θάψου εἰς Λέπτιν τὴν μικρὰν στάδιοι ρο'· πόλις μικρά ἐστι· καταφανῆ ἔχει βράχη· καὶ ἡ καταγωγή ἐστιν ἐπὶ τῇ πόλει δύσκολος πάνυ.

114. Ἀπὸ Λέπτεως εἰς Θερμὰς στάδιοι ξ'· κώμη ἐστί· τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ ὧδε βράχη ἐστὶ δυσκατάγωγα.

115. Ἀπὸ Θερμῶν πλεύσας σταδίους μ' ὄψει ἀκρω-

Cercinam *stadia* *. E regione urbis brevia sunt, quæ versus urbem tendunt. A Cercina ad Thapsum sunt stadia 700. Habet insulam pulcram, in pelago sitam e regione Thapsi versus boream intervallo stadiorum 80. Portum habet et aquam. Hæ insulæ complectuntur Cercinæum (Κερχιναῖον) pelagus.

SEQUITUR REGIO PUNICA.

113. A Thapso ad Leptin minorem stadia 170; urbs parva est; conspicua habet brevia, et appulsus ad urbem est admodum difficilis.

114. A Lepti ad Thermas stadia 60; vicus est, ibi quoque brevibus eundem in modum appulsus præpeditur.

115. A Thermis postquam navigaveris stadia 40

Fortasse hæc stadia 600 pertinebant usque ad oppidum et portum insulæ longe porrectæ. Quamquam ubi is situs fuerit, dicere non habeo. || — ἀπο Θένης] ἀπὸ Θίθνης codex. Cf. not. ad § 108. Verba hæc si bene h. l. habent, post v. Κέρχιναν numerum stadiorum excidisse probabiliter statuit Gailius. Tum nomen Κέρχιναν de urbe intelligo, ideoque ante πόλιν inserui articulum dubitans tamen. Vide an fuerit : εἰς Κ. [νῆσον] καὶ πόλιν [στάδιοι*]. Βράχη ἐστὶ φαινόμενα πρὸς τῇ πόλει. De oppido et portu cf. Plinius V, 7; Diodor. V, 12; Dionys. Per. V, 12; Livius XXXIII, 48; Hirtius Bell. Afr. c. 34. Al Bekri l. l. p. 466 : « Vis-à-vis de Safâkes, à la distance d'environ 10000 pas est une île appelée *Karkeneh*, située au milieu d'une mer stagnante, peu profonde, et dont les eaux n'ont aucun mouvement. En face de ce lieu, en pleine mer, et à l'entrée des bas-fonds, à environ 40 milles du continent, on voit un édifice élevé, qui sert de point de reconnaissance pour les navigateurs qui arrivent d'Alexandrie, de la Syrie et de Barkah. Lorsqu'ils aperçoivent le centre de ce bâtiment, ils se détournent, et font voile vers les lieux où ils doivent relâcher. L'île de Karkeneh renferme des ruines de constructions antiques, et des citernes destinées à conserver l'eau. Comme elle est decouverte d'excellents pâturages, les habitants de Safâkes y envoicnt leurs cheveaux et leurs troupeaux. || — σταδ. ψ'] Linea recta nonnisi 500 stadiorum est; at a Cercina usque ad *Ras Kadidcha*, non potuit rectâ navigari, sed via tenenda erat, quam navibus brevia permittebant. || — νῆσον καλὴν etc.] Insula quæ a *Ras Dimas* boream versus 80 fere stadiis distat, hodie vocatur *Coniglićra*, pone quam est altera *Kuriat* dicta. Hæ sunt Ταριχεῖαι Strabonis p. 834, Λαρουνησίαι (λάρων νησία?) δύο Ptolemæi. Lampadusam ins., nescio quo pacto, huc traxit Gailius. || — Ἰκάριον] Quod Ἰκάριον veteres pelagus dixerunt, huc non pertinet. Scylax post Thapsi, Leptis et Adrumeti mentionem addit ab his urbibus versus meridiem flectere sinum magnum, qui appelletur Σύρτις μικρὰ ἢ Κερκινῖτις. Agathemerus p. 14 refert inter Cercinam et Meningem Syrtis esse ostium. Similiter Noster insulis istis includi dixerit τὸ Κερκιναῖον πέλαγος vel τὸ τῆς μικρᾶς Σύρτεως πέλαγος. Quæ post Syrtin sequebantur, quum aliquomodo inscribenda essent, faber titulorum inscripsit Φοινίκη, *Regio Pænorum*. Sin lacunam, quæ est post, § 127, jam reperit scriba nostri codicis, cum Gailio statuere licet, inepte librarium Φοινίκην hoc loco adscripsisse, quum inde a § 128 Phœniciæ urbes recenseantur.

§ 113. Ἀπὸ Θαψοὺς εἰς Λέπτην cod.; em. Gail. De Lepti v. præter Plinium et Melam Hirtium Bell. Afr. c. 10. 29. 62. 97; Afr. c. 62. Ruinæ prope hodiernum vicum *Lemta*. Portum olim, parvum licet, urbem habuisse colligitur ex Hirtio B. Afr. c. 62 : *Varus.. Leptin vectus naves onerarias, quæ longius a portu in salo stabant, incendit*. Nostri tempore obstructus jam fuerit, sicuti nunc in ora humili et ob brevia accessu difficili nullum superest portus vestigium. || — καταφανῆ ἔχει] πόλις μικρά ἐστι, καταφανὴς καὶ βραχέα codex. Urbs quum in planitie sita sit, non potuit nautis dici καταφανής. Brevia vero hoc loco καταφανῆ dicuntur eodem sensu quo alias memorantur βράχη φαινόμενα. || — ρο'] Distantia nimia. Stadia sunt fere centum.

§ 114. εἰς Θερμὰν Iriarte contra quam codex. Malim εἰς Θερμά, uti est § 120. Locum eo nomine alius nemo memorat. Ptolemæus et Tab. Peut. inter Leptin et Adrumetum ponunt Rhuspina (Ῥουσπῖνον Strab. p. 831), quem locum non adeo longe a Lepti et ora maritima abfuisse ex Hirtio B. Afr. colligitur. Fortasse ad eundem pertinent Thermæ nostræ.

§ 115. ἀκρωτήριον] *Ras Mistir* cum *Mistir* vel *Monastir* oppido, promontorium saxosum, olivis consitum; adjacent insulæ tres saxosæ, quarum una a columbis, quæ in cavernis rupium fissurisque nidificant, vocatur *Hamâmeh*; reliquæ duæ, oræ propiores *Sidi Ferrudch* et *Sidi Salah*. Majore utuntur ad thunnos capiendos. Promontorii et insularum saxis frequentes incisi cuniculi ac cameræ; quæ item thunnis capiendis inserviisse videntur. V. Barth. p. 157. || — δύο νησία] Διονύσια codex; manu lenissima em. Hasius ap. Gail.. Potuit sane Dionysium ibi esse, sicuti postea erat monasterium (unde *Monastir* opp. dictum), et quemadmodum in sequente oræ tractu post Adrumetum Ptolemæus Aphrodisium memorat. At tum haud dubie auctor dixisset Διονύσιον. Barthius

τήριον ἐπ' αὐτῷ ἔχον δύο νησία ἐσχολοπισμένα· ὕφορμός ἐστιν.

116. Ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου ὄψει Ἀδραμύτην τὴν πόλιν ἀπὸ σταδίων μ'· ἀλίμενος.

117. Ἀπὸ Ἀδραμύτου ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα στάδιοι φ'· ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλὸν καὶ περιφανὲς, οἷον ἀσπίς. Ἐπ' αὐτὴν πλέε τὴν ἄρκτον [ὡς] παραφαίνειν ἐξ εὐωνύμων· εἰσὶ γὰρ εἰς τὸ πέλαγος ἐκεῖνο βράχη πολλὰ καὶ τραχέα· εἶτα ἐκφανήσεταί σοι (ἡ Ἀσπὶς καὶ ἐπ' αὐτῇ) Νεάπολις. Ἀπὸ τοῦ κόλπου Νεαπόλεως ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα στάδιοι σ'· ὑψηλός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἡ πόλις· ἔχει λιμένα πρὸς ζέφυρον ἀπὸ σταδίων ι' ἀνώτερον τῆς πόλεως.

118. Ἀπὸ Ἀσπίδος [ἐπὶ τὴν Ἑρμαίαν ἄκραν στάδιοι σ'].

videbis promontorium prope se habens parvas insulas duas palis circumdatas (?); sub iis statio est.

116. Ab eo promontorio videbis Adrymetum (Ἀδρυμητόν) urbem intervallo stadiorum 40. Portu locus caret.

117. Ab Adrymeto ad Aspidem sunt stadia 500. (Promontorium est altum et conspicuum, clypei formam referens). Septentriones versus naviga, adeo ut a sinistra appareant; sunt enim in pelago illo brevia multa et aspera; tum apparebit tibi Neapolis; ab Neapolis autem sinu ad Aspidem sunt stadia 200; altus locus est, in eoque posita urbs. Portum habet versus zephyrum decem stadiorum ultra urbem intervallo.

118 Ab Aspide [*ad Hermæum promontorium stadia* 200].

---

conjecit Θυννοσκοπεῖα, quod a traditis literis longius recedit. || — ἐσχολοπισμένα] *septis instructa* vertit Gailius, fortassis recte; quamquam eam verbi significationem exemplis velim firmari. Palis circumdari insulæ poterant sive ob thunnorum venationem sive nautarum causa, sicuti ad Leptis minoris oram etiamnunc pali a piscatoribus fixi conspiciuntur. Sin minus, vide an fuerit : νησία· ἔστι δὲ σκόπελα ἐσχισμένα.

§ 116. Ἀδραμύτην] prava nominis forma, librariis, ut videtur, vindicanda. Proxime accedit Ἀδραμητός ap. Procop. B. Vand. I; 17 p. 383. II, 23 p. 512. Meliores scriptores : Ἀδρυμητός, Ἀδρουμητός, Ἀδρύμης. V. Meineke ad Steph. Byz. v. Ἀδρύμης. De etymo vocis parum constat. V. Movers. p. 502 m. 149. Nunc locus vocatur *Souza*. Idem nomen hodie est portui Cyrenes; hoc quum ex græco Σώζουσα ortum sit, fortasse Adrumeti quoque portum olim a Græcis Σώζουσαν dictam esse conjicit Barthius p. 153. Ruinas peramplas vidit Al Bekri p. 485 (« Tous les environs de Sousah sont couverts de vastes ruines de monuments antiques. »); nunc paucæ supersunt, de quibus v. Barth. p. 153. Cothonem urbis, arte effectum, sæpius memorat Hirtius Bell. Afric. c. 62. 63. Nostri tempore vel obrutus vel deletus erat. Attamen etiamnum rudera veteris molis conspiciuntur extra murum meridionalem portus recentioris, qui intra mœnia urbis comprehensus, florente Arabum imperio egregius fuisse debet (v. Abu Obeid Bekri p. 485), nunc vero et ipse adeo neglectus est, ut in salo navibus subsistendum sit. || — σταδ. μ'] Igitur a Lepti sunt stadia 140, concinente Itinerario, qui milia 18 computat.

§ 117. περιφανὲς] περιφερές conj. Letronnius. || — στάδ. φ'] Linea recta ab Adrumeto ad Aspidem seu Clypeam (hod. *Kalibia*) sunt stadia 660. In media fere via ad finem sinus, qui post Adrumetum sequitur brevibus suis incommodus, sita est Neapolis (*Nabal*), ab Hadrumeto 360, ab Aspide 300 stadia distans. Noster pro 300 numerans 200, et pro 660 stadia 500, parum accurata tradit. || — [ὡς] παραφαίνειν] παραφαίνων codex; ἐπ' αὐτὴν τὴν ἄρκτον ex usu sequioris græcitatis dicitur pro simplici ἐπὶ τὴν ἄρκτον, ut sexcentis locis in periplo maris Rubri. Quodsi quis brevia sinus Neapolitani vitans, relicto tractu litoreo, rectâ Aspidem petebat, cursus non versus ipsum arcturum, sed ita dirigendus erat, ut arcturus paullulum ad sinistram fulgeret. Eo in itinere quum emensi sinum Neapolitanum non longe a Neapoli prætervecherentur, hujus quoque loci ἐν παρόδῳ fit mentio. || — εἰς τὸ] Hic unicus est, ni fallor, peripli locus quo εἰς pro ἐν usurpatur. Quare ad librarium rem retulerim. || — ἡ Ἀσπὶς καὶ ἐπ' αὐτῇ (αὐτὴν cod.)] Hæc inclusi utpote ejicienda. Nata sunt ex glossa ad verba : ὁ τόπος καὶ ἐπ' αὐτῷ (αὐτὸν cod.). Sin tueri illa velis, ejicienda forent verba Νεάπολις... καὶ ἐπ' αὐτῷ, adeo ut Neapolis mentio perperam inserta sit. Vulgatæ quomodo sensum Gailius intorquere studuerit, non est quod referatur. Ceterum de Neapoli testis antiquissimus Thucydides VII, 50 : Νέαν πόλιν, Καρχηδονίων ἐμπόριον, ὅθεν πρὸς Σικελίαν ἐλάχιστον δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτὸς πλοῦν ἀπέχει. Cf. Scylax p. 89 ibiq. not. Strabo Neapolin non suo memorat loco. Nomen superest in hod. *Nabal*, a qua non procul exiguæ exstant ruinæ. Ora perhumilis nullum nautis præbet tutamen. || — Ἀσπίδα] Strabo p. 834 de his ita habet : εἶτα ἄκρα Ταφῖτις καὶ ἐπ' αὐτῇ λόφος Ἀσπὶς καλούμενος ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος, ὅνπερ συνῴκισεν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος Ἀγαθοκλῆς. Nunc ἄκρα ista *Ras Mustapha;* collis clypeiformis a mari duo fere stadia distat. Eam circa arcem speculamque structa olim urbs fuerit, quamquam ruinæ nunc nonnisi inter collem et mare occurrunt. Moles portus egregii, quem natura, juvante arte, effecit, ex parte superstes est. Ceterum num situs portus cum verbis Stadiasmi conveniat, non memini a recentioribus notari. E latino nomine *Clypea* natum hodiernum loci nomen, *Kalibia*. Historiam urbis post Mannertum adumbrare studet Barthius p. 134 sq. V. Strabo p. 277; Polybius I, 29. 34; Livius XXVII, 29. XXIX, 32; Appian. Pun. 3. 110; Silius III, 243; Solin c. 27; Hirtius B. Afr. 2; Cæsar B. Civ. II, 23; Mela I, 7; Plin. V, 7; Itin.; T. Peut.; Nonnus IV, 386. Abu Obeid Bekri l. l. p. 500.

§ 118-120. Post verba ἀπὸ Ἀσπίδος nonnulla excidisse dubitari nequit. Certe Hermæum sive Mercurii promontorium (*Ras Addar, Cap. Bon.*) in tota ora maxime conspicuum nautisque tremendum in nautico nostro libello omitti non poterat. Dehinc sequitur por-

119. [Ἀπὸ τῆς Ἑρμαίας ἄκρας ἐπὶ Μισούαν λιμένα στάδιοι ρκʹ].

120. [Ἀπὸ Μισούας λιμένος] ἐπὶ Θερμὰ στάδιοι ξʹ· κώμη ἐστὶ καὶ ἐπάνω τὰ θερμά.

121. Ἀπὸ τῶν Θερμῶν εἰς Κάρπην στάδιοι ρξʹ· πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει.

122. Ἀπὸ Κάρπης εἰς Μάξυλαν στάδιοι κʹ· πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει.

123. Ἀπὸ Μαξύλων ἐπὶ τὸν Γαλάβραντα στάδιοι νʹ· ὅρμος ἐστὶν ἕως [τῆς τῶν] ἀμμώδων ἀγωγῆς.

124. Ἀπὸ τοῦ Γαλάβραντος εἰς Καρχηδόνα στάδιοι ρκʹ· πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ λιμένα ἔχει, ἐν δὲ τῇ πόλει πύργος ἐστίν· [ἐπὶ] δεξιὰν ὁρμίζου ὑπὸ τὸ χῶμα.

Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Μήνιγγος τῆς τῶν Λωτοφάγων νήσου ἕως εἰς Καρχηδόνα στάδιοι φνʹ.

119. [*Ab Hermæo promontorio ad Misuam portum stadia* 120].

120. [*A Misua portu*] ad Therma stadia 60; vicus est et supra eum thermæ sunt.

121. A Thermis ad Carpen stadia 160; urbs est quæ portum habet.

122. A Carpe ad Maxylam stadia 20; urbs est cum portu.

123. A Maxylis (*Maxyla*) ad Galabrantem stadia 50; statio est usque ad arenosum tractum pertinens.

124. A Galabrante ad Carthaginem stadia 120; urbs est maxima, portumque habet; in urbe turris est; ad dextram appelle sub aggerem.

Omnia simul a Meninge Lotophagorum insula usque ad Carthaginem stadia sunt 3550 (,γφνʹ).

---

tus egregius Misua vel Missua, cujus meminerunt Plinius V, 3 § 24, Ptolemæus, Tab. Peut., Itin. maritim. p. 498, Geogr. Rav. V, 5 et Procop. B. Vand. II, 14: Σταδίους τριακοσίους (Carthagine profecti) ἀνύσαντες ἀφίκοντο Μισσούαν τὸ Καρχηδονίων ἐπίνειον. *Missuensis episcopus* occurrit in Notitia Africæ, monente Wesselingio ad Itin. Ruinæ loci et portus perampli sunt ad hod. vicum *Sidi Daud*. V. Barth. p. 131. Hinc usque ad Thermas numerari poterant stadia 60, siquidem sequens locus, *Carpis*, ex plurimorum sententia componendus est cum hodierno *Gourbos* sive *Kourbos*, qui a ruinis Misuæ distat 220 fere stadia, quot etiam e Periplo nostro colliguntur, accedente Itinerario marit. p. 493: *A Missua Carpos stadia* CC (sic optimus codex Escur.; *CCC* vulgo). At de thermis in hoc loco ponendis aliunde non constat; neque calidæ aquæ nunc ibi reperiuntur, quantum sciam. Huc accedunt alia, quæ falsa in Stadiasmo tradi indicent. V. not. seq.

§ 121. Κάρπην] fort. erat Κάρπιν, ut apud Ptolemæum. *Carpi* locus scribitur ap. Plinium; Itin. mar. l. l.: A *Missua Carpos stad. CC, a Carpos Carthaginem stad. CL.* (CCC in sex codd.). Optatus Millevitanus Schism. Donat. II, c. 18: *Episcopis vestris jubentibus et præsentibus supra altare Catholici diaconi occisi sunt; similiter et apud Carpos*, laudante Wesselingio ad It. *Episcopus Secundinus a Carpis* e Conciliis citatur a Mannerto. Locum hunc ad hodiernum *Kourbos* sive *Gourbos* referendum esse tum nomen suadet, tum distantiæ Itin. Marit. Perpaucæ supersunt ruinæ oppidi in alto siti; portus paullo infra *Kourbos* quærendus in hod. *Merisah*, i. e. *parvus portus*, quem partim natura fecit, partim ars munivit. Exstant etiamnum portus murorum rudera, et juxta portum aliæ ruinæ, quas ad ἐπίνειον retulerim. — Jam vero *Kourbos* habet aquas calidas, de quibus ipsam etiam urbem dictam esse *Aquas calidas* vix dubitaveris. Egregie ad situm hodiernæ *Kourbos* quadrant verba Livii XXX, 24: *Onerariæ, pars maxima ad Ægimurum* (hod. *Dchamur* ins.), *aliæ adversus urbem ipsam* (Carthaginem) *ad Calidas aquas delatæ sunt.* Porro quum in Tab. Peut. ab *Aquis calidis* ad Maxulam 21 millia (168 st.), ad Tunim 28 millia (224 st.) exputentur, hic quoque computus Aquas calidas ad hodiernum *Kourbos* pertinere probat. Eadem vero distantiarum ratio est in Stadiasmo a Thermis ad Maxulam (180 stad.) et Galabrantem cum Tuni componendum (230 stad.); contra vero a Carpi ad Maxulam falsissime computantur stadia 20. Hinc igitur suspicio oritur Thermas et Carpin perperam distingui, Nostraque e duobus fontibus male esse conflata. Potuit quidem Thermarum locus in alto situs a portu et ἐπινείῳ distingui, non ita tamen ut noster fecit. Unicus neque is adeo gravis testis qui simul et *Aquas* et *Carpos* memoret, Geographus est Ravennates V, 5, ubi series locorum: *Missua, Seminina* (ad *Ras 'el Semiah?*), *Aquas, Carpas, Gumis, Maxula, Thunos, Carthagine.* Obiter Strabo p. 834 de sinu Carthaginiensium: Τύνις ἐστὶ πόλις καὶ Θερμὰ καὶ λατομίαι τινές.

§ 122. Ἀπὸ Κάρπην codex. ‖ — κʹ] numerus falsus, at non scribæ, ut puto, sed interpolatoris culpa; Lapieus pro κ, scribit σκʹ, Maxulamque componit cum hodierno *Rhades*. Secundum Tab. Peut. Maxula a Tuni distat mill. 7 (quibus respondent stadia 50 in stad. § 123), inde ad Carthaginem millia 10. Consentit Itin. prov. p. 58, a Carthagine ad Maxulam computans millia 18. Situs urbis inter *Rhades* et *Hammam el Enf* quærendus, ita tamen ut ab oriente sit *Melianæ* fluvii, siquidem is est ὁ Κατάδας ποταμὸς Ptolemæi. Non ita longe locum abfuisse a tænia, quæ lacui Tunensi prætensa est, inde colligas, quod ligula *Massilitanum litus* vocatur ap. Victor. Vitens. I, 5 p. 6 Chifflet.: *Qui* (Gensericus) *dum, ut moris est, ad Massilitanum litus exiisset, quod ligula vulgi consuetudine vocatur.* Apud Plinum V, 3 § 24 est: *colonia Maxula* (*Maxulla, Massula, Maxilia* var. lect.)

§ 123. Γαλάβραντα] Nomen aliunde non notum, nisi forte huc pertinet *Maxula Prates* Itinerarii p. 57, qui locus 10 millia a Carthagine distare dicitur, ideoque, si recte habet distantia, ab altera Maxula distinguendus est. ‖ — ἕως τῆς τῶν ἀμμώδων ἀγ.] ἕως ἀμμωδίων ἀγωγῆς codex. Fort. erat ἕως τῆς ἄμμου διαναγωγῆς. Intellige tractum arenosum, qui lacui Tunensi prætenditur.

§ 124. ρκʹ] Totidem Polybius XIV, 10, 5 a Tynete ad Carthaginem esse dicit. ‖ — πύργος] Byrsa? ἐπὶ inserui e conj. Gailii. ‖ — σταδ. φνʹ] Lege ,γφνʹ. Vide tab. p. 466.

125. Ἀπὸ δὲ Καρχηδόνος εἰς Κάστρα Κορνηλίου στάδιοι τγ'· λιμήν ἐστι παραχειμαστικός· ἐν τούτῳ παραχειμάζει μεγάλα πλοῖα.

126. Ἀπὸ Κάστρων Κορνηλίου εἰς Οὔτικα στάδιοι κδ'· πόλις ἐστί· λιμένα οὐκ ἔχει, ἀλλὰ σάλον ἔχει· ἀσφαλίζου.

127. Ἀπὸ Οὐτίκων ***.

[Λείπει τὰ ἀπὸ Οὐτίκων ἕως τῶν Ἡρακλείων στηλῶν καὶ τὰ ἀπ' Ἀλεξανδρείας ἕως Καρνῶν.]

128. [Ἀπὸ **] εἰς Κάρνας στάδιοι κδ'· σάλος ἐστί· κοιτῶνας δὲ ἔχει πλοίοις μικροῖς· ἀσφαλῶς κατάγου.

129. Ἀπὸ Καρνῶν (ἐπὶ χωρίον) ἐπ' ἀκρωτήριον καλούμενον Βαλανέας στάδιοι σ'.

130. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Βαλανεῶν ἐπ' ἀκρωτήριον Πάλτον στάδιοι ϙ'.

125. A Carthagine ad Castra Cornelii sunt stadia 303; portus est ad hibernandum commodus, in eoque hibernant naves magnæ.

126. A Castris Cornelii ad Uticam stadia 24; urbs est; portu caret, sed salum habet; caveas.

127. Ab Utica ***

[*Desideratur paraplus ab Utica ad Herculeas columnas et ab Alexandria ad Carnas*]

128. [Ab *Arado*] ad Carnas stadia 24; salum est; sed cubicula habet navigiis parvis; tuto appelle.

129. A Carnis ad promontorium Balaneas, quas vocant, stadia 200. [*Hinc ad oppidum Balaneas stadia* 40.]

130. A Balanearum promontorio ad Paltum promontorium stadia 90.

---

§ 125. Κορνηλίου] Κορνηλίων et § 126 ἀπὸ κάστρων Κορνηλίας codex. Vocatur locus: *Castra Cornelia, Corneliana, Cornelii.* V. Livius XXIX, 28; XXX, 25; Mela I, 7; Plin. V. 3; Appian. B. C. II, 44. 45. Pun. 13; Orosius IV, 22; præ ceteris vero Cæsar. B. Civ. II, 24: *Curio.... ad flumen Bagradam venit: ibi C. Caninium Rebilum relinquit; ipse cum equitatu antecedit ad castra exploranda Corneliana, quod is locus peridoneus castris habebatur. Id autem est jugum directum, eminens in mare, utraque ex parte præruptum atque asperum, sed tamen paullo leniore fastigio ab ea parte, quæ ad Uticam vergit. Abest directo itinere ab Utica paullo amplius passuum mille. Sed hoc itinere est fons, quo mare succedit longius, lateque is locus stagnat: quem si qui vitare voluerit, sex millium circuitu in oppidum perveniet.* Nunc totus hic tractus Bagradæ fluvii alluvionibus aliam faciem induit. Quod Cæsar dicit jugum in mare eminens, hodie sunt colles a litore satis longe dissiti. Bagradas (h. *Medcherda*) olim a meridie ejus exibat, nunc vero a septentrione. Quare etiam de portu sermo esse jam nequit. Vicus vel oppidum, quod in castrorum locum successisse videtur, postea stagnantibus fluvii aquis deletum fuerit; nullaque supersunt ejus vestigia. Ceterum V. Barth. p. 199. ‖ — τγ'] Numerum corruptum esse vel insolita ejus ratio indicat. Fortasse fuit ρπ', adeo ut Π abierit in ΤΓ.

§ 126. Οὔστικα codex. De ruinis v. Barth. p. 111. Nunc locus a mari longe remotus. Moles, qua olim portus claudebatur, etiam hodie in solo paludoso apparet. ‖ — σάλον] σάλος cod.; em. Gail. Post hæc unum codicis folium excidisse videtur, quo continebatur reliquus Libycæ oræ paraplus, et alterius partis initium sive paraplus ab Alexandria usque ad Carnas.

§ 128. εἰς Κάρνας] et mox ἀπὸ Κάρνων (sic) codex; εἰς Κάσναν h. l. Iriarte. Apud ceteros aut Κάρνη aut Κάρνος. Stephanus Byz.: Κάρνη, πόλις Φοινίκης, ἀπὸ Κάρνου τοῦ Φοίνικος, ὡς Ἴστρος φησίν. Ὁ πολίτης Καρνίτης. Λυκόφρων (1291)· « Ὀλοίατο ναῦται πρῶτα Καρνῖται κύνες. Ἀρτεμίδωρος δ' ἐν τῷ ι' βιβλίῳ φησίν· « ἔστι Κάρνος καὶ συνεχῶς Πάλτος, εἶτα Γάβαλα πόλις. » Plinius V, 17, § 79: *Carne;* Strabo p. 754 Κάρνος (Κάρανος codd.). Tzetzes ad Lyc. l. l.: Κάρνις, πόλις Φοινίκης. Carnus, Strabone teste, erat τὸ ἐπίνειον τοῦ Ἀράδου, λιμένιον ἔχον, ab Arado boream versus situm, siquidem Aradus erat μεταξὺ τοῦ ἐπινείου καὶ τῆς Μαραθοῦ. De situ suo apud alios scriptores vocatur Ἀντάραδος. V. Ptolemæus V, 15, Itin. prov. p. 148, Itin. Hierosol. p. 582, Tab. Peut., Hierocles p. 716; Hieronymus in Ezech. c. 27; Theophanes Chron. p. 31: Κωνσταντίαν τὴν πρότερον καλουμένην Ἀντάραδον. Hodie *Tortus* seu *Tortosa.* ‖ — στάδιοι κδ'] ἀπ' Ἀράδου sc., ut videtur, quæ a continente distabat, Strabone teste, stadia κ' (quod reponendum videtur ap. Scylac. p. 87 et Diodor. XXXIII, 6, ubi codd. στάδ. η'.) Apud Plinium l. l. sunt 200 *passus;* at dixerit auctor 2200 *passus.* Stadia 30 affert Clemens Homil. XII, c. 12.

§ 129. ἐπὶ χωρίον] ἐπὶ χωρίων cod.; em. Gailius, qui hæc e margine irrepsisse putat. Scribendum crederes ἐπὶ χωρίον καὶ ἀκρωτήριον. At quum promontorium (*Cap Kasr Merkab*) occurrat ante oppidum (hod. *Banias*), ab eoque ad 40 stadia dissitum sit, separatim et promontorii et oppidi mentio facta fuerit, sicuti mox § 133 post Paltum promontorium separatim memoratur χωρίον Παλτηνῶν: adeo ut nostra verba ἐπὶ χωρίον indicium sint truncati peripli et hunc in modum refingendi: Ἀπὸ Καρνῶν ἐπ' ἀκρωτήριον καλ. Βαλανέας στάδιοι σ'. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου ἐπὶ χωρίον Βαλανέας στάδιοι μ'. Linea recta ab Antarado ad 200 stadia sunt (24 mill. sec. Itin. prov.; 26 mill. sec. Itin. Hierosolym.), at longior est via juxta oræ anfractus. ‖ — Βαλανέαι] Sic etiam Ptolemæi codd. apud Wilberg. (vulgo ed. Βαλαναῖαι) et Stephanus Byz. (Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Λευκάς· ὁ πολίτης Βαλανεώτης· εἰς ἣν πόλιν Ἐπικράτης ἐγκώμιον ἔγραψεν ὁ Βαλανεώτης), et Athanasius Apol. De fuga p. 321, Malala p. 448 (Ἀπεμέρισε (Ἰουστινιανός sc.) ἀπὸ Ἀπαμείας τῆς δευτέρας Συρίας Βαλανέας πόλιν, καὶ ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἥντινα ἐπωνόμασε Θεοδωρίδα, δοὺς αὐτῇ καὶ μητροπολιτικὸν δίκαιον). In Strabone Βαλαναία, ap. Plinium *Balanea* et *Balanea,* Itin. prov. p. 148 *Balanea,* Itin. Hieros. p. 582 *Balaneas,* Tab. P. *Balneis,* Geogr. Rav. V, 7 *Balaneis.* In Concil. Nicen.: *Euphranius Balaneorum episcopus.*

§ 130. ἀκρ. Πάλτον] i. e. promontorium quod

131. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Πάλτου κάμψαντος ἐπ' ἀκρωτήριον Βραχίων σταδ. ι'.

132. Ἀπὸ δὲ Βαλανεῶν ἄκρας ἐπ' εὐθείας εἰς Πάλτον στάδιοι σ'.

Οἱ πάντες ἐκ Πτολεμαΐδος, παρὰ γῆν παραπλέοντος, (εἰςελθεῖν) εἰς Πάλτον στάδιοι ͵β.

ΚΑΙ ΛΟΙΠΟΝ ΚΟΙΛΗ ΣΥΡΙΑ.

133. Ἀπὸ Πάλτου ἐπὶ χωρίον Παλτηνῶν στάδιοι λ'.

134. Ἀπὸ Παλτηνῶν ἐπὶ λιμένα κείμενον ἐπ' αἰγιαλῷ, ἔχοντα καθ' αὐτὸν φάραγγα, στάδιοι κ'.

135. Ἀπὸ Παλτηνῶν εἰς Γάβαλα στάδιοι λ'.

136. Ἀπὸ Γαβάλων εἰς ποταμὸν πλωτὸν καλούμενον *, στάδιοι μ'.

137. Ἀπὸ * πλωτοῦ ποταμοῦ εἰς ἄκραν, ἐφ' ἧς κεῖται πόλις Λαοδίκεια, στάδιοι σ'· ἀπὸ δὲ τοῦ ποταμοῦ εἰς Βαλανέας στάδιοι ο'· ἀπὸ Βαλανεῶν εἰς Λαοδίκειαν εὐθυδρομοῦντι λευκονότῳ ἐπὶ τὰ πρὸς ἠῶ [μέρη] τῆς ἄρκτου, στάδιοι σ'.

131. A Palto promontorio, ubi flexeris promontorium, *brevia sunt stadiorum* 10.

132. A Balanearum promontorio ad Paltum via recta stadia 70 (ο').

In summa a Ptolemaide ad Paltum, si juxta oram navigaveris, sunt stadia 2000.

SEQUITUR CAVA SYRIA.

133. A Palto ad oppidum Paltenorum stadia 30.

134. A Paltenorum oppido ad portum in litore humili situm, qui e regione sui convallem habet, stadia 20.

135. A Paltenorum oppido ad Gabala stadia 30.

136. A Gabalis ad fluvium navigabilem, qui vocatur *, stadia 80 (π').

137. A fluvio navigabili ad promontorium, cui imposita urbs Laodicea, stadia 70 (ο'). Ab eodem fluvio ad Balaneas stadia 170 (ρο'). A Balaneis ad Laodiceam cursu recto cum leuconoto vento versus septentrionalis plagæ partes orientales stadia 200.

---

eminet prope *Joba* fluvium. || — ϛ'] sic codex; ς' legerat Iriarte.

§ 131. κάμψαντος] κάμψαντες cod. Ceterum nullum video promontorium, ad quod referantur verba vulgata. Male sana esse puto et hunc in modum restauranda : Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Πάλτου, κάμψαντος (vel κάμψαντι) τὸ ἀκρωτήριον (Cf. § 139), βράχη ὡς σταδίων ι' vel βραχέων στάδιοι ι'. Cf. § 177.

§ 132. εἰς Πάλτον, sc. εἰς ἀκρωτήριον Πάλτον. || — στάδιοι σ'] Falsum numerum esse liquet; ortum σ ex ο || — εἰςελθεῖν] inclusi vocem quæ sic nihili est. Fort. : ἕως ἐλθεῖν. || — β'] Numerus nimius. Vix ultra 1600 sunt stadia.

§ 133. Παλτηνῶν] εἰς χ. Πελλήταν et § 134. 135 ἀπὸ Πελλητῶν codex, quibus nihil aliud signari potest nisi Paltus oppidum, quod sequitur post Paltum promontorium. De Palto (hodie *Baldo*) vid. Plinius, Strabo p. 753 et 728 : ταφῆναι δὲ λέγεται Μέμνων περὶ Πάλτον παρὰ Βαδᾶν ποταμόν. Mela quoque I, 12 Paltum urbem et fluvium memorat. Cf. Stephanus v. Πάλτος et Κάρνη, Ptolemæus, Tab. Peuting., Geogr. Rav., Malala p. 448 : Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς (Justinianus) ἀπεμέρισεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς πρώτης Συρίας Λαοδίκειαν καὶ Γάβαλα καὶ Πάλτον τὰς πόλεις. A Balaneis urbe ad Paltum Tabula Peuting. recte habet milia 8. || — Titulus Κοίλη Συρία num recte ita interpositus sit ut Phœnicia pertineat usque ad Paltum promontorium, oppidum vero Paltenorum jam accenseatur Phœniciæ, jure dubites. Verisimile est ipsum quoque oppidum ex Nostri sententia Phœniciæ oræ annumerandum fuisse, quum Strabo referat Paltum, Balaneas et Carnum constituisse τὴν περαίαν τῶν Ἀραδίων, adeo ut una cum Arado etiam hæc Phœniciæ tribui velis. Plurimi Syriæ fines magis meridiem versus extendunt. Apud Plinium Carne primus Syriæ locus; Ptolemæus primum Syriæ oppidum post Eleutherum fluvium memorat Balaneas; similiter Itinerarium Hierosol., ita tamen, ut Antaradus et Maraccus (*Markab*) adhuc sint Phœniciæ. Contra Hecatæus vel Gabala urbem Phœniciæ accensuit.

§ 134. Κειμένην et φάραγα apogr. Iriartis. De portu hoc mihi non constat.

§ 135. Γάβαλα.. Γαβάλων] Τάλβας.. Ταλβῶν codex; em. Gail. Hecatæo ap. St. Byz. urbs est ἡ Γάβαλα, Plinio V, 18 *Gabale*. Vulgo τὰ Γάβαλα (hod. *Djebili*). V. Strabo, Ptol., T. P., Pausanias II, 1, 7; Socrates H. Eccl. VI, 11; Hierocles p. 711. Theodoretus Histor. Relig. c. 28 πόλιν σμικρὰν καὶ χαριεστάτην dicit, quam sub Basilisco imp. terræ motus quassavit, teste Malala p. 378. Cf. idem p. 448. Secundum Itin. Hieros. a Balaneis distat 13 millia; sec. Itin. provinc. 24 (lege 14) mill. Tab. Peuting. a Palto ad Gabala numerat millia 8, parum accurate.

§ 136. πλωτὸν] Hinc Plotus fluvius in mappa Kiepertiana fingitur, quum nomen fluvii excidisse pateat, ut § 247 ἐπὶ ποταμὸν πλωτὸν [Ξάνθον]. Stadia 40 ducunt ad *Metheik* fluviolum in Syriæ mappa Berghausiana; Lapieus signari putat hod. *Chobar*, alium fluviolum, ad quem stadiorum numerus satis quadrat. At neutrum Noster dicere potuit navigabilem. Intelligendus est magnus fluvius, qui deinceps sequitur, *Nahr el Kebir*. Pro σταδ. μ' legendum σταδ. π'.

§ 137. σ'] vitio aperto, lege ο', ut § 132. || — ἐφ' ἧς] ἐξ ἧς cod.; em. Gail. || — ἀπὸ δὲ] δὲ om. apogr. Iriarte. || — στάδιοι ο'] leg. ρο'. Ex numeris, quales constituimus, a *promontorio* Balaneis sunt stadia 70 + 30 + 30 + 80 = 210, adeo ut ab *urbe* Balanearum computanda sint 170. || — σταδ. σ'] Paullo major est distantia a Balaneis ad *Cap Ladikiah*. || — πρὸς ἠῶ] Exspectabas πρὸς ἕω; sed ἠῶς eo sensu usurpant etiam Xenophon et Polybius et Strabo p. 166. 455. 739 (V. Steph. Thes. s. v. et Meineke Vindic. Strabon. p. 4). Deinde inserui μέρη, usum Nostri secutus. Ceterum ora ita directa est, ut a Balaneis ad *Cap Ladikiah* non Leuconoto sive Libonoto, sed Euronoto potius ἐπὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν μέρη τῆς ἄρκτου navigandum esset.

138. Ἀπὸ Λαοδικείας εἰς Ἡράκλειαν στάδιοι κ'.

139. Κάμψαντι δὲ τὸ ἀκρωτήριον λιμήν ἐστι καλούμενος Λευκός· στάδιοι λ'.

140. Ἀπὸ Λευκοῦ λιμένος ἐπὶ κώμην καλουμένην Πασιερίαν στάδιοι λ'.

141. Ἀπὸ τῆς κώμης ἐπ' ἄκραν Πολιὰν καλουμένην στάδιοι ρκ'.

142. Ἀπὸ Ἡρακλείας ἐπὶ Ποσείδιον τὴν ἐπίτομον στάδιοι ρ'.

143. Ἀπὸ δὲ τῆς ἄκρας τοῦ ἐπὶ Ποσειδίου εἰς πόλιν Σιδῶνα στάδιοι τ'· ὑπὲρ ἧς ἐστιν ὄρος ὑψηλὸν, καλούμενον Θρόνος.

144. Ἀπὸ Σιδωνίας πόλεως εἰς τόπον ὁρίζοντα τὸ Κάσιον, καλούμενον δὲ Χαλαδρόπολιν στάδιοι ξ'.

138. A Laodiceæ *acra* ad Heracleam [*via recta*] stadia 120 (ρκ').

139. Circumflexo Laodiceæ promontorio, occurrit Portus Albus dictus post stadia 30.

140. Ab Albo portu ad vicum, quem vocant Pasieriam (?), stadia 30.

141. Ab eo vico ad promontorium Poliam dictum stadia 120.

142. Ab Heraclea ad Posidium via compendiaria stadia 100.

143. A promontorio quod est ad Posidium, usque ad Sidonem (*Sidoniam?*) urbem stadia 80 (π'). Supra eam mons est altus, Thronus dictus.

144. A Sidonia urbe ad locum *mediterraneum* Casio conterminum, Charadropolim dictum, stadia 60.

De Laodicea v. Stephan. Byz. : Λαοδίκεια.. ἡ πρότερον Λευκὴ ἀκτὴ λεγομένη, καὶ πρὸ τούτου Ῥάμιθα κτλ. Malalas p. 203 : Λαοδίκειαν.. πρότερον οὖσαν κώμην ὀνόματι Μαζαβδάν. Nomen habet a Laodice matre Seleuci Nicatoris, sec. Steph. et Strabonem (a filia Seleuci sec. Malalam, a sorore ejus sec. alios ap. Eustath. ad Dionys. 919). Cf. Droysen *Hellenism*. p. 689. Urbs κάλλιστα ἐκτισμένη καὶ εὐλίμενος, Strabo p. 751. Ἐπὶ χερσονήσου συνῳκισμένη καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς ὠχυρουμένη καὶ ἐς τὸ πέλαγος ἔχουσα ὅρμον, Appian. B. Civ. III, 60. Dio Cass. 47, 30. De ruinis vide viatores Pokocke, Shaw, Russegger, Belon, Schulz, Richter, Sommer. Historiam urbis bene adumbravit Cless in *Pauly's Realencycl.* s. v. *Laodicea*.

§ 138. εἰς Ἡράκλειαν] Cf. Plinius V, 17, ubi post Laodiceam sequuntur : *Diospolis*, *Heraclea*, *Charadrus*, *Posidium*. Strabo p. 751 a borea procedens : Ἐφεξῆς δὲ Ποσείδιον πολίχνη καὶ Ἡράκλεια.. εἶτα Λαοδίκεια. Id. p. 753 : τῇ γὰρ Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολίχνια τὸ δὲ Ποσείδιον καὶ τὸ Ἡράκλειον καὶ τὰ Γάβαλα. || — σταδ. κ'] Secundum hæc Heraclea ponenda foret ad proximam ἄκραν exiguam, *Cap Ziaret*, uti fecit Kiepertus. Id vero admitti nequit. Obstat, quod § 142 Heracleæ mentio ita injicitur, ut locus situs esse debeat in τῇ Πολιᾷ ἄκρᾳ. Hoc enim flagitat series narrationis, quæ alias nulla foret, tum vero inde liquet, quod a Posidio prom. (*Cap Possidi*) ad Heracleam viâ rectâ esse dicuntur stadia 100. Hæc ducunt ad promontorium prope quod hodie est locus *Burge el Kosib;* idque promontorium esse Stadiasmi Πολιὰν ἄκραν rursus probatur mensuris. Nam si sinum Laodicenum emetiaris et hinc usque ad promontorium istud processeris, habebis stadia 180, quot Noster § 139-141 usque ad Πολιὰν ἄκραν computat. Contra viâ rectâ sunt ad stadia 120, ρκ', qui numerus pro κ' nostro loco reponendus. Consentit etiam Ptolemæus, qui Heracleam a Laodicea et Posidio paribus sejungit intervallis. Hinc igitur liquet auctoris nostri sententiam, quam verbis male contractis excerptor obscuravit, ita exponendam esse : Ἀπὸ ἄκρας, ἐφ' ἧς κεῖται Λαοδίκεια πόλις, ἐπ' εὐθείας (vel τὸν ἐπίτομον vel εὐθυδρομοῦντι) στάδιοι ρκ' κάμψαντι δὲ τὸ τῆς Λαοδικείας ἀκρωτήριον λιμήν ἐστι καλούμενος Λευκός, εἰς ὃν στάδιοι λ'. Portus Λευκὸς ad ipsam urbem Laodiceam pertinet, quam olim Λευκὴν ἀκτὴν dictam esse vidimus. Denique Heracleam non fuisse Laodiceæ proximam, inde quoque colligas, quod Plinius intermediam habet *Diospolim*, cui respondere censeo Stadiasmi Πασιερίαν. Nomen nescio an corruptum sit. Fortasse ob fani sanctitatem Πανίερος dicta, vel potius erat : ἐπὶ κώμην [Διὶ] Κασίῳ ἱεράν. Certe Juppiter ibi cultus fuit Ζεὺς Κάσιος. Collocandus locus ad *Cap Ziaret*.

§ 141. Πολιὰν ἄκραν alius nemo memorat.

§ 142. Ποσείδιον] sc. ἀκρωτήριον cum oppido. Nunc *Posseda* locus ad borealem est promontorii partem. V. Strabo, Plin., Ptol., Steph. Byz. s. v., Herodotus III, 91 : ἀπὸ δὲ Ποσειδηΐου πόλιος, τὴν Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιαράου οἴκισε ἐπ' οὔροισι τοῖσι Κιλίκων τε καὶ Σύρων. Dionys. Perieg. 916 : Λαοδίκην.. καὶ Ποσιδήια ἔργα καὶ ἱερὰ τέμπεα Δάφνης.

§ 143. Σιδῶνα] § 144 ἀπὸ Σιδωνίας. Urbs aliunde non nota. Fortasse Sidoniorum coloniam fuisse in tot Phœnicum circa sinum Issicum urbibus (Rhoso, Ægis, Myriandro, Mallo) non adeo improbabile est (V. Movers. l. l. p. 166). Thronos mons est Casii jugi (*Djebel Okrab*) vertex (2000 ped. altit.), juxta mare situs, qui in Berghausii mappa vocatur *Soldin*. An huic nomini cum nomine loci nostri necessitudo est? Distat a Posidio 80 fere stadia, adeo ut pro τ' leg. sit π'.

§ 143. Χαλαδρόπολιν] Leg. videtur Χαραδρόπολιν; nam idem haud dubie est locus quem Plinius *Charadrum* vocat, et inter Heracleam et Posidium collocat. Hanc de situ urbis discrepantiam facillime explicari Gailius censet, si Charandrus fuerit in mediterraneis. Quod ipse quoque sentio, aliis ductus argumentis. Etenim si ad oram collocandus locus, a Sidonia ad Orontem in Stadiasmo colligerentur stadia 135, quum linea recta nonnisi 75-80 sit stadiorum. Deinde in sequentibus memoratur insula, quum in toto hoc tractu nullæ exstant nisi tres illæ quæ sunt juxta Thronum montem, adeo ut pateat decem stadia quæ ad Macram insulam esse dicuntur, a Sidonia, non vero a Charadro computari debere. Unde sequitur peripli auctorem hoc loco, ut passim, mediterraneam urbem memorare, scribam vero § 145 oscitanter pro ἀπὸ Σιδωνίας dedisse ἀπὸ Χαλάδρου. Cf. not. ad § 146. Ceterum ad Charadrum referendus videntur ruinæ quæ sunt in eadem latitudine, in qua Sidonia ponenda est,

145. Ἀπὸ Χαλάδρου ἐπὶ νῆσον καλουμένην Μακρὰν στάδιοι ι'.

146. Ἀπὸ Μακρᾶς νήσου ἐπὶ τὸ Νυμφαῖον στάδιοι ν'. Ὁ δὲ ὅλος περίπλους τραχύς ἐστιν ἀπὸ τοῦ Κασίου. Τοῦτον τὸν τόπον παράπλει ἀπὸ τῆς γῆς σταδίοις κ'.

147. Ἀπὸ Νυμφαίου ἐπὶ πόλιν Ἀντιόχειαν, ἔχουσαν ἐμπόριον καὶ παρ' αὐτὴν ποταμὸν Ὀρόντην καλούμενον, στάδιοι υ'· ἔστι δὲ ὁ ποταμὸς ἀπὸ σταδίων ιε'.

148. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ εἰς Σελεύκειαν στάδιοι μ'. ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου τὸν ἐπίτομον εἰς Σελεύκειαν πεσόντι * ζεφύρῳ στάδιοι ρι'.

149. Ἀπὸ Σελευκείας ἐπὶ τὰ Γεώργια στάδιοι ρμβ'.

150. Ἀπὸ τῶν Γεωργίων ἐπὶ τὸν Ῥωσαῖον κόλπον στάδιοι τ'· ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου ἀκρωτηρίου ἐπὶ τὸν κόλπον οὐριώτατα στάδιοι σ'.

145. A *Sidonia* (ἀπὸ Σιδωνίας) ad insulam quæ Macra seu Longa vocatur, stadia 10.

146. A Macra insula ad Nymphæum stadia 50. Omnis præternavigatio inde a Casio aspera est. Quare hunc tractum præternaviga 20 a continente stadiis.

147. A Nymphæo ad urbem Antiochiam, quæ emporium habet et juxta se Orontem amnem, stadia 400. Fluvius *a Nymphæo* distat stadia 15.

148. Ab *Oronte* fluvio ad Seleuciam stadia 40. A Posidio autem ad Seleuciam cursu compendiario, *flante* zephyro vento, stadia 170 (ρο').

149. A Seleucia ad Georgia stadia 40 (μ'?).

150. A Georgiis ad Rhosium scopulum (σκόπελον) stadia 80 (π'). A Posidio autem promontorio ad *scopulum* navigatione felicissima stadia 270 (σο'). [*A scopulo ad Rhosum urbem stadia* 80].

---

quinquaginta ab ora stadiis, si rectam lineam duxeris, distantes. Alium Χάραδρον videbimus infra.

§ **145.** Μακρὰν] Hæc maxima est e tribus insulis, quæ *Pigeons rocks* (columbarum rupes) vocantur in mappa Chesneyi (*The river Euphrates with the Cilician Taurus and Northern Syria*).

§ **146.** τὸ Νυμφαῖον] τὸν Ν. codex. Memorat Strabo p. 751 : Μετὰ τὴν Σελεύκειαν αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Ὀρόντου, εἶτα τὸ Νυμφαῖον, σπήλαιόν τι ἱερόν. || — τραχύς ἐστι] Ora aspera incipit a *Cap Posidi* desinitque viginti fere stadiis post insulas § 145 memoratas. Igitur hinc quoque colligitur recte nos statuisse ad § 143.

§ **147.** Ὀρόντην] Ὠρέτην cod., em. Gail. || — στάδιοι υ'] Hæc non falsa sunt, ut putabant Gailius et Lapieus. Nam ita Chesneyus in *Journal of the Lond. Roy. Geogr. Soc.* t. VIII, p. 230 : « The windings give a distance of about forty-one miles, whilst the journey by land is only sixteen miles and a half. » Consentit etiam Strabo p. 751 : ἀνάπλους δ' ἐκ θαλάττης ἐστὶν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν αὐθήμερον. || — ἀπὸ σταδ. ιε'] sc. ἀπὸ τοῦ Νυμφαίου, non vero ἀπ' Ἀντιοχείας, cujus urbis pars vel in insula fluvii erat, adeo ut dicere liceret Plinio V, 17 : *Antiochia Oronte amne dividitur.*

§ **148.** σταδ. μ'] Cf. Strabo : πρὸς ᾗ (Σελευκείᾳ) καὶ τὰς ἐκβολὰς ὁ Ὀρόντης ποιεῖται, διέχουσα τῶν μὲν ἐκβολῶν σταδίους μ', τῆς δ' Ἀντιοχείας ρκ'. || — σταδ. ρι'] Debebat. ρο'. || — πεσόντι ζεφύρῳ] *cadente Zephyro,* quod hoc loco nihili est. Conjeceris ἐμπεσόντι vel ἐπιπεσόντι ζ., vel πνέοντι ζεφύρῳ, vel etiam πλέοντι ζεφύρῳ, *ei qui flante Zephyro navigat.* Parum tamen hoc accurate dictum foret, quum rectus cursus ventum postulet quem dicimus *Sud-ouest-quart-sud.* Fortasse igitur legebatur εἰς νότον μεταπεσόντι vel ἐκπεσόντι τι ζεφύρῳ. Ceterum situm Seleuciæ τῆς Πιερίας vel ἐν Πιερίᾳ vel τῆς πρὸς Ἀντιοχείᾳ vel τῆς πρὸς θαλάσσῃ fuse describit Polybius V, 59, ut ceteram testium turbam mittam de urbe notissima. Nihil Noster de egregio Seleuciæ portu; sicuti in seqq. nihil nisi nomina urbium apponuntur. De ruinis præ ceteris vide Chesney in *Journal of the R. Geogr. Soc. t.* VIII, p 230 sqq.

§ **149.** τὰ Γεώργια] Loci aliunde non noti situm definire nescio, quum et numerus ρμβ' et qui sequitur § 151 τ' admitti vix possint. Etenim numerus ρμβ', qui per se suspectus est, oram legentem duceret usque ad initium sinus Issici ; ad hunc vero sinum in sequentibus demum ducimur, adeo ut nostro loco pro ρμβ' fortasse μβ' et § 150 pro τ' scribendum sit π'. Ceterum num in ora hac peraspera locus ab arvis Γεώργια dici potuerit, an corruptum nomen sit, tu videas. Beatissima planities quæ a meridie Seleuciæ ad Orontem tendit, a serie narrationis aliena est.

§ **150.** Ῥωσαῖον κόλπον] ἐπὶ τῶν Ῥωσσαίων κόλπων codex ; em. Gailius. Nescio an potius scribendum sit ἐπὶ τὸν Ῥωσαῖον vel Ῥώσιον σκόπελον. Quamquam enim sinus, quem vulgo Issicum vocamus, a Roso urbe etiam Ῥωσαῖος, Ῥώσιος vel Ῥωσικὸς dici potuit, sicuti ap. Herodotum Myriandicus ab urbe cognomine vocatur : notandum tamen est alibi nusquam eam appellationem reperiri, contra vero (*Ras*) *Khanzir* (i. e. *porci caput*) dici σκόπελον Ῥωσικὸν apud Ptolemæum et Stephanum Byzantium v. Ῥωσός, et ab ipso etiam Nostro memorari § 164, ubi quum codex præbeat : ἀπὸ τοῦ σκοπέλου.. ἐπ' εὐθείας πλέοντι εἰς Ἀντιόχειαν, patet σκόπελον istum esse τὸν Ῥωσικὸν, idque nomen excidisse. Hinc igitur colligas scopulum istum in antecedd. jam fuisse memoratum, ideoque nostro loco reponendum esse. Ceterum ne putes § 149 stadiorum numerum recte habere et ad Rossicum promontorium ducere, hoc autem loco notam distantiæ pertinere ad ipsam urbem Rhosum, iis impedimur, quæ de cursu recto a Posidio promontorio subjiciuntur ; hæc enim aptissime monentur, si de navigatione a promontorio ad promontorium dirigenda sermo est, minus vero, si terminus *ad quem* foret Rhosus urbs in ipso sinu posita. Mentio hujus urbis excidisse potius censenda. Ac lacunæ indicium inest verbis § 151 ἀπὸ Ῥωσοῦ Τερδνίας, quippe quæ in antecedentibus non habent quo referantur. || — ἐπὶ ante τὸν κόλπον excidit in apogr. Iriart. || — οὐριώτατα] sic solet Noster ; οὐριώτατον codex ; possis : [τὸν] οὐριώτατον sc. πλοῦν. || — στάδιοι σ'] Debebat σο'.

151. Ἀπὸ Ῥωσοῦ Τερδνίας εἰς πόλιν Μυρίανδρον στάδιοι ϟ'.

152. Ἀπὸ τοῦ Μυριάνδρου εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατ' Ἰσσὸν στάδιοι ρκ'.

153. Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς τὰς Κιλικίας πύλας στάδιοι σ'.

Ὁμοῦ οἱ πάντες ἀπὸ Πάλτου ἕως τῶν Κιλικίων πυλῶν στάδιοι ,βϡ'.

151. A Rhoso Terdniæ (?) ad Myriandrum urbem stadia 90.

152. A Myriandro ad Alexandriam ad Issum stadia 80 (π').

153. Ab Alexandria ad Portas Ciliciæ stadia 45 (με').

Simul omnia a Palto usque ad Portas Ciliciæ stadia 1100 (,αρ').

---

§ 151. Ῥωσοῦ] Ῥώσσου codex. Fluctuant libri inter Ῥωσὸς, Ῥῶσος, Ῥῶσσος. In numis : Ῥωσέων. Accentum Ῥωσός firmat Herodianus De sol. dictione p. 38, 27. Nomen derivare a phœnicio *ros*, i. e. promontorium, censet Movers l. l. p. 167, addens Phœnicum coloniam prodi etiam cultu Cabirorum, quem numi Rhosiorum testantur. || — Τερδνίας] sic codex ; quid sit vel quid lateat, ignoro. Πιερίας vix recte conjecit Gailius. An Τερανίας vel Ἐρανίας? Erana nomen tanquam principis in Amani montibus urbis legitur apud Ciceronem Ad famil. XV, 4. Ceterum de Rhoso vid. Mela I, 12, Plinius V, 18 § 79 : *Oppida Rhosos et a tergo portæ quæ Syriæ appellantur* (*passe de Beylan* hodie), *intervallo Rhosiorum montis et Tauri* (Cf. Aristot. De vent. p. 973, 17 : Τῶν Συρίων πυλῶν, ἃς διέστακεν ὅ τε Ταῦρος καὶ τὰ Ῥώσια ὄρη); *in ora oppidum Myriandrus*. Strabo p. 751 : ἡ Ῥωσὸς μεταξὺ Ἰσσοῦ καὶ Σελευκείας ἱδρυμένη. Stephan. Byz. : Ῥωσός, πόλις Κιλικίας· τὸ ἐθνικὸν Ῥώσιος· ἀλλὰ καὶ Ῥωσεύς..., καὶ τὸ κτητικὸν Ῥωσικός · « Ῥωσικὸς σκόπελος ». Polyænus IV, 6, 9 memorat Ῥώσιον λιμένα et in propinquo verticem quendam Ὀρθιόμαγον (Ὀρθιόπαγον em. editt.) dictum. Theodoretus Philoth. c. 10 : Ῥωσὸς ἐστὶ Κίλισσα πόλις, ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὸν Κιλίκιον κόλπον. Theopompus ap. Athenæum p. 586 C et 595 C narrat Harpalum Glyceræ statuam æneam posuisse in Ῥωσῷ Syriæ urbe. Malala p. 198 : Ηὗρεν ὁ Σελευκὸς ἐν Ῥωσῷ κρυπτομένην (τὴν Στρατονίκην) μετὰ Δημητρίου τοῦ πατρὸς αὐτῆς. Τὴν δὲ Ῥωσὸν πόλιν ἔκτισε Κίλιξ υἱὸς τοῦ Ἀγήνορος. Idem p. 297 : Καὶ τὴν Κιλικίαν παρέλαβε (Sapor sub Valeriano imp.), καύσας Ἀλεξάνδρειαν τὴν μικρὰν καὶ Ῥωσὸν (Ῥωσσὸν cod.) καὶ Ἀνάζαρβον καὶ Αἰγὰς καὶ Νικόπολιν. Rhosum cum hodierno *Arsus* componendum esse recte censent plurimi. Nam ad hunc fere locum ducunt distantiæ Stadiasmi, si ab Alexandria ad Issum computaveris. Ptolemæus Rhosum urbem tertia gradus longitudinis parte sive 120 fere stadiis a scopulo Rhosico disjungit; quod paullo nimium est intervallum. Multo pejores distantias præbet Tab. Peutingeriana. De hodierno *Arsus* ita Chesney *Expedition* I, p. 410 : « At nine miles from the extremity of the gulf the village of Arsus marks the site of ancient Rhosus; it contains about 50 mud houses built along the banks of a small river amidst the remains of walls, arches and a Corinthian temple. » || — στάδ. ϟ'] sic codex; στ. ς' Iriart. || — Μυρίανδρον] Μυριάνδριον, sed mox Μυριάνδρου codex. V. Herodot. IV, 38; Xenophon Anab. I, 4, 6; Scylax p. 77; Mela I, 12; Plinius II, 112. V, 18; Strabo p. 465; Arrian. Anab. II, 6, 2; Ptol. Hoc emporium quinque parasangis a Pylis Syriæ et Ciliciæ (*Sakal Tutan*) distabat, teste Xenophonte. Ruinæ non supersunt.

§ 152. κατ' Ἰσσὸν] κατισίου codex ; em. Gail. e numis, Ptolemæo, Tab. Peut., Geogr. Rav. In Itin. Hieros. p. 583 vocatur *Alexandria Scabiosa* (sicut ap. Ptolem. V, 14 memoratur Σκαβίωσα Λαοδίκεια), quod cognomen in hanc regionem ob aërem male sanum apprime quadrat. Chesney. l. l. I, p. 409 : « Five miles southward is the pass of *Sukal-tutan*, and at nearly the same distance onward the fine bay and anchorage of Iskenderun, with an open but convenient landing place on a bold beach; but in consequence of the accumulation of the sand by which the mouths of the streams descending from this part of the Amanus are choked, a *pestilential* swamp extends from the very edge of the sea, almost to the foot of the mountain. » Corrupte Chron. Paschal. p. 321 : Ἀλεξάνδρειαν τὴν Καβίωσον; Exc. Barbar. p. 73 : *Alexandria quæ Cabiosum*; Pseudocallisthenes p. 151 : Ἀλεξάνδρειαν τὴν εἰς κράτιστον. Apud Julium Valerium in versione Callisthenis vocatur *Alexandria montuosa*, ac ἐπὶ λόφου sitam esse testatur Herodianus III, 4. Quare Vossius in Itin. pro *Scabiosa* legi voluit *Scabrosa*, quod non debebat probare Droysenius *Hellenism.* I, p. 597. Apud Malalam p. 297 et in Concilio Niceno urbs appellatur Ἀλεξάνδρεια ἡ μικρά, *Alexandria minor*. Præterea cf. Strabo p. 676, Plinius V, 22, § 91, Stephan. Byz. : Ἀλεξάνδρεια.. ὀγδόη τῆς Κιλικίας. Scymnus Chius : Ἀλεξάνδρου πόλιν τῷ Μακεδόνι κτισθεῖσαν. In Alexandri M. rerum scriptoribus nulla ejus mentio fit. Ruinæ veteris urbis perexiguæ. V. Niebuhr *Reisebeschreibung* III, p. 19. *Journal of the Lond. geogr. soc.* X, p. 511. || — στάδ. ρκ'.] Id verum esse nequit. A loco, qui sec. Stadiasmum assignandus Myriandro est, usque ad *Iskenderun* 70 fere sunt stadia.

§ 153. Κιλικίας πύλας] Angustiæ hæ ap. Xenophontem Anab. I, 4, 4 vocantur πύλαι τῆς Κιλικίας καὶ τῆς Συρίας; ap. Callisthenem in Polyb. III, 19 : αἱ λεγόμεναι ἐν τῇ Κιλικίᾳ πύλαι; ap. Ptolemæum : Σύριαι πύλαι; ap. Arrian. II, 5, 1 : πύλαι αἳ δὴ ὁρίζουσι τὴν Κιλίκων τε καὶ Ἀσσυρίων χώραν. Cf. idem II, 8, 1. Curtius III, 8 *angustias* dicit. Luculentissime locum describit Xenophon l. l. : Ἦσαν δὲ ταῦτα δύο τείχη... Διὰ μέσου δὲ ῥεῖ τούτων ποταμὸς Κάρσος ὄνομα, εὖρος πλέθρου. Ἅπαν δὲ τὸ μέσον τῶν τειχῶν ἦσαν στάδιοι τρεῖς· καὶ παρελθεῖν οὐκ ἦν βίᾳ· ἦν γὰρ ἡ πάροδος στενὴ καὶ τὰ τείχη, εἰς τὴν θάλατταν καθήκοντα, ὕπερθεν δ' ἦσαν πέτραι ἠλίβατοι· ἐπὶ δὲ τοῖς τείχεσιν ἀμφοτέροις ἐφειστήκεσαν πύλαι. Cf. Dio. Cass. XXXXVIII, 41 : Τοῦτο δὲ τὸ ὄρος (Amanus) ἔν τε τῇ μεθορίᾳ τῆς τε Κιλικίας καὶ τῆς Συρίας ἐστί,

ΛΟΙΠΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑ.

154. Ἀπὸ τῶν Κιλικίων πυλῶν εἰς τὸ Ἱερὸν στάδιοι ρκ'· [ἀπὸ] τούτου ἐστὶν ὑπερβῆναι εἰς (τὸν τόπον) εἰς [Νικό]πολιν.

SEQUITUR CILICIA.

154. A Portis Ciliciæ usque ad Fanum stadia 120. Ab hoc loco transgredi licet [Nico]polin.

καὶ στενοπορίαν δή τινα τοσαύτην ἔχει, ὥστε καὶ πύλας ποτὲ ἐν αὐτῇ μετὰ τείχους ἐνοικοδομηθῆναι, καὶ τὸ χωρίον ἀπ' αὐτῶν ἐπονομασθῆναι. Muros illos sæpius haud dubie destructos et restauratos, quorumque rudera etiam nunc videre est, ita describit Willebrand ab Oldenburg Itin. terræ sanct. ap. Leon. Symmict. p. 135 : « *Venimus ad portellam, hoc est casale bonum, prope se habens portam, a qua ipsum cognominatur. Hæc sola sita est in strata publica in ripa maris, et est ornatissima, albo et valde polito marmore composita, in cujus summitate, ut dicitur, ossa Alexandri requiescunt, qui illic se, ut volunt, poni mandavit, ut reges vel principes, per illum portam transeuntes, eum etiam mortuum super sua capita sustinerent, quem aliquando vivum super se sustinuerunt. Hoc casale distat ab Alexandria quatuor milia*. Nunc locus vocatur *passe de Sakal-Tutan*, prope quem fluvius exit *Merkes-Su* (cui in mediterraneis adjacet *Merkes* vicus) vel *Kara-Su*, Carsus Xenophontis. Ab *Iscenderun* distat 40-45 stadia. Consentit Ptolemæus Alexandriam a pylis Syriis duodecima gradus parte sejungens. In Stadiasmo pro C' fuerit [μ]ϵ'. Apud Arrianum II, 8, 2 Alexander πρὸς Μυριάνδρῳ πόλει castra metatus, τῆς νυκτὸς ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πᾶσαν ᾔει, ὡς κατασχεῖν αὖθις τὰς πύλας· ὡς δὲ ἀμφὶ μέσας νύκτας ἐκράτησεν αὖθις τῶν παρόδων, ἀνέπαυε τὴν στρατιάν. || — στάδιοι βφ'] corrupte. Legendum αφ'. :

	Numeri codicis	Numeri emendati	
Paltus prom.			
Paltenorum opp.	30	30	60
Gabala	30	30	60
fluvius navigabilis	40	80	140
Laodiceæ prom.	200	70	210
Leucus portus	30	30	240
Pasieria	30	30	270
Polia acra / Heraclea	120	120	390
Posidium	100	100	490
Sidonia	300	80	570
(Charadrus mediterr. 60)			
Macra ins.	10	10	580
Nymphæum	50	50	630
Orontes	15	15	645
(Antiochia medit.	400)		
Seleucia	40	40	685
Georgia	142	40	725
Rhosius scop.	300	80	805
[*Rhosus urbs*		80]	885
Myriandrus	90	90	975
Alexandria	120	80	1055
Pylæ	200	45	1100
	2307.		

§ 145. Ἱερὸν] Hunc locum hoc certe nomine nemo memorat. Quæ Gailius de eo opinatur, non est quod referam. Lapieus Hierum cum *Merkes* vico, in mediterraneis prope Pylas Cilicias sito, componit, pro σταδ. ρκ' legens στάδιοι κ', et § 155 pro corrupto numero ψ' scribens ο', adeo ut Issus urbs ad hodiernum vicum *Pyat* sita fuerit. Quæ ipsa quoque nihili sunt. Sane quidem quæ Callisthenes et Curtius de prœlio Issico narrant, in ejusmodi sententiam ducere possint, quoniam Alexander a meridie movens contra Darium, prope Pinarum flumen castra metatum, postquam Pylas occupasset, nonnisi 30 vel 40 stadia ab hoste abfuisse videtur. Curtius III, 8 : *Dareum triginta inde* (ab angustiis) *stadia abesse præmissi indicabant. Tunc consistere agmen jubet, armisque ipse sumtis aciem ordinat*. Similiter Callisthenes apud Polybium XII, 19 narrat Alexandrum, ubi primum de Darii adventu edoctus fuerit (id vero in castris prope Myriandrum evenit), ex nuntii sententia nonnisi centum stadia a Darii exercitu abfuisse. His innitentes plurimi Issum circa hodiernum *Baias* vel *Piat* quærunt, et Amanidas pylas, per quas Darius ad Issum et hinc ad Pinarum fluvium descendit, in iis faucibus montanis agnoscere sibi videntur, quibus ab hod. *Baias* ad *Ada-Bouroume* itur (V. quæ congessit Mützell ad Curt. III, 12). At quæ Callisthenes habet de stadiis centum, quæ nuntius declaravit, premi non possunt, quum falsa esse luce clarius sit. Quod autem Curtii triginta ab angustiis stadia attinet, ea non ab ipsis Pylis Syriis (*Sakal-tutan*) computanda sunt, sed ab extremitate angusti tractus inter montes et mare porrecti, quem egressus demum Alexander *aciem explicare* potuit. Id enim et ex ipsis Curtii verbis elicias, et disertius declarat Callisthenes l. l. 20, ubi : Μετὰ δὲ ταῦτά (i. e. μετὰ τὸ εἰς τὰς εὐρυχωρίας ἐκπεσεῖν) φησι μετωπηδὸν ἄγειν τὴν δύναμιν ἀπέχοντα τῶν πολεμίων περὶ τετταράκοντα σταδίους. Porro ut acies eo modo, quo historici narrant, explicari posset, campus prœlii satis longe a Pylis Syriis abesse debebat iis in locis, ubi paullo magis ab ora jugum montanum recedit. Callisthenem vero locorum dimensiones absurdum in modum contraxisse fuse docet Polybius, judex harum rerum peritissimus. Huc accedit quod quæ de Pinaro fluvio inter abruptas ripas rapide defluente tradunt Alexandri rerum scriptores, aptissime referuntur ad hodiernum *Deli Tchai* (inter hujus tractus fluviolos unum insigniorem), uti statuerunt novissimi harum regionum exploratores, Ainsworth et Chesney, nec non in mappis suis Kiepertus. Issus autem a borea erat Pinari fluvii; et Amanides pylæ, per quas ad Issum Darius devenit, ad eum pertinent Amani montis transitum qui a *Deli-Tchai* est boream et orientem versus. Hæc fere præmonenda erant antequam ad nostrum locum accederemus. — Stadia 120, quæ a Pylis Ciliciæ Stadiasmus usque ad Hierum computat, ducunt ad ostia *Deli-Tchai* sive Pinari fluvii. Proclivis igitur conjectura est Ἱερὸν istud pertinere ad *aras Alexan-*

155. Ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ εἰς πόλιν Ἰσσὸν στάδιοι ψ'.

156. Ἀπὸ Ἰσσοῦ εἰς τὰς Ἀμανικὰς πύλας ἐν τῷ κοιλοτάτῳ τοῦ κόλπου στάδιοι ς'.

155. A Fano ad Issum urbem stadia 30 (λ').

156. Ab Isso ad Amanicas portas in intimo sinus *Issici* recessu stadia 90 (ϥ').

---

dri, quarum meminit Curtius III, 12 : *Tribus aris in ripa Pinari positis amnis, Jovi atque Herculi Minervæque sacratis, Syriam petiit*. Cf. Cicero ad Famil. XV, 4 : *Castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum*. Idem ad Att. V, 20 : *Castra paucos dies habuimus ea ipsa, quæ contra Darium habuerat apud Issum Alexander*. Deinde in codice legitur : τοῦτο ἐστὶν ὑπερβῆναι εἰς τόπον εἰς πόλιν. Luxata ita composui, ut ab Hiero iretur ad Nicopolim. Ceterum pro ὑπερβῆναι velim ἀναβῆναι. Etenim viginti fere ab ostiis Pinari fluvii stadiis ruinæ sunt ad fluvium qui a meridie in *Deli-Tchai* incidit prope vicum *Koi Tchai*. Has ad Issum refert Kiepert, quod fieri nequit; ego Nicopoli vindico, de qua ita Stephanus Byz. : Ἰσσός πόλις μεταξὺ Συρίας καὶ Κιλικίας ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν, ἣ ἐκλήθη διὰ τοῦτο Νικόπολις ἀπ' αὐτοῦ· ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πίναρος ὀνομαζόμενος. At Nicopolim ab Isso distinguit Strabo p. 676, ubi, postquam oræ oppida a Mallo ad Issum recensuit, addit : ἐν αὐτῷ (τῷ Ἰσσικῷ κόλπῳ) δὲ πόλις Ῥωσὸς καὶ Μυρίανδρος καὶ Νικόπολις καὶ Μοψουεστία. Distinguit etiam Ptolemæus, ita tamen ut Nicopolin ab Isso boream versus satis longe removeat, quum nomen et Stephanus suadeant non longe ab Isso ad Pinarum fluvium quærendam esse.

§ 155. Ἰσσὸν] Ἀμινσὸν et § 156 Ἀμινσοῦ codex; em. Gail. Maritimam fuisse urbem testatur Xenophon Anab. I, 2, 24 et I, 4, 1 :... εἰς Ἰσσοὺς, τῆς Κιλικίας ἐσχάτην πόλιν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ κειμένην μεγάλην καὶ εὐδαίμονα.. αἱ νῆες ὥρμουν παρὰ τὴν Κύρου σκηνήν. Strabo p. 676 : Μετὰ δὲ Αἰγαίας Ἰσσὸς πολίχνιον ὕφορμον ἔχουσα, καὶ ποταμὸς Πίναρος. Diodorus πόλιν ἀξιόλογον dicit. Mela I, 13 : *In recessu intimo locus est magni aliquando discriminis. Nunc ne minima quidem, tunc ingens urbs Issus fuit*. Ex Alexandri scriptoribus (Arrian. II, 7, 1. Curtio III, 8) de situ urbis nihil liquet, nisi quod a borea erat Pinari. A Pylis Ciliciæ secundum Xenophontem I, 4, 1 quinque distabat parasangas sive stadia 150. Eandem habebis distantiam in Stadiasmo, si pro corrupto ψ' scripseris λ'. Ac hunc fere numerum postulant quæ sequuntur in Stadiasmo locorum mensuræ. In Itinerario provinc. p. 142 et Hierosolym. p. 581 nulla amplius Issi mentio, sed proximum ab Alexandria oppidum ponitur *Baiæ*, 16 millibus seu 128 stadiis ab Alexandria diremtæ, quarum ruinæ ad hod. *Bajas*, ab *Iskanderoun* linea recta 100 stadia distantes. In Tab. Peuting. Issus ab Alexandria separatur milibus 6; quæ distantia quum admitti nequeat, Mannertus corrigi voluit *mill*. 16, adeo ut Issus et Baiæ unum essent idemque oppidum. Quod ferendum non est. Videtur potius in Tabula inter Alexandriam et Issum Bajarum mentio excidisse, adeo ut Issus a Baiis absit milia 6; quod ad Xenophontis computum prope accederet. Cum his bene quadrat quod in eadem Tab. Peut. Issus a *Catabolo* 5 millibus distat; nam *Catabolum* ex ceteris Itinerarii mensuris ad hodiernum *Karakaja* vel *Tell Arali* referendum est (V. § 157). Apud Ptolemæum ab Alexandria ad Issum linea recta sunt 130 circiter stadia. Nam ita loca ordinantur :

	long.		lat.	
Ἀλεξάνδρεια	69°	30	36°	10'
πύλαι Σύριαι	69°	50'	36°	15'
Ἀμανικαὶ πύλαι	69°	50'	36°	20'
Ἰσσός	69°	20'	36°	25'.

In quibus Amanicæ pylæ dicuntur eæ Amani fauces, quæ sunt e regione *Bajas* vici. Plinius postquam Syriæ oram boream versus ad Myriandrum usque legerat, recenset mediterranea; deinde ad oram revertens V, 22 § 91 : *Sed redeamus*, ait, *ad oram Syriæ. Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, portæ Amani montis* (πύλαι Κιλικίας Stadiasmi), *flumina Androcus, Pinarus, Lycus, oppidum Issus, inde Alexandria (!), flumen Chlorus, oppidum Ægæ liberum, amnis Pyramus, portæ Ciliciæ* (hæ ante Ægas ponendæ erant), *oppidum Mallus*. His non insisto, quum locorum ordo neglectus sit. — Ruinæ Issi non supersunt. Vel Melæ temporibus evanuisse propemodum locus videtur, quem Itineraria prorsus ignorant. Chesneyus aliique nonnulli ad Issum retulerunt ruinas peramplas, quæ supra intimum sinus recessum, 50 ab ora stadia reperiuntur; eas Œnoandæ sive Epiphaniæ vindicandas esse bene vidit Kiepertus.

§ 156. Ἀμανικὰς] Ἀμμωνιακὰς codex; em. Gail. || — ἐν τῷ κοιλοτάτῳ] sic recte codex, cujus ductus non assecutus est Iriarte. || — σταδ. ς'] leg. ϥ', quod fortasse habet etiam codex, quum multis locis ς' pro ϥ' contra libri fidem dederit Iriarte. Linea recta sunt stadia 70. — Ἀμανικαὶ vel Ἀμανίδες πύλαι dici poterat quivis per Amanum transitus, adeo ut e nexu narrationis eruendum sit, quemnam quisque scriptor intelligat. Ab Isso autem 90 stadia in eum desinunt locum, a quo per Amani tractum occidentalem (*Djebel Missis* vel *en Nur*) etiam nunc via patet ad *Missis* (*Mansista* Itin., Mopsuestiam) urbem. Ima montium ibi ad mare prope accedunt, et in litore oppidum erat, quod a pylis Amanicis nomen nactum stationem nautis præbebat. Strabo l. l. : Μετὰ δὲ Μαλλὸν Αἰγαῖαι πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον, εἶτ' Ἀμανίδες πύλαι ὕφορμον ἔχουσαι. Ad eundem locum pertinere videtur quæ in Scylace post Mallum memoratur Ἀδάνη (l. Ἀμανή) ἐμπόριον, siquidem τὰ Ἄδανα urbs mediterranea, si seriem nominum servare velis, intelligi nequit. *Portæ Ciliciæ* locus vocatur ap. Plinium l. l. § 91, at male ponitur inter Pyramum et Mallum. Exstant ruinæ ad hod. *Matach*. — Quod reliquos Amani transitus attinet, memorandus primum qui nunc a *Baylan* vico nomen habet, quod ex græco πύλαι ortum esse videtur, quum tamquam oppidum eas Pylas Syrias recenseat Plinius V, 18 in intervallo Rhosicorum montium et Tauri. Συρίας πύλαι vocantur etiam ap. Pseudo-Aristot. De vent. nom. p. 548. Ibi Cyrus montem trajecit. Descriptionem faucium vide ap. Diodor. XIV, 21. Deinde

167. Ἀπὸ τῶν Πυλῶν εἰς κώμην Ἀλὰς στάδιοι ν'· ἀπὸ τοῦ Μυριάνδρου, οὐριοδρομοῦντος, στάδιοι ρ'.

168. Ἀπὸ τῶν Ἀλῶν εἰς πόλιν Αἰγαίας στάδιοι ρ'· ἀπὸ δὲ τοῦ Μυριάνδρου εἰς Αἰγαίας εὐθυδρομοῦντος ἐπὶ τὸν πόλον νότῳ στάδιοι ρ'.

169. Ἀπὸ Αἰγαιῶν ὁ παράπλους κρημνώδης ἐπὶ κώμην Σερρέτιλλιν σταδίων ρν'. Ἀπὸ δὲ Ῥωσοῦ εὐθυδρομοῦντι ἐπὶ τὴν Σερρέτιλλιν ἐπὶ τὸν πόλον νότῳ στάδιοι σν'. Κατὰ δὲ τὴν Σερρέτιλλιν κώμη ἐπάνω Πύραμος καλεῖται, καὶ ὑπεράνω αὐτοῦ ὄρος καλούμενον Πάριον ἀπὸ σταδίων ξ'.

160. Ἀπὸ τῆς Σερρετίλλεως κώμης ἐπ' ἄκραν Ἰανουαρίαν στάδ. α'.

161. Ἀπὸ τῆς Ἰανουαρίας ἄκρας ἐπὶ τὰς Διδύμους νήσους στάδιοι λ'.

157. Ab *Amanicis* portis ad Alas vicum stadia 50; a Myriandro cursu faustissimo stadia 100.

158. Ab Alis ad Ægæas urbem stadia 100; a Myriandro ad Ægæas cursu recto versus polum borealem austro vento stadia 100.

159. Ab Ægæis navigatio juxta oram abscissam ad vicum Serretillin stadiorum 150. A Rhoso autem cursu recto ad Serretillin versus polum naviganti austro stadia sunt 250. Pone Serretillin vicum (κώμην) in mediterraneis *est fluvius qui* Pyramus vocatur, et supra eum mons Parius dictus intervallo stadiorum 60.

160. A Serretilli vico ad Januarium (?) promontorium stadium unum (?)

161. A Januario promontorio ad Didymos insulas stadia 30.

---

boream versus sequuntur πύλαι Κιλίκιαι, angustus ille inter Amanum et mare transitus, de quo vidimus ad § 153. Tum sunt Ἀμανικαὶ πύλαι Ptolemæi, e regione hodierni vici *Bajas*. Post has boreales illæ, quas trajecit Darius.

§ 157. Κώμην Ἀλάς] κώμην Ἄλλην et § 158 ἀπὸ τῶν Ἄλλων codex. Lapieus et Hoffmannus eum indicari locum putabant, qui vocatur τὰ Καστάβαλα (Ptol., Chrysostom. p. 204, Hierocl. p. 706, Appian. Mithrid. c. 105, Plin. V, 22 § 93), ἡ Κασταβάλη (Malala p. 345), *Castabolum* (Curt. III, 7), *Catabulum* (G. Rav. V, 7), *Catacolon* (id. II, 16), *mansio Catacolo* (Itin. Hieros. p. 580), *Catabolo* (Tab. P. et Itin. prov. 146). Id vero quominus credas, impediunt rationes distantiarum. Nam Castabala quum a Bajis 17 mill. (It. Hier.) vel 16 mill. (It. prov.), ab Ægis 24 mill. (It. prov.), ab Isso 5 mil. (T. P.) distent, sita erant inter Issum et Amanides Stadiasmi pylas, ad hod. *Karakaja* vel *Tell Araki*; nostrum autem oppidum a pylis 50, ab Ægis (*Ajas*) 100 stadia distans, in eo sinus loco collocandum, ubi ora monte rotundo (*round hill* Chesney) et fluvii ostio distinguitur. Nomen ejus accivi e Stephano Byz., qui: Ἀλαί, inquit, καὶ τῆς Κιλικίας πόλις, πληθυντικῶς λεγομένη· ἀπὸ δὲ τούτου Ἀλήιον πέδιον. Plinius quoque inter Ciliciæ oppida nullo certo ordine tradita habet *Alen*. De Aleio campo quod inde a Saro orientem versus patebat, v. Strabo p. 555. 676, Arrian. Exp. II, 5, 8, Homer. Il. 6, 201, Herodot. VI, 95. Fragm. Hist. t. III, p. 303 et 236.

§ 158. Αἰγαίας] Nunc *Ajas*. Αἰγαῖαι πολίχνιον Strabo p. 676; Αἴγεαι, *Ægeæ* Dio. Cass. XLVII, 30. Tacit. Ann. XIII, 8, Hierocles p. 705, S. Basilius Ep. 244; Αἰγαῖα Constantin. Porph. Them. 13, in Synodo Mopsuest. inter Concilii Constantinop. Decreta II, p. 118; *Ægea* in Actis S. Claudii c. 1; Αἰγαί, *Ægæ*, Plinius, Aristot. De vent. p. 133, Steph. s. v., Basilius Seleucensis in Vit. Theclæ l. II, p. 130 et in Actis S. Zenobii ap. Lambec. Bibl. Cæsar. l. VIII, p. 256, ubi hæc: Αἰγαὶ πόλις ἐστὶν ἐπὶ κόλπῳ μὲν Ἰονίῳ (Ἰσσικῷ em. Wesselg.), ὑπὸ Κιλίκων δὲ οἰκουμένη, ἧς τὸ μὲν πρὸς ἤπειρον οὐ πολὺ, πλατεῖαν [δὲ] καὶ ἱκανῶς εἰς μῆκος διήκουσαν ὁ τῆς γείτονος θαλάσσης ὅρμος ἐκδέχεται. In Itin. prov. p. 145: *Ægeas*; Geogr. Rav. II, 16 *Ægis*; Tab. Peut. corrupte *Aregea*, quod nescio an ex *Ale*, *Ægea* male conflatum sit. In Geogr. Rav. V, 7 pro *Aregea* habes: *Hire*, *Ægis*. In numis est Αἰγέων. V. Eckhel. D. N. I, 3 p. 35. Cf. Beaufort *Carmania* p. 299. || — ἐπὶ τὸν πόλον νότῳ] ἐπὶ τοῦ πολοῦ νότου codex h. l. et § 159. Possis sane etiam ἐπὶ πόλου, at Noster ubique accusativum usurpat. De πόλῳ, stella in polo boreali sita, cf. Eratosth. Cataster. c. 2. Vitruv. IX, 6: *stella quæ dicitur polus*. Habet tamen insoliti quiddam hæc loquendi ratio, ut nesciam an pro πολοῦ fuerit βορροῦ vel βορρᾶ. Pro νότῳ accuratius dicendum erat εὐρονότῳ. || — σταδ. ρ'] deb. σταδ. σ'.

§ 159. Κρημνώδης] sic codex; κρημύωδος Iriart. Sin rem spectas, leg. putabis ἐστὶν ἀμμώδης; nam humilis et ex arenis aggesta ora est; quæ etsi minus fuerit ætate nostri auctoris, nullo tamen tempore κρημνώδης esse ὁ παράπλους esse potuit. || — Σερρέτιλλιν] Σερετίλην et § 160 ἀπὸ τῆς Σερετίλλεως codex. Σερρέπολις Ptolemæus, ubi fort. Σερρετίλλις reponendum. Aliunde de pago non constat. || — Ῥώσσου et ἐπὶ τοῦ πολοῦ νότου codex. || — κατὰ δὲ] sic cod.; κατὰ δὴ Iriart. Deinde num recte Pyramus vicus fluvio cognominis memoretur, licet dubitare. Fuisse suspicor: κατὰ δὲ τὴν Σερρέτιλλιν κώμην [ποταμὸς, ὃς] Πύραμος καλεῖται. In quibus verba ποταμὸς ὃς exciderunt, illata voce ἐπάνω, quæ sic male habet, et ex margine illata fuerit, ubi ad verba κατὰ δὲ τὴν Σ. κ. notata erat altera lectio: ἐπάνω δὲ τῆς Σερετίλλεως κώμης. Deinde pro ὑπεράνω αὐτοῦ velim ὑ. τούτου. || — Πάριον] ad *Djebel Missis* referendum.

§ 160. Ἀπὸ τῆς Σερετίλλεως εἰς κώμην ἐπ' ἄκραν codex. || — Ἰανουαρίαν] Nomen suspectum. Numerus α' vix recte habet, quum minimam talem distantiam notari veri dissimile sit. Attamen si ad Mallum pertinent ruinæ, quæ non ita longe distant a *Karadach* promontorio, a et loco Seretilli assignando circa 140 stadia absunt, recte habere numeros stadiasmi putaveris; nam a Seretilli ad Mallum computantur stadia 1 + 30 + 100 = 131. Statuendum igitur foret et Januariam istam acram et Didymos insulas jam non amplius apparere in litore alluvionibus magnopere mutato. Nihilominus acquiescere his noluerim. Etenim quum promontorium in hoc tractu maxime insigne sit hodie

162. Ἀπὸ τῶν Διδύμων νήσων εἰς πόλιν καλουμένην Μαλλὸν στάδιοι ρ΄.

163. Ἀπὸ Μαλλοῦ εἰς Ἀντιόχειαν ἐπὶ Πυράμου ποταμοῦ στάδιοι ρν΄.

164. Ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ τὴν Ἰωνίαν, ἣν νῦν Κεφαλὴν καλοῦσι, στάδιοι ο΄. Παρὰ τὸ ἀκρωτήριον ποταμός ἐστι πλωτός, [ὅς] Πύραμος καλεῖται.

162. A Didymis insulis ad urbem Mallum nomine stadia 100.

163. A Mallo ad Antiochiam juxta Pyramum fluvium stadia 150.

164. Ab Antiochia ad Ioniam quam nunc Cephalen vocant, stadia 70. Juxta id promontorium fluvius est navigabilis, qui vocatur Pyramus.

---

num *Karadach-Bouroun*, quod claudit sinum Issicum, ab hoc vero triginta fere stadiis boream versus exstent duæ insulæ exiguæ : proclivis est conjectura hoc promontorium et has insulas in Stadiasmo notari corruptis notis distantiarum, ac primum quidem nos deduci ad promontorium, deinde insularum mentionem contra ordinem parapli quasi ἐν παρέργῳ adjici. Ad promontorium illud ponenda est alta Megarsus vel Magarsos (cf. not. seq.) cum Minervæ templo. Ac fortasse verba ἄκραν ΙΑΝΟΥΑΡΙΑΝ corrupta sunt ex ἄκραν ΜΕΓΑΡΣΙΑΝ ; sin genuinum nomen est Romanorum temporibus Jani templum in Minervæ fanum successisse putaveris.

162. Μαλλόν] De hac urbe ita Scylax p. 77 : ποταμὸς Πύραμος καὶ πόλις Μαλλὸς εἰς ἣν ὁ ἀνάπλους κατὰ τὸν ποταμόν. Mela I, 13 : *Pyramus.. Mallon præterfluit.* Strabo p. 675 ab occasu procedens : Πύραμος.... πλησίον δὲ καὶ Μαλλός.. Οἱ τάφοι (Mopsi et Amphilochi conditorum) περὶ Μάγαρσα τοῦ Πυράμου πλησίον. Curtius III, 7 : (Alexander Tarso profectus) *Pyramo amne ponte juncto ad Mallum pervenit.* Arrian. II, 5, 8 : Ἐς Μάγαρσον ἧκε καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Μεγαρσίδι ἔθυσεν· ἐντεῦθεν δὲ ἐς Μαλλὸν ἀφίκετο. Stephanus : Μάγαρσος, μέγιστος ὄχθος ἐν τῇ Κιλικίᾳ πρὸς τῇ Μαλλῷ.. καὶ Μεγαρσία Ἀθηνᾶ ἐκεῖ ἵδρυται. Lycophron. 439 : αἰπὺς Μέγαρσος, Plinius V, 22 § 91 : *oppida Mallus, Magarsus.* Ptolemæus : Μαλλὸς 68° 30, long. Πυράμου ἐκβολαί 68° 15'. Σάρου ἐκβολαί 68°. — Hinc colligis Mallum ab orientale fluvii latere, non tamen ad ipsam fluminis ripam fuisse positam. Accuratiora desiderantur. Vulgo ad Mallum referunt ruinas quæ non longe a *Karadach Bouroun* exstant; atque quum prope hunc locum lacus in mare exeat, id vetus esse Pyrami ostium statuunt. Quod si recte fit, falsæ sunt distantiæ quas habet Stadiasmus tum hoc loco tum in seqq. Illud quoque miraris, nihil nostro loco de Pyramo notari, sed. § 163 Antiochiam ad Pyramum laudari, § 164 demum disertiorem fluvii mentionem injici. Quapropter suspicari possis turbatam esse peripli narrationem et ex compluribus fontibus male conflatam, nec diversam esse Mallum ab. Antiochia ἐπὶ Πυράμου (quod nomen certo quodam tempore Mallo fuerit), nec Ἰανουαρίαν ἄκραν differre ab Ἰωνίᾳ ἄκρᾳ, et diaplum § 164 ab scopulo Rossico dirigi ad promontorium quod ab occasu sinum Issicum claudit, eumque diaplum præ ceteris fuisse notandum. Sed ne quid confidentius asseveremus, manca nostra horum locorum cognitione impedimur. Deinde vero bene tenendum est, numeros Stadiasmi ita comparatos esse, ut in oram quæ est a Didymis insulis usque ad Sarum fluvium, quadrent optime, modo ne de situ Malli urbis quidquam præjudicaveris. Etenim si a Didymis insulis usque ad Mallum sunt stadia 100, sequitur Mallum 70 fere stadia a promontorio *Karadach* remotam fuisse, quæ adverso Pyramo fluvio enaviganda erant. A Mallo autem in hoc loco ponenda usque ad Sarum fluvium in Chesneyi mappa quum sint 330 fere stadia, optime quadrat Stadiasmi computus, quo colliguntur stadia 340 (150 + 70 + 120). Porro a scopulo Rhosico usque ad eum locum, quo ex Stadiasmo Antiochia ad Pyramum collocanda, diaplus est 350 stadiorum, ac totidem habes in Stadiasmo § 164. Hæc igitur quum bene concinant, statuendum foret tribus saltem ostiis Pyramum in mare exiissé, uno non longe a Mallo urbe, altero ad Antiochiam, tertio ad Cephalen; in periplo autem nonnisi tertii ostii expressam fieri mentionem, propterea quod in his fonte utebatur, qui non ab oriente ad occasum, sed inversa via procedebat, Pyramique mentionem injecit eo loco, ubi primum fluvii ostium occurreret. Ejus enim rei satis manifestum indicium inest § 164, ubi Noster inattentior scribit πρὸς ἀνατολὰς cursum dirigi, qui erat πρὸς ἑσπέραν.

§ 163. Ἀντιόχειαν ἐπὶ Πυράμου] Memorat Antiochiam τὴν ἐπὶ Πυράμου Stephanus Byz., alius nemo. Mediterraneam urbem inter Mallum et Mopsuestiam sitam significari nonnulli putarunt. Cui sententiæ ex Stadiasmo, ex quo tota hæc quæstio pendet, probabilitas adstrui nequit. Nam mensuræ ita comparatæ sunt, ut juxta oram procedendum sit. Præterea quum διάπλους a Rhosico scopulo ad Antiochiam tradatur, eo ipso maritima urbs indicatur; nam ad mediterranea διάπλοι non solent pertinere. Huc accedit, quod sic urbem nanciscor, ad quam referri possit numus Ciliciæ Ἀντιοχέων τῆς παραλίας (ap. Mionnet *Supplem.* VII, p, 195). Ubi ostium Pyrami, cui Antiochia adjacebat, ponendum, nunc lacus juxta litus extenditur. Quodsi hodie ostia illa non amplius exstant, id ex indole fluvii facile explicatur. Nilo Pyramus comparatur ap. Strabonem p. 53, de eoque ferebatur oraculum : Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος εὐρυοδίνης ἠιόνα προχέων ἱερὴν ἐς Κύπρον ἵκηται. Ceterum quum in mediterraneis vetus alveus exstet, quo olim Sarus cum Pyramo conjungebatur, et quum plures Sari ostia veteres distinxisse arguant *Capita Sari* apud Livium XXXIII, 41 (*Inde profectum eum ad Capita, quæ vocant, Sari fluminis fœda tempestas oborta prope cum omni classe demersit*) : fortasse ab Antiochia τῆς παραλίας et τῆς Πυράμου non diversa est Ἀντιόχεια ἡ πρὸς τῷ Σάρῳ, quam novimus e numo Antiochi Epiphanis (Eckhel t. 3 p. 46. Cf. Droysen *Hellenism.* II, p. 681).

§ 164. κεφαλὴν] κέφαλον, sed § 166 ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, codex. Nomen Ἰωνίαν corruptum esse censet Gailius, ἐπὶ τὴν γωνίαν (« *ad angulum, qui nunc Cephale vocatur*) scribendum conjiciens. Nihil ego in re

Ἀπὸ τοῦ [Ῥωσαίου] σκοπέλου δὲ μὴ κατακολπίζοντι, ἀλλ' ἐπ' εὐθείας πλέοντι εἰς Ἀντιόχειαν ἐπὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν [τῆς ἄρκτου μέρη] νότῳ, [κατὰ] τὰ εὐώνυμα τῆς ἠπείρου μακρὸν διαφαλλομένῳ, στάδιοι τν'.

165. Ἀπὸ τοῦ Πυράμου ποταμοῦ εὐθυδρομοῦντι εἰς Σόλους ἐπὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν μέρη τῆς ἄρκτου [ἀπηλιώτῃ] νότου μικρόν[τι] παρέλκοντι στάδιοι φ'.

166. Ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ Πυράμου ἐπὶ τὸν ποταμὸν Σάρον στάδιοι ρκ'.

167. Ἀπὸ Σάρου ποταμοῦ ἐπὶ [τὸ] στόμα τῆς λίμνης, ὃ καλεῖται Ῥηγμοὶ, στάδιοι σ'.

168. Ἀπὸ Ῥηγμῶν εἰς Ταρσὸν στάδιοι ο'. Ῥέει διὰ μέσης τῆς πόλεως ποταμὸς Κύδνος.

169. Ἀπὸ Ῥηγμῶν ἐπὶ χωρίον Ζεφύριον στάδιοι ρκ'.

170. [Ἀπὸ Ζεφυρίου εἰς Σόλους στάδιοι ν'].

171. Ἀπὸ δὲ Σόλων ἐπὶ κώμην Καλανθίαν στάδιοι ν'.

A *Rhosico* scopulo, non intranti sinum, sed recte naviganti ad Antiochiam versus borealis plagæ partem occidentalem austro vento, versus sinistram a continente longe recedenti, stadia 350.

165. A Pyramo fluvio cursu recto ad Solos versus plagæ borealis partes occidentales, subsolano vento austri paullulum assumente, stadia 500.

166. A Cephale Pyrami ad Sarum fluvium stadia 120.

167. A Saro fluvio ad lacus ostium, quod vocatur Rhegmi, stadia 70.

168. A Rhegmis ad Tarsum stadia 70. Mediam urbem perfluit Cydnus fluvius.

169. A Rhegmis ad locum Zephyrium stadia 120.

170. [*A Zephyrio ad Solos stadia* 50.]

171. A Solis ad Calanthiam vicum stadia sunt 150 (ρν').

---

incertissima tentarem, nisi excitaret Stephanus : Πανία, ἐπίνειον Κιλικίας περὶ τὸ Ἀλήιον πεδίον. Hanc planitiem quum jam præternavigemus, Ἰωνίαν ortum dixerim ex Πανίαν. Stadia 70 in locum ducunt, ubi nunc litus arenosum in mare procurrit. Id igitur fuerit τὸ ἀκρωτήριον, olim fortasse magis conspicuum. Mox supplevi Ῥωσαίου, qua forma noster utitur § 150, quum rectius diceres Ῥωσικοῦ vel Ῥωσίου. ‖ — ἐπὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν κτλ.] ἔπειτα πρὸς ἀνατολὴν τῆς ἠπείρου νότῳ τὰ εὐώνυμα μακρὸν διαφάλλω codex sec. Iriartem; ultimam vocem lectu difficillimam διαραμένῳ esse censet Millerus. Correxi, ut res et verba flagitare videbatur. In mentem etiam venerat : πρὸς ἑσπέραν τῆς ἄρκτου ἀπηλιώτῃ νότου κατὰ τὰ εὐώνυμα μικρόν τι ἐφέλκοντι, collato § 165. Quæ Gailius de hoc loco disserit, non refero.

§ 165. Σώλους cod.; em. Gail. ‖ — τῆς ἄρκτου νότῳ μικρῷ παρέλκας codex. Cursus tantum non rectâ versus occasum tendit. ‖ — στάδιοι φ'] Sic etiam Artemidorus ap. Strabonem. Distantia nimia ponitur. Vel a Malli promontorio nonnisi 400 sunt stadia.

§ 166. Σάρον] Ἄρειον et § 167 Ἀρείου cod. Cf. Strabo p. 534; Ptol. V, 8; Appian. Syr. 4; Livius XXXIII, 41; Plinius V, 22, 92 (ubi unus codex item *Aros* pro *Saros* habet.). Apud Xenophont. Anab. I, 4, 4 Ψάρος. Ap. Ptolem. Σάρος ἢ Σίναρος. In Dionysio Ciliciæ fluvii : Πύραμος, Πίναρος et Κύδνος, ubi Πίναρος fort. non fuerit fluvius sinus Issici, sed Σίναρος (an hoc ortum e Κοίρανος?) ἢ Σάρος Ptolemæi. Stephanus : Σάρος ὁ καὶ Κοίρανος : nimirum שר græce est κοίρανος. Nunc *Seichoun Tchai.*

§ 167. ἐπὶ στόματος λίμνης codex; ἐπὶ στόμα τῆς λ. vel ἕως στόματος λίμνης leg. esse monet Gail. ‖ — Ῥηγμοί] Ῥῆγμα Strabo p. 672 : Μετὰ δὲ τὴν Ἀγχιάλην αἱ τοῦ Κύδνου ἐκβολαὶ κατὰ τὸ Ῥῆγμα καλούμενον· ἔστι δὲ λιμνάζων τόπος, ἔχων καὶ παλαιὰ νεώρια, εἰς ὃν ἐκπίπτει ὁ Κύδνος ὁ διαρρέων μέσην τὴν Ταρσόν... καί ἐστιν ἐπίνειον ἡ λίμνη τῆς Ταρσοῦ. Stephanus : Ῥωγμοί, Κιλικίας ἐπίνειον· τὸ ἐθνικὸν Ῥωγμίτης. Fortasse etiam nostro loco erat Ῥωγμοί. Cf. Steph. Thes. gr. v. Ῥηγμός, Ῥωγμός, Ῥωχμός. Hodie palus evanuit in campum arenosum, Cydnique ostium ob brevia nonnisi parvis navigiis accessum. Edrisi (Clim. IV, p. 5) *Aolas* tamquam portum Tarsi memorat; eundem locum habet Stephanus : Αὐλαί, ἐπίνειον Κιλίκων μεταξὺ Ταρσοῦ καὶ Ἀγχιάλης ‖ — σταδ. ο'] Non quadrat numerus in distantiam qua hodie fluviorum ostia dirimuntur; vix enim 30 stadia intercedunt. At constat hodiernum litus alluvione paullatim esse aggestum, adeo ut nihil impediat, quominus vera Noster tradiderit.

§ 168. σταδ. ο'] Hæc quoque distantia ob causam modo dictam multo major. Ptolemæus Cydni ostium sexta gradus parte magis quam Sari ostium versus boream collocat. Apud Strabonem p. 673 legitur : Ἐντεῦθεν δὲ (a montibus qui sunt a Tarso boream versus) ρκ' εἰσὶν εἰς Ταρσὸν στάδιοι, κἀκεῖθεν οὐ πλείους ε' ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Κύδνου, in quibus numerum ε' non ejecerim cum Cramero, sed in ο' ex Nostro mutaverim. ‖— διὰ μέσης] δὲ μ. codex; em. Gail. Cf. Strabo l. l. et Plin. V, 22, § 92 : *Cydnus Tarsum liberam urbem procul a mari secans.* Nunc *Tersus* ab oriente urbem hodiernam præterfluit.

§ 169. ἀπὸ Ῥηγμῶν] ἀπὸ Ταρσοῦ codex, vitio passim obvio. ‖ — Ζεφύριον] Cf. Scylax. p. 77 : Ζεφύριον πόλις; Strabo p. 672 : Εἶτα (post Solos versus orientem) Ζεφύριον, ὁμώνυμον τῷ πρὸς Καλυκάδνῳ. Plinius V, 22 § 91 : *Thynos, Zephyrium, Anchiale.* Stephan. Byz. : Ἀγχιάλη.. πρὸς τῇ Ταρσῷ καὶ Ζεφυρίῳ. Tab. Peut. Zephyrium a Solis XIII (l. VIII) millibus distare prodit. Cf. G. Rav. V, 17. Ruinæ ad fluvium *Gosel Torrek* ad *Mersin* vicum.

§ 170. Hæc supplevi. Solorum ruinæ ad hod. *Mesetli.*

§ 171. Καλανθία locus aliunde non notus. Mensura ducit ad ruinas, quæ 50-60 stadia a Solis distant. Deinde in periplo nescio an fuerit : [ἀπὸ Καλανθίας εἰς Λάμον κώμην σταδ. ρι'.] Ἀπὸ Λάμου εἰς Ἐλαιοῦντα κτλ. Etenim vitiata esse quæ nunc legimus, inde patet, quod a Solis usque ad Corycum satis recte computantur § 173 stadia 280 (in mappis nostris 260 fere sunt stadia); e singulis autem numeris (50. 100. 20) nonnisi 170 stadia colliguntur : adeo ut aut nostro loco pro ν' esse debeant ρν' vel ρξ', et Καλανθία cum Lamo (cujus ruinæ ad hod. *Lamas*) Strabonis, Ptolemæi et Hieroclis vicinove loco componenda sit, aut inter

172. Ἀπὸ Καλανθίας κώμης εἰς Ἐλαιοῦντα στάδιοι ρ'.

173. Ἀπὸ Ἐλαιούσσης εἰς κώμην καλουμένην Κώρυκον στάδιοι κ'· ἀπὸ δὲ Σόλων εἰς Κώρυκον στάδιοι σπ'· ὑπὲρ ὧν ἀπέχον ἐστὶν ἄντρον Κωρύκιον καλούμενον σταδίους ρ'.

174. Ἀπὸ τοῦ Κωρύκου ἐπὶ λιμένα καλούμενον Καλὸν Κορακήσιον στάδιοι ρκε'.

175. Ἀπὸ τοῦ Κορακησίου ἐστὶν ἡ Ποικίλη πέτρα, ἥτις ἔχει κλίμακα, δι' ἧς ἐστιν ὁδὸς εἰς Σελεύκειαν τὴν ἐπὶ Καλυκάδνου σταδίων ο'.

176. Ἀπὸ τοῦ Κορακησίου ἐπὶ τὸν ποταμὸν Καλυδνὸν στάδιοι μ'.

177. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ ἄκραν ἀμμώδη, στενήν,

172. A Calanthia vico ad Elæuntem (*Elæussam*) stadia 100.

173. Ab Elæussa ad vicum Corycum dictum stadia 20. A Solis vero ad Corycum stadia 280. Supra Corycum Corycium quod vocatur antrum est intervallo stadiorum 100 (*deb.* 20).

174. A Coryco ad Portum quem vocant Pulchrum Coracesium stadia 25 (κε').

175. Pone Coracesium est Pœcile petra, quæ habet climacem seu scalam, per quam itur Seleuciam ad Calycadnum stadiis 70.

176. A Coracesio ad Calydnum *seu Calycadnum* fluvium stadia 40.

177. A *Calycadno* fluvio ad promontorium areno-

Calanthiam et Elæuntem exciderit Lami vel alius loci mentio. Kiepertus Calanthiam refert ad hod. vicum *Erdemlu*, qui a Solis ad 130 stadia distat.

§ 172. Ἐλαιοῦντα] Codex h. l. Ἐλαοῦντα et § 173 ἀπὸ Σελαούσσης (Σεψαούσης male Iriart.), quod corruptum ex ἀπὸ [τῆς] Ἐλαιούσσης : adeo ut duas nominis formas, Ἐλαιοῦς et Ἐλαιοῦσσα Noster miscuisse videatur, quamquam Ἐλαιοῦς forma apud reliquos scriptores non occurrit. Strabo p. 671 : ἡ Ἐλαιοῦσσα νῆσος μετὰ τὴν Κώρυκον προσκειμένη τῇ ἠπείρῳ, ἣν συνῴκισεν Ἀρχέλαος. Cf. idem p. 535. 537. Stephan. Byz. : Ἐλαιοῦσσα, νῆσος Κιλικίας, ἡ νῦν Σεβαστὴ, πρὸς τῇ Κωρύκῳ. Idem : Σεβαστή.. Λέγεται καὶ ἡ πρὸς τῇ Κωρύκῳ χερρόνησος οὕτως. Cf. Oppian. Halieut. III, 209, ubi Ἐλεοῦσσα, Josephus XVI, 4, 6, ubi codd. fluctuant inter αι et ε et σ et σσ. Numi : Ἐλαιοῦσσα. Ptolemæo Σεβαστὴ est locus continentis. Nunc est insula quæ arenarum tænia terræ jungitur. Noster quid voluerit intelligi, non liquet. Fortasse in continente erat ὁ vel ἡ Ἐλαιοῦς locus, eique objecta Ἐλαιοῦσσα insula, in quam cultores traduxit Archelaus. || — σταδ. ρ'] Quodsi hæc a Lamo computanda sunt, justo major numerus, sicuti sequens numerus κ' paullo minor est. Ceterum Gailius in Σεψαούσης (ut perperam dedit Iriarte) Σεβαστῆς nomen latere censuit.

§ 173. Κώρυκον] Nomen supestes in hod. *Korghos*. ὑπὲρ ὧν] Debebat ὑπὲρ ἧς; nisi forte in antecc. auctor præter τὴν κώμην auctor etiam τὴν ἄκραν cognominem memoraverit, et ad has pluralis ὧν referendus sit. || — ἄντρον] ἀκρωτήριον codex; em. Hoffmannus. || — ρ'] debebat κ', ut recte habet Strabo p. 670, ubi vide. Cf. Mela I, 13, ibiq. interpr. Quæ Coryco oppido objecta est insula, castelli ruinas habens, a Strabone vocatur Crambusa, et quod proximum a Coryco versus meridiem sequitur promontorium, Ἀνεμούριον. Cf. St. B. v. Κράμβουσα.

§ 174. Κωρύκου] Κωρυκίου cod. || — Καλὸν Κορακήσιον] καλὸν cognomen an recte habeat, nescio. Fortasse ex dittographia vocis καλούμενον ortum, aut dederat auctor λιμένα καλὸν, καλούμ. Κορακ. Deinde pro Κορακήσιον apud reliquos est Κοράσιον, ut in Actis S Barnabæ (v. not. ad § 183), vel Ψευδοκοράσιον, ut ap. Stephan. Byz. : Ψευδοκοράσιον, αἰγιαλὸς μέγας μεταξὺ Κωρύκου [καὶ] τῆς Σελευκείας τῆς παρ' Ἰσαύροις (quod spectat serioris ævi divisionem). Ἀρτεμίδωρος ἐνάτῳ τῶν Γεωγραφουμένων· « Παραλλάξαντι δὲ ταύτην αἰγιαλὸς ἄλλος ἐκδέχεται σταδίων τριῶν (τριάκοντα ?), μηνοειδὴς καὶ ὕφορμος, καλούμενος Ψευδοκοράσιον. Indicatur sinus semicircularis, cui adjacet *Perchende* locus cum veteri portu et ruinis (v. Beaufort p. 234). Aliud Coracesium (nisi h. l. Κοράσιον scribendum est) habes infra § 207. || — στάδιοι ρκε'] legendum στ. κε'.

§ 175. ἐστὶν ἡ ποικίλη] ἐπὶ τὴν ποικίλην πέτραν codex. Pœcile petra conspici haud dubie poterat ab ora, sed non in ipsa ora sita, verum in via quæ a Coracesio portu per mediterranea montosa ducebat Seleuciam. Urbis ruinæ, ab oriente hodiernæ *Selefka* exstantes, a Coracesio 80 fere stadia absunt. Cf. Strabo : Μετὰ δὲ τὸν Καλύκαδνον ἡ Ποικίλη λεγομένη πέτρα, κλίμακα ἔχουσα λατομητὴν ἐπὶ Σελεύκειαν ἄγουσαν. || — ἐπὶ Καλυκάνδου] ἐπὶ λύκου et § 176 ἐπὶ Καλύδιον. Illud ad formam Καλύκαδνον ducit, hoc ad formam Καλυδνόν, qua utitur Ptolemæus. Cf. Steph. Byz. v. Ὑρία : Σελεύκεια, ἣ παραρρεῖ Καλύκαδνος, ὃν Καλυδνόν (Καλύδιόν codd. Voss.) τινες καλοῦσιν. Noster altero loco alteram usurpasse videtur, ut passim. De Seleucia ad Calycadnum, quæ τραχεῖα vel τραχεῶτις dicta et a quarto seculo Isauriæ adscripta, v. Strabo p. 670; Plinius V, 22, § 93 (*Seleucia supra amnem Calycadnum Tracheotis nomine, a mari relata, ubi Holmia appellabatur*); Steph. Byz. v. Ὑρία. Σελεύκεια. Κράμβουσα. Ψευδοκοράσιον; Ptol.; Cicero ad Att. IV, 18; Zosimus I, 57; Ammian. XIV, 2, 13 sq. XIV, 8, 2; Hierocles p. 708; Malala p. 412; Eutrop. VIII, 2; Theodoret. H. E. II, 26; Constantin. Porphyr. Them. I, 13 p. 35. etc. etc. De ruinis Beaufort p. 234; *Das Ausland* 1848 p. 243.

§ 176. ἀπὸ τοῦ Κορακησίου] ἀπὸ τοῦ κλίμακος codex. Præter fluvium etiam promontorium Calycadnum habes in fœderis tabulis ap. Polyb. XXII, 26, 14 : μήτε πλείτωσαν ἐπὶ τάδε τοῦ Καλυκάδνου ἀκρωτηρίου, et Appian. Syr. 34 : ὅρον μὲν Ἀντιόχῳ εἶναι δύο ἄκρας Καλύκαδνόν τε καὶ Σαρπηδόνιον. Idem, ut puto, prom. Zephyrium appellat Strabo : πλησίον ἐστὶ τοῦ Καλυκάδνου καὶ τὸ Ζεφύριον, καὶ αὕτη ἄκρα. Cf. Geogr. Rav. V, 7 : *Corycus, Seleucia, Zephyrion, Sarpedon*. Ptolemæus denique Zephyrium ponit inter Corycum et Calycadnum.

Σαρπηδονίαν καλουμένην, στάδιοι π'. Ἀπ' αὐτῆς ἀνατείνοντα βράχεα ὡς σταδίους κ'.

178. Ἀπὸ τῆς ἄκρας τῆς Σαρπηδονίας, ἔγγιστα [κειμένης] πρὸς τὴν Κύπρον, εἰς πόλιν Καρπάσειαν οὐριώτατα στάδιοι υ'.

179. Ἀπὸ Σαρπηδονίας ἄκρας εἰς Σελεύκειαν στάδιοι ρκ'.

180. Ὁμοίως καὶ εἰς Ὅλμους στάδιοι ρκ'.

181. Ἀπὸ δὲ τῶν Ὅλμων ἐπ' ἄκραν καὶ κώμην καλουμένην Μύλας στάδιοι μ'.

182. Ἀπὸ τῆς ἄκρας εἰς λιμένα Νησούλιον καὶ ἄκραν ἐπινησίαν στάδιοι ξ'.

183. Ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐπὶ χωρίον Φιλαίαν στάδιοι κ'.

Οἱ πάντες ἀπὸ Μυλαίων εἰς Φιλαίαν τὸν ἐπίτομον στάδιοι φ'.

184. Ἀπὸ τῆς Φιλαίας ἐπὶ νῆσον Πιτυοῦσσαν στάδιοι ρλ'. Ἀπέχει ἡ Πιτυοῦσσα ἀπὸ χερρονήσου τῆς πρὸς τῇ Μύλῃ σταδίους κ'. Ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Πιτυούσσης πρὸς τὴν Ἀφροσιδιάδα στάδιοι με'.

sum et angustum, quod vocant Sarpedonium, stadia 80. Ab eo brevia excurrunt per 20 fere stadia.

178. A Sarpedonio promontorio, quod a Cypro insula proxime abest, ad Carpasiam urbem faustissima navigatione sunt stadia 400.

179. A Sarpedonio promontorio ad Seleuciam stadia 120.

180. *A Seleucia* ad Holmos item sunt stadia 120.

181. Ab Holmis ad promontorium et vicum Mylas, quas vocant, stadia 40.

182. A *Mylarum* promontorio ad portum Nesulium et promontorium prope Nesulium stadia 60.

183. A promontorio ad locum *Palæam* stadia 20. Cuncta a Mylæis ad *Palæam* via compendiaria sunt stadia 50 (ν').

184. A *Palæa* ad insulam Pityussam stadia 30 (λ'). Distat Pityussa a chersoneso Mylense stadia 80 (π'). Ab extremis Pityussæ insulæ ad Aphrodisiadem stadia 45.

---

§ 77. Σαρπηδονίαν] Σαρπεδονίαν Iriart. Σαρπηδὼν ἄκρα Strabo et Ptol.; *Sarpedon prom.* Plin. Cf. Mela I, 13, Geogr. Rav. V, 7, Zenobius Prov. V, 86 (Σαρπηδονία ἀκτή), coll. Steph. Thes. v. Σαρπηδών. Apud Scylacem p. 77 : Σαρπηδὼν πόλις ἔρημος, quam urbem ob posterioris ævi silentium non est cur exstitisse negemus. || — ἀνατείνοντα] ἀνατεινὸν τὰ codd.; em. Gail. Possis etiam ἀνατείνει τά. || — ὡς σταδ. κ'.] Inter ὡς et στάδ. codex habet : ἀπὸ τῆς Σαρπηδονίας. Vel hæc vel verba ἀπ' αὐτῆς ejicienda. Deinde supplevi κειμένης, coll. § 186.

§ 178. εἰς πόλιν Καρπάσια οὐριώτατα codex, ἐ. π. Καρπασίου νεωτάτου apogr. Iriart. Cf. Strabo p. 682 : Κεῖται δὲ ἡ Καρπασία κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδόνα.

§ 179. ρκ'] 90 stadia linea recta. || — § 180. Ὅλμους] εἰς Σώλους et 181 ἀπὸ δὲ τῶν Ὁρμῶν codex; em. Gail. In Plinio l. l. est *Holmoë* (*Horme, Bolme* var. lect.), et paullo post : *Seleucia a mari relata, ubi vocabatur Olmia* (*Hormia* v. l.), ubi *Holmia* scripsit ex Holstenii conjectura Silligius. Cf. Scylax p. 77 et Strabo p. 670 : Ὅλμοι, ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ Σελευκεῖς. Ruinæ prope *Liman* locum, ad quem etiam nunc via ducit a Seleucia. A Sarpedonio prom. Holmi distant circa 70 stad.; nihil tamen h. l. corrigendum esse, suadet verbum ὁμοίως, nisi hoc addidit scriba qui jam reperit mensuram corruptam.

§ 181. Μύλας] Præter Nostrum unus memorat Plinius, qui *Mylen* vocat. Ac in Stadiasmo quoque § 184 : πρὸς τῇ Μύλῃ. In § 183 ἀπὸ Μυλαίων incertum, an ex ἀπὸ Μυλῶν depravatum, an contra morem auctor gentile usurparit. Ceterum pro Μύλας præstat legere Μυλάς, quamquam fluctuant codices in scribendis locis cognominibus Siciliæ et Thessaliæ. Ἄκρα ista ad hod. *Ak liman*. Exstant ruinæ. Quadrat distantia stadiorum 40. Aliæ ruinæ inter *Ak liman* et Holmos mediæ quo sint referendæ quæritur.

§ 182. Νησούλιον] Nomen aliunde non notum, ac suspectum. Conjiceres νησίδιον, νησύδριον et dein ἄκρ. ἐπινησίδιον, modo exstaret ibi insula. Est tamen promontorium ad χερσονήσου formam accedens, prope quod in recessu sunt ruinæ, ad quas linea recta est stadiorum 30; multo longior distantia, si litoris anfractus legeris, adeo ut numerus ξ', etsi justo major, non tamen corruptus esse videatur.

§ 183. Φιλαίαν] Παλαίαν scribendum puto. Etenim Wesselingius ad Itin. p. 708 ex Actis S. Barnabæ t. II, p. 432 affert hæc : ἤλθομεν (tempestate ex alto huc delati) ἐν τῷ Κορασίῳ (cf. § 174), ἐκεῖθεν δὲ ἤλθομεν εἰς Παλαίας τῆς Ἰσαυρίας, κἀκεῖθεν ἐλθόντες ἐν νήσῳ τινὶ Πιτυούσῃ καλουμένῃ· ἐκεῖθεν δὲ παρεπλεύσαμεν τὰς Ἀκονησίας (Ἀφροδισίας??), καὶ ἤλθομεν ἐν πόλει Ἀνεμουρίῳ. Cf. Ammian. Marcell. XIV, 2, 13 : *Locum petivere Paleas* (sic) *nomine, vergentem ad mare, valido muro firmatum, ubi conduntur hucusque commeatus, distribui militibus omne latus Isauriæ defendentibus assueti. Circumstetere igitur hoc munimentum per triduum et trinoctium, et quum neque acclivitas ipsa sine discrimine adiri letali, nec cuniculis quidquam geri posset,... mæsti excedunt.* Quod quidem castellum fortassis illud ipsum erat, quod nunc a ruinis Nesulii orientem et meridiem versus, viginti fere ab ora stadiis, in montis vertice exstat. Portus loci fuerit in recessu qui post Nesulii promontorium proxime sequitur. Pertinetque huc locus Constantini Porph. Them. I, 12 p. 38, ubi : εἶτα Μέλας ὁ ψυχρὸς, εἶτα τῆς Συκῆς πολισμάτιον, εἶτα λιμὴν ὁ καλούμενος Παλαιὸς, εἶτα αὐτὴ ἡ Σελεύκεια. || — εἰς Φιλαίας codex. Iriarte hæc verba omisit. || — σταδ. φ'] Res postulat σταδ. ν'.

§ 184. Πιτυοῦσαν codex. || — ρλ'] leg. λ'. || — σταδ. κ'] corrupte. Fortasse scripsit π'. Juxta oram numeravit stad. 110. Meminit Pityussæ insulæ auctor Actorum S. Barnabæ (v. not. § 183), alius nemo, quantum sciam, nisi fortassis montosam hanc insulam et omnium in Ciliciæ ora maximam notaverit Stephanus : Πέτροσσα, νῆσος Κιλικίας. || — πρὸς τὴν Ἀφροδισιάδα κτλ.] Nominum et intervallorum series in codice ita habet, ut duæ Aphrodisiades distinguendæ esse videantur. Ab extremitate boreali Pityussæ progredien-

185. Ἀπὸ Ἀφροδισιάδος, ἐκ τῶν εὐωνύμων ἔχοντι τὴν Πιτυοῦσσαν, ἐπὶ πύργον κείμενον πρὸς ἄκραν, ἣ προσονομάζεται Ζεφύριον, στάδιοι μʹ· ἀπὸ δὲ τῆς Σαρπηδονίας ἄκρας εἰς Ἀφροδισιάδα ὁ πλοῦς σταδίων ρκʹ.

186. Ἡ δὲ Ἀφροδισιὰς κεῖται ἔγγιστα τῆς Κύπρου πρὸς Ἀχαιῶν ἀκτὴν, [ἐφ' ἣν] κατὰ πρύμναν ἔχοντι τὰ μέρη τῆς ἄρκτου στάδιοι φʹ.

187. Ἀπὸ Ἀφροδισιάδος ἐπὶ χωρίον καλούμενον Κίφισον στάδιοι λεʹ.

188. Ἀπὸ Μέλανος ποταμοῦ ἐπὶ ἄκραν Κραυνοὺς στάδιοι μʹ.

185. Ab Aphrodisiade, Pityussam a sinistris habenti usque ad turrem ad promontorium positam, quod vocatur Zephyrium, stadia 40; a Sarpedonio autem promontorio usque ad Aphrodisiadem navigatio stadiorum 180 (ρπʹ).

186. Aphrodisias proxime abest a Cypri insulæ acte Achæorum, ad quam boreales partes a puppi habenti sunt stadia 500.

187. Ab Aphrodisiade ad locum *et fluvium* Cephisum *vel Melanem* dictum stadia 35.

188. A Melane fluvio ad Craunos (*Crunos?*) promontorium stadia 40.

---

tes 45 stadiorum itinere devenimus fere ad hod. *porto Cavaliere;* hæc igitur foret Aphrodisias nostra. Hinc aliis 40 stadiis deferimur ad Zephyrium promontorium sive *Capo Cavaliere*. Inde iterum 40 stadia sunt ἐπ' ἄκραν καὶ πόλιν Ἀφροδισιάδα, quæ pertinent a *Capo Cavaliere* boream versus, ubi in intimo sinus recessu ad hod. *Popadula* ruinæ Aphrodisiadis urbis supersunt. Ratio hæc per se nihil habet quo offendamur. Fieri enim potuit, ut urbs Aphrodisias, ad occidentale chersonesi latus posita, alterum haberet portum in orientali latere situm, cui et ipsi nomen Aphrodisiadis esset. Porro quum apud Scylacem legatur p. 77 : λιμὴν Ἀφροδίσιος καὶ λιμὴν ἕτερος, verbis λιμὴν ἕτερος alterum Aphrodisiadis portum signari credideris. Est tamen quod dubitationem moveat, ac turbatas in codice Stadiasmi rationes esse suadeat. Etenim si a Pityussæ extremitate (boreali, ut hoc concedam) ad Aphrodisiadem sunt stadia 40, consequitur eum, qui ab Aphrodisiade ad Zephyrium navigaret, insulam istam a tergo habuisse. At Noster dicit § 185 : ἀπὸ Ἀφροδισιάδος ἐκ τῶν εὐωνύμων ἔχοντι τὴν Πιτυοῦσσαν. Deinde quum idem dicat § 185 : ἐπ' ἄκρον καὶ πόλιν Ἀφροσιδιάδα, quæras quænam sit ἄκρα ista. Ad ipsam urbem nulla exstat. Cogitari deberet de exigua litoris eminentia, quæ est media inter urbem et *Capo Cavaliere*, id tamen parum probabile; imo Veneris promontorium de conspicuo *Capo Cavaliere* et Noster intellexerit et Plinius V, 22 : *Promontorium et oppidum Veneris, a quo proxume Cyprus insula*. Denique in verbis πρὸς τὴν Ἀφ. offendit vox πρὸς, quam pro εἰς, ἐπὶ, ἕως Noster non solet usurpare. Quæ quum ita sint, vereor ne perperam duæ Aphrodisiades distinguantur, ac persuasum est turbatam Stadiasmi narrationem in hanc refingendam esse sententiam : § 184. Ἀπέχει ἡ Πιτυοῦσσα ἀπὸ Χερσονήσου τῆς πρὸς τῇ Μύλῃ σταδίους πʹ· ἀπὸ δὲ τῆς ἄκρας τῆς πρὸς τῇ Ἀφροδισιάδι σταδίους μεʹ (vel : ἀπὸ δὲ τῆς Πιτυούσσης ἐπὶ τὴν ἄκραν τὴν πρὸς Ἀφ. στάδιοι μεʹ). — § 185. Ἀπὸ τῆς Πιτυούσσης ἐκ τῶν εὐωνύμων ἔχοντι τὴν νῆσον ἐπὶ πύργον κείμενον πρὸς ἄκρᾳ, ἣ προσονομάζεται Ζεφύριον, στάδιοι μʹ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ζεφυρίου ἐπ' ἄκραν Ἀφροδισιάδα στάδιοι λʹ· ἀπὸ δὲ τῆς ἄκρας ἐπὶ πόλιν Ἀφροδισιάδα στάδιοι μʹ. Initio § 184 scriba ἀπὸ Ἀφροδισιάδος dedit, quod id nomen proxime antecedebat. Quod vitium in codice nostro perfrequens est. Jam igitur dicit auctor boream versus a boreali insulæ extremitate ad Mylarum chersonesum esse stadia 80, meridiem versus a meridionali insulæ extremitate usque ad Aphrodisiadem acram (*C. Cavaliere*) stadia 45. His de situ insulæ præmissis, redit ad parapli narrationem, quæ in extremitate boreali insulæ substiterat: Hinc igitur 40 stadia sunt ad Zephyrium, quod quærendum est in promontorio ad boreale latus portûs *Cavaliere*. Inde ad *Cap Cavaliere* 30, ab eoque ad urbem Aphr. 40 sunt stadia, quæ postrema loca male scriba contraxit verbis : ἐπ' ἄκραν καὶ πόλιν Ἀφρ. σταδ. μʹ.

§ 185. εὐωνύμων] εὐωνύμων ὑμῶν codex; em. Gail. || — Πιτυοῦσαν codex. — De Aphrodisiade urbe præter Scylacem, Plinium, Ptolemæum cf. Livius XXXIII, 20 et Diodor. XIX, 64, 5. || — ὁ πλοῦς στάδιοι ρκʹ] ὁ πλοῦς ἐπὶ τὴν κα.... δέθιν σταδ. ρκʹ codex secundum Iriartem. Millerus l. l. p. 313 de his ita : « Ce passage est presque illisible, tant l'écriture est effacée; je suis cependant parvenu à le déchiffrer et j'ai lu ἐπὶ τὴν κακείνου δύσιν, qui est, sans aucun doute, la véritable leçon. » Quæcunque horum codex habeat, quum sensum non fundant, corrupta sunt. Ac quum in sequentibus (191) manifesta sit lacuna, qua Celenderis mentio perierit : facile patet nostro loco fuisse ἐπὶ τὴν Κελένδεριν, eaque verba, margini adscripta, male huc translata esse. || — σταδ. ρκʹ] debebat ρπʹ. || — Ἀχαιῶν ἀκτὴν κτλ.] πρὸς τὴν Αὐλιῶνα ἀκτὴν κατὰ πρύμναν ἔχουσα πρὸς τὰ μέρη τῆς ἄρκτου codex. Aphrodisiadi objecta est ea Cypri pars, quæ apud Ptolemæum V, 13 p. 362 vocatur Ἀχαιῶν ἀκτή. Cf. Strabo p. 682 : εἶτ' Ἀφροδίσιον..., εἶτ' Ἀχαιῶν (εἶτα χάρων codd.) ἀκτή. Quod fretum inter continentem et Cyprum interjectum αὐλὼν vocabatur, sicuti alia freta similia, ad nos nihil pertinet. || — στ. φʹ] Recte.

§ 187. Κίφισον sic codex; fortasse erat Κηφισόν. Mensura ducit ad fluviolum. Pergit Noster, nulla nominum serie : ἀπὸ Μέλανος ποταμοῦ, ut intermedium locum excidisse putes. At nihil excidisse probant § 189 stadia 120. Porro quum Crauni promontorium et Crambusa insula (*Papadula*) 40 stadia a Melane distent, Melas fluvius eodem in loco ponendus, quo Cephisus erat. Itaque post Κίφισον excidit καὶ Μέλανα ποταμὸν, aut erat : ἐπὶ [χωρίον καὶ ποταμὸν Μέλανα τὸν νῦν] καλούμενον Κηφισόν. Memorat Melanem fluvium Constantin. Porphyr. l. l. V. § 183 not. Kiepertus Melantis nomen ad alium fluvium majorem, qui post 70 stadia sequitur, transtulit.

§ 188. Κραυνούς] Κραύνους, et § 189 Κραυνῶν cod. *Crunis* locum memorat Tab. Peut. et Geogr. Rav.

189. Ἀπὸ τῶν Κραυνῶν ἐπὶ τὰ Πισούργια, εὐώνυμον ἔχοντι τὴν Κράμβουσαν, στάδιοι με'. Ἀπὸ τῆς Ἀφροδισιάδος ἐπὶ τὰ Πισούργια στάδιοι ρκ'.

190. Ἀπὸ τῶν Πισουργίων εἰς κόλπον Βερνίκην στάδιοι ν'.

191. [Ἀπὸ Βερνίκης ἐπὶ Κελένδεριν στάδιοι ν'].

192. Ἀπὸ Κελενδέρεως εἰς Μανδάνην στάδιοι ρ'.

193. Ἀπὸ Μανδάνης ἐπ' ἀκρωτήριον Ποσείδιον καλούμενον στάδιοι ξ'.

194. Ἀπὸ Μανδάνης ἐπὶ τὰ Διονυσοφάνους στάδιοι λ'.

195. Ἀπὸ [τῶν] Διονυσοφάνους εἰς Ῥυγμανοὺς στάδιοι ν'.

189. A Craunis ad Pisurgia, Crambusam insulam a sinistris habenti, stadia 45. Ab Aphrodisiade ad Pisurgia stadia 120.

190. A Pisurgiis ad sinum Berenicæ stadia numerantur 50.

191. [*A Berenice ad Celenderim stadia* 50.]

192. A Celenderi ad Mandanen stadia 100.

193. A Mandane ad Posidium quod vocatur promontorium stadia 60.

194. A Mandane ad locum Dionysophanis stadia 30.

195. A loco Dionysophanis ad Rhygmanos sunt stadia 50.

V, 7: *Sarpedon, Crunis, Celenderis*. Nostro quoque loco fuisse puto Κρουνοὺς (Cf. Κρουνοὶ Pontici ap. Strabon. p. 319 etc.). Promontorium satis conspicuum quomodo nunc appelletur nescio; adjacet insula (*Papadula*), Crambusa Stadiasmi.

189. ἔχοντι] ἔχοντα cod.; em. Gail. || — Πισούργια] an Πισσούργια vel Πισσουργεῖα de picis fontibus fabricisque? Aliunde non notus locus.

§ 190. κόλπον Βερνίκην] fuerit κ. Βερνίκης vel εἰς κόλπον καὶ πόλιν Βερνίκην, quamquam hoc quoque contra usum scriptoris. De forma Βερνίκη cf. § 57. Berenicen Ciliciæ Stephanus loco quinto inter varias Berenicas recenset. Aliunde non nota urbs.

§ 191. Inclusa supplevi. Superstitem hujus loci partem vidimus supra § 186. De Celenderi (hod. *Kilandria* s. *Gulnar.*) v. Scylax p. 76, Apollodor. III, 14, 2, Strabo p. 670 (Κελένδερις πόλις λιμένα ἔχουσα), Mela I, 13 (*Celenderis et Nagidus coloniæ Samiorum*), Plinius V, 22 § 92 (*regio Celenderitis cum oppido*), Hierocles p. 708 (ubi corr. Κελεσδέρη), G. R. V, 7. II, 17.

§ 192. Μανδάνην] Apud Scylacem post Celenderin sequitur Μυοῦς, quod nomen terminatione apud Cares frequentissima est *Myanda* in Plinio l. l.: *In continente oppida Myanda, Coracesium, Anemurium*. Eundem locum corrupto nomine, ut videtur, Stadiasmus tradit. Apud Strabonem p. 670 post Celenderim recensentur: τόπος Μελανία, Ἀρσινόη πρόσορμον ἔχουσα, Νάγιδος πόλις, Ἀνεμούριον, in quibus an Melania ad nostrum locum pertineat, necne, quæritur. Centum stadia ducunt ad ruinas hod. *Aksas*. Viginti fere a Celenderi stadiis alius est ruinarum locus *Souk-Sou*, quem Kiepertus in Tab. XX Græcar. colon. Melaniæ Strabonis vindicat, ego refero ad *Sycas* Geographi Rav. II, 17, ubi nominum series: *Celenderis, Sycæ, Arsinoe, Anemurium*. Cf. Steph. Byz. v. Συκαί et Athenæus p. 78, B, qui Συκέαν Ciliciæ urbem affert. Adde Σύκης πολισμάτιον ap. Constantin. Porphyr. l. l, qui ordinem locorum negligit. Viginti fere post *Aksas* stadiis aliæ occurrunt ruinæ, ad quas Melaniam Strabonis refert Kiepertus in Asiæ minoris mapp. sect. V. Fortasse huc pertinet Σάλον, quod Scylax inter Myuntem et Posidium memorat.

§ 193. σταδ. ξ'] sic codex; σταδ. ζ' male Iriart. Cf. Scylax: πρὸς δὲ τὴν Σητὸν λιμένα Ποσείδιον, ubi Κητὸν λιμένα scribendum proposui, quod confirmatur aliquatenus eo, quod nunc ibi est *Kis-liman*, a quo nomen hodie promontorio inditur.

§ 194. ἀπὸ Μανδάνης] Debebat ἀπὸ Ποσειδίου, nisi fortasse erat: [Ἀπὸ Ποσειδίου εἰς Ἀρσινόην σταδ. λ'.] Ἀπὸ Ἀρσινόης ἐπὶ τὰ Διονυσοφάνους κτλ. Etenim excidisse unius loci mentionem suspicari possis quod summa stadiorum 130, quæ in codice sunt a Posidio ad Anemurium, justo minor est. Arsinoen Ciliciæ, cujus meminerunt Strabo (qui πρόσορμον ei tribuit), Plinius, Ptol., Stephan., Tab. P., Geogr. Rav. etc., vix omiserit auctor, qui in antecc. Berenicen memoravit. Minus huc facit quod ipse Noster infra in Cypri periplo dicit: ἀπὸ Ἀκάμαντος... εἰς Ἀρσινόην τῆς Κιλικίας σταδ. σο', quum pateat ibi Ciliciæ Arsinoen cum Cypria confundi. Ceterum nihil in tam incertis dijudico, quum fieri possit, ut vel hoc loco vel in sqq. distantiæ nota corrupta sit. Ruinæ Arsinoes fere mediæ sunt inter Posidium et *Sigy* fluvium, paucis ab ora sejunctæ stadiis. Gailius nostrum Dionysophanis locum pro Arsinoe memorari censet. || — Διονυσοφάνους] Διονυσιφάνους bis codex; nomen aliunde non notum. Dictus locus fuerit a principe vel duce aliquo, sicuti in Ponto habes τὰ Νεοπτολέμου et in Libyca ora (Stad. § 17) τὰ Καλαμαίου et alia similia. Nomen Διονυσοφάνης exstat ap. Herodot. IX, 58 et fortasse alibi. Sin corruptum n. l. nomen habemus, nescio an huc trahendus sit Plinius, qui inter Ciliciæ fluvios memorat *Diaphanem, Androcum*; pertinerent hi ad sinum Issicum, si ex ordine Plinius nomina recenseret; sed quum seriem tumultuariam exhibeat, atque Androcus mons in proxime sequentibus occurrat (v. not. ad § 199): fieri potest ut Diaphanes fluvius ad nostram regionem pertineat, componendusque sit cum hodierno *Sigy* fluvio, ad quem τὰ Διονυσοφάνους Stadiasmi ponenda sunt, si in metiendis distantiis ab Anemurio promontorio processeris. A fluvio nomen indi potuit adjacenti oppido. Similiter sequens locus a fluvio dictus fuerit.

§ 195. τῶν inserui. || — Ῥυγμανούς] Nomen aliunde non notum. An Ὀρύμαγδοι? Certe mensura distantiæ pertinet ad ruinas in dextra ripa fluvii *Gozulche Tchai*, qui est Ὀρύμαγδος (sic codd. Wilbergi; Ἀρύμαγδος vulgo) Ptolemæi p. 343. Ab oriente fluvii paullo remotiores ab ora maritima exstant ruinæ *Nagidi* urbis, quam memorant Hecatæus, Scylax, Mela,

196. Ἀπὸ Ῥυγμανῶν εἰς Ἀνεμούριον στάδιοι ν'.

197. Ἀπὸ Ἀνεμουρίου ἐπὶ τὰ τῆς Κύπρου ἔγγιστα, ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν, στάδιοι τ'.

198. Ἀπὸ δὲ Ἀνεμουρίου εἰς Πλατανοῦντα στάδιοι τν'.

199. Ἀπὸ Πλατανοῦντος ἐπὶ χωρίον Χάραδρον στάδιοι τν'. Ὑπὲρ δὲ Χαράδρου κεῖται ὄρος μέγα, Ἄνδροκος καλούμενον, ἀπὸ σταδίων λ'.

200. Ἀπὸ τοῦ Χαράδρου ἐπὶ χωρίον Κράγον καλούμενον στάδιοι ρ'.

201. Ἀπὸ τοῦ Κράγου ἐπὶ χωρίον ἐπὶ θαλάσσης Νεφέλιον στάδιοι κε'.

202. Ἀπὸ τοῦ Νεφελίου ἐπὶ ἄκραν νησιάζουσαν στάδιοι π'.

196. A Rhygmanis ad Anemurium stadia 50.

197. Ab Anemurio ad Cypri insulæ proxima sive ad Crommyû promontorium stadia 300.

198. Ab Anemurio ad Platanuntem stadia 80 (π').

199. A Platanunte ad locum Charadrum stadia 80 (π'). Supra Charadrum situs est mons magnus, Androcus dictus, intervallo stadiorum 30.

200. A Charadro ad locum Cragum dictum stadia 70 (ο').

201. A Crago ad locum maritimum Nephelium stadia 25.

202. A Nephelio ad promontorium peninsulare stadia 80.

Strabo, noster vero cum Plinio omittit. Ceterum insulam, quam prope Nagidum exstare Scylax ait, in mappis nostris non invenio.

§ **196.** Ἀνεμούριον promontorium et oppidum (nunc *Anemur*) sæpe a vett. memoratur. V. Scylax, Mela (qui Anemurium dicit Ciliciam a Pamphylia distinguere), Strabo p. 669. 682, Plin., G. Rav. (*Anemuria*), Hierocles p. 708, alii.

197. Κρομμύου] Κρόμμῳ cod.; Κρομμύῳ Gail.; Κρομμύου ἄκρα Strabo, Κρομμύων Ptolemæus; ἀπὸ Κρομμυακοῦ Stadiasm. § 310, ubi leg. vid. Κρυμμύου ἄκρου. — σταδ. τ'] Cf. Strabo p. 669: Εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα καθ' ἣν ἡ ἤπειρος ἐγγυτάτω τῆς Κυπρίας ἐστὶν ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν ἐν διάρματι σταδίων τν'. Hoc accuratius quam Nostri stadia τ'. Reapse 400 fere stadia computantur. Plinius V, 35 § 130: *Abest* (Cyprus) *ab Anemurio* 50 *m. pass.*

§ **198.** Πλατανοῦντα] Cf. Strabo l. l.: εἶτα Χαραδροῦς, ἔρυμα καὶ αὐτὸ ὕφορμον ἔχον (ὑπέρκειται δ' ὄρος Ἄνδρικλος (Ἄνδρυκλος Epit.; Ἄνδρικος unus cod. Str.) καὶ παράπλους τραχύς, Πλατανιστὸς (sic codd. præter unum qui Πλατανιστής, unde aut Πλατανιστοῦς aut Πλατανιστῆς leg. monet Meineke, præeunte Dindorfio in St. Thes. v. πλατάνιστος) καλούμενος. — Inde ab Anemurio usque ad Selinuntem ora porrigitur aspera juxta montes saxosos nudosque, quos duobus locis perrumpunt torrentes. Horum alter ab Anemurio 150 fere stadia distat appositasque habet ruinas. *Karadran* locus vocatur, Χάραδρος Nostri § 199; alter ab Anemurio et *Karadran* æquali fere distat intervallo, itemque ædificiorum ostendit rudera. Hunc igitur locum, platanis olim, ut videtur, spectabilem, Noster vocat Πλατανοῦντα, dum Strabo totum hunc oræ tractum eo nomine vix recte afficit. || — τν'] fuerit π', eodemque modo corrigendum est in § 199.

§ **199.** Χάραδρον] Cf. Hecatæus ap. Steph. Byz.: Χάραδρος, λιμὴν καὶ ἐπίνειον Κιλικίας. Apud Scylacem et Strabonem l. l. locus vocatur Χαραδροῦς. V. not. ad § 198. || — τν'] leg. π'. || — Ἄνδροκος] *Androcus* tanquam fluvii nomen habet Plinius, isque fluvius, si huc pertinet (V. § 194 not.), ipse noster torrens fuerit. Cf. Andriacus locus Ciliciæ infra § 238. Montis nomen apud Strabonem Ἄνδρικος, Ἄνδρικλος, Ἄνδρυκλος.

§ **200.** Χωρίον Κράγον] Strabo p. 669: Κράγος, πέτρα περίκρημνος πρὸς θαλάσσῃ. Apud alios vocatur Ἀντιόχεια ἐπὶ Κράγῳ, ut ap. Ptolemæum, Geogr. Rav. V, 7 (*Antiochia epitragon* vgo). De eodem loco Theophanes chron. p. 119: Λογγῖνός τις ὁ λεγόμενος Σελινούντιος τὴν Ἀντιόχειαν τῆς Ἰσαυρίας οἰκῶν, ἐπί τινος ὄρους κειμένης ὑψηλοῦ κατὰ τὴν μεσημβρινὴν τῆς χώρας θάλασσαν, εἰσῆγεν τοῖς Ἰσαύροις τὰ τρόφιμα. Wesselingius ad Hierocl. hanc Theoph. Antiochiam eandem esse putat cum Antiochia τῇ Λαμωτίδι, cujus mentio fit in Concilio Chalcedon. p. 528 et ap. Stephan. (Ἀντιόχεια ιδ' Ἰσαυρίας ἡ Λαμωτὶς λεγομένη), nec non apud Hieroclem p. 709, ubi Antiochia juxta Lamum recensetur hac nominum serie: Σελεύκεια, Κελενδέρη, Ἀνεμούριον, Τιτιούπολις, Λάμος, Ἀντιόχεια, Ἰουλιοσεβάστη, Κέστροι (Καΰστρος Ptol.), Σελινοῦς, Ἰοτάπη, Ὄλβη· qui nominum ordo suadet Antiochiam esse Nostram ἐπὶ Κράγῳ, in eademque regione exstitisse Lamum urbem. Attamen de hoc Lamo aliunde non constat; contra vero quam novimus Lamum (hod. *Lamas*) ea inter Solos et Corycum sita erat, ejusque oppidi regionem Lamotidem vocat, at nullam in ea Antiochiam novit Ptolemæus. Quæritur igitur an duæ exstiterint Lami urbes, an Hierocles in recensendis urbibus ordinem geographicum neglexerit. Ut nunc res habet, nihil potest dijudicari. Ad nostram Antiochiam referenda etiam videtur ea, quam post Anemurium memorat Constantinus P. De Them. I, 12 p. 38. Situm loci e Stadiasmo definire non licet; nam quum a Charadro ad Selinuntem nonnisi 180 stadia sint, Stadiasmus corrupte exhibet 305. Pro σταδ. ρ' nostro loco scribendum erit ο'; nam 70 stadiorum itinere ducimur ad saxum præruptum, in mare prominens, munitum, columnarum ruderibus insigne, scalasque habens incisas saxo (V. Beaufort *Carman.* p. 193).

§ **201.** Νεφέλιον] Ζεφελίους et § 202 ἀπὸ Ζεφελίο codex; Νεφελὶς vocatur locus ap. Ptolemæum, qui eu ab Antiochia versus orientem collocat, errore ap. Ptol haud raro. Quod olim apud Livium XXXIII, 20 legebatur *Nephelida, promontorium Ciliciæ*, nunc recte est: *ne Chelidonias prom. Ciliciæ*. Ceterum de loco non constat.

§ **202.** Ora laciniata complura habet promontoria, quæ peninsularum formam referunt. Quodsi distantia

203. Ἀπὸ νησιαζούσης ἄκρας εἰς Σελινοῦντα στάδιοι ρ'.

204. Ἀπὸ Σελινοῦντος ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα τῆς Κύπρου στάδιοι ͵ας'.

205. Ἀπὸ δὲ Σελινοῦντος εἰς Ναύλους στάδιοι ρκ'.

206. Ἀπὸ τῶν Ναύλων ἐπὶ χωρίον λεγόμενον Λαέρτην ἐπὶ θαλάσσης στάδιοι τκ'.

207. Ἀπὸ Λαέρτου εἰς Κορακήσιον στάδιοι ρ'.

208. Ἀπὸ Κορακησίου εἰς Αὔνησιν (* ἐπὶ χωρίον Ἁμαξίαν) στάδιοι π'.

203. A promontorio peninsulari ad Selinuntem stadia 100.

204. A Selinunte ad Acamantem, Cypri promontorium, stadia 1006.

205. A Selinunte ad Naulos stadia 120.

206. A Naulis ad locum maritimum, quem vocant Laerten, stadia 20 (κ').

207. A Laerte ad Coracesium stadia 100.

208. A Coracesio ad Aunesin (*Hinc ad Hamaxiam locum mediterraneum stadia* 40) stadia 80.

---

recte habet, nostro loco illud intelligendum, quod a Selinunte abest proxime.

§ 203. Σελινοῦντα] Σεληνοῦντα et § 204 Σεληνοῦντος codex. Idem vitium codd. Chron. Paschal. p. 473 ed. Bonn. et ap. Geogr. Rav. V, 7 (ubi *Selenunte*, dum recte Tab. Peut. *Selinunte*). Cf. de urbe in alto promontorio sita (quare nomen a *Sela*, i. e. rupe, deducit Movers l. l. p. 174), non longe a fluviolo, Scylax, Livius XXXIII, 20, Plinius V, 22, Ptolemæus, Constantin. Them. I, 12, p. 38: Σελινοῦς, μικρὸν πολισμάτιον καὶ ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα: ex quo loco patet errare Cramerum in notis ad Strabon. p. 669, ubi legendum est: Σελινοῦς, [πολίχνιον καὶ] ποταμός. Per tempus aliquod urbs Trajanopolis dicta de Trajano ibi mortuo. V. Dio LXVIII, 33. Cf. Hierocles p. 708 et quæ ibi Wesselingius affert e Basilio Seleucensi De mirac. Sanct. Theclæ II, c. 11: Σελινοῦς ἐστὶ πόλις μικρὰ μὲν καὶ ἐφάλιος, μεγίστη ποτὲ καὶ εὐδαιμονοῦσα τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, ἐπίφθονος δὲ καὶ τότε καὶ νῦν οὖσα τοῖς πολεμίοις. Ταύτην τοιγαροῦν καὶ θάλαττα μὲν ὑποζώννυσιν, ὥσπερ τις περιειλημμένη τάφρος ἀχειροποίητος· καὶ κρημνὸς δὲ ὑπερανεστηκώς, καθάπερ τι κράνος κεφαλὴν, φυλάττει τε καὶ οὐ ποιεῖ πολεμίοις ἐπίδρομον. Nunc *Selindi*. De ruinis v. Beaufort. p. 181.

§ 204. ͵ας'] Scriptum fuerit ͵αη' vel ͵αξ'. Debebat auctor ψ'; tot enim sunt; at consentit cum Nostro Strabo p. 682: ὁ δὲ Ἀκάμας, ἀνατείνων πρὸς ἄρκτους, ἐγγυτάτω μὲν πρὸς Σελινοῦντα τῆς Τραχείας Κιλικίας ἐν διάρματι χιλίων σταδίων, πρὸς Σίδην δὲ τῆς Παμφυλίας χιλίων καὶ ἑξακοσίων (͵ας' sec. cod. Stadiasm. § 215, ubi leg. erit ex Strabone ͵αχ'), πρὸς Χελιδονίας χιλίων ἐνvακοσίων (͵αω' sec. Stad. § 233).

§ 205. Ἀπὸ δὲ Σελινοῦντος] ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀκάμαντος codex. ‖ — εἰς Ναύλους] Nomen ignotum. Apud Ptolemæum eodem fere intervallo (parte gradus tertia) sequitur Ἰωτάπη, quam novimus etiam ex Concil. Chalcedon. p. 659, Hierocle (ubi Ἰοτάπη), Geograph. Rav. V, 7 (*Selenunte, Jotape, Syedra, Coracesium*), et apud Plinium V, 22, § 92 (ubi codd. *Tebe, Thebe, Thabe, Thetabe, Exathabe*) reposuit Harduinus. Quæritur an Ναῦλοι Stadiasmi ejusdem loci nomen diversum, aut, ut ego puto, locus proximus fuerit. Apud Stephanum Byz. legitur: Σόαγρα, χωρίον Κιλικίας πλησίον Ἄδου καὶ Λαέρτου, in quibus Σόαγρα idem procul dubio locus est inter Jotapen et Laertem medius, qui aliis vocatur Σύεδρα, eoque nomine apud ipsum etiam Stephanum v. Σύεδρα e Capitonis Isauricis memoratur. Quo concesso, facilis conjectura est in verbis πλησίοΝ ἌΛου latere πλησίον ΝΑΛου vel Ναύλου. In Leonis Sapientis Indice eccles. p. 46 ed. Tafel inter episcopos recensentur: ὁ Κορακησίου, ὁ Συνέδρων (l. Συέδρων), ὁ Μύλων ἤτοι Ἰουστινιανουπόλεως. De hac Mylarum urbe non constat, nisi quod eandem habes in Notit. Eccles. ed. Goar., ubi: Μυλόμην ἤτοι Ἰουστινόπολιν. Ceterum post 85 a Selinunte stadia ruinæ occurrunt, quæ ad Jotapen referendæ esse videntur. Paucis interjectis stadiis alia sunt rudera, quas vindicarim Syedris. Hunc quoque locum Noster omisit, sed memorant Ptolemæus, Geogr. Rav., Stephanus, Epiphanius in præf. ad Ancorat. (ubi Σούεδρα), Lucanus VIII, 259 (*parvisque Syedris*), Florus VI, 2 (*pulsus*, Pompejus sc., *Syedris, deserto Ciliciæ scopulo*), Hierocles p. 682, Leo Sap. l. l.

§ 206. Λαέρτην] Λάεργον et § 207 ἀπὸ Λαέργου codex. Strabo: Λαέρτης, φρούριον ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς, ὕφορμον ἔχον. St. B. s. v. ex Alexandro Polyh. Laerten et montem et urbem dici refert. Novimus Diogenem Laertium. Apud Ptolemæum Λαέρτη (sic) est locus mediterraneus. Ὕφορμον præbebat quod proxime sequitur promontorium; supra id ruinæ. Pro corrupto stadiorum numero τκ' lege μ'.

§ 207. Κορακήσιον, hod. *Alaja*, situ suo notabile, φρούριον ἱδρυμένον ἐπὶ πέτρας ἀπορρῶγος (Strabo p. 668); apud Strabonem et Ptolemæum extremus locus Ciliciæ. Cf. Liv. XXXIII, 20; Plutarch. Pomp. v. 28; Hierocles p. 682; G. Rav. V, 7; Beaufort p. 106; Leake p. 125.

§ 208. εἰς Αὔνησιν ἐπὶ χωρίον Ἀνάξιον σταδ. π'. Ἀπὸ Ἀναξίων εἰς Χ. κτλ. codex. Pro Ἀνάξιον e Strabone dedi Ἁμαξίαν. Ceterum patet majori corruptela locum laborare, quamquam quid scripserit auctor certius dici jam nequit. Potuit: ἀπὸ Κορακησίου εἰς Αὔνησιν (Ἐπάνω ἐστὶ χ. Ἁμαξία, vel Ἔνθεν ἐπὶ χ. Ἁ. στάδιοι μ', vel Ἔστι δὲ χωρίον Ἁμαξίας) στάδιοι π'. Ἀπὸ Αὐνήσεως κτλ. Scriba, quum proxime Hamaxiæ nomen præcederet, pro ἀπὸ Αὐνήσεως male dederit ἀπὸ Ἁμαξίας, cujusmodi errorem sæpius jam vidimus. De Hamaxia ita Strabo p. 669: Μετὰ τὸ Κορακήσιον (orientem versus) Ἀρσινόη πόλις, εἶθ' Ἁμαξία, ἐπὶ βουνοῦ κατοικία τις ὕφορμον ἔχουσα, ὅπου κατάγεται ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη.. εἶτα Λαέρτης. In his Ἁμαξίαν male poni a Coracesio orientem versus monuerunt viri docti, tum Stadiasmi testimonio innitentes, tum ruinarum indiciis. Vix enim dubium est, quin ad Hamaxiam pertineant veteris oppidi ruinæ, quæ in montis vertice conspiciuntur, triginta fere ab *Alaja* orientem versus stadia, et ad viginti stadia ab ora disjunctæ (V. Beaufort. p. 176). Quod Ἀρσινόην Strabonis attinet id

209. Ἀπὸ Αὐνήσεως εἰς χωρίον καλούμενον Αὐγὰς στάδιοι ο'.

210. Ἀπὸ Αὐγῶν ἐπ' ἀκρωτήριον Λευκόθειον στάδιοι ν'.

211. Ἀπὸ Λευκοθείου εἰς Κίϐυραν στάδιοι ν'.

212. Ἀπὸ Κιϐύρας ἐπὶ Ἀρτέμιδος ναὸν στάδιοι ν'.

213. Ἀπὸ Ἀρτέμιδος ναοῦ ἐπὶ ποταμὸν πλωτὸν Μέλανα στάδιοι θ'.

Γίνονται οὖν οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Κιλικίων πυλῶν ἕως τοῦ Μέλανος ποταμοῦ στάδιοι ͵δν'.

ΛΟΙΠΟΝ ΠΑΜΦΥΛΙΑ.

214. Ἀπὸ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ εἰς Σίδην στάδιοι ν'.

215. Ἀπὸ Σίδης εἰς Ἀττάλειαν στάδιοι τν'· ἀπὸ Ἀτταλείας εἰς τὸ [Κωρύκιον] ἐμπόριον στάδιοι τ', ἀπὸ δὲ [τοῦ] Κωρυκίου [ἐμπορίου] εἰς Σίδην στάδιοι ν'. Ἀπὸ Σίδης εἰς τὸν Ἀκάμαντα στάδιοι ͵ας'.

216. Ἀπὸ Σίδης εἰς Σελεύκειαν στάδιοι π'.

209. Ab Aunesi ad locum Augas dictum stadia sunt 70.

210. Ab Augis ad promontorium Leucotheum stadia 50.

211. A Leucotheo ad Cibyram stadia 50.

212. A Cibyra ad Dianæ templum stadia 50.

213. A Dianæ templo ad Melanem fluvium navigabilem stadia 9.

Colliguntur igitur cuncta a Ciliciis portis usque ad Melanem fluvium stadia 4050.

SEQUITUR PAMPHYLIA.

214. A Melane fluvio ad Siden stadia 50.

215. A Side ad Attaleam stadia 350; ab Attalea ad [*Corycium*] emporium stadia 300, a Corycio autem emporio ad Siden stadia 450 (υν'). A Side ad Acamantem stadia 1006.

216. A Side ad Seleuciam (in *mediterraneis*) stadia 80.

---

nomen corruptum esse, quamquam non liquido apparet (ut Cramerus ait), tamen ob ceterorum scriptorum silentium probabiliter censeas. Corrigi editores voluerunt Σύεδρα; ego ex Nostro Αὔνησιν, quod a librorum lectione propius abest, reposuerim. || — σταδ. π'] Distantia recte habet eatenus, quatenus sequentia eam postulare videantur. Vel hinc patet non pertinere eam ad Hamaxiam, sed referendam esse ad Aunesin, locum aliunde non notum, collocandumque ad fluvium *Karpos*.

§ 209. Αὐγὰς] Locus aliunde non notus. Mensura ducit ad promontorium peninsulare, quod ruinas ostendens medium inter *Nicolai Su* et *Alara Su* eminet. V. Beaufort p. 166, qui idem oppidum censet Ptolemaidem esse, quam unus Strabo inter Coracesium et Melam fluvium memorat.

§ 210. Λευκόθειον] Distantia indicatur promontorium quod nunc vocant *Kara-Bouroun* (i. e. Nigrum prom.). V. Leake p. 196. Pertinere huc videtur *Leucolla*, Pamphyliæ promontorium ap. Plinium (cf. Leucolla, Cypri portus, ap. Strabon. p. 682, et *Leucolla*, Lyciæ insula, ap. Plin. XXXI, 35). Nostrum Λευκόθειον, si recte nomen habet, a fano Leucotheæ, deæ marinæ, dictum fuerit.

§ 211. Κίϐυραν] Κιϐέρναν et § 212 ἀπὸ Κιϐέρνας codex; em. Gail.; Κίϐυρα Scylax, Ptolemæus, *Cibyra* Plin.; ἡ Κιϐύρρα, εὐτελὲς καὶ ἀκατονόμαστον πόλισμα Constantin. Porph. De them. I, 14, p. 38. Est hæc Cibyra ἡ μικρά; notior est Cabilidis urbs Κίϐυρα ἡ μεγάλη, cujus ruinas nuper ad *Horzoum* vicum detexerunt Spratt et Forbes (*Travels in Lycia*, etc. 1847. t. I, p. 256 sqq.). Apud Strabonem p. 667 ἡ Κιϐυρατῶν παραλία τῶν μικρῶν inter Siden et Melanem fl. memoratur, quum ab oriente Melanis fluvii ponenda fuisset. Ruinæ urbis a latere dextro fluvii *Kargha-Su*. Cf. Leake p. 196.

§ 212. Dianæ fanum aliunde non notum.

§ 213. *Melas* (hod. *Manavgat*) *finis antiquus Ciliciæ*, Plin. V, 22. Cf. Strabo l. l., Mela I, 14, Zosimus V, 16. || — ͵δν'] Numerus corruptus. E singulis numeris, quales codex præbet, multo major summa colligitur; emendatis aperte corruptis, summa est stad. 3580. Fortasse igitur fuit ͵γφν'. Vera oræ longitudo est fere 3000 stadiorum. Apud Strabonem p. 669 a Coracesio ad Anemurium esse dicuntur stadia ωκ', pro quibus (collatis Stadiasmi distantiis) lege φκ'. Idem ab Anemurio ad Solos sec. codices numerat stadia φ'; corrige ͵αφ', quot fere Noster computat. Accuratiora Strabo p. 760 (coll. p. 670 ibique Grosk.) ex Artemidoro affert.

§ 214. Σίδην] Cf. Hecatæus ap. St. B. s. v.; Scylax p. 75; Mela I, 15; Strabo p. 664.; Plinius; Ptol.; Hierocles p. 682; Polyb. V, 73, 3; Livius XXXV, 48. XXXVII, 23; Arrian. An. I, 26; Pausan. VIII, 28, 2. Ruinæ a Turcis perperam vocantur *Eski-Adalia* (vetus Attalia). V. Leake p. 195. Fellow As. min. p. 201.

§ 215. Ἀτάλειαν.. Ἀταλείας codex. Quæ inclusi suppleta sunt. Mox pro Κωρυκίου codex. Κορακίου. Tribus locis, Side, Attalia et Coryco, utitur ad describendum in sinu Pamphylio triangulum, cujus singula latera stadiorum numeris definiuntur. || — ας'] Conjicias αξ' vel αλ', qui numerus a vera distantia proxime abest. Nescio tamen an fuerit ͵αχ', quum hunc numerum Strabo (v. not. ad § 204) exhibeat, Noster vero de pravis διάπλων mensuris sæpe cum Strabone consentiat. Sin minus, apud Strabonem fuerit αξ'.

§ 216. Σελεύκειαν] « Fallitur Mannert VI, 2 p. 124 dicens hanc urbem ignotam esse veteribus; de qua tamen haud pauca scripserunt Stephanus s. v. et Ammianus XIV, 8, nec silent Ptolemæus et Plinius V, 27. » Gailius. Fallitur Gailius. Nam Ammianus et Stephanus de Seleucia Trachea ad Calycadnum (hod. *Selefkeh*) agunt, Ptolemæus vero V, 5 p. 333 de Seleucia Pisidiæ (hod. *Ejerdir*) quæ ἡ σιδηρᾶ ab Hierocle p. 673 aliisque vocatur. Notantur quædam inter Siden et Eurymedontem ruinæ, paullo longius ab ora remotæ, ad quas Seleuciam referunt. Numerus σταδ. π' et qui

217. Ἀπὸ Σελευκείας εἰς ποταμὸν πλωτὸν καλούμενον Εὐρυμέδοντα στάδιοι ρ′.

218. [Ἀπ' Εὐρυμέδοντος εἰς Κυνοσάριον στάδιοι *]

219. Ἀπὸ Κυνοσαρίου ἐπὶ ποταμὸν καλούμενον Κέστρον στάδιοι ξ′. Ἀναπλεύσαντι τὸν ποταμὸν πόλις ἐστὶ Πέργη.

220. [Ἀπὸ] τοῦ Κέστρου ἐπὶ Ῥουσκόποδα [στάδιοι *].

221. Ἀπὸ Ῥουσκόποδος ἐπὶ Μάσουραν καὶ τοὺς Καταράκτας στάδιοι ν′.

222. Ἀπὸ Μασούρας εἰς Μυγδάλην στάδιοι ο′.

223. Ἀπὸ Μυγδάλων εἰς Ἀττάλειαν στάδιοι ι′.

224. Ἀπὸ Ἀτταλείας ἐπὶ χωρίον Τένεδον στάδιοι κ′.

217. A Side (Ἀπὸ Σίδης) ad fluvium navigabilem quem vocant Eurymedontem, stadia 100.

218. [*Ab Eurymedonte ad Cynosarium stadia* *?].

219. A Cynosario ad fluvium Cestrum dictum stadia 60; adverso fluvio sursum naviganti occurrit Perge urbs.

220. A Cestro ad Rhuscopodem [*stadia* 35?]

221. A Rhuscopode ad Masuram et Cataractas stadia 50.

222. A Masura ad Mygdalen stadia 15 (ιε′?).

223. A Mygdalis (*Mygdale?*) ad Attaliam stadia 10.

224. Ab Attalia ad locum Tenedum stadia 20.

---

§ 217 sequitur σταδίων ρ′, si ad oræ maritimæ longitudinem referas, corrupti forent, quum a Side ad Eurymedontem sint stadia 100. Haud dubie igitur Seleucia erat urbs mediterranea, 80 a Side stadia distans, adeo ut § 217 in paraplo pergendum fuisset : ἀπὸ Σίδης. Scylax p. 75 inter Eurymedontem et Siden memorat Σύλλειον, et Arrianus quoque Anab. I, 26, 1 iter Alexandri ita describit, ut Syllium inter Siden et Aspendum ponendum esse videatur. Quare in not. ad Scylacem conjeceram Syllium istud postea fortasse Seleuciam dictam esse, vel pro Σελεύκειαν legendum Σύλλειον. At sec. reliqua quæ de Syllio traduntur in Tab. Peut. et apud Strabonem p. 667 (ubi nomen Σύλλειον excidit) et ceteros, sita urbs esse debebat non ita longe a Perge, ad eamque referendæ sunt ruinæ, quæ vocantur *Sarek* (Vide Spratt. II, 20 sq.). Denique non ita magna est Scylacis auctoritas de urbibus mediterraneis; neque quidquam Arriani narratione dirimitur; nam Alexander a Side Syllium, relicta a sinistris Aspendo, proficisci potuit, et postquam ad Syllium de Aspendiorum tumultu certior factus esset, retro castra movere contra Aspendum.

§ 218. Hæc supplevi dubitanter. Quodsi in § 219 numerus ξ′ recte habet, Κυνοσάριον ad ipsum Eurymedontem positum esse vel minimo intervallo sejunctum esse debebat. Nihil igitur repugno, si § 217 fuisse mavelis εἰς... Εὐρυμέδοντα [καὶ Κυνοσάριον.]

§ 219. Κυνοσαρίου] sic codex; Κυνοσθρίου ed. Iriart. Nomen aliunde non notum. Num erat Κυνὸς ἥριον, *Canis monumentum*, sicuti Κυνὸς σῆμα habes in ora Carica (Strabo p. 656) et Libyca (Id. p. 799. et Hecat.) et in Chersoneso Thracica? De Pergæ ruinis, ut mittam antiquiores, v. Spratt. l. l. II, p. 18.

§ 220. Inclusa supplevit Gailius. Ῥουσκόπους, modo recte nomen habeat, fortasse est promontorium, ad quod hod. est *Laara* vicus. Distat a Cestri fluvii ostio stadia 30, a Cataractæ fluvii ostio maxime orientali circa stadia 50. Spratt. l. l. cum hod. *Laara* male componit Macydum.

§ 221. Μάσουραν] Hic quoque locus aliunde non notus est, collocandus ad orientale Catarractæ fluvii (*Duden-Su*) ostium; Μάγυδος Ptolemæi non cum Masura, sed cum Mygdale Stadiasmi componendus, suadente nomine. || — τοὺς Καταράκτας] τὸν Καταράκτην sec. Scylacem, Melam, Plinium, Strabonem, quos vide; sed apte pluralis adhiberi potuit, quum quinque ostiis fluvius (*Duden Su*) per oram saxosam catarractarum in morem erumperet.

§ 222. Μυγδάλην] § 223 ἀπὸ Μυγδάλων codex. Fort. erat : Μύγδαλιν.. ἀπὸ Μυγδάλεως, monente Gailio. Alia nominis forma est Μάγυδος; præterea in codicibus occurrunt formæ : Μάσυδος, Μαγίδων πόλις et Μύγαλος, ad quod proxime accedit nostrum Μυγδάλην. V. not. ad Scylac. p. 75, ubi adde Leontis Sap. Indic. Eccles. p. 48 : ὁ Ἀτταλείας, ὁ Μάνδου (leg. Μαγύδου) || —σταδ. ο′] corruptus numerus Ab orientali Catarractæ ostio ad Attaliam in Sprattii mappa sunt stadia 25. Itaque scribendum nostro loco ιε′.

§ 223. Ἀτάλειαν et § 224 Ἀταλείας cod. Nunc *Adalia*. Spratt. I, p. 211 : « The houses and walls contain many fragments of sculpture, columns, and inscribed blocks, indicative of the ancient extent and importance of the site... The style of these relics is invariably Roman, and of a date agreeing with that of the foundation of Attaleia. From all these evidences, we are disposed to adopt the opinion of Colonel Leake, who supposes Adalia to represent in both name and place, the city founded by Attalus Philadelphus; and we feel satisfied that Captain Beaufort could not have regarded it as Olbia (in which opinion he has been followed by Dr. Cramer), had he been permitted to make as close and extensive examination of the city as we were enabled to do. » Apud Strabonem in codicibus ita legitur : Ἀττάλεια, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου καὶ οἰκίσαντος εἰς Κώρυκον πολίχνιον ἄλλην κατοικίαν ὅμορον καὶ μείζω περίβολον περιθέντος. Legendum puto : ... συνοικίσαντος εἰς [αὐτὴν] Κώρυκον πολίχνιον καὶ ἄλλην (vel καὶ Ἀλλόειραν) κατοικίαν ὅμορον. Cf. Steph. Byz. : Ἀττάλεια... πρότερον Ἀγρόειρα ἢ Ἀλλόειρα, οἱ δὲ τὴν Κιλικίας Κώρυκον οὕτω φασὶ λέγεσθαι. Cf. Schol. ad Leon. ind. Eccles. p. 48 : ὑπόκεινται τῇ Πέργῃ καὶ .. ὁ Αγίνων καὶ ὁ Παλαιοπόλεως ἤτοι Ἀλεερῶν. Suidas v. Κωρυκαῖος Corycum esse promontorium prope Attaleam refert. Ceterum G. Rav. V, 7 inter Magydum et Attaliam collocat *Erinudi* locum.

§ 224. Τένεδος] Stephanus v. Τένεδος : ἔστι καὶ πόλις Τένεδος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. Ἀπολλόδωρος δὲ Παμφυλίας αὐτὴν εἶναί φησι. Stadia 20 ducunt ad ruinas loci egregie natura et arte muniti ad ripam sinistram *Arab* fluvii. Tenedus a reliquis scriptoribus non memoratur. Proxime ab Attalia urbe apud alios ponitur Ὀλβία, μέγα ἔρυμα (Strabo. p. 667), quam e regione Magydi

225. Ἀπὸ Τενέδου εἰς Λύρναντα χωρίον στάδιοι ξ'.

226. [Ἀπὸ Λύρναντος εἰς Φάσηλιν στάδιοι ρο'·] ὑπὲρ τῆς πόλεως ὄρος μέγα ὑπέρκειται (Φάσηλις).

227. Ἐκ δὲ Φασήλιδος εἰς Κώρυκον στάδιοι *.

228. Ἀπὸ Κωρύκου ἐπὶ τὸν Φοινικοῦντα στάδιοι λ'. ὑπὲρ [αὐτοῦ] μέγα ὄρος ὑψηλὸν κεῖται Ὄλυμπος καλούμενον.

229. [Ἀπὸ Φοινικοῦντος εἰς Κράμβουσαν στάδιοι ν'·] ἐκ δὲ Φασήλιδος ἐπ' εὐθείας εἰς Κράμβουσαν στάδιοι ρ'.

225. A Tenedo ad Lyrnantem locum stadia 60.

226. [*A Lyrnante ad Phaselim stadia* 170.] Supra urbem magnus mons situs est.

227. A Phaselide ad Corycum stadia [80].

228. A Coryco ad Phœnicuntem stadia 30. Superjacet mons altus, Olympus qui vocatur.

229. [*A Phœnicunte ad Crambusam stadia* 50.] A Phaselide vero via recta ad Crambusam stadia 100.

---

sitam esse testatur Aristot. De vent. p. 973 (v. not. ad Scyl. l. l.); quod quum bene quadrat in situm ruinarum, quas modo memoravi: Olbiæ eas vindicandas esse jure cum Sprattio aliisque statueris. Aut igitur Tenedus ab Olbia non diversa, alterumque nomen græcum, alterum lycium fuit; aut falsam Stadiasmus habet notam distantiæ. Illud probabilius.

§ 225. Λύρναντα] De nomine cf. not. ad Scylac. p. 75. Stadia 60 inde a ruinis § 224 memoratis pertinent usque ad eum oræ locum, cui adjacet *Rachat* insula, adeo ut hanc dici a Scylace νῆσον Λυρνάτειαν putaveris, nisi νῆσον pro χερρόνησον usurpari suaderet Stephanus, qui Lyrnantiam chersonesum affert. Habetque litus insulæ objectum proeminentiam in mare procurrentem, non ita tamen ut peninsulæ nomen mereri videatur; sin viginti stadia versus meridiem progrediaris, promontorium occurrit, quod chersonesus jure appellari potuit. Ceterum non ita longe Lyrnessum ab Olbia et Attalia dissitum fuisse ex Plinio V, 26, § 96 colligas, qui Lyrnessum et Olbiam ad Cataracten sitas esse dicit. Idque de Olbia certe dici potuit catenus, quatenus ora saxosa, quæ cataractas fluviorum efficiebat, olim multo longius quam nunc pertinuit. Nam ita Sprattius l. l. I, p. 209: « Here (ad *Arab* fluvium) commence a line of ancient sea-cliffs, which stand three or four hundred yards within the present line of shore, forming an abrupt boundary to the rocky plain of Adalia. » Multo magis meridiem versus circa *Cap Avova* Lyrnantem collocandam putaveris, si recte habent quæ apud Pseudo-Aristot. leguntur De vent. p. 973: οἱ Λυρναντεῖς οἱ κατὰ Φασήλιδα. Id tamen, quum a reliquis testimoniis abhorreat, non est probabile. Media inter Lyrnantem et Phaselin erat Idyrus urbs et fluvius (v. Scylax); quam ad urbem cum aliis refero ruinas, quæ non longe ab *Avova* prom. ad hod. *Egder* exstant. Quo pacto Sprattius fluvium inter Olbiam et *Rachat* insulam exeuntem Idyrum esse putaverit, non intelligo.

§ 226. Inclusa supplevi. De Phaselide v. Strabo p. 666; Scylax l. l.; Cicero in Verr. IV, 10; Livius XXXVII, 23; Mela I, 14; Plinius II, 110. V, 27. XIII, 2; T. Peut.; G. Rav. V, 7. II, 18; Hierocles p. 683 (ubi cod. Φασυδής); Stephan. Byz. s. v.; Dionys. 855 ibiq. Eustath. Cf. Herodot. II, 178; Thucyd. II, 69. ibiq. schol., VIII, 88; Arrian. I, 25, 5; Fragm. Hist. II, p. 313, 31. III, 27. 51. IV, p. 319. 428. De ruinis ad hod. *Tekirova* v. Beaufort p. 59, Leake p. 190; Fellow. p. 211; Spratt. I, p. 197 sq. ‖ — ὑπὲρ τῆς πόλεως] aut ὑπὲρ delendum aut κεῖται scribendum fuerit. ‖ — Φάσηλις] Φάσιλις et § 227 Φασίλιδος codex. Strabo p. 666: Ὑπέρκειται δ' αὐτῆς (τῆς Φασήλιδος) τὰ Σόλυμα ὄρος. Intellige eam Solymorum montium verticem, qui hodie vocatur *Taktalou* (7800 ped. alt.). Montem fuisse urbi cognominem aliunde non constat, ac vereor ne lacero nostro loco Φάσηλις nomen ad marginem adscriptum fuerit, ut urbis nomen de qua ageretur, non vero montis, significaretur. Quare nollem me Stadiasmi verba adhibuisse ad interpretandum Scylacem p. 74, ubi auctor dicere voluisse videtur: « *Si a Siderunte promontorio proficiscens, sinum non intraveris* (*nempe sinus ibi est*), *sed longius a terra in alto navigans rectá trajeceris, obvium fit Phaselis* », adeo ut legendum sit: ἐὰν προέλθῃς ἀπὸ τῆς γῆς (ἀπὸ θαλάττης cod.) ἀνώτερον (ἔστι γὰρ τοῦτο κόλπος), ἐστὶ Φάσηλις (Φασηλίς cod., ut apud Strabon., minus rectè).

§ 227. Κώρυκον] Cf. § 215. Strabo p 666: ἐν τούτοις δ' ἐστὶν ἥ τε Κράμβουσα καὶ Ὄλυμπος πόλις μεγάλη καὶ ὄρος ὁμώνυμον, ὃ καὶ Φοινικοῦς καλεῖται, εἶτα Κώρυκος αἰγιαλός. Ipsum oppidum Strabo perperam in Cilicia memorat p. 671: κατὰ δὲ τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου τὸ Ζηνικέτου πειρατήριόν ἐστιν ὁ Ὄλυμπος... τούτου δ' ἦν καὶ ὁ Κώρυκος καὶ ἡ Φασηλὶς καὶ πολλὰ τῶν Παμφύλων χωρία· πάντα δ' εἷλεν ὁ Ἰσαυρικός. Quum triginta stadia sint ad Phœnicuntem sive Olympum, de cujus situ constat: Corycus situs fuisse debet ad eum maris recessum, ad quem est *Janar* et ignis perpetuus, Chimæra veterum (V. Spratt. I, p. 193). Hucusque a Phaselide ad 80 sunt stadia.

§ 228. Φοινικοῦντα] Strabo l. l. montem (*Morisar dagh*) Phœnicuntem, urbem (*Deliktach*) Olympum vocat. Constantin. Porphyr. De them. I, 14, p. 37, 17: εἶτα Φοίνιξ ὁ ποταμὸς καὶ πόλις ὁμώνυμος· εἶτα Φάσηλις ἡ περίκλυτος. De ruinis urbis ad utramque fluvii ripam primus dixit Beaufort. Sprattius ita I, p. 192: « The name of Deliktash, *the perforated* rock, is at present applied to this place by the Turks on account of an aperture or arch through the rocks at the entrance of the gorge, forming the only communication between the ancient city and the seacoast to the north of the river. It is only high enough for foot-passengers to go through, and horsemen usually wade round the rock through the sea, a course not always practicable. » Scylax urbem nondum novisse videtur.

§ 229. Inclusa supplevi. Lacunam indicant verba ἐκ δὲ Φασ. Quinquaginta stadiis ducimur ad promontorium longe excurrens, quod a meridie claudit sinum,

230. Ἀπὸ Κραμβούσης ἐπὶ χώραν Ποσιδαρισοῦντα στάδιοι λ'.

231. Ἀπὸ Ποσιδαρισοῦντος ἐπὶ Μωρὸν ὕδωρ καλούμενον στάδιοι λ'.

232. Ἀπὸ Μωροῦ ὕδατος ἐπὶ ἄκραν Ἱερὰν καὶ νῆσον Χελιδονίαν στάδιοι ν'.

Ὁμοῦ οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ ἕως Χελιδονίων τῷ παρὰ γῆν πλέοντι στάδιοι φ'· τὸν δὲ ἐπίτομον διὰ πόρου εἰς τὰς Χελιδονίας στάδιοι χ'.

233. Ἔστι δὲ ἀπὸ τῶν Χελιδονίων [ἐπὶ] Μάριον καὶ τὸ τῆς Κύπρου ἀκρωτήριον, τὸν Ἀκάμαντα, ἐπ' ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου οὐριώτατα ζεφύρῳ στάδιοι ͵αω'· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀνεμουρίου ἐπὶ τὰς Χελιδονίας νήσους στάδιοι ͵αϛ'.

ΛΟΙΠΟΝ ΛΥΚΙΑ.

234. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἱερᾶς ἄκρας ἐπὶ Μελανίππην στάδιοι λ'.

230. A Crambusa ad locum Posidarisuntem stadia sunt 30.

231. A Posidarisunte ad Morum quam vocant aquam stadia 30.

232. A Moro aqua ad Sacrum promontorium et Chelidoniam insula stadia 50.

Cuncta a Melane fluvio usque ad Chelidonias juxta terram naviganti stadia 900 (ϡ'); cursu autem compendiario per fretum usque ad Chelidonias stadia 600.

233. Ab iisdem Chelidoniis usque ad Marium Cyprique promontorium Acamantem, versus ortum solis faustissima navigatione, flante zephyro, stadia sunt 1800; ab Anemurio autem ad Chelidonias insulas stadia 1900 (͵αϡ').

SEQUITUR LYCIA.

234. A Sacro promontorio ad Melanippen stadia numerantur 30.

---

cujus initium est ad Phaselidem urbem, linea recta a promontorio 110 circiter stadiis sejunctam. Apud Scylacem promontorium vocatur Σιδηροῦς; Noster Κράμβουσαν (ἄκραν) dicit. Nomen hoc sæpius occurrit de insulis, atque in ipso sinu Pamphylio non longe ab Hiero promontorio est Crambusa insula (etiamnunc *Grambusa*). At de ea quominus nostro loco sermo sit, et series narrationis et distantiæ nota impediunt. Quare si quid erratum est, insulæ nomen perperam ad promontorium translatum sit ab excerptore, qui Crambusæ insulæ mentionem suo loco injiciendam omisit.

§ 230. Ποσιδαρισοῦντα] ἐπὶ χώρας Ποσιδαρισοῦντος cod., ut videtur. Pro χώραν fuerit χωρίον. Corruptum etiam putarim Ποσιδαρισοῦς nomen. Certe apud Scylacem est : Σιδαροῦς λιμήν, itemque ap. Stephanum : Σιδαροῦς πόλις [Λυκίας vel Παμφυλίας excidit] καὶ λιμήν. Ponendus locus in *Atrasan-bay*.

231. Μωρὸν ὕδωρ] Locus aliunde non notus, nisi fortasse cum Mannerto VI, 2 p. 136 huc pertinere putes *aquas regias*, quarum meminit Solinus c. 42 ed. Stephan. : « *Olympus quoque inter alia ibi oppidum fuit nobile, sed intercidit; nunc castellum est, infra quod aquæ regiæ ob insigne fluoris spectaculo sunt visentibus.*

§ 232. ἄκραν Ἱεράν] Cf. not. ad Scylac. p. 74. Mox velis : καὶ νήσους Χελιδονίας, præsertim quum § 233 plurali numero auctor utatur. || — σταδ. φ'] apertus scribæ error. Fuerit ϡ' :

Melas	50	
Seleucia	80	130
Eurymedon } Cynosarion }	100	230
Cestrus	60	290
Rhuscopûs	[35]	325
Masura	50	375
Mygale	15	390
Attalia	10	400
Tenedus	20	420
Lyrnas	60	480
[Phaselis	150]	630
Corycus	80	710
Phœnicûs	50	760
Crambusa	[30]	790
Sidarûs	30	820
Moron hydor	30	850
Sacrum pr.	50	900.

Post verba στάδιοι φ' in codice legitur : Λοιπὸν Λυκία, quem titulum transposui, sive quod e margine male irrepsit, sive quod sequentes διάπλοι ex alio fonte postmodum additi causa fuerint turbarum.

§ 233. Codex ita : ἔστι δὲ ἀπὸ τῶν Χελιδονίων Μάραι (Μύραι πόλις conj. Gail. et Lapie) καὶ τὸ τῆς Κυπρίας ἄκρας ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα κτλ. De Mario Cypri urbe Acamanti prom. proxima v. not. ad Scylac. p. 78, ubi adde ap. Diodor. XII, 3 Μάριον recte Wesselingium reposuisse pro Μάλον, quod præbent codices. || — ἡλίου] κριοῦ cod. || — ͵αω'] αϡ' sec. Strabon. p. 682 : ὁ δὲ Ἀκάμας... πρὸς Χελιδονίας (ἐν διάρματι σταδίων) χιλίων ἐνναχοσίων. Revera sunt stadia 1100. Paullo plura numerantur usque ad Anemurium; adeo ut Noster pro αϛ' dedisse videatur ͵αϡ'. Apud Scylacem prima Pamphyliæ urbs ab occasu est Aspendus, apud Strabonem et Ptolemæum Olbia, ap. Plinium Phaselis; Noster terminum occidentalem ponit Sacrum promontorium; ap. Hecatæum non modo Melanippium sed Phellus quoque Pamphyliæ accensetur. Idem geographus orientem versus fines Pamphyliæ ultra Melanem fluvium protulisse videtur, siquidem recte conjicio Κύρβην, quam Pamphyliæ urbem Stephanus ex Hecatæo laudat, esse Cibyram aliorum.

§ 234. ἐπὶ Μελανίππην] ἐν Μελανίππῃ cod.; em. Gail. Cf. Stephanus : Μελανίππιον, ποταμὸς (τόπος em. Berkel; πόλις Dindorf et Meineke) Παμφυλίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· τινὲς δὲ Λυκίας φασί. Quintus Smyrnæus III, p. 234 : ναῖε δ' ὅγ' αἰπεινὸν Μελανίππιον, ἱερὸν Ἀθήνης, ἀντία Μασσικύτοιο (de quo cf. id. VIII, 107 · Plin. V, 28, § 100; Ptol.), Χελιδονίης σχεδὸν ἄκρης. Ex ipsis Chelidoniis inss. una vocabatur Μελανίππεια,

235. Ἀπὸ δὲ Μελανίππης εἰς Γάγας στάδιοι ξʹ.

236. Ἀπὸ δὲ Γαγῶν ἐπὶ ποταμὸν Λάμυρον στάδιοι ξʹ· ὑπὲρ σταδίους ξʹ κεῖται πόλις Λάμυρα καλουμένη.

237. Ἀπὸ Λαμύρου ποταμοῦ εἰς πύργον τὸ Ἴσιον καλούμενον στάδιοι ξʹ.

238. Ἀπὸ τοῦ Ἰσίου πύργου εἰς Ἀνδριακὴν στάδιοι ξʹ.

235. A Melanippe ad Gagas stadia 60.

236. A Gagis ad Lamyrum fluvium stadia 60. Superjacet 60 stadiorum intervallo urbs Lamyra dicta.

237. A Lamyro ad turrem, quem Isium vocant, stadia 60.

238. Ab Isio turre ad Andriacen stadia 60.

---

teste Phavorino ap. Steph. B. Quæritur an nostrum locum intelligi voluerit Alexander Polyhistor ap. Steph. Byz., ubi : Μέλαιναι, πόλις Λυκίας. — Triginta a Sacro promontorio stadiis occurrunt ruinæ, quæ Stadiasmi auctoritate Melanippæ vindicantur (V. Spratt. l. l. I, p. 186).

§ 235. Γάγας] Cf. Scylax p. 74; Stephanus : Γάγαι, πόλις Λυκίας, ἣν καὶ Παλαιὸν τεῖχος καὶ χώραν (χωρίον? Mein.) φησὶν Ἀλέξανδρος ἐν αʹ Λυκιακῶν. Etym. M. p. 219, 8 : Γάγαι, πόλις Λυκίας. Εἴρηται ὅτι Ῥόδιοι Λυκίους αἰτοῦντες τόπον ἐν ᾧ κατοικήσουσιν, ἐβόων γᾶ γᾶ, τῇ πατρῴᾳ φωνῇ δωρίζοντες· καὶ ἐντεῦθεν τὸ ὄνομα ἐτέθη τῇ πόλει· ἢ ὅτι Νέμιος στρατηγῶν Ῥοδίων, καὶ τοὺς Λυκίων καὶ Κιλίκων λῃστεύοντας κατὰ θάλασσαν νικήσας, νυκτὸς χειμῶνι περιέπεσε· καὶ κινδυνευούσης τῆς νεὼς, τῶν ἐμπλεόντων ἀναβοησάντων τῇ Δωρίδι φωνῇ γᾶ γᾶ, ἐκ τοῦ ἐπιφθέγματος προσέσχον καὶ ἐσώθησαν· ἡμέρας δὲ γενομένης, κατὰ τὸν τόπον ἔκτισε πόλιν καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν ἀπὸ τῆς λεχθείσης φωνῆς Γάγαι. Eusebius De martyr. Palæstin. c. 4 : εἴ τις ἄρα Πάγας ἐπίσταται, τῆς Λυκίας οὐκ ἄσημον πόλιν, ubi Γάγας reponendum, monente Wesselingio ad Hierocl. p. 633. Porro ap. Leon. Sap. Ind. Eccles. p. 47 ed. Tafel pro ὁ Τάτλων lege ὁ Γαγῶν. Dioscorides V, 146 de Gagate lapide : Γεννᾶται ἐν Λυκίᾳ κατά τινα ποταμοῦ εἴσρυσιν εἰς θάλασσαν ἐκχεομένου· ἔστι δὲ πλησίον τῆς λεγομένης Πλαγιοπόλεως (Παλαιοπόλεως em. Salm.), καλεῖται δὲ ὁ τόπος οὗτος καὶ ὁ ποταμὸς Γάγας (l. Γάγης). Idem De lapid. ap. Iriart. in Catalog. codd. Matrit. p. 437 : λίθος Γαγάτης ὁ ἐν Λυκίᾳ εὑρισκόμενος παρὰ τὸν Γάγην ποταμόν. Plinius XXXVI, 34 : *Gagates lapis nomen habet loci et amnis Gagis Lyciæ.* Ætius II, fol. 28 a : κατὰ ποταμὸν ὀνομαζόμενον Γάγην, ὅθεν καὶ Γαγάτην ὀνομάζουσιν αὐτόν (lapidem). Contra vero Galenus vol. XIII, p. 257 : Λίθος... ὃν Διοσκορίδης καὶ ἄλλοι τινὲς ἐν Λυκίᾳ φασὶν εὑρίσκεσθαι κατὰ τὸν ποταμὸν ὄνομα Γαγάτην (l. Γάγην) :.. οὐ μὴν ἐγὼ εἶδον ἐκεῖνον τὸν ποταμὸν, καίτοι παραπλεύσας ὅλην Λυκίαν μικρῷ πλοίῳ τῆς ἱστορίας ἕνεκα τῶν ἐν αὐτῇ. Ac sane quidem nullus notatur fluvius ubi Gagarum nostrarum exstant ruinæ. Fortasse Gages fluvius, quem novit Dioscorides, Galenus vero in Lycia non vidit, in regione Olbiæ vicina quærendus est, quippe quæ ab aliis Pamphyliæ ab aliis Lyciæ accensebatur; certe fuit ibi Palæopolis quædam, ut colligitur ex Hierocle p. 680 (ubi Ὄλβασα (i. e. Ὀλβία) Παλαιόπολις), Epiphanio Cyprio in Ind. Eccl. p. 44 Taf. (τὸν Λαγίνων, τὸν Παλαιουπόλεως), schol. ad Leon. Sap. ind. eccl. p. 48 (ubi ad Pergæ ecclesiam pertinere dicuntur ὁ Λαγίνων καὶ ὁ Παλαιοπόλεως ἤτοι Ἀλεερῶν. Ceterum de Gagarum ruinis in loco nunc *Aktach* dicto v. Spratt. l. l. I, p. 184 : « The ruins of Gagæ are situated about half a mile within the present sandy shore at the eastern extremity of the plain of Phineka. Part of the city stood on the plain, and part on the brow of a hill, which rises close to the sea. On this hill was the acropolis; and between the acropolis rock and the sea is a small white rock, rising thirty feet above the plain, and bearing traces of middle-age buildings. This is the Aktash, the *white* rock, which gives the modern name of the locality. The ruins on the plain are considerable : they are all, apparently, of Roman and middle-age date. etc. » Unam tantum inscriptionem, sed quæ Gagarum nomen exhibebat, Sprattius reperit.

§ 236. ἀπὸ δὲ Γαγῶν] ἀπὸ δὲ Μελανίππης codex, sicuti § 237. Vel a Gagis computata distantia justo minor traditur, quum non 60 sed 100 fere stadia sunt usque ad fluvii ostia. Fort. tamen erat ἀπὸ δὲ Μελανίππης... στάδιοι ρξʹ. Lamyrum seu Limyrum fluvium. || — ἐπὶ ποταμὸν] ἐπὶ τάμον cod.; em. Leake. || — Λάμυρον... Λάμυρα] ἀλμυρὸν... ἁλμυρὰ codex. Stephanus B. : Λάμυρα, πόλις Λυκίας καὶ ποταμὸς Λάμυρος· ἀπὸ θαλάσσης ὑπὲρ μετεώρου λόφου · ὁ πολίτης Λαμυρεύς. Apud reliquos urbs fluviusque vocantur Λίμυρος, quam nominis formam ipse etiam Stephanus habet : Λίμυρα, πόλις Λυκίας ἀπὸ Λιμύρου ποταμοῦ. Idem : Ποδάλεια, πόλις Λυκίας, πλησίον Λιμύρων. Cf. Scylax p. 74 : Λίμυρα πόλις εἰς ἣν ἀνάπλους κατὰ τὸν ποταμόν. Strabo p. 666 (τὰ Λίμυρα); Basilius epist. 218 vol. III, p. 331, C (ἡ Λιμύρα), Ptolemæus (Λιμύρα), Hierocles p. 683 (Λίμυρα), Leo Sap. Ind. eccl. l. l. (ὁ Λιμύρων ἐπίσκοπος); Mela I, 15 : *flumen est Limyra et eodem nomine civitas.* Plinius V, 28 § 100 : *Juxta mare Limyra cum amne in quem Arycandus influit.* Cf. Ovid. Met. IX, 645. Geogr. Rav. II, 18. V, 7. Limyrus fluvius is est qui paucis ab ora maritima stadiis in Arycandum (hod. *Ortah Tchai*) influit. Ab Arycandæ ostio ad Limyrorum ruinas linea recta sunt stadia 50; adeo ut Stadiasmi stadia 60 recte habeant. Strabo urbem ab ora 20 stadiis dissitam dicit; proximus oræ locus ab urbe abest stadia 30. Falsa de Limyro habet Ptolemæus. De ruinis v. Spratt. I, p. 147. Ceterum leg. puto : ἀπὸ σταδίων ξʹ ὑπέρκειται.

§ 237. Ἀπὸ Λαμύρου ποταμοῦ] iterum codex : ἀπὸ Μελανίππης. || — Ἴσιον] Ἰσεῖον scribendum dixerim, si de Ptolemæorum in hac regione monumentis certius constaret. Præterea Ἴσιος tamquam virorum nomen proprium occurrit, adeo ut τὸ Ἴσιον esse possit Ἰσίου πύργος. Aliunde non notus locus. Mensura ducit ad maris recessum, qui est ad latus occidentale promontorii *Phineka*. Eique recessui etiam nunc imminet turris structuræ græcanicæ. Sprattii I, p. 157, dubitationes inde ortæ, quod Stadiasmo tribuit quæ in eo non leguntur.

§ 238. Ἀνδριακήν] Ἀδριακὴν et § 239 ἀπὸ Ἀδριακῆς codex. Ἀνδριάκη ap. Ptol.; Ἀνδριάκη Μυρέων ἐπινείῳ Appian. B. Civ. IV, 82; *Andriaca civitas* Plinius

239. Ἀπὸ Ἀνδριακῆς εἰς Σόμηνα στάδιοι δ′.
240. Ἀπὸ Σομήνων εἰς Ἀπέρλας στάδιοι ξ′.
241. [Ἀπὸ Ἀπερλῶν ἐπὶ * ἀκρωτήριον στάδιοι ν′.]
242. Ἀπὸ * ἀκρωτηρίου εἰς Ἀντίφελλον στάδιοι ν′.
243. Ἀπὸ Ἀντιφέλλου εἰς νῆσον Μεγίστην στάδιοι ν′.
244. Ἀπὸ Μεγίστης εἰς νῆσον Ῥώγην στάδιοι ν′.
245. Ἀπὸ Ῥώγης ἐπὶ τὰς Ξεναγόρου νήσους στάδιοι τ′.
246. Ἀπὸ τῶν Ξεναγόρου νήσων εἰς Πάταρα στάδιοι ξ′.
247. Ἀπὸ Πατάρων ἐπὶ ποταμὸν πλωτὸν [Ξάνθον] (ὑπέρκειται πόλις Ξάνθος) στάδιοι ξ′.
248. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Ξάνθου εἰς Πύδνας ἐπ' εὐθείας στάδιοι ξ′.
249. Ἀπὸ Πυδνῶν ἕως τῆς Ἱερᾶς ἄκρας στάδιοι π′.

239. Ab Andriace ad Somena stadia 80 (π′).
240. A Somenis ad Aperlas stadia 60.
241. [*Ab Aperlis ad * promontorium stadia* 50.
242. A promontorio ad Antiphellum stadia 50.
243. Ab Antiphello ad Megisten insulam stadia 50.
244. A Megiste ad Rhogen insulam stadia 50.]
245. A Rhoge insula usque ad Xenagoræ insulas stadia 80 (π′).
246. A Xenagoræ insulis usque ad Patara stadia sunt 60.
247. A Pataris ad [*Xanthum*] fluvium navigabilem, cui Xanthus urbs mediterranea adjacet, stadia 60.
248. A Xantho fluvio ad Pydnas via recta stadia 60.
249. A Pydna ad Sacrum promontorium stadia 80.

---

l. l. § 100. Hodie *Andraki*. V. Beaufort. p. 26. Apud Ptolemæum series locorum in codd. turbata est. Vide not. Wilbergi ad. p. 325.

§ 239. Σόμηνα] εἰς Σόμηναν... § 240 ἀπὸ Σομήναν codex, ut dubium sit an urbs vocanda sit ἡ Σόμηνα an τὰ Σόμηνα. Hoc malui, quum eandem urbem signare videatur Stephanus : Σίμηνα, πόλις Λυκίας, οὐδετέρως. Quamquam dubitationem injicit series locorum, quam exhibet Plinius V, 28 § 100 : *In Lycia igitur a promontorio ejus oppidum Simena, mons Chimæra noctibus flagrans, Hephæstium civitas, oppidum Olympus... Gagæ* etc. ‖ — στάδιοι δ′] Huic numero fidens Sprattius I, 137 Somena Stadiasmi retulit ad proximas Andriacæ ruinas, quas ad Suram locum Apollinis oraculo clarum pertinere certo constat. (St. B. : Σοῦρα, μαντεῖον Λυκίας, περὶ οὗ Πολύχαρμός φησι ἐν Λυκιακοῖς· « ὅπου νῦν φρέαρ θαλάσσης, [καὶ?] τόπος Σούριος καλούμενος. Plinius XXXII, 2, 8 : *In Lyciæ Myris, in fonte Apollinis, quem Surium appellant, ter fistula evocati veniunt ad augurium*. Cf. Ælian. VIII, 4; Plutarch. De sollert. anim. p. 976, C; inscriptiones ap. Spratt. II, p. 274; id. II, p. 86.) Id tamen parum probabile est. Quumque aut h. l. aut § 240 falsa distantia exhibeatur, nostro potius loco corrigendum putamus. Itaque Somena ad proximas ruinas pertinuerint, ad intimum maris recessum, cui Dolichiste insula (h. *Kakava*) prætenditur, positas. Hucusque ab Andriace sunt ad stadia 80, adeo ut Δ ortum fuerit ex Π.

§ 240. Ἀπέρλας] Positus locus ad sinum qui vocatur *baie d'Assar*. Ibi Cockerell in titulo aliquo reperit nomen ΑΠΕΡΛΕΙΤΩΝ. In nummis Gordiani habes : ΑΠΕΡΡΑΙΤΩΝ, sicut Ἀπέρραι locus scribitur apud Ptolemæum. Eandem formam Silligius restituit Plinio l. l., ubi codices : *Aperiæ, Aperie, Apyre*. Cum Nostro facit Hierocles p. 684, ubi Ἀπέρλαι, quod reponendum in Notit. Eccles. ed. Goar., ubi ὁ Ἀπρίλων (ἐπίσκοπος), et apud Leon. Sap. Ind. eccles. p. 47, ubi ὁ Ἀπριλλων.

§ 241. Hæc supplevi. Putari possit § 242 ἀκρωτηρίου corruptum esse ex ἀπὸ Ἀπερλῶν. Sed vetat ratio locorum et distantiarum. Nam ab Aperlis ad Antiphellum (h. *Antifilo*) non 50, sed centum fere stadia sunt. In medio autem itinere obvium fit promontorium meridiem versus porrectum. Hujus igitur mentionem nostro loco excidisse consentaneum est. De Antiphello post alios nuperrime dixit Spratt. I, p. 69 : « Antiphellus is now represented by about eight houses, called Antiphilo. The bay in front is wild and beautiful; the mountains rise everywhere boldy above a little tranquil basin sheltered by a cluster of islands. The coast is clothed with a luxuriant underwood, springing up within a few feet of the water's edge. The bay, although so well sheltered, is rendered useless, as an anchorage, by the excessive depth of the water, which, from being beyond the influence of the turbid Xanthus, appears during a calm of as deep a blue as the western ocean. The port is formed by an ancient pier extending from one side of a small indenture of the coast. This pier is still in part above water, and affords shelter to the little boats of passage constantly moving with passengers or merchandise to and from the island of Castelorizo, enlivening the appearance of the few places on the coast of Lycia where a sail is often seen on the waters. »

§ 243. Μεγίστην] hodie *Meis* vel *Castelorizo*. Cf. Scylax ibiq. not.

§ 244. Ῥώγην] Ῥόπην et § 245 Ῥόπης codex; *Rhoge* Plinius V, 35; Ῥώγη, νῆσος ἐπὶ τῇ Λυκίᾳ, Stephanus Byz. Hodie *Hagios Georgios*.

§ 245. Ξεναγόρου] Cf. Plinius l. l. : *Rhoge, Enagora* (sic) *VIII m. p.* Vir doctus ap. Silligium scribi jubet : *Xenagoræ VIII*, omisso *m. p.* At non octo sunt insulæ, sed duo, *Ochendra* et longe major *Volo*, cujus ambitum notavit Plinius. ‖ — σταδ. τ′] lege σταδ. π′. ‖ — § 246. ἀπὸ τῶν Ξεναγόρων cod.; em. G.

§ 247. Ξάνθον supplevit Gailius. De Pataris et Xantho urbibus non est quod moneatur.

§ 248. Πύδνας] Locus aliunde non notus. Pertinere ad eum castelli ruinas quæ prope *Uzlan* sitæ proxime in ora sequuntur, statuunt; quamquam hucusque a Xanthi ostio nonnisi 30 stadia, et a ruinis istis ad Sacrum prom. non 30 sed 60 stadia sunt. Bene habent distantiæ, si Pydnæ ponas, ubi Sprattius notavit castellum ævi medii (*midle-age fortress*). Quodsi eodem referendæ sunt Κόδναι Ptolemæi, ut Leakius censet, mire de situ loci geographus erravit.

§ 249 sqq. Sacrum promontorium intellige eam

250. Ἀπὸ Ἱερᾶς ἄκρας εἰς Καλαβαντίαν στάδιοι λ'.

251. Ἀπὸ Καλαβαντίων εἰς Περδικίας στάδιοι ν'.

252. Ἀπὸ Περδικιῶν εἰς Κισσίδας στάδιοι ν'.

253. Ἀπὸ Κισσίδων ἐπὶ νῆσον Λάγουσαν στάδιοι π'.

254. Ἀπὸ Λαγούσης ἐπὶ Τελμησσὸν στάδιοι ε'. Γίνονται ὁμοῦ οἱ πάντες [ἀπὸ τῆς Ἱερᾶς ἄκρας] ἕως Τελμησσοῦ στάδιοι ,αφ'.

250. Ad Sacro promontorio ad Calabantiam stadia 30.

251. A Calabantiis ad Perdicias stadia 50.

252. A Perdiciis ad Cissidas stadia 50.

253. A Cissidibus ad Lagusam stadia 80.

254. A Lagusa ad Telmissum stadia 15 (ιε'). Colligitur [*a Sacro promontorio*] usque ad Telmissum summa stadiorum 1100 (,αρ').

ΛΟΙΠΟΝ ΚΑΡΙΑ.

255. Ἀπὸ Τελμησσοῦ ἐπὶ Πηδάλιον κατὰ τὴν Ῥόπισαν στάδιοι σ'.

256. Ἐκ Τελμησσοῦ εἰς Δαίδαλα στάδιοι ν'.

257. Ἐκ Δαιδάλων εἰς Καλλιμάχην στάδιοι ν'.

258. Ἐκ Καλλιμάχης εἰς Κρύα στάδιοι ξ'.

SEQUITUR CARIA.

255. A Telmesso ad Pedalium, e regione Ropusæ insulæ situm, stadia 200.

256. A Telmesso ad Dædala stadia 50.

257. A Dædalis ad Callimachen stadia 50.

258. A Callimache ad Crya stadia 60.

Cragi montis extremitatem, quæ maxime occasum versus procurrit. In Sprattiana mappa vocatur *Yedi Bouroun*. Sequens locus num ἡ Καλαβαντία an τὰ Καλαβάντια dicendus sit, e codice nostro non liquet. Alius nemo eum memorat. Nec magis constat de Perdiciis Cissidibusque. Ruinarum quoque indiciis destituimur.

§ 253. Λάγουσαν] § 254 ἀπὸ Λαγουσῶν codex. Cf. Plinius V, 35 § 131 : *Glaucum versus amnem Lagusa* (*Lagussa* v. l.). Ea signari insula videtur, quæ ostio sinus Telmessensis objecta est, et ruinas habet. A Telmisso distat ad 18 stadia sec. mappam Sprattii. Itaque § 254 pro ε' fuerit ιε'. Post verba στάδιοι ε' in codice leguntur : ἀπὸ Τεμενενσοῦ ἐπὶ Πηδάλιον κατὰ τὴν Ῥόπισαν στάδιοι σ', quæ quum ad Cariæ paraplum pertineant, transposui in § 255. Probabiliter ex margine assumta sunt.

§ 254. Τελμησσόν] Τελεμενσὸν et § 255 et 296 Τελεμενσοῦ codex. De ruinis urbis ad hod. *Makri* sitis Clarke, Beaujour, Leake, Fellow, alios v. Spratt. I, 2 sqq. || — ἀπὸ τ. Ἱ. ἄκρας addidi. || — ,αφ'] corrupte. E numeris a nobis partim correctis, partim suppletis colliguntur stadia 1175; ipse auctor fortasse computaverat 1100 vel 1200 :

Sacrum promontorium		
Melanippe	30	
Gagæ	60	90
Lamyrus fluv.	60	150.
Isium	60	210.
Andriace	60	270.
Somena	80	350.
Aperlæ	60	410.
[Promontorium]	50	460.
Antiphellus	50	510.
Megiste i.	50	560.
Rhoge i.	50	610.
Xenagoræ inss.	80	690.
Patara	60	750.
Xanthus	60	810.
Pydna	60	870.
Sacrum prom.	80	950.
Calabantia	30	980.
Perdiciæ	50	1030.
Cissides	50	1080.
Lagusa i.	80	1160.
Telmessus	15	1175.

§ 255. Ῥόπισαν] sic codex, teste Millero; Ῥύπισαν apogr. Iriart. Nomen aliunde non notum. — Pedalio promontorio (de quo v. § 260) in Glauco sinu complures adjacent insulæ, quarum una nostro loco indicari videtur. Pertinent ad eas *Cryeon tres insulæ* apud Plinium V, 35. Duas nominatim affert ex Artemidoro Stephanus s. v. Κρύα : « εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι νῆσοι Κρυέων, Κάρυσις καὶ Ἄλινα. In continenti Pedalio objacet Κρύα vel Κρυασσὸς urbs; adeo ut, si forte corruptum est Ῥόπισαν, nescio an Κρυασσόν scribendum sit. Noster sane § 258 Κρύα urbem vocat; verum quum hocce segmen in codice legatur loco inepto, porro quum pro stadiis 200 ex seqq. § 256-260 colligantur stadia 240 : sponte nascitur suspicio § 255 ex alio fonte assumtam esse.

§ 256. Δαίδαλα] Cf. Strabo p. 651. 664; Plinius l. l.; Livius XXXVII, 22; Ptolemæus; Steph. Byz. v. Δαίδαλα et Τελμισσός. *Dædaleon duæ insulæ* memorantur ap. Plin. V, 35. In Geograph. Rav. II, 18 et V, 7 inter *Thelmison* et *Lindon* (i. e. Calindam) recensetur *Pathumis* vel *Pathehumis*, locus aliunde non notus. Ad Dædala recte, procul dubio, referuntur ruinæ quæ sunt ad *Inetchikoi*. Eo usque a Telmisso sunt stadia centum, dum noster quinquaginta numerat parum accurate.

§ 257. Καλλιμάχην] Hanc alius nemo memorat. Ponenda in ultimo Glauci sinus recessu. Fuerit τὸ ἐπίνειον Calindæ urbis mediterraneæ, cujus ruinæ ad Calbin fluvium (*Doloman Tchai*) sitæ quinquaginta fere stadia ab ora distant. Stephanus inter Cariæ loca habet Καλλίπολιν, de cujus situ non constat. An forte hæc cum Callimache componenda?

§ 258. Κρύα] Κρούαν et § 259 ἐκ Κρούων codex. Κρύα urbem vocant Artemidorus apud Stephan. s. v., Plinius, Mela; Ptolemæi codices corrupte Καρύα; aliis dicitur Κρυασσός. Vid. not. ad Scylac. p. 73. Locum urbis ruinæ produnt. Distantia recte habet.

259. Ἐκ Κρύων εἰς τὰς Κλύδας, στάδιοι ν'.

260. Ἐκ Κλυδῶν ἐπὶ τὸ Πηδάλιον ἀκρωτήριον στάδιοι λ'.

261. Ἀπὸ τοῦ Πηδαλίου ἐπὶ τὸν Ἀγκῶνα τὸν ἐπὶ τοῦ Γλαύκου στάδιοι π'.

262. Ἀπὸ τοῦ ἄγκωνος ἐπὶ τὸν Καυνίων Πάνορμον στάδιοι ρκ'.

263. Ἀπὸ τοῦ Πανόρμου ἐπὶ τὴν Κυμαρίαν καλουμένην στάδιοι ν'.

264. Ἀπὸ Κυμαρίας εἰς Πασάδαν στάδιοι ξ'.

265. Ἀπὸ Πασάδης εἰς Καῦνον στάδιοι λ'.

266. Ἀπὸ Καύνου εἰς τὴν Ῥόπουσαν στάδιοι ιε'.

267. Ἀπὸ τῆς Ῥοπούσης εἰς τὸ ἀπέναντι, εἰς Λευκόπαγον, στάδιοι μ'· ἀπὸ δὲ τῆς Ῥοπούσης εἰς Σάμον στάδιοι ρ'.

259. A Cryis ad Clydas stadia 50.

260. A Clydis ad Pedalium seu Gubernaculum promontorium stadia 30.

261. A Pedalio usque ad Cubitum Glauci sinus stadia 80.

262. A Cubito ad Cauniorum Panormum stadia 120.

263. A Panormo ad Cymariam quam vocant, stadia 50.

264. A Cymaria ad Pasadam (*Passala?*) stadia 60.

265. A Pasada (*Passalis?*) ad Caunum stadia 30.

266. A Pasada (ἀπὸ Πασάδης) ad Rhopusam *ins.* stadia 15 (115?).

267. A Rhopusa ad objectum in continente Leucopagum stadia 40; a Rhopusa ad Samum stadia 100.

---

§ 259. εἰς τὰς Κλύδας] εἰς τὸν Κοχλίαν et § 260 ἐκ Κλυδῶν codex. Hæc quum seriem continuam non constituant, distantiarum vero rationes nihil excidisse probent, utrumque nomen ad eundem locum pertinere debet. Apud Ptolemæum post Crya sequitur locus, qui vulgo scribitur Λύδαι, in Wilbergi codd. Χύδαι; Wilbergius utramque scripturam jungens dedit Χλύδαι. Tutius fuerit cum Nostro scribere Κλύδαι, quod § 259, confusis literis ΛΔ et ΧΛ abiit in ΚΧυλαι, unde nescio quis formavit Κοχλίαν. Quinquaginta stadia ad isthmum pertinent, quo promontorium (*Suwela Bouroun*) continenti adhæret.

§ 260. Πηδάλιον] Ab isthmo modo memorato cornu promontorii orientem versus per triginta stadia excurrit, quod cum gubernaculo veteres comparasse nomen docet. Cf. Mela I, 16: *Hic castella aliquot sunt, deinde promontoria duo, Pedalion et Crya.* Plinius V, 29 § 103: *In ea* (Caria) *promontorium Pedalium, amnis Glaucus deferens Telmedium, oppida Dædala, Crya fugitivorum; flumen Axon; oppidum Calinda.* Pliniana nominum series Kiepertum movisse videtur, ut Pedalion pr. componeret cum hod. *Cap Angistro* in Glauci sinu latere orientali. Quamquam exigua est Plinii de his rebus auctoritas.

§ 261. Ἀγκῶνα] A Pedalio ad *Suwela Bouroun* sive ad extremitatem meridionalem promontorii, quod Glaucum sinum ab occasu claudit, 50 fere sunt stadia; Noster minus accurate 80 stadia computat, locumque de situ suo vocat τὸν ἀγκῶνα τὸν ἐπὶ τοῦ Γλαύκου sc. κόλπου. Idem, opinor, promontorium Mela *Crya*, Scylax p. 73 Κρυασσὸν, dicunt, Strabo vero de Dianæ fano Ἀρτεμίσιον vocat p. 651: ἀπὸ Δαιδάλων πλέουσιν ἐπὶ τὴν δύσιν... κόλπος ἐστὶ εὐλίμενος Γλαῦκος καλούμενος, εἶτα τὸ Ἀρτεμίσιον ἄκρα καὶ ἱερόν. Nescio quo pacto Kiepertus hunc ἀγκῶνα ad hod. *Kapania Bouroun* transferre potuerit.

§ 262. τὸν Καυνίων] Κουνίων codex; em. Gail. Stadia 120 pertingunt ad maris recessum inter Calbin fluvium (*Doloman Tchai*) et *Capania Bouroun* medium. Ad latus hujus recessus orientale supersunt veteris loci ruinæ, quas ad Panormum retulerim. Proprium loci nomen fuisse Πίσιλιν conjicias e Strabone p. 651, ubi: εἶτα Καῦνος καὶ ποταμὸς πλησίον Κάλβις βαθὺς, ἔχων εἰσαγωγήν· καὶ μεταξὺ Πίσιλις.

§ 263 sq. Cymaria et Pasada aliunde non notæ. Stadia 50+60 ducunt ad ostium fluminis, supra quem 30 ab ora stadiis exstant Cauni urbis ruinæ. Quare Pasadam fuisse Cauni ἐπίνειον, et sequentia stadia 30 non juxta oram metienda esse, scribam autem frequenti illo errore § 266 ἀπὸ Καύνου pro ἀπὸ Πασάδης perperam exarasse puto. Præterea quum infra τὰ Πάσσαλα Mylasensium ἐπίνειον occurrat, nescio an idem nomen etiam nostro navali fuerit. Certe Δ et Λ literæ facile confundebantur, ac pluralem nominis formam fortasse subindicat § 265 corrupta codicis scriptura ἀπὸ Πασάδαν, quod in ἀπὸ Πασάδας (sic) mutavit Gailius.

§ 265. Cauni, notæ urbis, ruinæ prope vicum *Dalian,* non longe a *Koitches* lacu.

§ 266. ἀπὸ Καύνων codex || — Ῥόπουσαν sc. νῆσον. Eodem modo nomen scribitur § 272. Fortasse rectius Plinius V, 35 § 131: *proxuma Cauno Rhodussa* (*Rhodusa* codd. plurimi). Ceterum insulam quæ nonnisi 17 a Cauno stadiis absit, non video. Insula proxima (hod. *Linosa*) centum fere stadia distat, ac tot inter Caunum et Rhopusam intercedere in Stadiasmo statuuntur § 272, quum a Rhodo ad Rhopusam stadia 350, a Rhodo ad Caunum 450 stadia computentur. Igitur pro ιε' reponendum foret ρ'; ea tamen violentior mutatio. Quo accedit quod qui mox sequuntur διάπλοι non ex eodem quo paraplus noster fonte fluxisse videntur. Scribi possit ριε', nisi tam accuratus numerus a more Nostri alienus esset, et summa stadiorum § 296 tradita auctoris potius quam librarii errorem nostro loco subesse argueret.

§ 267. Leucopagum et Samum alius nemo memorat, quantum sciam. Centum stadiis in intimum sinus recessum deferimur, cui hodie adjacet *Marmaras;* olim ibi Physcum urbem fuisse statuitur probabiliter (Cf. De Physco Strabo p. 652: Φύσκος πολίχνη, λιμένα ἔχουσα καὶ ἄλσος Λητῷον. Id. p. 663; Ptolemæus V, 2, p. 318, 1, ubi Φοῦσκα, Stephan. Byz. v. Φύσκος); Samus nostra Physci fuerit portus. Ipsam Physcum urbem memorat διάπλων auctor § 272, ab ea ad Rhodum computans stadia 450, quum reapse vix trecenta

268. Ἀπὸ τῆς Σάμου ἐπὶ [τὸ] Ποσείδιον στάδιοι ξ΄.

269. Ἀπὸ τοῦ Ποσειδίου ἐπὶ τὸν Φάλαρον στάδιοι ν΄.

270. Ἀπὸ τοῦ Φαλάρου εἰς νῆσον Ἐλαιοῦσσαν καλουμένην στάδιοι ν΄.

271. Ἀπὸ τῆς Ἐλαιούσσης εἰς Ῥόδον στάδιοι ρν΄· ἥτις ποιεῖ ἐπὶ Μαλλὸν μὲν σταδ. χ΄, καὶ ἐπὶ τὸ Ἱερὸν τῶν Βυζαντίων σταδ. χ΄.

272. Ἐκ Ῥόδου εἰς Ἀλεξάνδρειαν στάδιοι ,δφ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Ἀσκάλωνα στάδιοι ,γχ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Καισάρειαν στάδιοι ,γχ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Βηρυτὸν στάδιοι ,γχ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Σιδόνα στάδιοι ,γχ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Βύβλον στάδιοι ,γχ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Τρίπολιν στάδιοι ,γχ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Σελεύκειαν στάδιοι ,γχ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Κιλικίαν στάδιοι ,αφ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Κώρυκον στάδιοι ,α.

Ἐκ Ῥόδου δὲ ἐπὶ τὴν Κύπρον τὴν ἑσπερίαν ἐπ' ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου οὐριώτατα ζεφύρῳ στάδιοι ,βω΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Πάταρα στάδιοι ψ΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Καῦνον στάδιοι υν΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς νῆσον Ῥόπουσαν στάδιοι τν΄.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Φύσκον στάδιοι υν΄.

268. A Samo ad Posidium stadia 60.

269. A Posidio ad Phalarum stadia 50.

270. A Phalaro ad Elæussam quam vocant insulam stadia 50.

271. Ab Elæussa ad Rhodum stadia 150.

A Rhodo ad Mallum conficiuntur stadia 4600 (,δχ΄), et ab eadem ad Fanum Byzantiorum stadia 4600 (,δχ΄).

272. A Rhodo ad Alexandriam stadia 4500.

A Rhodo ad Ascalonem stadia 3600

A Rhodo ad Cæsaream stadia 3600.

A Rhodo ad Berytum stadia 3600.

A Rhodo ad Sidonem stadia 3600.

A Rhodo ad Byblum stadia 3600.

A Rhodo ad Tripolim stadia 3600.

A Rhodo ad Seleuciam stadia 3600.

A Rhodo ad Ciliciam stadia 1500.

A Rhodo ad Corycum stadia 1000.

A Rhodo ad Cyprum occidentalem versus ortum solis zephyro cursu faustissimo stadia 2800.

A Rhodo ad Patara stadia 600.

A Rhodo ad Caunum stadia 450.

A Rhodo ad Rhopusam insulam stadia 350.

A Rhodo ad Physcum stadia 450.

---

sint. Multo accuratius in paraplo nostro a Samo ad Rhodum exputantur stadia 310.

§ 268. Ποσείδιον] hodie *Cap Marmaras*. Prope id ex Ptolemæi tabulis ponendum est Φοίνιξ χωρίον, quod Strabo quoque p. 652 in summo Phœnice monte situm esse dicit, sed perperam post Loryma demum memorat.

§ 269. Φάλαρον] Locus aliunde non notus; ponendus in recessu, ab *Aspro Capo* meridiem versus sito, in quem exit fluvjus. Fortasse est Κρήσσω λιμήν Ptolemæi, cujus meminit etiam Plinius V, 29. § 104: *Oppidum Caunos liberum, dein Pyrnos* (*Physcus?*), *portus Cressa, a quo Rhodus insula* XX m. (= 160 stad.; 200 stad. a Phalaro ad Rhodum sec. Stad.), *locus Loryma*. Apud Geogr. Rav. V, 7 inter Caunum et Lorymam memoratur *Precos* (*Cressus?*).

§ 270. Ἐλαιοῦσσαν] Ἐλαοῦσαν et § 271 Ἐλαούσης codex. Cf. Strabo l. l.: πρόκειται (ante Phœnicem montem) Ἐλεοῦσσα (Ἐλαιοῦσσα em. Tzsch. et Coray.) διέχουσα τῆς Ῥόδου σταδίους ρκ΄ (Stadiassm. st. 150, minus accurate). Idem p. 652: πρόκειται δ' ἡ Ἐλεοῦσσα ἐν δ' σταδίοις, κύκλον ἔχουσα ὅσον ὀκτωστάδιον. Nunc *Alessa*.

§ 271. ἥτις ποιεῖ] Fortasse ita dicere licebat plebi nauticæ; sin minus, fuerit: .. σταδίους ρν΄ ὅθεν εἴ τις πλέει ἐπὶ Μαλλὸν μὲν στάδιοι ,δχ, ἐπὶ δὲ τὸ ἱερὸν τ. Β. στάδιοι ,δχ΄. ‖ — Μαλλὸν] Μαελὸν codex; em. Gail. Longitudinem navigationis juxta Asiam minorem orientem versus usque ad Mallum, boream versus usque ad Fanum Byzantiorum auctor supputat. ‖ — χ΄] Juxta oram a Rhodo ad Mallum secundum paraplum nostrum ad 6000 stadia sunt. Hoc loco vel 5600 vel 4600 tradi poterant, prouti compendia itineris computaveris. Linea recta est stadiorum 3600 (4000 sec. tab. Ptolem.). Strabo p. 106 a Rhodo ad sinum Issicum linea recta esse ait stadia 5000; totidem a Rhodo ad Byzantium numerat, dum Eratosthenes hanc viam nonnisi 3000 stadiorum tradidit.

§ 272. ,δφ΄] Totidem stadia Agathemerus I, 14 ab Alexandria ad Lindum habet; Eratosthenes ap. Strab. p. 25. 86. 125 stadia 4000, vel 3640 ap. eundem p. 584. Secundum Plinium Eratosthenes ab Alex. ad Rhodum computavit 469 mill. (3652 stad.), Isidorus 578 mill. (4624 stad.), Mucianus 500 mill. (4000 st.). Revera sunt fere 3300 stadia. ‖ — Ἀσκάλωνα] κάλωνα cod.; em. Gail. In sqq. pro ,γχ΄ ubique fuerit ,δχ΄. Confusæ voces τρισχίλιοι et τετρακισχίλιοι. Quod eadem prorsus distantia de omnibus oræ Syriæ urbibus prædicatur, in numeris hisce rotundis non est premendum. ‖ — Καισάρειαν] Κερασίαν cod.; em. Gail. ‖ — Βηρυτὸν] Berytus ex serie geographica ante Sidonem ponenda erat. ‖ — Κώρυκον] Cf. supra § 227. Numerus ,α justo minor; via brevissima 1300 circiter stadiorum. ‖ — ἐπὶ τὴν Κύπρον κτλ.] ἐπὶ τὴν Κύπρον ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν τὴν ἐπ' ἀνατολὰς τοῦ κριοῦ οὐριωτάτου ζεφύρῳ codex. Usque ad Acamantem, occidentale Cypri promontorium, ad quod sæpius Noster diaplos suos direxit, sunt fere stadia 2100. Non tamen ,βρ΄ scribendum pro ,βω΄. Error est auctoris, quem simili modo ab Acamante ad Chelidonias 1800 (Strabonem vel 1900) stadia computare vidimus, quum sint fere stadia 1100. Apud Plinium V, 36, § 135 a Rhodo ad Cyprum esse dicuntur CLXVI m. p. (1328 stadia), numero haud dubie corrupto. ‖ — Πάταρα... ψ΄] linea recta sunt 550. ‖ — Καῦνον.. υν΄] sunt ad 300 stadia. Ad Rhopusam sunt

Ἐκ Ῥόδου εἰς Ἄγνην στάδιοι τν'.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Κνίδον στάδιοι ψν'.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Νίσυρον στάδιοι ωκ'.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Τῆλον στάδιοι φν'.

Ἀπὸ Λεπαταλέων ἐπὶ τὸ Ποσείδιον τὸ Καρπάθου στάδιοι υκ'.

Ἐκ Ῥόδου εἰς τὴν Κῶ στάδιοι ων'.

Ἐκ Ῥόδου εἰς τὴν Χίον στάδιοι ,γ.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Μύνδον στάδιοι ,α.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Σάμον στάδιοι ,αω'.

Ἐκ Ῥόδου εἰς Τένεδον στάδιοι ,γψ'.

273. [Ἔστι δὲ ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὸ Σκύλλαιον τῆς Ἀργολίδος πλέειν ἐπὶ τὴν δύσιν τοῦ ἡλίου οὐριώτατα ἀπηλιώτῃ σταδίοις *]· πλεύσεις δὲ ἔχων ἐκ τῶν εὐωνύμων νήσους [τὴν] Νίσυρον καὶ τὴν Ἀστυπάλειαν, ἐκ δὲ τῶν δεξιῶν τὴν Κῶ καὶ τὴν Λέρον [καὶ τὴν Κίναραν καὶ τὴν Ἀμοργὸν, καὶ πλεύσεις ἐπὶ τὴν Δόνουσαν σταδίους ν *]· τὸ λοιπὸν ἀπὸ τῆς Δονούσης λαβὲ εὐωνύμους καὶ Ἰὸν καὶ Σίκινον καὶ τὴν Σίφνον (καὶ τὴν Θήραν) καὶ τὴν Σέριφον καὶ τὴν Κύθνον, ὅθεν ὁρᾶται τὸ Σκύλλαιον.

A Rhodo ad Agnen (*Æglen?*) stadia 350.

A Rhodo ad Cnidum stadia 750.

A Rhodo ad Nisyrum stadia 820.

A Rhodo ad Telum stadia 550.

A Lepataleis *Rhodi* ad Posidium Carpathi insulæ stadia 420.

A Rhodo ad Côn stadia 850.

A Rhodo ad Chium stadia 3000.

A Rhodo ad Myndum stadia 1000.

A Rhodo ad Samum stadia 1800.

A Rhodo ad Tenedum stadia 3700.

273. [*A Rhodo navigatur ad Scyllæum Argolidis promontorium versus occasum solis zephyro vento faustissime stadiis* *.] Navigabis autem a sinistra habens insulas Nisyrum et Astypalæam, a dextra Côn et Lerum [*et Cinaram et Amorgum atque navigabis ad Donusam stadia* *]; post hæc a Donusa ita naviga ut ad sinistram habeas Ium et Sicinum et Siphnum et Seriphum et Cythnum, unde conspicitur Scyllæum.

---

stadia 230, ad Physcum 280. || — Ἄγνην] De Agne continentis loco inter Physcum et Cnidum sito non constat. Probabiliter Hoffmannus statuit Σύμην insulam indicari, sive hoc ipsum nomen reponendum est, sive scribendum Αἴγλην. Nimirum, Stephano teste, Syme insula πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Μεταποντὶς, εἶτα Αἴγλη. Ad eam insulam reapse sunt stadia 200. || — ψν'] ad Cnidum sunt 450. Scribendum vel υν' vel potius υκ'. Nam in sqq. a Cnido ad Myndum numerantur stadia 580 (180 +180+220), a Rhodo autem ad Myndum stadia 1000: igitur a Rhodo ad Cnidum sunt stad. 420. || — Νίσυρον] Νήσυρον cod.; em. Gail. || — ωκ'] deb. 20. || — Τῆλον] Τίλον cod.; em. G. || — φν'] deb. 400. Major etiam error Agathemeri, qui a Thoantio Rhodi prom. (*Cap. S. George*) ad Telum esse ait stadia 560, quum sint circiter 330. || — ἀπὸ Λεπαταλέων] Nomen aliunde non notum. Fort. leg. Λεπταλέων. Intelligo tenuem ἄκραν (*Cap. Prasonisi*), quæ in meridionali Rhodi extremitate versus Carpathum insulam porrigitur. || — Καρπάθου] Κάρπασον cod.; em. G. Posidium Carpathi oppidum memorat Ptolemæus V, 2, p. 324. || — ων'] Sunt fere 600. Similiter quæ ad Chium, Myndum, Samum, Tenedum pertinent numeri nimis magni, non tamen corrupti sunt. || — εἰς Μύνδον] Myndi ruinæ ad hod. *Goumichlou liman*, quæ a Co urbe distant stadia 100; Noster exputat stadia 150, siquidem a Rhodo ad Con stadia 850, ad Myndum stad. 1000 habet.

273. Sequitur διάπλους vel διάφραγμα a Rhodo ins. ad Scyllæum (*Kryo Neri*) Argolidis promontorium. Lacerum esse patet. Prima verba uncis inclusa præfixi ad similitudinem eorum quæ leguntur § 280. || — καὶ τὴν Ἀμοργὸν κτλ.] Codex ita: καὶ τὴν Ἀμουργὸν καὶ Ἴον καὶ Σίκινον καὶ τὴν Δάφνην καὶ τὴν Δήραν καὶ τὴν Σέριφον καὶ τὴν Κύδνον· τὸ λοιπὸν ἐπὶ τῆς Δονούσης λαβὲ εὐώνυμον, ὅθεν ὁρᾶται τὸ Σκύλλαιον. Hæc sic sensu carent. Ad redintegrandum locum adhibenda quæ § 280 post verba καὶ τὴν Πάτμον inepte legebantur hæcce: καὶ τὴν Κίναραν καὶ τὴν Ἀμουργόν· καὶ πλεύσεις ἐπὶ τῆς Δονούσης σταδ. ν' εὐωνύμως. Hinc supplevi uncinis distincta; reliqua adornavi ut διάπλου ratio postulat. Formam Ἀμουργόν emendavi, quamquam eandem habes etiam apud Hieroclem p. 657, sicuti Μουργός est in codd. Ptolemæi V, 2, p. 323. Pro Δάφνην dedi Σίφνον, dubitans tamen; nam quum Thera, ab hoc diaplo prorsus aliena, commemoretur, proclivis conjectura est in Δάφνην latere Ἀνάφην, quæ propinqua est Theræ insulæ, adeo ut is qui Theræ mentionem intruserit, idem etiam Anaphen adjecerit. Δόνουσαν (malim Δονοῦσσαν) insulam pauci memorant. Sitam fuisse haud ita longe ab Io versus boream, e nostro colligas. Porro quum schol. ad Dionys. Per. 530 dicat: Δόνουσα Νάξου ἐγγύς: sequitur positam esse inter Jum et Naxum, ubi nunc est *Heraclia* ins. Hæc a Delo linea recta distat stadiis 320, ac totidem a Delo ad Donusam Stadiasmus § 284 computat. Rhodii in Græciam trajicientes ibi appulisse et stationem habuisse videntur, in eumque sensum interpretandus Stephanus: Δονουσία (« ex Δόνουσα, Δονοῦσσα corruptum. » *Meineke*), νῆσος μικρὰ Ῥόδου, εἰς ἣν Διόνυσος τὴν Ἀριάδνην μετεκόμισε, τοῦ πατρὸς Μίνω διώκοντος αὐτήν· ἔοικεν οὖν Διονυσία εἶναι, καὶ κατὰ καταφθορὰν Δονουσία. His male intellectis usus Eustathius ad Dion. 530 scripsit: Σποράς δὲ καὶ ἡ πρὸς τῇ Ῥόδῳ Δονουσία (Νουσία plerique codd.; similiter Stad. § 284 Νοσοῦσαν pro Δόνουσαν). Præterea Donusa memoratur ap. Virgil. Æn. III, 125. Cir. 476; Melam II, 7 (*Donyssa, Donysa, Donysia* codd.), Plin. IV, 23 § 69, Tacit. An. IV, 30 et G. Rav. V, 21 (ubi *Dionyssa*). — Ceterum nescio an ante τὴν Σίφνον exciderit δεξιὰς δέ.

§ 274-279. A Cnido (in prom. *Cryo*) ad urbem Con linea recta stadia 100. Inde ad Halicarnassum (*Boudroun*) stadia 100. Inde ad Myndi ruinas circi-

274. Ἀπὸ Κνίδου εἰς τὴν Κῶ στάδιοι ρπ'.
275. Ἀπὸ Κῶ εἰς Ἁλικαρνασὸν στάδιοι ρπ'.
276. Ἀπὸ Ἁλικαρνασοῦ εἰς Μύνδον στάδιοι σκ'.
277. Ἀπὸ Μύνδου εἰς Λέρον στάδιοι τν'.
278. Ἀπὸ Μύνδου εἰς τὴν Κῶ στάδιοι ρμ'.
279. Ἀπὸ δὲ Κῶ εἰς Λέρον στάδιοι τν'.
Ἀπὸ Κῶ εἰς Δῆλον στάδιοι ,ατ'.
Ἀπὸ Κῶ εἰς Σάμον στάδιοι ,α.

280. Ἔστι δὲ ἀπὸ Κῶ εἰς τὴν Δῆλον πλέειν [ἐπὶ τὴν δύσιν] τοῦ ἡλίου οὐριώτατα ἀπηλιώτῃ σταδίοις ,ατ'. Πλεύσεις δὲ εἰς Κάλυδναν· καταπλεύσεις δὲ ἐκ δεξιῶν ἔχων τὸ Ὑψίρισμα· καὶ τὰς Καλύδνας καὶ (τὴν Κέλεριν καὶ) τὴν Λέρον καὶ τὴν Πάτμον δεξιὰς λαβὼν, τοὺς δὲ Μελαντείους καὶ τὴν Μύκονον ἐκ τῶν εὐωνύμων καὶ Τῆνον [ἐκ δεξιῶν ἔχων] καταχθῇς εἰς Δῆλον.

281. Ἀπὸ Μύνδου * ἥτις ἐστὶ διὰ τῆς Ἀττικῆς * στάδ. ,αφ'. πλεύσεις δὲ διὰ τῶν Κορσικῶν καὶ τῆς τε Λέρου καὶ τῆς Καλύδνης· καὶ τὴν Ὀροβίδα λαβὼν

274. A Cnido ad Côn stadia 180.
275. A Co ad Halicarnassum stadia 180.
276. Ab Halicarnasso ad Myndum stadia 220.
277. A Myndo ad Lerum stadia 350.
278. A Myndo in Côn stadia 140.
279. A Co ad Lerum stadia 350.
A Co ad Delum stadia 1300.
A Co ad Samum stadia 1000.

280. A Co in Delum navigare est *versus occasum* solis zephyro vento cursuque faustissimo stadiis 1300. Navigabis autem in Calydnam, versus eamque ita navigabis, ut a dextris habeas Hypsirisma. Deinde Calydnas et Lerum et Patmum a dextris linquens; Melantios vero *scopulos* et Myconum a sinistris, et Tenum a dextris habens appellas in Delum.

281. A Myndo (*ad Sunium?*) Atticæ navigatur stadiis 1500. Navigabis autem per Corsicas insulas; tum trajicies inter Lerum et Calydnam; linquensque

---

ter 160 stadia; inde ad Lerum 200; a Myndo ad Con 100; a Co in Lerum 270; a Co ad Samum linea recta 500.

§ 280. Qui sequitur diaplus poni debebat post verba εἰς Δῆλον στ. ,ατ'. Postea demum illatus nec suo loco collocatus est. Prima verba ita codex : ἔστι (ἔτι Iriart.) δὲ ἀπὸ Κὼ εἰς τὴν Δῆλον πλέειν τοῦ χόρου οὐριωτάτου ἀπηλιώτῃ. || — τὸ Ὑψίρισμα] τὰ Ὑψ. codex; nomen num recte habeat, quæritur. Intellige insulam *Kappari* sive *Pserimo*, in quo nomine vetus nomen superstes. || — τὰς Καλύδνας] Modo dixerat εἰς Κάλυδναν. Licebat utrumque. Constat nonnullos unam *Calimno* insulam πληθυντικῶς dici voluisse, plerosque autem Καλύδνας usurpare de *Calimno* et adjacentibus insulis minutis. Atque hoc sensu Noster primum dicit trajiciendum esse in Calydnam insulam, deinde præternavigandas τὰς Καλύδνας i. e. insulam majorem et adjacentes minores. De nominibus hujus insulæ v. not. ad Scylac. p. 73. || — τὴν Κέλεριν καὶ] Inclusi ut ejicienda. Orta esse videntur e notata ad marginem varia scriptura : τήν τε Λέρον καὶ τὴν Πάτμον, monente Gailio. Sic in sequentibus codex τῆς Τελέρου pro τῆς τε Λέρου. Accedit quod inter Calydnas et Lerum nulla interjacet insula. Quodsi nihilominus insulæ nomen in Κέλεριν latet, intelligenda foret parva illa quæ ad ipsius Calydnæ latus occidentale sita nunc *Telandos*, apud Plinium *Telandrus* vocatur, adeo ut reponendum foret Τήλανδρος. || — Post verba καὶ τὴν Πάτμον codex pergit : καὶ τὴν Κινάραν (sic cod.; ἄραν apogr. Iriart.) καὶ τὴν Ἀμουργόν· καὶ πλεύσεις ἐπὶ τῆς Δονούσης σταδ. ν' εὐωνύμως, δεξιοὺς δὲ λαβὼν τοὺς Μελανθίους· καὶ τὴν Μήκωνος (sic) ἐκ τῶν εὐωνύμων καὶ Τείνων, καταχθῇς εἰς Δῆλον. In his pro τὴν ἄραν, quod dedit Iriarte, Gailius scr. τὴν Ἰκαρίαν, Amorgi autem et Donusæ mentionem hoc loco miram esse recte monuit. Nimirum verba καὶ τὴν Κίναραν... εὐωνύμως nescio quo casu huc translata sunt, pertinentque ad lacerum illum diaplum, de quo vidimus supra § 273. In verbis καὶ τείνων aperte latet καὶ Τῆνον; unde sequitur ita navigari, ut in Delum appellant a borea Cf. not. ad 282. Post Μελαντείους excidisse videtur σκοπέλους. Infra § 284 codex : ἐπὶ τὸν Μελάνθιον σκόπελον, numero singulari. Nimirum unus est magnus scopulus (hod. *Stopadia* dictus), cui alius exiguus adjacet. A Delo secundum Stad. § 284 distat stadia 180; similiter Scylax p. 95 a Rhenea ad Myconum stadia 40, hinc ad τοὺς Μελαντίους σκοπέλους stadia 140 esse dicit. Scripturam Μελάνθιοι præbent etiam codices Strabonis p. 636, ubi Μελαντίους editores reposuerunt e Scylace et Apollonio Rhodio IV, 1707. At legendum potius Μελάντειοι, suadente metro apud Apollonium, jubente Chœrobosco I, p. 280 et Etym. M. p. 142, 55. Sec. Apollonium (et Apollodor. I, 9, 26) Apollo e cœlo devenit ad πέτρας Μελαντείους (Μενοιτίου δειρὰς corrupt. Apollodori codd.), alterique earum insistens, missa in mare sagitta, Anaphen insulam excitavit. Poeticæ huic narrationi innitens schol. Apoll. scopulos Melantios non longe ab Anaphe prope Theram ins. positos esse tradit : Μελάντιοι δὲ εἰσὶ δύο σκόπελοι πρὸς τῇ Θήρᾳ, οὕτω ὀνομαζόμενοι ἀπὸ Μέλαντος τοῦ κατασχόντος τὴν χώραν. Cf. Hesych. s. v.

§ 281. Ἀττικῆς] Ἀτγικῆς cod.; em. G. Ceterum hæc truncata sunt. Nihili est quod Gailius vertit : *A Myndo quæ est in conspectu Atticæ, stadia* 1500. Probabiliter hic diaplus eodem modo quo antecedens § 280 introducebatur. Sin minus, tale quid fuerit : ἀπὸ Μύνδου ἔγγιστον ἐστὶ δία[ρμα εἰς Σούνιον] τῆς Ἀττικῆς σταδίων ,αφ'. Certe in Atticam directum esse τὸ δίαρμα e Cythni ins. mentione colligitur. || — ,αφ'] Numerus justo minor. Linea recta, a Myndo ad Sunium ducta, 1600 fere stadiorum, quot Strabo computat a Trogilio promontorio ad Sunium p. 636 : Ἐντεῦθεν δὲ τὸ ἐγγυτάτω δίαρμά ἐστιν ἐπὶ Σούνιον σταδίων ,αχ', κατ' ἀρχὰς μὲν Σάμον ἐν δεξιᾷ ἔχοντι καὶ Ἰκαρίαν καὶ Κορσίας, τοὺς δὲ Μελαντείους σκοπέλους ἐξ εὐωνύμων, τὸ λοιπὸν δὲ διὰ μέσων τῶν Κυκλάδων νήσων. || — τῶν Κορσικῶν] Hæ alibi, quantum sciam, non memorantur. Intellige exiguas insulas inter Myndum et Calydnam Lerumque positas. || — καὶ τῆς τε Λέρου κτλ.] Codex : καὶ τῆς Τελέρου καὶ τῆς Καλύδνου καὶ τῆς Ὀρβίδας λαβὼν

[δεξιὰν] πλέε ἐπὶ τὰς Ἀμοργίας· τήν τε Δόνουσαν καὶ τὴν Νάξον καὶ τὴν Κύθνον ἔχε δεξιάν.

282. Ἐὰν δὲ θέλῃς διὰ νήσων πλέειν, οὕτως πλέεις·

Ἀπὸ Κῶ εἰς Λέρον σταδίους ον′.

Ἐκ Λέρου εἰς Λέϐινθον σταδίους σν′.

Ἐκ Λεϐίνθου εἰς Κίναρον σταδίους φ′.

Ἐκ Κινάρου ἐπὶ τὰ ἔγγιστα τῆς Ἀμοργίας (ἐπὶ τὰ πέρατα) σταδίους πε′.

Καὶ ὁ παράπλους τῆς Ἀμοργίας εἰς Μινώαν σταδίων πε′.

[Ἀπὸ Μινώας ἐπὶ τὴν Κέρειαν πλεύσεις σταδίους πε′].

Ἐκ τῆς Κερείας, εὐώνυμον ἔχων τὴν Κέρειαν, εἰς τὸν Ναξίων Πάνορμον σταδίους ξε′.

Ἀπὸ τοῦ Πανόρμου εἰς Δῆλον σταδίους υκ′.

283. Ἀπὸ Κῶ εἰς Λέρον σταδίους τκ′.

Ἀπὸ Λέρου ἐπὶ τὸ Παρθένιον σταδίους ξ′.

Ἀπὸ [τοῦ Παρθενίου τῆς] Λέρου ἐπὶ τὸ τῆς Πάτμου Ἀμαζόνιον σταδίους σ′.

Ἀπὸ τοῦ Ἀμαζονίου ἐπὶ τὴν Κορσίαν σταδίους υ′.

Ἀπὸ τῆς ἄψης * Ἀμαζονίου εἰς Δῆλον σταδίους ψν′.

Ἀπὸ Δήλου εἰς Σῦρον σταδίους ρν′.

a dextra Orobidem (seu *Erebinthum*, *Lepinthum*) tene in Amorgias; deinde Donusam et Naxum et Cythnum a dextra habe.

282. Sin per insulas navigare velis, ita navigabis :

A Co in Lerum stadia 350 (τν′).

A Lero in Lebinthum stadia 250.

A Lebintho in Cinarum stadia 50 (ν′).

A Cinara ad Amorgiæ extremitatem stadia 85.

Præternavigatio Amorgiæ ins. usque ad Minoam urbem stadiorum 85.

[*A Minoa ad Ceriam insulam stadia* 85.]

A Cerea, a sinistra insulam habens, navigabis ad Naxiorum Panormum stadiis 65.

A Panormo ad Delum stadia 420.

283. A Co ad Lerum stadia 320.

A Lero ad Parthenium *Leri* stadia 60.

A *Parthenio* Leri insulæ ad Patmi Amazonium stadia 200.

Ab Amazonio ad Corsiam stadia 100 (ρ′)

A Corsia (Ἀπὸ τῆς Κορσίας) ad Delum stadia 750.

A Delo ad Syrum stadia 150.

πλέε ἐπὶ τὰς Ἀμουργίας· τήν τε Νοσοῦσαν, etc. Recte me scripsisse τὴν Ὀροϐίδα non assevero. Insula non alia esse potest quam Λέϐινθος (hod. τὰ Λέϐιδα), quam memorant Strabo p. 487, Mela II, 7, Plinius IV, 23, Stephan. v. Δρεπάνη, Ovid. Met. VIII, 222 et Am. II, 81, Geogr. Rav. V, 21. et ipse Stadiasmus § 282 in alio diaplo, quem ex alio fonte desumtum esse suspicor; certe n. l. Λέϐινθον nonnisi violenta mutatione reponi potest. Quemadmodum vero complures ex insulis maris Ægæi de plantis nomina habent, ut de φακοῖς Φακοῦσσα, de σχίνοις Σχινοῦσσα, sic Lepinthus fuerit cicerum insula, quum λεϐίνθιοι, Hesychio teste, dicerentur οἱ ἐρέϐινθοι. Salvo igitur nominis sensu, insula vocari etiam potuit Ἐρέϐινθος et a voce ὄροϐος Ὀροϐίς vel Ὀροϐῖτις. || — τὰς Ἀμουργίας codex h. l. pluraliter. Quod nisi librario debetur, de Amorgo et adjacentibus insulis exiguis intelligi debet.

§ 282. διὰ νήσων] id est ita ut ab insula ad insulam naviges. Antecedentes diapli erant διὰ πόρου, per fretum sive per aulones, insulis a sinistra vel a dextra relictis. Ante verba ἀπὸ Κῶ codex titulum habet Νῆσοι, quem ejeci. || — ον′] Linea recta insula distat stadia 220; quare scripseris manu leni σν′; attamen supra § 279 a Co ad Lerum sunt stadia τν′, et § 283 stadia τκ′. || — Κίναρον] Κίναρος insula vocatur etiam a Semo ap. Athenæum II, p. 71, C et Plutarch. De exilio c. 8 p. 727 ed. Didot. : Κίναρον, σκληρὰν, ἄκαρπον καὶ φυτεύεσθαι κακήν. *Cinara*, Κίναρα, dicitur ap. Melam et Plinium, sicuti hodie *Kinara* (al. *Zinara*). || — φ′] leg. ν′. || — τῆς Ἀμουργίας codex h. l. et mox iterum. Aut verba ἐπὶ τὰ πέρατα aut ἐπὶ τὰ ἔγγιστα ejicienda. Deinde majores sunt turbæ. Ita codex : καὶ ὁ παράπλους ἐπὶ τὰς Κορσίας σταδ. π′. Ἀπὸ Κορσίων εἰς Μηνόας σταδ. πε′. Ἐκ τῆς Κορσίας, εὐώνυμον ἔχων τὴν Κορσίαν, εἰς τὸν Ναξίων πάνορμον κτλ. Quam in sententiam hæ sordes refingendæ sint, facile intelligis. Primum ab extrema Amorgi parte juxta insulam navigandum erat ad Minoam civitatem, quousque revera sunt stadia 85. Hinc si quis in Samiorum Panormum transeat, in medio cursu obvia fit insula quæ nunc vocatur *Keri* vel *Karos*. Ea est Stadiasmi ΚΟΡCΙΑ, quod corruptum est ex ΚЄΡЄΙΑ. Nam Κορσία insula inter Samum et Icariam et Patmum posita ad nos nihil pertinet. Nostra insula *Cerus* vocatur in Geogr. Rav. V, 21 : *Lepinthus*, *Carenus* (l. *Cinarus*), *Cerus*. De Panormo Naxi insulæ num aliunde constet, quæro. || — υκ′] Hoc nimium est, nisi Myconum insulam circumflexeris et a borea in Delum appellas, ut in diaplo § 280. Summa stadiorum colligitur 1325; supra § 280 erant 1300.

§ 283. Παρθένιον] Parthenium non insula, sed locus, in boreali Leri insulæ parte situs dici videtur; adeo ut ἀπὸ Λέρου εἰς Παρθένιον eodem modo intelligenda sint quo infra habes : ἀπ' Ἄνδρου εἰς λιμένα Γαυρίου, i. e. a parte Andri meridionali, ubi primum ad insulam nauta accedit, usque ad portum insulæ. || — Ἀμαζόνιον Patmi, alibi non memoratum, quæri debet in boreali insulæ parte, ad quam pertinent stadia 200. || — Κορσίαν] Sic maximam dicit insularum (*Fourni îles*), quas plerumque (ut ipse etiam Stadiasm. § 284) Κορσιῶν vel Κορασσίων nomine comprehendunt. Utramque formam habes apud Strabon. p. 636 (Κορσίαι) et p. 488 (Κοράσσιαι), et Plinium IV, 2 § 69 (*Corassiæ*) et V, 37 § 135 (*Corsiæ*). Agathemerus I, 4 : ἐπὶ Κορσίας. Stephanus : Κορσεαί, νῆσος τῆς Ἰωνίας, ἀντικρὺ Σάμου. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἡρωδιανὸς Κορσία διὰ τοῦ ι. Add. Geogr. Rav. V, 21, ubi corrupte *Curse*. Ceterum perperam Strabo p. 488 τὰς Κορασσίας dicit πρὸς δύσιν κειμένας τῇ Ἰκαρίᾳ. || — σταδ. υ′] leg. στ. ρ′. Recte Agathemerus I, 4 ab Acrite ins. (hod. *Arki*), quæ in eadem qua Patmus latitudine sita est, nonnisi 100 stadia computat. || — ἀπὸ τῆς ἄψης Ἀμαζονίου] Corrupta. Ἀπὸ τῆς ἄκρας A. Gailius, ἀπὸ τῆς ἀκτῆς A. conj. Hoffmannus. Cur ad Patmi Amazonium a Corsia

[Ἀπὸ Σύρου εἰς Ἄνδρον σταδίους ρν'].

Ἀπὸ Ἄνδρου εἰς λιμένα Γαυρίου σταδίους π'.

Ἀπὸ Γαυρίου ἐπὶ [τὸ Παιώνιον] ἀκρωτήριον σταδίους ν'.

Ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου εἰς [Γεραιστὸν] ἔγγιστα ἄκρας σταδίους υν'.

Ἀπὸ τῆς Γεραιστοῦ εἰς Κάρυστον σταδίους ρκ'.

Ἐκ Καρύστου εἰς Πεταλίας σταδίους ρ'.

284. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὰ ἐκ Δήλου διαστήματα πρὸς νήσους τάσδε·

Ἐκ Δήλου εἰς Θήραν στάδιοι τν'.

Ἐκ Δήλου ἐπὶ τὴν Ἀμοργίαν (εἰς τὴν Μινώαν) στάδιοι χν'.

Ἐκ Δήλου εἰς Ἀνάφην στάδιοι ρ'.

Ἐκ Δήλου εἰς Ἴον στάδιοι χν'.

Ἐκ Δήλου εἰς τὰς Κορσίας στάδιοι χν'.

Ἐκ Δήλου εἰς Κίμωλον στάδιοι ω'.

Ἐκ Δήλου εἰς Σίφνον στάδιοι χμ'.

Ἐκ Δήλου εἰς Κύθνον στάδιοι τν'.

Ἐκ Δήλου εἰς Τῆνον στάδιοι τν'.

Ἐκ Δήλου εἰς Νάξον στάδιοι τν'.

Ἐκ Δήλου ἐπὶ τὴν Δόνουσαν στάδιοι τκ'.

Ἐκ Δήλου εἰς Πάτμον στάδιοι ων'.

Ἐκ Δήλου ἐπὶ τὸν Μελάντειον σκόπελον στάδιοι ρπ'.

Ἐκ Δήλου εἰς Κέων στάδιοι τ'.

Ἐκ Δήλου εἰς Ἄνδρον στάδιοι υ'.

Ἐκ Δήλου εἰς Πάρον στάδιοι υ'.

285. Ἐπάνειμι πάλιν εἰς Μύνδον, ἀφ' ἧς κατέλιπον.

Ἐκ Μύνδου εἰς Πάνορμον στάδιοι π'

286. Ἐκ Μύνδου εἰς Βαργύλια στάδιοι σν'.

A Syro ad Andrum insulam stadia 150].

Ab Andro *extrema* ad Gaurium portum stadia 80.

A Gaurio ad [*Pæonium*] *Andri* promontorium stadia 50.

Ab eo promontorio ad [*Geræstum*] proxime promontorium stadia 150 (ν).

A Geræsto ad Carystum stadia 120.

A Carysto ad Petalias insulas stadia 100.

284. Revertor rursus ad distantias quæ e Delo sunt ad insulas hasce :

A Delo ad Theram stadia 550 (φν').

A Delo ad Amorgiam (sc. ad Minoam urbem) stadia 650.

A Delo ad Anaphen stadia 700 (ψ').

A Delo ad Ium 450 (υ').

A Delo ad Corsias stadia 750 (ψν').

A Delo ad Cimolum stadia 800 (500?).

A Delo ad Siphnum stadia 340 (τμ').

A Delo ad Cythnum stadia 350 (450?).

A Delo ad Tenum stadia 150 (ρν').

A Delo ad Naxum stadia 150 (ρν').

A Delo ad Donusam stadia 320.

A Delo ad Patmum stadia 850.

A Delo ad Melantium scopulum stadia 180.

A Delo ad Ceum stadia 300 (450?).

A Delo ad Andrum stadia 400 (υ').

A Delo ad Parum stadia 200 (σ').

285. Denuo redeo ad Myndum, unde discesseram. A Myndo ad Panormum stadia 80.

286. A Myndo ad Bargylia stadia 250.

diapli auctor redierit, non erat causa; aliud Amazonium Corsiæ indicari parum est probabile. Pergere debebat librarius : Ἀπὸ τῆς Κορσίας εἰς Δ. || — Σύρον] Χῖον codex. Syrum insulam postulat et iter et numerus stadiorum. Deinde exciderunt quæ uncis inclusi. || — Γαυρίου] Τύρου et mox ἀπὸ Τύρου codex; em. Gail. Γαύριον Andri castellum ap. Xenophon. Hell. I, 4, 22, in Κάτριον corruptum ap. Diodor. XIII, 69. Portus adjacens *Gaureleon* (hod. *Gaurio*) ap. Livium XXXI, 45. Hinc 50 fere stadia sunt ad boreale Andri promontorium Geræsto obversum, cujus nomen inserui e diaplo, quem habes ad calcem peripli Scylacei. || — εἰς Γεραιστὸν κτλ.] ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου ἔγγιστα ἄκρας σταδ. υν'. Ἀπὸ τῆς Κρεγέας εἰς Κάρυστον σταδ. ρκ'. Ἐκ Κρεγέας εἰς Πεταλίας σταδ. ρ' codex, qui præterea ante verba Ἐκ Κρεγέας titulum inserit : Νῆσοι ἄλλαι. Numerus υν' corruptus ex ν'; numerus ρκ' nimius; nonnisi 80 sunt stadia; numerus ρ' recte habet, et indicio est in Ἐκ Κρεγέας latere Ἐκ Καρύστου, quod series quoque narrationis postulat. A Geræsto ad Petalias inss. (etiamnum *Petaliûs*) paullo longior est distantia. Cf. Plin. IV, 23 : *Petaliæ quattuor*. Strabo p. 444 nonnisi unam Πεταλίαν memorat. V. Leake *N. Gr.* II, p. 423.

§ 284. ἐπάνειμι] ἐπανίημι et ἔκδηλα pro ἐκ Δήλου apogr. Iriart. Dein codex : Ἀμουργίαν.. Ἀναφάνην.. Κίμαλλον.. Κύδνον.. Στένον.. Μελανθιακόπελον.. εἰς Κοσίας; emendavit Gail. Distantiarum notæ ex parte scribarum negligentia depravatæ, ut quæ pertinent ad Theram, Anaphen, Siphnum, Tenum, Naxum, Andrum, Parum; aliæ quamvis, si vias brevissimas metiaris, falsæ sint, haud tamen corruptæ sunt. Sic stadia 650 ad Amorgum pertinentia non recte habere videntur; attamen 655 stadia computantur e singulis distantiis, quæ § 282 ab extrema Amorgo ad Delum recensentur. Unde patet nostro quoque loco eundem subesse computum. Quare verba εἰς τὴν Μινώαν, vel ob grammaticam eorum rationem suspecta, postmodum præter mentem auctoris addita esse censemus. — Porro a Delo ad Patmum recta via est stadiorum 600; Noster habet 850. Nimirum hæc secundum diaplum § 282 constituta sunt, in quo a Patmo primum ducimur in Corsiam 100 stadiorum itinere, hinc demum in Delum stadiis 750 : ut summa sit stadiorum 850. Quare etiam pro χν', quæ in sequentibus a Delo ad Corsias computantur, scribi velim ψν'.

§ 285. Κατέλιπον] fuerit ἀπέλιπον. || — ἐκ Μύνδου] ἐκ Δήλου cod. || — Πάνορμον] Myndus ad hod. *Goumichlou liman* sita erat. Hinc proxime sequitur *Pacha liman*, vetus Caryandæ portus, quem Noster Panormum dicit. Iterum hujus Panormi mentio fit § 287 et 294, ubi a Posidio 250, a Mileto 300 stadia abesse perhibetur.

§ 286. Ἐκ Μύνδου εἰς Βαργύλια] ἐκ Δήλου εἰς

287. Ἀπὸ Πανόρμου εἰς Ποσείδιον [τὸ] καὶ Ἄγκιστρον στάδιοι σν'.

288. Ἀπὸ Βαργυλίων εἰς Ἴασον στάδιοι σχ'.

289. Ἀπὸ Ἰάσου ἐπ' ἀκρωτήριον Ποσείδιον στάδιοι ρχ'.

290. Ἀπὸ Ποσειδίου εἰς τὴν Ἀχρίταν στάδιοι σμ'.

291. Κεῖται κατέναντι [Ἰάσου] Πάσσαλα πηγή· ἔνθεν ἐστὶν ἀποβῆναι εἰς Μύλασα σταδ. χ'.

292. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου εἰς Πάνορμον στάδιοι μ'.

293. Ἀπὸ Πανόρμου εἰς Μίλητον στάδιοι π'.

294. Ἐπάνειμι πάλιν διὰ πόρου εἰς Μύνδον. Ἀπὸ Πανόρμου εἰς Μίλητον στάδιοι τ'.

295. Ἀπὸ δὲ τῆς Φαρμακούσσης εἰς Μίλητον στάδιοι ρχ'.

296. Ἀπὸ Μιλήτου εἰς Σάμον στάδιοι τ'.

Οἱ πάντες ἀπὸ Τελμησσοῦ ἕως Μιλήτου στάδιοι βφ'.

287. A Panormo *Caryandæ* ad Posidium *quod* et Ancistrum pr. stadia 250.

288. A Bargyliis ad Iasum stadia 40 (μ').

289. Ab Iaso ad Posidium promontorium sunt stadia 120 (*del.* 220).

290. A Posidio ad Acriten *ins.* stadia 240.

291. Jacet e regione [*Iasi*] Passala navale (ἐπίνειον), unde terrâ adscenditur ad Mylasam stadiis 80 (π').

292. A Posidio ad Panormum *Milesiorum* stadia 40.

293. A Panormo ad Miletum stadia 80.

294. Denuo per fretum revertor ad Myndum. A Panormo *Caryandæ* ad Miletum stadia 300.

295. A Pharmacussa autem insula ad Miletum stadiâ 120.

296. A Mileto ad Samum stadia 300 (200?)

Universa a Telmesso ad Miletum stadia sunt 2500.

Βαρδυλίαν cod. Mox paullo rectius : ἀπὸ Βαρδυλίων. Vera nominis forma est τὰ Βαργύλια. V. Steph. Byz. s. v.; Polybius XVI, 24, 1. XVII, 2, 3. 8, 9. XVIII, 27, 4. 31, 1; Livius XXXVII, 17; Strabo p. 658; Ptolem. V, 2; Constantin. Porph. De them. I, 14, p. 36; *Bargyla* ap. Plin. V, 29; *Bargylos* ap. Melam I, 17. A *Pacha liman* ad ruinas Bargyliorum (in chersoneso, cui impositus *Geverdchinlik* vicus) via recta sunt 170 fere stadia, ideoque a Myndo stadia 250 (170 + 80). Hinc colligitur pro ἐκ Δήλου, quod codex habet, non ἐκ Πανόρμου, sed ἐκ Μύνδου scribendum esse. Eodem ducit etiam § 296 summa stadiorum 2500. Quamquam si quis in sinuoso hoc tractu singulos oræ angulos radere velit, vel a Panormo ad Bargylia stadia 250 erui possunt.

§ 287. Indicatur latitudo τοῦ κόλπου Ἰασικοῦ seu Βαργυλικοῦ seu Βαργυλιητικοῦ (*Basilici* ap. Plin. et Mel.), a Caryandæ Panormo ad Posidium Milesiorum pertinens. Ea vero est stadiorum 150, non stad. 250, qui numerus corruptus est. Secundum seqq. auctor h. l. scribere debebat ρπ'; nam quum a Panormo ad Miletum 300, a Posidio autem ad Miletum 120 stadia computet, a Panormo ad Posidium sunt stad. 180. Ceterum de hoc Posidio v. Polyb. XVI, 24, 1; Strabo p. 633. 634. 651. 658; Plin. V, 31; Mela I, 17. Pro καὶ Ἄγκ. leg. videtur τὸ s. ὃ καὶ s. ἢ Ἄγκ., quod nomen a figura promontorii petitum. Etiam oppidum Posidium fuisse e Plinii verbis male intellectis collegerunt.

§ 288. Βαρδυλίων.. Ἰασὸν cod. || — σχ'] leg. vid. μ' vel ν'; nam ad Iasum (hod. *Asin*) sunt 40-50 stadia. — § 289. ρχ'] reapse major est distantia.

§ 290. ἀπὸ Ποσειδίου] ἀπὸ Ἰασοῦ codex. || — Ἀχρίταν] cod.; Ἀκρίτην Iriart. Acrite insula ap. Agathemerum I, 14 a Patmo distare dicitur stadia 100; quæ ducunt ad hod. *Arki* ins.; eadem quum a Posidio distet stadia 240, patet n. l. scribendum esse ἀπὸ Ποσειδίου. Ceterum hæc postea interposita esse puto.

§ 291. κεῖται] οἰκεῖται cod.; em. Miller. || — Κατέναντι sc. Ἰάσου, quod supplevi. Πάσσαλα, testante Stephano, fuit Μυλασέων ἐπίνειον. Itaque ponendus locus e regione Jasi ad ostium Sari fluvii, ubi nunc est *Taliani* vicus. Mylasa urbs (hod. *Melassa*) ab ora distabat ad 80 stadia, ut recte tradit Pausanias VIII, 10, 4 : Μυλασεῦσιν ἐπίνειον σταδίους π' ἀπέχον ἐστὶ ἀπὸ τῆς πόλεως. Pro π' in Stadiasmo habes χ', nescio an errore librariorum. Mirum est quod Strabo habet p. 659 : πλησιάζει δὲ μάλιστα τῇ κατὰ Φύσκον θαλάσσῃ ἡ πόλις (Mylasa), καὶ τοῦτ' ἐστὶν αὐτοῖς ἐπίνειον. || — πηγή· ὅθεν ἐστὶν] πηγη. σθερεστὸν : sic fere codex. « Nous n'avons pas les moyens typographiques pour reproduire la physionomie de ce passage du manuscrit. » Miller p. 306. Postrema vox vix dubium quin fuerit ἔνθεν ἐστίν. Vox πηγη num recte habeat, quæritur. Exspectabam ἐπίνειον vel κώμη. An πηγή vox e margine irrepsit, ubi aliquis celebrem illum fontem aquæ marinæ notaverat, quæ in Mylasensium fano Jovis Osogo scaturiebat? || — Μύλασα] Μύλασσαν.

§ 292. Πάνορμον] Hic Panormus, quem cum priori Panormo (§ 285) recentiores nonnulli confundunt, memoratur a Thucydide VIII, 24, 1, ubi Πάνορμος Μιλησίας dicitur. Distantia ducit ad *port Kovelli*.

§ 294. ἀπὸ Πανόρμου εἰς Μ.] sc. ab eo Panormo qui 80 stadiis a Myndo distat. Inde sunt 240 stadia. Recte haberent Stadiasmi stadia 300, si terminus a quo esset Myndus urbs, uti exspectabas post verba Ἐπάνειμι εἰς Μύνδον.

§ 295. Φαρμακούσης cod. De hac insula (hod. *Pharmaco*), ex Cæsaris historia nota, v. Sueton. Cæs. c. 4, Plutarch. Cæs. c. 1; Steph. Byz. s. v.

§ 296. σταδ. τ'] Hoc nimium est. Ab ostio Mæandri ad Samum urbem linea recta nonnisi 170 stadia sunt. || — Τελμησσοῦ] Τελεμενσοῦ cod. || — βφ']:

Telmessus		
Dædala	50	
Callimache	50	100
Crya	60	160
Clydæ	50	210
Pedalion pr.	30	240
Ancon pr.	80	320
Caunion panormus	120	440
Cymaria	50	490

[ΚΥΠΡΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.]

297. Ἀπὸ τοῦ Ἀκάμαντος, τὴν Κύπρον εὐώνυμον ἔχοντι εἰς Πάφον στάδιοι τʹ· πόλις ἐστὶ κειμένη πρὸς μεσημβρίαν· ἔχει δὲ λιμένα τριπλοῦν παντὶ ἀνέμῳ, καὶ ἱερὸν Ἀφροδίτης.

298. Ἀπὸ Πάφου εἰς Νουμήνιον (νῆσός ἐστιν ἔχουσα πηγήν· ὁ δὲ πλοῦς βραχύς· ὅταν δὲ ἐγγίσῃς τῷ νησίῳ, τὴν γῆν θλῖβε δεξιᾷ) στάδιοι ρκεʹ.

299. Ἀπὸ Νουμηνίου εἰς Παλαίπαφον στάδιοι ρκεʹ.

300. Ἀπὸ Παλαιπάφου εἰς Τρήτους (ἀκρωτήριόν ἐστι) στάδιοί νʹ.

301. [Ἀπὸ Τρήτων εἰς τὸ Κουριακὸν στάδιοι *].

302. Ἀπὸ τοῦ Κουριακοῦ εἰς Ἀμαθοῦντα στάδιοι ρνʹ· πόλις ἐστὶν ἀλίμενος· ἀσφαλίζου τὸν τόπον.

303. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κουριακοῦ ἐπὶ Καργαίας στάδιοι μʹ· ἀκρωτήριόν ἐστιν ἔχον λιμένα, ὕφορμον καὶ ὕδωρ.

* * * * *

304. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πηδαλίου ἐπὶ νήσους στάδιοι πʹ· πόλις ἐστὶν ἔρημος, λεγομένη Ἀμμόχωστος· ἔχει δὲ λιμένα παντὶ ἀνέμῳ· ἔχει δὲ ἐν τῇ καταγωγῇ χοιράδας· διαφυλάττου.

CYPRI PERIPLUS.

297. Ab Acamante, Cyprum insulam a sinistra habenti ad Paphum stadia 300; urbs est versus meridiem sita; habet portum triplicem omni vento, et fanum Veneris.

298. A Papho ad Numenium (insula est cum fonte; navigatio brevis; ubi appropinquaveris insulæ exiguæ, terram preme ad dextram) stadia 55 (νεʹ).

299. A Numenio ad Palæpaphum stadia 25 (κεʹ).

300. A Palæpapho ad Tretos (promontorium est) stadia 50.

301. [*A Tretis ad Curiacum stadia* *].

302. A Curiaco ad Amathuntem stadia 150; urbs est portu carens; caveas locum.

303. A Curiaco ad Cargæas stadia 40; promontorium est cum portu, statione et aqua.

* * * * * * *

304. A Pedalio ad insulas * stadia 80. Urbs ibi est deserta, Ammochostos dicta; portum habet omni vento, at rupes appellentibus occurrunt; cave igitur.

Pasada	60	550
Rhopusa	* 15	565
Samus	100	665
Posidium	60	725
Phalarus	50	775
Elæussa	50	825
Rhodus	150	975
Cnidus (750 cod.)	420	1395
Cos	180	1575
Halicarnassus	180	1755
Myndus	220	1975
Bargylia	250	2225
Iasus (220 cod.)	40	2265
Posidium	120	2385
Panormus	40	2425
Miletus	80	2505

§ 297. Titulum, Κύπρου περίπλους, de meo præfixi. Ab Acamante prom. (*Hagios Epiphanios*) proficiscens auctor primum meridionalem Cypri oram, deinde ab eodem promontorio denuo exordiens latus insulæ boreale describit. Ceterum periplus lacunis misere lacer. || — Τὴν Κύπρον] εἰς Κ. et mox μεσήμβρια cod.; em. Gail.; Paphus hod. *Baffa*.

298. Νουμήνιον] Hierocepiam Plinius vocat V, 35 § 130 : *Contra Neampaphum Hierocepia*. Hierocepin locum in hac insulæ parte ponit Strabo p. 683. 684. || — ρκεʹ] leg. νεʹ.

§ 299. ρκεʹ] leg. κεʹ; nam tot fere sunt usque ad fluvium cui in mediterrancis adjacet Palæpaphus (ubi nunc *Kukla* s. *Konuklia*).

§ 300. Τρήτους] Τρίτους cod.; em. Gail.; Τρῆτα ap Strabon. p. 683; Φρούριον ἄκρον ap. Ptolem. V, 13; hod. *Cap Blanc.*. Ceterum h. l. malim Τρητούς. Cf.. Τρητὸν ἄκρον in ora Lybica et Cretica. — Quæ sequuntur uncis inclusa supplevi.

§ 302. Κουριακοῦ] Κυριακοῦ εἰς Μάθουστα et mox iterum Κυριακοῦ codex; em. Gail. Post Tretos sequitur Κούριον urbs (Herodot. V, 113; Strabo p. 683; Arrian. II, 20; Ptol.; St. B.; Hierocl. p. 706; Const. P. De them. I, 15 p. 39; Tzetzes ad Lyc. 448; *Curias* ap. Plin. V, 35 § 130. Ruinæ ad hod. *Piscopia*), tum Lyci fl. ostium, tum Κουριὰς ἄκρα χερσονησώδης, εἰς ἣν ἀπὸ Θρόνων στάδιοι ψʹ (Strabo l. l. et Ptolem.); hodie *Cap Gata*. Cum forma Κουριακὸς, quæ seriorem ætatem redolet, cf. Κρομμυακὸς § 310. Amathuntis ruinæ ad *Limasol vecchio*. V. Engel *Kypros* I, p. 109; Movers l. l. II, p. 240.

§ 303. Κουριακοῦ] Κυριακοῦ cod. Exspectabas : ἀπὸ δὲ Ἀμαθοῦντος. Sed omnino auctor in recensendis Cypri locis ordinem habet varium. Quare de situ Cragæarum, quas alius nemo memorat, nihil licet dijudicare. Lapieus esse putat ad hod. *Cap Pirachisia*, quod ab *Amathunte* orientem versus distat stadia *centum*. Tum in Stadiasmo lacunam notavi, quam hunc in modum e Ptolemæo explere licet : Ἀπὸ Ἀμαθοῦντος εἰς Κίτιον (vel Κίττιον) στάδιοι τνʹ. Ἀπὸ Κιτίου ἐπὶ Δᾳδας ἀκρωτήριον στάδιοι ρκʹ. Ἀπὸ Δᾳδῶν ἐπὶ Θρόνους ἀκρωτήριον στάδιοι ρκʹ. Ἀπὸ Θρόνων ἐπὶ Πηδάλιον ἀκρ. στάδιοι νʹ.

§ 304. Πηδαλίου] Strabo p. 682 : ἄκρα Πηδάλιον, ἧς ὑπέρκειται λόφος τραχὺς, ὑψηλὸς, τραπεζοειδὴς, ἱερὸς Ἀφροδίτης, εἰς ὃν ἀπὸ Κλειδῶν στάδιοι χπʹ. Apud Ptolemæum ad nomen Πηδάλιον ἄκρον in 6 codd. Wilb. adscriptum est : Ἀμμόχωστος, quod solum olim in editt. legebatur, omissis v. Πηδάλιον ἄκρον (Cf. § 306). Nunc *Capo della Grega*. || — νήσους] parvas insulas dicit adjacentes hodiernæ *Famaguste*, cujus nomen ex vetere ἀμμόχωστος derivat; hoc ipsum vero desertæ demum urbi inditum fuerit, posteaque, quum denuo incolis frequentaretur, conservatum. Apud vett. geographos nomen non occurrit; in Ptolemæi codici-

305. Ἀπὸ τῶν νήσων εἰς Σαλαμῖνα στάδιοι ν'· πόλις ἐστὶ, λιμένα ἔχει.

306. Ἀπὸ Σαλαμῖνος εἰς Παλαιὰν στάδιοι ρκ'· κώμη ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ.

306. Ἀπὸ Παλαιᾶς ἐπὶ τὸν Φιλεοῦντα στάδιοι τ'.

307. Ἀπὸ Φιλεοῦντος ἐπὶ τὰ Ἄκρα...... στάδιοι ξ'· ὅρμοι εἰσὶ δύο, ὁ μέν ἐστι χαροπὸς, ὁ δὲ λευκὸς, ἔχοντες ἑκάτεροι ὕδωρ. Ἐπίκειται δὲ ἐπάνω ἱερὸν Ἀφροδίτης· ἐπίκεινται δὲ καὶ νῆσοι δύο, ἔχουσαι ἀμφότεραι ἀνάπλους.

308. Ἀπὸ τοῦ Ἀνεμουρίου τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα τῆς Κύπρου στάδιοι ψ'.

309. Ἀπὸ Ἀκάμαντος ἔχων δεξιὰν τὴν Κύπρον εἰς Ἀρσινόην τῆς Κύπρου στάδιοι σο'· πόλις ἐστί· λιμένα ἔχει ἔρημον· χειμάζει βορέου.

310. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κρομμυακοῦ ἐπὶ τὸ Μελαβοὸν στάδιοι ν'· ὅρμος ἐστὶ θερινός.

305. Ab insulis ad Salaminem stadia 50; urbs est quæ portum habet.

305 a. A Salamine ad Palæam (seu Antiquam) stadia 120; vicus est, qui habet portum et aquam.

306. A Palæa ad Phileuntem stadia 300.

307. A Phileunte ad Acra seu Extrema promontoria stadia 60; stationes sunt duæ, una cærulea, altera alba; utraque habet aquam. Supra eminet fanum Veneris; adjacent etiam insulæ duæ, quæ ambæ appulsum navibus præbent.

308. Ab Anemurio Ciliciæ ad Acamantem Cypri stadia 700.

309. Ab Acamante Cyprum a dextra habenti ad Arsinoen Cypriam sunt stadia 70(ο') Urbs est, quæ portum habet desertum, quem exagitat boreas.

310. A Crommyaco ad Melabrum stadia 50. Statio est æstiva.

---

bus nonnullis scribæ Cyprio deberi videtur. Antiquæ autem urbes inter Pedalion et Salaminem ap. Strabonem laudantur Λεύκολλα λιμὴν et deinceps Ἀρσινόη πόλις καὶ λιμήν. Horum altera nostra fuerit Ἀμμόχωστος.

§ 305. Quinquaginta stadia pertinent usque ad Pediæum fluvium, cui adjacent rudera Constantiæ urbis; quod nomen Salamini inditum, postquam Constantinus Magnus urbem terræ motu dirutam instauraverat (V. Cedrenus ad Const. M. an 29).

§ 305. a. Παλαιὰν] Strabo Παλαιὰν πολίχνην inter Amathuntem et Citium collocat. Major de his rebus Nostri auctoritas. Apud Ptolemæum post Salaminem (66° 40′ long., 35° 30′ lat.) sequitur Ἐλαία (Ἀλαία cod. edit. Arg.) ἄκρα (67° long., 35° 40′ lat.); ad quam referendam esse Φιλεοῦντα Stadiasmi § 306 nonnulli censent; recte fortassis. Quamquam collata distantiarum apud Ptolemæum et Stadiasmum ratio, nec non scriptura Ἀλαία in egregio codice ed. Arg. in eam potius ducunt sententiam, ut Παλαιὰ Stadiasmi cum Elæa vel Alæa Ptolemæi componenda esse videatur. Lapieus Palæam refert ad hod. *Tastria*.

§ 306. Φιλεοῦντα] Hunc locum alius nemo memorat, modo recte nomen habeat, neque in Ἐλεοῦντα (collato Ptolemæo) corrigendum sit. Cf. not. ad. § 305. Nescio an ad hunc tractum pertineat *Eleussa* insula ap. Plin. V, 35, § 130.

§ 307. τὰ ἄκρα] notante Iriarte lacunam, nomen extremi hujus orientem versus insulæ promontorii excidisse videtur. Attamen infra quoque § 315 simpliciter est ἐπὶ τὰ ἄκρα, nullo lacunæ indicio: ut hoc promontorium, cui Veneris ἀκραίας templum impositum (*Cap S. André*), κατ' ἐξοχὴν τὰ ἄκρα dictum esse possit. Κλεῖδες ἄκρα est ap. Ptolemæum, Herodot. V, 108, Hesych. s. v. Plinius l. l. § 130 *Clides insulas* promontorio objectas memorat; de ipso vero promontorio § 129 ita vulgo legitur: *Longitudinem* (Cypri) *inter II promontoria Dinaretum et Acamanta, quod est ad occasum, Artemidorus CLXII, D, Timosthenes CC m. p.* At codices pro *Dinaretum et* habent *Dinas et* (quod recepit Sillig.) *Didas et*, *Dinaret*, *Clinans se*, e quibus eliciendum est: *Clidas et*. Apud Ptolemæum in plurimis codd. pro Κλεῖδες ἄκρα legitur Οὐρὰ βοός, quod Cyprii librarii notæ marginali deberi credo, ejusdem forsan, qui pro Πηδάλιον introduxit Ἀμμόχωστον (v. § 304). Strabo p. 682 de hac insulæ extremitate ita habet: εἶτ' ἄκρα καὶ ὄρος· ἡ δ' ἀκρώρεια καλεῖται Ὄλυμπος, ἔχουσα Ἀφροδίτης ἀκραίας ναὸν, ἄδυτον γυναιξὶ καὶ ἀόρατον. || — ἐστὶ χαροπός] ἐπὶχαρωπός cod. Non fingendum esse ἐπιχάροπος, sed leg. ἐστὶ χ. accentus indicat. || — νῆσοι] Κλεῖδες ap. Strabon. et Plinium. || — ἀνάπλους] Hæc vox quid h. l. sibi velit non intelligo, nisi ἀνάπλους auctor dixerit pro προσόρμους. Legendum videtur κατάπλους.

§ 309. Ἀρσινόην τῆς Κύπρου] Α. τῆς Κιλικίας cod.; em. Gail. Vel ex verbis ἔχων δεξιὰν τὴν κ. intelligitur non Ciliciæ Arsinoen dici sed Cypri urbem, quæ ab Acamante orientem versus proxime sequitur. Strabo p. 683: εἶτα πρὸς ἕω μετὰ τὸν Ἀκάμαντα πλοῦς εἰς Ἀρσινόην πόλιν καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄλσος. Cf. Ptolem., Plinius V, 35, Hierocles p. 706, Constantin. De them. I, 15, p. 39; Geogr. Rav. V, 20; Steph. Byz. Ἀρσινόη.. Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη. Idem: Μάριον, πόλις Κύπρου, ἡ μετονομασθεῖσα Ἀρσινόη. De Mario (quod inter Cypri urbes, quæ fuerint olim, recenset Plinius, et a Ptolemæo Lagi dirutum esse incolasque Paphum transductos refert Diodorus XIX, 79, 5) cf. Scylax p. 78 not. et Stadiasm. § 232. || — σταδ. σο'] Eodem fere redit Ptolemæi computus, apud quem Acamas ponitur 64° 10′ long., 35° 30′ lat., Arsinoe autem 64° 40′ long. 35° 35′ lat. Attamen justo major distantia tradi videtur, quum veri simillimum sit Arsinoen in hod. *Polikrusoco* quærendam esse. || — ἔρημον] ἔδημον cod.; em. Gail. || — χειμάζει βορέου] Idem redit § 314. Fortasse erat: ὃν χειμάζει βορέας, nisi fortasse auctor χειμάζει sensu intransitivo usurpavit, ut sensus sit χειμάζει ἀπὸ βορέου vel βορέα. Gailius vertit: *hiberna* (*ibi tutus*) *a borea*.

§ 310. Κρομμυακοῦ] Cf. supra § 302. Hod. *Cap Kormakiti*. Ceterum quum series sit: Arsinoe, Soli, (Melabrum?), Crommyû acra, Lapethus, Cerynia, Carpasia, Acra: miraris Nostrum ab Arsinoe progredi ad Crommyû acran, hinc retrocedere ad (Metabrum

311. Ἀπὸ Μελαβροῦ εἰς Σόλους στάδιοι τ'· πόλις ἐστὶν ἀλίμενος.

312. Ἀπὸ Σόλων εἰς Κερύνειαν στάδιοι τν'· πόλις ἐστίν· ἔχει ὕφορμον.

313. Ἀπὸ Κερυνείας εἰς Λάπαθον στάδιοι υν'. πόλις ἐστὶν ἔχουσα ὅρμον.

314. Ἀπὸ Λαπάθου εἰς Καρπάσειαν στάδιοι τν'· πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα μικροῖς πλοίοις· χειμάζει βορέου.

315. Ἀπὸ Καρπασείας ἐπὶ τὰ Ἄκρα στάδιοι ρ'· ἐντεῦθεν μετέβημεν εἰς τὸ Ἀνεμούριον. Ὁ πᾶς περίπλους τῆς Κύπρου στάδιοι ,ασν'.

316. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Κουριακοῦ εἰς τὸ Πηλούσιον στάδιοι ,ατ'.

317. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κιτίου τῆς Κύπρου εἰς Ἀσκάλωνα στάδιοι ,γτ'.

311. A Melabro ad Solos stadia 300. Urbs est carens portu.

312. A Solis ad Ceryneam stadia 350. Urbs est cum statione.

313. A Cerynia ad Lapathum stadia 50 (ν'). Urbs est habens stationem.

314. A Lapatho ad Carpasiam stadia 50 (φν'). Urbs est cum portu parvis navigiis apto. Exasperatur a borea.

315. A Carpasia ad Acra stadia 100. Inde transiimus ad Anemurium. Periplus totus Cypri est stadiorum 3250 (,γσν').

316. Ab eodem Curiaco prom. ad Pelusium stadia 2300 (,βτ').

317. A Citio Cypri ad Ascalonem stadia 3300.

---

et) Solos, a Solis ad Ceryniam transilire, inde iterum reverti ad Lapethum. — De Melabro aliunde non constat. Ne hoc quidem certo liquet, an a Crommyu acra orientem vel occasum versus sita fuerit.

§ 311. Soli (ad h. *Pendaia*) a Crommyu acra 150 stadia distant, adeo ut si numerus ν' § 310 recte habet, numerus τ' recte habere non possit. Lage ρ!

§ 312. Κερύνειαν] Κυρηναῖον codex; Κερύνεια Scylax et plurimi codices Stephani Byz.: Πηγαὶ.. πόλις ἐν Κερυνείᾳ τῆς Κύπρου, ubi olim edebatur Κυρηνίᾳ. Codices Diodori XIX, 62. 79: Κερανία, Κεραυνία, Κερυννία, Κυρηνία, ubi Wesselingius Κερυνία dedit; Κεραυνία et Κερωνία codd. Ptolemæi V, 13, p. 362; Κυρήνη in Boissonad. Anecd. IV, p. 383; Κυρήνεια Constant. Porph. De them. I, 15; *Cernia* Geogr. Rav. V, 20; *Cerinia* Tab. Peut.; Κορώνεια St. B. s. v. Quod Plinius V, 35 juxta Salaminem memorat *Corineum* huc non pertinere, sed vetus esse Salaminis nomen (coll. St. B.: Κορώνη, μοῖρα τῆς Σαλαμῖνος. Porphyr. De abstin. c.: ἐν Σαλαμῖνι... πρότερον δὲ Κορωνίδι καλουμένῃ) cum Harduino censet Movers *Phœn. Colon.* II, p. 223. Hoc si recte censent, Plinius nostram Cypri urbem non memorayit, sicut nulla ejus mentio fit apud Strabonem. Hodie *Gerines*.

§ 313. Ἀπὸ Κυρηναίου codex. || — Λάπαθον] Sic etiam Strabo p. 682: Λάπαθός ἐστι πόλις ὕφορμον ἔχουσα καὶ νεώρια, Λακώνων κτίσμα καὶ Πραξάνδρου, καθ' ἣν Νάγιδος. Apud Diodor. XIX, 59, Plin., Ptol., St. B., alios vocatur Λάπηθος, quod in Λάπιθος abiit ap. Hierocl. p. 706, Const. Porph. l. l., alibi (V. Wesseling. ad Hierocl. p 706); Λήπηθις cod. Scylac., ubi vid. not. Nunc *Lapithos* seu *Lapta* a Cerynea distat 50 fere stadia; ideoque pro υν' legendum ν'. Ptolemæus præter urbem Λάπηθον etiam fluvium cognominem memorat. Adscribam locum memorabilem, quem ex Agathangeli narrationibus exhibuit Allatius in Dissertat. De Georgiis, ex eoque Boissonade in *Extraits et Notices des mss. de la biblioth. du Roi, tom. XII, seconde partie p.* 6 (in notitia de poemate morali Georgii Lapithæ (τοῦ Λαπίθου, pro τοῦ Λαπηθίου vel Λαπηθέως), viri sæculi XIV): Δευτεραῖοι ἐς Κύπρον τὴν νῆσον κατήχθημεν, ἔνθα δὴ καὶ πολὺν διατρίβειν ἐγνώκειν χρόνον, διά τε τἄλλα τῶν τῆς νήσου καλῶν καὶ τήν γε ἔννομόν τε καὶ φιλόξενον πολιτείαν, καὶ μάλιστα πάντων διὰ τὴν τοῦ σοφοῦ ἐκείνου ἀνδρὸς ὁμιλίαν, Γεώργιόν φημι τὸν Λαπίθην, ᾧ οὐκ εὐθὺς ἀποβὰς τῆς νεὼς ἐντετυχήκειν αὐθήμερον· οὐ γὰρ πλησίον ἐκεῖ που τὴν οἴκησιν εἶχεν, ἀλλὰ δυοῖν ἡμέραιν τοῦ λιμένος ἀπέχουσαν, εἰς ὃν ἡμεῖς τηνικαῦτα ἐσπεπλεύκειμεν. Ῥόδου μὲν γὰρ ἐκείνης τῆς νήσου μείζων ἐστὶν ἡ Κύπρος, καὶ ἅμα οὐ κατ' ἐκείνην, ἀλλ' εὐμήκης τὸ σχῆμα· μεταξὺ δ' αὐτῆς ὄρος ἑστήκει τὴν κορυφὴν εἰς ὕψος ἀνάγον μακρόν. Ὄλυμπος καλεῖται τὸ ὄρος, ἐξ οὗ καὶ πηγαὶ ποταμῶν ἀναβλύζουσι τρεῖς, ὧν ὁ μείζων καλούμενος Λάπιθος κάτεισι τέμνων καὶ περιρρέων τὴν Λευκωσίαν, οὑτωσὶ καλουμένην χώραν, καὶ ἀποπτύων τὸ ῥεῖθρον παρὰ τὴν ἐς ἄρκτον βλέπουσαν θάλασσαν. Τούτου παρὰ τὰς ὄχθας ἔτυχεν ἔχων ἐκεῖνος τὴν οἴκησιν· διὸ καὶ Λαπίθης ἔκ γε τοῦ ποταμοῦ αὐτὸς ὁπώσποτε παρωνόμασται.

§ 314. Καρπασαίαν et § 315 Καρπασαίας codex; Καρπάσεια Scylax, et Κραπάσεια metri causa trajectis literis Dionysius in Bassaricis ap. St. B. v. Καρπασία; Καρπασία Hellanicus ap. St. B. s. v., Strabo et Ptol.; Καρπάσιον Plinius, V, 35, § 130; Constantin. P. De them. l. l., et probabiliter Hierocles, ubi codex Κάρπασιν. Nunc *Carpass.* || — σταδ. τν'] deb. χν'. || — χειμάζει βορέου. Cf. § 309 not. Ceterum inter Ceryniam et Carpasiam mediæ erant Macaria, Aphrodisium, Achæôn acte, ex quibus Achæôn acte memoratur § 186.

§ 315. ἐντεῦθεν μετέβημεν κτλ.] Hæc in nostri Stadiasmi adornationem non cadunt. || — στάδ. ,ασν'] Numerus quadraret fere in longitudinem oræ borealis, quam Artemidorus apud Plinium 1300, Timosthenes 1600 stadiorum esse tradiderunt; sed quum totius insulæ ambitum indicare voluisse auctor videatur, pro ,ασν' scribendum fuerit ,γσν'. Timosthenes ap. Plin. et Strabo computant stadia 3420; Isidorus ap. Plin. 3000 stadia.

§ 316. Κυριακοῦ cod. Verba τοῦ αὐτοῦ, nisi ex τοῦ ἄκρου corrupta sunt, ex fonte fluxerunt, in quo complures diapli ab eodem promontorio ad diversas urbes dirigebantur. || — ,ατ'] fuerit βτ'. Linea recta est stadiorum 2100. = § 317. Κιτίου] Κήπου codex; em. Hoffmann. || — ,γτ' fuerit ,βτ'.

ΚΡΗΤΗΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

318. Ἀπὸ τοῦ Κάσου ἐπὶ τὸ Σαμώνιον τῆς Κρήτης, στάδιοι φ'· ἀκρωτήριόν ἐστι τῆς Κρήτης ἀνέχον πρὸς βορρᾶν ἐπιπολύ· ἔστι δὲ ἱερὸν Ἀθηνᾶς· ἔχει ὕφορμον καὶ ὕδωρ· τὰ δὲ ἄλλα ἠφανισμένα.

319. Ἀπὸ Σαμωνίου εἰς Ἱερὰν Πύδναν στάδιοι π'· πόλις ἐστίν· ἔχει ὅρμον· ἔχει δὲ καὶ νῆσον [ἣ] καλεῖται Χρύσεα· ἔχει λιμένα καὶ ὕδωρ.

320. Ἀπὸ Ἱερᾶς Πύδνης εἰς Βίενον στάδιοι ο'· πολίδριόν ἐστιν ἀπέχον τῆς θαλάσσης.

CRETÆ PERIPLUS.

318. A Caso ad Samonium Cretæ stadia 300 (τ'); promontorium est Cretæ prominens multum ad septentrionem; ibi est fanum Minervæ; habet recessum et aquam; cetera deleta sunt.

319. A Samonio ad Hieram Pydnam (*Hierapytnam*) stadia 480 (υπ'); urbs est cum statione. Habet etiam insulam, quæ vocatur Chrysea, cum portu et aqua.

320. Ab Hiera Pydna ad Bienum stadia 170 (ρο'). Parvula urbs est, a mari distans.

---

§ 318. ἀπὸ τοῦ Κάσου] ἀ. τ. Κασίου codex. Parum probabile est auctorem τὸ Κασίον forma diminutiva dixisse insulam quæ ceteris est ἡ Κάσος (h. *Caso*). V. Strabo p. 489 : Κάσος δὲ ταύτης (τῆς Καρπάθου) μὲν ἀπὸ ἑβδομήκοντά ἐστι σταδίων, τοῦ δὲ Σαμωνίου τοῦ ἄκρου τῆς Κρήτης διακοσίων πεντήκοντα. Plinius IV, 23 § 71 : *A Carpatho ad Casum VII, M., a Caso Sammonium Cretæ promontorium XXX M.* Id. ib § 70 : *Casos quæ Astrabe.* Id. V. 36, § 133 : *Casos, Achne olim.* St. B. : Κάσος,.. ἐκαλεῖτο δ' Ἄμφη καὶ Ἀστράβη. Idem a Caso ins. Casium montem dici refert. Cf. Homer. Il. 2, 676· Scylax p. 73; Aristides vol. I, p. 546, 15 ed. Ddf., ubi corrupte Καῖσον et Καύκασον. || — Σαμώνιον] Sic nomen scribitur etiam apud Strabonem p. 472. 474. 475. 478. 489 et Melam II, 7, 12; *Sammonium* ap. Plinium IV, 23, 71 et IV 20 § 58 : *Quæ longissima est (Creta) ad orientem promontorium Sammonium adversum Rhodo, ad occidentem Criumetopon Cyrenas versus expellit.* Ib. § 60 : *A Carpatho insula promontorio Sammonio LX mill. in Favonium ventum.* Apud Ptolemæum III, 15 p. 244, 8 codices fluctuant inter Σαμώνιον, ut vulgo editur, et Σαμμώνιον ἄκρον (55° 50'. — 35° 25'), quod e duobus codicibus Paris. et Palatino recepit Wilbergus; recte, ut puto, siquidem Σαμώνιον ortum videtur ex Σαμμώνιον, hoc vero ex Σαλμώνιον, quod ipse etiam Strabo p. 106 habet, et Apollonius Rh. IV, 1693 : ἱρὸν Ἀθηναίης Μινωΐδος ἱδρύσαντο, ὕδωρ τ' εἰσαφύσαντο καὶ εἰσέβαν, ὥς κεν ἐρετμοῖς παμπρώτιστα βάλοιεν ὑπὲρ Σαλμωνίδος ἄκρης, ubi scholiasta : Σαλμωνὶς ἢ Σαλμώνιον, ἀκρωτήριον Κρήτης. Porro Dionys. Per. 110 : Κρήτης ἀναπέπταται οἶδμα μακρὸν ἐπ' ἀντολίην Σαλμωνίδος ἄχρι καρήνου, ἥν Κρήτης ἐνέπουσιν ἑώιον ἔμμεναι ἄκρην, ubi cf. paraphrasis, Eustathius et scholia. In titulo Cretico ap. Bœckh. C. J. II, p. 409 : Ἀθηναίαν Σαλμωνίαν. Denique in Act. Apost. 27, 7 : ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην. Nomen promontorii superest in hodierno *cap Salmon* s. *Salomon*, attamen non hoc Noster indicat, sed id quod in eodem longitudinis gradu situm boream versus sequitur (*cap Sidero*), longe in mare porrectum, alteroque multo magis conspicuum, ut recte contendit Mannertus VIII, p. 706. Quodsi enim Salmonium non est hod. *Sidero*, promontorium in hac insulæ parte præ ceteris notandum careret nomine ap. vett. geographos; quod vix credideris. Deinde vero hodiernum *cap Salmon* aperte respondet Itano promontorio (Plin.), quippe quod non longe ab Itano (h. *Sitanos*) urbe excurrit (Idem ap. Scylacem p. 44 vocatur Γρᾶνος; cujus nominis memoriam habebis in adjacente insula, quæ nunc vocatur *Grades*. De Phœnicio nomine Ἴτανος v. Movers *Phœn. Alt.* II, p. 259). Denique Anonymi illa : ἀνέχον πρὸς βορρᾶν ἐπιπολύ, nonnisi in *cap Sidero* quadrant, quod longissime boream versus extenditur, sicuti Ptolemæus quoque borealem hujus lateris extremitatem Sammonio prom. assignat. Præterea Salmonis acra, quam a Minoa profecti Argonautæ ap. Apoll. Rhod. prætervehuntur, nonnisi ad *cap Sidero* pertinere potest. Verba Strabonis p. 475 : Τὸ Σαμώνιον ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον νεῦον καὶ τὰς Ῥοδίων νήσους, quum ad *cap Sidero* et ad *cap Salmon* æquo jure referri possint, nihil probant. Quod hodiernum nomen *Sidero* (Σιδηρῶ, Σιδηροῦς) attinet, id ipsum quoque priscis temporibus juxta alterum in usu fuisse, non est cur negemus. Conferre licet Σιδηροῦς Lyciæ promontorium, quod post Dionysiam insulam (sicut etiam prope Samonium pr. sunt Dionysiades insulæ (§ 337) etiamnunc nomen servantes) Scylax § 100 p. 74 memorat. Neque casu fieri putem, quod in fabulis *Salmonei* uxor altera *Sidero* vocatur. Ceterum nomina vetera postea ab uno loco ad alium proximum interdum translata esse constat. || — στάδιοι φ'] legerim τ'; tot certe numeranda erant; Strabo habet stadia 250. || — βορρᾶν] βοράν cod.; βορέαν Gail. || — Ἀθηνᾶς] V. Bœckh. C. J. l. l. || — τὰ δὲ ἄλλα] urbem indicare videtur.

§ 319. Ἱερὰν πύδναν]. Cf. Ἱεράπυδνα ap. Hieroclem p. 649, εἰς Ἱεράπυδνα ἦλθε ap. Dionem Cass. XXXVI, 2. Lapides et meliores auctores Ἱεράπυτναν præbent, uti constat. In Ptolemæo optimi codices Ἱερὰ Πίτνα, vulgo Ἱερὰ πέτρα, quod hodiernum loci nomen scriba quidam intulit. Oræ longitudo a Salmonio pr. ad *Hierapetra* est fere stadiorum 480, adeo ut υπ' pro π scribendum fuerit. Mox inserui ἣ. E regione hujus loci, 100 fere stadiis dissitæ in alto jacent *Gaidouro* insulæ duæ, quarum major, ut videtur, apud Nostrum vocatur Χρύσεα. Cf. Plinius IV, 20, § 61 : *Contra Hierapytnam* (*Hierapydyam* v. l.) *Chrysa, Gaudos. Eodem tractu Ophiussa, Butoa, Aradus.* Ceterum inter Sammonium pr. et Hierapytnam Ptolemæus recenset Itanum opp., Ampelum pr. et Erythræum pr.

§ 320. Βίενον] Aliis Βίεννος, Βίεννα et corrupte *Blenna, Blentia*. Stephan. Byz. : Βίεννος, πόλις Κρήτης. Οἱ μὲν ἀπὸ Βιέννου (sic Berkel.; Βέννου codd.) τοῦ τῶν Κουρήτων ἑνός, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Ἄρη γενομένης βίας, ὃν ἐνταῦθα [δεδέσθαι add. Berk.] φασὶν ὑπὸ Ὤτου

321. Ἀπὸ Βιένου εἰς Λέβηναν στάδιοι ο'· ἐκεῖ παράκειται νησίον, ὃ καλεῖται Ὀξεῖα· ὕδωρ ἔχει.

322. Ἀπὸ Λεβήνας εἰς Ἁλὰς στάδιοι χ'.

321. A Bieno (*Bienno*) ad Lebenam stadia 270 (σο'). Ibi adjacet insula parva, quæ vocatur Oxia sive Acuta; aquam habet.

322. A Lebena ad Halas (*Lasæas*) stadia 50 (ν').

καὶ Ἐφιάλτου τῶν παίδων Ποσειδῶνος· καὶ μέχρι καὶ νῦν τὰ καλούμενα ἑκατομφόνια θύεται τῷ Ἄρει. ὁ πολίτης Βιέννιος· « οἱ δὲ τιμὰς ἀποπέμπειν τῷ τε Μιλίῳ (τῷ τεμιλίῳ Ald.) καὶ Βιεννίῳ. Sequuntur alia quædam de Vienna Gallica, hujus urbis, ut ferunt, colonia. Hicrocles p. 649: Ἴνατος, Βίεννα, Ἱεράπυδνα. Geogr. Rav. V, 21: *Dicte, Jerapina* (i. e. Hierapytna), *Blentia, Liberithon, Arpade* (l. *Arade*). In Tab. Peuting. *Blenna* ab *Hiera* (Hierapytna) 20 milibus, ab *Arcadia* 30 milibus distat. Veteris urbis loco hodie est *Bianos* seu *Vianos* vicus, viginti fere stadiis a litore remotus in planitie fluvio irrigua. Itaque ἀπέχον scribendum esse pro ἀνέχον, quod codex præbet, recte conjecit Gailius. Porro quum *Bianos* a Hierapytna absit 170 fere stadiis, pro στάδιοι ο' leg. στάδιοι ρο', monente Pashleyo in *Travels in Crète* (London 1837) I, p. 277. Olim de situ Biennæ urbis vario modo viri docti errarunt. Præ ceteris cavendus est Lapieus, qui Cretæ mappam erroribus scatentem confecit, nec multo meliora præbet in *Recueil des Itineraires anciens*. Illuc redeo. Ptolemæus Biennum seu Biennam non memorat, sed post Hierapytnam habet Ἱερὸν ὄρος. Qui quidem Sacer mons procul dubio erat mons Jovis Arbii, e Stephano notus, (Ἄρβις.. Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Ἄρβιος ὄρος, ἔνθα τιμᾶται Ἄρβιος Ζεύς. Ἄρβιος οὖν ὁ κατοικῶν τὸ ὄρος); id enim suadet *Arvi* haud longe a *Bianos* vico ad mare situs (V. Pashley. p. 266), pone quem montès assurgunt. Ceterum Ζεὺς Ἄρβιος idem fuerit cum Jove Βιεννίῳ, quem de urbe sic nominat Stephanus v. Βίεννος, ubi pro corrupto τῷ τε μιλίῳ Meinekius scribendum conjicit τῷ τε Μιλησίῳ, quum Miletus urbs in Creta fuerit. Scribendum potius est: τῷ Ταλλαίῳ, quum de Tallæo Jove aliunde constet. Quid Hœckhius censeat, nescio, quum De Creta opus viri doctissimi venerandique magistri nunc non adsit. — Otus et Ephialtes Martem ad Biennum in vincula conjecisse feruntur, teste Stephano. Otum in Creta memorat Servius ad Virg. Æn. III, 578. Pashleyus p. 272. 278 vero cum fabula componit Gigantis tumulum (*Giant's tomb*), τοῦ σαραντοπήχου (i. e. τοῦ τεσσαρακονταπήχυος) μνῆμα, quod in hac regione ostenditur.

§ 321. Λέβηνα] Λεβὴν ap. Strabon. p. 478: Διέχει δὲ (Γόρτυν) τῆς Λιβυχῆς θαλάσσης κατὰ Λεβῆνα, τὸ ἐμπόριον αὐτῆς, ἐνενήκοντα· ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο ἐπίνειον τὸ Μάταλον, διέχει δ' αὐτῆς ἑκατὸν τριάκοντα. Ptolemæus l. l. p. 243: Λεβήνα; Pausanias II, 26, 9: ἐκ δὲ τοῦ παρὰ Κυρηναίοις τὸ ἐν Λεβήνῃ τῇ Κρητῶν ἐστιν Ἀσκληπίειον (de quo Λεβηναίῳ fano plura ap. Philostratum V. Ap. IV, 34, 3. p. 87 ed. Didot.); Plinius IV, 20 § 59: *Lebena*.; Geogr. Rav. *Libena*; Tab. Peut. *Ladcna*, a Gortyna 12 mill. distans. Hodie *Leda* cum veteris urbis ruderibus. De nominis etymologia Philostratus l. l.: Λεβηναῖον δὲ τὸ ἱερὸν ὠνομάσθαι φασίν, ἐπειδὴ ἀκρωτήριον ἐξ αὐτοῦ κατατείνει Λέοντι εἰκασμένον (Λέων ἄκρα ap. Ptol.; *Cap Lionda*): unde locum a Phœnicibus olim occupatum fuisse recte colligit Movers *Das Phœn. Alterth.* II, p. 260. Leonem ap. Phœnices dici לביא etiam Agathemerus I, 1 tradit. — *Leda* a Bienna distat ad 270 stadia, non 70, ut codex habet. Oxeia esse debet una ex parvis insulis, quæ a *Leda* et *Cap Lionda* (Λέων ἄκρα ap. Ptolem. et Philostrat. l. l.) versus occasum sunt. Num *Ophiussa* Plinii?

§ 322. Ἀλὰς] Proxime sequitur locus qui vocatur *Kalus limenes*; id nomen jam occurrit in Actis Apost. 27, 8: Ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ καλούμενον Καλοὺς λιμένας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λάσαια (Ἄλασσα codex Alex.; in latinis vulgo *Thalassa*). In Tab. Peuting. idem locus vocatur *Lisia* (l. Lissa), recteque 16 mill. a Gortyna distare dicitur; in Geogr. Rav. est *Licium*. Num huc trahenda sit *Lasos*, quam in mediterraneis recenset Plinius, dubium est, quum probabiliter e Barbarino codice legendum sit *Lappa*. Contra vero, quum in propinquo sit Phæstus urbs, huc referenda erant quæ leguntur apud Strabonem p. 479: καὶ Ὀλύσσην (ὁ Λισσὴν probabiliter conj. Coray.) δὲ τῆς Φαιστίας, et apud Stephanum v. Φαῖστος: Ἔστι τῆς Φαιστιάδος καὶ ὁ καλούμενος Λισσής (Λισσήν?). Ὅμηρος· « ἔστι δέ τις Λισσὴς (Λισσὴν?) αἰπεῖά τε εἰς ἅλα πέτρη. » Nimirum quum Homerus (Od. 3, 293) canat:

ἔστι δέ τις λισσὴ αἰπεῖά τε εἰς ἅλα πέτρη
ἐσχατιῇ Γόρτυνος, ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ,
ἔνθα νότος μέγα κῦμα ποτὶ σκαιὸν ῥίον ὠθεῖ,
ἐς Φαιστόν, μικρὸς δὲ λίθος μέγα κῦμ' ἀποέργει·

nonnulli in v. λισσὴ nomen proprium agnoscere sibi visi sunt. Etenim schol. Ambros.: λισσή] λεία· τινὲς δὲ χώριον ὄνομα τὴν νῦν Βλεισσήνην (sic) καλουμένην. Ὁ δὲ Κράτης σὺν τῷ ιν γράφει Λίσσιν. Schol. vulg.: λεία πέτρα, ἢ κατὰ μεταπλασμὸν εἶπεν τὸν νῦν παρὰ τοῖς Κρησὶ σὺν τῷ 6, Βλίση (Βλισσὴ Eustath. p. 1468, 37)· ἔστι δὲ ἀκρωτήριον τῆς Γορτυνίας. ὁ δὲ Κράτης σὺν ιν γράφει Λίσσιν (Βλισσὴν Eustathius Crateti tribuit). Intelligendum vero promontorium quod inter Καλοὺς λιμένας et Matalum versus libonotum longe procurrit, et prope quod erat urbs *Lisla* (deb. Lissa) vel *Licium* (deb. Lissus), sicuti in occidentali insulæ parte altera urbs maritima et *Lissus* et *Lissa* (V. Scylax p. 43) vocatur, ad quam Strabonis et Stephani verba pertinere nonnulli, quos Forbigerus sequitur, opinati sunt. Quo pacto in Actis Apost. e *Lissa* factum sit *Lisæa* vel *Alassa* dicere non habeo. *Thalassa* interpretis latini nihil nisi mendum est, neque locus Stephani: Θάλασσα· τὸ ἐθνικὸν (τοπικὸν conj. Mein.) θαλασσαῖος καὶ θαλασσεὺς καὶ θαλάσσιος, trahi huc potest (Cf. Dindorf. in Thes. v. Θάλασσα). Dubitari vero nequit quin Ἁλαὶ Stadiasmi ad Λάσαιαν vel Ἄλασσαν Actorum referendum sit, quamquam quid potissimum auctor scripserit parum liquet. — Ceterum ad *Kalùs Limenes* stadia sunt 40-50. Quare, pro χ' legerim ν', quos numeros in nostro codice facillime confundi potuisse sæpeque confusos esse supra monuimus.

323. Ἀπὸ Ἁλῶν εἰς Μάταλαν στάδιοι τ'· πόλις ἐστὶ, καὶ λιμένα ἔχει.

324. Ἀπὸ Ματάλης εἰς Σουλίαν στάδιοι ξε'· ἀκρωτήριόν ἐστιν ἀνέχον πρὸς μεσημβρίαν· λιμήν ἐστι· καλὸν ὕδωρ ἔχει.

325. Ἀπὸ Σουλήνας εἰς Ψυχέα στάδιοι ιβ'· ἀπὸ δὲ Πύδνης ἐπὶ τὸν Ψυχέα στάδιοι τν'· λιμὴν θερινός· καὶ ὕδωρ ἔχει.

326. Ἀπὸ Ψυχέως ἐπὶ τὸν Λάμωνα στάδιοι ρν'· λιμήν ἐστι· καὶ πόλιν ἔχει καὶ ὕδωρ.

327. Ἀπὸ Λάμωνος ἐπὶ Ἀπολλωνιάδα στάδιοι λ'.

328. Ἀπὸ Ἀπολλωνίας εἰς Φοίνικα στάδιοι ρ'· πό-

323. Ab Halis (*Lasæis*) ad Matalam stadia 80 (π'). Urbs est cum portu.

324. A Matala ad Suliam stadia 65. Promontorium est prominens ad meridiem; portus est aquam habens pulchram.

325. A Sulena (*Sulia?*) ad Psycheum stadia 12; a *Hierapytna* autem ad Psycheum stadia 550 (φν'). Portus est æstivus, aquam habens.

326. A Psycheo ad Lamonem stadia 150. Portus est, et urbem cum aqua habet.

327. A Lamone ad Apolloniadem stadia 30.

328. Ab Apollonia ad Phœnicem stadia 100. Urbs

---

§ 323. Μάταλαν] Ματαλία Ptolemæus, apud quem Wilberg. de conjectura scripsit Μάταλα. In Strabone p. 478. 479 codices Μέταλλον et Μάρταλον, unde Μάταλον recepit Cramer. Etiam nunc *Matala*. Vid. Pokoke II, p. 346. Nescio an huc pertineat Malium prom., de quo scholiastæ monent ad Odyss. l. l. Scilicet pro μικρὸς δὲ λίθος legebatur etiam Μαλίου δὲ λίθος: Μάλιον (Μάλειον sch. Ambr.) γὰρ ὀνομάζεται τὸ πρὸ τοῦ Φαιστίων λιμένος ἀκρωτήριον. Cf. Suidas. v. Μάλεος, ubi de Hom. versu notantur hæc: Μάλεος γάρ τις τελέσας (magica arte consecrans)-τὸν λίθον τοῦτον ἀνιέρωσε τῷ Ποσειδῶνι, πρὸς τὸ μὴ τὰ κύματα προσπελάζειν τῇ Φαιστῷ. Cf. Stephanus: Λιθήσιος, ὁ Ἀπόλλων ἐν τῷ Μαλέᾳ (Μαλέα Mein.) λίθῳ προσιδρυμένος. ἐκεῖ. — In Stadiasmo Numerus τ' in π' mutandum esse bene monet Hoffmannus p. 298.

§ 324. Σουλίαν] Mox ἀπὸ Σουλήνας. Quid verius sit, nescitur. Hodie portus *Galene*, ad quod Σουλήνα propius quam Σουλία accedit. Pashley l. l. I, p. 304: « The chief port of Amari is *Haghio Galéne*, which is somewhat to the eastward of Apodhulo, and is probably the site of the ancient Sulia or Sulena, recorded by the author of the Stadiasmus, as a promontory, where there was a harbour and good water. » Stadia 65 viâ rectâ sunt computanda; vel sic tamen numerus justo minor.

§ 325. Ψυχέα] εἰς Ψυχέαν.. ἐπὶ τὸν Ψυχέα.. ἀπὸ Ψυχέας.. et § 327 ἀπὸ Ψυχέων codex. Apud Ptol. est Ψύχιον, itemque apud Stephanum: Ψύχιον, τόπος (ποταμὸς cod. Rhedig. fort. recte), ἐν ᾧ πόλις ἦν ὁμώνυμος. τὸ ἐθνικὸν Ψυχιεύς. In Stadiasmo locus dictus fuerit Ψυχεύς, *Refrigerator*, Refrigerii portus (Ψυχεῖον), sicuti Ψυγμοῦ λιμήν in Æthiopiæ ora habes apud Artemidorum in Strabone p. 774. Situs portus videtur ad fluvium, a cujus ostio circa 15 stadia distans in mediterraneis nunc est *Kastri*, Cf. Pashley. I, p. 304: « *Psychion... is placed by the Stadiasmus twelve stades to the west of Sulia, a distance which agrees very well with the situation of Kastri.* — Quæ sequuntur ἀπὸ δὲ Πύδνης .. καὶ ὕδωρ ἔχει in codice inter § 326 et 327 post verba καὶ πόλιν ἔχει καὶ ὕδωρ leguntur. Quo commisso, scriba § 327 dedit ἀπὸ Ψυχέων pro ἀπὸ Λάμωνος. Nostro loco ἀπὸ δὲ Πύδνης breviatim dicitur pro ἀπὸ δὲ Ἱερᾶς πύδνης, sicuti in Tab. Peuting. habes *Hiera* pro *Hierapytna*. || — τν'] numerus corruptus. Secundum codicis numeros depravatos a Hierapytna ad Psychium colliguntur stadia 537, ex nostra distantiarum computatione stadia 637.

§ 326. Ψυχέας cod. — Lamonem portum urbemque non novimus. Ceterum quum a Psycheo usque ad Phœnicem in Stadiasmo putentur stadia 280, eaque distantia recte habeat, ideoque nostro loco incorruptus esse videatur numerus stadiorum 150: sequitur Lamonem portum quærendum esse ubi in Pashleyi mappa notantur *Phœnicias* et *Selia*. Lamum urbem et fluvium Ciliciæ, Lamumque Herculis et Omphalæ filium novimus. Ut in his Phœnices conditores agnosco, sic Creticus quoque Lamon portus olim ad Phœnices pertinuerit. Ptolemæus inter Mataliam et Phœnicuntem portum nihil nisi Μασσαλία ποταμοῦ (h. *Megalopotamos*) ἐκβολάς memorat. Eundem fortasse fluvium Scylax p. 43 dicit Messapium in Lampæa regione. || — ἔχει καὶ] sic codex; ἔχει δὲ Iriart.

§ 327. ἀπὸ Λάμωνος] ἀπὸ Ψυχέων codex. Cf. not. ad § 325. Auctor num Ἀπολλωνιάδα an Ἀπολλωνίαν scripserit, nescimus. Aliunde urbs non nota, nisi apud Stephanum intelligenda est, ubi præter Apolloniam τὴν πρὸς τῇ Κνωσσῷ, altera Cretensis memoratur ἡ πάλαι Ἐλεύθερνα, Λίνου, (Ἐλεύθερα ἀλίνου v. l.) πατρίς· ἐκ ταύτης ὁ φυσικὸς Διογένης. Distinguenda igitur foret prisca hæc Eleutherna ab altera ejus nominis urbe notissima (etiam nunc *Eleutherna*), in qua Apollinis cultum viguisse numorum auctoritate constat (V. Müller *Dor.* I, p. 208). Ejusdem dei religio in altera urbe causa mutati nominis fuisse putanda est.

§ 328. Φοίνικα] Cf. Strabo p. 475: Τὸ δὲ ἔνθεν ἰσθμός ἐστιν ὡς ἑκατὸν σταδίων, ἔχων κατοικίαν πρὸς μὲν τῇ βορείῳ θαλάττῃ Ἀμφίμαλλαν, πρὸς δὲ τῇ νοτίῳ Φοίνικα τὸν Λαμπέων. Quod parum accurate dictum est, quum Amphimalla et Phœnix non in eodem sint longitudinis gradu. Ptolemæus habet Φοινικοῦντα λιμένα et Φοίνικα πόλιν. Apud Stephanum est: Φοινικοῦς, πόλις Κρήτης. In Hierocle p. 751: Λίσσος, Φοινήκη ἤτοι Ἀραδένα, νῆσος Κλαῦδος. Wesselingius ad verba Φοινήκη ἤτοι Ἀραδένα: « Ita, inquit, mss., ut Holstenius admonuit. In Notitia, quam Jac. Goar publicavit, ὁ Φοινήκης ἤτοι Ἀριάδνης præsul ceteris Cretensium accensetur; qui quum vitio sit deformatus, parum juverit. Fuisse puto Φοινίκη ἤτοι Ἀραδὴν, quam posteriorem Stephanus agnoscit: Ἀραδὴν, inquit, πόλις Κρήτης ἣ καὶ Ἀνώπολις λέγεται διὰ τὸ εἶναι ἄνω. Ὁ πο-

λις ἐστίν· ἔχει λιμένα καὶ νῆσον. Ἀπὸ δὲ Κλαυδίας εἰς Φοίνικα στάδιοι τ'. Ἔχει πόλιν καὶ λιμένα.

329. Ἀπὸ Φοίνικος εἰς Τάρρον στάδιοι ξ'· πόλις μικρά ἐστιν· ἔχει ὅρμον.

est cum portu et insula. A Claudia [*insula*] ad Phœnicem stadia 300. Insula habet urbem et portum.

329. A Phœnice ad Tarrhum (*Tharram*) stadia 160 (ρξ'). Urbs parva est, quæ stationem habet.

λίτης ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἀραδήνιος. Est in parte insulæ australi apud Ptolemæum Φοίνιξ, cujus episcopum in Nicæno II Concilio p. 354 memoratum negligenter Geographiæ sacræ conditor prætcriit : ea si nostra est, oportet cum *Aradene* deinceps coaluerit; aut id si spreveris, ut *Araden*, incerta nobis causa, Phœnices nomen impetraverit. » Hæc Wesselingius. In Hierocle et Notitia episc. pro Ἀραδένα et Ἀριάδνης sufficiebat correxisse Ἀραδῆνα et Ἀραδήνης, quæ urbs, ut ex iisdem locis intelligitur, non diversa erat a Phœnice; hoc erat Græca denominatio, illud vero nomen Phœnicium, ab Aradiis (ערדין) ductum (Movers *Phœn. Alterth.* II, p. 261). Porro oppidum portui adjacens haud dubie vocabatur ἡ κάτω πόλις, dum altera, in monte sita, erat ἡ ἄνω πόλις. Vici in veteris urbis, cujus exstant ruinæ, regione siti etiam nunc *Anopolis* nomine comprehenduntur. Audiamus Pashleyum l. l. II, p. 241 : « An ascent of a few minutes up the rocky elevation at the foot of which the hamlet of Rhiza is built, brings us to the site of the ancient city, from which we see along the southern coast as far as the projecting point of Mesara... Below us is the port Lutro (Φοίνιξ s. Φοινικοῦς λιμήν veterum) and its little village, the winter residence of nearly all the Anopolitans : it seems to be about a mile off. I am, however, assured that following the road which leads to it, its distance is full three miles. The whole circumference of this rocky elevation, occupied by the ancient city, is about a mile; perhaps hardly so much. To the south I observed no traces of walls : the rocks being nearly perpendicular on that side, it is very unlikely that walls should ever have been built there. The chief remains are on the west; where a considerable piece of ancient walling, of the very earliest style, still exists. Its length is about six feet. Its height varies from five to eleven feet... The plain on which are situated the hamlets comprehended under the common name of Anopolis, is covered with patches only of cultivation; its length is about a mile and a half, its breadth perhaps three quarters of a mile : to the south it is bounded by this rock, and to the north by the highest range of the Skafian mountains. » A ruinis Anopolis quindecim fere stadia versus occasum distans prope rivulum situs est vicus *Aradena*, qui ipse quoque veterum ædificiorum quædam habet rudera, adeo ut Araden et Anopolim duo fuisse oppida, non vero ejusdem urbis nomina, putares, nisi veterum testimonia suaderent dirutæ urbis nomen in hodiernum vicum translatum esse, atque ruinas in vico obvias ad suburbium aliquod pertinere. Prope portum ad *Lutro* vicum item antiquitatis vestigia supersunt. Vid. mappa insulæ Pashleyana. — Ceterum situm portus et urbis recte indicat Ptolemæus hisce :

Φοινικοῦς λιμήν	53° 30'.	34° 10'.
Φοίνιξ πόλις	53° 35'.	34° 15'.

Ita bene habet vulgata, quam mire corrupit Wilbergus ex codicibus hinc inde aliquid assumens, adeo ut in nova hac editione legatur :

Φοίνιξ πόλις	53° 30'.	34° 15'.
Φοινικοῦς λιμήν	53° 45'.	34° 20'.

Insulam prope portum neque Pashleyus neque Kiepertus notant; sed absque nomine habes in mappa Gauttieri (*Carte reduite de la partie meridionale de l'Archipel. Paris* 1827). Hæc procul dubio est insula quæ *Aradus* dicitur ap. Plin. et Steph. Byz. : Ἄραδος, τρίτη, Κρήτης νῆσος || — Κλαυδίας] Excidisse videtur vox νήσους. Particulam δὲ ante Κλαυδίας male omisit Iriart. Κλαῦδος insula vocatur ap. Hieroclem et Ptolemæum p. 245; Κλαῦδος νῆσος, ἐν ᾗ πόλις Κλαύδη in Act. Apost. 27, 16. Genuina nominis forma fuerit *Gaudos*. sicuti est ap. Plin. IV, 20, § 61, ubi sic interpunge : *Contra Hierapytnam Chryse; Gaudos; eodem tractu Ophiussa*, etc. Mela quoque II, 7 insulas ad Cretam memorat Chrysen et Gaudum. Urbs insulæ fuerit Phœnicia, suadente altera Gaudo insula in mari Siculo, quam Phœnicum sedem fuisse constat; hanc quidem vulgo Γαῦλον scribunt; at Γαῦδον præbent codd. omnes Strabonis p. 37. 277. 299, et ap. Diodorum V, 12 codices meliores (Cf. Etym. M. p. 543 ubi : ἐν δὲ Καύδῳ καὶ Καλυψοῦς ἐστὶν Ἀφροδίτης ἱερόν. Movers l. l. II, 359). Nostra insula etiamnunc *Gaudapula*. || — εἰς Φοίνικα] sic Gailius; εἰς Φοινίκης h. l. cod.; fort. εἰς Φοινίκην, quam formam Hierocles habet. || — τ'] reapse sunt fere stadia 220. || — ἔχει] ἔχειν codex.

§ 329. Τάρρον] haud dubie scribæ errore pro Τάρραν, uti est in Oraculo ap. Euseb. P. E. p. 133 ed. Stephan., Theophrast. H. Pl. II, 2, Pausaniam IX, 16, 3, Stephan. Byz. v. Τάρρα, ad quem Holstenius ex Anonymo auctore vit. Apoll. Rhod. laudat hæc : Τάρρα δὲ πόλις Κρήτης, ὥς φησι Λογγῖνος ἐν τοῖς Φιλολόγοις. Idem nomen reposuerunt ap. Ptolemæum, ubi Τάρβα (sic) inter Pœcilassum et Lissum ponitur, quum Noster rectius haud dubie Tarrham inter Phœnicem et Pœcilassum collocet. Urbs clara cultu Apollinis (V. Pashley. II, p. 270), patria Lucilli scriptoris (Fr. Hist. IV, p. 440). — Post *Lutro* portum (Φοίνικα λιμένα) primus oræ locus veteris urbis ruderibus insignis post 140-150 stadia occurrit in valle *Haghia Ruméli* ad vicum cognominem; hinc 40 fere stadiorum intervallo dissitus est locus *Trypete* et *Boukoliasi*, item vetustis ruinis memorabilis; sin alia stadia 30 juxta oram pergas, tertiæ urbis vestigia deprehendis in *Suia* vico. Hic vero quum aperte sit Συία Stephani, Σύβα Stadiasmi : consequitur Pœcilassum ad hod. *Boukoliasi*, Tarrham in *Haghia Ruméli* quærendam esse, porro male notari distantiam a Phœnice ad Tarrham, ita illam corrigendam ut pro ξ' scribatur ρξ'. Numerus sic sane paullo major quam velis evadit; at in sequentibus quoque ut plurimum distantiæ justo majores notantur. Descriptionem pictamque imaginem vallis *Haghia Ruméli*, montium jugis abruptis pæne inaccessæ, vide ap.

330. Ἀπὸ Τάρρου εἰς Ποικιλασσὸν στάδιοι ξ'· πόλις ἐστὶ καὶ ὅρμον ἔχει καὶ ὕδωρ.

331. Ἀπὸ Ποικιλασσοῦ εἰς Σύβαν στάδιοι ν'· πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα καλὸν ἔχει.

332. [Ἀπὸ Σύβης εἰς Λισσὸν στάδιοι λ'.]

333. Ἀπὸ Λισσοῦ εἰς Καλαμύδην στάδιοι σν'.

330. A Tarrho ad Pœcilassum stadia 60. Urbs est, quæ stationem habet et aquam.

331. A Pœcilasso ad Sybam (*Suiam*) stadia 50. Urbs est, quæ portum pulchrum habet.

332. [*A Suia ad Lissum stadia* 30].

333. A Lisso ad Calamyden stadia 50 (ν').

Pashley II, p. 264. De ruinis idem ita : « On examining the spot I found very slight vestiges of antiquity; but the Toscan priest Buondelmonti (in Cornelii Creta sacra t. I, p. 85) describes considerables remains of a temple and other buildings at the site of the ancient city, as existing when he was in Crete, more than four hunderd years ago. » E Buondelmóntio vero Pashleyus exscribit hæc : « Portum antiquæ urbis desolatum, hodie *Romelum,* ingentem aspicio templum in subversione vŏlutum, quo omnia genera marmorum... sine ordine jacent. Aspicio idolorum sine capitibus busta et ab altero latere templi caput Veneris vel Dianæ inveni, quod super omnia pulcherrimum videbatur.... Columnæ cisternæque cum ædificiis amplis per omnia patescunt... Cernimus nimis deletas Græcas literas scriptas, sequimur deinde eas; heu scissum erat, sed per conjecturas sic cernere potui : *Munda pedem, vela caput, et intra* [Cf. Solinus c 11]. »

§ 330. Ποικιλασσόν] In Ptolemæi codd. locus vocatur Ποικιλάσιον, pro quo Wilbergius ex Nostro dedit Ποικιλασσός, paullo confidentius, quum aliunde de loco nihil constet. Nomen superstes in hodierno *Boukoliasi*. Pashleyus II, p. 263 : « I learn that at a place called *Trypetè*, near *Vukoliasi* (εἰς τὴν Τρυπητή, εἰς τὸ Βουκολιάσι), between Haghia Rumeli and Suia, and somewhat nearer to the latter place than to the former, at a spot the road to which from here (sc. ab *Haghia Ruméli*) is so bad that the place may be called inaccessible, except by sea, are found Hellenic remains, situated about a mile from the shore. The hillon which they stand is visible from the sea. »

§ 331. Σύβαν] Συβᾶν codex; fuerit Συΐαν, ut apud Stephanum : Συΐα, πόλις μικρὰ Κρήτης, ἐπίνειον οὖσα τῆς Ἐλύρου· ὁ πολίτης Συϊάτης καὶ Συϊεύς. Nunc est Σουία vicus, in planitie situs, incolis carens. Pashleyus II, p. 100 : « Suia, like Haghio Kyrkos, is intirely uninhabited. Some peasants shewed us a spring of brackish water, and conducted me to a mutilated inscription, from which alone it would have been impossible to determine the name of the city... I learn that, till a few years ago, there was here a large marble slab covered with an inscription. A kaik came and took it away. In the middle of the plain is a winter stream, between which and the rocky cliffs, forming the eastern boundary of the plain, are found the existing remains of the ancient city. I see spread over the ground here pieces of pottery and three fragments of the shafts of columns. Although the plain is narrow even at the sea, and contracts at no great distance from it, yet Suia is not so cooped up by surrounding rocks as Haghio Kyrko. I observe remains of the city walls, and also, in several places, those of public buildings; but nothing deserves a particular description. None of the visible remains can be more ancient than the time of the Roman emperors. The are either of different sized stones or of brick work. The sculptured cross on some fragments of white marble would seem to indicate the existence of the city in Christian times, and from the mention of Elyros in Hierocles's list of Cretan cities, then reduced in number to one and-twenty, there can be but little doubt that its small port also continued to exist at that time. On the side of the hill, to the south-east of the city, are several tombs resembling those of Haghio Kyrko. » Elyri urbis (de qua cf. Scylax) ruinæ ap. vicum *Rhodovani*.V. Pashley p. 105. — § 332. Inclusa supplevi.

§ 333. De Lisso vid. Scylax p. 43 ibique not. De nummis, in quibus Λισίων (similiter ac in aliis numis habes Κνωσίων, Πολυρηνίων), sicuti *Lisos* in Tab. Peut., v. Eckhel (Numi vett. anecdoti p. 152.) et Pashley. II, 91 sqq. De accentu in ultima monet Herodian. De solit. lect. p. 38, 26. Dubium non est, quin ad Lissum urbem pertineant ruinæ quæ sunt ad *Haghio Kyrko,* de quibus ita Pashleyus II, p. 88 : « On coming to the worst part of the descent we saw before us the church of Haghio Kyrko and the site of ancient city in a small plain running down to the sea, surrounded on very other side by rocky hills, and presenting, on a large scale, a form every much like that of a Greek theatre. Near the sea, where the width of the plain contracts to about 150 paces, is the church of the Panaghia, which seems to stand on the site of an ancient temple. I observed near it fragments of the shafts of granite columns, and in the walls are several pieces of white marble, some of which seem to have been parts of pediments; others of entablatures. The inference that this may have been a fane of Dictynna will not fail to suggest itself to the reader. On the south-western side of the plain, the lower part of the hills is covered with sepulchres, not scooped out of rocks, but each of them a small building, the interior of which is eight or nine feet long and six or seven wide, and the crown of its arch about six feet high. There are perhaps fifty on these tombs : their entrance-doors are so small as only just to afford room for any one to pass into them. The interior of many of the tombs is covered over with plaster. » Ceterum ad hanc Lissum nonnulli retulerunt nomina Ὀλυσσὴς et Λισσὴς apud Strabonem p. 479 et Steph. Byz. v. Φαῖστος; de quo errore cf. supra not. ad § 322. || — Καλαμύδην] locus aliunde non notus. Fort leg. Καλαμύλην (Cf. Μύλαι insula Cretica § 319; Μύλινος gigas Creticus ap. Diodor. V, 71). Situm loci reperit Pashleyus (II, p. 124) ad ecclesiam Sancti Georgii inter *Selino ca-*

334. Ἀπὸ Καλαμύδης εἰς Κριοῦ Μέτωπον στάδιοι λ'. ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλόν· ἔχει ὕδωρ καὶ ὕφορμον.

335. Ἀπὸ Κριοῦ Μετώπου περίπλους εἰς Βίεννον στάδιοι ιϐ'· λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ.

336. Ἀπὸ Βιέννου εἰς Φαλάσαρναν στάδιοι σξ'· ὅρμος ἐστὶν, ἐμπόριον, πόλις παλαιά· νῆσος δὲ ἀπὸ σταδίων ξ' Ἰουσάγουρα, βλέπουσα πρὸς ἀνατολάς· ἔχει λιμένα· ἔχει δὲ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἐν τῷ λιμένι· ἔστι δὲ καὶ ἄλλη νῆσος ἀπὸ σταδίων γ' · καλεῖται Μέση, καὶ ὅρμον ἔχει· ἡ δὲ τρίτη καλεῖται Μύλη· ὁ δὲ πλοῦς βαθύς· ἀγορὰν ἔχει.

334. A Calamyde ad Criu-Metopon stadia 30. Promontorium est excelsum; habet aquam et recessum.

335. A Criu-Metopo periplus ad Biennum stadiorum 12. Portum habet et aquam.

336. A Bienno ad Phalasarnam stadia 160 (ρξ'). Ibi statio est, emporium, urbs antiqua; insula autem distans 60 stadia, Iusagura, spectans orientem versus; habet portum; habet et fanum Apollinis ad portum. Est et alia insula (distans) stadia 3. Vocatur Mese et stationem habet. Tertia vocatur Myle; navigatio profunda; forum habet.

---

stéli et *Vlithias* vicum. « About a mile from the church of Haghios Antonius I arrive at another of Haghios Gheorghios and also at the ancient site of which I am in search. It is situated on the summit of the ridge between two valleys : on the western and south-western sides of the city the walls may be traced for three or four hunderd paces : on the east I could only observe them for about one hunderd paces, while on the south the ridge narrows, and the wall, adapting itself to the natural features of the hill, has not a length of more than fifteen or twenty paces. The whole seeming circuit of these walls cannot much exceed half a mile : still, possibly, the city might extend further to the north. Foundations of the walls of buildings are seen to the south of the church of Haghios Gheorghios. Of the walls which remain the style is ancient though the construction is not very massive : the chisel has not been used for any of the stones : the sizes of most of them are pretty nearly the same, and they are all polygonal. The thickness of the wall is about four feet. — I suppose these to be remains of Calamyde... I know of no other city mentioned in any ancient writer, which we could be authorized to place here; and the site agrees perfectly with what we learn of Kalamyde from the author, who alone has recorded the name of this city. » || — στάδιοι σν'] sic codex corrupte. Linea recta a Lissi ruinis ad Calamydes rudera sunt fere 60 stadia, secundum oram circiter 70; hinc ad Criumetopon ad 40 (30 sec. Stad.) stadia. Nostro loco scribendum erit στάδιοι ν', quæ lenissima est mutatio, etsi verum non plane assequitur.

§ 334. ἀπὸ Καλαμύδην codex. || — Κριοῦ μέτωπον prom. etiamnunc *Cavo Krio* appellatur.

§ 335. Βίεννον] Βίενον, at § 336 ἀπὸ Βίεννον (sic) codex. Locum cognominem vidimus supra § 320. Apud Ptolemæum post Criumetopon (52° 35'. 34° 10) in Occidentali latere sequuntur :

Ἰναχώριον	52° 35'.	34° 30'.
Ῥαμνοῦς λιμήν	52° 30'.	34° 35'.
Χερσόνησος	52° 30'.	34° 30'.
Φαλάσαρνα	52° 20'.	34° 40'.

Quorum priora loca tria non memorat Anonymus, dum Bienni mentio apud Ptolemæum desideratur, nisi fortasse Ἰναχωρίον (sic ex optimo cod. Palat. scripserim) corruptum est ex Βίεννα χωρίον, quod tanto facilius fieri potuit quum β litera in Ptol. vocem ἵνα præcedat; quamquam distantiarum notæ non quadrant. Contra Pashleyus censet oppidi nomen Ἰναχωρίον depravatum postea esse in Ἐννεαχωρία, quod nunc est regionis nomen mediterraneæ, non adeo longe ab ea litoris parte, cui Inachorion Ptolemæi accensenda esset. Hæc parum mihi probantur, quum Ἐννέα χωρία (*Novem pagi*), nomen regioni peraccommodatum, sic corruptum esse verisimile non sit. Ceterum ubinam situs fuerit Biennus nonnisi e Stadiasmi computu colligitur, quum Pashleyus hanc oram non adierit.

§ 336. Φαλάσαρναν] Φαλάνσαραν cod.; em. Gail.; τὴν Φαλάσαρναν etiam Polyb. XXIII, 15, 3; plerique τὰ Φαλάσαρνα. V. not. ad Scylac. § 47 p. 41, ubi dicendum erat Plinii (IV, 20) codices fluctuare inter *Phalasarna* et *Phalasarne*, apud Ptolemæum vero codices Wilbergi præbere Φαλάαρνα, Φαλαάρνα, ut mittam corruptiora. Urbs in hoc insulæ latere maxima (Polyrrheniæ navale, 60 stadiis ab ea distans, λιμένα κλειστὸν habens et fanum Dianæ Dictynnæ. V. Scylax l. l., Dionys. 119 p. 242, Strabo p. 479) sita erat ad hodiernum *Kutri* vicum. Amplas quæ supersunt ruinas fuse describit Pashleyus II, p. 62-72. In Stadiasmo numerus σξ' mutandus in ρξ'. || — Ἰουσάγουρα] Quæritur num rectius nomen habeat apud Plinium IV, 20 § 61 : *Circumvectisque Criumetopon tres* (insulæ) *Musagorus* (sic editt. e cod. perantiquo; ceteri : *Acusagorus, Acusagonus, Acausagores, Musagoræ*). Mela II, 7 : *et quas Musagoros numero tres, uno tamen vocabulo appellant*. Pashleyus indicari putat hod. *Elaphonesias*, vix 30 stadia a Criumetopo distantes; id suadere quidem verba Plinii possent, quantumvis vaga sint; at alienum tale quid a nostræ periegeseos et ordine et verbis disertis, quæ nonnisi ad hodiernam *Scordi* et adjacentes insulas referri possunt, ut recte jam statuit Mannertus. Sequens insula Mese, quænam sit, si verba peripli premas, nescio; si distantiæ notam parum accuratam esse putes, de hod. *Pundico* cogitare licet; Myle autem (Μόλη codex), quum a Treto 50 stadia absit, referenda ad hodiernam *Megalonesi*, cui adjungenda *Prasonesi ;* nam duas Mylas fuisse docet Plinius l. l. : *Circa eam* (Cretam) *ante Peloponnesum duæ Corycæ* (h. *Grabusa*), totidem *Mylæ*. || — βλέβουσα] quid sibi velit, haud perspicio; dicere auctor voluerit portum insulæ versus ortum spectare. ||— ἀγορὰν] ἀγόραν codex, ἀγωρὰν Iriart.; mutavit Gailius, dubito an recte, quum fori mentio in insulam istam vix quadret, ac omnino ejusmodi notatio in stadiasmo nost[ro] nautico non occurrat. Fortasse erat : ὁ π. β. ἀγκυρ[ὰν] (pro quo passim scribitur ἀγκύραν) [οὐκ] ἔχει pr[...]

337. Ἀπὸ Μύλης ἐπὶ τὸν Τρητὸν στάδιοι ν'· ἀκρωτήριόν ἐστι τετρημένον, κατάκρημνον τῆς Κρήτης.

338. Ἀπὸ τοῦ Τρητοῦ εἰς Ἀγνεῖον στάδιοι ν'· λιμήν ἐστιν ἔχων ἱερὸν Ἀπόλλωνος· ἔστι δὲ ἐσώτερος κόλπος, καὶ καλεῖται Μυρτῖλος· καὶ ὕδωρ ἔχει.

339. Ἀπὸ Ἀγνείου εἰς Κίσαμον στάδιοι π'· πόλις ἐστὶν ἐν κόλπῳ κειμένη. ἐστὶ δὲ λιμήν· ἔχει καὶ ὕδωρ.

340. Ἀπὸ Κισάμου ἐπὶ Τίτυρον στάδιοι κε'· ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλὸν, κατάδενδρον· βλέπει πρὸς ἄρκτον.

341. Ἀπὸ Τιτύρου ἐπὶ τὸ Δικτυνναῖον στάδιοι π'· ὅρμος ἐστὶν ἐν αἰγιαλῷ.

342. Ἀπὸ τοῦ Δικτυνναίου ἐπὶ τὴν Κοίτην στάδιοι

337. A Myle ad Tretum stadia 50. Promontorium est perforatum et asperum Cretæ.

338. A Treto ad Agnium stadia 50. Portus est habens fanum Apollinis (est ibi interior sinus, qui vocatur Myrtilus); aquam quoque habet.

339. Ab Agnio ad Cisamum stadia 80. Urbs est in sinu sita; portum habet et aquam.

340. A Cisamo ad Tityrum stadia 25. Promontorium est excelsum et arboribus consitum; spectat statio septentrionem versus.

341. A Tityro ad Dictynnæum stadia 80. Ad litus est.

342. A Dictynnæo ad Cœten stadia 170. Insula est

ἀγκυροβόλια οὐκ ἔχει: ἀγωγὴν conj. Hoffmann; voluit: ὁ πλ. βαθὺν ἀγωγὴν ἔχει.

§ 337. Τρητὸν] Nomen hoc promontorii (*cap Grabusa*) a locorum, ut videtur, configuratione petitum (cf. Africæ Τρητὸν ἄκρον ap. Strabon. p. 829. Ptol. IV, 3; Arabiæ Τρητὸς λιμήν, Τρητὴ νῆσος ap. Ptol. VI, 7.), aliunde non notum. Apud Strabonem p. 474. 475 lateris occidentalis boreale promontorium appellatur Κίμαρος (Cf. Zonaras. p. 1211: Κίμαρα locus); apud Ptolemæum Κώρυκος cum urbe cognomine, coll. Stephano. v. Κώρυκος, ubi post Corycos Ciliciæ et Ioniæ memoratur etiam Κρήτης Κωρυκία (ἄκρα sc.). Plinius quoque l. l. memorat Corycum montem et Corycas insulas || — κατάκρημνον] κατὰ κρημνόν cod.; em. Gail. — Pashleyus II, p. 75 ex Buondelmontio (ap. Cornelium in Creta sacra I, p. 87) apponit hæc: « Dum sic peragramur per longum iter aliquantisper sub radicibusque promontorii Coricis fessi recreamur, denique ad eundem montem per immeabilem ascendo semitam, in summitate cujus civitas (*Corycus*) cum plano exiguo eminebat, mœniaque ejus non parum a terra elevata cernere poteramus. Mansiones insuper diligentissime fabricatas cum cellulis subterraneis clare videmus, et cisternas in lapide sculptas miræ industriæ collaudamus. »

§ 338. Ἀγνεῖον] nomen alibi non obvium. Fortasse fuisse ἅγιον censet Gailius. An Ἁγνεῖον? Hoc si non proprium nomen, sed appellativum erat, fortasse huc pertinet *Elæa*, quam Plinius, oræ oppida recensens, inter Phalasarnam et Cisamum memorat. Similiter in Cilicia ad Corycum prom., cui Grabusa insula adjacet, erat locus Ἐλαιοῦς vel Ἐλαιοῦσσα. || — Μυρτῖλος] sic codex, sec. Millerum; Μαρτῖλος sec. Iriartem. Quum sinus hujus latus alterum sit Dictynnæus mons, in quo Britomartis Dictynna colebatur, et de quo in mare olim virgo desiliisse narratur (Callimachus hymn. in Dian. 189 sqq.): nescio an ab eodem nomine sinus noster dictus sit, adeo ut, si litera α in Μαρτῖλος recte habet, lenissima manu pro Μαρτῖλος, scripseris Μάρτιδος, i. e. Παρθένου κόλπος, siquidem Βριτόμαρτις Cretice vocatur ἡ γλυκεῖα παρθένος. V. Steph. Thes. v. Βριτόμ.

§ 339. Κίσαμον] Memorant urbem Plinius, Ptolemæus, Hierocles, G. R. V, 21, Tab. Peut.; Strabo p. 479 Cisamum Apteræ navale dicens alteram Cisamum ad hod. *golfe de Suda* situm intelligit; atque duæ Cisami urbes etiam in Tab. Peutingeriana recte distinguuntur; ad alteram Cisamum pertinet Κίσαμον ἄκρον Ptolemæi (sic enim legendum, non vero Κύαμον ἄκρον, quod exstat in editt. Ptolemæi). Nostra Cisamos etiamnunc est *Kisamò-casteli* cum veteris urbis ruinis, de quibus v. Pashley II, p. 32. 43, et Buondelmonti ap. Cornelium l. l. I, p. 6: « Antiqua Chissamospolis oppidum album videtur, in cujus medio fons uberrimus dulcis aquæ, et palatium cum multudine columnarum jam fere prostratum cernitur. » Planitiem, in qua sita urbs, Nonnus XIII, 237 dicit δάπεδον Κισάμοιο. || — κατὰ δένδρον cod.; em. Gail.

§ 340. Κισσάμου cod. || — Τίτυρον] τὴν τύρον et mox ἀπὸ τὴν Τύρον (sic) codex; em. e Strabone p. 479. ubi: τῆς μέντοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίτυρος (Τόρος unus codex ap. Cram.), ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον, ἀλλὰ Δικτυνναῖον. Idque rectius esse comprobat Phrantzes Chronol. I, 34, notante Cramero. *Dictynnæus mons* ap. Plinium; ὄρος Δικτυνναῖον Dionys. Call. v. 29 p. 242; ejus extremitas borealis Ψάκον ἄκρον ap. Ptolemæum; hinc Itali fecerunt *Capo Spada*. || — κε'] Hæc non usque ad extremitatem montis versus boream porrecti, sed ad initium ejus pertinent; idque voluisse auctorem etiam sequentes numeri probant.

§ 341. Δίκτυνον et § 325 Δικτυνίου codex, frequenti librariorum errore. V. Steph. Thes. v. Δίκτυννα. Deinde excidisse videtur ἱερόν ἐστι. Ptolemæus habet Δίκταμνον seu Δίκταμον. Urbs *Dictynna* apud Melam II, 7.; *Dictunnis* (Δικτυννίς) ap. Geogr. Rav. V, 21. || — ἐν αἰγιαλῷ] ὅρμος ἐστὶν αἰγιαλός codex. ὅρμος ἐστὶ καὶ αἰγιαλός conj. Hoffmann. Possis etiam δύσορμος ἐστὶν αἰγιαλός. Cf. Anonym. peripl. p. 265, 11.

§ 342. τὴν Κοίτην] Mox: ἀπὸ τοῦ Ἀκοιτίου. Neutrum aliunde notum. Dicit insulam quæ nunc vocatur *Ile de S. Théodore*. Adjacet ei altera perexigua. Ambas notare videatur Plinius hisce: *contra Cydoniam Leuce et duæ Budroe* (sic e cod. Toletano vix recte Sillig.; *Budræ, Budroæ, Budoræ, Buditiæ*, v. l.). Quod Leucen insulam attinet, notatur sane insula inter Cydoniam (*Cania*) et nostras insulas prope litus sita in mappa Gauttieri (non item in Pashleyana et Kiepertiana); sed quum Noster in seqq. Λευκὰς insulas tres in hodierno *golfe de Suda* collocet, errasse potius Plinius videtur eo quod contra Cydoniam ponat etiam Leucen insulam. Hoffmannus ultro pregressus tres

ρο'· νῆσός ἐστιν· ἔχει ὅρμον καὶ ὕδωρ· βλέπει πρὸς τὴν Κρήτην [καὶ] πρὸς ἄρκτον.

343. Ἀπὸ τοῦ Ἀχοιτίου εἰς Κυδωνίαν στάδιοι ξ'· πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα, καὶ εἰς τὴν εἴσοδον βράχη ἔχει.

344. Ἀπὸ Κυδωνίας εἰς Ἀπτέραν περιπλέεται σταδίοις ρν'· πεζῇ δὲ στάδιοι ρκ'· ὁ τόπος Μίνως καλεῖται, εἰς ὃν κεῖνται νῆσοι τρεῖς, αἳ καλοῦνται Λευκαί.

345. Ἀπὸ τῆς Μίνωος εἰς Ἀμφιμάτριον στάδιοι ρν'·

cum statione et aqua. Spectat ad Cretam et septentrionem versus.

343. A Cœte ad Cydoniam stadia 60. Urbs est cum portu; ad introitum habet brevia.

344. A Cydonia in Apteræam regionem circumnavigatur stadiis 150 (pedestri itinere sunt stadia 120) usque ad locum, qui Minos vocatur; e regione ejus tres sitæ insulæ, quæ Leucæ sive Albæ vocantur.

345. A Minoe ad Amphima*lium* stadia 150. Flu-

Plinii insulas, Leucen et Boudroas duas, esse tres Λευκὰς Stadiasmi esse censet. Deinde addidi [καὶ], quum insula sec. longitudinem porrecta sit meridiem et boream versus. Nescio tamen an gravius ulcus lateat. Fortasse ejicienda verba τὴν Κρήτην. Gailianam interpretationem omitto.

§ 343. Κοιλωνίαν et mox Κοιλωνίας cod.; em. Gail. Cydonia (h. *Kania*) urbs notissima. || — καὶ εἰς τὸν εἴσοδον βράχη ἔχει] Pashleyus I, p. 13 : « The last five words are just those which a Greek sailor of the present day would use, if speaking on the same subject; for these βράχη have preserved their name in modern Greek, and are close to the entrance of the port. Many of the rocks emerge from the water a little to the west of that entrance. When at Khania, in the hot weather, I frequently bathed in the sea; and, on account of these rocks, could only do so by rowing half a mile from the mouth of the harbour. The entrance of the harbour is so narrow, that any pilot, not well acquainted with it, might easely run his ship aground; as was done, while I was at Khania, by a Turkish vessel.:. With the express testimony of the Periplus, to the maritime situation of Cydonia, we may compare a passage of George Gemistus, quoted by Tzschucke, on Strabo, tom. IV, p. 241 : Κυδωνία δὲ ἐπὶ μὲν τῷ Αἰγαίῳ καὶ αὐτή, ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις τῆς Κρήτης μέρεσι, καὶ ἐπιθαλαττία. »

§ 344. εἰς Ἀσπέραν.. πεζῇ δὲ μίλια ρκ'. Μίνω καλεῖται codex. Minus hiulca foret oratio si legeretur : ἀπὸ τῆς Κυδωνίας εἰς τὴν Ἀπτεραίαν περιπλέοντι μετὰ σταδίους ρν' (πεζῇ δὲ εἰσὶ στάδιοι ρκ') τόπος ἐστὶ Μίνως καλούμενος, καθ' ὃν κεῖνται νῆσοι τρεῖς. Post Cydoniam sequitur promontorium peninsulam referens, juxta quod navigantes post stadia 150 in eum fere locum veniunt, ubi nunc non longe ab ora maritima situs est *Sternes* vicus (a cisternis nomen habens sec. Pashleyum I, p. 268). Itinere pedestri ad eundem locum 120 stadia satis recte Noster computat. Nomen loco Μίνως, si fides est codici; Plinio *Minoium* dicitur IV, 20 : *Cydonia, Minoium, Apteron, Pantomatrium, Amphimalla;* Ptolemæus vocat Μινώαν (53° long. 35° lat.), cui in altero sinus (*golfe de Suda*) latere opponit Aptera (Ἄπτερα, aliis Ἀπτέρα) urbem (53° long. 34° 45' lat.). Denique Μινώαν Cretæ, nescio an nostram an alteram in Lyctiorum ditione sitam, memorat Stephanus Byz. Quod situm Apteræ urbis attinet, cum Ptolemæo consentit Hierocles p. 650 et Geogr. Ravenn. V, 21 (ubi *Abtera*), qui urbem memorant mediam inter Cydoniam et Lappam. Accuratius etiam Strabo ait Apteram a Cydonia abesse stadiis 80, portumque ejus esse Cisamum (quem in itinerario a Cydonia ad Gortynam habet Tabula Peutingeriana eo loco ubi Geographus Ravennates, idem itinerarium exhibens, ponit Apteram urbem). Dubitari itaque nequit Apteram superesse in ruinis hod. *Palæocastron,* uti docet Pashleyus I, p. 48, qui Cisamum portum quærit ad hodiernum vicum *Kalyves* (Καλύβαι), ubi extare ait « an admirable little port. » Plinius *Apteron* recenset inter maritima oppida, minus accurate, quamquam non longe Palæocastron ruinæ a litore distant. Nescio tamen an ap. Plinium legendum sit *Minoium Apterón* (Μινώιον Ἀπτέρων), quum aliud fuerit Minoium Lyctiorum, atque *Apteron* tanquam nominativus offendat. De regione Apteræa cf. Scylax p. 43 ibique laudati, quibus adde Pausaniam X, 5, 10 et IV, 20, 8. Ut ad Stadiasmum revertar; emendatio εἰς Ἀπτέραν est Longuevillii apud Gailium; suffragamur cum Pashleyo. Mannertus VIII, p. 695 in ἀσπέραν latinam vocem *asperam* agnoscere sibi visus est; Gailius postquam ipse εἰς ἑσπέραν proposuerat, addit : « Conjiciunt Hasius noster et Pouquevillius legi posse εἰς ἄσπραν, idem sonans ac εἰς λευκήν, sive quod ex proximis insulis *Leucis* nomen ad continentis partem oppositam transiluerit, sive quod ex montibus magnis Cretæ interioris, Λευκοῖς Ptolemæo dictis et nive candescentibus, hæc appellatio manaverit. At sera admodum interpolatio foret εἰς Ἄσπραν. » Mihi in mentem venerat pro ἀσπέραν leg. esse Ἀστερίαν, et deinde : ὁ τόπος [καὶ] Μίνως καλεῖται, quum hodie ibi sit *Sternes* vicus, in fabulis autem Asterius et pater et filius Minois appelletur. Sed hæc longe petita. || — Λευκαί] Cf. Stephanus Byz. : Ἄπτερα, πόλις Κρήτης, ἀπὸ τῆς τῶν Μουσῶν καὶ Σειρήνων ἔριδος, τῆς ἐν τῷ μουσείῳ πλησίον τῆς πόλεως καὶ τῆς θαλάττης τόπῳ τοιῶσδε καλουμένῳ γενομένης, ἐν ᾧ μετὰ τὴν ἐν μουσικῇ νίκην τῶν Μουσῶν αἱ Σειρῆνες δυσφοροῦσαι τὰ πτερὰ τῶν ὤμων ἀπέβαλον καὶ λευκαὶ γενόμεναι εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέβαλον ἑαυτάς· ὅθεν ἡ πόλις Ἄπτερα, αἱ δὲ πλησίον νῆσοι Λευκαί (Una Sirenum Λευκωσία vocatur ap. Eustath. ad Hom. p. 1709, 46). Insula major in medio sinu exstat *Suda;* huic adjacet rupes, quæ pro altera insula habenda est; tertia ab his longius remota litori Chersonesi adjacet. Cf. not. ad § 325.

§ 345. Ἀμφιμάτριον] Locorum quæ post Minoam sequuntur apud Ptolemæum et Plinium series hæc est :

Ptolemæus.	Plinius.
Δρέπανον ἄκρον (*Cap Drepano*)	Pantomatrium.
Ἀμφιμαλὴς κόλπος	Amphimalla.

ποταμός ἐστι καὶ λιμὴν περὶ αὐτὸν παραχειμαστικὸς, καὶ πύργον ἔχει.

346. Ἀπὸ Ἀμφιματρίου εἰς Ὕδραμον στάδιοι ρ'· πόλις ἐστίν· ἔχει αἰγιαλόν· καλεῖται δὲ ἡ πόλις Ἐλευθέρα· πεζῇ δὲ ἀναβῆναι ἀπὸ τοῦ Ἀμφιματρίου στάδιοι ν'.

347. Ἀπὸ Ἀμφιματρίου εἰς Ἀστάλην στάδιοι λ'. λιμήν ἐστιν εὐωνύμως· ἔχει ὕδωρ. [Ἐντεῦθεν Ἐλευθέρα ἀπὸ σταδίων ν'.]

vius est et portus circa illum, ubi hibernare licet; turrim quoque habet.

346. Ab Amphima*lio* ad Hydramum stadia 30; *inde ad Rithymnam st.* 100; *inde ad Pantomatrium st.*] 100; urbs est; litus habet; [*intus*] *sita Eleutherna*, ad quam pedestri itinere ab Amphimatrio sunt stadia 50.

347. Ab Amphimatrio ad Astalen stadia 30. Ad sinistram est portus cum aqua.

Ῥίθυμνα (*Rithymnos*)	Rithymna.
Παντομάτριον	Panormus.
Δῖον ἄκρον	
Κύταιον	Cytæum.
Πάνορμος	Apollonia.
	Matium.
Ἡράκλειον	Heraclea.

Amphimatrium Stadiasmi alius nemo memorat. Ac dubium vix est, quin pro Ἀμφιμάτριον auctor dederit Ἀμφιμάλιον, quam urbem præter Plinium etiam Strabo p. 475 recenset (nisi quod ibi codices habent Ἀμφαπαλίαν, quod in Ἀμφίμαλλαν mutarunt viri docti) et Stephanus Byzantius : Ἀμφιμάλιον, πόλις Κρήτης, ἀπὸ Ἀμφιμάλου.. Λέγεται καὶ Ἀμφίμαλα, ubi codices ita variant, ut alii λ simplex, alii duplex exhibeant. Denique huc pertinet, quem Dionysius Aglaoph. v. 128 p. 242 affert, Ἀμφιμέλας ποταμός. Is ipse est, cui Amphimala urbs adjacebat. Hodie *Armiro* vocatur. Nam quum in Amphimalio sinu (hod. *golfe d'Armiro*) duo sint fluvii, Armiro et alius qui exit ad urbem *Dramia*, hæc autem aperte sit Hydramus sive Hydramia, cujus Noster § 346 meminit : sequitur Amphimalæ fluvium esse hodiernum *Armiro*. A Minoa, si præterlegeris *Suda* sinum, usque ad *Armiro* recte computantur stadia 150. Ceterum quæras, quomodo factum sit, ut pro Ἀμφιμάλιον vel Ἀμφίμαλα codex præbeat Ἀμφιμάτριον. Haud subesse scribæ lapsum e Ptolemæo et Plinio colligis; explicandum vero errorem putes ex Plinio. Hic enim quum juxta Amphimallam ponat Pantomatrium, utriusque urbis memoriam ab Nostro male confundi dicas. At bene reputandum Pantomatrium a Ptolemæo post Rhithymnam demum collocari, majoremque circa seriem locorum fidem esse Ptolemæi quam Plinii parum in his accurati; sequentia autem (§ 346) in eam nos ducunt sententiam, ut Ptolemæi Pantomatrium et Amphimalium malo artificio in unum Amphimatrii nomen contracta putemus.

§ 346. Ὕδραμον] Cf. Stephanus Byz. : Ὑδραμία, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ὁ τὰ Κρητικὰ γράψας. Nunc *Dramia*. Pro stadiis ρ' ratio intervalli postulat stadia λ'. Quæ sequuntur Καλεῖται δὲ ἡ πόλις κτλ. miro modo introducuntur. Primo obtutu putes auctorem dicere Hydramum urbem etiam Eleutheram vocari (sic Mannertus VIII, p. 696). Sed hæc non posse admitti alii bene jam perspexerunt recteque docuerunt memorari urbem Eleutheram, eamque esse *Eleutheram*, quæ etiamnunc id nominis servat, in codd. autem veterum scriptorum, ut Ptolemæi, sæpius appellatur Eleuthera. Denique recte Gailius monuit verba ἐντεῦθεν Ἐλευθέρα κτλ., quæ in sequente segmine leguntur, nihil esse nisi variam lectionem vel explicationem verborum πεζῇ δὲ ἀναβῆναι ἀπὸ τοῦ Ἀμφιματρίου στάδιοι (μίλια codex) ν'. His vero nos addimus mirum esse Eleuthernæ mentionem jungi Hydramo urbi, a qua longe occasum versus distat urbs mediterranea. Memoranda erat aut cum Rithymna, aut cum Pantomatrio, quod quum apud Ptolemæum quarta unius gradus parte sive 100 fere stadiis a Rhithymna distet, collocandum est non longe ab Oaxo fluvio, ideoque proxime abfuisse debet ab Eleutherna. Quæ quum ita sint, sponte nascitur suspicio nostrum locum laborare lacuna, et in hanc fere sententiam restituendum esse : Ἀπὸ Ἀμφιμαλίου εἰς Ὕδραμον [στάδιοι λ'. Ἀπὸ Ἀμφιμαλίου εἰς Ῥίθυμναν (vel Ῥιθυμνίαν) στάδιοι ο'. λιμήν ἐστιν. Ἀπὸ Ῥιθύμνας εἰς Παντομάτριον] στάδιοι ρ'· πόλις ἐστίν· ἔχει αἰγιαλόν. [Ἄνω] κεῖται ἡ πόλις Ἐλεύθερνα· πεζῇ δὲ ἀναβῆναι ἀπὸ τοῦ Παντοματρίου στάδιοι ν'. Ἀπὸ Παντοματρίου εἰς Ἀστάλην κτλ. Quæ modo supplevimus postquam in codice aliquo exciderant, librarius quidam, nihil de lacuna suspicatus, male cohærentem seriem narrationis eo sibi visus est resarcire quod pro ἀπὸ Ἀμφιμαλίου... ἀπὸ Παντοματρίου bis scriberet ἀπὸ Ἀμφιματρίου. De Rithymna (hod. *Rhithymnos* vel, ut vulgo nos dicimus, *Retimo*) præter Ptolemæum et Plinium vid. Stephanus : Ῥιθυμνία, πόλις Κρήτης: τὸ ἐθνικὸν Ῥιθυμνιάτης (Ῥειθυμνιάτης codd. plurimi Lycophronis 76) καὶ Ῥιθύμνιος (de hoc gentili cf. Stephan. Βοθώνεια et Νικωνία). A Tzetze ad Lyc. 76 urbs vocatur Ῥείθυμνα. Numos habes ap. Eckhel. Numi vett. anecdoti p. 155, Rasche Lex. rei num. t. IV, 1, 1024., Pashley l. l. I, p. 102. Pantomatrium Plinius non suo memorat loco, sicuti ex Ptolemæo et nostri loci ratione modo conjecimus. Ubi Pantomatrii mentionem exspectabas, ibi Plinius Panormum habet, quem alio in loco ponit Ptolemæus. Num in his quoque seriem Plinius neglexit? Minime. Nam centum fere post Rhithymnam stadiis prope hodiernum *Castel-Myropotamo* ruinæ exstant quas etiam nunc *Panormo* appellari Pashleyus t. p. 158 prodit ex fide Conari, scriptoris Itali (« In uno basso colle si descerne ancora le vestigie della superba et bella città di Panormo cosi sin hoggi detta. »). Aut igitur Panormus et Pantomatrium ejusdem loci sunt nomina diversa, aut urbes non longe a se invicem distantes. Quod Ptolemæum attinet, parum liquet num de Panormi loco erraverit, an eo nomine intelligat vel Apolloniam vel Matium Plinii. Kiepertus duos Panormos distinguit.

§ 347. Ἀστάλην] Id nomen unus Noster tradit. hod. *Astali*, a Miropotamo 30 tadia distans.

348. Ἀπὸ Ἀστάλης εἰς Ἡράκλειον στάδιοι ρ'· πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα καὶ ὕδωρ· ἀπὸ σταδίων κ' πόλις κεῖται Κνωσός· ἀπόκειται δὲ καὶ νῆσος ἀπὸ σταδίων μ' πρὸς δύσιν· καλεῖται Δῖος.

349. Ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου εἰς Χερρόνησον πόλιν στάδιοι λ'· ὕδωρ ἔχει καὶ νῆσον ἔχουσαν πύργον καὶ λιμένα.

350. Ἀπὸ Χερρονήσου εἰς Ὀλοῦντα στάδιοι ξ'· ἄκρα ἐστίν· ὕφορμον ἔχει καὶ ὕδωρ καλόν· ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς γῆς σταδίους κ' *.

351. Ἀπὸ Ὀλοῦντος εἰς Καμάραν στάδιοι ιε'.

352. Ἀπὸ Καμάρας εἰς Ἴστρον στάδιοι κε'.

353. Ἀπὸ τῆς Ἴστρου ἐπὶ τὴν Κητίαν ἄκραν στάδιοι ιε'· ὑφορμός ἐστιν, ἄνυδρος δέ.

354. Ἀπὸ τῆς Κητίας ἄκρας εἰς Διονυσιάδας στάδιοι τ'· νῆσοι εἰσὶ δύο, ἔχουσαι λιμένα καὶ ὕδωρ.

355. Ἀπὸ Διονυσιάδων εἰς τὸ Σαμώνιον, ὅθεν ἠρξάμεθα περιάγειν τὴν Κρήτην, στάδιοι ρκ'.

348. Ab Astale ad Heracleum stadia 300 (τ'). Urbs est cum portu et aqua; hinc distans stadia 20 urbs jacet Cnosus. Distat et insula stadia 40 occidentem versus; vocatur Dius.

349. Ab Heracleo ad Cherrhonesum urbem stadia 130 (ρλ'). Aquam habet et insulam cum turri et portu.

350. A Cherrhoneso ad Oluntem stadia 260 (σξ'). Est promontorium, sub quo statio est et aqua pulchra. Distat autem a continente stadia 20 *insula parva*.

351. Ab Olunte ad Camaram stadia 15.

352. A Camara ad Istrum stadia 25 (45?).

353. Ab Istro ad Cetiam promontorium stadia 15 (150?). Recessus est, sed aqua carens.

354. A Cetia promontorio ad Dionysiades stadia 300 (80?). Insulæ duæ sunt, habentes portum et aquam.

355. A Dionysiadibus ad Samonium, unde incepimus circumire Cretam, stadia 120 (50?).

---

§ 348. Ἡράκλειον.] Sic præter Ptolemæum etiam Strabo p. 484: Ἔχει δ' ἐπίνειον τὸ Ἡράκλειον ἡ Κνωσός. Stephano Ἡράκλεια, Plinio item *Heraclea* dicitur. σταδ. ρ'] lege τ'. Ante Heracleam Plinius memorat *Cytæum* (Cf. Steph. Byz. v. Κύτα et Nonnus XIII, 237: ἄλσεα καλὰ Κυταίου. Inter *Ichogdhia* et *Armyro* sec. Pashl.) et *Apolloniam* (ad hod. *Armyro* sec. Pashl.) et *Matium* (hod. *Megalocastron*), quod a Cnosso abest proxime. Heracleum cum Pashleyo ponendum prope hod. *Kakon oros*. || — Κνωσός] Μονησός cod.; em. Gailius; nam mediterraneam urbem memorari e verbis Stadiasmi et ex serie Peripli liquet. Quare rejicienda est conjectura ceterum elegans Mannerti, qui legi voluit Ἀμνισός; sic enim vocatur alter Cnosi portus ad fluvium cognominem (hod. *Aposelemi*), de quo vid. Homer. Od. XIX, 188 ibique schol. et Eustath., Callimachus in Dian. 15, Apoll. Rh. III, 877, Strabo p. 476, Dionys. 498, Pausanias I, 18, 5, Nonnus VIII, 230, Stephan. et Suid. || — Δῖος]. Δία ap. Ptol. et Plin. nunc *Dia*. Nostro loco fort. leg. Διός.

§ 349. Chersonesum memorat Hierocles l. l. et post Ζεφύριον ἄκρον Ptolemæus. Fuit haud dubie Lycti urbis portus. Ruinæ exstant ad vicum, qui hodieque *Chersoneso* vocatur. V. Phasley I, p. 269. Ipsum promontorium in recentioribus mappis vocatur *pointe Tigani* sive *Acrotiri*. || — σταδ. λ'] Esse debebat σταδ. ρ'. Fort. erat ρλ'. || — νῆσον] An hodiernam *Paximada* dicit, an parvulam insulam, quæ a Cherseneso orientem versus progredienti occurrit ad ipsam oram prope hod. *Khan Stalida?*

§ 350. εἰς Ὀλοῦντα] εἰς Σολοῦντας et mox ἀπὸ Σολοῦντος cod.; em. Gailius. Memoratur urbs ap. Ptolemæum, Stephanum Byz. (ex Xenionis Creticis), Pausaniam IX, 40, 3 (Βριτόμαρτις ἐν Ὀλοῦντι), in C. I. II, p. 398 n. 2554, ubi Ὀλόντιοι et Ὀλόντι, sicuti in numis ap. Mionnet *Descr.* vol. II, p. 289. Sitam urbem ad Cadistum montem e Scylace p. 44 discimus, Cadistus vero mons est promontorium longe in mare excurrens, ad quod est *Spina longa*. Ibi nunc *Aluda* vicus cum ruinis. Pashleyus Oluntis immemor hunc in locum transtulit Naxum urbem Creticam, quam schol. Pindar. Isth. I, 108 et Stephanus Byz. s. v. (et hinc Suidas) memorant. At v. Hœck. *Creta* I, p. 417. || — ξ'] debet esse σξ'. Sexaginta stadia sane quidem ad ruinas ducerent, ad hodiernum *Malia* locum. At si ibi Olus ponenda foret, falsi essent numeri sequentes, falsaque traderet Scylax. Kiepertus ad *Maliam* istam Arsinoen urbem refert, dubitans tamen. Post *Malia* sequitur *Milata* cum ruinis veteris Mileti, cujus jam Homerus meminit. || — ἔχει δὲ καὶ cod. — || ἀπέχει] sc. ὕφορμος, ut Gailius putat. Potius νῆσος exciderit, quum in insula adjaceat nunc castellum *de Spina Longa*.

§ 351. Camaram ex Ptolemæo, Stephano et Hierocle p. 650 notam in ruinis, quæ ad hod. *Paros* exstant, agnoscit Pashleyus. Ita Stephanus: Κάμαρα, πόλις Κρήτης,... ἥτις Λατὼ ἐλέγετο.

§ 352. εἰς Ἴστρον vel εἰς Ἰστρῶνα] εἰς Ἑτέραν et mox ἀπὸ τῆς Ἑτέρας cod. Proxime sequitur post 50 fere stadia locus *Istronas* ap. veteres Ἴστρος vel Ἰστρών dictus. Stephan. Byz.: Ἴστρος, πόλις Κρήτης, ἣν Ἀρτεμίδωρος Ἰστρῶνά φησι. In. C. I. II, n. 3048 Ἰστρώνιοι memorantur. Urbs quum ad angustissimum insulæ isthmum sita in Lyctiorum ditione fuerit, Μινώα portus, quem ibidem ponit Strabo, probabiliter non erat. Istri urbis Gailius in Stadiasmo legi voluit: εἰς ἑτέραν [Μινώαν], quum alia Minoa supra memorata sit. Ap. Diodorum uxor Minois, Lycti filia, Ἰτώνη vocatur; nescio an fuerit Ἰστρώνη.

§ 353. Post stadia 15, nulla sequitur ἄκρα. Kiepertus indicari putat promontorium a *Dionysiados* insulis 50 stadia distans, prope quod est *Setia* locus (Ἤτεια Stephani). Hoc si verum est, uti non est dissimile veri, § 354 pro τ' scrib. fuerit π', nisi ipse Stadiasmi auctor in altum insulas longius ejecit, quum idem deinceps a Dionysiadis ad Samonium prom. exputet stadia 120, quæ revera vix sunt stadia 50.

§ 354. εἰς Διονυσιάδα et ἀπὸ Διονυσιάδος codex. Cf. Diodorus V, 75: Περὶ τὴν Κρήτην δύο νήσους κτίσας (Bacchus) ἐπὶ τῶν καλουμένων Διδύμων κόλπων Διονυσιάδας ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ

ΗΡΑΚΛΕΩΤΟΥ ΤΟΥ ΠΟΝΤΟΥ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΗΣ ΕΞΩ ΘΑΛΑΣΣΗΣ,

ΕΩΙΟΥ ΚΑΙ ΕΣΠΕΡΙΟΥ,
ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΗΙ ΜΕΓΙΣΤΩΝ ΝΗΣΩΝ.

ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΥΟ

ΤΟ ΠΡΟΤΕΡΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ πρώτῳ Μαρκιανοῦ περίπλῳ τῷ τοῦ ἑῴου καὶ μεσημβρινοῦ ὠκεανοῦ.

Προοίμιον.

Τῶν δεξιῶν μερῶν τοῦ τε Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους περίπλους.

Τῶν ἀριστερῶν μερῶν τοῦ τε Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους περίπλους.

Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·

Τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τῶν ἀριστερῶν μερῶν τῶν παρὰ τὴν Εὐδαίμονα Ἀραβίαν περίπλους.

Σουσιανῆς περίπλους.

Περσίδος περίπλους.

Καρμανίας περίπλους.

Γεδρωσίας περίπλους.

Ἰνδικῆς τῆς ἐντὸς Γάγγου ποταμοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κόλπων καὶ νήσων περίπλους.

Ταπροβάνης νήσου περίπλους.

Τοῦ Γαγγητικοῦ κόλπου περίπλους.

MARCIANI

HERACLEENSIS EX PONTO

PERIPLUS

MARIS EXTERI,

ORIENTALIS ET OCCIDENTALIS,
ATQUE MAXIMARUM IN EO INSULARUM.

OPERIS BIPARTITI

LIBER PRIOR.

ARGUMENTUM.

Primo Marciani libro, qui est de periplo orientalis et meridionalis oceani, insunt hæc:

Proœmium.

Dextræ oræ sinus Arabici et maris Rubri et Indici pelagi periplus.

Sinistræ oræ sinus Arabici et maris Rubri et Indici pelagi periplus.

Particularis autem descriptio ita habet:

Arabici sinus et partium quæ ad sinistram juxta Felicem Arabiam periplus.

Susianæ periplus.

Persidis periplus.

Carmaniæ periplus.

Gedrosiæ periplus.

Indiæ intra Gangem sinuumque et insularum ejus periplus.

Taprobanes insulæ periplus.

Gangetici sinus periplus.

Marciani geographica (periplus maris exteri, initio et fine mancus, atque periplus maris interni e Menippi opere breviatus, cujus nonnisi initium superstes est) in tribus exstant libris manu scriptis: in codice Parisino 443 suppl. p. 1—60, ejusque in apographis Vaticano (fol. 186 sqq.) et Monacense sive Hervortiano. Parisini codicis quaternio primus et secundus exciderunt; tertius vero (quem litera γ' in summa pagina indicat) incipit verbis: κειμένης θαλάσσης, ἣν ὁ περιέχων τὴν γῆν ὠκεανὸς κτλ. Priores quaterniones duo, qui nunc desiderantur, præter prima verba Peripli maris exteri continuisse videntur Epitomen Artemidori, quam ante Oceani descriptionem Marcianus se composuisse semel iterumque testatur. In Vaticano libro folia decem (f. 176-185) ad explendam, si sors tulerit, lacunam habes vacua; deinde folii 186 prima verba sunt: τὴν εἰσροὴν ποιούμενος, omissis prioribus Parisini codicis lineis duabus, quibus legendis impar scriba erat, utpote evanidis, et nunc demum arte chemica aliquatenus in lucem revocatis. Monacensis codex, qui ab iisdem verbis exorditur, lacunam notare omisit. Varietatem lectionis, quam præbent apographa, quum nullius auctoritatis sit, licebit silentio præterire. || — Inscriptio operis, qualem dedimus, in codice legitur ad finem libri prioris, nisi quod pro ἑῴου habes ἑώτου (in quo τ litera nata est ex iota subscripto, non vero ex ἑῴου τε, ut putavit scriba apographi Vaticani) et quod pro τῶν εἰς β' τὸ α' exaratum est τῶν εἰς β' τά, unde usitatam de operum divisione locutionem eruit Haase in *Hall. Literaturzeitung* 1839, N. 105 p. 227. In apogr. Vaticano est:.... νήσων τὸ πρῶτον. Emanuelus Miller (*Périple de Marcien d'Héraclée, Paris* 1839) dederat:... νήσων τῶν εἰς δύο τεύχη. Τὸ πρῶτον. || — Argumentum e capitum titulis collectum exhibuimus ad exemplum ejus indiculi, qui secundo libro præmittitur.

Ἰνδικῆς τῆς ἐκτὸς Γάγγου ποταμοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κόλπων περίπλους.
Σινῶν καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς κόλπων περίπλους.
Τοῦ Θηριώδους κόλπου περίπλους.
Τοῦ τῶν Σινῶν κόλπου περίπλους.
Ἀνακεφαλαίωσις τῶν προειρημένων ἁπάντων διαστημάτων.

Indiæ extra Gangem fluvium sinuumque adjacentium periplus.
Sinarum sinuumque adjacentium periplus.
Ferini sinus periplus.
Sinensis sinus periplus.
Consummatio omnium horum intervallorum.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

[Τῆς μὲν ἐντὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν] κειμένης θαλάσσης, ἣν ὁ περιέχων τὴν γῆν ὠκεανὸς [πρὸς] ἑσπέρας ἐπιτελεῖ, κατὰ τὸν καλούμενον Ἡράκλειον πορθμὸν τὴν εἰσροὴν ποιούμενος Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος ἐν τοῖς ἕνδεκα τῆς γεωγραφίας βιβλίοις τὸν περίπλουν, ὡς ἂν ἦν μάλιστα δυνατὸν, συνέγραψεν, ἡμεῖς δὲ τῶν βιβλίων τούτων τὰς περιττὰς τοῦ μνημονευθέντος ἀνδρὸς παρεκβάσεις, προσέτι δὲ βαρβάρων Αἰθιοπικὰς πόλεις ἀφέντες, ἐν ἐπιτομῇ σαφέστατα μετ' ἀκριβοῦς [τῶν] ἐφευρεθέντων προσθήκης τὸν περίπλουν ἐποιησάμεθα, ὡς μηδὲν ἐνδεῖν πρὸς τελειοτάτην σαφήνειαν τοῖς περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γεωγραφίας σπουδάζουσι. Τῶν [δὲ] ὠκεανῶν ἑκατέρων τοῦ τε ἑῴου καὶ τοῦ ἑσπερίου (ὧν τὴν εἴδησιν, ἐς ὅσον ἐφικτὸν ἀνθρώποις, ἡ τῶν πολλῶν σπουδὴ καὶ φιλομαθία σαφῆ κατέστησεν) ἐκ τῆς γεωγραφίας τοῦ θειοτάτου καὶ σοφωτάτου Πτολεμαίου ἔκ τε τῆς Πρωταγόρου τῶν σταδίων ἀναμετρήσεως, ἣν τοῖς οἰκείοις τῆς γεωγραφίας βιβλίοις προστέθεικεν, ἔτι μὴν καὶ ἑτέρων πλείστων ἀρχαίων ἀνδρῶν, τὸν περίπλουν ἀναγράψαι προειλόμεθα ἐν βιβλίοις δυσὶ, τὸν μὲν ἑῷον καὶ μεσημβρινὸν ὠκεανὸν ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ, τὸν δ' ἑσπέριον καὶ τὸν ἀρκτῷον ἐν τῷ δευτέρῳ, ἅμα ταῖς ἐν αὐτοῖς κειμέναις μεγίσταις νήσοις, τῇ τε Ταπροβάνῃ καλουμένῃ, τῇ Παλαισιμούνδου λεγομένῃ πρότερον, καὶ ταῖς Πρεττανικαῖς ἀμφοτέραις

PROOEMIUM.

Periplum maris intra Herculis columnas siti, quod terram ambiens oceanus parte sui occidentale per Herculis fretum influens efficit, Artemidorus Ephesius geographus undecim Geographiæ libris quam diligentissime descripsit, nosque, superfluis librorum prædicti viri digressionibus atque Æthiopicis Barbarorum urbibus omissis, brevi compendio dilucidam descriptionem confecimus una cum accurato supplemento eorum quæ postea cognita fuerunt, ita ut nihil omnino ad summam perspicuitatem desiderari queat ab illis qui hanc geographiæ partem cognoscere cupiunt: utriusque autem oceani, tum orientalis tum occidentalis (quorum cognitionem, quantum homini assequi licet, multorum industria atque eruditio manifestam nobis reddidit), ex divini et sapientissimi Ptolomæi Geographia et Protagoræ stadiorum dimensione, quam suis de geographia libris subjunxit, tum ex aliis plurimis priscis auctoribus, descriptionem duobus libris amplexi sumus, orientalis quidem et meridionalis oceani priore libro, occidentalis vero et septentrionalis posteriore, una cum præcipuis quæ in illis jacent insulis, ea scilicet quam Taprobanen vocant, Palæsimundi olim

---

§ 1. Τῆς... στηλῶν] Maris interni mentionem desiderari patet; de verbis asseverare nihil licet. Mea accommodavi ad locum libri II init. : Τῆς μὲν γὰρ ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἁπάσης θαλάσσης, ὥσπερ καὶ προείπομεν, ἀκριβῆ τὸν περίπλουν πεποιήμεθα ἐν ταῖς ἐπιτομαῖς τῶν ἕνδεκα κτλ. Possis etiam : τῆς ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς (sicuti in Epit. Menipp. § 3 : Ἀρτεμίδωρος τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς τυγχανούσης θαλάττης ἐκπεριπλεύσας) et aliis modis multis. Millerus supplevit : τῆς μὲν μεταξὺ Εὐρώπης τε καὶ Λιβύης, Haaseus : τῆς ἐντὸς Ἡρακλείου πορθμοῦ. || — θαλάσσης] modo sic, modo θαλάττης codices, uti in Strabone, aliis. || — 2. τὴν γῆν] sic codex, nisi quod litera γ evanuit. Millerus dedit [πανταχ]οῦ. || — ἑσπέρας] Codex : ἐπ ἑ.. ος, incerto siglo medio. Haase legere sibi visus est ἔαρος cujus vestigium frustra quæras. Millerus tacite scripsit ἑσπέριος, quod ad traditas literas proxime accedit; nam spiritus permutatio et prava verborum distinctio in codice nostro ubivis obvia, ideoque non moranda. Sic in linea antec. cod. περὶ ἔχων et mox ἴνδεκα. At quum non ea sit Nostri oratio, ut adjectivum ἑσπέριος pro ἀφ' vel πρὸς ἑσπέρας usurpari putes, aut corrigenda est aut ejicienda vox, aut dormitans auctor hæc scripsit, sicuti illa quæ leguntur § 4 init. : τῆς ἐγνωσμένης ἁπάσης γῆς, ubi debebat τῆς ἁπάσης γῆς. || — 5. τοῖς ἕνδεκα] ἕνδεκα τοῖς codex ; em. Letronne *Poëm. géogr.* p. 273. || — 5. γαιογράφος ἐν ἕνδεκα τοῖς τῆς γαιογραφίας cod. || — 6. ἂν ἦν] ἐνῆν cod.; em. Hœschelius. || — 10. ἀκριβοῦς ἐφευρεθέντα cod.; em. Holstenius, cujus versionem habes in latinis. Corruptum aliquid odoratus scriba apographi Vaticani quattuor literarum spatium ante v. ἐφευρεθέντα reliquit vacuum. || — 12. γαιογραφίας cod. || — 13. δὲ inserui, præeunte Holstenio. || — 14. τὴν (non τῷ) ἴδησιν cod.; em. Hœschel. || — 15. σάφὴ cod. et mox γαιογραφίας τοῦ θειωτάτου Πτολομαίου, em. Hœschel. || — 17. Πρωταγόρου] Eundem auctorem Marcianus memorat proœmio libri secundi et § 38. V. Fragm. geogr. perditor. || — 18. ταῖς.. βιβλίοις cod. || — 20. ἀναγράψαι προειλόμεθα] ἀναγράψαι πρ. εἰλόμεθα cod.; ἀναγράψαντες εἰλόμεθα apogr. et editt., inepte. Cf. § 3 extr. : τῶν ἔξω θαλασσῶν ... τὸν περίπλουν ἀναγράψαι προειλόμεθα. || — ἐν βίβλοις h. l., codex, at mox βιβλίῳ, ut solet alias. || — 24 Παλλιγεμούνδου cod.; em. Hœschel. || — 25. Βρεττανικαῖς h. l. et § 8 Βρεττανικῶν codex, ceteris locis Πρεττανικαί.

νήσοις· ὧν τὴν μὲν πρώτην κατὰ [τὸ] μεσαίτατον τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους κεῖσθαι συνέστηκε, τὰς δ' ἑτέρας δύο ἐν τῷ ἀρκτῴῳ ὠκεανῷ.

2. Εἰδὼς δὲ καὶ ἑτέρους τῶν παλαιῶν περὶ τὴν τοιαύτην σπουδάσαντας ὑπόθεσιν, καὶ τοὺς μὲν μερικάς τινας ποιησαμένους τὰς διηγήσεις, τοὺς δὲ καὶ πλειόνων ἁψαμένους τόπων· πολλὴν ἐθέμην φροντίδα, μηδενὸς τούτων ὀφθῆναι δεύτερος, τὴν ἀκρίβειαν τῶν ῥηθησομένων τῆς ἡμετέρας περὶ τοῦτο σπουδῆς ἐναργὲς ἐλπίσας ἔσεσθαι γνώρισμα. Τούτου δὴ χάριν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς γινομένης περὶ τὴν ἀναμέτρησιν τῶν σταδίων διαφωνίας ᾠήθην δεῖν παραστῆσαι τοῖς ἐντευξομένοις· τῆς γὰρ τοιαύτης ὑποθέσεως τὸ ἀκριβὲς οὐκ ἐν ταῖς θέσεσι τῶν τόπων μόνον καὶ πόλεων καὶ νήσων καὶ λιμένων ἐχούσης, ἀλλὰ πρό γε πάντων ἐν τοῖς σταδίοις καὶ ταῖς τῶν χωρίων διαμετρήσεσιν, ἀκόλουθον οἶμαι λόγον ἐρεῖν, καὶ τοῖς βουλομένοις κατὰ φύσιν σκοπεῖν τὴν ἐν τῷ περίπλῳ τῆς θαλάττης ἀναμέτρησιν ἀληθῆ φανησόμενον, καίτοιγε τῶν περὶ τούτων σπουδασάντων οὐδενὸς ἐπισημηναμένου τοῦτο, ἀλλ' ὥσπερ σχοινίῳ διαμεμετρημένης τῆς θαλάττης, οὕτω τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων ἀπαγγειλάντων. Φημὶ δὴ οὐκ ἐν ἅπασι τοῖς τῆς θαλάττης μέρεσι ῥᾴδιον εἶναι τὸν τῶν σταδίων ἀριθμὸν πρὸς τὸ ἀκριβέστατον ἀνευρεῖν· ἀλλ' εἰ μὲν ἠιών τις εὐθεῖα τυγχάνει, μήτε κοιλότητας μήτε ἐξοχὰς ἔχουσα, τοῦ παρὰ ταύτην γινομένου πλοῦ τὴν ἀναμέτρησιν ὡς ἐπίπαν ῥᾳδίαν εἶναι· τῶν δὲ κόλπων καὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἤτοι χερρονήσων τὸν περίπλουν οὐ δυνατὸν ἀκριβῆ παραστῆσαι. Οὐ γὰρ καθ' ὡμολογημένων τόπων, ὥσπερ ἐπὶ τῆς γῆς διὰ τῶν λεωφόρων τὴν ὁδοιπορίαν ποιοῦνται, οὕτω κἀπὶ τῆς θαλάσσης τὸν πλοῦν ἀνύουσιν. Ὑποκείσθω γὰρ λόγου χάριν κόλπος κατὰ τὸν

dictam, et duabus Britanniis, quarum istam in medio Indici maris, hasce vero in septentrionali Oceano sitas esse constat.

2. Quum vero alios quoque veterum hoc argumentum tractasse, partimque particulares quasdam narrationes edidisse, nonnullos vero etiam plura loca attigisse sciam : sedulo operam dedi, ne quoquam illorum inferior viderer, sperans accuratam eorum quæ dicuntur veritatem nostræ circa hæc diligentiæ manifestum fore documentum. Quamobrem causam quoque discrepantiæ, quæ in stadiorum dimensionibus contigit, lectoribus exponendam censui. Quum enim hujusmodi argumentum non tantum in locorum, urbium atque insularum portuumque situ, sed in stadiis ante omnia et regionum dimensionibus accuratum esse oporteat, convenientem instituere mihi videor sermonem et qui iis qui pro rei natura rationem maris in navigando dimetiendi considerare voluerint, verus esse apparebit; quamquam nemo illorum qui de hisce scripserunt id ipsum indicaverit, sed omnes ita numerum stadiorum exposuerint, ac si mare fune dimensi essent. Ego autem non facile esse dico in quavis maris parte stadiorum numerum accuratissime invenire; sed siquidem litus aliquod rectum atque æquabile sit, nec cavos sinuum recessus neque prominentias ullas habeat, dimensionem navigationis secundum hujusmodi litus facilem ut plurimum esse; sinuum autem atque promontoriorum sive peninsularum ambitum accuratum constitui non posse existimo; neque enim siculi in continenti terra iter fit per militares vias, ita in mari quoque cursus per certa et nota loca dirigitur. Ponamus enim verbi gratia sinum juxta ipsum litus circuitu centum sta-

---

Scripturam per literam Π in Marciano firmat testimonium Stephani Byz. v. Βρεττία ubi : Εἰσὶ καὶ Βρεττανίδες νῆσοι ἐν τῷ Ὠκεανῷ, ὧν τὸ ἐθνικὸν Βρεττανοί. Διονύσιος (Per. 284) ὑφελὼν τὸ ἓν τ ἔφη· « Ὠκεανοῦ κέχυται ψυχρὸς ῥόος, ἔνθα Βρετανοί. Καὶ ἄλλοι οὕτως διὰ π Πρετανίδες νῆσοι, ὡς Μαρκιανὸς καὶ Πτολεμαῖος. « Forma quæ ab litera Π incipit, non videtur nisi in paucorum scriptorum usum venisse; antiquiorem eam habet Eustathius ad Dionys. 492. Apud Ptolemæum nunc per β scribitur, librariorum, opinor, culpa, quos magna suspicio est etiam in aliis scriptoribus rariorem formam obliterasse. Sic apud Diodorum Sic. libro quinto vetustissimus codex Vindobonensis π, recentiores libri β' præbent. » Dindorf. in St. Thes. II, p. 411. Quibus adde quod eandem formam apud Strabonem ut plurimum præbent codices optimi, adeo ut ubivis in Strabone reponendam jure suspicetur Meinekius ad Steph. Byz. v. Πρετανική, qui in ipso Stephano antiquiorem hanc formam e codd. redintegravit v. Σάμνιον, Αἴβουδαι (νῆσοι πέντε τῆς Πρεταννικῆς, ὡς Μαρκιανός), Ἀλβίων (νῆσος Πρεττανική [ut in cod. nostro], Μαρκιανός), Ἰουερνία et Ἰουερνή (cujus mentio ex eodem Marciano fluxerit). Quod literas τ et ν in hac voce modo simplices modo duplices attinet, de his ita Dindorfius l. l. : « Recte Stephanus quique eum sequitur Eustathius judicant alterum τ metri causa ejecisse Dionysium : nam usitatam Græcis scripturam fuisse Βρεττανοὶ (s. Πρεττανοί : Βριττανός apud Dracon. Straton. scribitur p. 17,4), nemini dubium erit qui codicum consuetudinem in Strabone, Diodoro, aliis, observaverit, qui pene constanter duplicatum τ, simplex autem ν tuentur, ut quæ in contrariam partem exempla reperiuntur sine cunctatione corrigi oporteat, non impedientibus numis, qui sæpe simplex τ præbent. Diversus Romanorum usus est; qui quum prius simplex t prætulissent, postea duplex adsciverunt : de quo dixit Eckhel, VI, p. 240. Duplex ν proprium videtur iis formis quæ simplici τ scribuntur. » || — 1. μεσώτατον cod.

§ 2, l. 5. τοὺς μὲν] τὰς μὲν cod.; em. Huds. || — 6. πλειόνους cod.; em. editt. || — 9. ἐνεργὲς cod.; em. editt. || — 10. τούτου] τοῦ cod. et editt. || — 12. δεῖ cod.; em. editt. || — 14. καὶ λιμ.] ἢ λ. cod.; em. Huds. || — 18. φανησομένην cod. et editt. || — 24. μὲν ἠιών] μὲν νηῶν cod.; ἠϊὼν em. Salmas. Exercc. Plin. p. 550. || — 29. δι' ὡμολογημένων vel δι' καθωμολογημένων τόπων vel καθ' ὡμολογημένους τ. voluerunt Hudson., editor Viennensis, Hoffmannus, Letronnius,

αἰγιαλὸν αὐτὸν ἐν περιγραφῇ σταδίων ρ' ὑπάρχοντα· τοῦτον εἰ μέν τις πλησίον καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἠόνα περιπλέοι, ἐλάττονας μὲν εὑρήσει σταδίους τοῦ κατ' αὐτὸν τὸν αἰγιαλὸν βαδίζοντος, τῆς δὲ ἀληθείας οὐ πολὺ διαμαρτήσει· εἰ δέ τις ἐνδοτέρω περιπλεύσειε τὸν αὐτὸν κόλπον, ἥττονας τοῦ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν πλεύσαντος εὑρήσει σταδίους, καὶ τοῦτο τοσαυτάκις ἂν εὕροι, ὁσάκις ἂν εἰς βραχύτερον περιάγοι τοῦ περίπλου τὸν κύκλον. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν περιφερειῶν εἴ τις μετὰ τὴν ἔξωθεν γραμμὴν ἑτέραν ἔνδοθεν περιγράψειε περιφέρειαν τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαν, καὶ πάλιν ἄλλην καὶ μετ' ἐκείνην ἑτέραν, ἡ δευτέρα περιφέρεια ἐλάττων εὑρεθήσεται τῆς προτέρας, καὶ πάλιν ἡ τρίτη τῆς δευτέρας, ὁμοίως καὶ ἡ τετάρτη τῆς τρίτης, καὶ ἀκολούθως οὕτω γινόμεναι δεικνύοιντο ἄν, εἴ τις ἐφεξῆς τοῦτο ποιοίη· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν κόλπων, καθάπερ ἔν τινι περιγραφῇ περιφερειῶν, ἔξεστι τοῖς περιπλέουσι καὶ διὰ πλειόνων σταδίων ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, καὶ δι' ἐλαττόνων. Τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῶν διάπλων σαφὲς ἂν κατασταίη. Εἰ γάρ τις μὴ περιπλεῖν ἐθέλοι τὸν κόλπον, ἀλλὰ διαπλεῖν ἐπ' εὐθείας, βραχύτατος ἂν ὁ διάπλους ὀφθείη, ὥστ' εἰκότως ἐπὶ τῇ τῶν περιπλεόντων κεῖσθαι γνώμῃ τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων ἐν τοῖς κόλποις καὶ τοῖς ἀκρωτηρίοις. Διὰ δὴ τοῦτο συμβαίνει τοὺς μὲν ἄλλως ἀναμετρῆσαι, τοὺς δὲ ἑτέρως. Ἄξιον οὖν συγγνώμης τὸ περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων εὑρισκόμενον πταῖσμα, πλὴν εἰ μή που παρὰ πολὺ τοῦτο γίνοιτο, ἐπεὶ καὶ ἄλλως παρὰ πᾶσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῖς παλαιοῖς, ὅσοι περίπλους γεγράφασιν, ἐπὶ πασῶν τῶν θαλαττῶν τὸν τῶν σταδίων ἀριθμὸν οὐκ ἄν τις εὕροι συνᾴδοντα. Τῆς δὲ τοιαύτης διαφωνίας τὰς αἰτίας μακρὸν ἂν εἴη λέγειν. Οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, ἐθνῶν μὲν καὶ πόλεων παραθαλαττίων καὶ ἐπινείων.....

3. ...τὴν ἑσπέραν εἰσέχει ἀπὸ τοῦ καλουμένου Ἀτλαντικοῦ πελάγους τὴν εἰσροὴν ἔχουσα, καὶ ἐπὶ πολὺ χωρεῖ εἴσω τῆς γῆς, ὡς πρὸς τὰς ἀνατολὰς μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, ὅς ἐστιν ἐν τῷ Κιλικίῳ ἔθνει. Ἔστι δ' ὁ εἴσπλους αὐτῆς στενώτατος κατὰ τὰς λεγομένας Ἡρακλέους στήλας ἤτοι [τὸν] Ἡράκλειον πορθμὸν, σταδίων ὑπάρχων π', καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ κόλπου τούτου ἤτοι τῆς θαλάτ-

diorum : hunc si quis proxime ipsum litus circumnaviget, pauciora quidem stadia inveniet, quam ille qui pedes ipsum litus circumit, attamen non multum aberrabit a vero numero : at si longius quis ab litore eundem sinum enavigarit, pauciora reperiet stadia, quam qui juxta litus navigat; idque toties ita inveniet quoties breviori quis ambiet circulo. Sicuti enim in circumferentiis, si quis post extimam lineam, aliam introrsus circumferentiam descripserit eosdem habentem terminos et rursus aliam et post hanc iterum aliam, secunda circumferentia minor erit priore, et tertia rursus minor secundâ, pariterque quarta tertiâ, atque ita consequenter reliquæ, si quis ulterius eodem modo procedat : ita etiam in sinubus, tanquam in descriptione circumferentiarum, circumnavigantibus et per plura et per pauciora stadia cursum conficere licet. Idem etiam ex trajectu potest probari. Si quis enim non circumnavigare, sed rectâ trajicere velit, trajectus brevissimus erit, ita ut omnino in circumnavigantium arbitrio numerus stadiorum situs sit, si de sinubus et promontoriis agitur. Atque ita fit ut alii alio modo dimetiantur, et alii vicissim alio. Quare venia habenda est, si quis in stadiorum numero lapsus deprehendatur, nisi ille nimis forte magnus occurrat; quandoquidem neque alias apud omnes ut plurimum veteres, quotquot maris ambitum descripsere, in omnibus maribus stadiorum numerum inter se convenire reperies. Hujus autem discrepantiæ causas nimis longum foret commemorare. Hæc quum ita habeant, populorum quidem et urbium maritimarum et navalium [*et insularum recensum ita plerique fecerunt, ut aut omnino non aut leviter tantum dissentiant ; contra vero de distantiis in diversa prorsus abire solent.*

3. *In nostrum igitur mare oceanus*] occidentalis pertingit ex Atlantico, quod vocant, pelago influens, longeque inter terras ad Issicum usque sinum diffunditur. Introitus ejus juxta Herculis columnas sive fretum Herculeum angustissimus stadia patet 80, idque sinus hujus vel maris est ostium; neque enim alia

---

præter necessitatem. Vide, si tanti est, St. Thes, v. κατὰ p. 1012, A. || — 23. τῶν σταδίων] τῶν παλαιῶν cod. et editt. || — 28. καὶ ἄλλως] i. e. non modo, ubi de sinubus et promontoriis agitur, sed etiam in mensura navigationis rectæ, τοῦ ἐπ' εὐθείας γινομένου πλοῦ, in quo οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως εἴποι τὰς αἰτίας τῆς διαφωνίας. V. procem. Epit. peripli Menippei, ubi denuo hunc locum auctor attingit. || — 33. Supplendum est in hanc fere sententiam : Οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, [τῶν] ἐθνῶν μὲν καὶ πόλεων παραθαλαττίων καὶ ἐπινείων [καὶ νήσων οὕτω οἱ πλεῖστοι τὰς ἀναγραφὰς ποιοῦνται, ὥστε ἢ οὐδὲν ὅλως ἀπ' ἀλλήλων διαφωνεῖν ἢ βραχέα τινὰ καὶ ῥᾳδίας τῆς διορθώσεως ἀξιωθῆναι δυνάμενα· περὶ δὲ τὰ διαστήματα τῶν αὐτῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ ἐπινείων καὶ νήσων πολλήν τινα διαφορὰν εἶναι συμβέβηκε]. Nimirum his fere verbis utitur Marcianus idem argumentum retractans in Epit. Menipp. l. l.

§ 3, l. 34. τὴν ἑσπέραν εἰσέχει] Quanta sit lacuna, cujus nullum in codice est indicium, dici nequit. In proxime antecedentibus mare exterum memoratum esse liquet. Quare Dodwellus supplevit [Ἡ μὲν ἔξω θάλασσα κατὰ] τὴν ἑσπέραν etc. Paullo distinctius ita velim : Εἰς μὲν οὖν τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν ἡ ἔξω θάλασσα ἡ κατὰ] τὴν ἑσπέραν εἰσέχει κτλ. Solenne hoc sensu verbum εἰσέχειν. Vid. exempla in Thes. gr. congesta. Ceterum quum toto hoc segmine carere absque damno possimus, mireris anilem Nostri loquacitatem. || — 37. ὅ ἐστι cod.; em. apogr. Vat. || — Κιλίκῳ cod. Κιλικίῳ cum editt. habere videtur apogr. Vat.; certe nullam in schedis notavi varietatem. || — 40. π']

τῆς τὸ στόμα· ἑτέρωθεν γὰρ οὐκ ἄν τις ἐκπλεύσειεν ἀπὸ τῆς ἔσω θαλάσσης εἰς τὸν ὠκεανὸν πλὴν διὰ τοῦ εἰρημένου Ἡρακλείου πορθμοῦ. Ἐκτείνεται δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς αὕτη θάλασσα καὶ μέχρι τῆς Αἰγύπτου, ἥτις ὑπόκειται τῇ μεσημβρίᾳ, ὡς ἀντικεῖσθαι τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ τὸ καθ' ἡμᾶς καλούμενον Αἰγύπτιον πέλαγος, καὶ γίνεσθαι μέγαν ἰσθμὸν τὴν μεταξὺ γῆν τοῦ τε Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος θαλάσσης. Τὸν μὲν οὖν περίπλουν τῆς θαλάττης ταύτης διὰ τῆς ἐπιτομῆς τῶν ια' βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ γεωγράφου σαφῆ κατεστήσαμεν, ὡς προείρηται· τῶν δὲ ἔξω θαλασσῶν ἤτοι ὠκεανῶν ἑῴου καὶ ἑσπερίου, οἰκεῖον ὑποστάντες πόνον, τὸν περίπλουν ἀναγράψαι προειλόμεθα.

4. Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Κυρηναῖος τὴν μεγίστην περιφέρειαν τῆς (ἐγνωσμένης) ἁπάσης γῆς εἶναι λέγει σταδίους Μ. κε' καὶ ͵θσ. Οὕτω δὲ καὶ Διονύσιος ὁ τοῦ Διογένους ἀναμεμέτρηκεν. Πτολεμαῖος δὲ ὁ θειότατος, τῇ μὲν πείρᾳ καὶ ἀληθεῖ παιδεύσει πρεσβύτερος, τοῖς δὲ χρόνοις Ἐρατοσθένους νεώτερος, σταδίων Μ. ιη' τὴν γῆν ἀπέδειξεν εἶναι, καὶ τοῦ μὲν πλάτους εἶναι τῆς γῆς συνέστηκεν π' μοίρας μεσημβρινάς, τοῦ δὲ μήκους ρπ'. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ μέτρῳ περιέχεται ἡ οἰκουμένη εἰς τρεῖς διαιρεθεῖσα τομὰς ἠπείρων, εἴς τε Ἀσίαν καὶ Λιβύην καὶ Εὐρώπην, ὥσπερ ἅπασιν ἔγνωσται. Τὴν μὲν οὖν Εὐρώπην ἀπὸ τῆς Λιβύης διορίζει τὸ κατὰ Γάδειρα στόμα τοῦ ὠκεανοῦ, ὅπερ Ἡράκλειον καλοῦσι πορθμὸν, δι' οὗ τὴν εἰσροὴν τὸν ὠκεανὸν εἰς τὴν ἡμετέραν ποιεῖσθαι θάλασσαν προείπομεν· καὶ πάλιν ὁ Τάναϊς ποταμὸς (ὅστις) τὴν Εὐρώπην ἀπὸ τῆς Ἀσίας ὁμοίως κατὰ τὸ ἀρκτῷον διορίζει μέρος, εἰς τὴν Μαιῶ-

via ex interno mari Oceanum ingredi licet, nisi per dictum illud Herculis fretum. Extenditur autem hoc nostrum mare usque ad Ægyptum, quæ versus meridiem jacet, ita ut mare illud quod nos Ægyptium vocamus, Arabico sinui sit oppositum, et terra inter Arabicum sinum et illam nostri maris partem interjacens magnum isthmum efficiat. Atque hujus quidem maris ambitum epitome illa undecim librorum Artemidori geographi clarissime, ut supra dictum est, exposuit; exteri autem maris sive Oceani tam orientalis quam occidentalis ambitum proprio meo labore describere malui.

4. Atque Eratosthenes quidem Cyrenæus maximam universi terrarum orbis circumferentiam 259200 (*esse deb.* 252000) stadiorum prodidit; atque ita Dionysius quoque, Diogenis filius, dimensus est. Divinus autem ille Ptolomæus, experientia et vera eruditione senior, quamvis tempore junior Eratosthene, demonstravit terram 180000 stadiorum esse, atque latitudinis terræ 80 meridiani circuli partes esse statuit, longitudinis 180. Hac autem mensura continetur universus orbis, in tres, ut inter omnes constat, dissectus continentes, Asiam, Africam et Europam. Europam ab Africa separat ostium Oceani prope Gades, quod Herculeum fretum appellant, quo Oceanum in nostrum mare influere supra diximus; ab Asia autem, qua parte illa objacet septentrioni, Tanais fluvius dirimit, in Mæotidem paludem se exonerans, quæ ipsa

---

Cf. not. ad Scylac. § 1 p. 16. || — 10. γαιωγράφου cod. || — 12. ἑώτου καὶ cod.; ἑῴου τε καὶ editt.

§ 4. Ἐρατοσθένης μὲν οὖν malim cum Piccoloo nostro. || — 17. Litera M in codice notantur μυριάδες stadiorum. Ceterum locupletioribus testibus abunde constat terræ circuitum ex computo Eratosthenis esse stadiorum 252000, non vero, ut Noster ait, 259200. An igitur ͵θσ ortum ex δισ[χιλίων]? Letronnus ͵θ ortum ex ͵β, et σ' ortum ex male repetita olim voce σταδίους putat l. l. p. 277. Eratosthenis numerum verum in textum intulerunt Hudsonus et Hoffmannus. Caute tamen de his statuendum, quum periculum sit ne ipsum auctorem corrigamus, atque critica in puerilem abeat lusum. Sic nostro loco potest fieri, ut alienus quidem ab Eratosthene, attamen genuinus numerus sit, suspicionem movente ratione numeri ad computandum accommodatissima, de qua Gosselinus (*Rech. s. l. géogr.* I, p. 14) : « 259200 stades, inquit, étaient 720 stades par degré, douze par minute, et un cinquième par seconde; ce qui simplifiait beaucoup tous les calculs de longitude et de latitude. » || — 17. Διόνυσος codex. Plinius II, 112 § 248 ed. Sillig., postquam de Eratosthenis et Hipparchi computu dixerat, subjicit : *Alia Dionysodoro fides; neque enim suptraham exemplum vanitatis Græcæ maximum. Melius hic fuit, geometricæ scientia nobilis. Senecta diem obiit in patria. Funus duxere ei propinquæ ad quas pertinebat hereditas. Hæ cum secutis diebus justa peragerent, invenisse dicuntur in sepulcro epistulam Dionysodori nomine ad superos scriptam : pervenisse eum ab sepulchro ad infimam terram; esse eo stadiorum quadraginta duo milia. Nec defuere geometræ qui interpretarentur significare epistulam a medio terrarum orbe missam, quo deorsum ab summo longissimum esset spatium. Ex eo consecuta computatio est ut circuitum esse CCLII mill. stadiorum pronuntiarent.* Hunc Dionysiodorum fortasse non diversum esse a Dionysio Marciani opinatur Hoffmannus. || — 19. πρεσβύτερος etc.] Insulsæ facetiæ. || — 20. Μ.] h. l. siglum myriadum in cod. abiit in μὲν. De re v. Ptolem. VII, 4 : ὡς.. τῆς ὅλης γῆς περίμετρον μυριάδων ιη'. || — 22. π'] β' cod.; em. Dodwell. V. Ptolem. I, 10 :.. ὥστε συνάγεσθαι τὸ πᾶν πλάτος ὁλοσχερέστερον μοιρῶν μὲν οθ', γ', ιβ' (79 5/12) ἢ ὅλων ὀγδοήκοντα, σταδίων δὲ τετρακισμυρίων. || — 23. ρπ'] Ptolemæus VII, 5, § 15 : ὥστε συνάγεσθαι τὸ ἐγνωσμένον αὐτῆς μῆκος σταδίων, ἐπὶ μὲν τοῦ κατὰ τὸν ἰσημερινὸν τμήματος, ἐνναχισμυρίων (90000 = 180 × 500). || — 30. ὅστις ejiciendum. || — 31. Μεώτην cod.

τιν ἐκβάλλων λίμνην, ἥτις εἰς τὸν Πόντον ἐξίησι τὸν καλούμενον Εὔξεινον. Τὴν δὲ Λιβύην σὺν τῇ Ἀσίᾳ διορίζει ἀπὸ μὲν τῆς Εὐρώπης ὁ προειρημένος Ἡράκλειος πορθμὸς, ἀπὸ δὲ τῆς Ἀσίας τὸ καλούμενον Κανωβικὸν τοῦ Νείλου στόμα· τὴν δὲ Ἀσίαν πρὸς μὲν τὴν Εὐρώπην διορίζει ὁ προειρημένος Τάναϊς ποταμὸς, πρὸς δὲ τὴν Λιβύην τὸ ποῤῥηθὲν Κανωβικὸν τοῦ Νείλου στόμα, καθὰ προειρήκαμεν. Ἡ τοίνυν καθ' ἡμᾶς θάλασσα καὶ συνάπτουσα τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ διὰ τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ, περιγράφει τὰς τρεῖς ἠπείρους τόνδε τὸν τρόπον.

5. Τῆς μὲν Εὐρώπης, περιπλεομένων τῶν κατ' αὐτὴν κόλπων ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ, ἡ παράλιος χώρα τὴν ἀρχὴν ἔχει ἀπὸ τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ καὶ καταλήγει ἐπὶ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν καὶ τὰ Γάδειρα τὴν νῆσον· καὶ ἔστιν ὁ σύμπας αὐτῆς περίπλους σταδίων Μ. ϛ' καὶ ,θ. Τῆς δὲ Λιβύης ἀπὸ Τίγγεως πόλεως μέχρι τοῦ Κανωβικοῦ τοῦ Νείλου στόματος ὁ παράπλους ἐστὶ σταδίων Μ. γ' καὶ σπ'. Τῆς δὲ Ἀσίας σὺν τῇ Αἰγύπτῳ ἀπὸ τοῦ Κανωβικοῦ τοῦ Νείλου στόματος μέχρι τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ταναΐδος ὁ παράπλους ἐστὶ σταδίων Μ. δ' καὶ ρκ'. Ἡ τοίνυν σύμπασα χώρα παράλιος τῆς θαλάσσης τῆς καθ' ἡμᾶς ἐστιν, ἥ τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Λιβύης καὶ τῆς Ἀσίας, σταδίων Μ. ιγ' ,θυ'.

6. Ἔστι δὲ πρώτη μὲν τῶν ἠπείρων μεγέθους ἕνεκεν ἡ Ἀσία, δευτέρα δὲ ἡ Λιβύη, τρίτη δὲ ἡ Εὐρώπη. Τῶν δὲ τριῶν θαλασσῶν τῷ μεγέθει τυγχάνει πρώτη μὲν ἡ κατὰ τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος· δευτέρα δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς ἡ μεταξὺ Λιβύης καὶ Εὐρώπης, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ Γαδείρων ἤτοι τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ, διήκουσα δὲ μέχρι τῆς Ἀσίας· τρίτη δὲ ἡ Ὑρκανία.

Μέγεθος δὲ τῆς οἰκουμένης, τὸ μὲν ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν ἀναμεμέτρηται σταδίων Μ. ζ', ,ηφμε'· τοῦτο δέ

in Euxinum pontum exit. Africam autem ab Europa prædictum Herculis fretum, ab Asia Canobicum Nili ostium distinguit. Asiam vero ab Europa separat Tanais fluvius, ab Africa Canobicum ostium, de quibus modo diximus. Nostrum itaque mare, quod per Herculis fretum cum occidentali oceano conjungitur, tres illas continentes hoc modo definit.

5. Maritima Europæ ora, si quis omnes ejus sinus qui ad nostrum mare sunt, circumnaviget, incipit a Tanai fluvio, atque in Herculeum fretum Gadesque insulam desinit, estque universus ejus ambitus 69000 stadiorum. Africæ ambitus a Tingi oppido ad Canobicum Nili ostium stadiorum est 30280; Asiæ autem ambitus una cum Ægypto a Canobico ostio ad Tanaim fluvium est stadiorum 40120. Universa itaque regio litoralis nostri maris per Europam, Africam Asiamque stadiorum est 139400.

6. Princeps inter hasce partes magnitudine est Asia, secunda Africa, postrema Europa. Ex tribus autem maribus præcipuum magnitudine est Indicum pelagus; secundo loco nostrum mare est, quod Africam Europamque interfluit, incipiensque a Gadibus sive Herculis freto ad Asiam usque pertingit; tertium est Hyrcanum.

Magnitudinem autem habitati orbis ab ortu ad occasum metiuntur 78545 stadiis; eaque a Gangis, ul-

---

§ 5, 17. Μ. ϛ'] Μ. γ' codex; contra lin 19 pro Μ. γ' codex habet Μ. δ', et lin. 22 pro Μ. δ' præbet Μ. ϛ'; emendavit Holstenius in latinis et Letronnius l. l. Vulgatam corruptam esse luce clarius, quum absurdum sit a Gadibus ad Nilum quattuor myriades, ad Tanaim vero nonnisi tres stadiorum myriades computari. Transpositis myriadibus, periplum maris interni habes eundem, quem, salva paucorum stadiorum differentia, exhibet Agathemerus I, 3:

	MARCIANUS.	AGATHEMERUS.
Juxta Europam periplus.	69,000	69,709
Juxta Libyam periplus. .	30,280	29,252
Juxta Asiam periplus. . .	40,120	40,111
Summa.	139,400	139,072

Unde petiti sint numeri, non liquido patet; Artemidorus, quem in multis Agathemerus expressit, quemque in mari interno secutum esse Marcianum putaveris, alia de his tradit, si fides est codicibus Plinianis. Nam a Gadibus ad Tanaim Artemidorus et Isidorus (ap. Plin. IV, 37) putarunt milia 8214 vel 8414 vel 8415 (65712 vel 67312 vel 67320 stad.); a Tingi ad Canopum Artemidorus (ap. Pl. V, 6) 3559 mill. (28472 stad.), Isidorus 3599 mill. (28792 st.). Denique Asiam cum Ægypto usque ad Tanaim Artemidorus et Isidorus (ad. Plin. 9) tradunt 6375 mill. (seu 51000 stad.). Ni fallor, Marcianus h. l. Protagoræ stadiasmum expressit; atque hæc causa fuisse videtur, cur hoc loco retractet quæ tractasse jam debuit in Epitome Artemidori. — ‖ 17. Ἀπὸ Τίγγις cod. Possis etiam ἀπὸ Τιγγός. ‖ — 23. χώρα τῆς παραλίου θαλάσσης cod. et editt. ‖ — 24. σταδ. cod., ut plerumque. Ubi integris literis vox exhibetur, semper fere habes στάδιοι.

§ 6, l. 26 sqq. Ptolemæus VII, 5, 8: Καὶ ἔτι πρώτη μὲν τῶν ἠπείρων μεγέθους ἕνεκέν ἐστιν Ἀσία, δευτέρα δὲ Λιβύη, τρίτη δὲ Εὐρώπη. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν εἰρημένων ἐμπεριέχεσθαι τῇ γῇ θαλασσῶν πρώτη μέν ἐστι μεγέθει πάλιν ἡ κατὰ τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος, δευτέρα δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς, τρίτη δὲ ἡ Ὑρκανία ἡ καὶ Κασπία. ‖ — 34. ἀναμετρῆται codex; ἀναμετρεῖται editt.; illud usus scriptoris postulat. ‖ — 34. Pro Μ. ζ' Hoffmannus in Agathemeri volumine p. 380 scribendum esse censet Μ. ϛ', adeo ut

ἐστι τὸ ἀπὸ Γάγγου ποταμοῦ ἐκβολῶν, τοῦ ἐν Ἰνδοῖς ἀνατολικωτάτου ποταμοῦ, ἐπὶ τὸ δυτικώτατον τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀκρωτήριον, ὃ καλεῖται μὲν Ἱερὸν ἄκρον, τῆς δὲ Ἰβηρίας ἐστὶ τῶν Λυσιτανῶν ἔθνους. Τοῦτο δὲ Γαδείρων ἤτοι τῶν Ἡρακλέους στηλῶν δυτικώτερον τυγχάνει ὡς σταδίους ͵γ. Τοῦ δὲ πλάτους ἡ εὐθεῖα, ᾗ πλατυτάτη τυγχάνει οὖσα, ἀναμεμέτρηται Μ. δ', ͵γ ξ'· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀπὸ μεσημβρίας ἐπὶ τοὺς ἄρκτους, οἷον ἀπὸ τῆς Αἰθιοπικῆς θαλάσσης μέχρι Θούλης τῆς νήσου.

timi Indorum versus Orientem fluvii, ostiis procurrit ad extremum totius orbis terrarum occasum versus promontorium, sacrum vulgo appellatum, in Lusitanis Hispaniæ gente, quod ultra Gades sive Herculis columnas 3000 circiter stadiis in occasum vergit. Latitudinis autem recta linea, qua latissima est, 43060 stadiorum ponitur, eaque pertinet a meridie septentrionem versus, ab Æthiopico nimirum mari ad Thulen insulam.

7. Τῶν δὲ μεγίστων κόλπων πρῶτος μέν ἐστιν ὁ Γαγγητικὸς, δεύτερος δὲ ὁ Περσικὸς, τρίτος δὲ ὁ καλούμενος οὕτω Μέγας, τέταρτος δὲ ὁ Ἀράβιος, πέμπτος δὲ ὁ Αἰθιοπικὸς, ἕκτος δὲ ὁ τοῦ Πόντου, ἕβδομος δὲ ὁ τοῦ Αἰγαίου πελάγους, ὄγδοος δὲ ὁ τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἔννατος δὲ ὁ Ἀδρίας ἤτοι Ἰόνιος κόλπος, δέκατος δὲ ὁ τῆς Προποντίδος.

7. Inter maximos autem sinus princeps est Gangeticus, secundus vero Persicus, tertius is quem Magnum appellant, quartus Arabicus, quintus Æthiopicus, sextus Ponticus, septimus Ægæi maris, octavus Mæoticæ paludis, nonus Adriaticus sive Ionicus sinus, decimus Propontidis.

8. Τῶν δὲ μεγίστων νήσων ἢ χερσονήσων, καὶ τῆς πρώτης τάξεως, πρώτη μὲν ἡ Ταπροβάνη νῆσος ἡ Παλαισιμούνδου καλουμένη πρότερον, νῦν δὲ Σαλική· δευτέρα δὲ τῶν Πρεττανικῶν ἡ Ἀλβίων, τρίτη δὲ ἡ Χρυσῆ χερσόνησος, τετάρτη δὲ τῶν Πρεττανικῶν ἡ Ἰουερνία, πέμπτη δὲ ἡ Πελοπόννησος, ἕκτη δὲ [ἡ] Σικελία, ἑβδόμη δὲ ἡ Σαρδὼ, ὀγδόη δὲ [ἡ] Κύρνος, ἐννάτη [ἡ] Κρήτη, δεκάτη [ἡ] Κύπρος. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον· ἐπὶ δὲ τὰ προκείμενα μεταβησόμεθα.

8. Inter maximas autem et primi quasi ordinis insulas atque peninsulas prima est Taprobane insula, quæ prius quidem Palæsimundi, nunc autem Salica vocatur; secunda est Albion, una ex Britannicis, tertia aurea Chersonesus, quarta Ivernia, et ipsa una Britannicarum, quinta Peloponnesus, sexta Sicilia, septima Sardinia, octava Corsica, nona Creta, decima Cyprus. Atque hæc quidem hactenus. Nunc ad propositum redeamus.

---

sint stadia 68545; tot enim numerasse Artemidorum constat ex Agathemero I, 4 et Plinio II, 112 § 242. At Artemidori stadia 68545 nonnisi ad Gades usque pertinent, dum noster progreditur usque ad Sacrum promontorium, quod a Gadibus distat secundum codicem nostrum stadia 9000, aperto scribarum errore, quem correxit Hudsonus pro 9000 ex Eratosthene reponens 3000 stadia; adeo ut si hæc addantur Artemidoreo numero 68545, summa efficiatur stadiorum 71455. Atque ita nostro loco scribendum esse crediderim, quum facile literæ ͵η et ͵α confundantur. Exspectabas sane Marcianum, qui in antecc. et seqq. Ptolemæum exscripsit, eundem Ptolemæum etiam hoc loco secutum esse; at longe ab eo recedit. Nam Ptolemæus a Fortunatis inss. usque ad Sinarum metropolim nonnisi 72000 stadia computat. Putaveris igitur Marcianum sequi Protagoram, hunc vero ad Marini calculos se accommodasse videri. Certe quum latitudinem terræ eodem fere modo, quo Marinus, Marcianus definierit, idem etiam de longitudine statuendum esse suspiceris. Quot quidem stadia a Gange ad Sacrum prom. Marinus computaverit nescimus; sed multo plura quam Ptolemæum numerasse constat (V. Ptol. I, 12, 12). At illud ipsum quod Marcianus habitabilis terræ initium hoc loco a Gange ponit, quum a Marini et Protagoræ rationibus prorsus alienum sit, indicari videtur, nostra hæc ex antiquiore fonte, qui ad Artemidori rationes accedebat, esse arrepta. Eratosthenes a Gange ad Sacrum promontorium exputavit stadia 73,800; Isidorus usque ad Gades 73, 545; Anonymus De Pont. Euxin. 83000; alius Anonymus ap. Miller ad calc. Marcian. 80000; alii aliter. Eadem sententiarum fluctuatio in definienda latitudine. || — 6. ᾗ] ἡ cod.; em. Haase. || — ͵γ] θ' codex; em. Hudson. V. Strabo p. 64, Agathem. II, 1. || — 7. Μ. δ', ͵γ ξ'] 43060. Ptolemæus (VII, 5, 12) ita: Τὸ ἐγνωσμένον τῆς γῆς πλάτος μοιρῶν μὲν οθ', γ', ιβ' (79 5/12) ἢ καὶ ὅλων π', σταδίων δὲ τετρακισμυρίων ἔγγιστα, ὡς τῆς μὲν μιᾶς μοίρας πεντακοσίους περιεχούσης σταδίους. Sec. Marinum ap. Ptol. I, 7, 2 latitudo terræ inde a Thule est stadiorum 43500; ut suspicio sit apud Marcianum pro ξ, leg. esse φ'. Hoffmannus latitudinem apud Marcianum ex Artemidori calculis tradi putans, non reputavit Artemidorum in suo latitudinis computo nonnisi usque ad Tanais fluvii ostia progredi, et ulteriora usque ad Thulen non esse definienda censuisse.

§ 7. Cf. Ptolemæus VII, 5, 10: Ἔστι δὲ καὶ τῶν μὲν ἀξιολογωτέρων κόλπων πρῶτος μὲν καὶ μείζων ὁμοίως ὁ Γαγγητικὸς, δεύτερος δὲ ὁ Περσικὸς, τρίτος δὲ ὁ Μέγας, τέταρτος δὲ ὁ Ἀραβικὸς, πέμπτος δὲ ὁ Αἰθιοπικὸς, ἕκτος δὲ ὁ τοῦ Πόντου, ἕβδομος δὲ ὁ τοῦ Αἰγαίου πελάγους, ὄγδοος δὲ ὁ τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἔννατος δὲ ὁ Ἀδρίας, δέκατος δὲ ὁ τῆς Προποντίδος. || — 12. Γαγγιτικός cod. et l. 15 τοῦ Ἐγέου πελάγους.. Μαιότιδος.. Ἰώνιος.

§ 8. Ptolemæus VII, 5, 11: Τῶν δὲ ἀξιολογωτέρων νήσων ἢ χερσονήσων πρώτη μὲν Ταπροβάνη, δευτέρα δὲ τῶν Βρεττανικῶν ἡ Ἀλβίωνος, τρίτη δὲ ἡ Χρυσῆ Χερσόνησος, τετάρτη δὲ τῶν Βρεττανικῶν ἡ Ἰουέρνια, πέμπτη δὲ ἡ Πελοπόννησος, ἕκτη δὲ ἡ Σικελία, ἑβδόμη δὲ ἡ Σαρδὼ, ὀγδόη δὲ ἡ Κύρνος, ἐννάτη δὲ ἡ Κρήτη, δεκάτη δὲ ἡ Κύπρος. || — 19. πάλαι Σημουνδοῦ et l. 21 et 22 Βρεττανικῶν bis. || — 24. Κόρνη. Articulum passim inserui.

9. Ἀρξόμεθα δὲ τοῦ περίπλου, καθὰ προειρήκαμεν, ἀπὸ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τοῦ μυχοῦ αὐτοῦ, [τοῦ] καλουμένου Αἰλανίτου, ἔνθα μάλιστά ἐστιν, ὡς προείρηται, καὶ τὸ στενώτατον τῆς ἠπείρου, καὶ διεῖργον τὸ μὴ συνάψαι τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν τῷ Ἀραβίῳ μυχῷ. Οὗτος δὲ ὁ μυχὸς γειτνιῶν τυγχάνει τῇ τε Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Πετραίᾳ καλουμένῃ Ἀραβίᾳ, ἥτις τῇ λεγομένῃ Ἰουδαίᾳ συνάπτει, ἧς Παλαιστίνη τὸ ἔθνος ἐστὶ πρὸς τῇ καθ' ἡμᾶς κείμενον θαλάσσῃ. Ἔστι γὰρ ἀπὸ Γάζης τῆς ἐν Παλαιστίνῃ πόλεως ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, (καὶ) τὸν προειρημένον Αἴλαν, πεζῇ πρὸς τὴν μεσημβρίαν τῆς πορείας γινομένης, στάδια ͵ασξ'.

10. Τῶν μὲν οὖν ἀριστερῶν τῆς Ἀσίας μερῶν, τουτέστι τῆς τε Ἀραβίας τῆς Εὐδαίμονος καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ μετ' ἐκείνην τοῦ Περσικοῦ κόλπου καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους παντὸς ἄχρι τοῦ Σινῶν (τοῦ) ἔθνους καὶ τοῦ πέρατος τῆς ἐγνωσμένης γῆς τὸν ἀκριβέστατον ποιησόμεθα περίπλουν καὶ τὴν τῶν σταδίων ἀναμέτρησιν. Τῶν δὲ δεξιῶν τῶν τῆς Λιβύης μερῶν μέχρι τοῦ καλουμένου Πράσου ἀκρωτηρίου καὶ τῆς Μενουθιάδος νήσου τὰς μὲν προσηγορίας τῶν πόλεων καὶ τῶν ἐπινείων δηλώσομεν, ἔτι μὴν τῶν θαλασσῶν καὶ τῶν κόλπων καὶ τῶν ἀκρωτηρίων, καὶ τῶν νήσων τὰς ὀνομασίας σημανοῦμεν· διὰ μακροῦ δὲ τοῖς διαστήμασι τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων προσθήσομεν. Τούτων μὲν γὰρ τῶν δεξιῶν μερῶν ἐπιδρομή ἐστιν ἃ τῆς ἀναμετρήσεως πεποιήμεθα σαφῆ, μιᾶς ἕνεκα τῆς θέσεως τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης, ἥνπερ ἔχει πρὸς τὰς ἀντιπέρα τῆς Ἀσίας χώρας, τουτέστι τῶν τε Ἀράβων καὶ τῶν Ἰνδῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν· τῶν δὲ ἀριστερῶν μερῶν μετὰ τῆς προειρημένης ἐπαγγελίας τὸν περίπλουν σπουδῇ ἐποιησάμεθα.

ΤΩΝ ΔΕΞΙΩΝ ΜΕΡΩΝ ΤΟΥ ΤΕ ΑΡΑΒΙΟΥ ΚΟΛΠΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΙΝΔΙΚΟΥ ΠΕΛΑΓΟΥΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

11. Ἡ τοίνυν θέσις καὶ περιγραφὴ τῶν δεξιῶν τῆς Λιβύης μερῶν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον (χρὴ γὰρ πρὸ τῶν κατὰ μέρος τὰς καθόλου προσηγορίας καὶ τὴν θέσιν δηλῶσαι τῶν τόπων)· πλέοντι γὰρ τὸν Ἀραβικὸν κόλπον ὡς πρὸς μεσημβρίαν, μετρίως πρὸς τὴν ἕω παρεπιστρέφοντι, καὶ δεξιὰν ἔχοντι τὴν ἤπειρον πρώτη μέν ἐστιν ἡ Αἴγυπτος, μέρει τινὶ γειτνιῶσα τῷ κόλπῳ (τούτῳ δὲ παροικοῦσιν Ἀραβαιγύπτιοι Ἰχθυοφάγοι)·

9. Incipiam vero maris ambitum, ut supra dixi, ex Arabico sinu, et quidem ab intimo ejus recessu quem Ælaniticum vocant, ubi continens terra omnium, ut dixi, angustissima est, prohibetque, quominus nostrum mare cum Arabico sinu conjungatur. Recessus autem ille Ægypto vicinus est et Arabiæ Petrææ, quæ Iudææ proxime adjacet, in qua gens Palæstinæ nostrum mare accolit; nam a Gaza Palæstinæ urbe in intimum Arabici sinus recessum, prædictum scilicet Ælanitem, converso ad meridiem itinere pedestri, 1260 stadia sunt.

10. Itaque earum Asiæ partium, quæ ad sinistram jacent, hoc est, Arabiæ felicis et Rubri maris, deinde etiam Persici sinus atque universi maris Indici ad gentem usque Sinarum et cognitæ terræ terminum, accuratissimum ambitum una cum stadiorum enumeratione proponemus. In dextris autem Africæ partibus ad Prasum usque, ut vocant, promontorium et Menuthiadem insulam, oppidorum quidem et navalium indicabimus nomina, præterea etiam maris ac sinuum, tum promontoriorum et insularum appellationes significabimus; locorum vero distantiis stadiorum numerum rarius adjungimus. Harum enim dextrarum partium de dimensione nonnisi obiter quædam exposui, eo unice consilio, ut situs terræ hujus marisque, quem erga opposita Asiæ regiones, hoc est Arabum et Indorum ceterarumque gentium, obtinent, conspicuus foret; sinistrarum autem partium ambitum ea quam ante promisimus diligentia exposuimus.

DEXTRÆ ORÆ ARABICI SINUS ET RUBRI ATQUE INDICI MARIS PERIPLUS.

11. Situs itaque descriptio dextrarum Africæ partium hoc modo se habet (nam ante particularem expositionem generaliter locorum nomina situmque indicare oportet). Siquis Arabicum sinum meridiem versus enavigat cursu nonnihil ad orientem converso, et terram a dextris habet, ei primum occurrit Ægyptus uno sui latere hunc sinum attingens, quem ibi accolunt Arabægyptii Ichthyophagi. Post Ægyptum Tro-

§ 9, l. 3. Ἀτλαντίου cod., em. Hudsonus. || — 4. Cf. Agathem. II, 11 : Ἀπὸ δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἕως Αἰγύπτου ὁ Ἀράβιος κόλπος, ἔνθα μάλιστά ἐστι τὸ στενώτατον τῆς ἠπείρου καὶ διεῖργον τὸ μὴ συνάψαι τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν. || — 11. καὶ ejice aut scribe ἢ. || — 11. Αἴλαν] Μύλαν cod.; « Scribe Αἰλανίτην vel quod propius abest, Αἴλαν. Nam κόλπον ipsum Αἴλαν vocatum notat Stephanus Byz. » Hudson.

§ 10, l. 17. τῶν τοῦ Σινῶν τοῦ ἔθν. scr. editt. || — 22. Μεμουνίαδος (sic) cod.; e Ptolem. em. Hudson. Infra § 13 Μενουνθίας codex. || — 25. σημαινοῦμεν cod.; em. Hœschel. || — 27. Fortassis erat ἐπιδρομῇ ἔστιν ἃ, vel etiam [ἐξ] ἐπιδρομῆς τινὰ τῆς ἀν.; sed ferri potest vulgata. Dodwellus, probante Hudsono, recipiente Millero, conj. : ἐπιδρομή ἐστιν, ἃ [διὰ] τῆς ἀν. || — 29. ἥνπερ] ὅπερ cod.; em. Hœschel.; possis ὥσπερ. || — πρὸς τὰς] πρὸς τὴν cod. et editt. Fort. πρὸς τὴν... χώραν. || — 33. σπουδὴν cod.; em. editt.

§ 11, l. 43. μέρει] sic editt.; μέχρι cod. || — 44. Malim τῷ κόλπῳ τούτῳ, ᾧ παροικοῦσιν.

μετὰ δὲ ταύτην ἡ Τρωγλοδυτικὴ ἐπὶ πλεῖστον ἐκτεινομένη· παρήκει γὰρ παρά τε αὐτὸν τὸν Ἀράβιον κόλπον καὶ παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν· μετὰ δὲ τὸ στόμα τοῦ Ἀραβίου κόλπου ἑξῆς ἐστιν ἡ Ἐρυθρὰ θάλασσα. Περιπλέοντι τοίνυν ταύτην καὶ ὁμοίως ἐν δεξιᾷ τὴν γῆν ἔχοντι ἐκδέχεται μὲν ὁ Αὐαλίτης κόλπος ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῆς Ἐρυθρᾶς τυγχάνων θαλάσσης, παροικοῦσι δὲ τούτῳ οἵ τε προειρημένοι Τρωγλοδύται καὶ οἱ Αὐαλῖται καὶ προσέτιγε οἱ Μόσσυλοι τὰ ἔθνη.

glodytica regio est longe extensa; porrigitur enim et juxta ipsum Arabicum sinum et juxta Rubrum mare, quod post Arabici sinus ostium sequitur. Hoc igitur mare circumnaviganti, itemque a dextra terram habenti primus occurrit Aualites sinus in dextris maris Rubri partibus. Hunc prædicti Troglodytæ accolunt et Aulitæ insuperque Mossyli gentes.

12. Ἐκπλεύσαντι δὲ τὸν κόλπον καὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἠρέμα πως μετὰ τὸν κόλπον κατὰ τὸ ἀκρωτήριον στενουμένην, ἐκδέχεται τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος ἀναπεπταμένον ἐπὶ πολὺ καὶ τῷ μὲν μήκει διῆκον πρὸς τὴν ἕω καὶ τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου μέχρι Σινῶν τοῦ ἔθνους, ὅπερ ἐπὶ τέλει τῆς οἰκουμένης τυγχάνει κείμενον κατὰ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς ἄγνωστον γῆν, τῷ δὲ πλάτει πρὸς μεσημβρίαν ἀναχεόμενον ἐπὶ πλεῖστον, μέχρι τῆς ἑτέρας ἀγνώστου γῆς τῆς κατὰ τὴν μεσημβρίαν ὑπαρχούσης, καθ' ἣν καὶ ἡ Πρασώδης καλουμένη διατείνει θάλασσα παρ' ὅλην τὴν μεσημβρινὴν ἄγνωστον γῆν μέχρι τῆς ἕω, τοῦ μὲν Ἰνδικοῦ πελάγους ὑπάρχουσα, ταύτην δὲ διὰ τὴν χροιὰν λαχοῦσα τὴν προσηγορίαν.

12. Egredienti autem sinum Arabicum et mare Rubrum (quod paulatim post sinum hunc juxta *Mosylum* promontorium in angustias cogitur) occurrit Indicum pelagus, longe lateque porrectum; nam longitudine pertingit versus solis ortum usque ad Sinarum gentem, sitam in ultimo habitati orbis limite juxta terram orientalem incognitam, latitudine vero meridiem versus longe diffunditur usque ad alteram terram incognitam, quæ meridiei subjacet, ubi mare Prasodes appellatum (Indici quidem pelagi pars, hoc vero cognomen sortitum a colore) extenditur juxta totam hanc terram meridionalem incognitam usque ad orientem.

13. Μετὰ τὴν Ἐρυθρὰν τοίνυν θάλασσαν κάμψαντι πρὸς τὴν μεσημβρίαν καὶ ὁμοίως ἐν δεξιᾷ τὴν γῆν ἔχοντι, τό τε ὄρος ὁ Ἐλέφας τυγχάνει κείμενον καὶ ἡ Ἀρωματοφόρος χώρα· μεθ' ἣν ἐκδέχεται τὸ ἔθνος τὸ λεγόμενον Βαρβαρικὸν καὶ τὸ Βαρβαρικὸν καλούμενον πέλαγος, ἐν ᾧ κόλποι τε πλείους εἰσὶ καὶ οἱ δρόμοι τῆς καλουμένης Ἀζανίας. Καὶ πρῶτος μὲν τῶν ἐπισήμων κόλπος ἐστὶν ἐν αὐτῷ ὁ καλούμενος Ἀπόκοπα, εἶθ' ἑξῆς μικρὸς Αἰγιαλὸς καὶ μέγας, μεθ' οὓς ἕτερος κόλπος μέγας μέχρι τοῦ Ῥαπτοῦ ἀκρωτηρίου. Μετὰ δὲ ταῦτα ἡ λεγομένη Βραχεῖα θάλασσα καὶ ὁ περὶ αὐτὴν μέγιστος κόλπος, ὅνπερ οἰκοῦσι βάρβαροι Ἀνθρωποφάγοι. Ἐν δὲ τῷ τέλει τοῦ κόλπου κεῖται τὸ μέγιστον ἀκρωτήριον, ὃ καλεῖται Πράσον ἄκρον, καὶ ἡ Μενουθιὰς νῆσος οὐ πόρρω τοῦ ἀκρωτηρίου τυγχάνουσα.

13. Post Rubrum igitur mare versus meridiem flectenti, et similiter a dextra terram habenti occurrit mons Elephas et regio Aromatifera; post quam sequitur gens Barbarica appellata et pelagus Barbaricum dictum, in quo plures sunt sinus et cursus quos vocant Azaniæ. Et primus quidem ex sinubus ejus insignioribus nuncupatur Apocopa; exinde sequitur parvum littus et magnum; tum alius sinus magnus usque ad Rhaptum promontorium. Post hæc est mare quod Breve dicitur, et maximus in eo sinus quem accolunt barbari Anthropophagi. In extremo autem sinus hujus maximum est promontorium quod appellatur Prasum et insula Menuthias non longe a Praso promontorio distans.

14. Καὶ ἡ μὲν ὅλη θέσις καὶ περιγραφὴ τῶν δεξιῶν μερῶν τοῦ τε Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ προσέτιγε τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους τοῦ πρὸς τὴν μεσημβρίαν ἀποκλίνοντος, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτω πως ἔχει·

[Λείπει τὰ κατὰ μέρος.]

14. Atque generalis quidem situs et descriptio dextrarum partium et sinus Arabici et Rubri maris, præterea et Indici pelagi, quod meridiem versus excurrit, ad hunc modum se habet; quæ vero particulatim recensenda veniunt, hoc fere modo:

[*Particularis oræ descriptio desideratur.*]

|| — 1. Τρωγλοδιχὴ cod. || — 6. ὁ Αὐαλίτης] ὁ αὐτὸς cod. et editt. || — 9. οἱ Αὐλῖται cod.; em. Hudson. || — 9. Μοσσουλοὶ cod.; Μόσυλον, laudato Marciano, Stephanus Byz. s. v., sicut Ptolemæus IV, 7. Cf. not. ad Anonym. Peripl. m. Er. § 10 p. 265.

§ 12, l. 12. τὸ ἀκρωτήριον] Marcianus accuratius promontorium definire debuit; itaque vel excerptoris vel librariorum culpa nomen ejus exciderit. || — 17. ἀναχεομένην cod.; em. Hudson. || — 19. ὑπάρχουσαν cod.; em. Huds. || — 20. διατείνει editt.; διατείνη cod.; fort. præstat διατείνεται, quum in antecc. mediam verbi formam habeas. || — 22. ὑπάρχουσαν cod.; em. Miller.

§ 13, l. 27. Ἀρματοφόρος cod. || — 29. δρόμοι. V. not. ad Anon. mar. Erythr. § 15 p. 269. || — 31. Ἀπόκοπα. Anonymus p. 268 inter μικρὰ et μεγάλα Ἀπόκοπα distinguit. Noster cum Ptolemæo hanc distinctionem non admisisse censendus est. || — 33. Ῥάπτου cod. || — 37. Μενουνθίας cod.

§ 14, l. 43. Particularem oræ Libycæ descriptionem inde ab intimo sinus Arabici recessu usque ad Menuthiadem insulam excerptor noster missam fecit, sicuti

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ.

Ἀστάρτη, νῆσος ἐν Αἰθιοπίᾳ. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ πρώτῳ· « Ἐντεῦθεν ἄρχεται Αἰθιοπία ἡ ὑπὲρ Αἴγυπτον· ἀπὸ δὲ Βαζίου ἄκρου ἐκδέχεται Πριόνωτον ὄρος· κατὰ δὲ τοῦτο νῆσος Ἀστάρτη· »

Ἀσπίς, πόλις Λιβύης, ὡς Φίλων· ἔστι καὶ ἀκρωτήριον Αἰθιοπίας τῆς κατ' Αἴγυπτον, ὡς Μαρκιανὸς πρώτῃ Περιόδων.

Γυψηίς, νῆσος Αἰθιοπίας, ὡς Μαρκιανὸς ἐν Περίπλων α'.

Μόσυλον, ἀκρωτήριον καὶ ἐμπόριον Αἰθιοπίας. Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ Περιόδου.

Ἄρωμα, πόλις Αἰθιόπων, ὡς Μαρκιανός.

Μυρίκη, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς.

Ἀπόκοπα, οὐδετέρως, κόλπος ἐν τῷ Βαρβαρικῷ μυχῷ. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ.

* * * * * * * * *

FRAGMENTA.

Astarte, insula Æthiopiæ. Marcianus Periplo priore: « Hinc incipit Æthiopia quæ est supra Ægyptum. Post Bazium promontorium sequitur Prionotus mons. Huic objecta est Astartes insula. »

Aspis, Libyæ oppidum, ut Philo ait. Est etiam promontorium Æthiopiæ ad Ægyptum sitæ, ut Marcianus primo libro Peripli.

Gypseis, Æthiopiæ insula, ut Marcianus Peripli primo.

Mosylum, promontorium et emporium Æthiopiæ, teste Marciano in primo libro Peripli.

Aroma, urbs Ætiopum, ut Marcianus.

Myrice, insula in mari Erythræo, ut in Periplo ejus ait Marcianus.

Apocopa, sinus in recessu Barbarico. Marcianus in Periplo.

* * * * * * *

ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΕΡΩΝ ΜΕΡΩΝ ΤΟΥ ΤΕ ΑΡΑΒΙΟΥ ΚΟΛΠΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΙΝΔΙΚΟΥ ΠΕΛΑΓΟΥΣ ΠΑΝΤΟΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

15. Τῶν δὲ ἀριστερῶν τῆς Ἀσίας μερῶν ἡ τῆς ἠπείρου καὶ τῶν θαλασσῶν θέσις τοῦτόν πως διάκειται τὸν τρόπον. Χρὴ γὰρ κἀνταῦθα πρὸ τῶν κατὰ μέρος ὀνομασιῶν τὰς καθόλου δηλῶσαι προσηγορίας, καὶ τὴν

PARTIUM SINISTRARUM SINUS ARABICI ET RUBRI MARIS ET TOTIUS INDICI PELAGI PERIPLUS.

15. In sinistro autem sive Asiatico latere situs continentis et marium in hunc se habet modum. Scilicet hic quoque ante particulares oportet generales proferre appellationes, et locorum situm significare. Navi-

---

etiam in aliis peripli maris exteri partibus summam regionum delineationem apposuisse satis habet. Jacturam ferre licet leviter, quum præter ea quæ in Ptolemæo legimus, vix notabile quidquam Marcianus notaverit. Nam constat eum presso pede sequi Ptolemæum. Protagoram quoque Ptolemæi geographiam ut plurimum reddidisse videtur, nisi quod intervalla locorum non graduum notatione sed stadiorum numeris indicaret. Apud Marcianum igitur, sicut ap. Ptolemæum IV, 5, p. 278 recensita fuerint in Ægypti ora: Ἀρσινόη, Κλύσμα φρούριον, Σαπφειρήνη νῆσος, Δρέπανον ἄκρον, Μυὸς ὅρμος, Φιλωτέρας λιμήν, Αἴας ὄρος, Λευκὸς λιμήν, Ἀκάβη ὄρος, Νεχεσία, Σμάραγδος ὄρος, Ἀφροδίτης νῆσος, Λεπτὴ ἄκρα, Βερενίκη, Πεντεδάκτυλον ὄρος, Ἀγάθωνος νῆσος, Βάζιον ἄκρον. — Ἡ μετὰ τὴν Αἴγυπτον Αἰθιοπία (Ptol. IV, 7): Πριόνωτον ὄρος, Ἀστάρτης νῆσος, Χερσόνησος, Μνημεῖον ἄκρον, Βωμὸς Ἀθηνᾶς νῆσος, Ἴσιον ὄρος, Βαθὺς λιμήν, Διοσκόρων λιμήν, Δημήτερος (Δημητερίου?) σκοπιᾶς ἄκρον, Ἀσπὶς ἄκρα, Γυψῖτις νῆσος, Διογένους ἄκρον, Σατύρων ὄρος, Γομαδέων νῆσοι δύο, Μονοδάκτυλον ὄρος, Γαῦρον (Ταῦροι?) ὄρος, Μύρωνος νῆσος, Θεῶν σωτήρων λιμήν, Κατάθραι ἤτοι Χελωνίτιδες νῆσοι δύο, Εὐαγγέλων λιμήν, Θρισσίτιδες νῆσοι δύο, Πτολεμαῒς θηρῶν, Μάγων νῆσος, Βωμὸς Ἔρωτος ἄκρον, Σαβαστρικὸν στόμα, Δαφνίνη νῆσος, Ἀκανθίνη νῆσος, Μακαρία νῆσος, Ὀρνέων νῆσος, Μέγας αἰγιαλὸς, Κολοβῶν ὄρος, ἄκρον. Καὶ ἐν τῷ Ἀδουλικῷ κόλπῳ· Σαβὰς πόλις, Ὀρεινὴ χερσόνησος, Βάκχου καὶ Ἀντιβάκχου νῆσος, Πανὸς νῆσος, Ἄδουλις, Κρόνου ἀκρωτήριον, Ἀντιόχου σωλήν, Μανθαὴθ κώμη, Διοδώρου νῆσος, Ἴσιδος νῆσος, Ἀρσινόη. — Μετὰ τὰ στενὰ τοῦ Ἀραβίου κόλπου ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ· Δειρὴ πόλις ἐν ἄκρᾳ. Εἶτα ἐν τῷ Αὐαλίτῃ κόλπῳ· Αὐαλίτης ἐμπόριον, Μαλαὼ ἐμπ., Μόνδου ἐμπ. καὶ νῆσος, Μόσυλον ἄκρον καὶ ἐμπόριον, Κοβὴ ἐμπόριον, Ἐλέφας ὄρος, Ἀκάνναι ἐμπόριον, Ἀρώματα ἄκρον καὶ ἐμπόρ. — Ἐν δὲ τῷ Βαρβαρικῷ κόλπῳ· Πανὼν κώμη, Ὀπώνη ἐμπόριον, Ζιγγὶς ἄκρα, Φαλαγγὶς ὄρος, Ἀμείκου νῆσος, Μηνᾶ νῆσοι δύο, Μυρσιάκη (Μυρίκη) νῆσος, Ἀπόκοπα, Νότου κέρας ἄκρον, Μικρὸς αἰγιαλός, Μέγας αἰγιαλός, Ἐσσινὰ ἐμπόριον, Σαραπίωνος ὅρμος καὶ ἄκρον, Τονίκη ἐμπόρ., Ῥαπτοῦ ποταμοῦ ἐκβολαί, Ῥαπτὰ μητρόπολις τῆς Βαρβαρίας μικρὸν ἀπὸ θαλάσσης, Ῥαπτὸν ἄκρον. — Ἐν τῇ Βραχείᾳ θαλάσσῃ· Πράσον ἀκρωτήριον, Μενουθιὰς νῆσος. Nonnulla horum e Marciano citat Stephanus, quæ supra adscripsimus. || — Ἀστάρτης insulam Ptolemæus dicit rectius. Pro Πριόνωτον codd. Stephani Τριόνωτον, quod e Ptolemæo em. Meineke. || — Γυψηὶς in Ptolemæi codicibus vocatur Γυψίτης et Γυψῖτις, unde novissimus editor Γυψῖτις scripsit. *Gypsus*, locus exiliis destinatus, de quo v. codex Justin. IX, 49,26. Novell. XXII, 8, 142, 1, ad nostram insulam nihil pertinet. || — Ἄρωμα, ap. Ptolemæum et Anonym. peripl. m. Er. § 12 Ἀρώματα. || — Μυρίκη] sic etiam ap. Ptolemæum IV, 7 vulgo edebatur, recte, opinor; quamquam eam scripturam in codicibus suis non reperit Wilbergus, qui Μυρσιάκη scribit.

§ 15, l. 20. ἡ τῆς] sic recte codex; ἡ καὶ editt. Letronnius l. l. p. 280 proposuit: ... μερῶν, τῆς τε ἠπ. κ. τ.θ. ἡ θέσις, quo opus non est. || — 22. πρῶτον τῶν κατὰ

θέσιν σημῆναι τῶν τόπων. Πλέοντι τοίνυν τὸν Ἀράβιον κόλπον καὶ ἀριστερὰν ἔχοντι τὴν ἤπειρον πρώτη μέν ἐστιν ἡ καλουμένη Εὐδαίμων Ἀραβία παρὰ ὅλον τὸν Ἀράβιον διήκουσα κόλπον μέχρι τοῦ προρρηθέντος Ἀραβίου πορθμοῦ. Μετὰ δὲ τὰ στενὰ τοῦ Ἀραβίου κόλπου ἐκδέχεται ἡ Ἐρυθρὰ θάλασσα, ἣν περιπλέοντι καὶ τὴν ἤπειρον ἀριστερὰν ἔχοντι, τὸ προρρηθὲν ἔτι τῶν Ἀράβων ἔθνος ἐκδέχεται παρὰ πᾶσαν ταύτην παροικοῦν τὴν ἤπειρον. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ μέρει τῆς θαλάσσης καὶ τὸ τῶν Ὁμηριτῶν ἔθνος τυγχάνει τῆς τῶν Ἀράβων ὑπάρχον γῆς, μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἰνδικοῦ διῆκον πελάγους. Μετὰ δὲ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἑξῆς ἐστι τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος. Περιπλέοντι τοίνυν καὶ τούτου τὰ ἀριστερὰ μέρη τὰ πρὸς τὴν Ἀράβων γῆν ἀναπεπταμένα μέχρι τοῦ στόματος τοῦ Περσικοῦ κόλπου, ἐκδέχεται ὅ τε Σύαγρος τὸ ὄρος καὶ ὁ Σαχαλίτης κόλπος μέγιστος ὢν καὶ διήκων ἄχρι τοῦ στόματος τοῦ κόλπου τοῦ Περσικοῦ. Εἰσπλεύσαντι δὲ εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον καὶ περιπλέοντι τοῦτον, ἀριστερὰν δὲ τὴν ἤπειρον ἔχοντι μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ ***, ἐν αὐτῷ ἔτι τῷ Περσικῷ κόλπῳ ἡ Σουσιανὴ τὸ ἔθνος ἐκδέχεται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ Περσὶς μετὰ τὴν Σουσιανὴν κειμένη τυγχάνει, μεθ' ἣν Καρμανίας τὸ πλεῖστον μέρος ἄχρι τῶν στενῶν τοῦ αὐτοῦ Περσικοῦ κόλπου. Ἀντίκειται δὲ ὁ Περσικὸς κόλπος τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ τῇ καὶ Ὑρκανίᾳ λεγομένῃ, καὶ στενώσας τὴν μεταξὺ γῆν ποιεῖ μέγαν ἰσθμὸν τῆς Ἀσίας.

16. Ἐκπλεύσαντι δὲ τὸν κόλπον καὶ πρὸς τὴν ἕω τὸν πλοῦν ποιουμένῳ ἀριστεράν τε ὁμοίως τὴν ἤπειρον ἔχοντι, ἐκδέχεται πάλιν τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος, ᾧ τὸ λειπόμενον τῆς Καρμανίας ἔθνος παροικεῖ. Καὶ μετὰ τοῦτο τὸ τῆς Γεδρωσίας ἔθνος κείμενον τυγχάνει· ἑξῆς δὲ τούτων ἐστὶν ἡ Ἰνδικὴ ἡ ἐντὸς Γάγγου ποταμοῦ κειμένη, ἧς κατὰ τὸ μεσαίτατον τῆς ἠπείρου νῆσος κατ-αντικρὺ κεῖται μεγίστη Ταπροβάνη καλουμένη. Μετὰ δὲ ταύτην ἡ ἑτέρα ἐστὶν Ἰνδικὴ ἡ ἐκτὸς Γάγγου ποταμοῦ, ὅρου τυγχάνοντος ἑκατέρων τῶν Ἰνδικῶν γαιῶν. Ἐν δὲ τῇ ἐκτὸς Γάγγου Ἰνδικῇ ἡ Χρυσῆ καλουμένη χερσόνησός ἐστι· μεθ' ἣν ὁ καλούμενος Μέγας κόλπος· οὗ κατὰ τὸ μεσαίτατον οἱ ὅροι τῆς ἐκτὸς Γάγγου Ἰνδικῆς καὶ τῶν Σινῶν εἰσιν. Εἶθ' ἑξῆς τὸ τῶν Σινῶν ἐστιν ἔθνος, καὶ ἡ τούτων μητρόπολις, ἥτις Θῖναι προσ-

ganti igitur sinum Arabicum, et continentem a sinistra habenti, primum sese offert Arabia Felix, juxta totum sinum Arabicum exporrecta usque ad prædictum fretum Arabicum. Post angustias vero sinus Arabici sequitur Rubrum mare, quod circumnaviganti et continentem a læva habenti item occurrit jam memorata Arabum gens, universam hanc continentem accolens. In ea maris parte Homeritarum quoque gens est, ad Arabum terram pertinens et usque ad initium Indici pelagi pertingens. Deinceps post Rubrum mare sequitur Indicum pelagus. Naviganti igitur hujus quoque maris partem sinistram juxta Arabum terram diffusam usque ad ostium sinus Persici occurrit et Syagros mons et Sachalites sinus maximus, qui usque ad os sinus Persici pertingit. Intranti autem sinum Persicum atque circumnaviganti, continentem vero ad sinistram habenti usque ad ostia Tigridis fluminis [*sequuntur Ichthyophagorum sinus longe porrecti et Lœanitus sinus Arabiæ Felicis et post hunc sinus Mesanites; deinde post Tigridem fluvium*] in ipso adhuc sinu Persico se offert Susiana provincia nec non Persis Susianam excipiens et post hanc maxima pars Carmaniæ usque ad angustias sinus Persici. Ceterum sinus Persicus ex adverso est Caspio mari, quod etiam Hyrcanium appellatur, et coangustans terram intermediam magnum efficit Asiæ isthmum.

16. Egredienti hunc sinum et orientem versus naviganti sinistrorsumque similiter continentem habenti occurrit rursum Indicum pelagus, quod accolit reliqua Carmaniæ gens. Post hanc Gedrosiæ gens est, deinceps vero India intra Gangem flumen sita, cujus continentis medio ex adverso jacet insula maxima Taprobane quam vocant. Post hanc altera est India, extra Gangem fluvium sita, qui disterminat utramque Indiam. In India vero extra Gangem Chersonesus est quæ Aurea vocatur; post quam sinus Magnus nominatus, cujus in medio sunt termini Indiæ extra Gangem et Sinarum. Deinde Sinarum est gens, horum-

---

μέρος cod.; em. Hudson. || — 3. περὶ ὅλον cod. et editt. || — 4. προρηθέντος et mox προρηθὲν cod. || — 8. παροικοῦντι cod.; em. editt. || — ὑπάρχων cod.; em. Hudson. || — 11. τῆς ἀρχῆς] γῆς ἀρχῆς cod.; em. Hœschel.; καὶ ante μέχρι inseruit Miller præter necessitatem. || — 16. Σίαγρος cod.; em. Hudson. || — 16. Ἀσχαλίτης κόλπος cod.; em. Hudson. Cf. infra not. ad § 18 et ad Anon. peripl. mar. Er. § 29, p. 279 sq. De Syagro et sinu Sachalite Marcianus perversas Ptolemæi rationes sequitur. || — 21. Lacunam notavi. Excidit mentio eorum quæ sunt in orientali Arabiæ latere. Scriptum fuerit hunc fere in modum :.... τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ [οἱ τῶν Ἰχθυοφάγων κόλποι ἐπὶ πολὺ διήκοντες καὶ ὁ Λαιανίτης κόλπος τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας ἐκδέχονται, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ Μεσανίτης κόλπος. Εἶτα περιπλέοντι ἀπὸ τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ] ἐν αὐτῷ ἔτι τῷ Περσικῷ κόλπῳ κτλ. V. Ptolem. VI, 7. || — 21. κόλπῳ ἡ Σουσιανὴ] κόλπ. κόλσου σιανη codex e dittographia vocis κόλπος. Malis τῆς Σουσιανῆς τὸ ἔθνος, sed barbarum illud ap. Nostrum haud infrequens. || — 27. μέγα cod.

§ 16, l. 36. ἐκτὸς] ἐκ τῆς cod. || — 38. Cf. Stephanus Byz. : Χρύση.. χερσόνησος τῆς Ἰνδικῆς. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ· « ἐν δὲ τῇ ἐκτὸς Γάγγου Ἰνδικῇ [ἡ] Χρυσῆ καλουμένη χερρόνησος. » || — 42. Θῖναι] Θεῖναι codex. Stephano teste Sinarum metropolin Marcianus Σίνας dixit : Σῖναι, μητρόπολις τῶν Σινῶν, περὶ ὧν φησὶ Μαρ-

ἀγορεύεται, ὅριον τῆς ἐγνωσμένης γῆς καὶ ἀγνώστου τυγχάνουσα.

17. Καὶ ἡ μὲν ὅλη τῶν τόπων θέσις καὶ περιγραφὴ τῶν ἀριστερῶν τῆς Ἀσίας μερῶν, τοῦ τε Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ προσέτιγε τοῦ Περσικοῦ κόλπου καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους παντὸς, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτω πως ἔχει.

ΤΟΥ ΑΡΑΒΙΟΥ ΚΟΛΠΟΥ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΕΡΩΝ ΜΕΡΩΝ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΕΥΔΑΙΜΟΝΑ ΑΡΑΒΙΑΝ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

17 *a*. Ἡ Εὐδαίμων Ἀραβία περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων ταῖς πλευραῖς τῆς τε Πετραίας Ἀραβίας καὶ ἔτι τῆς Ἐρήμου Ἀραβίας καὶ τῷ νοτίῳ μέρει τοῦ Περσικοῦ κόλπου μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ, [ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν μέρει τε τοῦ Περσικοῦ κόλπου] καὶ μέρει τῆς Ἰνδικῆς θαλάσσης, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, [ἀπὸ δὲ δύσεως τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ]. Τὴν δὲ θέσιν τοιαύτην τινὰ ἔχει. Προπέπτωκε πρὸς τὴν μεσημβρίαν εἰς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καὶ τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος ἐπὶ πλεῖστον, καὶ ὥσπερ χερσόνησος μεγίστη πλατυτάτῳ ἰσθμῷ προσεχομένη περιρρεῖται τῇ θαλάσσῃ. Ἐξ ἑκατέρων δὲ αὐτῆς τοῦ ἰσθμοῦ τῶν μερῶν κόλποι δύο παραβέβληνται, καὶ τούτων ὁ μὲν ἐκ τῶν πρὸς τὴν ἑσπέραν μερῶν Ἀράβιος καλεῖται κόλπος ὁ προειρημένος, ὁ δὲ πρὸς τὴν ἕω νενευκὼς Περσικὸς κόλπος ὀνομάζεται· τὰ δὲ μεταξὺ πάντα ἀπὸ Ἀραβίου μυχοῦ μέχρι τοῦ προειρημένου Περσικοῦ κόλπου, καθ᾽ ὃ μέρος τὰς ἐκβολὰς ὁ Τίγρις ποιεῖται ποταμὸς, περιπλεῖται, χερσονησοειδὴς, ὡς προείρηται, τυγχάνουσα. Ἔθνη δὲ πλεῖστα καὶ μέγιστα ἐν αὐτῇ ἔχει, ὧν τὰ προσεχῆ τῇ θαλάσσῃ κατὰ τὸν περίπλουν δηλωθήσεται. Τὰ δὲ περὶ τὸν αὐχένα τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας μετὰ τὴν Πετραίαν καὶ τὴν Ἔρημον Ἀραβίαν κατέχουσιν οἱ καλούμενοι Σαρακηνοὶ, πλείονας μὲν ἔχοντες προσηγορίας, πολλὴν δὲ διακατέχοντες ἔρημον γῆν. Γειτνιῶσι γοῦν οὗτοι τῇ Πετραίᾳ Ἀρα-

que metropolis, quæ Thinæ nuncupatur, terminus terræ cognitæ et incognitæ.

17. Atque generalis quidem locorum situs et descriptio sinistrarum Asiæ partium et sinus Arabici et Rubri maris nec non sinus Persici et totius Indici pelagi, ad hunc modum se habet : particularis vero hoc fere modo habet :

SINUS ARABICI PARTIUM QUÆ AD SINISTRAM SUNT JUXTA ARABIAM FELICEM PERIPLUS.

17 *a*. Arabia Felix a septentrionibus terminatur lateribus Petrææ et Desertæ Arabiæ et parte australi sinus Persici usque ad ostia Tigridis fluminis, [*ab ortu autem parte sinus Persici*] et parte Indici maris, porro a meridie Rubro mari [*denique ab occasu sinu Arabico*]. Situm autem habet hujusmodi : versus meridiem quam longissime procidit in Rubrum mare et Indicum pelagus, et veluti chersonesus magna, continenti adhærens latissimo isthmo, mari circumfunditur. Ab utraque autem isthmi ejus parte duo sinus protenduntur; horum alter a partibus quæ sunt ad occasum, porrectus sinus dicitur Arabicus, cujus jam mentionem fecimus; alter ad ortum vergens sinus Persicus nominatur; tractu intermedio universo, inde ab Arabico recessu usque ad prædictum sinum Persicum, ubi se exonerat Tigris flumen, circumnavigatur Arabia, peninsulæ formam (uti diximus) referens. Gentes plures et maximas in se continet, quarum quæ mari sunt finitimæ, in periplo commemorabuntur. Loca ad cervicem Arabiæ Felicis post Petræam et Desertam Arabiam incolunt Saraceni qui vocantur, plures sortiti appellationes, multumque terræ desertæ possidentes.

κιανὸς ἐν Περίπλοις. In integro Marciano sive hoc loco sive ubi accuratius oræ loca recensebantur, scriptum fuerit : Σῖναι ἢ Θῖναι, ut ap. Ptolem. VII, 3, 6. Cf. not. ad Anon. § 64 p. 303.

§ 17. Quæ in sqq. leguntur ex uberiore descriptione misere sunt breviata et truncata. Titulo indicatur caput, quo post figuram et limites Arabiæ indicatos nihil nisi ora sinus Arabici sinistra seu orientalis describebatur. Et hoc et quæ reliquam oram illustrabant omnia in excerptis nostris omissa sunt. || — 9. Ante τῶν ἀριστερῶν μερῶν editt. inseruerunt καὶ, ut titulum ad præsentem excerptorum rationem accommodarent. || — 15. Uncis inclusa inserui. Ptolemæus VI, 6 ita habet : ἡ Εὐδαίμων Ἀραβία περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων ταῖς ἐκτεθειμέναις μεσημβριναῖς πλευραῖς τῆς τε Πετραίας καὶ τῆς Ἐρήμου Ἀραβίας καὶ τῷ νοτίῳ μέρει τοῦ Περσικοῦ κόλπου· ἀπὸ δὲ δύσεως τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ· ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν μέρει τε τοῦ Περσικοῦ κόλπου καὶ τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ μέχρι τοῦ Συάγρου ἀκρωτηρίου θαλάσσῃ. Ultima verba τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος... θαλάσσῃ Noster expressit verbis καὶ μέρει τῆς Ἰνδικῆς θαλάσσης, sc. ea ejus parte quæ ab ostio sinus Persici patet ad Syagrum promontorium. Ceterum recedit a Ptolemæo Marcianus eo quod Felicem Arabiam usque ad Tigrin perducit, adeo ut eo nomine comprehendat etiam exiguam oram Arabiæ desertæ et Babyloniæ, sicuti § 19 legitur ; οἱ δὲ σύμπαντες... μέχρι τοῦ Μεσανίτου κόλπου καὶ τοῦ πρὸς τῇ Ἐρήμῳ πέρατος τοῦ Περσικοῦ κόλπου καὶ ἔτι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τίγριδος π. τοῦ περίπλου παντὸς τῆς παραλίας τῆς τῶν Εὐδαιμόνων Ἀράβων γῆς εἰσὶ στάδιοι κτλ. || — 21. Distinctius dixisset διὰ πλατυτάτου ἰσθμοῦ τῇ ἠπείρῳ πρ. || — 29. χερσονησοειδὲς cod.; χερσονησοειδῆ.. τυγχάνοντα scr. voluit Hudson; codicis lectionem tuetur

βίᾳ καὶ τῇ Ἐρήμῳ Ἀραβίᾳ καὶ τῇ Παλαιστίνῃ καὶ τῇ Περσίδι καὶ ἀκολούθως τῇ προειρημένῃ Εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ.

[Λείπει τὰ κατὰ μέρος]

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ.

18. Ὄννη, ἐμπόριον τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ.

Σιδηνοί, ἔθνος παρακείμενον τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, ὡς Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ.

Ζαδράμη, βασίλειον τῶν Κιναιδοκολπιτῶν. Εἰσὶ δὲ ἔθνος τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς· « Ζαδραμιτῶν (καὶ) Κιναιδοκολπιτῶν. » Τὸ ἐθνικὸν Ζαδραμαῖος.

Κασσανῖται, ἔθνος ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς· « Ἐντεῦθεν ἐκδέχεται τὸ τῶν Κασσανιτῶν ἔθνος.

Μινναῖοι, ἔθνος ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς.

Ὁμηρῖται, ἔθνος Αἰθιόπων. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ α'.

Χαδραμωτῖται, ἔθνος περὶ τὸν Ἰνδικὸν κόλπον, τῷ Πρίονι παροικοῦντες ποταμῷ, ὥς φησι Μαρκιανὸς ἐν τῷ Περίπλῳ αὐτοῦ.

Ἀσκῖται, ἔθνος παροικοῦν τὸν Ἰνδικὸν κόλπον καὶ

Hi igitur vicini sunt Arabiæ Petrææ et Desertæ, et Palæstinæ et Persidi et consequenter prædictæ Arabiæ Felici.

[*Particularis oræ Arabicæ descriptio periit.*]

FRAGMENTA.

18. Onne, emporium Felicis Arabiæ. Marcianus in Periplo.

Sideni, gens juxta Rubrum mare habitans, teste Marciano in Periplo.

Zadrame, regia Cinædocolpitarum, quæ gens est Arabiæ Felicis. Marcianus in Periplo ejus : « Zadrame urbs Cynædocolpitarum (Ζαδράμη ἡ τῶν Κ). » Gentile Zadramæus.

Cassanitæ, gens in ora maris Rubri. Marcianus in Periplo ejus ita habet : « Hinc sequitur Cassanitarum gens. »

Minnæi, gens in ora maris Rubri. Marcianus in Periplo ejus.

Homeritæ, gens Æthiopum. Marcianus primo Peripli.

Chadramotitæ, gens ad sinum Indicum, Prionem fluvium accolens, ut testatur Marcianus in Periplo ejus.

Ascitæ, gens sinum Indicum accolens et super

Letronne p. 280. || — 1. Παλαιστήνῃ.. Περσίδῃ cod.

§ 18. Sequebatur in integro opere periplus sinus Arabici, deinde maris Erythræi usque ad Syagrum prom., tum maris Indici usque ad fauces sinus Persici, denique periplus sinus Persici usque ad Tigridem. Adscripsimus quæ ex his Stephanus affert, laudato Marciano. Alia plura, quæ de hac ora apud Stephanum, nullo citato auctore, leguntur, ex eodem fonte manaverint. Ceterum quot loca Marcianus et quanam serie recensuerit, docebit Ptolemæus VI, 7. || — 10. Ζαδράμη] In Ptolemæo l. l. codices nostri Ζαδρὰμ vel Ζάδραμ, Ζάμβρα, vett. editt. autem Ζααρὰμ, βασίλειον (sc. τῶν Κιναιδοκολπιτῶν); hinc proficiscens in Stephano Ζαδράμ scripsit editor novissimus, suadente Berkelio, Holstenio, aliis. Ambigua tamen res est, quum aliunde de hoc loco non constet, nomina autem *Zaara, Zahra, Zahran* in geographia Arabiæ haud raro occurrant (V. index ad Ritter. tom. XIII). Verisimilius est Stephanum in vitioso codice legisse ΖΑΔΡΑΜΗ pro ΖΑΑΡΑΜΗ. Vocem καὶ ante Κιναιδοκολπιτῶν tacite inclusit Meineke, idque recte, opinor. At ne sic quidem sanus locus esse videtur. In Stephano scriptum fuerit : Ζαδράμη τῶν, vel potius : Ζαδρὰμ ἡ τῶν Κιναιδοκολπιτῶν. Hoc enim suadet quod postea demum sequitur gentile Ζαδραμαῖος. Aliter Meinekius. « Stephanus, inquit, sine dubio dixerat legitimum gentile esse Ζαδραμίτης, at græco typo etiam Ζαδραμαῖος dici posse. || — 14. Κασσανῖται] Ἐντεῦθεν, scil. a Bætio fluvio, qui Cassanitas et Cynædocolpitas dirimit ap. Ptol. || — 17. Μινναῖοι] sic h. l. codices ; Μιναῖοι Ptol. VI, 7. Frequens hæc fluctuatio. Simplex ν præferendum videtur. || — 19. Αἰθιόπων] Homeritarum mentionem supra habes § 15, ubi usque ad Indicum mare pertinere dicuntur; quod quum per se a vero non sit alienum, non tamen quadrat cum angusto tractu quem Ptolemæus Homeritis assignat. In Stephano autem vox Αἰθιόπων ex Nostro non fluxit; Ἀράβων reponi voluit Holstenius. Fortasse serior homo Homeritas, utpote Æthiopico Auxumitarum imperio subjectos, Æthiopes dixit et ipsos. || — 21. Χαδραμωτῖται] Χαδραμωμῖται cod. Rhedig., recte fort. Apud Ptolemæum post Homeritas sequuntur in ora maritima ad Prionem fluvium Ἀδραμῖται (Ἀτραμῖται sec. Uranium, Ἀτραμωμῖται sec. Artemidor. ap. St. B.), quibus a tergo sunt Χατραμμῖται (sic vett. Ptol. editt.; Χατραμωνῖται codd. Wilb.; Χατραμωτῖται ap. Strabon. p. 768, Χατραμῶται sec. Uranium ap. St. B. s. v. Χατραμωτῖτις; porro Χατραμῖτις γῆ Eustath. ad Dion., et Χατραμὶς γῆ Dionys. 956). Ad scripturam Χαδραμ. per δ literam propius accedit nomen Arabicum *Hadhramaut* vel *Hhadramaut*. || — 22. Πρίονι] « Cf. Ptolem. VI, 7, 10 : Πρίωνος ποτ. ἐκβολαί, ubi scrib. Πρίονος. Nomen fluvio inditum videtur, quod serræ instar vicina rura quasi stringeret, quam in rem notabile est etiam Tiberim antiquitus Serram appellatum esse, teste Servio ad Virg. Æn. VIII, 83. » Meineke. Danvillius in hac ora novit *Wadi Prim* (cf. Ritter. XII, p. 273), qui ad Prionem pertinere videtur, adeo ut græca etymologia, sicut in plerisque nominibus locorum Arabicorum, admittenda non sit. || — 24. Ἀσκῖται] Cf. not. ad Anon. p. 278.

ἐπὶ ἀσκῶν πλέον, ὡς Μαρκιανὸς ἐν τῷ Περίπλῳ αὐτοῦ· « Παροικεῖ αὐτὸν ἔθνος καὶ αὐτὸ καλούμενον Σαχαλιτῶν· ἔτι μὴν καὶ Ἀσκιτῶν ἕτερον ἔθνος [ἐπὶ ἀσκῶν πλέον] ». Ἔστιν οὖν παρὰ τὸν ἀσκὸν Ἀσκίτης, ὡς παρὰ τὸν ἀστὸν ἀστίτης, μέσος μεσίτης.

Ἰστριανά, πόλις παρὰ τὴν Περσικὴν θάλασσαν, ὡς Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς.

Μαλλάδα, πόλις Περσική. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ τοῦ Περσικοῦ κόλπου.

Ἀδαρούπολις, πόλις Περσική, ὡς Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ τοῦ Περσικοῦ κόλπου.

Κορομάνη, πόλις πρὸς τὸν Περσικὸν κόλπον. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτοῦ.

Μεσανίτης κόλπος. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ τῆς Περσικῆς θαλάσσης.

Λαδισακίτης (?) κόλπος ἐν τῇ Περσικῇ θαλάσσῃ. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς.

Κτησιφῶν, πόλις Ἀσσυρίας. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ.

* * * * * *

19. Ἔστι δὲ τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας τὸ μὲν μῆκος σταδίων ͵͵α ͵αψ', τὸ δὲ πλάτος σταδίων ͵ηων'. Ἔχει δὲ ἔθνη ἤτοι σατραπείας νδ', πόλεις δὲ ἐπισήμους καὶ κώμας ρξδ', ὄρη ἐπίσημα ιε', ποταμοὺς ἐπισήμους δ', λιμένας ἐπισήμους ς', κόλπους ἐπισήμους ε', αἰγιαλοὺς μεγάλους δύο, νήσους ἐπισήμους τὰς ἐν τῷ περίπλῳ εἰρημένας λε'. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Ἀσαβῶν ἀκρωτηρίου μέχρι τοῦ Μαισανίτου κόλπου τοῦ παρὰ τὴν Εὐδαίμονα Ἀραβίαν τυγχάνοντος στάδιοι ͵ερμ'. Οἱ δὲ σύμπαντες ἀπὸ τοῦ Αἰλανίτου μυχοῦ τοῦ ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ μέχρι τοῦ Μαισανίτου κόλπου καὶ τοῦ

utribus navigans, ut Marcianus in Periplo ejus : « Accolit sinum (Sachaliten) gens et ipsa Sachalitarum dicta, porro etiam Ascitarum gens alia [*utribus navigans.*] » Itaque ab ἀσκὸς voce fit Ascites, ut ab ἀστὸς fit ἀστίτης, μέσος μεσίτης.

Istriana, urbs ad mare Persicum, ut Marcianus in Periplo ejus.

Mallada, urbs Persica. Marcianus in Periplo sinus Persici.

Adarupolis, urbs Persica, ut Marcianus in Periplo sinus Persici.

Coromane, urbs ad Persicum sinum. Marcianus in Periplo ejus.

Mesanites sinus, cujus meminit Marcianus in Periplo maris Persici.

Ladisacites (*deb.* Mæsanites) sinus in mari Persico. Marcianus in Periplo ejus.

Ctesiphon, urbs Assyriæ, testante Marciano in Periplo.

* * * * * *

19. Patet Arabia Felix in longitudinem stadia 11,700, in latitudinem vero stadia 8,850. Habet provincias sive satrapias 54, urbes insignes et vicos 164, montes insignes 15, fluvios insignes 4, portus insignes 6, sinus insignes 5, littora magna 2, insulas insignes in periplo memoratas 35. Ab Asaborum promontorio ad Mæsanitem sinum, qui est juxta Arabiam Felicem, stadia omnia sunt [8]140. Totius vero oræ maritimæ Arabiæ Felicis peripli, ab Ælanitico recessu in sinu

---

1 — Σαχαλιτῶν] sic Meincke; Ἀσχαλιτῶν codd.; quod quidem vitium esse perantiquum videtur, siquidem codex Marciani § 15 item habet Ἀσχαλίτης κόλπος pro Σαχαλ. Fortasse e Marciano ducta esse quæ leg. ap. St. B. : Σαχαλίτης κόλπος· « κατὰ τοῦτον, τὸν Σαχαλίτην κόλπον, κεῖνται πελάγιοι νῆσοι ἑπτά, monet Meineke. || — 3. ἐπὶ ἀσκ. πλ. supplev. Meineke. In sequentibus postquam ad Asabôn promontorium auctor devenerat, etiam objacentis in Carmaniæ ora montis Semiramidis meminit, uti patet ex § 27 : Ἐνταῦθα παράκειται τὸ προρρηθὲν στρογγύλον ὄρος τὸ Σεμιράμιδος, ὅπερ ἀντικεῖσθαι ἔφαμεν κατὰ τὴν Εὐδαίμονα Ἀραβίαν τὸ Ἀσαβῶν ὄρος τε καὶ ἀκρωτήριον, etc. || — 8. Μαλλάδα] sic nunc e codd. legitur etiam ap. Ptolemæum, ubi vulgo erat Μαλλάβα. || — 12. Κορομανίς Ptol. || — Λαδισακίτης] De hoc nihil Ptolemæus, neque alius quisquam. Porro quum Marcianus, sicuti Ptolemæus, nonnisi quinque Arabiæ sinus noverit, dubitari vix potest, quin Stephanus vitiato libro usus sit, in quo ΛΑΔΙσακίτης corruptum ex Μαισανίτης. Sinus Μαισανίτης scribitur in codd. Ptol. V, 18, p. 380; Μεσανίτης codd. ib. VI, 7 p. 406, ubi editt. vulgo Μαδισανίτης. Formam Μεσανίτης Stephanus quoque affert, idque laudato, nescio quam recte, Marciano; certe codex noster § 10 bis habet Μαισανίτης. — Ctesiphontis mentionem inseruit auctor a Babyloniæ ora in mediterranea excurrens.

§ 19, l. 21. ͵͵α ͵αψ] Ne confundas hanc longitudinem cum oræ longitudine usque ad fauces sinus Arabici. || —͵ηων'] Hæc Arabiæ latitudo apud Ptolemæum est inter undevicesimum et vicesimum lat. gradum ; in eoque tractu latitudo inter maximam et minimam est media. Ceterum vana agere, si quis numeros Marciani secundum mensuras, quales nobis hodie instituere licet, mutandos opinetur, semel monuisse satis sit. || — 22. τὰ ἔθνη cod.; em. Letronn. || — ἤτοι] τῆς σατραπίας em. Hudson. ||— νδ'] In Ptolemæo 57 colligo. ||—23. ρξδ']. In Ptol. 172 reperio. || — ιε'] Tot etiam in Ptolemæo habebis, modo annumeres montes qui Felicem Arabiam a Petræa et Deserta disterminant. || — 24. δ'] ut Ptolemæus, sc. Bætium, Prionem, Hormanum, Larem. || — ς'] ut Ptolemæus, sc. λιμένα Σωσίππου, Τρούλλα, Τρητόν, Μόσχα, Κρυπτόν, Ἰταμόν. || — ε'] sc. Sachaliten, Ichthyophagorum, Magorum, Leaniten, et Mæsaniten. || — 25. αἰγ.] μέγας αἰγ. et μικρὸς αἰγιαλὸς in meridionali ora ap. Ptolem. memorantur. || — 26. λε'] Totidem recenset Ptolemæus VI, 7 p. 412. || — 26. Ἀσαβῶ cod.; em. editt. Stadiorum summa ab Ælanite sinu ad fauces (11,700 stad.), et hinc ad Asabôn promont. in antecedd. subducta fuerit.

πρὸς τῇ Ἐρήμῳ πέρατος τοῦ Περσικοῦ κόλπου καὶ ἔτι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ τοῦ περίπλου παντὸς τῆς παραλίας τῆς τῶν Εὐδαιμόνων Ἀράβων γῆς εἰσι στάδιοι ,,γ,ηρν'.

Arabico usque ad sinum Mæsanitem et extremitates Persici sinus versus Arabiam Desertam atque etiam ostia Tigridis fluvii, stadia universa sunt 38,150.

ΣΟΥΣΙΑΝΗΣ [ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.]

20. Ἡ Σουσιανὴ κεῖται μὲν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ· περιορίζεται δὲ ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῇ Ἀσσυρίᾳ, ἀπὸ δὲ δύσεως τῇ προειρημένῃ Βαβυλωνίᾳ παρὰ τὸ τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ μέρος τὸ μέχρι θαλάσσης, ἀπὸ δὲ ἀνατολῆς τῇ Περσίδι, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ Περσικῷ κόλπῳ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ μέχρι τῶν ἐκβολῶν τῶν εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον τοῦ Ὀροάτιος ποταμοῦ. Καὶ ἡ μὲν ὅλη τῆς χώρας περιγραφὴ τοιαύτη· ὁ δὲ κατὰ μέρος παράπλους οὕτω πως ἔχει.

21. Ἀπὸ τοῦ ἀνατολικοῦ στόματος τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ ἐπὶ Χάρακα Πασίνου στάδιοι π'. Κατὰ τοῦτο τὸ μέρος νῆσος κεῖται Ἀπφάνα λεγομένη· ταύτην δέ τινες τῷ περίπλῳ τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας προσνέμουσιν, ἐν ταῖς λε' νήσοις ἀριθμοῦντες. Ἀπὸ δὲ τοῦ Χάρακος Πασίνου ἐπὶ Μωγαίου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ψ'. Ἀπὸ δὲ Μωγαίου ποταμοῦ ἐπὶ Πηλώδη κόλπον λεγόμενον στάδιοι υ'. Παροικοῦσι δὲ τὸν κόλπον τοῦτον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν τόπους Ἐλυμαῖοι, τῆς Σουσιανῆς ὄντες χώρας. Κατὰ δὲ τὸν κόλπον τοῦτον νῆσος κεῖται, Ταξίανα λεγομένη. Ἀπὸ δὲ τοῦ κόλπου ἐπὶ τὰς τοῦ Εὐλαίου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι χϞ'. Κατὰ τοῦτον τὸν ποταμὸν ἐν τῇ μεσογείᾳ πόλις κεῖται τῆς Σουσιανῆς μητρόπολις τὰ Σοῦσα. Ἀπὸ δὲ τοῦ Εὐλαίου ποταμοῦ εἰς Τέναγος [ἀμμῶδες στάδιοι ρι'. Ἀπὸ δὲ Τενάγους] ἀμμώδους ἐπὶ τὰς τοῦ Ὀροάτιος ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ,αυν'.

SUSIANÆ PERIPLUS.

20. Susiana jacet ad Persicum sinum; terminatur a septentrionibus Assyria, ab occasu prædicta Babylonia juxta Tigridis fluvii partem eam quæ ad mare pertinet, ab oriente autem Perside, a meridie Persico sinu inde ab ostiis Tigridis fluvii usque ad ostia quibus exit in sinum Persicum Oroatis amnis. Atque hæc quidem universæ regionis circumscriptio, singularum vero partium præternavigatio in hunc fere modum habet.

21. Ab orientali ostio Tigridis fluvii ad Vallum Pasini stadia 80. E regione hujus tractus insula jacet Apphana dicta, quam nonnulli attribuunt periplo Arabiæ Felicis, numerantes inter insulas ejus triginta quinque. A Vallo Pasini usque ad ostia Mogæi fluvii stadia 700. A Mogæo fluvio usque ad sinum Cœnosum stadia 400. Hunc sinum et locos adjacentes incolunt Elymæi, Susianæ regionis populus. E regione hujus sinus sita est insula Taxiana. Ab eo sinu usque ad Eulæi fluvii ostia stadia 690. Juxta hunc fluvium in mediterraneis civitas est Susa, metropolis Susianæ. Ab Eulæo fluvio ad Vadum [*arenosum stadia* 110. *A Vado*] arenoso usque ad ostia Oroatis fluvii stadia 1450.

---

§ 20. Describuntur limites Susianæ ex Ptolemæo VI, 3. || — Vox περίπλους et articulus ἡ ante Σουσιανὴ deest in cod. || — 12. Ὀροάτιος] Ὀρωώσιος codex h. l.; infra § 21 sqq. ubique τοῦ Ὀρατίου vel Ὁρατίου. Apud Ptolemæum VI, 3 p. 395, 15. 396, 2. VI, 4, p. 397, 16 codices fluctuant inter Ὀροάτιος et Ὀροάτιδος; illud receperunt editores novissimi, ad eamque formam ducit Ὀρατίου Marciani. Ceterum de variis nominis hujus formis diximus ad Arrian. Ind. p. 364, ubi adde Ammian. Marcell. XXIII, 6, 26 (*Oroates*). || — 14. παράπλους] sic etiam aliis locis quam plurimis scribi volueris pro περίπλους librorum.

§ 21, l. 16. Πασίνου, sic etiam Ptol.; Σπασίνου editt., absque causa idonea. || — π'] sexta gradus pars ap. Ptolem. || — 17. Ἀπφάνα] Ἀπφάδανα cod.; mutarunt editt. e Ptol. VI, 7 p. 412, 26, ubi insula Arabicæ oræ accensetur. || — 21. ἐπὶ Μαγαίου, sed mox ἀπὸ Μωγαίου cod.; Μωσαίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ ap. Ptolem. p. 395. *Meseus* ap. Ammian. l. l. Quid præstet, nescitur, quum aliunde de hoc nomine, cui Euphratis ostium aliquod subesse videtur, non constet. Mitto Salmasii conjecturas in Pl. Exer. p. 494. In veram hujus tractus atque hodiernam geographiam Ptolemæi rationes falsissimæ omnino non cadunt, uti inter doctos constat. || — 21. ψ'] 1° 20' ap. Ptol. || — 21. Πηλώδη] στηλώαν h. l., sed mox § 22 recte πηλώδη, cod. || — 22 υ'] sec. Ptol. tabulas distantia foret ad quingenta stadia. || — 23. περὶ αὐτῆς cod. || — 25. Ταξίαν cod.; em. editt. e Ptolem. et Stephano. || — 26. χϞ'] ς' codex corrupte. Recte me emendasse non contendo. Patet desiderari stadia 800 ad explendam summam stadiorum 3430. Quare hoc loco pro ς' posui χϞ' (quum frequens sit siglarum ς' et Ϟ confusio), et mox inserui stadia 110. Apud Ptolemæum distantiæ ita habent:

Πηλώδης κόλπος	83°	31°
Εὐλαίου π. ἐκβολαί	84° 30'	30° 40'.
Τέναγος ἀμμῶδες	84° 30'	30° 30'.
Ὀροάτιος π. ἐκβολαί	86° 30'	30° 30'.

27. Κατὰ τοῦτον τὸν ποταμόν] Quodsi premenda sunt verba, Marciani testimonio firmare licet sententiam eorum qui Susa in hodierno *Schuster* quærunt; quamquam non ita statuendum esse cum plurimis censemus. || — 29. Inclusa supplevi. || — 30. Ὁρατίου cod. || — 31. ,αυν'] υν' codex. Apud Ptolemæum linea recta habes duorum graduum distantiam. Marciani autem numeri quum plerumque majores sint, et esse debeant in periplo, vix dubium quin ,α exciderit.

22. Ἔστι δὲ τῆς Σουσιανῆς τὸ μὲν μῆκος στάδιοι ,γφʹ, τὸ δὲ πλάτος στάδιοι ,βτνʹ. Ἔχει δὲ ἔθνη ἤτοι σατραπείας ςʹ, πόλεις δὲ ἐπισήμους καὶ κώμας ιζʹ, ποταμοὺς ἐπισήμους δʹ, Πηλώδη κόλπον, Τέναγος ἀμμῶδες, Ἡρακλέους στήλας. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ὀροάτιος ποταμοῦ τοῦ παράπλου τῆς Σουσιανῆς χώρας στάδιοι ,γυλʹ.

ΠΕΡΣΙΔΟΣ ΠΑΡΑΠΛΟΥΣ.

23. Ἡ Περσὶς κεῖται μὲν καὶ αὐτὴ ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, περιορίζεται δὲ ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῇ Μηδίᾳ, ἀπὸ δὲ δύσεως τῇ προειρημένῃ Σουσιανῇ, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῇ Καρμανίᾳ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ Περσικῷ κόλπῳ, [ἀπὸ] τοῦ Ὀροάτιος ἀρξαμένη ποταμοῦ, μέχρι τῶν ἐκβολῶν Βαγράδα τοῦ ποταμοῦ. Καὶ ἡ μὲν ὅλη τῆς χώρας περιγραφὴ τοιαύτη· ὁ δὲ κατὰ μέρος περίπλους τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

24. Ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ὀροάτιος ποταμοῦ ἐπὶ ἄκραν Ταόκην λεγομένην στάδιοι φʹ. Ἀπὸ δὲ ἄκρας Ταόκης ἐπὶ Ῥογομάνιος ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ψʹ. Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ νῆσος κεῖται Σῶφθα καλουμένη. Ἀπὸ δὲ Ῥογομάνιος ποταμοῦ εἰς Χερσόνησον στάδιοι φʹ. Ἐνταῦθα παράκειται νῆσος Ἀλεξάνδρου καλουμένη. Ἀπὸ δὲ τῆς Χερσονήσου εἰς Βρισοάνα ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι χνʹ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Βρισοάνα ποταμοῦ εἰς Αὐσίνζα στάδιοι χʹ. Ἀπὸ [δὲ] Αὐσίνζων [εἰς] Βαγράδα ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδια υνʹ. Ἐνταῦθα τῆς Περσίδος τοὺς ὅρους ἀποτελευτᾶν προειρήκαμεν.

25. Ἔστι δὲ τῆς Περσίδος τὸ μὲν μῆκος στάδιοι ,δ, τὸ δὲ πλάτος ,αυʹ. Ἔχει δὲ ἔθνη ἢ σατραπείας ιʹ, πόλεις δὲ ἐπισήμους καὶ κώμας λβʹ, ποταμοὺς ἐπισήμους γʹ, ἀκρωτήριον ἐπίσημον αʹ, χερσόνησον ἐπίσημον αʹ, νήσους ἐπισήμους βʹ. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Ὀροάτιος μέχρι τῶν τοῦ Βαγράδα ποταμοῦ ἐκβολῶν τοῦ παράπλου τῆς τῶν Περσῶν χώρας στάδιοι ,γυʹ.

ΚΑΡΜΑΝΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

26. Ἡ Καρμανία μέρει μέν τινι κατὰ τὸν Περσικὸν κεῖται κόλπον, μέρει δὲ παρὰ τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος [τὸ] μετὰ τὸν κόλπον τὸν Περσικόν. Περιορίζεται

22. Patet autem Susiana in longitudinem stadia 3,500, in latitudinem stadia 2,350. Provincias sive satrapias habet 6, urbes insignes et vicos 17, fluvios insignes 4, sinum Peloden, Vadum arenosum, Herculis columnas. Stadia universa præternavigationis Susianæ regionis ab ostio Tigridis fluvii ad ostia Oroatis fluvii sunt 3,430.

PERSIDIS PARAPLUS.

23. Persis et ipsa sita est ad sinum Persicum. Terminatur a septentrionibus Media, ab occasu jam dicta Susiana, ab oriente Carmania, a meridie sinu Persico inde ab Oroati fluvio usque ad ostia Bagradæ fluvii. Ac universæ quidem regionis circumscriptio ita se habet, periplus vero locorum singulorum ad hunc modum.

24. Ab ostiis Oroatis fluvii usque ad Taocen promontorium stadia 500. A promontorio Taoce usque ad ostia Rhogomanis fluvii stadia 700. Occurrit autem in prætervectione insula Sophtha nominata. A Rhogomani fluvio ad Chersonesum stadia 500. Hic objacet insula Alexandri appellata. A Chersoneso ad Brisoanæ fluvii ostia stadia 650. A Brisoana fluvio ad Ausinza stadia 600. Ab Ausinzis ad ostia Bagradæ fluvii stadia 450. Hic Persidis terminos desinere modo diximus.

25. Longitudine Persis habet stadia 4000, latitudine stadia 1,400; gentes sive satrapias habet 10, urbes insignes et vicos 32, fluvios insignes 3, promontorium insigne 1, chersonesum insignem 1, insulas insignes 2. Præternavigationis Persarum regionis, ab Oroati usque ad ostia Bagradæ fluvii, stadia cuncta sunt 3400.

CARMANIÆ PERIPLUS.

26. Carmania partim adjacet Persico sinui, partim Indico pelago quod est post sinum Persicum. Terminatur a septentrionibus Carmania deserta, ab occasu

§ 22, l. 2. ,γφʹ] Minor longitudo est sec. Ptolemæum, apud quem Susiana pertinet a 36° ad 30° 30′ lat. || — ,βτνʹ] Nescio inde a quo loco ad quemnam auctor hanc latitudinem computarit; juxta oram maritimam computat st. 3430. || — 3. ςʹ] Apud Ptolem. in Susiana habes Elymæos, Cossæos, Melitenen, Cabandenen, Characenen, Cissiam, Chaltapitin et campum Deera. || — ιζʹ] Totidem Ptolemæus. || — 5. στῆλαι codex. Ptolemæus non στήλας sed βωμοὺς Ἡρακλέους memorat. || — 7. Ὁρατίου cod.

§ 23. Cf. Ptolemæus VI, 4. || — 10. ἡ ante Περσὶς in editt. deest; in codice evanida fere est litera hæc rubra. || — 13. ἀπὸ δὲ μεσημβρίας] Nimirum ex Ptolemæi sententia ora Persidis maritima ab occasu versus orientem tendit. || — 14. Ὁρατίου cod. || — 15. Βάγραδα cod. et sæpius, sed § 26 et 27. Βαγράδᾳ et Βαγραδᾷ.

§ 24, l. 18. Ὁρατίου cod. || — 19. Ταοκὴν cod., sed mox Ταόκης. || — 20. Ῥογομανίας et mox Ῥογομανίος cod. || — 21. Σωφὰθ cod. || 24 et 25. Βρισόανα cod. || — 25. εἰς σαύσινδα cod. || — 26. εἰς supplev. editt. Cetera ex Ptolemæo pridem correcta. Distantiæ cum Ptolemæi computationibus accuratius non consentiunt, non multum tamen ab iis recedunt, nisi quod a Chersoneso ad Brisoanam sec. Ptolem. sunt 2° 20′, dum Noster 650, haud amplius, stadia exputat. De singulis cf. Nearchi paraplum in Indicis Arriani.

§ 25, l. 33. Ὀρατίου codex.

§ 26. Vid. Ptolemæus VI, 8. || — 39. τὸ inserui. ||

δὲ ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῇ ἐρήμῳ Καρμανίᾳ, ἀπὸ δὲ δύσεως τῇ προρρηθείσῃ Περσίδι καὶ τῷ προειρημένῳ Βαγράδᾳ ποταμῷ καὶ ἔτι τῷ λειπομένῳ μέρει τοῦ Περσικοῦ κόλπου, (διὰ τὸ πρὸς δύσιν ὁρᾶν αὐτὸν) καλουμένῳ Καρμανικῷ· ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν Γεδρωσίᾳ τῷ ἔθνει παρὰ τὰ Παρσικὰ ὄρη· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας μετὰ τὰ στενὰ τοῦ Περσικοῦ κόλπου τῷ Ἰνδικῷ πελάγει. Καὶ ἡ μὲν ὅλη τῆς χώρας περιγραφὴ τοιαύτη· ὁ δὲ κατὰ μέρος περίπλους οὕτως ἔχει.

27. Ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ εἰρημένου Βαγράδα ποταμοῦ ἐπὶ Δάρα ποταμὸν στάδιοι τ'. Ἐνταῦθα παροικοῦσι Καμηλοβοσκοί, τῆς Καρμανίας χώρας ὄντες. Ἀπὸ δὲ τοῦ Δάρα ποταμοῦ ἐπὶ Κάθραπος ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι φ'. [Ἀπὸ δὲ τοῦ Κάθραπος ποταμοῦ] ἐπὶ Κορίου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ψ'. Κατὰ τούτους τοὺς τόπους νῆσος κεῖται Ἀγηδάνα καλουμένη, ἐν ᾗ μίλτος πολλὴ γίνεται. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κορίου ποταμοῦ εἰς Ἀχιδάνα ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι υ'. Ἀπὸ δὲ Ἀχιδάνα ποταμοῦ ἐπὶ Ἀνδάνιος ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι φ'. Παράκειται δὲ τοῖς τόποις τούτοις νῆσος Ὀοράχθα. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀνδάνιος ποταμοῦ ἐπὶ Σαγάνου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι υ'. Ἀπὸ δὲ Σαγάνου ποταμοῦ ἐκβολῶν εἰς Ἅρμουζαν πόλιν στάδιοι σ'. Ἀπὸ δὲ Ἁρμούζης ἐπὶ Ἁρμόζων ἀκρωτήριον λεγόμενον στάδιοι ω'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἁρμόζων ἀκρωτηρίου ἐπὶ Καρπέλλαν ἀκρωτήριον στάδιοι ψν'. Ἐνταῦθα παράκειται τὸ προρρηθὲν στρογγύλον ὄρος τὸ Σεμιράμιδος, ὥσπερ ἀντικεῖσθαι ἔφαμεν κατὰ τὴν Εὐδαίμονα Ἀραβίαν τὸ Ἀσαβῶν ὄρος τε [καὶ] ἀκρωτήριον, ἅπερ ἑκάτερα ὄρη τε καὶ ἀκρωτήρια τὰ στενὰ ποιεῖ τοῦ Περσικοῦ κόλπου. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Βαγράδα ποταμοῦ μέχρι τοῦ στρογγύλου ὄρους καὶ Καρπέλλης ἄκρας τοῦ περίπλου τῆς Καρμανίας τοῦ παρὰ τὸν Περσικὸν κόλπον τυγχάνοντος στάδιοι ͵δσν'. Οἱ δὲ σύμπαντες

prædicta Perside et Bagrada fluvio jam memorato et insuper reliqua parte sinus Persici, quæ Carmanica appellatur ad occasum spectans; ab oriente Gedrosia provincia juxta Parsicos montes; a meridie post angustias Persici sinus Indico pelago. Atque hæc est universæ regionis circumscriptio; particularis autem paraplus sic se habet.

27. Ab ostiis jam dicti Bagradæ fluvii usque ad Daram fluvium stadia 300. Hic habitant Camelobosci, qui Carmaniæ regionis sunt. A Dara autem fluvio ad ostia Cathrapis fluvii stadia 500. [*A Cathrape fluvio*] ad ostia Corii fluvii stadia 700. His locis objacet insula Agedana (*Sagdana?*) appellata, in qua multum minii est. A Corio fluvio ad ostia Achidanæ fluvii stadia 400. Ab Achidana fluvio ad ostia Andanis fluvii stadia 500. His autem locis adjacet insula Oorachtha. Ab Andani fluvio ad ostia Sagani fluvii stadia 400. Ab ostiis Sagani fluvii ad Armuzam civitatem stadia 200. Ab Armuza ad promontorium Armozôn appellatum stadia 800. Ab Armozôn promontorio ad Carpellam promontorium stadia 750. Hic adjacet præfatus rotundus mons Semiramidis, cui in Arabia Felici oppositum esse diximus Asaborum montem et promontorium; qui utrinque montes una cum promontoriis faciunt angustias Persici sinus. Carmaniæ peripli juxta sinum Persicum, a Bagrada fluvio ad rotundum montem et Carpellam promontorium, stadia omnia 4250. Universa autem totius Persici sinus

---

— 2. προρηθείσῃ cod. || — 3. μέρει] μέχρι cod. || — 4. διὰ τὸ π. δ. ὁρᾶν. Hæc sic inscite dicta sunt, neque leguntur in Ptolemæo. Ex eodem autem fonte, ut videtur, Agathemerus II, 11 : Τοῦ δὲ Ἰνδικοῦ πελάγους ἔχεται τὸ Καρμάνιον προϊὸν ὡς ἐπὶ δύσιν. || — 5. Καρμανικῷ cod. || — 6. Περσικὰ cod. et editt.

§ 27, l. 10. malim. προειρημένου. || — Βαγραδᾷ cod. || — 14. Inclusa suppl. Miller. || — 16. Ἀγηδάνα] In Ptol. l. l. p. 415,25 Σάγδανα vel Σαγδάνα Wilbergi codd. Parisini. *Sadana* ed. Arg.; olim vulgo Σαγδιανά), ἐν ᾗ μίλτος. Objacens continentis regio in Ptolemæo Ἀγδηνῖτις; quod nescio an etiam Ἀγηδάνᾳ insulæ subsit, quum sæpius insulæ ab objecta continentis parte nomen trahant. Hoc si est, quæritur an litera Σ in utroque nomine aut admittenda aut rejicienda sit. Ceterum de insula vid. not. ad Arrian. Ind. p. 361. || — 19. Ἀχιάδαμα cod.; Ἀχιδάνα vulgata ap. Ptol.; Ἀχίνδανα codices Ptol. ap. Wilb. || — Ἀδδάνιος cod.; signari Ἄνδανιν Ptolemæi, Ἄναμιν Arriani monuit Hudson. || — 21. ὁ δραχθα cod.; Οὐορόχθα Ptolem. codd.; Ὀάρακτα Arrian. Ind. p. 359, ubi vide. || — 21. ἀπὸ δὲ τουάνης cod.; em. Miller. || — 22. Σαγανοῦ Ptolemæus. || — 23. Ἅρμουζαν] Ἀρμόζουσαν cod.; sed mox ἀπὸ Ἁρμούζης. Ἅρμουζα urbs vocatur ap. Ptolemæum in codd. Wilb., Ἅρμουζα vulgo; *regio Armuzia* ap. Plin. VI, 27; Ἁρμόζεια ap. Arrian. || — 23. στάδιοι σ'... στάδιοι ω'] Hæc longissime absunt a Ptolemæi calculis, ad quos propius accederes si inverso ordine scriberes στάδιοι ω'... στάδιοι σ'. || — 24. Ἁρμόζων ἀκρωτηρ.] Ἅρμοζον ἄκρον Ptolem.; ἐξ Ἁρμόζων, τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου Strabo p. 765 ex Eratosthene; *ex Harmozonte Carmaniæ promontorio* Ammianus Marcell. XXIII, 6, ex eodem, ut videtur, Eratosthene. || — 27. τὸ προρρηθὲν] Meminit ejus ubi de Asabôn promontorio Arabiæ sermo erat. V. § 18. || — Σεράμιδος cod.; e Ptol. em. Hudson. || — 29. Ἀραβίαν Πασαβῶ ὄρος τε ἀκρωτ. cod.; em. editt. || — 31. Βάγραδα cod. || — 34. ͵δσν'] E singulis numeris colligitur summa stadiorum 4550, adeo ut in his unus alterve numerus corruptus esse debeat; nam recte habere numerum ͵δσν', 4250, ex seqq. patet, ubi a Carpella usque ad finem Carmaniæ colliguntur stadia 5950, totus vero Carmaniæ periplus esse dicitur stadiorum 10200; unde sequitur a Bagrada usque ad Carpellam esse stadia 4250.

τοῦ περίπλου παντὸς τοῦ Περσικοῦ κόλπου ἀπὸ τοῦ Ἀσαβῶν ὄρους καὶ τοῦ Ἀσαβῶν ἀκρωτηρίου μέχρι τοῦ Σεμιράμιδος στρογγύλου ὄρους καὶ Καρπέλλης ἀκρωτηρίου [στάδιοι „α,ςψϟʹ.

28. Μετὰ δὲ τὴν Κάρπελλαν ἄκραν] ἐκδέχεται τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος πρὸς ἀνατολὰς ἐκτεινόμενον· ᾧ τὸ λειπόμενον μέρος τῆς Καρμανίας παρήκει μέχρι Μουσαρναίων γῆς. Ἐκδέχεται τοίνυν μετὰ τὴν ἄκραν τὴν Κάρπελλαν μέγιστος κόλπος ὁ καλούμενος Παράγων, διήκων μέχρι τοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ καλουμένου Ἀλαμβατὴρ, καὶ τῆς νήσου τῆς καλουμένης Ζίβης. Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει. Ἀπὸ Καρπέλλης ἄκρας εἰς Κανθάτιν πόλιν στάδιοι ͵α. Ἐνταῦθα παροικοῦσιν οἱ καλούμενοι Πασαργάδαι, τοῦ Καρμανῶν ὄντες γένους. Ἀπὸ δὲ Κανθάτιδος πόλεως εἰς Ἄγρισαν πόλιν στάδιοι σνʹ. Ἀπὸ δὲ Ἀγρίσης πόλεως ἐπὶ Ὄμμανα ἐμπόριον τῶν ἐπισήμων στάδιοι χʹ. Ἀπὸ δὲ Ὀμμάνων ἐπὶ Ῥόγανα στάδιοι ρνʹ. Ἀπὸ δὲ Ῥογάνων εἰς Σαλάρου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ρνʹ. Ἀπὸ δὲ Σαλάρου ποταμοῦ ἐπὶ Πασίδα στάδιοι σʹ. Ἀπὸ δὲ Πασίδος εἰς Σαμυδάκην πόλιν στάδιοι σʹ. Ἐνταῦθα παροικοῦσι Χελωνοφάγοι, τῆς Καρμανίας καὶ αὐτοὶ τυγχάνοντες. Ἀπὸ δὲ Σαμυδάκης πόλεως ἐπὶ Σαμυδάκου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι φʹ. Ἀπὸ δὲ Σαμυδάκου ποταμοῦ εἰς Τησὰ πόλιν στάδιοι υʹ. Ἀπὸ δὲ Τησὰ πόλεως εἰς Ὑδριάκου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι σʹ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ὑδριάκου ποταμοῦ ἐκβολῶν ἐπὶ Βαγίαν ἄκραν στάδιοι υʹ. Ἀπὸ δὲ Βαγίας ἄκρας εἰς Κυΐζα λιμένα στάδιοι σνʹ. Ἀπὸ δὲ Κυΐζων λιμένος εἰς Ἀλαμβατὴρ ἀκρωτήριον στάδιοι υʹ. Κατὰ ταῦτα [τὰ] μέρη κεῖται νῆσος πελαγία Πόλα καλουμένη. Παράκειται δὲ τῷ Ἀλαμβατὴρ ἀκρωτηρίῳ νῆσος καλουμένη Ζίβη. Ἐνταῦθα τελευτᾶν τὸν

parapli ab Asaborum monte et Asaborum promontorio usque ad Semiramidis rotundum montem et Carpellam promontorium [*stadia* 16790.

28. *Post Carpellam promontorium*] excipit Indicum pelagus orientem versus extensum, juxta quod est reliqua Carmaniæ pars usque ad Musarnæorum terram. Post Carpellam igitur promontorium sequitur maximus sinus, Paragon nuncupatus, qui pertinet usque ad promontorium Alambater dictum et insulam quæ vocatur Ziba (*Liba?*). Singula vero sic se habent. A Carpella promontorio ad Canthatin civitatem stadia 1000. Hic habitant qui Pasargadæ appellantur, ex Carmanorum genere. Ab urbe Canthatide ad urbem Agrisam stadia 250. Ab Agrisa urbe ad Ommana emporium insigne stadia 600. Ab Ommanis ad Rhogana stadia 150. A Rhoganis ad Salari fluvii ostia stadia 150. A Salaro autem fluvio ad Pasidem stadia 200. A Paside ad Samydacem civitatem stadia 200. Hic juxta habitant Chelonophagi, ipsi quoque Carmaniæ gens. Ab urbe Samydace ad ostia Samydaci fluvii stadia 500. A Samydaco fluvio ad Tesa urbem stadia 400. Ab Tesa urbe ad ostia Hydriacæ fluvii stadia 200. Ab ostiis Hydriacæ fluvii ad Bagiam promontorium stadia 400. A Bagia promontorio ad Cyiza portum stadia 250. A Cyizis portu ad Alambater promontorium stadia 400. Juxta hæc loca in alto jacet insula Pola (*Polla?*) nominata. Alambater autem promontorio adjacet insula Ziba (*Liba?*) appellata. Hic sinum, qui Paragon cognominatur, desinere supra diximus. Est autem totius ejus paraplus

---

‖ — 1. τοῦ Ἀσάβω ὄρους καὶ τῆς Ἀγαβῶ ἀκρωτ. codex; em. Salmas Exerc. Plin. p. 351. ‖ — 3. Σεράμιδος cod. ‖ — 4. Inclusa supplevi. De numero stadiorum 16790 vide not. ad § 51. In antecedentibus numeri afferuntur hi :

Ab Asabôn pr. ad Mæsaniten sinum stadia	5140
A Tigri ad Oroatin.	3430
Hinc ad Bagradam.	3400
Hinc ad Carpellam.	4250
	16220

Quibus addendum est spatium quod relinquitur inde a sinu Mæsanite usque ad Tigridis os orientale.

§ 28, l. 7. Μουσαρμάνων γῆς cod. ‖ — 10. Ἀλαμβατὴρ] Sic nunc in Ptolemæo editur, ubi vide var. lect. ap. Wilbg. p. 414; Ἀλαμβαπὺρ h. l., Ἀλαμβατεὶρ cett. locis codex noster. ‖ — 11. Ζίβης] Ξίβος h. l. codex. Sed infra insula Ζίβα vocatur; ap. Ptol. insula ignota audit Λίβα. ‖ — 12. Κανθάτιν] sic Ptol.; Κανεάτιν cod. ‖ — 14. Πασαργάδαι] sic Ptolem.; Πασαργάδες codex, qui dein. : οὐ Καρμανῶν ὄντες ἐγγύς; em. Voss. ‖ — 15. Κανράτιδος cod. ‖ — 16. ἀπὸ δὲ Ἄγρις τῆς πόλεως cod. Apud Ptolem. urbs Ἄγρις vocatur. ‖ — 16. Ὄμανα hoc. l. codex; sed mox ἀπὸ δὲ Ὀμμανῶν. Anonym. peripl. m. Erythr. § 36 p. 285 : ἐμπόριον.. τὰ λεγόμενα Ὄμμανα (sic codex Palatin.; non vero Ὄμανα). In Ptolemæo p. 413,30 codices : Νόμμανα, Νόμβανα, Κόμμανα; vulgo editt. Κομβάνα. ‖ — 17. Ῥόγανα] Sic etiam apud Ptolem. codices Wilbergi, dum veteres editiones habent Γόγανα, fortasse rectius. Cf. not. ad Arrian. Ind. p. 349. ‖ — 20. ἐπὶ Πασίδα... ἀπὸ Πασιδῶν codex; ap. Ptolem. in codd. Wilb. oppidum vocatur Μασίς, Μασίν, vulgo editur Μάγιδα. Marciani scripturam potiorem habeo, quum omnia suadeant Pasidem esse hodiernam *Pagistan* V. not. ad Arrian. l. l. ‖ — 20. εἰσαμυδακὴν... ἀπὸ δὲ Σαμυδάκης codex. Σαμυδάκη ap. Ptol. ‖ — 23. Σαμυλακοῦ... ἀπὸ Σαμυδάκου cod. ‖ — 25. Τησὰ] sic codex h. l. et mox iterum absque declinatione. Ptolemæi codices : Τῆσα, Τίσα Τεῖσα. Hodie *Tiz*. ‖ — 25. Ὑδριάκου] sic vulgo etiam apud Ptolemæum legitur, sed codd. in Wilbergi editione præbent Καυδριάκους. *Hydriacus* ap. Ammian. XXIII, 6, 48. ‖ — 27. Βαγίαν] sic Ptolem.; Βάγεια ἄκρη Arrian. Ind. 28, 9; Βασία... Βασίας codex noster. ‖ — 30. τὰ add. Miller. ‖ — 30 Πόλα] Πόλλα Ptolem. ‖ 32. Ζίβη] Supra legimus Ξίβος; in Ptolemæo

κόλπον τὸν καλούμενον Παράγοντα προειρήκαμεν. Ἔστι δὲ ὁ πᾶς περίπλους αὐτοῦ ἀπὸ Καρπέλλης ἄκρας εἰς Ἀλαμβατὴρ ἀκρωτήριον σταδίων ‚δψ′.

29. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀλαμβατὴρ ἀκρωτηρίου εἰς Δερενόβιλλαν στάδιοι σν′. Ἐνταῦθα παράκειται νῆσος Κάρμινα καλουμένη. Ἀπὸ δὲ Δερενοβίλλης εἰς Κώφαντα λιμένα στάδιοι σν′. Ἀπὸ δὲ Κώφαντος λιμένος εἰς Ζοράμβου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι σ′. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ζοράμβου ποταμοῦ εἰς Βάδαρα στάδιοι σν′. Ἀπὸ δὲ Βαδάρων εἰς Μουσάρνα πόλιν στάδιοι τ′.

30. Ἔστι δὲ τῆς Καρμανίας τὸ μὲν μῆκος στάδιοι ‚ζ, τὸ δὲ πλάτος ‚αφ′. Ἔχει δὲ ἔθνη ἤτοι σατραπείας ι′, πόλεις δὲ ἐπισήμους καὶ κώμας κγ′, ὄρη ἐπίσημα γ′, ποταμοὺς ἐπισήμους ι′, ἀκρωτήρια ἐπίσημα γ′, λιμένας ἐπισήμους ε′. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Καρπέλλης ἀκρωτηρίου μέχρι Μουσάρνων πόλεως τοῦ περίπλου τῆς Καρμανίας τῆς παρὰ τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος στάδιοι ‚εϡν′. Οἱ δὲ σύμπαντες ἀπὸ τοῦ Βαγράδα ποταμοῦ μέχρι Μουσάρνων πόλεως τοῦ περίπλου πάσης τῆς τῶν Καρμανῶν παραλίας στάδιοι „ασ′.

ΓΕΔΡΩΣΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

31. Ἡ Γεδρωσία περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῇ Δραγγιανῇ καὶ τῇ Ἀραχωσίᾳ, ἀπὸ δὲ δύσεως τῇ προειρημένῃ Καρμανίᾳ μέχρι θαλάσσης, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ τῆς Ἰνδικῆς μέρει τῷ παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν μέχρι τοῦ πρὸς τῇ μνημονευθείσῃ Ἀραχωσίᾳ ὁρίου, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ Ἰνδικῷ πελάγει. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοιαύτη, τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει.

32. Ἀπὸ Μουσάρνων πόλεως εἰς Ἀρτάβιος ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ‚ατ′. Ἀναπλεύσαντος δὲ τῷ ποταμῷ πόλις ἐν δεξιᾷ κατὰ τὸν ἀνάπλουν κεῖται Ἄρβις καλουμένη· καὶ ἔτι ἀνώτερον ὁμοίως ἐν δεξιᾷ τοῦ ποταμοῦ,

a Carpella promontorio ad Alambater promontorium stadiorum 4700.

29. A promontorio Alambater ad Derenobillam stadia 250. Ibi adjacet insula Carmina nuncupata. A Derenobilla ad Cophantem portum stadia 250. A portu Cophante ad ostia Zorambi fluvii stadia 200. Ab Zorambo fluvio ad Badara stadia 250. A Badaris ad Musarna urbem stadia 300.

30. Patet autem Carmania in longitudinem stadia 7000, in latitudinem stadia 1500. Gentes sive satrapias habet 10, urbes insignes et vicos 23, montes insignes 3, fluvios insignes 10, promontoria insignia 3, portus insignes 2, insulas insignes 5. Carmaniæ Indico pelago adjacentis periplus, a Carpella promontorio usque ad Musarna civitatem summam habet stadiorum 5950. Peripli totius Carmaniæ oræ maritimæ, a Bagrada fluvio ad Musarna urbem, stadia universa sunt 10200.

GEDROSIÆ PERIPLUS.

31. Gedrosia terminatur a septentrionibus Drangiana et Arachosia, ab occasu Carmania prædicta usque ad mare, ab oriente Indiæ parte juxta Indum fluvium usque ad limitem Arachosiæ jam memoratæ, meridie autem Indico pelago. Atque generalis quidem circumscriptio hæc est, particularis autem ad hunc habet modum.

32. A Musarnis civitate ad ostia Artabis (*Arabis*) fluvii stadia 1300. In fluvio sursum naviganti a dextra jacet urbs Arbis nominata, et superius ad dextrum item fluvii latus Parsis Gedrosiæ metropolis. A fluvio

---

insula vocatur Αἵβα. || — 3. ‚δψ′] ‚αψ′ cod. E singulis numeris colliguntur stadia 4700.

§ 29, l. 4. Δερενόβιλλα cod.; Δερανοίβιλα, Δεράνη βίλλα, Μοδερανίβηλα, Δεράνα κώμη, Δερανόβιλα codd. Ptolemæi. In Arriano Ind. 27,3 Δενδρώβοσα locus a nostro non diversus esse videbatur plurimis. || — 5. Κάρμινα] Κάρμιννα codex; Κάρμινα Steph. Byz. et Ptolemæi codices Wilbergi tres, ubi vulgo Κάρμιννα editur. Καρβίνη et Καρνίνη codd. Arriani Ind. 26,6, ubi vide notata. || — 6. Κώφαντα] sic Arrian. 27, 4. Κωφάντα cod.; ap. Ptolemæum est Κωφάντα λιμήν pro Κώφας λιμήν. || — 8. Ζοράμβου] ap. Ptol. vulgo Ζωράμβου; Wilberg e suis codd. Ζορόμβου. || — 9. εἰς Βάραδα.. ἀπὸ Βαδάρων codex; locus scribitur Βαδάρα (Βόδαρα Wilb.) ap. Ptolem., Βάλαρα apud Philostrat., Βάρνα ap. Arrian. Ind. 27,2 ubi vide notata. || — 10. Μουσάρνα] sic etiam Ptolem.; Μόσαρνα Arrianus l. l.

§ 30, l. 12. σατραπίας cod. || — 13. ι′] Scilicet Σωξόται οἱ καμηλοβοσκοί, ἡ Ῥουδιανή, ἡ Ἀγδηνῖτις, ἡ Παραιπαφῖτις, οἱ Ἄραι, οἱ Χαράδραι, ἡ Καμβαδηνή, ἡ Κανθωνική, οἱ Πασαργάδαι, οἱ Χελωνοφάγοι. V. Ptol. VI, 8 p. 415. || — κγ′] 22, ap. Ptolemæum. || — ὄρη γ′] Semiramidis mons, Parsici montes et alii in media Carmania, quorum nomen Ptolemæus non apposuit. || — 15. Καρπέλλα cod. || — 18. ‚εϡν′] ‚ετν′ codex. Colliguntur 5900 stadia. Siglæ τ′ et ϡ′ facile confundebantur. Porro sequens numerus „ασ′, 10200, postulat, ut nostro loco sint stadia 5950, siquidem 10200=4250+5950. Redit numerus 5950 in consummatione intervallorum § 51, ita tamen ut pro ‚εϡν′ corrupte codex præbeat ‚εψν′.

§ 31. Vid. Ptolemæus VI, 20. || — 22. Ἡ ante Γεδρωσία om. Miller; habet codex. || — 23. Ἀραχωσίου codex.

§ 32. Μουσαρνῶν cod. || — Ἀρτάβιος] Inconstantiam nominum Ἄρταβις ποταμός, Ἄρβις πόλις, Ἀραβιτῶν κῶμαι corrigendo tollendam esse haud dixerim. Quod omnium maxime offendit fluvii nomen Ἄρταβις, quum vel Ἄραβις vel Ἄρβις exspectes, non esse sphalma librarii, colligas ex Ammiano Marcellino XXIII, 6,73 : *Gedrosia.. inter minores alios Artabio uberior flumine.* In Ptolemæi codd. habes Ἄραβιν seu Ἀράβιον ποταμόν, Ἀραβιτῶν (Ἀρβιτῶν v. l.) κῶμαι, Ἄρβιτα ὄρη (*Barbitani montes* ap. Ammian. l. l.); Ἄρβιν πόλιν. Cf. de his nominibus et de locorum ratione notata ad Arrian. Ind. c. 22, p. 338. || — 30. ἀναπλεύσαντες cod.; ἀναπλεύσαντι Miller. || — 31. πόλεις cod. || — 31. Ἀρβίς

πόλις Παρσὶς ἡ μητρόπολις τῆς Γεδρωσίας. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρτάβιος ποταμοῦ εἰς Ῥάπραυα πόλιν στάδιοι φν'. Ἀπὸ δὲ τῆς Ῥάπραυα πόλεως ἐπὶ Γυναικῶν λιμένα στάδιοι φ'. Ἐνταῦθα κεῖνται αἱ τῶν Ἀραβιτῶν κῶμαι. Ἀπὸ δὲ Γυναικῶν λιμένος εἰς Κοίαμβα στάδιοι υ'. [Ἀπὸ δὲ Κοιάμβων εἰς Ῥίζανα στάδιοι ,αρ']. Ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Παταληνὴ χώρα, ἧς τὸ πλεῖστον ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς τοῖς στόμασιν ἐμπεριείληφε· καὶ αὐτὴν δὲ τὴν μητρόπολιν καλουμένην Πάταλα μετὰ τὸ γ' στόμα τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ὥσπερ νῆσον κεῖσθαι συμβέβηκε, καὶ ἑτέρας πόλεις πλείστας.

33. Ἔστι δὲ τῆς Γεδρωσίας τὸ μὲν μῆκος σταδίων ,ϛχ', τὸ δὲ πλάτος σταδίων ,εσν'. Ἔχει δὲ ἔθνη ἤτοι σατραπείας η', πόλεις δὲ ἐπισήμους καὶ κώμας ιϐ', ὄρος μέγιστον α', ποταμὸν μέγαν α', λιμένα ἐπίσημον α', νήσους ἐπισήμους ϐ'. Οἱ πάντες ἀπὸ Μουσάρνων πόλεως εἰς Ῥίζανα τῆς τῶν Γεδρωσίων παραλίας στάδιοι ,γων'.

INKIKHΣ ΤΗΣ ΕΝΤΟΣ ΓΑΓΓΟΥ ΠΟΤΑΜΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΗι ΚΟΛΠΩΝ ΚΑΙ ΝΗΣΩΝ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

34. Ἡ ἐντὸς Γάγγου ποταμοῦ Ἰνδικὴ περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ Ἰμάῳ ὄρει παρὰ τοὺς ὑπερκειμένους αὐτοῦ Σογδιανοὺς καὶ Σάκας, ἀπὸ δὲ δύσεως πρὸς μὲν τῇ θαλάσσῃ τῇ προειρημένῃ Γεδρωσίᾳ, κατὰ δὲ τὴν μεσόγειον τῇ Ἀραχωσίᾳ καὶ ἀνωτέρω τοῖς Παροπανισάδαις, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ Γάγγῃ ποταμῷ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ Ἰνδικῷ πελάγει. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοιαύτη· [τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·]

[Λείπει τὰ κατὰ μέρος]

Ὁ δὲ πᾶς περίπλους ἀπὸ τοῦ Ναυστάθμου λιμένος ,ιε-

autem Artabi (*Arabi*) ad Rhapraua civitatem stadia sunt 550. A civitate Rapraua usque ad Mulierum portum stadia 500. Hic jacent Arbitorum vici. A Mulierum portu ad Cœamba stadia 400. [*A Cœambis ad Rhizana stadia* 1100]. Hinc incipit Patalene regio, cujus maximam partem ostiis suis Indus fluvius complectitur; atque ipsam etiam metropolin, quæ Patala nuncupatur, post tertium Indi fluvii ostium sitam esse, quasi insulam, contigit, aliasque urbes plurimas.

33. Patet autem Gedrosia in longitudinem stadia 6600, in latitudinem stadia 5250. Continet provincias sive satrapias 8, civitates et vicos insignes 12, montem maximum 1, fluvium magnum 1, portum insignem 1, insulas insignes 2. Gedrosiorum oræ a Musarnis civitate usque ad Rhizana stadia universa sunt 3,850.

INDIÆ INTRA GANGEM FLUVIUM, ET SINUUM INSULARUMQUE AD EAM PERTINENTIUM PERIPLUS.

34. Quæ intra Gangem fluvium est India definitur a septentrionibus Imao monte juxta superjacentes ei Sogdianos et Sacas, ab occasu mare versus Gedrosia prædicta, in mediterraneis Arachosia et superius regione Paropanisadarum, ab oriente autem Gange fluvio, a meridie Indico pelago. Et generalis quidem descriptio hæc est; [*particularis vero ita habet :*]

[*Excidit periplus a Naustathmo ad Cory.*]

Universus autem periplus partis prædictæ Indiæ intra

---

sicut mox Περσίθ (sic), codex. In Ptolemæo libri fluctuant inter Ἀρϐὶς, Παρσὶς et Ἄρϐις, Πάρσις. || — 2. Ῥάπραυα et deinde τῆς Ῥαπραύα cod. In Ptolemæo vulgo Ῥαπαύα, quod in nonnullis codd. abiit in Ῥαγίανα, confusis Π et ΓΙ; nostram formam ex earundum literarum confusione indicant ii codices Ptolem., in quibus legitur Ῥαγίραυα. Subest nomen hodiernum *Arabah* s. *Arubah*. Quare verior forma sit Ῥαπαύα. V. not. ad Arrian. Ind. 26. || — 4. Ἀραβίτων cod. || — 5. Κοιάμϐα Ptol.; nostrum vocis accentum præbent codices Ptolemæi, in quibus legitur Κίαμϐα et Κόσαμϐα. || — 6. Inclusa supplevi. A Musarnis ad Cœamba colliguntur stadia 2750; a Musarnis usque ad Rhizana paullo post et § 51 computantur stadia 3850; igitur a Cœambis ad Rhizana sunt stadia 1100. Ptolemæus Rhizana locum in extrema quidem Gedrosia notat, sed ita ut a Cœambis nonnisi 40' dissitus sit, a primo autem Indi ostio distet 1° 20'. Contra Marcianus Rhizana non longe ab Indo posuisse tum 1100 stadiorum distantiâ probatur, tum verbis ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Παταληνὴ χώρα. At vereor ne parum accurate Marcianus vel excerptor noster egerit. Nam quum Gedrosiæ oræ litus Indicum ita adjungatur, ut initium ejus computetur a Naustathmo, non vero a Rhizanis : seriem continuam desideras. Itaque suspicio est stadia 1100 quæ nostro loco supplenda sunt, non ad Rhizana usque, sed usque ad Naustathmum fuisse computanda.

§ 33, l. 14. σατραπίας cod. || — 17. Ῥίζαν cod. Infra § 51 codex : μέχρι Ῥιξαναπόλεως (sic). Apud Ptolemæum legitur Ῥιζάνα.

34. Vid. Ptolemæus VII, 1. || — 23. Σογδιανοὺς] Σογδιαίους Ptol. || — 25. Παροπανισάδαις] sic etiam Ptolemæus. Eodem modo per ν literam nomen scribitur in Plinii codicibus melioribus. Male editores in Marciano dederunt Παροπαμισάδαις. De ratione nominis vid. Lassen *Ind. Alterth.* I, p. 22 not.; Ritter *Erdk.* tom. V, p. 449. Cf. Steph. Thes. gr. v. Παροπαμισός. || — 28. Inclusa inserui. Particularem descriptionem oræ maritimæ ab Indo ad Cory promontorium excerptor omisit. Per reliquam quoque hujus peripli partem summa rerum capita paucis lineolis adumbrasse satis habuit. || — 30. Ναυστάθμου] Infra § 37 habes : τοῦ Ναυστάθμου λιμένος τοῦ ἐν τῷ Κάνθι κόλπῳ. Qui quidem Canthi sinus ex mente Ptolemæi et Marciani incipit inde a finibus Gedrosiæ. Vid. Ptolem. VII, 1, 2 : Συραστρηνῆς ἐν κόλπῳ, καλουμένῳ Κάνθι, Ναύσταθμον ὅρμος, 109° 30' long., 20° lat. || — Τὸ δυσμικώτατον τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ στόμα, ὃ καλεῖται Σάγαπα, 111° 20' long.,

χρι τοῦ Κῶρυ ἀκρωτηρίου τοῦ μέρους τοῦ προειρημένου τῆς ἐντὸς Γάγγου Ἰνδικῆς σταδίων „β ,αψκε'.

Gangem a Naustathmo portu usque ad Cory promontorium est stadiorum 21725.

ΤΑΠΡΟΒΑΝΗΣ ΝΗΣΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

35. Τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς Ἰνδικῆς τῷ καλουμένῳ Κῶρυ ἀντίκειται τὸ τῆς Ταπροβάνης νήσου ἀκρωτήριον τὸ καλούμενον Βόρειον. Ἡ δὲ Ταπροβάνη νῆσος πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Παλαισιμούνδου, νῦν δὲ Σαλική. Τοῦτο δὲ τὸ ἀκρωτήριον τῆς νήσου τὸ ἀντικείμενον τῷ Κῶρυ, ὅπερ ἔφαμεν καλεῖσθαι Βόρειον ἄκρον, ἀπέχει ἀπὸ μὲν τοῦ ἀνατολικοῦ ὁρίζοντος σταδίους „β ,ςυξ', ἀπὸ δὲ τοῦ δυτικοῦ ὁρίζοντος σταδίους „ς καὶ ,αχκς', ἀπὸ δὲ μεσημβρίας καὶ ἰσημερίας ὡς πρὸς ἄρκτους σταδίους ,ςτν'.

[Λείπει τὰ κατὰ μέρος]

TAPROBANÆ INSULÆ PERIPLUS.

35. Promontorio Indiæ, quod Cory appellatur, opponitur promontorium Taprobanæ insulæ Boreum nuncupatum. Taprobane autem insula prius Palæsimundu vocabatur, nunc vero Salice. Hoc vero insulæ promontorium, quod Cory promontorio oppositum Boreum appellari diximus, ab horizonte orientali distat stadia 26460, ab occidentali stadia 61626, a meridie autem et æquatore versus boream stadia 6350.

[*Omissus insulæ periplus.*]

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑ.

[Μάργανα, πόλις τῆς Ἰνδικῆς. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ. Ἔστι καὶ Μαργάναι πληθυντικῶς.]

* * * * * * * * * * * *

36. Μετὰ δὲ τὸ Βόρειον τοίνυν ἀκρωτήριον ἡ ὅλη περιγραφὴ καὶ ὁ περίπλους τῆς Ταπροβάνης νήσου τὸν τρόπον ἔχει τοῦτον· κατὰ μὲν διάμετρον τῷ μήκει στάδιοι ,θφ', τῷ δὲ πλάτει στάδιοι ,ζφ'. Ἔχει δὲ ἔθνη ἤτοι σατραπείας ιγ', πόλεις δὲ ἐπισήμους καὶ ἐμπόρια κβ', ὄρη ἐπίσημα β', ποταμοὺς ἐπισήμους ε', ἀκρωτήρια ἐπίσημα η', λιμένας ἐπισήμους δ', κόλπους μεγάλους β', αἰγιαλὸν μέγαν α'. Οἱ πάντες τοῦ περίπλου τῆς Ταπροβάνης νήσου στάδιοι „β ,ςτπε'. Καὶ περὶ μὲν τῆς Ταπροβάνης νήσου τοσαῦτα εἰρήσθω. Πάλιν δὲ ἐπανήξομεν ἐπὶ τὸν παράπλουν τῆς ἐντὸς Γάγγου Ἰνδικῆς.

[Λείπει τὰ κατὰ μέρος]

FRAGMENTUM.

[Margana, urbs Indiæ. Marcianus in periplo. Voca etiam Marganæ, plurali numero.]

* * * * * * * * * * *

36. Post Boreum igitur promontorium tota circumscriptio et periplus insulæ Taprobanæ est ad hunc modum : longitudine per diametrum sunt stadia 9500, latitudine vero stadia 7,500. Habet gentes sive satrapias 13, urbes insignes et emporia 22, montes insignes 2, fluvios insignes 5, promontoria insignia, 8, portus insignes 4, sinus magnos 2, litus magnum 1. Peripli insulæ Taprobanæ stadia omnia sunt 26,385. Et de insula quidem Taprobana hæc dicta sunto. Rursum vero revertemur ad præternavigationem Indiæ intra Gangem.

[*Excidit paraplus oræ a Cory pr. ad Apheterium.*]

ΤΟΥ ΓΑΓΓΗΤΙΚΟΥ ΚΟΛΠΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

37. Ἀπὸ τοῦ Ἀφετηρίου τούτου ἐκδέχεται ὁ Γαγγητικὸς καλούμενος κόλπος μέγιστος ὢν σφόδρα, οὗ κατὰ

SINUS GANGETICI PERIPLUS.

37. Apheterion hoc [sive locum unde solvunt in Chrysen navigantes] excipit sinus valde magnus, Gan-

---

19° 50' lat. Naustathmus. haud dubie est Alexandri portus apud Arrianum, prope hod. *Kuratchi.* || — 7. Κωρὺ codex. || — 2. „β ,αψκε'] ,αψκέ (1725) codex aperto errore, quem correxi præfixo numero „β. Emendationem facillimam suggerit computus ex quo a Naustathmo ad Gangem numerantur stadia 35695, ab Apheterio autem ad Gangem stadia 5560, adeo ut a Naustathmo ad Apheterium esse debeant stadia 30135. Intervallum a Cory ad Apheterium in codice nostro excidit; est vero ap. Ptolemæum stadiorum circiter 8000; eundem fere numerum habebis apud Marcianum (sc. stadiorum 8410), si spatium a Naustathmo ad Cory ponas stadiorum 21725.

§ 35, 6. Βόριον cod. h. l. et infra. || — 7. Παλαισιμουνδοῦ cod. Cf. not. ad An. peripl. mar. Erythr. § 61, p. 301. || — 10. Cf. Ptolemæus.I, 14 : Πᾶσα ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ Κῶρυ μέχρι Καττιγάρων μοιρῶν ἐστιν ἔγγιστα νβ' (52+500=26000). Idem ib. :... ὥστε καὶ ὁ μὲν διὰ τοῦ Κῶρυ μεσημβρινὸς ἀπέχει τοῦ διὰ τῶν Μακάρων νήσων μικρῷ πλέον ρκε' μοίρας (125+500=62,500). || — 16. Ipse periplus insulæ omissus. Petita ex eo Marganæ vel Marganarum mentio apud Stephanum Byzantium. Sita urbs sec. Ptol. VII, 4, 3 longitud. gr. 123° 30', latitud. gr. 10° 30'.

§ 36, l. 18. ἡ ὅλη] ἡ ἄλλη cod. et editt. || — 20. Dimensiones insulæ Marcianus majores affert, quam Ptolemæi rationes admittunt. Hunc si sequaris, longitudo insulæ 7000 fere stadiorum, latitudo autem 5000 stadiorum. Ceterum varias de hac re vett. sententias vide apud Mannertum V, 1, p. 276. || — 22 σατραπίας cod. h. l. et infra sæpius.

§ 37, l. 32. Γαγγιτικοῦ cod. h. l. et mox iterum. || — ἀφετηρίου] Vide Ptolem. VII, 1, 15 : τὸ ἀφετήριον τῶν εἰς τὴν Χρυσῆν ἐμπλεόντων, 126° 20' long.,

τὸν μυχὸν ὁ Γάγγης ἐξίησι ποταμὸς, πέντε στόμασι τὴν ἐκβολὴν ποιούμενος, ὃν ἔφαμεν ὅριον εἶναι τῆς ἐντὸς Γάγγου Ἰνδικῆς καὶ τῆς ἐκτός.

[Λείπει τὰ κατα μέρος]

38. Ἔστι δὲ τῆς ἐντὸς Γάγγου ποταμοῦ Ἰνδικῆς τὸ μὲν μῆκος, ᾗ μακροτάτη τυγχάνει, ἀπὸ τοῦ πέμπτου στόματος τοῦ Γάγγου ποταμοῦ λεγομένου Ἀντιβολὴ ἕως τοῦ Ναυστάθμου λιμένος, τοῦ ἐν τῷ Κάνθι κόλπῳ, σταδίων „α,ησϟ'· τὸ δὲ πλάτος, ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ καλουμένου Ἀφετηρίου ἕως τῶν πηγῶν τοῦ Γάγγου ποταμοῦ, σταδίων „α,γ. Ἔχει δὲ ἔθνη ἤτοι σατραπείας νδ', πόλεις δὲ καὶ κώμας καὶ ἐμπόρια ἐπίσημα σιϛ', ὄρη ἐπίσημα ϛ', ποταμοὺς ἐπισήμους κγ', ἀκρωτήρια ἐπίσημα β', λιμένα ἐπίσημον α', κόλπους ἐπισήμους ε', στόματα ἐπίσημα ποταμῶν ιβ', ἀφετήριον ἐπίσημον α', συμβολὰς ποταμῶν ἐπισήμων ι', νήσους ἐπισήμους θ'.

39. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Ἀφετηρίου μέχρι τοῦ πέμπτου στόματος τοῦ Γάγγου ποταμοῦ τοῦ καλουμένου Ἀντιβολὴ τοῦ περίπλου τοῦ μέρους τοῦ Γαγγητικοῦ κόλπου στάδιοι ,εχξ'. Οἱ δὲ σύμπαντες ἀπὸ τοῦ Ναυστάθμου λιμένος ἕως τοῦ πέμπτου στόματος τοῦ Γάγγου ποταμοῦ, ὃ καλεῖται Ἀντιβολὴ, τοῦ περίπλου παντὸς τῆς ἐντὸς Γάγγου ποταμοῦ Ἰνδικῆς στάδιοι „γ,εχϟε'.

ΙΝΔΙΚΗΣ ΤΗΣ ΕΚΤΟΣ ΓΑΓΓΟΥ ΠΟΤΑΜΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΗι ΚΟΛΠΩΝ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

40. Ἡ Ἰνδικὴ ἡ ἐκτὸς Γάγγου ποταμοῦ περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τοῖς μέρεσι τῆς Σκυθίας καὶ τῆς Σηρικῆς, ἀπὸ δὲ δύσεως αὐτῷ τῷ Γάγγῃ ποταμῷ, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τοῖς Σίναις μέχρι τοῦ καλουμένου Μεγάλου κόλπου καὶ αὐτῷ τῷ κόλπῳ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ τε Ἰνδικῷ πελάγει καὶ μέρει τῆς Πρασώδους θαλάσσης, ἥτις ἀπὸ τῆς Μενουθιάδος νήσου ἀρξαμένη διατείνει κατὰ παράλληλον γραμμὴν μέχρι τῶν ἀντικειμένων μερῶν τῷ Μεγάλῳ κόλπῳ, καθὰ προειρήκαμεν.

[Λείπει τὰ κατὰ μέρος.]

41. Ἔστι δὲ τῆς ἐκτὸς Γάγγου ποταμοῦ Ἰνδικῆς τὸ μὲν μῆκος, ᾗ μακροτάτη τυγχάνει, σταδίων „α,αχν'· τὸ δὲ πλάτος, ᾗ πλατυτάτη ἐστὶ, σταδίων „α,θ. Ἔχει δὲ ἔθνη ἤτοι σατραπείας ν', πόλεις δὲ καὶ κώμας ἐπισήμους καὶ ἐμπόρια ξζ', ὄρη ἐπίσημα ιη', ἀκρωτήρια ἐπίσημα ε', λιμένας ἐπισήμους γ', κόλπον μέγιστον α', νήσους ἐπισήμους λ'.

42. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ [Μεγάλου] ἀκρωτηρίου μέχρι τοῦ πρὸς Σίνας ὁρίου τοῦ περίπλου τοῦ μέρους τοῦ Μεγάλου κόλπου τοῦ παρὰ τὴν ἐκτὸς Γάγγου Ἰν-

geticus appellatus, cujus in recessum Ganges fluvius exit per quinque ostia se exonerans; quem terminum esse diximus Indiæ intra Gangem et Indiæ extra Gangem.

[*Omissus periplus ab Apheterio ad Gangem.*]

38. Longitudo autem Indiæ intra Gangem fluvium, qua maxime patet, a quinto Gangis fluvii ostio, quod Antibole dicitur, usque ad Naustathmum portum in sinu Canthi situm est stadiorum 18290; latitudo autem a Apheterio, quod vocatur, promontorio usque ad fontes Gangis fluvii stadiorum 13000. Habet gentes sive satrapias 54, urbes et vicos et emporia insignia 216, montes insignes 6, fluvios insignes 23, promontoria insignia 2, portum insignem 1, sinus insignes 5, ostia fluviorum insignia 12, Apheterion insigne 1, fluviorum insignium confluentes 10, insulas insignes 8.

39. Totus autem periplus per eam Gangetici sinus partem, quæ est ab Apheterio usque ad quintum Gangis ostium, cui Antibole nomen, stadiorum est 5660. Totius vero Indiæ intra Gangem fluvium peripli, a Naustathmo portu usque ad quintum Gangis fluvii ostium, quod vocatur Antibole, stadia universa sunt 35695.

INDIÆ EXTRA GANGEM FLUVIUM ET SINUUM QUI AD EAM SUNT PERIPLUS.

40. India extra Gangem fluvium terminatur a septentrione partibus Scythiæ et Sericæ, ab occasu ipso Gange fluvio, ab oriente Sinarum regione usque ad sinum Magnum appellatum, et sinu ipso, a meridie Indico pelago et parte maris Prasodis, quod ab insula Menuthiade incipiens extenditur per lineam parallelam usque ad opposita Magno sinui partes, ut supra diximus.

[*Excidit periplus a Gange ad Sinas.*]

41. Indiæ extra Gangem longitudo, qua longissime patet, stadiorum est 11650; latitudo autem, qua latissime panditur, est stadiorum 19000. Gentes sive satrapias habet 50, urbes et vicos insignes et emporia 67, montes insignes 18, promontoria insignia 5, portus insignes 3, sinum maximum 1, insulas insignes 30.

42. In summa inde ab [*Magno*] promontorio usque ad Sinarum confinia periplus in ea Magni sinus parte, quæ est juxta Indiam extra Gangem, stadio-

---

11 lat. ꞵ — 1. ὁ Γάγγος cod. || — § 38, l. 8. Κάνθει cod.
§ 40 V. Ptolemæus VII, 2. || — 5. Literam I vocis Ἰνδικῆς, et mox litteras Ἡ et Ἰ in Ἡ Ἰνδικὴ rubricator pingere neglexit. || — 32. μέρει] μέχρι cod. || — 33. Μεθουσιάδος cod. || — § 41, l. 38 et 39. ᾗ] ἡ cod.

§ 42, l. 44. Μεγάλου e Ptolemæo supplev. Miller. || — In antecc. inter alia excidit longitudo peripli a Gange ad Magnum promontorium, quam fuisse stadiorum 32,800 ex collatis numeris duobus, qui h. l. afferuntur, colligitur.

διχὴν τυγχάνοντος στάδιοι ,,α,6φν'. Οἱ δὲ σύμπαντες ἀπὸ τοῦ πέμπτου στόματος τοῦ Γάγγου ποταμοῦ, ὃ καλεῖται Ἀντιβολὴ, μέχρι τῶν πρὸς τοὺς Σίνας τὸ ἔθνος ὅρων τοῦ περίπλου παντὸς τῆς παραλίας τῆς ἐκτὸς Γάγγου Ἰνδικῆς στάδιοι ,,δ,ετν'.

ΣΙΝΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΚΟΛΠΩΝ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

43. Τὸ τῶν Σινῶν ἔθνος περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων μέρει τῆς Σηρικῆς, ἀπὸ δὲ δύσεως τῇ ἐκτὸς Γάγγου ποταμοῦ Ἰνδικῇ κατὰ τὸ προειρημένον ἐν τῷ Μεγάλῳ κόλπῳ ὅριον, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν ἀγνώστῳ γῇ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῇ τε μεσημβρινῇ θαλάττῃ καὶ τῇ μεσημβρινῇ ἀγνώστῳ γῇ. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· [τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·]

[Λείπει τὰ κατὰ μέρος.]

44. Ἐντεῦθεν ἄρχονται παροικεῖν μέχρι τῆς μεσημβρινῆς ἀγνώστου γῆς Ἰχθυοφάγοι Σῖναι. Δύο γὰρ ἀγνώστους ὑπονοεῖν χρὴ γᾶς, τήν τε παρὰ τὴν ἀνατολὴν διήκουσαν, ἣ παροικεῖν εἰρήκαμεν τοὺς Σίνας, καὶ τὴν παρὰ τὴν μεσημβρίαν, ἥτις διήκει παρὰ πᾶσαν τὴν Ἰνδικὴν θάλασσαν ἤτοι τὴν Πρασώδη καλουμένην, μέρος οὖσαν τῆς Ἰνδικῆς θαλάσσης, ὥστε συνάπτουσαν ἑκατέρας τὰς ἀγνώστους γᾶς καθάπερ τινὰ γωνίαν ἀποτελεῖν περὶ τὸν τῶν Σινῶν κόλπον. Ὑπέρκειται δὲ τῶν Σινῶν ἥ τε τῶν Σηρῶν χώρα καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν. Τὰ δὲ ἀνατολικώτερα τούτων ἄγνωστός ἐστι γῆ, λίμνας ἔχουσα ἑλώδεις, ἐν αἷς κάλαμοι μεγάλοι φύονται, καὶ συνεχεῖς οὕτως, ὥστε ἐχομένους αὐτῶν ποιεῖσθαι τὰς διαπεραιώσεις.

ΤΟΥ ΘΗΡΙΩΔΟΥΣ ΚΟΛΠΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

45. Πλέοντι τοίνυν μετὰ τὸν Μέγαν κόλπον καὶ τὸ Νότιον ἄκρον ὡς πρὸς τὴν μεσημβρίαν καὶ ἀριστερὰν ἔχοντι τήν τε τῶν Σινῶν γῆν καὶ τὴν ἀνατολὴν, ἐκδέχεται κόλπος Θηριώδης καλούμενος, διήκων μέχρι τοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ καλουμένου Σατύρων ἄκρου. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Νοτίου ἄκρου μέχρι τοῦ τῶν Σατύρων ἀκρωτηρίου τοῦ περίπλου τοῦ Θηριώδους κόλπου στάδιοι ,,αφγ'.

rum est 12550. Peripli autem totius litoralis extra Gangem Indiæ, a quinto Gangis fluvii ostio, quod appellatur Antibole, usque ad Sinarum gentis confinia, stadia universa sunt 45350.

SINARUM REGIONIS ET SINUUM IN EA PERIPLUS.

43. Sinarum gens terminatur a septentrionibus parte Sericæ, ab occasu India extra Gangem fluvium juxta prædictum in Magno sinu terminum, ab ortu terra incognita, a meridie mari australi et terra australi incognita. Ac generalis quidem circumscriptio hunc in modum habet, [*singula autem ita :*]

[*Omissus Sinarum reg. periplus usque ad Notium pr.*]

44. Hinc vero accolere incipiunt Sinæ Ichthyophagi usque ad australem terram incognitam. Duæ enim terræ incognitæ statuendæ sunt, quarum una juxta orientem extensa, quam Sinas accolere diximus, et altera juxta meridiem, quæ porrecta est juxta totum mare Indicum sive juxta mare Prasode appellatum, quod est pars Indici maris, adeo ut conjungens inter se terram utramque efficiat veluti angulum quendam circiter Sinarum sinum. Sinis autem superjacet Serum regio et eorum metropolis. Quicquid his orientalius, terra est incognita, lacus habens stagnantes, in quibus calami magni nascuntur, et adeo constipati, ut innitentes iis lacus trajiciant.

FERINI SINUS PERIPLUS.

45. Igitur post sinum Magnum et Notium promontorium meridiem versus naviganti et ad lævam habenti Sinarum terram et orientem, occurrit sinus Ferinus nuncupatus, pertingens usque ad promontorium quod appellatur Satyrorum. Peripli sinus Ferini, a Notio promontorio ad Satyrorum promontorium, stadia universa sunt 10503.

---

§ 43. V. Ptolemæus VII, 3. || — 10. ἀγνώστῳ γῇ] Malis τῇ ἀνατολικῇ ἀγνώστῳ γῇ. Ptolemæus brevius : ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας ἀγνώστῳ γῇ. || — 13. Inclusa de meo inserui, notata deinceps lacuna.

§ 44. Ἐντεῦθεν] sc. ἀπὸ τοῦ Νοτίου ἄκρου, inde a quo post sinum Magnum sequuntur ὁ Θηριώδης κόλπος et ὁ τῶν Σινῶν κόλπος, quos § 45 et 46 auctor describit. || — 20. τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ cod.; em. editt. || — 21. συναπτούσας cod.; em. Hudson. || — 23. Exscripta hæc e Ptolemæo I, 17 p. 57 : Καὶ ὅτι ὑπέρκειται τῶν Σινῶν ἥ τε τῶν Σηρῶν χώρα καὶ ἡ μητρόπολις, καὶ τὰ ἀνατολικώτερα τούτων ἄγνωστός ἐστι γῆ λίμνας ἔχουσα ἑλώδεις, ἐν αἷς κάλαμοι μεγάλοι φύονται καὶ συνεχεῖς οὕτως, ὥστε ἐχομένους αὐτῶν ποιεῖσθαι τὰς διαπεραιώσεις. || — 27. ἐχομένων ed. Hœschel. ex apogr. Monacensi, ut videtur. Certe apogr. Vaticanum, sicut codex noster, recte habet ἐχομένους, quod ipse etiam Hœschelius reponi jussit in annotatione. || — 28. διαπερεώσεις codex.

§ 45, 29. τοῦ addidi. Ceterum hac inscriptione et sequente carere possis, siquidem sinus, qui in titulo segminis 43 memorantur, non alii esse possunt nisi ὁ Θηριώδης et ὁ Σινῶν κόλπος et dimidia pars sinus Magni. || — 32. τήν τε τὴν Σ. cod. || — 34. Σατύριον h. l. codex, sed postea recte Σατύρων. || — 35. ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου ἄκρου ed. Hœschel; fortasse sic habet apogr. Monacense; nam veram lectionem ἀπὸ τοῦ νοτίου ἄκρου et codex Parisinus habet et apographum Vaticanum; ipseque Hœschelius sic scribendum esse in notis monuit. || — 37. ,,αφγ'] Numerus aperte corruptus; nam quum tota Sinarum ora nonnisi 12650 stadiorum sit, ut traditur § 48 et 51, et sinus Sinarum pateat per stadia 1250, consequeretur eam oræ partem, quæ ad si-

ΤΟΥ ΤΩΝ ΣΙΝΩΝ ΚΟΛΠΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

46. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἄκρου τῶν Σατύρων ἐκδέχεται κόλπος μέγιστος, καλούμενος Σινῶν κόλπος. Παρήκει δὲ οὗτος μέχρι τῆς μεσημβρινῆς ἀγνώστου γῆς, ᾗ συνάπτει τὴν τῆς ἀνατολῆς ἄγνωστον γῆν, ἥπερ εἰρήκαμεν παροικεῖν τοὺς Σίνας. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκρωτηρίου τοίνυν τῶν Σατύρων ἐπὶ Κοττιάριος ποταμοῦ ἐκβολάς, ὅστις ἐξίησιν ἐν τῷ τῶν Σινῶν κόλπῳ, στάδιοι ,ασν'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κοττιάριος ποταμοῦ ἐκδέχεται Καττίγαρα, ὅρμος μὲν Σινῶν ὑπάρχων, ὅριον δὲ τῆς ἐγνωσμένης καὶ οἰκουμένης γῆς τῶν πρὸς τῇ μεσημβρίᾳ μερῶν. Τῶν δὲ σταδίων τοῦ περίπλου τούτου τὸν ἀριθμὸν οὐ ῥᾴδιον ἀναγράψαι. ἔσται δὲ μηδενὶ ἄλλῳ εὐμαρὲς [τὸν] ἐχόμενον περίπλουν [τὸν] μετὰ τὸν Σινῶν ὅρμον δηλῶσαι σαφῶς ἢ θείῳ τινὶ γνώστῃ, μήτε τὰ πρὸς τῇ μεσημβρίᾳ παρὰ τὴν ἄγνωστον διήκοντα γῆν σαφῆ καταστῆναι τοῖς ἀνθρώποις, μήτε τὴν παρὰ τὴν ἑῴαν μετὰ τοὺς Σίνας ἄγνωστον γῆν.

47. Ἔστι δὲ τῶν Σινῶν τὸ μὲν μῆκος τὸ μέγιστον σταδίων ,γ· τὸ δὲ πλάτος τὸ μέγιστον σταδίων „α,ζσν'. Ἔχει δὲ ἔθνη ἤτοι σατραπείας ε', πόλεις δὲ καὶ κώμας ἐπισήμους ζ', ὄρος ἐπίσημον α', ποταμοὺς ἐπισήμους δ', κόλπους ἐπισήμους (τόν τε Θηριώδη καὶ τὸν τῶν Σινῶν) β', ἀκρωτήρια ἐπίσημα β'. [Ὁμοῦ πόλεις καὶ κῶμαι τῆς ἀνατολικῆς γῆς φξ'.]

48. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ Μεγάλῳ κόλπῳ τῶν Σινῶν ὁρίου τοῦ ὄντος πρὸς τῇ Ἰνδικῇ τῇ ἐκτὸς Γάγγου ποταμοῦ ἐπὶ Κοττιάριος ποταμοῦ ἐκβολὰς τοῦ περίπλου παντὸς τῆς τῶν Σινῶν παραλίας στάδιοι „α,βχν'.

SINARUM SINUS PERIPLUS.

46. Post Satyrorum promontorium sequitur sinus maximus, Sinarum sinus appellatus. Hic extenditur usque ad australem terram incognitam, cui conjungit terram orientalem incognitam, juxta quam Sinas habitare diximus. A Satyrorum igitur promontorio usque ad ostia Cottiaris fluvii, qui exit in Sinarum sinum, stadia sunt 1250. Cottiarin autem fluvium excipit Cattigara, Sinarum statio terminusque terræ cognitæ et habitabilis ad partes meridionales. Stadiorum vero hujusce peripli numerum perscribere non est facile; haud alii autem quam divino cuidam cognitori in promptu erit sequentis post Sinarum stationem regionis periplum definite exponere, atque tum oræ ad meridiem juxta incognitam terram porrectæ, tum orientalis, quæ Sinas excipit, terræ incognitæ accuratam hominibus aperire notitiam.

47. Ceterum maxima Sinarum terræ longitudo est stadiorum 3000, latitudo autem maxima stadiorum 17250. Gentes vel satrapias habet quinque, urbes ac vicos insignes septem, montem insignem unum, fluvios insignes quattuor, sinus insignes duo (Ferinum scilicet et Sinarum sinum), promontoria insignia duo. [*In summa urbes et vici terræ orientalis sunt* 560].

48. Totius autem peripli juxta Sinarum oram, inde a Sinarum et Indiæ extra Gangem in sinu Magno confiniis usque ad Cottiaris fluvii ostia, colliguntur stadia 12650.

---

num Magnum pertinet et inde a media ejus parte incipit, nonnisi 897 esse stadiorum. Id vero minime caderet in dimidiam sinus partem, quem *Magnum* vocant, et longe abest a sententia Ptolemæi, apud quem oræ Sinarum pars dimidia et ultra juxta sinum Magnum protenditur. Quare suspicio est Marcianum, quamvis μέγιστον esse Ferinum sinum dicat, pro ,αφγ' dedisse ,δφν' (4550). Quamquam ne sic quidem sinus Ferini et Sinarum dimensiones ex Ptolemæi sententia constitutæ sint.

§ 46, l. 4. τὴν τῆς] καὶ τῆς cod. et editt. || — 6. Κοττιάριος] sic Ptol.; Κοττιαρίου cod. h. l. et in sqq. || — 8. Καττίγαρα ὅρμος] sic Ptol; Κατάττίγαρα ὅρος cod. Circa hæc verba in margine adscripta sunt manu eadem, quæ codicem exaravit: ὁμοῦ πόλεις καὶ κῶμαι τῆς ἀνατολ[ικῆς] γῆς φξ'. Quæ verba ad finem § 47 subjecimus. || — 12. ἔσται δὲ μηδενὶ ἄλλῳ κτλ. vel fort. ἔτι [μᾶλλον] δὲ μηδαμῶς εὐμαρὲς... εἰ μὴ θείῳ κτλ.] ἐπεὶ δὲ μηδὲ ἄλλως εὐμαρὲς ἐχόμενον περίπλουν μετὰ τῶν Σινῶν ὅρμον (sic) δηλῶσαι σαφῶς τῷ θείᾳ τινὶ γνώστῃ codex. Hiulca hæc, nunc vix persananda, ut poteram resarcivi. Quod Millerus recepit ex Dodwelli et Hudsoni conjecturis: ἐπεὶ καὶ μηδὲ ἄλλως εὐμαρὲς ἐχόμενον περίπλουν μετὰ τῶν Σ. ὅρμον δηλῶσαι σαφῶς τῷ θείῳ τινὶ γνωστόν: id nihili esse, vix est quod moneatur. Ante τῶν Σινῶν ὅρμον exciderit Καττίγαρα. Ceterum omnia hæc ἐπεὶ δὲ ... γνώστῃ, salvo sensu, ejici possent, et fort. nata sunt vel ex glossa ad verba τῶν δὲ σταδίων... ἀναγράψαι, vel ex conflata lectionis varietate.

§ 47. l. 18. Sec. Ptolemæum longitudo Sinarum regionis pertinet a 173°—180° longit., quibus fere respondent stad. 3000; latitudo vero a Serica usque ad Cottiarin fl., est graduum 42 (35°—7° austr. lat.). Millerus dedit τὸ δὲ μῆκος.. στάδια „γ (30000), quod a vett. geographia abhorreret. || — 23. β'] ε' codex. Quum præter partem sinus Magni nonnisi duo sinus apud vett. in Sinarum ora memorentur, doctus quidam depravatum numerum ε' miratus ad marginem annotaverit: β', τόν τε Θηριώδη καὶ τὸν τῶν Σινῶν. Inde verba τόν τε κτλ. in textum irrepserunt || — 23. ὁμοῦ.. φξ'] V. not. ad § 46. Quod numerum 560 attinet, is recte habet. Nam urbes et vicos habes Arabiæ 164, Susianæ 17, Persidis 32, Carmaniæ 23, Gedrosiæ 12, Taprobanes 22, Indiæ intra Gangem 216, Indiæ extra Gangem 67, Sinarum 7: ex quibus summa conflatur urbium 560. || — 27. Κοττιαρίου cod. || — 28. „α,βχν'] Idem numerus redit § 51.

ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ ΤΩΝ ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΩΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΔΙΑΣΤΗΜΑΤΩΝ.

50. Καὶ τὸν μὲν ὅλον περίπλουν καὶ περιγραφὴν τῆς παραθαλασσίου χώρας τοῦ τῆς Ἀσίας μέρους, τοῦ τε Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ ἔτι τοῦ Περσικοῦ κόλπου καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους, τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον συμβέβηκε· τὸ δὲ σύμπαν ἐστὶ διάστημα, τῶν κόλπων ἁπάντων περιπλεομένων ἀπὸ τοῦ Αἰλανίτου μυχοῦ ἕως Κοττιάριος ποταμοῦ ἐκβολῶν τοῦ ἐν τῷ κόλπῳ Σινῶν τυγχάνοντος, σταδίων ,,,ι ,,ε ,γσϟε'.

Τὰ δὲ κατὰ μέρος τῆς παραλίας τῶν ἀριστερῶν μερῶν ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον..

51. Ἀπὸ τοῦ Αἰλανίτου μυχοῦ, ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τοῦ περίπλου [τῶν] τῆς Ἀσίας ἀριστερῶν μερῶν, μέχρι τῶν στενῶν τοῦ Ἀραβίου κόλπου στάδιοι ,,α ,αχο'.

Ἀπὸ δὲ τῶν στενῶν τοῦ Ἀραβίου κόλπου τοῦ περίπλου τῆς τε Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ μέρους τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους στάδιοι ,,β ,αφλ'.

Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Περσικοῦ κόλπου μέχρι τοῦ αὐτοῦ πάλιν στόματος, τοῦ περίπλου παντὸς τοῦ Περσικοῦ κόλπου [στάδιοι ,,α ,ϛψϟ'.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Περσικοῦ κόλπου] μέχρι τῶν ὅρων τῆς τῶν Καρμανῶν παραλίας στάδιοι ,εϡν'.

Ἀπὸ δὲ τῶν προειρημένων τῆς Καρμανίας ὅρων μέχρι Ῥίζανα πόλεως τῆς τῶν Γεδρωσίων παραλίας στάδιοι ,γων'.

Ἀπὸ δὲ τῶν προρρηθέντων ὅρων τῆς Γεδρωσίας καὶ ἔτι τοῦ πρώτου καὶ δυσμικωτάτου στόματος τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τοῦ λεγομένου Σάγαπα, μέχρι τοῦ πέμπτου στόματος τοῦ Γάγγου ποταμοῦ, ὃ καλεῖται Ἀντιβολὴ, τῆς παραλίας τῆς ἐντὸς Γάγγου ποταμοῦ Ἰνδικῆς στάδιοι ,,γ,εχϟε'.

CONSUMMATIO OMNIUM DISTANTIARUM PRÆDICTARUM.

50. Ac totum quidem periplum et circumscriptionem maritimæ oræ Asiaticæ, nimirum sinus Arabici et Rubri maris, porro sinus Persici et Indici pelagi, hunc in modum se habere contigit; summa autem distantia, si sinus omnes circumnavigaveris ab Ælanitico recessu usque ad ostia Cottiaris fluvii in Sinarum sinu, stadiorum est 153295.

Particulares vero distantiæ sinistræ oræ maritimæ hoc modo se habent.

51. Ab Ælanitico recessu (unde exordium sumpsimus peripli sinistrarum Asiæ partium) usque ad fauces sinus Arabici stadia 11670.

A faucibus sinus Arabici peripli maris Rubri et partis Indici pelagi stadia sunt 21530 (21340?).

Ab ostio sinus Persici usque ad ostium periplus totius sinus Persici [*est stadiorum* 16790.

A sinu Persico] usque ad fines oræ Carmanicæ sunt stadia 5950.

A prædictis finibus Carmaniæ usque ad Rhizana oppidum ora Gedrosiæ est stadiorum 3850.

A prædictis finibus Gedrosiæ et a primo maximeque occidentali ostio Indi fluminis, quod vocatur Sagapa, usque ad quintum ostium Gangis fluvii, quod vocatur Antibole, Indiæ intra Gangem fluvium sitæ ora maritima est stadiorum 35695.

---

§ 50, l. 5. καὶ ἔτι τοῦ Περσικοῦ κόλπου] Hæc verba huc transposui e seqq., ubi codex turbatus ita habet : Τὸ δὲ σύνπαν (sic) ἐστὶ διάστημα τῶν κόλπων ἁπάντων περιπλεομένων καὶ ἔτι τοῦ Περσικοῦ κόλπου ἀπὸ τοῦ Περσικοῦ ἀπὸ τοῦ Αὐαλίτου μυχοῦ ἕως Κοττιαρίου ποταμοῦ κτλ. || — 11. ,,,ι ,,ε ,γσϟε'] ,,,ι ,,β ,γτϟε' hoc loco codex, at infra præbet numerum quem h. l. reposuimus. Summam enim non esse stadiorum 123395, sed potius 153295, e computo recte instituto apparet; certe de numero 153000 non est dubitatio; num vero stadia 395 an 295 rectius ponantur, dirimi nequit.

§ 51, l. 14... μυχοῦ ὅρων τὴν ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τὸν περίπλουν τῆς Ἀσίας κτλ. codex. Possis etiam ὅρων [ἀφ' ὧν]. || — 17. ,,α ,α χθ' codex, in quo quum θ' numerus a computationis ratione Marcianea abhorreat, ejus loco posui ο' numerum, qui cum illo facillime confunditur. 20. ,,β ,αφλ'] ,,αφλ, 10530, codex corrupte. Supra § 19 legimus Arabiæ felicis periplum esse stadiorum 38150. Jam quum ora sinus Arabici sit stadiorum 11670, ut modo legimus, porro quum ab Asabôn promontorio sive ab ostio sinus Persici usque ad Mæsaniten sinum stadia 5140 computentur § 19 : ad explendam summam stadiorum 38150 tribuenda oræ Arabiæ meridionali forent stadia 21340, ,,β,ατμ'. Hinc liquet nostro loco pro ,,α scribendum esse ,,β,α; minus patet num pro φλ' etiam scribendum sit τμ', an potius § 19 38150, ,,γ,ηρν', corruptum sit et mutandum in 38340, ,,γ,ητμ'. Illud tamen probabilius est. Quare in subjuncto laterculo pro 21530 posuimus 21340. || — 22. Inclusa supplevi. Excidisse quædam in codice tum inde intelligitur quod sinus Persicus non pertinet usque ad fines Carmaniæ, tum eo demonstratur, quod stadia 5950 supra § 30 numerantur ab ostio sinus Persici usque ad finem Carmaniæ. Quem supplevi stadiorum numerum 16790, postulat summa stad. 153295. Quum vero antecedens numerus non ab omni parte tutus sit, neque hunc pro certissimo venditare licet. Supra in ora sinus Persici recensentur stadia 16220, quibus addenda sunt stadia 500 vel 600 inter occidentale et orientale Tigridis ostium interjecta. V. not. ad § 27. || — 25. ,εϡν'] ,εψν' codex; at ,εϡν' reponendum esse patet ex § 30 ubi vide. || — 27. ἑδρωσίων cod.; ibidem Ῥιξαναπολεως (sic) cod. || — 28. γων'] sic etiam § 33. || — 31. Σάγαπα, non Σαγάπα, codex. || — 33. Γάγγου

Ἀπὸ δὲ τοῦ πέμπτου στόματος τοῦ Γάγγου ποταμοῦ, ὃ καλεῖται Ἀντιβολή, μέχρι τῶν ὅρων τῶν πρὸς τοὺς Σίνας, οἵτινες ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τοῦ καλουμένου Μεγάλου κόλπου τυγχάνουσι, τῆς ἐκτὸς Γάγγου ποταμοῦ Ἰνδικῆς στάδιοι „δ,ετν'.

Ἀπὸ δὲ τοῦ ἐν τῷ Μεγάλῳ κόλπῳ τῶν Σινῶν ὁρίου ἐπὶ Κοττιάριος ποταμοῦ ἐκβολὰς τῆς τῶν Σινῶν παραλίας στάδιοι „α,βχν'.

Οἱ πάντες ἀθροίζονται τοῦ προειρημένου περίπλου παντὸς τῶν ἀριστερῶν τῆς Ἀσίας μερῶν ἀπὸ τοῦ Αἰλανίτου μυχοῦ μέχρι τοῦ Σινῶν ἔθνους καὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Κοττιάριος ποταμοῦ στάδιοι ‚‚‚ι „ε,γσϟε'.

52. Τέλος τοίνυν ἐνθάδε τοῦ πρώτου βιβλίου ποιησόμεθα, παντὸς μὲν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, πάσης δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους τῶν τε δεξιῶν μερῶν, ἔτι μὴν καὶ τῶν ἀριστερῶν, ὅσα τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελείᾳ καὶ φιλομαθείᾳ γέγονεν ἐφικτά, μέχρι τῆς ἀγνώστου γῆς καθ' ἑκατέρας τὰς ἠπείρους, τῆς τε ἑῴας καὶ τῆς μεσημβρινῆς, τὸν περίπλουν ἀναγράψαντες. Ἀρξόμεθα δὲ τοῦ κατὰ τὸν δυτικὸν ὠκεανὸν περίπλου· τοῦτο γὰρ ἐν ἀρχῇ τοῦ βιβλίου πράξειν ὑπεσχόμεθα.

Μαρκιανοῦ Ἡρακλεώτου τοῦ Πόντου Περίπλους τῆς ἔξω θαλάσσης ἑῴου καὶ ἑσπερίου, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ μεγίστων νήσων. Τῶν εἰς β' τὸ α'.

A quinto Gangis fluvii ostio, quod vocatur Antibole usque ad Sinarum regionis confinia, quæ sunt in medio sinu Magno, Indiæ extra Gangem sitæ sunt stadia 4535o.

A termino Sinarum, qui est in sinu Magno, usque ad Cottiaris fluvii ostium ora Sinarum maritima est stadiorum 1265o.

Cuncta totius hujus peripli sinistrarum Asiæ partium, inde ab Ælanitico recessu usque ad Sinas et ostia Cottiaris fluvii, colliguntur stadia 153295.

52. Finem igitur hic faciemus primi libri, descripto periplo totius Arabici sinus et totius Rubri maris, quinetiam dextrarum nec non sinistrarum Indici pelagi partium, quoad fieri potuit hominum diligentia et studio, usque ad terram incognitam utriusque continentis, tam orientalem quam meridionalem. Exordiemur deinceps periplum occidentalis oceani, sicuti initio libri facere polliciti sumus.

Marciani Heracleensis ex Ponto Periplus exteri maris orientalis, maximarumque in eo insularum. Operis bipartiti liber prior.

[ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.]

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ β' Μαρκιανοῦ περίπλῳ ἑῴου καὶ ἑσπερίου ὠκεανοῦ.

Προοίμιον.

Ἰβηρίας τῆς καὶ Ἱσπανίας τῶν παρὰ τὸν δυτικὸν καὶ ἀρκτῷον ὠκεανὸν αὐτῆς μερῶν περίπλους. Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει.

Βαιτικῆς τῶν ἀπὸ τῆς Κάλπης μερῶν μέχρι τῶν τῆς Λουσιτανίας ὅρων περίπλους.

Λουσιτανίας περίπλους.

Ταρρακωνησίας περίπλους.

Τῆς καλουμένης Κελτογαλατίας περίπλους. Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει.

Ἀκυτανίας περίπλους.

Λουγδουνησίας περίπλους.

Βελγικῆς σὺν Γερμανίᾳ τῇ ἄνω καὶ [τῇ] κάτω περίπλους.

Γερμανίας [τῆς] μεγάλης περίπλους.

Σαρματίας τῆς ἐν Εὐρώπῃ περίπλους.

Περὶ τῶν Πρεττανικῶν νήσων.

[LIBER SECUNDUS.]

Hæc insunt libro secundo Marciani peripli oceani orientalis et occidentalis.

Prooemium.

Iberiæ sive Hispaniæ quatenus oceano occidentali et septentrionali adjacet, periplus; cujus partes ita habent :

Bæticæ partium a Calpe usque ad terminos Lusitaniæ periplus.

Lusitaniæ periplus.

Tarraconesiæ periplus.

Celtogalatiæ, quam vocant, regionis periplus; cujus partes sunt :

Aquitaniæ periplus.

Lugdunensis periplus.

Belgicæ una cum Germania inferiore et superiore periplus.

Germaniæ magnæ periplus.

Sarmatiæ Europææ periplus.

De insulis Britannicis.

Ἰνδικῆς ποταμοῦ cod. ‖ — „γ,εχϟε'] sic etiam § 39. ‖ — 5. „δ,ετν'] sic § 42; hoc loco codex corrupte „α,ετλ'. ‖ — 7. Κοτταρίου et mox Κιτταρίου cod. ‖ — 8. „α,βχν'] ut § 48. ‖ — 11. μέχρι τῶν Σ. ἔθνους cod.

§ 52, l. 17. φιλομαθίᾳ cod.; em. Miller. ‖ — 18. καθ'] καὶ cod. ‖ — 24. ἑῴου] ἑώτου codex ‖ — 25. τὸ α'] τά cod.; em. Haase. — Igitur consummatio intervallorum ita habet :

1.	Sinus Arabicus stadiorum	11,670
2.	Inde ad sinum Persicum	21,340
3.	*Sinus Persicus*	10,790
4.	Carmanica ora maris Indici	5,960
5.	Gedrosiæ ora	3,850
6.	India intra Gangem	35,695
7.	India extra Gangem	45,350
8.	Sinæ usque ad Cottiarin fl.	12,650
	Summa	153,295

Ἰουερνίας νήσου Πρεττανικῆς περίπλους.
[Ἀλβίωνος νήσου Πρεττανικῆς περίπλους.]
Τῶν κατὰ τὴν Λιβύην μερῶν τῶν παρὰ τὸν δυτικὸν καὶ μεσημβρινὸν ὠκεανὸν μέχρι τῆς Αἰθιοπίας περίπλους. Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει.
Μαυριτανίας Τιγγιτανῆς περίπλους.
Λιβύης τῆς ἐντὸς περίπλους.
Περὶ τῶν ἀπὸ Ῥώμης πρὸς τὰς ἐπισήμους τῆς οἰκουμένης πόλεις διαστάσεων.

Hiberniæ, insulæ Britannicæ, periplus.
[Albionis, insulæ Britannicæ, periplus.]
Libyæ partium quæ sunt ad oceanum occidentalem et meridionalem usque ad *Æthiopiæ Hypodromum* (τοῦ τῆς Αἰθ. Ὑποδρόμου) periplus. Partes ejus hae sunt:
Mauritaniæ Tingitanæ periplus.
Libyæ interioris periplus.
De distantiis a Roma ad orbis terrarum urbes insigniores.

[ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.]

Τὸ δεύτερον βιβλίον περιέξει τὸν ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ περίπλουν πάντα, τὸν παρὰ τῷ δυτικῷ τε καὶ ἀρκτῴῳ ὠκεανῷ μέχρι τῶν βορειοτάτων, καὶ ἔτι γε τῶν μεσημβρινῶν μερῶν, ἕως τῆς ἠγνοημένης ἑκατέρων τῶν ἠπείρων γῆς. Ἔσται δὲ οὗτος τῶν μὲν

[PROOEMIUM.]

Liber secundus continebit periplum universum a freto Herculeo tum juxta oceanum occidentalem et septentrionalem usque ad boream extremum, tum etiam juxta partes meridionales usque ad utriusque continentis terram incognitam. Hic autem periplus est

---

Subjungimus laterculum singulorum intervallorum, quæ in antecc. vel traduntur vel a nobis suppleta sunt.

ARABIA.		
§ 51. Sinus Arabicus.	......	11,670
§ 51. Inde ad sinum Persicum (21,530 cod.).	......	21,340
§ 19. Inde ad Mæsaniten sinum et Tigridis ostium occidentale.	......	5,140
§ 19. Arabiæ Periplus usque ad Tigrim 38,150.		
[*A Tigridis ostio occidentali ad ostium orientale*]	......	[570]
SUSIANA.		
§ 20. A Tigride ad Vallum Pasini	80	
Inde ad Mogæum fl.	700	
Inde ad Cœnosum sinum.	400	
Inde ad Eulæum fl.	[690]	
Inde ad Vadum arenosum.	[110]	
Inde ad Oroatin fl.	1,450	
	3,430	
§ 22. A Tigride ad Oroatin.	......	3,430
PERSIS.		
§ 24. Ab Oroati ad Taocen prom.	500	
Inde ad Rhogomanin fl.	700	
Inde ad Chersonesum.	500	
Inde ad Brisoanam.	650	
Inde ad Ausinza.	600	
Inde ad Bagradam fl.	450	
	3,400	
§ 23. Ab Oroati ad Bagradam.	......	3,400
CARMANIA.		
§ 26. A Bagrada ad Daram fl.	300	
Inde ad Cathrapem fl.	500	
Inde ad Corium fl.	700	
Inde ad Achindanam fl.	400	
Inde ad Andanin fl.	500	
Inde ad Saganum fl.	400	
Inde ad Armuzam urb.	200	
Inde ad Armozôn prom.	800	
Inde ad Carpellam prom.	750	
(*Marcianus colligit.* 4,250).	4,550	
§ 27. A Bagrada ad Carpellam.	......	4,250
§ 51. Totius sinus Persici periplus * [16,790].		
§ 28. A Carpella pr. ad Canthatin.	1,000	
Inde ad Agrisam.	250	
Inde ad Omana.	600	
Inde ad Rhogana.	150	
	2,000	49,800

CARMANIA.	2,000	49,800
A Rhoganis ad Salarum fl.	150	
Inde ad Pasidem.	200	
Inde ad Samydacen urbem.	200	
Inde ad Samydacen fl.	500	
Inde ad Tisam urbem.	400	
Inde ad Hydriacen fl.	200	
Inde ad Bagiam prom.	400	
Inde ad Cyiza port.	250	
Inde ad Alambatera prom.	400	
	4,700	
§ 28. A Carpella ad Alambatera prom.	......	4,700
Ab Alambatere ad Derenobillam.	250	
Inde ad Cophantem port.	250	
Inde ad Zorambum fl.	200	
Inde ad Badara.	250	
Inde ad Musarna.	300	
	1,250	1,250
§ 30. A Carpella ad Musarna.	5,930	
A Bagrada ad Musarna.	10,200	
GEDROSIA.		
§ 32. A Musarnis ad Artabin fl.	1,300	
Inde ad Rapraua.	500	
Inde ad Mulierum port.	500	
Inde ad Cœamba.	400	
[*Inde ad Rhizana*].	[1,100]	
	3,850	
§ 33. A Musarnis ad Rhizana.	......	3,850
INDIA INTRA GANGEM.		
§ 34. A Naustathmo ad Cory. (1,725 cod.)		21,725
[*A Cory ad Apheterion*]		[8,310]
§ 39. Ab Apheterio ad quintum Gangis ostium.		5,660
§ 39. A Naustathmo ad quintum Gangis ost. 35,695.		
INDIA EXTRA GANGEM.		
[*A Gange ad Magnum promontorium*]		[32,800]
§ 42. A Magno prom. ad initium Sinarum.		12,550
§ 42. A Gange ad initium Sinarum 45,350.		
SINÆ.		
[*Ab Indiæ confiniis ad Notium pr.*]		[6,850]
§ 43. Hinc ad Satyrorum pr. (Ferinus sinus) (10,503 cod.).		4,550
§ 46. Hinc ad Cottiarin fl. (Sinarum sinus).		1,230
§ 48. Ab Indiæ confiniis ad Cottiarin stad. 12,630.		
§ 50. Ab Ælanite recessu ad Cottiarin.		153,293

δεξιῶν μερῶν παρὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἥτις καὶ Ἱσπανία καλεῖται, τῶν παρὰ τὸν ὠκεανὸν κειμένων αὐτῆς τόπων, καὶ ἔτι παρὰ τὴν Ἀκυτανίαν καὶ τὴν Λουγδουνησίαν καὶ Βελγικὴν Γερμανίαν τε τὴν μεγάλην μέχρι τῆς ἐν τῇ Εὐρώπῃ Σαρματίας, μεθ' ἣν ἡ πρὸς τοῖς ἄρκτοις ἄγνωστος ἐκδέχεται γῆ· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν δύο νήσων τῶν ἐν τῷ ἀρκτῴῳ κειμένων ὠκεανῷ, ἃς κοινῶς μὲν Πρεττανικὰς καλοῦσι, λέγεται δὲ αὐτῶν ἡ μὲν Ἰουερνία, ἡ δὲ Ἀλβίων, τῶν δὲ ἀριστερῶν μερῶν παρὰ τὴν Λιβύην καὶ τὸν ὠκεανὸν τὸν δυτικὸν καὶ μεσημβρινὸν, καὶ τῶν προσεχῶν τούτοις τόπων μέχρι τοῦ λεγομένου Ὑποδρόμου Αἰθιοπικοῦ, ἔνθα τὸν πρὸς τὴν μεσημβρίαν ἀναχεόμενον ὠκεανὸν τέλος ἔχειν συνέστηκε, τῆς ἀγνώστου λοιπὸν ἐκδεχομένης γῆς.

2. Τῆς μὲν γὰρ ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἁπάσης θαλάσσης, ὥσπερ καὶ προειρήκαμεν, ἀκριβῆ τὸν περίπλουν (ὥς γε οἰόμεθα) πεποιήμεθα ἐν ταῖς ἐπιτομαῖς τῶν ἕνδεκα βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἐφεσίου γεωγράφου, ὃν νομίζομεν τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης ἐπιμελέστατον ἐν τοῖς τῆς γεωγραφίας τὸν περίπλουν πεποιῆσθαι· τῆς δὲ ἔξω θαλάσσης, ἥτις ὠκεανὸς παρὰ τῶν πλείστων καλεῖται, εἰ καὶ μετρίως τινῶν μερῶν ὁ προειρημένος ἐμνημόνευσεν Ἀρτεμίδωρος, ἀλλ' ὅμως τὸν ἀκριβέστατον ταύτης περίπλουν ἐκ τῆς τοῦ θειοτάτου Πτολομαίου γεωγραφίας καὶ προσέτιγε τοῦ Πρωταγόρου καὶ ἑτέρων παλαιῶν ἀνδρῶν ἐξελόντες, τοῦ μὲν Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἑκατέρων τῶν ἠπείρων καὶ ἔτι γε τοῦ Ἰνδικοῦ πελάγους παντὸς μέχρι τῆς ἑῴας καὶ τῆς ἀγνώστου γῆς μετὰ τῆς ἐνδεχομένης ἀκολουθίας ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ διεξήλθομεν· νυνὶ δὲ τὰ περὶ τὸν ἑσπέριον ὠκεανὸν ἐπελευσόμεθα.

3. Ἀρχὴν τοίνυν ποιησόμεθα τοῦ περίπλου τῆς ἔξω θαλάσσης ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ. Οὗτος δὲ ὁ πορθμὸς διορίζει τὰς ἠπείρους ἑκατέρας, τήν τε Ἰβηρίαν, [ἣν] καὶ Ἱσπανίαν προσαγορεύουσι, μέρος τῆς Εὐρώπης ὑπάρχουσαν, καὶ τὴν καταντικρὺ ταύτης κειμένην Λιβύην. Ἐκπλέοντι γὰρ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν καὶ πρὸς τὸν ὠκεανὸν ἐπειγομένῳ, ἐν δεξιᾷ μὲν τῆς Ἱσπανίας ἐστὶν ἡ Βαιτικὴ τὸ ἔθνος, ἐν ἀριστερᾷ

partium dextrarum juxta Iberiam sive Hispaniam, quatenus hæc oceano adjacet, atque juxta Aquitaniam et Lugdunensem et Belgicam et Germaniam Magnam usque ad Sarmatiam Europæam, post quam sequitur terra incognita borealis; præterea etiam duarum insularum oceani septentrionalis, quæ communi quidem nomine Britannicæ vocantur, proprio autem altera dicitur Hibernia, altera Albionis insula; dein vero partium sinistrarum juxta Libyam et oceanum occidentalem et meridionalem, locorumque hisce adjacentium usque ad Hypodromum Æthiopicum, ubi oceanum ad meridiem effusum desinere constat, sequente deinceps terra incognita.

2. Etenim maris intra Herculis columnas universi, ut supra jam diximus, accuratum (nostra certe opinione) periplum fecimus in epitome undecim librorum Artemidori Ephesii geographi, quem in geographiæ libris maris nostri periplum summa cum diligentia conscripsisse existimamus; maris vero exterioris, quod a plerisque Oceanus dicitur, partium licet quarumdam leviter meminerit præfatus Artemidorus, accuratissimum tamen ejus periplum ex Ptolomæi divinissimi geographia ac insuper ex Protagoræ aliorumque veterum libris desumpsimus, atque Arabici quidem sinus et Rubri maris periplum juxta utramque continentem, nec non totius Indici pelagi usque ad orientalem et incognitam terram, eo quo fieri potuit ordine, in priori libello persequuti sumus; nunc vero ea quæ ad occidentalem pertinent oceanum, aggrediemur.

3. Initium igitur faciemus peripli maris exteri a freto Herculeo. Fretum hoc utramque disterminat continentem: Iberiam, quam Hispaniam etiam nuncupant, Europæ partem, et objectam ei Libyam. Exeunti enim e freto Herculeo, et cursum tenenti versus oceanum, a dextra est Bætica Hispaniæ provincia, a sinistra vero Libyæ sunt provinciæ quæ vocantur

In *Argum.* initio pro ἑῴου cod. ἑώτου. In apogr. Vat. ante ἑῴου (sic) siglum conspicitur, quod κατὰ significare censuit Hœschel., recte tamen monens hanc vocem esse nihili. Miraris Hudsonum legendum putantem κατ' ἀρκτῴου τε καὶ ἑσπ. ὠκ. In codice post verba ἑσπ. ὠκεανοῦ iterum legitur ἐν τῷ β'. || — 30. Ἰσπανίας cod. h l. et in seqq. ubique. || — 34. ὅρων cod. || — 40. Λουγδ. περ.] Hæc in apogr. Vat. post verba Λουσιτανίας περ. male transposita sunt. || — 41. σὺν Γερμανίας τῆς ἄνω καὶ κάτω codex, sicut in titulo § 27.; em. Hudson. Fortasse præstat: σὺν Γερμανίαις ταῖς ἄνω καὶ κάτω. || — 2. Ἀλβ... περίπλους inseruit Miller. || — 6. τιγατάνης cod. || — 7. τῆς ἐντός. V. Ptolem. IV, 6. Ceterum Libyæ periplus in codice nostro excidit, itemque caput Περὶ τῶν.. διαστάσεων, cujus semel mentionem fecit Stephanus Byz. V. § 47.

§ 1, p. 541, l. 14. μεσιμβρινῶν cod. || — τῆς ἐγνωσμένης cod.; em. Hudson. || — 15. οὗτος] οὕτως cod. || — p. 542, l. 9. Ἰουρνία h. l. cod. || — 12. Ὑποδρόμου] Sic etiam Ptolemæus IV, 6 p. 292, nisi quod unus ex Wilbergi codicibus præbet Ἱππόδρομος, sicut est ap. Agathemerum, quem vocant, II, 5: πρὸς μὲν τῷ Αἰθιοπικῷ καλουμένῳ Ἱπποδρόμῳ Ἱπποφάγοι Αἰθίοπες.

§ 2, l. 19. ἐπιμελέστατον περίπλουν ἐν τοῖς τῆς γεωγραφίας βιβλίοις πεποιεῖσθαι. apogr. Vatican. Vocem βιβλίοις post γεωγρ. in nostris inseruit Miller.; quo opus non erat. || — 20. πεποιεῖσθαι cod. || — 21. εἴτις cod. || — 25. Πτολομ. sic codex., neque id corrigendum. || — 27. πελάγου cod. || — 31. ἐπελ.] codex; non vero ἐτελευσόμεθα, ut M. ait.

§ 3, l. 33. Literam A in v. ἀρχὴν rubricator pingere neglexit. || — 36. ἣν suppl. Miller. || — 39. ὠκεανὸν μὲν

δὲ εἰσὶ τῆς Λιβύης αἱ Μαυριτανίαι καλούμεναι. Τὸ δὲ μεταξὺ τούτων [κατὰ τὴν ἐντὸς θάλασσαν πέλαγος καλεῖται] Ἰβηρικὸν (μέσον δὲ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν κείμενον). Διεκπλεύσαντι δὲ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν καὶ τὸν ναὸν τῆς Ἥρας (οὗτος δὲ ἐν δεξιᾷ κατὰ τὸν ἔκπλουν τοῦ πορθμοῦ κεῖται) ἐκδέχεται μὲν ὁ ὠκεανὸς, ἀναπεπταμένος ἐφ' ἑκατέρας τὰς ἠπείρους, τήν τε Ἰβηρίαν καὶ τὴν Λιβύην, καὶ ἔτι γε πρὸς τὰς δυσμὰς εἰς μέγεθος ἀπέραντον καὶ ἄγνωστον ἐκτεινόμενος.

4. Πρώτη δὲ ἡ νῆσος ἐν δεξιᾷ τὰ Γάδειρα κειμένη τυγχάνει, ἔνθα τὰς Ἡρακλείους στήλας εἶναι συνέστηκεν. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ Κάλπην τὸ ὄρος, ὅπερ ἐνδοτέρω τῶν Ἡρακλείων στενῶν κεῖται, τὰς στήλας εἶναί φασιν· οἱ δὲ κατὰ Γάδειρα τὴν νῆσον, ὥσπερ καὶ Ἀρτεμίδωρος ὁ γεωγράφος· κωλύει δὲ οὐδὲν ἀπὸ τῆς Κάλπης τοῦ ὄρους, ἣν οἱ πλεῖστοι στήλην Ἡρακλέους εἶναι βούλονται, τὸν περίπλουν τῆς Ἰβηρίας ποιήσασθαι. Ἔστι δὲ τῆς μὲν Βαιτικῆς καλουμένης ἐπαρχίας ἡ Κάλπη, τέλος δὲ τοῦ ἔθνους τούτου καὶ ὅριον ὁ Ἄνας ποταμὸς ὑπάρχει, κατὰ τὸν ἑσπέριον ὠκεανὸν τὰς ἐκβολὰς ποιούμενος, μεθ' ὃν τὰ ἐχόμενα τῆς Ἱσπανίας ἔθνη κατὰ τὴν ἔξω θάλασσαν καὶ τὸν ὠκεανὸν κείμενα τυγχάνει. Ἔσται τοίνυν ὁ περίπλους τὴν ἀρχὴν ἔχων ἀπὸ τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ Κάλπης καὶ [τούτου] τοῦ μέρους τῆς Βαιτικῆς ἐπαρχίας.

5. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τῶν ταῦτα τὰ μέρη περιπλευσάντων περὶ τὸν τῶν σταδίων ἀριθμὸν διεσφάλησαν, καίτοιγε τὰς αἰτίας ἡμεῖς τῆς τοιαύτης πλάνης ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ διεξήλθομεν· ὅμως ἕνεκεν ἀκριβείας μείζονος διπλοῦν ὡς ἐπίπαν τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων προσγράψαι προειλόμεθα, τό τε μὴ πλεῖον καὶ τὸ μὴ ἔλαττον κατὰ γραμμὴν ὑποτείνουσαν προστιθέντες, ὥστε τὸ μεταξὺ τῶν ἀριθμῶν ἑκατέρων ὥσπερ ὅρον τινὰ τῆς ἀληθείας κεῖσθαι τοῖς τὴν ἀκρίβειαν ἐπιζητοῦσι. Τοῦτο γὰρ σαφῶς καὶ Πρωταγόρας ἐν τῇ γεωγραφίᾳ ποιήσας δοκεῖ τὴν περὶ τοὺς σταδίους πλάνην ἐκπεφευγέναι.

ΙΒΗΡΙΑΣ ΤΗΣ ΚΑΙ ΙΣΠΑΝΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΤΟΝ ΩΚΕΑΝΟΝ ΑΥΤΗΣ ΜΕΡΩΝ.

6. Ἡ Ἰβηρία ἥτις καὶ Ἱσπανία καλεῖται, ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν, διήκει δὲ ἐπὶ πλεῖστον, ὑφ' ἑκατέρων τῶν θαλασσῶν περιεχομένη, τοῦ τε ὠκεανοῦ τοῦ ἀρκτῴου καὶ δυτικοῦ καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης. Ἡ δὲ Πυρήνη τὸ ὄρος ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀρξα-

Mauritaniæ; interjectum his [*interni maris pelagus vocatur*] Ibericum. Fretum autem Herculeum enaviganti et Junonis templum prætervecto (quod e freto egredienti a dextra est) occurrit oceanus ad utramque continentem, Iberiam scilicet et Libyam, diffusus, atque occidentem versus in interminatam ignotamque amplitudinem porrectus.

4. Primum autem a dextra est Gades insula, ubi Herculis columnas esse constat. Sane quidem nonnulli juxta Calpen montem, qui intra angustias Herculeas jacet, columnas positas esse dicunt, alii vero ad Gades insulam, ut Artemidorus quoque geographus; nihil autem obstat quin a Calpe monte, quam plerique Herculis columnam esse volunt, Iberiæ periplum faciamus. Pertinet autem Calpe ad provinciam, quam Bæticam nominant; finis vero hujus populi et terminus est Anas fluvius, in oceanum occidentalem influens; post quem reliquæ Hispaniæ provinciæ ad mare exterum et oceanum sitæ sunt. Periplus igitur initium habebit a Calpe Iberiæ et ab ea parte Bæticæ provinciæ.

5. Quoniam vero multi partes hasce circumnavigantes in stadiorum numero fuerint decepti, quanquam nos erroris hujusmodi causas in priori libello recensuimus, ob accuratiorem tamen notitiam, duplicem ubique stadiorum numerum adscribendum duximus, *non plus* et *non minus* juxta lineam subtendentem adjicientes: adeo ut qui inter utrumque numerum medius est, quasi pro regula veritatis sit accurate rem explorantibus. Hoc ipsum enim sapienter Protagoras in geographia observans, istum circa stadia errorem evitasse videtur.

PARTIUM IBERIÆ, QUÆ ET HISPANIA NOMINATUR, OCEANO ADJACENTIUM PERIPLUS.

6. Iberia, quæ et Hispania dicitur, incipit a montibus Pyrenæis, latissimeque extenditur, ab utroque mari circumdata, tam oceano septentrionali et occidentali, quam mari nostro. Pyrene autem mons e nostro mari incipiens porrigitur usque ad oceanum

---

ἔπειγ. codex; transposui v. μὲν post v. ἐν δεξιᾷ. || — Ἱσπανί δὲ ἐστιν cod.; in quo ΔΕ fort. natum ex ἹσπανίΑC. || — 1. Probabile est post v. καλούμεναι excidisse τὰ ἔθνη, monente Hudsono. || — 2. Inclusa inserui. V. Ptolem. II, 4; cf. Marcian. II, 8. Pro τὸ δὲ μεταξὺ τούτων alia lectio erat: τὸ μέσον δὲ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν κείμενον. Harum altera e margine irrupens causa exstitit turbarum. ||— 6 Ante ἐκδέχεται nescio an exciderit παραπλεύσαντι.

§ 4, l. 12. κατὰ Κάλπην], idque ita ut ipsa Calpe esset columnarum altera, ut cum Ptolemæo II, 4 aliisque statuit Marcianus. || — 14. κατὰ Γάδειρα] τὰ Γάδειρα cod.; recte mutavit Salmasius; vulgata ferri nequit, quum ipsa Gadira insula una ex columnis haberetur. || — 19. ὁ ἄνω ποτ. cod. || — 8. τούτου inserui.

§ 5, l. 27. τῶν ante σταδίων, a Millero omissum, habet codex. || — διεσφάλησαν] διεσάφησαν codex; διεσφάλησαν em. Hudson; possis etiam διεφώνησαν. || — 28. καίτι γε cod. || — ἕνεκεν] ᵉχ codex; quod ἕνεκεν, non vero χάριν, significare consentaneum est.

§ 6. l. 42. ὑφ'] sic cod.; ἐφ' editt. || — 43. Πυρίνη

μένη θαλάσσης διατείνει μέχρι τοῦ ἀρκτῴου ὠκεανοῦ. Καὶ τὸ μὲν ἓν πέρας τοῦ ὄρους εἰς τὴν ἡμετέραν ἐκκεῖται θάλασσαν, τὸ δὲ ἕτερον πέρας αὐτοῦ πρὸς τὰς ἄρκτους καὶ τὸν ἀρκτῷον ὠκεανὸν προβέβληται. Διαζεύγνυσι δὲ καὶ διαιρεῖ τὴν Ἰβηρίαν πρὸς τὴν ἐχομένην Κελτογαλατίαν, ὡς δοκεῖν εἶναι τὴν Ἰβηρίαν μεγίστην χερσόνησον κατὰ τὸν αὐχένα τῇ Πυρήνῃ προσεχομένην. Κυρτοῦται δέ πως τὸ ὄρος ὡς ἐπὶ τὴν Ἱσπανίαν.

7. Πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία διῄρητο ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς ἐπαρχίας δύο, νυνὶ δὲ εἰς τρεῖς, εἰς Ἱσπανίαν Βαιτικὴν καὶ εἰς Ἱσπανίαν Λουσιτανίαν καὶ Ἱσπανίαν Ταρρακωνησίαν. Τῆς μὲν Βαιτικῆς τὸ πλεῖστον πρὸ τῆς καθ' ἡμᾶς κεῖται θαλάσσης τῶν Ἡρακλείων ἐντὸς στηλῶν, μέρος δέ τι παρὰ τὸν δυτικὸν ὠκεανόν. Τῶν δὲ λειπομένων ἐθνῶν δύο ἡ μὲν Λουσιτανία πᾶσα κατὰ τὸν δυτικὸν ὠκεανὸν τυγχάνει κειμένη, ἡ δὲ Ταρρακωνησία μέρει μὲν πλείστῳ τῷ ἀρκτῴῳ ὠκεανῷ πρόσκειται, μέρει δέ τινι καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ, ἐφ' ἑκατέρας ἐκ τῆς μεσημβρίας διήκουσα τὰς θαλάσσας μέχρι τῶν Πυρηναίων ὀρῶν. Γράψομεν τοίνυν τὸν περίπλουν τῶν παρὰ τὸν ὠκεανὸν τῆς Ἰβηρίας μερῶν· τοῦτο γὰρ ποιήσειν ὑπεσχόμεθα.

septentrionalem. Atque una quidem jugi extremitas in mare nostrum prominet, altera vero extremitas ad septentriones et oceanum septentrionalem projicitur. Disjungit autem et dividit Iberiam finitima Celtogalatia, adeo ut Iberia videatur esse maxima peninsula, quæ cervice sua Pyrenæ adhæret; incurvatur tamen jugum quodammodo Hispaniam versus.

7. Prius equidem Iberia divisa erat a Romanis in provincias duas, nunc vero in tres, in Hispaniam Bæticam, in Hispaniam Lusitaniam, in Hispaniam Tarraconensem. Bæticæ pars quidem maxima prætenditur nostro mari Herculeas intra columnas, pars vero quædam juxta occidentalem sita est oceanum. Ex reliquis provinciis duabus Lusitania quidem tota juxta oceanum occidentalem jacet; Tarraconensis autem maxima quidem ex parte adjacet septentrionali oceano, parte vero aliqua etiam nostro mari, a meridie pertingens ad utraque maria usque ad Pyrenæos montes. Periplum igitur scribemus partium Iberiæ earum quæ sunt juxta oceanum; hoc enim nos facturos esse polliciti sumus.

ΒΑΙΤΙΚΗΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΚΑΛΠΗΣ ΜΕΡΩΝ ΜΕΧΡΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΛΟΥΣΙΤΑΝΙΑΣ ΟΡΩΝ.

8. Ἡ Βαιτικὴ Ἱσπανία περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων καὶ δυσμῶν Λουσιτανίᾳ καὶ μέρει τῆς Ταρρακωνησίας ἐπαρχίας, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ καλουμένῳ Βαλεαρικῷ πελάγει (τοῦτο δὲ συνῆπται τῇ Ἰβηρικῇ θαλάσσῃ), ἀπὸ δὲ μεσημβρίας κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς θάλασσαν καὶ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ, κατὰ δὲ τὴν ἐντὸς θάλασσαν τῷ Ἰβηρικῷ πελάγει. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοιαύτη, ὁ δὲ κατὰ μέρος περίπλους τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

9. Ἀπὸ Κάλπης τοῦ ὄρους καὶ στήλης, ἥτις ἐστὶν ἐν ἀρχῇ τῆς ἐντὸς θαλάσσης, ἐκπλέοντι ἐπὶ τὸν πορθμὸν καὶ τὸν ὠκεανὸν, δεξιὰν τὴν ἤπειρον Ἰβηρίας ἔχοντι, εἰς Καρτηίαν στάδιοι ν'. Ἐνταῦθα παροικεῖ τὸ ἔθνος [τῶν] Βαστουλῶν τῶν καλουμένων Ποινῶν. Ἀπὸ δὲ Καρ-

PERIPLUS PARTIUM BÆTICÆ A CALPE USQUE AD TERMINOS LUSITANIÆ.

8. Hispania Bætica terminatur a septentrione et occidente Lusitania et parte Tarraconensis provinciæ, ab oriente pelago Balearico appellato (quod conjungitur Iberico mari), a meridie, juxta mare quidem exterum et Herculeum fretum, occidentali oceano, juxta autem mare internum Iberico pelago. Ac universa quidem ciscumscriptio hujusmodi est, periplus vero particularis ad hunc modum se habet.

9. A Calpe monte et columna, quæ in principio maris interioris est, enaviganti in fretum oceanumque et a dextra habenti Iberiæ continentem, ad Carteiam stadia sunt 50. Hic accolit gens Bastulorum, qui dicuntur Pœni. A Carteia ad Barbesola stadia 100.

---

cod. || — 1. διατείνη cod. || — 7. τῆς Πυρήνης προσεχόμενον cod., em. Hudsonus vertendo : *Iberiam videri maximam peninsulam, Pyrenæo monti juxta isthmum adhærentem.* || — 8. Eadem iisdem plane verbis leguntur apud Ptolemæum II, 5, p. 119 : Κυρτοῦται δέ πως τὸ ὄρος ὡς ἐπὶ τὴν Ἱσπανίαν κτλ..

§ 7. Cf. Constantinus Porph. De adm. imp. c. 23, ubi inter alia quæ de Iberia e Stephano Byz. afferuntur, etiam Marciani locum habes : Διῃρεῖτο δὲ ἡ Ἰβηρία εἰς δύο, νυνὶ δὲ εἰς τρία, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς· « Πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο διῄρητο ὑπὸ Ῥωμαίων, νυνὶ δὲ εἰς τρία, Βαιτικήν, Λουσιτανίαν, Ταρρακωνησίαν. » C. Steph. Byz. p. 335 ed. Mein. || — 19. ἑκατέρας τέσα (sic) μεσιμβρίας cod.; em. Hudson. || — 20. πυριναίων cod.

§ 8. Vid. Ptolemæus II, 4. || — 27. Βαλιαρικῷ codex.

§ 9. Cf. Ptolemæus II, 27, ubi Bæticæ ora, quam Marcianus hoc segmine describit, ita habet :

Βαστουλῶν τῶν καλουμένων Ποινῶν.

		Marcian.
Κάλπη ὄρος καὶ στήλη τῆς ἐντὸς θαλάσσης	7° 30'—36° 15'	
Καρτηία	7° 30'—36° 10'	50 stad.
Βαρβήσολα πόλις	7° 15'—36° 10'	100
Τρανσδούκτα	6° 40'—36° 20'	200-145
Μενραλία	6° 30'—36° 30'	[155]-123

Τουρδούλων.

Βαίλων πόλις	6° 15'—36° 40'	140-100
Βαίλωνος ποταμοῦ ἐκβολαί	6° 10'—36° 10'	70-50

τηίας εἰς Βαρϐήσολα στάδιοι ρ′. Ἀπὸ δὲ Βαρϐησόλων εἰς Τρανσδοῦκτα στάδιοι οὐ πλεῖον σ′, οὐχ ἧττον κατὰ γραμμὴν ὑποτείνουσαν σταδίων ρμε′. Ἀπὸ δὲ Τρανσδούκτων εἰς Μενραλίαν στάδιοι οὐ πλεῖον ριε′, οὐχ ἧττον σταδίων ρκγ′. Ἀπὸ δὲ Μενραλίας εἰς Βελῶνα πόλιν στάδιοι οὐ πλεῖον ρμ′, οὐχ ἧττον σταδίων ρ′. Ἐντεῦθεν ἄρχεται [τὸ] τῶν Τουρδούλων ἔθνος. Ἀπὸ δὲ Βελῶνος πόλεως εἰς Βελῶνος ποταμοῦ ἐκϐολὰς στάδιοι οὐ πλεῖον σε′, οὐχ ἧττον σταδίων ν′. Ἀπὸ δὲ Βελῶνος ποταμοῦ ἐκϐολῶν ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ ὁ πορθμὸς καὶ ὁ ναὸς τῆς Ἥρας, στάδιοι σ′, στάδιοι ρν′. (Ἐντεῦθεν οἱ στάδιοι μόνοι παρακείσονται, καὶ ὁ μὲν πρότερος ἀριθμὸς τὸ πλεῖστον δηλώσει, ὁ δὲ ἑπόμενος τὸ ἧττον, ὥστε μὴ καθ' ἕκαστον προγράφειν τὸ πλεῖον καὶ ἔλαττον.) Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκρωτηρίου ἐν ᾧ ὁ πορθμὸς καὶ ὁ ναὸς τῆς Ἥρας, πλέοντι τὸν ὠκεανὸν ὡς πρὸς τὰς ἄρκτους, καὶ ὁμοίως δεξιὰν μὲν τὴν ἤπειρον ἔχοντι, ἀριστερὰν δὲ τὸν δυτικὸν ὠκεανὸν, ἐκδέχεται Μενεσθέως λιμήν. Εἰσὶ δ' ἐπ' αὐτὸν στάδιοι σκε′, στάδιοι ρξ′. Κατὰ τούτους τοὺς τόπους κεῖται νῆσος ἐν τῇ ἐκτὸς θαλάσσῃ τὰ Γάδειρα, ἐν ᾗ καὶ πόλις ὁμώνυμος Γάδειρα. Ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου, ἔνθα ὁ πορθμὸς, ἐπὶ τὰ Γάδειρα τὴν νῆσον στάδιοι σο′, στάδιοι σμ′. Ἀπὸ δὲ Μενεσθέως λιμένος εἰς τὴν κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσιν στάδιοι σι′. Ἐντεῦθεν ἄρχονται παροικεῖν Τουρδητανοί. Ἀπὸ δὲ τῆς κατὰ Ἄσταν ἀναχύσεως ἐπὶ τὸ τοῦ Βαίτιος ποταμοῦ ἀνατολικώτερον στόμα στάδιοι τπε′, στά-

A Barbesolis autem ad Transducta non plus stadiis 200, non minus juxta lineam subtendentem stadiis 145. A Transductis vero ad Menraliam non plus stadiis 115 (155?), non minus stadiis 123. A Menralia autem ad Belonem civitatem non plus stadiis 140, non minus stadiis 100. Hinc Turdulorum gens incipit. A Belone vero civitate ad Belonis fluvii ostia non plus stadiis 75, non minus stadiis 50. A Belonis autem fluvii ostiis ad promontorium, ad quod est freti initium et templum Junonis, stadia 200, stadia 150. (Dehinc stadia sola adjicientur, et prior quidem numerus *maximum* indicabit, posterior vero *minimum* : adeo ut singulis *plus* et *minus* non amplius præponamus.) A promontorio autem, ad quod fretum et Junonis templum, oceanum naviganti veluti ad septentrionem, et similiter a dextra habenti continentem, a sinistra vero occiduum oceanum, occurrit Menesthei portus; ad eum usque sunt stadia 225, stadia 160. His locis adjacet insula Gadira sive Gades in exteriori mari, in qua et civitas cognominis Gadira. A promontorio autem, ubi fretum, ad Gadira insulam stadia sunt 270, stadia 240. A Menesthei vero portu ad æstuarium juxta Astan stadia 210. Hinc accolere incipiunt Turditani. Ab æstuario autem juxta Astan usque ad Bætis fluvii otium orientalius stadia 385, sta-

Τὸ ἀκρωτήριον, ἀφ' οὗ ὁ πορθμὸς, ἐν ᾧ ναὸς Ἥρας	5° 45′	36°	200-150
Μενεσθέως λιμήν	6°	36° 20′	225-160

Τουρδητανῶν.

Ἡ κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσις	6°	36° 45′	210
Αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ	12°	38° 30′	(3350-2400)
Βαίτιος ποτ. τὸ ἀνατολικὸν στόμα	5° 20′	37°	385-285
Ὄνοϐα Αἰστουρία	4° 40′	37° 20′	420-300
Ἄνα ποταμοῦ στόμα ἀνατολικώτερον	4° 20′	37° 30′	(2145-1550)
Αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ	14°	40°	210-150

38. Βλαστουρῶν codex, Βαστούλων et Βαστουλῶν codd. Ptolemæi. Apud Strabon. p. 140 : τῶν Βαστητανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν. Plinius III, 3 quoque *Bastulos*, Appianus Hisp. c. 56 Βλαστοφοίνικες vocat. Eosdem Hecatæus ap. Steph. Byz., Ἑλϐεστίους, Herodorus ap. St. Byz. Ἐλϐυσινίους dicere videtur. V. Movers *Phœn. Alterth.* II, 2 p. 630. Cf. not. ad Scymn. p. 203. || — ν′] μ′ ap. Strabon. p. 140. Probabiliter Marcianus et hoc loco et in sequente intervallo duplicem stadiorum numerum notavit. At merus lusus esset, si quis supplere talia in hoc periplo vellet, in quo singulorum intervallorum numeri ne semel quidem cum subductis summis stadiorum conciliari possunt. || — 1. Βαρϐήσολα] Sic Ptolemæus et Tzetzes Chil. VIII, 711; Βαρϐίσολα.. Βαρϐισόλων codex; *Barbesula* Plinius l. l. Mela II, 6, 7. Geogr. Rav. IV, 42. || — 2. Τραλιδοῦκτα.. Τραλιςδουκτῶν codex, confusis N et ΛΙ; em. editt. e Ptolemæo; *Julia Traducta* in nummis; Ἰουλία Ἰόζα ap. Strabon. p. 140. V. Ukert. II, 1, p. 345. Mannert. I, p. 302. || — 4. εἰς Μενλάρια.. ἀπὸ δὲ Μενραλίας (primum scriba hoc quoque loco dederat Μενλαρίας, quod dein mutavit) codex. Ap. Ptolemæum Μενραλία, ap. Strabon. p. 140 codices Μενλαρία; ap. Stephan. v. Βῆλος : Μηλαρία; rectius ap. Plutarch. Sertor. c. 12, Plinium III, 3, Itiner. p. 407, Inscr. ap. Gruter. p. 321, 10 : Μελλαρία, *Mellaria*. V. Salmasius ad Solin. p. 205. Ukert. p. 344. || — ριε′] Aut hic aut sequens numerus ρκγ′ corruptus. Fort. n. l. erat ρνε′. || — 5. Βελῶνα.. Βελῶνος.. Βέλωνος codex. Βελὼν fluvius vocatur in codd. Strabonis p. 140; in Ptolem. vulgo Βαίλων; sed Βέλων quoque in codd. occurrit; eodem modo ap. Plinium codd. *Bælon* et *Belon*. || — 15. ἐν ᾧ κτλ.] Distinctius Ptolemæus : ἀφ οὗ ὁ πορθμὸς, ἐν ᾧ ναὸς Ἥρας, quæ in Marcianum et h. l. et mox iterum intulit Millerus. Ac sane nostra non Marciani, sed excerptoris esse vix dubites. Similiter l. 7 legitur : ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου, ἔνθα ὁ πορθμός. || — 15. ἐντεῦθεν.. ἔλαττον. Hæc quoque festinans excerptor interposuit. || — 18. μὲν εὐθέως et lin. 24 νεμεσθέως cod. || — 24. ἀστανανάχυσιν cod. In Strabon. p. 140 : ἡ κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσις. Idemque ap. Ptolemæum reponendum, ubi codd. : ἡ κατὰ Ἄσταν εἴσχυσις, ἡ κατὰ Ἀστάνανα εἴσχυσις. Vocem explicat Strabo. p. 140. 143. || — 26. Ἄσταν] Ἄστανα

διοι σπε'. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκϐολῶν τοῦ Βαίτιος ποταμοῦ ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ στάδιοι ,γτν', στάδιοι ,ϐυ'. Ἀπὸ τοῦ ἀνατολικωτέρου στόματος τοῦ Βαίτιος ποταμοῦ ἐπὶ Ὀνόϐα Αἰστουρίαν στάδιοι υκ', στάδιοι τ'. Ἀπὸ δὲ Ὀνόϐα Αἰστουρίας ἐπὶ τὰς τοῦ Ἄνα ποταμοῦ ἐκϐολὰς στάδιοι σι', στάδια ρν'. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκϐολῶν τοῦ Ἄνα ποταμοῦ ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ στάδιοι ,ϐρμε', στάδιοι ,αφν'. Ἐνταῦθα πέραν ἔχει τῆς Βαιτικῆς Ἱσπανίας τὸ μέρος τὸ παρῆκον παρ' ἑκατέρας τὰς θαλάσσας, τὰς περὶ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν τυγχανούσας, τήν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τὴν ἔξω, τουτέστι τὸν ὠκεανόν.

dia 285. Ab ostiis Bætis fluvii ad fontes ejusdem fluvii stadia 3350, stadia 2400. Ab ostio magis orientali Bætis fluvii ad Onobæ Æstuaria stadia 420, stadia 300. Ab Onobæ Æstuariis ad Anæ fluvii ostia stadia 210, stadia 150. Ab ostiis Anæ fluvii ad fontes ejusdem fluvii stadia 2145, stadia 1550. Hic finem habet Hispaniæ Bæticæ pars contingens utraque maria quæ circa fretum Herculeum, tam mare nostrum, quam mare externum sive Oceanum.

10. Ἔστι δὲ τῆς Βαιτικῆς πάσης τὸ μῆκος ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τῶν ἐκϐολῶν τοῦ Ἄνα ποταμοῦ, περαιούμενον δὲ ἕως τῶν πηγῶν τοῦ αὐτοῦ Ἄνα ποταμοῦ, ὡς εἶναι τοῦ μήκους κατὰ τὴν μείζονα γραμμὴν σταδίους ,γψθ'. Τὸ δὲ πλάτος τῆς Βαιτικῆς ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν πηγῶν τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ, καταλήγει δὲ πρὸς μεσημϐρίαν ὡς ἐπὶ τὸν προειρημένον ναὸν τῆς Ἥρας ἤτοι Βελῶνα τὴν πόλιν ἢ Πόρτον μάγνον, ὡς εἶναι τοῦ πλάτους τὸ διάστημα κατὰ τὴν μείζονα γραμμὴν σταδίους ,αρνη'. Ἔστι δὲ τῆς Βαιτικῆς ὁ περιορισμὸς τῆς μεσογείας σταδίων ,ϛψθ', σταδίων ,ερμ'. Ἔχει δὲ ἔθνη ε', πόλεις ἐπισήμους πε', ὄρη ἐπίσημα γ', ποταμοὺς ἐπισήμους ε', ἀκρωτήρια ἐπίσημα ϐ', λιμένα ἐπίσημον α'.

10. Totius Bæticæ longitudo incipit ab ostiis Anæ fluvii, terminatur ad fontes ejusdem Anæ fluvii, adeo ut longitudinis sint secundum lineam majorem stadia 3709. Latitudo Bæticæ incipit a fontibus ejusdem fluvii, atque desinit versus meridiem in Junonis templum prædictum aut Belonem civitatem aut Portum magnum, adeo ut latitudinis spatium secundum lineam majorem sit stadiorum 1158. Mediterranea Bæticæ circumscriptio est stadiorum 6709, stadiorum 5140. Gentes habet 5, urbes insignes 85, montes insignes 3, fluvios insignes 5, promontoria insignia 2, portum insignem 1.

11. Οἱ πάντες τοῦ περίπλου τῆς μὲν Βαιτικῆς πάσης ἀθροίζονται στάδιοι οὐ πλεῖον ,δτμε', [οὐχ ἧττον σταδίων **]· τοῦ δὲ μέρους τῆς Βαιτικῆς, οὗ καὶ τὸν περίπλουν πεποιήμεθα, ἀπὸ Κάλπης τοῦ ὄρους καὶ στήλης μέχρι τῶν τοῦ Ἄνα ποταμοῦ ἐκϐολῶν τῆς παρὰ τὸν ὠκεανὸν αὐτῆς παραλίας, στάδιοι οὐ πλεῖον ,ϐτπ', οὐχ ἧττον σταδίων ,ασμε'.

11. Summa stadiorum peripli totius Bæticæ non excedit 4345; partis autem Bæticæ littoralis ad oceanum, cujus periplum fecimus, a Calpe monte et columna usque ad ostia Anæ fluvii stadia sunt non plura 2380, non pauciora 1245 (1745?).

ΛΟΥΣΙΤΑΝΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

LUSITANIÆ PERIPLUS.

12. Ἡ Λουσιτανία τῶν Ἱσπανιῶν περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῇ Ταρρακωνησίᾳ Ἱσπανίᾳ παρὰ τὸ δυτικὸν μέρος τοῦ Δορίου ποταμοῦ, ἀπὸ δὲ τῶν ἀνατολῶν τῇ αὐτῇ Ταρρακωνησίᾳ, ἀπὸ δὲ δύσεως τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ, ἀπὸ δὲ μεσημϐρίας τῇ προειρημένῃ Βαιτικῇ, [ἥντινα προσκεῖσθαι εἴπομεν καὶ τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ] καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει.

12. Hispania Lusitanica terminatur a septentrione Tarraconensi Hispania juxta occidentalem partem Dorii fluvii, ab oriente eadem Tarraconensi, ab occidente oceano occiduo, a meridie prædicta Bætica, [*quam et oceano occiduo adjacere diximus,*] et nostro mari. Ac tota quidem circumscriptio ad hunc modum se habet, singula vero ita habent.

---

cod. || — 4. ἐπὶ Ὀνοϐαναιστουρίαν.. ἀπὸ δὲ Ὀνοϐαναιστουρίας codex; fort. ipse Marcianus hæc sic corrupta reperit in Ptolemæo, ubi nostri codices: ὄνοϐα αἰστουρία, ὀνόϐα λιστουρία, ὀνοϐαλιστούρια, ὀνοϐαλιστουρία. Debebat ἐπὶ Ὄνοϐα vel Ὀνόϐα seu Ὀνόϐων αἰστουάρια. V. Plin. III, 3. Mela III, 1. Geogr. Rav. IV, 45.

§ 11, l. 31., ϐτπ'... ,ασμε'] Majores stadiorum numeri, qui in antecc. recensentur, summam efficiunt stadiorum 2225; si a Julia Transducta ad Mellariam pro 115 mecum reposueris 155, summa est stadiorum 2265. Desiderantur igitur 115, quæ quibusnam locis addenda sint, certius dici omnino nequit. Quod alterum numerum, ,ασμν', attinet, is aperte corruptus est. Quodsi tribus illis locis, ubi minor stadiorum numerus non memoratur, nullum fuisse auctorum dissensum statuas, summa erit stadiorum 1823, quæ paullo minor esse debet, si tribus istis locis minores stadiorum numeri scribarum negligentia omissi sunt. Fortasse igitur pro ,ασμε' (1245) auctor dederat ,αψμε' (1745).

§ 12. V. Ptolemæus II, 4. Cf. Stephan. Byz. : Λουσιτανία, ὅμορος τῆς Βαιτικῆς. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. || — 36. Δορίου] Sic codex ubique. Ptolemæi codices fluctuant inter Δωρίου et Δορίου; vulgo Δωρίου. Formam Δόριος habes etiam ap. Appian. Hisp. c. 72. 90. Δορίας;

13. Ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ προειρημένου Ἄνα ποταμοῦ ἐπὶ Βάλσα στάδιοι τπ', [στάδιοι **], καὶ ταῦτα ἐπὶ τὰ μέρη Τουρδητανοὶ παροικοῦσιν. Ἀπὸ δὲ Βάλσων εἰς Ὀσσόνοβα στάδιοι τμ', στάδιοι τ'. Ἀπὸ δὲ Ὀσσόνοβα ἐπὶ τὸ Ἱερὸν ἀκρωτήριον στάδιοι τξ', στάδιοι σξ'. Τοῦτο ἐπὶ πολὺ (τὸ ἀκρωτήριον) εἰς τὸν ὠκεανὸν ἔκκειται, καὶ ἔστι τῶν σφόδρα ἐπισημοτάτων. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου εἰς Καλίποδος ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ͵ατν', στάδια Ϡν'. Ἀπὸ δὲ Καλίποδος ποταμοῦ ἐκβολῶν εἰς Σάλακρα στάδιοι σλ', στάδιοι σι'. Ἀπὸ δὲ Σαλάκρων εἰς Καιτόβριξ στάδιοι ρε', στάδιοι ϟ'. Ἀπὸ δὲ Καιτόβριξ εἰς Βαρβάριον ἄκρον στάδιοι ρϟ', στάδιοι ρξ'. Ἀπὸ δὲ Βαρβαρίου ἄκρου εἰς Ὀλιοσίπωνα στάδιοι τπ', στάδιοι σν'. Ἀπὸ δὲ Ὀλιοσίπωνος ἐπὶ τὰς τοῦ Τάγου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ρνε', [στάδιοι **]. Εἰσὶ δὲ ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ [στάδιοι **]. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τάγου ποταμοῦ ἐπὶ Σελήνης ὄρος, ἄκρον, εἰσὶ στάδιοι ρν', στάδιοι ρκ'. Ἐνταῦθα παράκειται [νῆσος] Λάνοβρις καλουμένη· εἰσὶ δὲ ἐπ' αὐτὴν ἀπὸ τοῦ τῆς Σελήνης

13. Ab ostiis prædicti Anæ fluvii ad Balsa stadia 380, [*stadia* 240?]; per hunc tractum accolunt Turditani. A Balsis ad Ossonoba stadia 340, stadia 300. Ab Ossonoba vero ad Sacrum promontorium stadia 360, stadia 260. Hoc promontorium valde in oceanum prominet, inque numero est longe celeberrimorum. A Sacro autem promontorio ad Calipodis fluvii ostia stadia 1350, stadia 950. Ab ostiis fluvii Calipodis ad Salacra (*Salaciam*) stadia 230, stadia 210. A Salacris (*Salacia*) ad Cætobrigem stadia 105, stadia 90. A Cætobrige ad Barbarium promontorium stadia 190, stadia 160. A Barbarico promontorio ad Oliosiponem stadia 380 (280?), stadia 250. Ab Oliosipone vero ad ostia Tagi fluvii stadia 155, [*stadia* 130?]. Ad fontes fluvii sunt [*stadia* **]. Ab ostiis vero Tagi fluvii ad Lunæ montis promontorium stadia 150, stadia 120. Hic adjacet *insula* Lanobris (*Londobris*) appellata; ad eam sunt a Lunæ promontorio stadia 940, stadia 670. A Sacro promontorio ad eam sunt stadia 1510, stadia 1130. A Lunæ monte ad Mondæ

---

ap. Agathem. II, 10. Straboni et Latinis fluvius est Δούριος, *Durius*, uti constat. || — 39. Inclusa supplevi.

§ 13. Ptolemæus II, 4 p. 115 : Μετὰ τὰς τοῦ Ἄνα ποταμοῦ ἐκβολάς·

			Marcianus.
Τουρδητανῶν·			
Βάλσα	3° 40'	37° 45'	380-[340] stad.
Ὀσσόνοβα	3°	37° 50'	340-300
Ἱερὸν ἀκρωτήριον	2° 30'	38° 15'	360-260
Καλίποδος ποτ. ἐκβολαί	5°	39°	1350-950*
Σαλακία	5° 5'	39° 25'	230-210
Καιτόβριξ	4° 55'	39° 30'	105-90
Λουσιτανῶν.			
Βαρβάριον ἄκρον	4° 50'	39° 50'	190-160
Ὀλιοσειπών	5° 10'	40° 15'	280*-250
Τάγου ποτ. ἐκβολαί	5° 30'	40° 10'	155-[130]
Αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ	11° 40'	40° 45'	(**)
Σελήνης ὄρος, ἄκρον	5°	40° 40'	150-120
Μόνδα ποτ. ἐκβολαί	5° 10'	40° 50'	150-120
Οὐάκου ποτ. ἐκβολαί	5° 10'	41° 20'	380-275
Δωρίου ποτ. ἐκβολαί	5° 20'	41° 50'	[70]-[60]?
			4140-3265

2. ἐπὶ Βάλσα] ἐπὶ Ἴβαλσα codex, et mox Ἰβάλσων. Illud Ptolemæus, Plinius, Mela, Itin., Geogr. Rav., numi. || — 4. Ὀσσόνοβα] σόνοβα ... ἀπὸ δὲ σσόνοβα (sic) codex. Simili vitio in Strabone p. 143 codices Σόνοβα. V. Mela III, 1; Plin. IV, 35; Ptolem.; Itin. p. 418. 426; G. Rav. IV, 43. Cf. Ukert. II, 1 p. 387. || — 6. ἐπὶ τὸ πολὺ apogr. Vat. et editt.; at τὸ in cod. Par. recte non legitur. || — 3. Καλσίποδος cod. h. l. et mox iterum, quod ortum videtur ex Καλείποδος, quæ lectio occurrit in Ptolemæi codicibus nonnullis, dum plurimi præbent Καλίποδος (unus Καλοπόδου, unus Καλόποδος). Ceterum fluvius ille (hod. *Sadao*) aliunde non notus est. || — 9. Ϡν'] Sic scripsi pro τν', quod aperte corruptum. || — 10. Σάλακρα] Ptolemæo sicuti reliquis, Plinio, Melæ, Itiner. et in numis est Σαλακία, Σαλάκεια, *Salacia;* quod nomen absque violentiore mutatione reponi non licet. Hodie *Alcacer do Sal.* || — 11. Καστόβριξ codex; Καιτόβριξ, Ptolemæus, *Catobriga* Itin. p. 417; *Cetobriga* Geogr. Rav. IV, 23. || — 14. Ὀλιοσίπωνα] Mox codex ἀπὸ δὲ Ὀλιοσίπονος. In Ptolemæi codd. locus scribitur Ὀλιοσειπών et Ὀλιοσείπων; *Olisipo* ap. Varron. De r. rust. II, 1, Plinium IV, 35, Itin. p. 416. 418 (ubi v. not. Wesseling.); *Ulyssippo* ap. Melam III, 1, 6, Solin. c. 23. Cf. Ukert. II, 1 p. 394; Forbiger. III, p. 38 not. Apud Strabonem p. 151 nomen Ὀλισίπων de conjectura inferre tentavit Corayus, parum probabiliter. V. Cramer ad Strab. l. l. || — 14. τπ'] Suspicor scribendem esse σπ'. Ejusmodi enim mutatione in uno alterove numero opus est, ut summa stadiorum quam Marcianus collegit, erui possit. || — 16. Excidit minor numerus stadiorum (120, ut puto). || — 17. Stadiorum numerus excidit. Apud Ptolemæum fontes fluvii ab ostio distant 5° 50', qui in hac latitudine efficerent lineam rectam stadiorum fere 2400. Longe a vero aberravit Polybius, qui (sec. Strabon. p. 107) τὸν Τάγον ποταμὸν ὀκτακισχιλίων τίθησι τὸ μῆκος ἀπὸ τῆς πηγῆς μέχρι τῶν ἐκβολῶν, οὐ δή που τὸ σὺν τοῖς σκολιώμασιν (οὐ γὰρ γεωγραφικὸν τοῦτο), ἀλλ' ἐπ' εὐθείας λέγων. || — 19. νῆσος] Vocem in latinis supplevit Hudsonus, in Græcis Millerus. || — Λάνοβρις] sic cod., quod in apogr. Vat. abiit in Λάνουκρις. Apud Ptolemæum l. l. p. 117, 28 : νῆσος δὲ τῇ Λουσιτανίᾳ παράκειται Λονδοβρίς (3°-41°); sic vulgo; nonnullis tamen in codd. accentus ponitur in antepenultima, uti in Nostro. Ipsum Λόνδοβρις nomen apud Marcianum reponendum esse, etsi probabile sit, certius tamen dici nequit, quum aliunde de hac insula (hod. *Berlinguas*) ex vett.

ἀκρωτηρίου στάδιοι ϡμ', στάδιοι χο'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου εἰσὶν ἐπ' αὐτὴν στάδιοι ͵αφι', στάδιοι ͵αρλ'. Ἀπὸ δὲ Σελήνης ὄρους ἐπὶ Μόνδα ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ρν', στάδιοι ρκ'. Ἀπὸ δὲ Μόνδα ποταμοῦ εἰς Οὐάκου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι τπ', στάδιοι σοε'. Ἀπὸ δὲ Οὐάκου ποταμοῦ ἐκδέχονται αἱ τοῦ Δορίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, καθ' ἃς τέλος ἔχειν τὴν Λουσιτανίαν Ἱσπανίαν συνέστηκεν. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Δορίου ποταμοῦ ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ σταδίοι ͵ατο'. [Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκβολῶν Οὐάκου ἐπὶ τὰς τοῦ Δορίου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι †*, στάδιοι **].

fluvii ostia stadia 150, stadia 120. A Monda fluvio ad Vacæ fluvii ostia stadia 380, stadia 275. Post Vacam fluvium sequuntur Dorii fluvii ostia, juxta quæ Hispaniam Lusitanicam fines habere constat. Ab ostiis Dorii fluvii ad fontes ejusdem fluvii stadia 1370 [*Ab ostiis autem Vacæ fluvii ad ostia Dorii fluvii stadia* **, *stadia* **].

14. Ἔστι δὲ τῆς Λουσιτανίας τὸ μῆκος ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τῆς δυτικῆς πλευρᾶς καὶ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου, περαιούμενον δὲ πρὸς τὰς πηγὰς τοῦ Δορίου ποταμοῦ, ὡς εἶναι διὰ τῆς μεγίστης γραμμῆς τοῦ μήκους σταδίους ͵γτλε'. Τὸ δὲ πλάτος τῆς Λουσιτανίας ἄρχεται μὲν ἀπὸ θαλάσσης κατὰ τὴν ἀρκτῴαν πλευρὰν κατὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Οὐάκου ποταμοῦ, καταλήγει δὲ ὡς πρὸς μεσημβρίαν εἰς Βάλσα τὴν πόλιν, ὡς εἶναι καὶ τοῦ πλάτους κατὰ τὴν μείζονα γραμμὴν σταδίους ͵αψϟγ'. Ἔστι δὲ ὁ τῆς Λουσιτανίας ὁ τῆς μεσογείας περιορισμὸς σύμπας σταδίων ͵δυ', σταδίων ͵δ'. Ἔχει δὲ ἔθνη δ', πόλεις ἐπισήμους νς', ὄρη ἐπίσημα ε', ποταμοὺς ἐπισήμους ς', ἀκρωτήρια ἐπίσημα β'.

14. Longitudo Lusitaniæ incipit ab occidentali latere et Sacro promontorio, terminatur autem ad fontes Dorii fluvii, adeo ut per maximam lineam longitudinis sint stadia 3335. Latitudo Lusitaniæ incipit a mari ad latus septentrionale juxta ostia Vacæ fluvii, atque desinit meridiem versus ad Balsa civitatem, adeo ut secundum lineam majorem latitudinis sint stadia 1793. Universus Lusitaniæ mediterraneæ ambitus est stadiorum 4400, stadiorum 4000. Gentes habet 4, urbes insignes 56, montes insignes 5, fluvios insignes 6, promontoria insignia 2.

15. Οἱ πάντες ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἄνα ποταμοῦ μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Δορίου ποταμοῦ τοῦ περίπλου τῆς παραλίας Λουσιτανίας τῆς πρὸς τῷ ὠκεανῷ στάδιοι οὐ πλεῖον ͵δρμ', οὐχ ἧττον σταδίων ͵γσξε'.

15. Peripli Lusitaniæ littoralis ad oceanum ab ostiis Anæ fluvii usque ad ostia Dorii fluvii stadia cuncta non plura 4140, non pauciora 3265.

---

scriptoribus non constet. ‖— 1. ϡμ'] τμ' codex. Siglam ϡ in τ abiisse sæpius jam vidimus. Distantia hæc quadrat in notationes Ptolemæi, qui insulam duobus gradibus et paullo ultra a Lunario promontorio removet, pro more suo in altum insulas terræ proximas contra fas ejiciens. Quæ sequuntur στάδιοι χο' usque ad εἰσὶν ἐπ' αὐτὴν exciderunt in apogr. Vaticano; ex apogr. Monacense supplevit Hœschel. ‖ — 5. Οὐάκου] hoc loco codex Οὐάκουα, sed mox ἀπὸ δὲ Οὐάκου... ἐκβολὰς τοῦ Οὐάκου ποταμοῦ, sicuti in Ptolemæo præbent codices, quantum scio, omnes. In apographo Vatic. scriba dedit Οὐάκουα et deinde bis Οὐακούα. Vel accentus in Οὐάκουα suadet Οὐάκου genuinam esse in Marciano lectionem; quamquam alteram formam in ουα s. ουας desinentem in usu fuisse e Plinio et Strabone colligitur, quorum hic p. 153 : γνωριμώτατοι δὲ τῶν ποταμῶν ἐφεξῆς τῷ Τάγῳ Μούνδας (Μουλιάδας codd.), ἀνάπλους ἔχων μικρούς, καὶ Οὐακούα (Οὐάκος ex correct. cod. B Crameri; Οὐακούας conj. Cramer.) ὡσαύτως. Plinio est *Vacca* fluvius; hodie *Vouga*. ‖ — 9. Verba ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ exciderunt in edit. Milleri. Quum presso pede Marcianus sequatur Ptolemæum, cujus Græci codices fontes Dorii non memorant : vix dubium est lacunam esse statuendam, quam explent codices Latini, in quibus : *Fontes fluvii* 11° 30'. 41° 50'; adeo ut linea recta Dorii fl. longitudo sit fere graduum 6 sive stadiorum in hac latitudine circa 2400. Suspicari itaque licet pro ͵ατο' fuisse ͵βτο'. Est tamen quod obstet. V. infra not. § 14. Ceterum excidit vel ab excerptore omissum est intervallum a Vaca fluvio ad Dorium fluvium, quod secundum Ptolemæum est gradus dimidii sive st. 250. Apud Nostrum vero ad explendam summam stadiorum 4140 et 3265 (v. § 15), nonnisi 70 et 60 desiderantur, si nobiscum intervallum a Barbario promontorio usque ad Olisiponem non 380, sed 280 stadiorum posueris. At quum probabile non sit Marcianum de distantia inter Vacam et Dorium fluvium tam longe a Ptolemæi sententia recessisse, in traditis numeris, nescio ubi, aliquid corruptum esse statuerim.

§ 14, 16. ͵γτλε'] Numerus justo minor foret, si Dorii fontes ponas cum Ptolemæo 11° 30' long.; satis quadrat, si Dorii cursus longitudo cum Marciano nonnisi 1370 stadiorum fuisse statuas. ‖ — 18. Οὐάκου] Mirum est latitudinem inde a Vaca fluvio, non vero a Durio fluvio computari. Ceterum scriba nihil errasse videtur; nam bene quadrant stadia 1793 in intervallum quod sec. Ptolemæum intercedit inter Balsam et Vacam fluv. (3° 45'). ‖ — 19. Βάλσα] Ἴβαλσα codex, ut supra.

§ 15. ͵δρμ'.. ͵γσξε'] Singuli numeri majores, quales in codice scripti sunt, summam efficiunt stad. 4170, quibus addendum est quod excidit intervallum inter Vacam et Durium fluvium. Summa stadiorum 4140 obtinetur, si in octavo intervallo pro 380 stadiis ponuntur 280, et ultimum intervallum, quod excidit, fuisse putes stadiorum 70; quamvis hoc majus fuisse, et in alio quodam numero erratum ali-

ΤΑΡΡΑΚΩΝΗΣΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

16. Ἡ Ταρρακωνησία τῶν Ἰσπανιῶν περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ Κανταβρίῳ ὠκεανῷ· ἔστι δὲ οὗτος τῶν ἀρκτῴων μερῶν· ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν θερινῶν τῇ Πυρήνῃ πάσῃ, ἀπὸ τοῦ Οἰάσσω τῆς Πυρήνης ἀκρωτηρίου μέχρι τοῦ ἑτέρου ἀκρωτηρίου αὐτῆς τοῦ κειμένου κατὰ τὴν ἡμετέραν θάλασσαν, ἐφ' οὗ ἵδρυται τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης, [ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν χειμερινῶν τῷ Βαλιαρικῷ πελάγει]· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῇ τε προειρημένῃ Λουσιτανίᾳ καὶ [τῇ Βαιτικῇ τῇ ἐπικειμένῃ] τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ· ἀπὸ δὲ δύσεως τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· [τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει].

* * * * * * *

17. Ἔστι δὲ τῆς Ταρρακωνησίας τὸ μῆκος ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τῆς δυτικῆς πλευρᾶς ἀπὸ τοῦ Νερίου ἀκρωτηρίου, περαιούμενον δὲ κατὰ τὸ ἀκρωτήριον τῆς Πυρήνης τὸ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ, ἔνθα τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης, ὡς εἶναι τῆς ἐπαρχίας τὸ μῆκος κατὰ τὴν διὰ μέσου τομὴν σταδίους ,ζσλ', τὸ δὲ πλάτος τῆς Ταρρακωνησίας [ἄρχεται μὲν κατὰ τὴν ἀρκτῴαν πλευρὰν ἀπὸ τοῦ Κανταβρίου ὠκεανοῦ καὶ τοῦ Πυρηναίου ὄρους, καταλήγει δὲ ὡς πρὸς μεσημβρίαν εἰς τὰ ἀρκτῷα μέρη τῆς Λουσιτανίας] καὶ τῆς Βαιτικῆς [καὶ εἰς Οὔρκην πόλιν τῆς Βαιτικῆς] ὡς εἶναι καὶ τοῦ πλάτους τὸ διάστημα κατὰ τὴν μείζονα γραμμὴν σταδίων ,δσν'. Ἔστι δὲ ὁ κατὰ γῆν αὐτῆς περιορισμὸς σταδίων ,δφ', σταδίων ,γτ'. Ἔχει δὲ ἔθνη νε', πόλεις ἐπισήμους σογ', ὄρη ἐπίσημα ε', ποταμοὺς ἐπισήμους κγ', ἀκρωτήρια ἐπίσημα η', λιμένας ἐπισήμους β'.

18. Καὶ ὁ μὲν τῆς Ταρρακωνησίας περίπλους τῶν πρὸς τῷ ὠκεανῷ κειμένων αὐτῆς μερῶν κατὰ τὴν δυτικὴν καὶ ἀρκτῴαν πλευρὰν εἴρηται· τὸ δὲ λειπόμενον

TARRACONENSIS PERIPLUS.

16. Hispania Tarraconensis terminatur a septentrione oceano Cantabrico; est autem hic partium septentrionalium; ab æstivi solis ortu tota Pyrene, ab Œasso Pyrenes promontorio usque ad alterum ejus promontorium, nostrum mare attingens, in quo positum est Veneris templum; [*ab hiberno solis ortu pelago Balearico*]; a meridie vero Lusitania prædicta et [*Bæticæ parte ea quæ adjacet*] mari nostro; ab occasu occidentali oceano. Ac universa quidem circumscriptio ad hunc modum se habet, [*particularia autem ita habent :*]

* * * * * * *

17. Tarraconensis longitudo incipit ab occidentali latere a Nerio promontorio, terminatur vero ad promontorium Pyrenes quod est in mari nostro, ubi Veneris templum; adeo ut provinciæ longitudo juxta lineam per medium ductam sit stadiorum 7,230; latitudo vero Tarraconensis [*incipit in boreali latere ab oceano Cantabrico et Pyrenæo monte, desinitque meridiem versus in boreales partes Lusitaniæ*] et Bæticæ [*atque in Urcen urbem Bæticæ,*] ita ut latitudinis spatium secundum majorem lineam sit stadiorum 4250. Est autem ambitus ejus mediterraneus stadiorum 4500, stadiorum 3300. Gentes habet 55, urbes insignes 273, montes insignes 5, fluvios insignes 23, promontoria insignia 8, portus insignes 2.

18. Ac de periplo quidem partium Tarraconensis provinciæ oceano adjacentium juxta occidentale et septentrionale latus modo diximus; reliquam vero ejus

---

quid maluerim, uti supra jam monui. Summa minor minus etiam ob lacunas calculis probari potest.

§ 16. V. Ptolemæus II, 5. || 5. Οἰάσσω] πάσσω codex h. l., sed infra recte Οἰάσσω. Apud Ptolemæum accentus in ultima (Οἰασσώ). Præter Ptolemæum et Marcianum promontorium bujus nominis nemo memorat, cognominem vero urbem Mela III, 1, 10 scribit *Oeaso*, Strabo Οἰασὼν (ex em. Casauboni; Οἰδασοῦνα et Ἰδάνουσαν πόλιν codd.); Ptolemæi codices in promontorii et urbis nominibus præbent Οἰασσὼ et Οἰασώ. Apud Plinium IV, 34 locus vocatur *Olarso* pro *Oearso* (hod. *Oyarço*), unde tueri licet formam Οἰασσὼ, in qua ρσ in σσ videtur mitigari. || — 6. ἑτέρου ἀκρωτ.] Situm prom. 20° 20'. 42° 20' sec. Ptol.; τὸ Ἀφροδίσιον ap. Strabon. p. 178. 181. Cf. Plin. III, 4. Liv. XXVI, 19. Hod. *Cap Creus.* || — 8. sq. Inclusa suppleta ex Ptolemæo.

§ 17, l. 15. Νερίου] Κορίου codex. Hudsonus : « Lego ex Ptolemæo Κώρυ. » Nimirum apud Ptolemæum habes : Λαπατία Κώρου, ἄκρον τὸ καὶ Τρίλευκον (hod. *Cap Ortegal*), 7° 15'. 45°. At multum abest ut Lapatia Corû prom. sit maxime occidentale, atque hinc latitudinem computari Tarraconensis Hispaniæ sit probabile. Sec. Ptolemæum maxime occasum versus spectat τὸ Νέριον ἀκρωτήριον (5° 40'. 45, 30'). Cf. Strabo p. 153 :.. περὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται Νέριον, ἣ καὶ τῆς ἑσπερίου πλευρᾶς καὶ τῆς βορείου πέρας ἐστίν. Id. p. 137. (Hod. *Cap Finisterre.*) Quare Νερίου pro Κορίου scripsi. Stadiorum quoque numerus ab hoc promontorio computatus, vero propior est. || — 16. περαιούμενον] Sæpius eo sensu vox recurrit; ubique velim περατούμενον, quod semel codex § 46 præbet. || — 20. Inclusa ad explendam sententiam inserui. Urcen urbem tamquam meridionalem Bæticæ terminum Marcianus memorat § 18. Sita est sec. Ptolem. 37° 20'; borealis ora Cantabriæ sita sub 45°. Hinc latitudinis lineam rectam obtines graduum 7°, 40', a qua stadia 4250 non longius abludunt quam alibi similes numeri a Ptolemæi mensuris recedere solent. || — 26. ἔστι δὲ ἡ κατὰ cod., quasi sequeretur περίοδος; em. apogr. Vat.

§ 18, l. 33 sqq. Τὸ δὲ λειπόμενον κτλ.] Si inte-

αὐτῆς μέρος παρὰ τὸ Βαλιαρικὸν πέλαγος, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τοῦ Πυρηναίου ὄρους καὶ τοῦ ἀκρωτηρίου αὐτοῦ, ἐφ' οὗ τὸ [ἱερὸν τῆς] Ἀφροδίτης ἐγκεῖσθαι προειρήκαμεν, καταλῆγον δὲ εἰς Οὐρκὴν, μεθ' ἣν ἐκδέχεται ἡ Βαιτικὴ ἐπαρχία, ἧστινος τὰ μέρη τὰ πρὸς τῷ Ἡρακλείῳ πορθμῷ καὶ τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ ἐν ἀρχῇ διεξήλθομεν, [ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῆς Ἀρτεμιδώρου γεωγραφίας ἤτοι περίπλου σαφῶς διεξήλθομεν]. Οἱ πάντες ἀπὸ τῶν τοῦ Δορίου ποταμοῦ ἐκβολῶν ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον τῆς Πυρήνης τὸ Οἰάσσω λεγόμενον τοῦ περίπλου τῆς παρὰ τὸν ὠκεανὸν παραλίας τῆς Ταρρακωνησίας εἰσὶ στάδιοι οὐ πλεῖον „ατκζ', οὐκ ἔλαττον σταδίων ,ηιβ'. Οἱ δὲ σύμπαντες ἀπὸ τοῦ ὄρους Κάλπης τοῦ πρὸς τῷ Ἡρακλείῳ πορθμῷ κειμένου μέχρι τοῦ Οἰάσσω ἀκρωτηρίου τῆς Πυρήνης τοῦ περίπλου παντὸς τῆς Ἰβηρίας τῆς παρὰ τὸν ὠκεανὸν κειμένης οὐ πλεῖον σταδίων „α ,ϛωμε', οὐκ ἔλαττον σταδίων „α ,γσπβ'. Ὁ μὲν οὖν τῆς Ἰβηρίας περίπλους ὁ παρὰ τὸν ὠκεανὸν τὸν δυτικὸν καὶ τὸν ἀρκτῷον τυγχάνων ἀπὸ τῆς Κάλπης τοῦ ὄρους καὶ τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ μέχρι τῆς Πυρήνης τοῦ ὄρους καὶ τοῦ πέρατος αὐτοῦ τοῦ ἀρκτῴου, τοῦ καλουμένου Οἰάσσω, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· ἐπὶ δὲ τὰ ἑξῆς χωρήσομεν.

partem juxta Balearicum pelagus porrectam inde a Pyrenæi montis promontorio, cui Veneris templum impositum diximus, usque ad Urcen, post quam se quitur Bætica provincia, cujus partes freto Herculeo et oceano occiduo adjacentes initio hujus libri recensuimus, [*hanc partem in epitome Artemidori geographiæ sive peripli accurate descripsimus.*] Cuncta inde a Dorii fluvii ostio usque ad Œasso Pyrenes promontorium peripli juxta Tarraconensis oram maritimam stadia sunt non ultra 10327, non infra 8012. Inde autem a Calpe monte juxta Herculeum fretum sito usque ad Œasso Pyrenes promontorium totius peripli stadia cuncta colliguntur non supra 16845, non infra 13282. Iberiæ igitur periplus juxta oceanum occidentalem et septentrionalem, a Calpe monte et freto Herculeo usque ad montem Pyrenes et extremitatem ejus borealem Œasso nominatam, hunc in modum se habet; nunc ad sequentia progrediemur.

ΚΕΛΤΟΓΑΛΑΤΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

19. Ἡ καλουμένη Κελτογαλατία διήκει μὲν ἐπὶ πλεῖστον καὶ κατὰ γῆν καὶ [κατὰ] θάλασσαν· διήρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δ', Γαλλίαν Ἀκυτανίαν καὶ Γαλλίαν Λουγδουνησίαν καὶ Γαλλίαν Βελγικὴν καὶ [Γαλλίαν] Ναρβωνησίαν. Ἀλλ' αἱ μὲν προειρημέναι τρεῖς ἐπαρχίαι προσοικοῦσι τῷ ὠκεανῷ πρὸς τὰς ἄρκτους ἐστραμμέναι, ἡ δὲ Ναρβωνησία ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς καὶ ἐντὸς κεῖται θαλάσσῃ πρὸς τὴν μεσημβρίαν ὁρῶσα. Λέξο-

CELTOGALATIÆ PERIPLUS.

19. Celtogalatia, quam vocant, per terram et mare longissime extenditur; divisa autem est in provincias quattuor, Galliam Aquitanicam, Galliam Lugdunensem, Galliam Belgicam et Galliam Narbonensem. De his tres provinciæ quas priores nominavimus, adjacent oceano, ad septentrionem conversæ; Narbonensis autem juxta nostrum et internum mare sita est, ad meridiem spectans. Nos igitur, sumpto secundum

---

ger locus, ἀρχόμενον dictum foret pro ἄρχεται; at constanter Marcianus in hac phrasi verbum ἐστὶ participio adjungit, adeo ut, si reliqua sana sunt, hoc quoque loco pro more dicturus fuisse censeatur : ἔστι δὲ τὸ λειπόμενον... ἀρχόμενον μὲν κτλ. Verum quum fines Tarraconensis Hispaniæ orientales supra jam descripserit, præter iteratam eorum mentionem aliud quidpiam desideratur. Quare verba quæ habemus, mendo carere, sed post ea excidisse puto talia fere, qualia e simili loco § 19 inserui. || — 1. Βαλιαρικὸν] sic etiam Ptolemæus; Βαλεαρικὸν de suo penu dedit scriba apogr. Vat. Mox si supplere ἱερὸν τῆς nolueris, legere licet τὸ Ἀφροδίσιον. Sed illud præstat. || — 2. Οὐρκὴν] Tenorem in penultima habent codices Ptolemæi. *Urci* urbs vocatur ap. Melam II, 6, 7, et in Itin. p. 404. || — 5. Βετικὴ cod. || — 13. ἀπὸ τοῦ ὄρους Κάλπης τοῦ πρὸς τῷ Ἡρ.] Sic codex; Nescio cur Millerus ediderit : ἀπὸ τοῦ ὄρους [ἐπὶ] τῷ Ἡρ. || — 17. „α ,ϛωμε'] ἀϛ' με' codex; inserui ω, siquidem majores stadiorum numeri ita habent :

Bæticæ stadia	2380
Lusitaniæ	4140
Tarraconensis	10327
	16847

Quæritur num pro ε' nostro loco scribendum sit ζ', an paullo supra ζ' pro ε'; tu videas. || — „α ,γσπβ'] 13286. Singulos numeros minores in antecc. habemus hos :

Bæticæ stadia	1245 (1845?)
Lusitaniæ	3265
Tarraconensis	8012
	12522 (13122)

Quæ minime quadrant, nec suppedit emendandi ratio. Hoc tamen supra vidimus pro Bæticæ stadiis 1245 flagitari circa 1845 stadia. Quæritur num reliqui duo numeri mendam traxerint, necne. || — 21. Πυρίνης cod. || — 23. χορήσομεν cod.; em. apogr. Vat.

§ 19. V. Ptolemæus II, 6. || — 27. Cf. Steph. B. : Ἀκυτανία, ἐπαρχία τῆς Κελτογαλατίας, μία τῶν τεσσάρων. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς. || — 29. αἱ μὲν αἱ προειρημέναι τρεῖς αἱπαρχίαι codex. || — Pag. 551, l. 8. Inclusa supplevi.

μεν τοίνυν τὸν περίπλουν, ἀκολούθως ἀπὸ τῆς Ἀκυτανίας ἀρξάμενοι τῶν παρὰ τὸν ὠκεανὸν τὸν ἀρκτῷον τῆς Κελτογαλατίας παροικούντων ἐθνῶν· τοῦτον γὰρ τὸν περίπλουν ἀναγράψειν ὑπεσχόμεθα· τῆς γὰρ Ναρϐωνησίας τὸν περίπλουν ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῆς Ἀρτεμιδώρου γεωγραφίας ἤτοι περίπλου σαφῶς διεξήλθομεν, εἰ καὶ ὁ προειρημένος Ἀρτεμίδωρος τὴν διαίρεσιν τῶν ἐν [τῇ Κελτογαλατίᾳ, ὡς καὶ τῶν ἐν τῇ] Ἰϐηρίᾳ ἐπαρχιῶν οὐχ ἐποιήσατο.

ordinem ab Aquitania initio, gentium earum, quæ borealem Celtogalatiæ oceanum accolunt, periplum enarrabimus; hunc enim conscribere polliciti sumus; etenim Narbonensis Galliæ periplum in epitome geographiæ seu peripli Artemidori perspicue exposuimus, quamquam præfatus Artemidorus distinctionem [*Celtogalatiæ, sicuti etiam*] Iberiæ provinciarum non fecit.

ΑΚΥΤΑΝΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

20. Ἡ Ἀκυτανία περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων μέρει τῆς ἐχομένης Λουγδουνησίας ἐπαρχίας καὶ τῷ μετ' ἐκείνην ὠκεανῷ ἀρκτῴῳ, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν ὁμοίως μέρει τῆς Λουγδουνησίας κατὰ τὸν Λίγηρα ποταμὸν μέχρι τῶν πηγῶν αὐτοῦ, καὶ μέρει τῆς Ναρϐωνησίας μέχρι τοῦ πρὸς τῇ Πυρήνῃ πέρατος, ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ Ἀκυτανικῷ ὠκεανῷ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας μέρει τε τῆς Πυρήνης κατὰ τὸ Οἰάσσω ἀκρωτήριον τῷ πρὸς τὸν ὠκεανὸν νενευκότι, καὶ μέρει τῆς Ναρϐωνησίας ἐπαρχίας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ Λίγηρος μέχρι τοῦ εἰρημένου πρὸς τῇ Πυρήνῃ πέρατος. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοῦ ἔθνους τοιαύτη, τὰ δὲ κατὰ μέρος τῆς παραλίας κατὰ τὸν Ἀκυτανικὸν ὠκεανὸν οὕτως ἔχει.

21. Ἀπὸ τοῦ Οἰάσσω ἀκρωτηρίου τῆς Πυρήνης ἐκδέχονται Ἀτούριος ποταμοῦ ἐκϐολαὶ, εἰσὶ δ' ἐπ' αὐτὰς οὐ πλείω σταδίων ͵ασν', οὐχ ἧττον σταδίων ψπε'. Ἀπὸ δὲ Ἀτούριος ἐκϐολῶν εἰς Σιγνάτιος ποταμοῦ ἐκϐολὰς στάδιοι φ', [στάδιοι] υν'. Ἀπὸ δὲ Σιγνάτιος ποταμοῦ ἐκϐολῶν εἰς Κουρίαννον ἀκρωτήριον εἰσὶ στάδιοι φ',

AQUITANIÆ PERIPLUS.

20. Aquitania terminatur a septentrione parte finitimæ Lugdunensis provinciæ, et oceano qui pone Lugdunensem est septentrionali; ab oriente autem item parte Lugdunensis provinciæ secundum fluvium Ligerim usque ad fontes ejus, et parte Narbonensis usque ad terminum in Pyrene monte; ab occidente vero Aquitanico oceano; a meridie autem parte Pyrenes juxta Œasso promontorium vergente ad oceanum et parte Narbonensis provinciæ a capite Ligeris usque ad dictum in Pyrene monte terminum. Ac universa quidem provinciæ circumscriptio hujusmodi est; loca autem particularia regionis littoralis ad oceanum Aquitanicum sic se habent.

21. Post Œasso promontorium Pyrenes sequuntur Aturii fluvii ostia; ad illa vero stadia sunt non plura 1250, non pauciora stadiis 785. Ab ostiis autem Aturii fluvii ad ostia Signatis fluvii stadia 500, [*stadia*] 450. Ab ostiis vero Signatis fluvii ad Curiannum promontorium stadia sunt 500, stadia 370. A Curianno

---

§ 20, l. 12. verba καὶ τῷ μετ' ἐκείνην ὠκεανῷ ἀρκτῴῳ parum apte subjiciuntur, nec sunt apud Ptolemæum. Contra e Ptolemæo addita post v. ἐπαρχίας velis παρὰ τὸν Λίγηρα ποταμόν. || — 13. Λίγηρα] sic. h. l. et mox iterum codex; Λίγερος § 22, Λίγιρος § 23, Αἴγιρος § 21 et 25. Ap. Ptolemæum codd. nostri Λίγειρ; ap. Strabonem Λείγηρ; ap. Dion. C. 39, 40 Λίγρος. || — 16. Πυρίνη cod. || — 23. Ἀκυτιανὸν cod.

§ 21. Ptolemæus II, 6 p. 133:

Μετὰ τὸ Οἰασσὼ ἀκρωτήριον	15° 10'	45° 50'	
Ἀτούριος ποταμοῦ ἐκϐολαί	16° 45'	44° 45'	[920-785]?
Σίγμανος ποταμοῦ ἐκϐολαί	17°	45° 20'	500-450
Κουριανὸν ἄκρον	16° 30'	46°	500-370
Γαρύνα ποταμοῦ ἐκϐολαί	17° 30'	46° 30'	600-450
Τὸ μεταξὺ τοῦ μήκους	18°	45° 20'	
Ἡ πηγὴ τοῦ ποταμοῦ	19° 30'	44° 15'	(900-600)
Σαντόνων λιμήν	16° 30'	46° 45'	
Σαντόνων ἄκρον	16°	47° 15'	475-325
Κανεντέλου ποταμοῦ ἐκϐολαί	17° 15'	47° 45'	560-550
Πικτόνιον ἄκρον	17°	48°	210-150
Σικὸρ λιμήν	17° 30'	48° 15'	300-290
Λίγειρος ποταμοῦ ἐκϐολαί	17° 40'	48° 30'	185-155
			4800-3525

25. Ἀτούριος] sic Ptol.; Ἀτουρίου cod. h. l. et mox iterum, eodem vitio quo I, 21 Ὀρατίου pro Ὀροάτιος, § 24 Ῥογομανίας pro Ῥογομάνιος, § 46 Κοττιαρίου pro Κοττιάριος et in sqq. Σιγνατίου pro Σιγνάτιος. || — 26. ͵ασν'.. ψπε'] ͵δσν'.. ͵γτ' (4250.. 3300) codex vitio aperto. Ab Œasso ad Aturin secundum Ptolemæum non ultra 800 stadia sunt; porro ut colligatur summa stadiorum 4800-3525, quam litori Aquitaniæ Marcianus tribuit, si reliqui numeri genuini sunt, nostro loco ponenda erant stadia 920, ϡκ', et 785, ψπε'. Quorum illum absque violentia restituere non licet; sed leni manu Δ mutatur in A, uti feci, in sequentibus numeris vitium alicubi latere suspicatus. Admisso semel numero ͵δσν', ad hunc accommodatus est alter, in quo ΓΤ effictum esse videtur ex genuino numero ΨΠΕ'. Ukertus II, 2 p. 89 pro ͵δσν' et ͵γτν' (sic. sc. est in apogr. Vat.) scribendum proposuit ͵αυμ' et ωζ', parum probabiliter. Quæ Lapieus Itin. p. 414 luserit, silentio præterire liceat. || — 26. Millero contra codicis auctoritatem scribere placuit ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀτούριος. || — 27. Σιγνάτιος] Σιγνατίου codex his. Apud Ptolem.

στάδιοι το'. Ἀπὸ δὲ Κουριάννου ἐπὶ Γαρούννα ποταμοῦ ἐκβολὰς μεγέθους ὄντος [σταδίων] ν', στάδιοι χ', [στάδιοι] υλ'. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Γαρούννα ποταμοῦ εἰσὶν ἐπὶ τὰς πηγὰς αὐτοῦ στάδιοι ϡ', στάδιοι χ'. Ἀναπλεύσαντι δὲ τῷ Γαρούννᾳ ποταμῷ κεῖται πόλις τῆς Ἀκυτανίας Βουρδίγαλα. Ἐνταῦθα παροικοῦσι Σάντονες, ὧν πόλις Μεδιολάνιον ἐπὶ θαλάσσῃ κειμένη παρὰ τὸν Γαρούνναν ποταμόν. Ἀπὸ δὲ Γαρούννα ποταμοῦ ἐκβολῶν ἐπὶ Σαντόνων ἄκρον στάδιοι υοε', στάδιοι τκε'. Ἀπὸ δὲ Σαντόνων ἄκρου ἐπὶ Κανεντέλλου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι φξ', στάδιοι φν'. Ἀπὸ δὲ Κανεντέλλου ποταμοῦ ἐκβολῶν ἐπὶ Πικτόνιον ἄκρον στάδιοι σι', στάδιοι ρν'. Ἀπὸ δὲ Πικτονίου ἄκρου ἐπὶ Σικὸρ λιμένα στάδιοι τ', στάδιοι σζ'. Ἀπὸ δὲ Σικὸρ λιμένος ἐπὶ Λίγηρος ποταμοῦ ἐκβολὰς μεγίστου τυγχάνοντος καὶ ὄντος μεγέθους [σταδίων *], στάδιοι ρπε', στάδιοι ρνε'. Παροικοῦσι δὲ τῷ ποταμῷ Σαμνῖται τὸ ἔθνος.

22. Ἔστι δὲ τῆς Ἀκυτανίας τὸ μῆκος ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τῶν τοῦ Ἀτούριος ποταμοῦ ἐκβολῶν, περαιούμενον δὲ εἰς Αὐαρικὸν πόλιν, ὡς εἶναι κατὰ τὴν μεγίστην γραμμὴν σταδίους ͵αυη'. Τὸ δὲ πλάτος τῆς Ἀκυτανίας ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ Πυρήνῃ πέρατος, καταλήγει δὲ μέχρι τῆς πρὸς τὴν μεσημβρίαν ἐπιστροφῆς τοῦ Λίγηρος ποταμοῦ, ὡς γίνεσθαι σταδίους ͵βσν'. Ἔστι δὲ ὁ τῆς μεσογείας αὐτῆς περιο-

ad ostia Garunnæ fluvii (stadia 50 in amplitudinem patentis) stadia 600, [*stadia*] 430. Ab ostiis Garunnæ fluvii sunt ad fontes ejusdem stadia 900, stadia 600. Naviganti autem adverso Garunna fluvio occurrit urbs Aquitaniæ Burdigala. Hic habitant Santones, quorum urbs Mediolanium ad mare posita juxta Garunnam fluvium. Ab ostiis Garunnæ fluvii ad Santonum promontorium stadia 475, stadia 325. A Santonum promontorio ad ostia Canentelli fluvii stadia 560, stadia 550. Ab ostiis Canentelli fluvii ad Pictonium promontorium stadia 210, stadia 150. A Pictonio promontorio ad portum Sicor stadia 300, stadia 290. A portu Sicor ad ostia Ligeris fluvii (maximi illius et in latitudinem patentis . . . .) stadia 185, stadia 155. Fluvium accolit gens Samnitarum.

22. Aquitaniæ longitudo exorditur ab ostiis Aturis fluvii, terminatur autem ad civitatem Avaricum, adeo ut secundum maximam lineam sit stadiorum 1408. Latitudo Aquitaniæ incipit a termino ad Pyrenen, desinit autem usque quo Ligeris fluvius flectitur ad meridiem, ut sit stadiorum 2250. Est autem circumscriptio ejus juxta mediterranea non major stadiis 4770, non minor stadiis 3370. Gentes habet 16,

vulgo legitur Σίγμανος ἐκβολαί, sed in nonnullis codd. est Σιγμάτιος et Σιγμάτου ἐκβολαί. Formam Σιγμάτιος exhibet editio Argentinensis (an. 1513), quam jure maximi facit Mannertus II, 1 p. 175, quum codicem græcum, quem editor secutus est, præstantissimum fuisse liqueat. Cum hac vero editione Marcianus noster in plerisque nominibus consentire aut proxime ab ea abesse solet. Fluvius alibi non memoratus hodie *Leyre* vel, ut Gosselino placet, *Mimisan* esse videtur. || — 28. στάδια inseruit Miller. || — 29. Κουρίαννον] sic cod.; in Ptolemæo vulgo Κουριανὸν ἄκρον, sed editio Arg. ad nostra accedens Κουριάνον, cod. Pal. 1 ap. Wilb. Κουρίανον. Aliunde hoc promontorium (*Cap Ferret* sive *pointe d'Arcachon*) non notum. || — 1. Γαρούννα] Sic codex ubique, nuspiam Γαρούμνα, ut sec. Milleri ed. p. 84, n. 4 videri possit. In Ptolemæo vulgo Γαρύνα ποταμοῦ ἐκβολαί; in edit. Arg. Γαρούνα.; item Strabo p. 177. 189. 190. 193. 199 Γαρούνα ποταμοῦ; Itin. p. 549 *Garonna;* vulgo apud Latinos *Garumna.* || — 4. ϡ'] τ' codex. In tot Marciani numeris siglum ϡ' ne semel quidem in codice exaratum, sed in τ' plerumque depravatum habes ab indocto librario. Fontes ab ostio duobus gradibus distare tradit Ptolemæus. || — 6. Βουρδίγαλα] Βουράταλα codex.; em. Hudson. || — 8. παρὰ τὸν Γαρούνναν] Hæc parum accurata. Mediolanium (sic præter Marcianum et Ptolemæum etiam Strabo p. 190) sive *Mediolanum* (Steph. Byz., Itin. p. 459, Ammian. 15,11), hodierna urbs *Saintes*, sita erat ad Carantonum (*Charente*) fluvium (Auson. Mos. 463), quem cum Garumna Noster confudit. Cf. Mannert. II, 1 p. 120. || — 9. ἐκβολὰς cod. || — 11. Κανεντέλλου] Κανεντέλου apud Ptolemæum, ubi nulla notatur lectionis varietas, nisi ex edit. Arg., quæ cum Marciano præbet Κανεντέλλου. Hic quoque fluvius aliunde non notus; hod. *riv. de Vie* sec. Gosselinum, *Gachère* Lapieo, *Sevre* Mannerto. Patet saltem errasse Anvillium, qui de *Charente* fluvio cogitavit. || — 15. Αἴγιρος cod. || — 18. Σαμνῖται] Σαπινιταὶ codex. Σαμνίτας habes ap. Ptol. II, 7 p. 137 : ὑφ' οὓς (sc. τοὺς Οὐενετοὺς, ὧν πόλις Δαριόριγον) Σαμνῖται πλησιάζοντες τῷ Λίγειρι ποταμῷ. Cf. Strabo p. 198 : οἰκεῖν δὲ ταύτην (sc. τὴν νῆσον τὴν προκειμένην τῆς ἐκβολῆς τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ) τὰς τῶν Σαμνιτῶν (Ἀμνιτάων Dionys. Perieg. 571) γυναῖκας κτλ. Probe ab Samnitis his distinguendi sunt *Namnetæ* vel *Namnetes*, quos Ptolemæus p. 138, 3 memorat, et e Strabone p. 190, Cæsare B. G. III, 9 et titulo in Actis acad. Theod. Pal. I, p. 21 et ap. Orelli p. 98 n. 188 novimus. Cf. Crameri not. ad Strabon. tom. I, p. 310.

§ 22, l. 19. ἔστι] ἐπὶ cod. || — 20. Ἀτουρίου cod. || — 21. Αὐαρικὸν] Scriba apogr. Vaticani legit Ἀβαρικὸν, idque sane licebat, quum in codice spiritus non sit appositus, et secundam literam nescias num β an υ legi debeat. In Ptolem. scribitur Αὐάρικον; cum Marciano tenorem in ultima habet edit. Arg., ubi Ἀναρικόν (sic). Sita urbs ap. Ptol. 20° 15'. 46° 40. Itaque stadiorum numerus ͵αυη' satis bene habet. || — 23. πυρίνῃ manu sec. cod. || — ͵βσν'] ͵ατν' codex, quod falsum esse et ita ut fecimus corrigendum, inspecta tabula Ptolemæi

ρισμὸς οὐ πλεῖον σταδίων ,δψο', οὐχ ἧττον ,γτο'. Ἔχει δὲ ἔθνη ιϛ', πόλεις ἐπισήμους ιϛ', ποταμοὺς ἐπισήμους ε', ἀκρωτήρια ἐπίσημα δ', λιμένα ἐπίσημον α'.

urbes insignes 16, fluvios insignes 5, promontoria insignia 4, portum insignem 1.

23. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Οἰάσσω τοῦ τῆς Πυρήνης ἀκρωτηρίου μέχρι τῶν τοῦ Λίγηρος ποταμοῦ ἐκβολῶν τοῦ περίπλου τῆς παραλίας Ἀκυτανίας εἰσὶν οὐ πλείους σταδίων ,δω', οὐχ ἧττον σταδίων ,γφκε'.

23. In summa peripli Aquitaniæ maritimæ, ab Œasso Pyrenes promontorio usque ad ostia Ligeris fluvii, sunt non plura stadiis 4800, non pauciora stadiis 3525.

ΛΟΥΓΔΟΥΝΗΣΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

LUGDUNENSIS PERIPLUS.

24. Ἡ Λουγδουνησία Γαλλία περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ Πρεττανικῷ ὠκεανῷ, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῇ Βελγικῇ ἐπαρχίᾳ κατὰ τὸν Σηκοάναν ποταμὸν, ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ Ἀκυτανικῷ ὠκεανῷ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας μέρει τῆς Ναρβωνησίας ἐπαρχίας. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοῦ ἔθνους τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· [τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει. *******].

24. Gallia Lugdunensis terminatur a septentrione Britannico oceano; ab oriente Belgica provincia ad Sequanam fluvium; ab occidente Aquitanico oceano; a meridie parte provinciæ Narbonensis. Ac universa quidem provinciæ circumscriptio ad hunc modum se habet; [*particularis vero descriptio hæc est :* *****]

25. Τὸ δὲ τῆς Λουγδουνησίας μῆκός [ἐστιν] ἀπὸ τοῦ Γαβαίου ἀκρωτηρίου ἀρχόμενον καὶ καταλῆγον κατὰ τὴν ἀνατολικὴν πλευρὰν, καθ' ἣν συνῆπται τῇ Βελγικῇ κατὰ τὸν Σηκοάναν ποταμὸν, ὡς εἶναι τοῦ μήκους σταδίους ,γτοϛ'. Τὸ δὲ πλάτος τῆς Λουγδουνησίας ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ἀπὸ Καβυλλίνου πόλεως, καταλήγει δὲ εἰς Σηκοάνα ποταμοῦ ἐκβολὰς, ὡς εἶναι καὶ τοῦ πλάτους σταδίους ,γπ'. Ἔστι δὲ ὁ κατὰ γῆν περίδρομος τῆς ἐπαρχίας σταδίων ,ζσϟ', σταδίων ,ϛυκ'. Ἔχει δὲ ἔθνη κε', πόλεις ἐπισήμους κϛ', ὄρος ἐπίσημον α', ποταμοὺς ἐπισήμους δ', ἀκρωτήριον ἐπίσημον α', λιμένας ἐπισήμους γ'.

25. Longitudo Lugdunensis incipit a Gabæo promontorio et desinit ad orientale latus, ubi conjunctum est Belgicæ ad Sequanam fluvium, adeo ut habeat stadia 3376 longitudinis. Latitudo Lugdunensis incipit ad meridiem ab urbe Cabyllino, desinit autem ad ostia Sequanæ fluvii, ut latitudinis etiam stadia sint 3080. Ambitus provinciæ juxta mediterranea est stadiorum 7290, stadiorum 6420. Habet gentes 25, urbes insignes 26, montem insignem 1, fluvios insignes 4, promontorium insigne 1, portus insignes 3.

26. Οἱ πάντες ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Λίγηρος ποταμοῦ μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Σηκοάνα ποταμοῦ τοῦ περίπλου τῆς παραλίας Λουγδουνησίας στάδιοι ,γτο', στάδιοι ,γξε'.

26. Universa peripli oræ maritimæ Lugdunensis, ab ostiis Ligeris fluvii usque ad ostia Sequanæ fluvii, stadia 3370, stadia 3065.

ΒΕΛΓΙΚΗΣ ΣΥΝ ΓΕΡΜΑΝΙΑι ΤΗι ΑΝΩ ΚΑΙ ΤΗι ΚΑΤΩ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

BELGICÆ CUM GERMANIA SUPERIORI ET INFERIORI PERIPLUS.

27. Ἡ Βελγικὴ σὺν ταῖς δύο Γερμανίαις περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ ἀρκτῴῳ ὠκεανῷ τῷ παρὰ τὴν

27. Belgica cum duabus Germaniis terminatur a septentrione oceano septentrionali juxta Britanniam

---

videbis. In antecc. Λίγερος cod. || — 1. ,δψο'.. ,γτο'] 'Θψο'.. ,ητο' codex inepte.

§ 23, l. 7. ,δω'] Cf. supra not. ad. § 21 init.

§ 24. V. Ptolemæus II, 7 p. 136. || — 11. Βελγικῇ] Βελτικῇ cod. h. l. et in sqq. || — 11. Στικόαναν cod., confusis H et TI; in sqq. codex τὸν Σηκόλλιον (confusis AN et ΛΛΙ; forma Σηκόννος ap. St. B.), deinde vero εἰς Σηκόανα, Σικόανα ποταμοῦ, Σικόανα ποταμῷ, tanquam nomen indeclinabile et proparoxytonon. ||— 16. ἐστὶν inseruit Miller. ||—17. Γαβαίου codex noster, eodemque modo Ptolemæi codex in edit. Arg.; quare non mutandum est nomen in Γοβαίου, quod vulgo in Ptolemæo legitur. || — 19. Σηκόλλιον ποτ. cod. || — 20. ,γτοϛ'. A Gobæo promontorio ad Sequanam linea recta versus *ortum solis* ducta sec. Ptolemæum est stadiorum circiter 1800. Quare fort. scribendum [,α]ϡοϛ', confusis ϡ et ΓΤ. Stadia 3376 caderent in oræ longitudinem, qualem a Gobæo ad Sequanam Ptolemæus habet; sed hanc neque verba indicant, neque mos auctoris ut tale quid statuatur, admittit. Infra ipse auctor litoralem tractum esse dicit stadiorum 3370. Quæ sequuntur de latitudine stadiorum 3080 bene habent. || — 21. Καβυλλίνου] Sic nunc etiam in Ptolemæo p. 139,16 editur, ubi vulgo legebatur Καβάλλινον. Hoc loco paullulum a Nostro recedit Ptolemæi ed. Arg., in qua est Καβούλλινον (25° 50' et 45° 40', quod bene tenendum.) || — 22. Σηκόανα cod. || — 24. ,ζσϟ'] Sic codex Parisinus, itemque apogr. Vat. et editt. ante Millerum, qui legisse sibi visus est ,ζση'. Ceterum quomodo auctor stadia ista 7290 computaverit, quæritur. Secundum Ptolemæum ambitus mediterraneus Lugdunensis Galliæ foret ad stadia 8000.

§ 26, l. 28. Αἴγιρος et Σικόανα cod.

§ 27. V. Ptolemæus II, 8. || — σὺν Γερμανίας τῆς ἄνω καὶ τῆς κάτω codex, similiter supra in indiculo; em. Hudson. Fortasse præstat σ. Γερμανίαις ταῖς ἄνω

Πρεττανίαν διήκοντι, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ, παρὰ τὴν μεγάλην Γερμανίαν ἕως τῆς κεφαλῆς τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἔτι τῷ ἀπὸ τῆς πηγῆς αὐτοῦ ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ὄρει, ὃ καλεῖται Ἀδούλας, ἀπὸ δὲ δύσεως τῇ Λουγδουνησίᾳ ἐπαρχίᾳ καὶ τῷ προειρημένῳ Σηκοάνᾳ ποταμῷ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ λοιπῷ μέρει τῆς Ναρβωνησίας. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοῦ ἔθνους τοιαύτη τίς ἐστι· [τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·]

* * * * * * *

28. Ἡ γὰρ ἀπὸ μὲν θαλάσσης μέχρι τοῦ Ὀβρίγκα ποταμοῦ καλεῖται Γερμανία ἡ κάτω, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Ὀβρίγκα ποταμοῦ καλεῖται Γερμανία ἡ ἄνω.

29. Ἔστι δὲ τῆς Βελγικῆς σὺν ταῖς δύο Γερμανίαις τὸ μῆκος ἀπὸ τῶν τοῦ Φρούδιος ποταμοῦ ἐκβολῶν ἀρχόμενον, καὶ περαιούμενον πρὸς ἀνατολὰς τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ τῷ παρὰ τὴν μεγάλην Γερμανίαν ἕως τῆς κεφαλῆς τοῦ ποταμοῦ, ὡς εἶναι τοῦ μήκους σταδίους ,βχπε'. Τὸ δὲ πλάτος αὐτῆς ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδούλα ὄρους καὶ τοῦ κοινοῦ πέρατος τῶν Ἄλπεων, καταλήγει δὲ εἰς τὸ δυσμικὸν τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ στόμα, ὡς γίνεσθαι τοῦ πλάτους σταδίους ,δτοε'. Ἔστι δὲ τῆς Βελγικῆς [σὺν ταῖς δύο Γερμανίαις] ὁ πᾶς τῆς ἐπαρχίας κατὰ γῆν περιορισμὸς σταδίων ,,α,ερξ', σταδίων ,,α,βτ'. Ἔχει δὲ ἡ Βελγικὴ σὺν ταῖς Γερμανίαις ἔθνη κδ', πόλεις ἐπισήμους λη', ὄρη ἐπίσημα β', ποταμοὺς ἐπισήμους ζ', ἀκρωτήριον ἐπίσημον α'.

30. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Σηκοάνα ποταμοῦ μέχρι τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ, [τουτέστι] τοῦ λεγομένου δυσμικοῦ στόματος αὐτοῦ, τοῦ περίπλου παντὸς τῆς Βελγικῆς παραλίας σὺν Γερμανίᾳ τῇ ἄνω καὶ τῇ κάτω εἰσὶν οὐ πλείους σταδίων ,γων', οὐχ ἧττον σταδίων ,γρπ'.

ΓΕΡΜΑΝΙΑΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

31. Ἡ Γερμανία ἡ μεγάλη περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ καλουμένῳ Γερμανικῷ ὠκεανῷ, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τοῖς Σαρματικοῖς ὄρεσι, καὶ [μέρει Σαρματίας τῷ] μετὰ τὰ ὄρη [μέχρι] τῆς κεφαλῆς τοῦ Οὐϊστούλα ποταμοῦ καὶ ἔτι αὐτῷ τῷ ποταμῷ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ τῷ δυσμικῷ μέρει (ἔστι δὲ ὁ Δανού-

exporrecto; ab oriente Rheno fluvio juxta Germaniam magnam usque ad caput fluvii et deinde monte a fonte ejus ad Alpes pertingente, qui vocatur Adulas; ab occidente Lugdunensi provincia et prædicto Sequana fluvio; a meridie reliqua parte Narbonensis. Ac generalis quidem provinciæ circumscriptio in hunc habet modum; [*particularia autem hæc sunt:*]

* * * * * * *

28. Etenim quæ est a mari usque ad Obrincam fluvium Germania inferior appellatur, ab Obrinca vero fluvio appellatur Germania superior.

29. Belgicæ autem cum duabus Germaniis longitudo incipit ab ostiis Phrudis fluvii, et terminatur ad orientem Rheno fluvio qui juxta Germaniam magnam usque ad caput fluvii extenditur, adeo ut longitudo sit stadiorum 2685. Latitudo vero ejus incipit ab Adula monte et communi Alpium et Adulæ montis termino, desinit autem ad occidentale ostium Rheni fluvii, ut latitudinis habeat stadia 4375. Est vero tota Belgicæ *cum ambabus Germaniis* juxta mediterranea circumscriptio stadiorum 15160, stadiorum 12300. Habet vero Belgica cum Germaniis gentes 24, urbes insignes 38, montes insignes 2, fluvios insignes 7, promontorium insigne 1.

30. Universa peripli totius Belgicæ littoralis cum Germania superiori et inferiori, a Sequana fluvio usque ad Rhenum fluvium, hoc est ad ostium ejus quod occidentale appellatur, stadia sunt non plura 3850, non pauciora stadiis 3180.

GERMANIÆ MAGNÆ PERIPLUS.

31. Germania magna terminatur a septentrione oceano Germanico appellato, ab oriente montibus Sarmaticis et [*ea Sarmatiæ parte quæ*] *est* post montes *usque* ad fontem Vistulæ fluvii, atque etiam fluvio ipso: a meridie vero Danubii fluminis parte occidua (Est autem Danubius ad principium ejus latus sta-

---

καὶ κάτω. In præmisso indiculo actic. τῇ ante κάτω deest. Germanias duas tanquam unum quoddam auctor comprehendit, quum de periplo Germaniæ superioris sermo esse nequeat. ‖ — 1. Πρετανίαν h. l. codex. ‖ 2. ἕως τῆς κ.] πρὸς τῇ κεφαλῇ codex. ‖ — 4. Ἄλπεις ὄρει] ἀλιεῖς ὄρη cod.; em. editt. ex Ptolemæo p. 140, 14, unde hæc verbotenus exscripta. ‖ — 5. Σηκόανα cod.

§ 28. Ἡ γὰρ] καὶ γὰρ codex. Hæc subjunxit eo loco, ubi de litore Germaniæ inferioris loquebatur in periplo nunc deperdito. ‖ — 10. Ἀβρίκκα cod.; Ὄβριγγα olim in Ptolemæi editt. legebatur; Wilberg. e melioribus codd. (inter quos ille editionis Arg.) dedit Ὀβρίγκα, ad quod noster quoque codex propius accedit. Formam Ἀβρίγκα veriorem esse opinatur in sua Marciani editione Hoffmannus p. 129, argumentis usus, quæ ex inani etymologiarum lusu pendent. Cf. quos laudat Forbiger. III, p. 127.

§ 29, l. 13. Φρούδιος] sic Ptol.; Φρούνου codex, quod ortum ex Φρουδίου, confusis N et ΔΙ. Terminationem ιος in ιου scriba mutavit in hoc nomine sicut in aliis multis. V. supra § 21 not. ‖ — 15. ἕως τῆς κ.] πρὸς τῇ κεφαλῇ codex, ut supra. ‖ — 16. ,βχπε'] Accuratiorem latitudinis lineam præberent stadia ,αχπε' ‖ — Ἀδουλλόρους cod., confusis Α et Λ. — ‖ 18. τοῦ κοινοῦ] i. e. τοῦ κοινοῦ τῶν τε Ἄλπεων καὶ τοῦ Ἀδούλα ὄρους, ut verbis Ptolemæi p. 140, 20 utar. ‖ — 21. Inclusa addidi. ‖ — 22. Numeri pro Marcianeo computandi more bene habent. ‖ — 23. Βελγικὴ] Κελτικῇ cod.

§ 30, l. 26. Σηκόανα cod. ‖ — τουτέστι additum monente Hudsono, coll. § 32, 8. ‖ — 28. τῆς Κελτικῆς cod.

§ 31. V. Ptolemæus II, 10 p. 147 sqq. ‖ — 33. Γερμανίῳ cod.; em. Hudson. ‖ — 35. καὶ μετὰ τὰ ὄρη, τῇ κεφαλῇ τοῦ Οὐίστουλα codex, sensu inepto; correxi col-

6ιος ἀρχόμενος μὲν μεγέθους α', εἶτα 6', καὶ ἑξῆς μεγέθους γ', ἀμείϐων καὶ τὸ ὄνομα καὶ Ἴστρος καλούμενος), ἀπὸ δὲ δύσεως τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τῆς χώρας οὕτως ἔχει· τὰ δὲ κατὰ μέρος λέξομεν.

32. Ἀπὸ τῶν ἐκϐολῶν τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ λεγομένου δυσμικοῦ στόματος αὐτοῦ, εἰς Οὐίδρου ποταμοῦ ἐκϐολὰς στάδιοι τπ', [στάδιοι*]. Ἀπὸ δὲ Οὐίδρου ποταμοῦ εἰς Μαραρμανὸν λιμένα στάδιοι τν', στάδιοι σν'. Ἀπὸ δὲ Μαραρμανοῦ λιμένος εἰς Ἀμασίου ποταμοῦ ἐκϐολὰς εἰσὶ στάδιοι χνε', στάδιοι υο'. Ἀπὸ δὲ τῶν τοῦ Ἀμασίου ποταμοῦ ἐκϐολῶν εἰς τὰς πηγὰς τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ στάδιοι ,6τν', στάδιοι ,ατ'. Ἀπὸ δὲ Ἀμασίου ποταμοῦ ἐκϐολῶν εἰς Οὐϊσούργιος ποταμοῦ ἐκϐολὰς στάδιοι φξ', [στάδιοι *]. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκϐολῶν τοῦ Οὐϊσούργιος ποταμοῦ ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ στάδιοι ,αψπ', στάδιοι ,αχ'. Ἀπὸ δὲ Οὐϊσούργιος ποταμοῦ εἰς Ἄλϐιος ποταμοῦ ἐκϐολὰς στάδιοι χκε', [στάδιοι*]. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκϐολῶν τοῦ Ἄλϐιος ποταμοῦ ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ στάδιοι ,ετο', στάδιοι ,γτ'. Κατὰ τοῦτο τὸ μέρος κεῖνται νῆσοι αἱ καλούμεναι Σαξόνων. Εἰσὶ δ' ἐπ' αὐτὰς ἀπὸ τῆς ἐκϐολῆς τοῦ Ἄλϐιος ποταμοῦ στάδιοι ψν', [στάδιοι *].

33. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἄλϐιος ποταμοῦ ἐκδέχεται ἡ καλουμένη Κιμϐρικὴ χερσόνησος μεγίστη τυγχάνουσα. Καὶ

dium unum, postea duo, ac deinde tria; nomen etiam mutat ac Ister appellatur); ab occidente vero Rheno fluvio. Ac universa quidem regionis circumscriptio sic se habet; nunc singula recensebimus.

32. Ab ostiis Rheni fluvii, hoc est ab ore ejus occidentali dicto, ad ostia Vidri fluvii stadia 380 [*stadia**]. A Vidro fluvio ad Mararmanum portum stadia 350, stadia 250. A Mararmano portu ad ostia Amasii fluvii sunt stadia 655, stadia 470. Ab ostiis Amasii fluvii ad fontes ejusdem fluvii stadia 2350, stadia 1300, Ab ostiis Amasii fluvii ad ostia Visurgis fluvii stadia 560, [*stadia* *]. Ab ostiis fluvii Visurgis ad fontes ejusdem fluvii stadia 1780, stadia 1600. A Visurgi fluvio ad ostia Albis fluvii stadia 925, [stadia *]. Ab ostiis Albis fluvii ad fontes ejusdem fluvii stadia 5370, stadia 3300. Contra hanc partem adjacent insulæ Saxonum appellatæ. Ab ostio vero Albis fluvii ad ipsas sunt stadia 750, [*stadia* *].

33. Post Albim fluvium sequitur chersonesus maxima Cimbrica appellata. Et ab ostiis Albis fluvii ad

---

ato Ptolemæo p. 149, 20. || — 1. Inclusa e marginali nota irrepserint, ut quæ similia supra legimus. Pro α'... β'... γ' codex habet γ' β' α'; em. Hudson. Pro μεγέθους cod. μεγέθος (sic); em. Hœsch.

§ 32. Ptolemæus II, 10 : Μετὰ τὰς τοῦ Ῥήνου ἐκϐολάς·

			Marcian.
Οὐίδρου ἐκϐολαί	27° 20'	54° 20'	380 stad.
Μαναρμανὶς λιμὴν	28°	54° 45'	350-250
Ἀμασίου ἐκϐολαί	29°	55°	655-470
Αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ	32°	52°	(2350-1600)
Οὐϊσούργιος ποταμοῦ ἐκϐολαί	31°	55° 15'	560
Αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ	34°	52° 30'	(1780-1600)
Ἄλϐιος ἐκϐολαί	31°	56° 15'	625
Αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ	39°	50'	
			2570

8. εἰς Οὐίδρου] sic cod., non εἰς τοῦ Ἴδρου, ut M. ait. || — 9. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴδρου cod. || — 9. Μαναρμανὶν Ptol. || — 11. Ἀμασίου] Ad hunc fluvium suspicantur pertinere Amisam urbem, quam e Marciano memorat Stephan. Byz. : Ἄμισα, πόλις Γερμανίας. Μαρκιανὸς ἐν τοῖς ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς διασήμους πόλεις. V. variorum sententias ap. Forbiger III, p. 378. 407. || — 13. Multum hi numeri differunt. Posterior ad Ptolemæi rationes prope accedit. || — 14. εἰς Οὐργίου et dein bis Ἰσουργίου cod.; em. editt. || — 18. Ἀλϐίου cod. ubique. Intervallum ab ostio ad fontes Albis fluvii excerptor omisisse videtur.

§ 33. Ptolemæus II, 10 : Κιμϐρικῆς Χερσονήσου·

				Marcian.	
I.	ἡ μετὰ τὸν Ἄλϐιν ἐξοχή	32°	56° 50'	570-400	I
II.	ἡ ἐφεξῆς ἐξοχή	35°	58° 20'	1600-1100	II
III.	ἡ ἔτι ἐφεξῆς καὶ ἀρκτικωτάτη	39°	59° 30'	1450-1150	III
V.	τὸ ἀνατολικώτατον αὐτῆς	40° 15'	59° 30'	720-520	V
IV.	ἡ μετὰ τὴν ἐξοχὴν πρώτη ἐξοχή	39° 20'	58° 15'	650-550	IV
VI.	ἡ ὑπὸ ταύτην ἐφεξῆς	37°	57°	2000-1500	VI
VII.	ἡ πρὸς ἀνατολὰς ἐπιστροφή	35°	57°	1060-750	VII
				8050-5970	

Verba Ptolemæi ita dedi, ut in codicibus et editionibus græcis tantum non omnibus legi solent. Differt ab his codex græcus, unde ducta sunt latina editionis Argentinensis, in qua post versum ἡ μετὰ τὴν ἐξοχὴν πρώτη ἐξοχὴ novus versus additur hic : *Quæ deinde subsequitur* 40° 58°. Apud reliquos interpretes latinos usque ad borealem chersonesi extremitatem non tres, sed quattuor *extensiones* (sic reddunt τὰς ἐξοχὰς) recensentur. Jam ut in vulgata subsistam, Ptolemæus et Marcianus in eo consentiunt, quod septem quasi punctis

εἰσὶν ἀπὸ τῶν τοῦ Ἄλβιος ποταμοῦ ἐκβολῶν ἐπὶ τὴν πρώτην ἐξοχὴν τῆς χερσονήσου τὴν μετὰ τὸν Ἄλβιν ποταμὸν κειμένην στάδιοι φο', στάδιοι υ'. Ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης ἐξοχῆς τῆς χερσονήσου ἐπὶ τὴν ἐφεξῆς κειμένην ἐξοχὴν τῆς αὐτῆς χερσονήσου στάδιοι ͵αχ', στάδιοι ͵αρ'. Ἀπὸ δὲ τῆς δευτέρας ἐξοχῆς τῆς χερσονήσου εἰς τὴν ἐφεξῆς καὶ ἀρκτικωτάτην ἐξοχὴν τῆς αὐτῆς χερσονήσου στάδιοι ͵αυν', στάδιοι ͵αρν'. Ἀπὸ δὲ τῆς ἀρκτικωτάτης ἐξοχῆς τῆς χερσονήσου εἰς τὴν μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῆς πρώτην ἐξοχὴν στάδιοι χν', στάδιοι φν'. Ἀπὸ δὲ τῆς μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῆς πρώτης ἐξοχῆς εἰς τὸ ἀνατολικώτατον αὐτῆς στάδιοι ψκ', στάδιοι φκ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀνατολικωτάτου αὐτῆς τῆς χερσονήσου ἐπὶ τὴν ὑπὸ [ταύτην] τὴν ἐξοχὴν αὐτῆς ἐφεξῆς στάδιοι ͵β, στάδιοι ͵αφ'. Ἀπὸ δὲ τῆς ὑπὸ τὴν ἐξοχὴν αὐτῆς ἐπὶ τὴν πρὸς ἀνατολὰς ἐπιστροφὴν αὐτῆς στάδιοι ͵αξ', στάδιοι ψν'. Ἐνταῦθα τῆς Κιμβρικῆς χερσονήσου ὁ περίπλους πληροῦται, ἐπὶ πολὺ μὲν διηκούσης εἰς τὸν ὠκεανόν, πλαγίας δὲ παραβεβλημένης ἐπὶ τὴν ἤπειρον τὴν πρὸς τὴν ἕω, ὡς ἀποτελεῖν καὶ κόλπον μέγιστον κατὰ τὸν Σύηβον ποταμὸν ἐπὶ τὴν ἐνδοτέρω

primam extensionem chersonesi, quæ post Albim fluvium est, stadia sunt 570, stadia 400. A prima autem prominentia chersonesi ad proxime subsequentem prominentiam ejusdem chersonesi stadia 1600, stadia 1100. A secunda prominentia chersonesi ad eam quæ deinceps sequitur et maxima septentrionalis est porrectio ejusdem chersonesi stadia 1450, stadia 1150. A prominentia autem chersonesi maxime septentrionali ad primam post flexionem ejus prominentiam stadia 650, stadia 550. A prima vero prominentia post flexionem ejus ad partem ejus maxime orientalem stadia 720, stadia 520. A parte vero ipsius chersonesi maxime orientali ad prominentiam post eam prominentiam stadia 2000, stadia 1500. A prominentia vero prima post eam extensionem ad flexionem chersonesi versus ortum stadia 1060, stadia 750. Hic periplus absolvitur Cimbricæ chersonesi, longe quidem in oceanum excurrentis, oblique autem vergentis ad continentem, quæ ad ortum tendit, adeo ut maximum sinum cum regione ad Suevum fluvium sita efficiat, qui versus terram a fluvio interiorem extenditur.

---

situm Chersonesi definiunt; non eodem autem id modo faciunt; nam Ptolemæus post τὴν ἐξοχὴν τὴν ἀρκτικωτάτην memorat τὸ ἀνατολικώτατον αὐτῆς (eodem recurrit sive suppleas τῆς ἐξοχῆς τῆς ἀρκτικωτάτης sive τῆς χερσονήσου); apud Marcianum vero post borealem extremitatem ora reflectitur; et in orientali hoc latere primum notatur ἡ μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν πρώτη ἐξοχή, et tum demum τὸ ἀνατολικώτατον Chersonesi. Quæ quidem ratio ad veram Chersonesi configurationem tanto propius accedit quanto longius ab ea absunt quæ in Ptolemæo nunc legimus. Num igitur accuratiora de hic acceperat Marcianus? Immo, ut in reliquo hoc loco et per totum opus ipsissima Ptolemæi verba, quantum ejus in periplo fieri poterat, premit, sic etiam in hisce Ptolemæum reddidisse putandus est, talem scilicet qualem legit Marcianus vel adeo auctor ejus Protagoras, non qualem nos habemus in sequioris ætatis codicibus perturbatum. Etenim laborare Ptolemæi locum, in aliis libris aliter adornatum, dubitari vix potest. Vel verborum ratio grammatica rei habet indicium. Vide quam inepte post verba τὸ ἀνατολικώτατον αὐτῆς subjiciant : ἡ μετὰ τὴν ἐξοχὴν πρώτη ἐξοχή. Sensisse hoc videtur auctor codicis Mediolanensis, in quo scribitur : ἡ μετὰ τὴν ἐξοχὴν πρώτη στροφή, quod recepit Wilbergius. Vel sic tamen claudicat oratio; exspectabas saltem μετὰ ταύτην τὴν ἐξοχὴν vel tale quid; at scripserit Ptolemæus sicuti Marcianus : ἡ μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν πρώτη ἐξοχή, totusque locus, salva graduum notatione, hoc fere modo distinguendus est :

1. Ἡ μετὰ τὸν Ἄλβιν ἐξοχή.
2. Ἡ ἐφεξῆς ἐξοχή.
3. Ἡ ἔτι ἐφεξῆς καὶ ἀρκτικωτάτη.

Εἶτα ἐν τῷ ἀνατολικῷ αὐτῆς·

4. Ἡ μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν πρώτη ἐξοχή.
5. Ἡ ἐφεξῆς, τὸ ἀνατολικώτατον αὐτῆς.
6. Ἡ ὑπὸ ταύτην ἐξοχὴν ἐφεξῆς.
7. Ἡ πρὸς ἀνατολὴν ἐπιστροφή.

In his secundæ partis inscriptio : ἐν τῷ ἀνατολικῷ αὐτῆς vel fortasse ἐν τῇ ἀνατολικῇ πλευρᾷ αὐτῆς, mutata est in notam extremitatis orientalis, scriptumque τὸ ἀνατολικώτατον αὐτῆς, additaque gradus notatio, quam huc transposuerunt ex sequentibus, ubi locum quintum, τὸ ἀνατολικώτατον αὐτῆς, delere debebant; et sane deletus est, non statim tamen ita ut debebat; nam codex edit. Arg, cujus fontem ad Marciani ætatem propius quam ceteros accedere sæpius jam monuimus, non septem, sed octo ἐξοχὰς seu ἐπιστροφὰς notat, atque eam quam in vulgata non amplius legimus, eo ipso loco quo τὸ ἀνατολικώτατον Ptolemæus notare debebat, habet ita : *Quæ subsequitur* 40° 58°; hæc vero pertinuisse ad extremitatem orientalem coarguit longitudinis gradus 40°, quem ei extremitati assignant interpretes latini (dum in græca vulgata notatur 40° 15'). Videtur igitur in Græcis Ptolemæi fuisse : ἡ ἐφεξῆς, τὸ ἀνατολικώτατον αὐτῆς, 40° (vel 40° 15'), 58°. Depravato deinde versu quarto, primum deleta sunt verba τὸ ἀνατολικώτατον αὐτῆς; postea hic versus ab aliis (ut in latinis interpret.) post versum secundum perperam insertus, ab aliis denique deletus est. || — 1. τοῦ Ἀλβίου codex sicut mox Ἄλβιον. || — 12. τὸ ante ἀνατ. om. Miller. || — 14. ταύτην e Ptol. inserui. || — 21. Σύηβον] Σύμβον cod., confusis H et M.; em. Hudson. Ap. Ptol. p. 148, 18 (qui locus nostro respondet) Σύηβος fluvius dicitur in cod. edit. Arg.; in reliquis codd. Σούηβος; at p. 151, 7 edit. Arg. habet Σουήβου, ubi vulgo Συήβου. Ceterum κατὰ Σύηβον, phrasis insolentior pro κατὰ τὰ περὶ τὸν Σύηβον ποταμόν. || — 21. ἐπὶ τὴν [γῆν] conjecit Hudson; debebat certe ἐπὶ τὴν ἐνδοτέρω αὐτοῦ γῆν. Sed vox illa in ejusmodi locutionibus sæpenumero omittitur. In mendo

αὐτοῦ παρεκτεινόμενον. Ἔστι δὲ ὁ πᾶς τῆς χερσονήσου περίπλους σταδίων ,ην', σταδίων ,εϡο'.

34. Κατοικεῖ δὲ τὸν μὲν αὐχένα τῆς χερσονήσου τὸ ἔθνος τῶν καλουμένων Ἀξόνων, αὐτὴν δὲ τὴν χερσόνησον ἔθνη πλεῖστα. Ὑπὲρ δὲ τὴν χερσόνησον κεῖνται νῆσοι γ' Ἀλοκίαι καλούμεναι· εἰσὶ δ' ἐπ' αὐτὰς ἀπὸ τῆς χερσονήσου στάδιοι φν', στάδιοι φ'. Ἀπ' ἀνατολῶν δὲ τῆς χερσονήσου κεῖνται νῆσοι δ' αἱ καλούμεναι Σκανδίαι, τρεῖς μὲν μικραὶ, ὧν εἰς τὴν μέσην ἀπὸ τῆς χερσονήσου εἰσὶ στάδιοι ,β, στάδιοι ,αψ', μία δὲ μεγίστη καὶ ἀνατολικωτάτη, καλεῖται δὲ ἰδίως καὶ αὐτὴ Σκανδία, κειμένη κατὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Οὐΐστούλα ποταμοῦ, ἀφ' ὧν εἰσὶν εἰς αὐτὴν στάδιοι ,αχ', στάδιοι ,ασ'. Ἔστι δὲ ὁ πᾶς τῆς Σκανδίας περίπλους σταδίων ,βφ', σταδίων ,β'.

35. Ἀπὸ δὲ τῆς πρὸς ἀνατολὰς ἐπιστροφῆς τῆς χερσονήσου ἐπὶ Συήβου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ,ασξ', [στάδιοι*]. Ἀπὸ [δὲ] Συήβου ποταμοῦ ἐπὶ Οὐιάδου ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι ων', [στάδιοι*]. Ἀπὸ δὲ Οὐιάδου ποταμοῦ ἐκβολῶν εἰς Οὐΐστούλα ποταμοῦ ἐκβολάς εἰσὶ στάδιοι ψ', [στάδιοι*]. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ τοῦ Οὐΐστούλα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ εἰσὶ στάδιοι ,β, στάδιοι ,αων'.

36. Ἔστι δὲ τῆς Γερμανίας τὸ μῆκος ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ δύσεως καὶ Ἀσκιβουργίου πόλεως, περαιούμενον δὲ εἰς Οὐΐστούλα ποταμοῦ ἐκβολὰς, ὡς εἶναι τὸ πᾶν μῆκος τῆς ἐπαρχίας [σταδίων**], σταδίων ,δτν'. Τὸ δὲ πλάτος αὐτῆς ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς ἐκτροπῆς τοῦ πρὸς μεσημβρίας ῥέοντος ποταμοῦ, ὃς καλεῖται Ἀρραβὼν, καταλήγει δὲ πρὸς τὰς ἄρκτους κατὰ τὴν ἐπιμηκεστέραν γραμμὴν, τουτέστι κατὰ τὴν Κιμβρικὴν χερ-

Est autem totus chersonesi periplus stadiorum 8050, stadiorum 5970.

34. Cervicem vero chersonesi habitat gens Axonum (*Saxonum*) appellata: ipsam vero chersonesum gentes plurimæ. Supra autem chersonesum jacent insulæ tres Alociæ dictæ: ad ipsas vero a chersoneso sunt stadia 550, stadia 500. Ab orientali vero parte chersonesi jacent insulæ quattuor Scandiæ nuncupatæ, tres quidem parvæ (quarum usque ad mediam a chersoneso sunt stadia 2000, stadia 1700), una vero maxima et ceteris magis orientalis; vocatur autem et ipsa proprie Scandia, contra Vistulæ fluvii ostia jacens, a quibus ad ipsam stadia sunt 1600, stadia 1200. Est autem totus Scandiæ periplus stadiorum 2500, stadiorum 2000.

35. A flexione vero chersonesi ortum versus ad ostia Suevi fluvii stadia 1260, [*stadia**]. A Suevo fluvio ad ostia Viadi fluvii stadia 850 [*stadia**]. A Viadi autem fluvii ostiis ad Vistulæ fluvii ostia stadia sunt 700, [*stadia**]. Ab ostiis Vistulæ fluvii ad caput ejusdem fluvii stadia sunt 2000, stadia 1850.

36. Germaniæ autem longitudo incipit quidem ab occasu et Asciburgio civitate, finitur vero ad ostia Vistulæ fluvii: adeo ut integra regionis longitudo sit [*stadiorum* 5500], stadiorum 4350. Ejus vero latitudo incipit quidem a divertigio fluvii a meridie fluentis qui vocatur Arrabon, desinit vero ad septentrionem juxta longissimam lineam, hoc est in Cimbricam chersonesum et maxime septentrionalem ejus

autem cubat quod codex habet τὴν ἐνδοτέρω καὶ αὐτοῦ. Ejiciendum καὶ, ut feci, aut eodem sensu legendum τὴν ἐνδ. ἀπ' αὐτοῦ: *quæ a fluvio est introrsum*, i. e. *occasum versus*. ‖ — 2. ,ην'] Tot stadia e singulis numeris supra appositis colliguntur. ‖ — 2. ,εϡο'] σταδ. ,ατο' (1370) codex. Singuli numeri summam efficiunt stadiorum 5970. Patet itaque hoc quoque loco, ut passim, amanuensem τ dedisse pro ϡ. ‖ — 4. Ἀξόνων] In promptu erat cum editt. rescribere Σαξόνων. Sed progredi non licet ultra id quod in Ptolemæo Marcianus reperit. Codex autem edit. Arg., sicuti Parisini codices a Wilbergo collati præter duos omnes aliique complures habent p. 150, 28: ἐπὶ τὸν αὐχένα τῆς Κιμβρικῆς Χερσονήσου Ἄξονες (vel Αὔξονες). Quæ quidem sibilæ omissio in populorum locorumque nominibus passim obvia. ‖ — 5. Ὑπὲρ δὲ τὴν κτλ.] Exscripta e Ptolem. p. 156, 16 sqq. ‖ — 9. Ptolem.: ὧν ἡ μέση ἐπέχει μοίρας 40° 30'. 58°. ‖ — 11. καὶ αὕτη Miller contra quam codex et Ptolemæus p. 156, 28, unde hæc verbotenus transcripta. ‖ — 12. τοῦ Οὐΐστου cod.; em. Huds. ‖ — 13. αχ' - ,ασ'] numerus minor sec. Ptolemæum quadrat in Marciani distantiam maximam, a Vistula ad Scandiæ extremitatem septentrionalem (a 56° ad 58° 30' lat.) ‖ — 14. Κανδίας cod.

§ 35. Ptolemæus II, 10 p. 148:

			Marcian.
Ἡ πρὸς ἀνατολὰς ἐπιστροφή	35°	56°	
Χαλούσου ποταμοῦ ἐκβολαί	37°	56°	
Συήβου ποταμοῦ ἐκβολαί	39° 30'	56°	1260
Οὐιάδου ποταμοῦ ἐκβολαί	42° 10'	56°	850
Οὐΐστούλα ποταμοῦ ἐκβολαί	45°	56°	700
Ἡ κεφαλὴ τοῦ ποταμοῦ	44°	52° 30°	(2000-1850)
			2810

17. Σύμβου et ἀπὸ Σύκου ποτ. cod. ‖ — 19. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴλδουα cod. ‖ — 20. Οὐΐστουλα cod. h. l. et in sqq.

§ 36, l. 27. ,ατν'] codex habet corrupte. Linea ab Asciburgio ad Vistulæ ostium ap. Ptolemæum pertinet fere a 27°—45° long., ideoque est stadiorum 5500 et ultra. Fortasse igitur nostro loco legebatur [στάδιοι ,εφ'], στάδιοι ,δτν'. Mox latitudo Germaniæ a Arabone in Danubium influente usque ad Chersonesi Cimbricæ extremitatem satis recte dicitur stadiorum 6250; nam se-

σόνησον καὶ τὴν ἀρκτικωτάτην αὐτῆς ἐξοχήν· ὡς εἶναι τοῦ πλάτους σταδίους ‚ϛσν'. Ἔστι δὲ τῆς μεγάλης Γερμανίας ὁ κατὰ γῆν περιορισμὸς σταδίων „α ‚βτ', σταδίων „α ‚ασν'. Ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ ἔθνη ξη', πόλεις ἐπισήμους ϟδ', ὄρη ἐπίσημα ζ', ποταμοὺς ἐπισήμους ιδ', Κιμβρικὴν χερσόνησον, λιμένα ἐπίσημον, Ὀρκύνιον δρυμὸν, Γαβρήταν ὕλην.

37. Οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ καλουμένου δυσμικοῦ στόματος αὐτοῦ μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Οὐϊστούλα ποταμοῦ, τοῦ περίπλου τῆς παραλίας τῆς μεγάλης Γερμανίας στάδιοι „α ‚γυ', στάδιοι „αλ'.

extensionem; adeo ut latitudinis habeat stadia 6250. Est autem Germaniæ magnæ juxta mediterranea circumscriptio stadiorum 12300, stadiorum 11250. Complectitur gentes 68, urbes insignes 94, montes insignes 7, fluvios insignes 14, Cimbricam chersonesum, portum insignem, Orcyniam silvam, Gabretam silvam.

37. Peripli oræ maritimæ Germaniæ magnæ, a Rheno fluvio, hoc est ab ostio ejus quod occidentale appellatur, usque ad ostia Vistulæ fluvii, stadia universa 13400, stadia 10030.

ΣΑΡΜΑΤΙΑΣ ΤΗΣ ΕΝ ΕΥΡΩΠΗι ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

38. Ἡ ἐν τῇ Εὐρώπῃ Σαρματία περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ τε Σαρματικῷ ὠκεανῷ κατὰ τὸν Οὐενδικὸν κόλπον, καὶ μέρει τῆς ἀγνώστου γῆς, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ τε [ἀπὸ τοῦ Καρκινίτου ποταμοῦ] ἰσθμῷ καὶ τῇ Βύκῃ λίμνῃ, καὶ τῷ μέρει τῆς Μαιώτιδος λίμνης μέχρι τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ, καὶ ἐφεξῆς αὐτῷ [τῷ] Ταναΐδι ποταμῷ, καὶ ἔτι τῷ ἀπὸ τῶν πηγῶν τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ ἐπὶ τὴν ἄγνωστον γῆν [μεσημβρινῷ]· ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ τε Οὐϊστούλᾳ ποταμῷ καὶ τῇ Γερμανίᾳ τῇ μεγάλῃ μετὰ τὰ Σαρματικὰ ὄρη, καὶ αὐτοῖς τοῖς ὄρεσιν· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τοῖς τε Ἰάζυξι τοῖς Μετανάσταις ἀπὸ τοῦ νοτίου τῶν Σαρματικῶν ὀρῶν πέρατος μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ Καρπάθου ὄρους, καὶ ἔτι τῇ Δακίᾳ μέχρι τῶν Βορυσθένους τοῦ ποταμοῦ ἐκβολῶν, καὶ τῇ ἀπὸ τούτου τοῦ Εὐξείνου Πόντου παραλίᾳ μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Καρκινίτου κόλπου. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοιαύτη· τὰ δὲ κατὰ μέρος τῆς Σαρματίας κεφαλαιωδέστερον ἐτάξαμεν, μὴ προσθέντες τῶν στα-

SARMATIÆ EUROPÆÆ PERIPLUS.

38. Sarmatia quæ in Europa est, definitur a septentrione quidem oceano Sarmatico juxta Vendicum sinum, et parte terræ incognitæ; ab oriente autem isthmo [*qui a Carcinite fluvio incipit*,] et Byce palude et paludis Mæotidis latere quod est usque ad Tanaim fluvium, et deinceps fluvio ipso Tanaï, atque præterea meridiano, qui a fontibus Tanais fluvii terram versus incognitam ducitur, ab occasu vero Vistula fluvio et Germania magna post montes Sarmaticos, et montibus ipsis; a meridie vero Iazygibus Metanastis ab australi fine Sarmaticorum montium usque ad principium Carpathi montis, atque etiam Dacia usque ad Borysthenis fluminis ostia, et hinc littore Ponti Euxini usque ad intimum recessum Carcinitæ sinus. Ac generalis quidem circumscriptio hujusmodi est; loca autem particularia Sarmatiæ magis summarie recensuimus, stadiorum numerum non adjicientes, quod fere incognitus sit accuratus periplus septentrionalis

---

cundum Ptolemæum pertinet a 47° 40' ad 59° 30' latitud. Ambitus mediterraneus sec. Pt. est fere 12000 stad., ut recte item monet Marcianus. || — 29. πρὸς μεσημβρίαν codex, et sic quoque in Ptolemæi editt. legitur, vitio aperto. || —29. Ἀράβων codex; apud Ptolem. II, 10 p. 149, 11 et II, 14 p. 162, 5. 16 codices plurimi Ναραβών; attamen forma genuina Ἀραβὼν seu Ἀρραβὼν in nonnullis obvia; *Arrabo* in Tab. Peut.; hod. *Raab*. || — 6. Ὀρκύνιον codex, sicut Ptolemæus (Cf. Cæsar. B. G. IV, 24); Ἑρκύνιον editt. || — 7. Γαβρήταν] Γαβράτα cod.; illud Strabo p. 292 et codd. Ptolemæi, ubi var. lect. Γάμβρητα, Γαβρῖτα. || — 11 „α,γυ'] 13400; supra collegimus a Rheno ad Albin stadia 2570, Chersonesi Cimbricæ stadia 8050, hinc ad Vistulam stadia 2810 : unde summa conflatur stadiorum 13430. Ubinam vel addenda vel demenda sint stadia 30, ut numeri inter se concinant, quæritur. Secundi numeri 10030 ratio reddi nequit, quum minores stadiorum numeri in antecc. sæpe sint neglecti.

§ 38. V. Ptolemæus III, 5. || — 15. ὠκεανῷ excidit in ed. Mill. || — Οὐενδικὸν] Ἰνδικὸν h. l. cod. infra § 39. 40 Οὐελικὸν, Οὐενδικόν; hoc recepimus; apud Ptolemæum, unde hæc transcripta, ubique est Οὐενεδικόν. || — 17 et 19. Inclusa e Ptolemæo addidi. || — 20. τῶν πηγῶν] τῆς γῆς cod.; em. ex Ptolemæo. Mox ex eodem addidi v. μεσημβρινῷ. || — 22. καὶ τῇ Γερμανίᾳ τ. μεγάλῃ μετὰ τὰ Σ. ὄ.] Hæc inconcinne dicta manum excerptoris arguunt; recedunt etiam a verbis Ptolemæi III, 5 p. 198, 8, ubi sic : Ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ τε Οὐϊστούλᾳ ποταμῷ καὶ τῇ μεταξὺ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ καὶ τῶν Σαρματικῶν ὀρέων γραμμῇ καὶ αὐτοῖς τοῖς ὄρεσιν. Hæc, quoad sensum, bene quidem habent, at non genuina Ptolemæi verba præbent, ut ex codicum indiciis, collato Marciano, intelligitur. Nam primum codex Palatinus pro γραμμῇ habet Γερμανίας, atque ex edit. Arg. Wilbergus h. l. citat verba : *et parte Germaniæ;* unde Grashofius bene suspicabatur in vetustis libris ita fere fuisse : καὶ τῷ μεταξὺ τ. κ. αὐτ. κ. τ. Σ. ὀρ. μέρει Γερμανίας. Id confirmari nunc dicere licet e Marciano, quem ipsum e Ptolemæo redintegraveris scribendo : καὶ τῇ Γερμανίᾳ τῇ μεταξὺ [τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ καὶ] τῶν Σαρματικῶν ὀρῶν (ὄρει cod.). || — 24. Ἰαζυξίτοις M. cod. Cf. Stephan. Byz. : Ἰάζυγες, ἔθνος [suppl. vid. τῆς Σαρματίας] Εὐρωπαῖον, ὡς Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ. || — 26. Καρπάθου] Καρπάτου ap. Ptol. || — 28. μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Κ. κόλπου] sic etiam apud Ptol. olim

δίων τὸν ἀριθμὸν τῷ τὸν ἀκριβῆ περίπλουν τοῦ ἀρκτικοῦ τούτου ὠκεανοῦ σχεδὸν ἄγνωστον τυγχάνειν, πλησιάζοντος μὲν κατὰ τὰς ἄρκτους τῇ ἀγνώστῳ γῇ, ἥτις ὑπέρκειται τῆς Μαιώτιδος λίμνης, μὴ ῥαδίως γνωριζομένη τῷ πλείστῳ μέρει τῶν ἀνθρώπων, μάλισθ' ὅτε καὶ ὁ Πρωταγόρας παραλελοιπέναι τούτων τῶν σταδίων τὸν ἀριθμὸν δοκεῖ. Καὶ ἡ περιγραφὴ δὲ τῶν τόπων κατὰ μόνας τὰς ἐκβολὰς τῶν ποταμῶν ῥηθήσεται διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας.

39. Μετὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Οὐϊστούλα ποταμοῦ ἐκδέχονται Χρόνου τοῦ ποταμοῦ ἐκβολαί· ἀπὸ δὲ Χρόνου τοῦ ποταμοῦ ἑξῆς εἰσὶ Ῥουδῶνος ποταμοῦ ἐκβολαί. Οὗτοι δὲ οἱ ποταμοὶ εἰς τὸν Οὐενδικὸν κόλπον ἐξίασιν, ὅστις ἀπὸ τοῦ Οὐϊστούλα ποταμοῦ ἄρχεται παρήκων ἐπὶ πλεῖστον. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ῥουδῶνος ποταμοῦ ἑξῆς εἰσὶ Τουρούντου ποταμοῦ ἐκβολαί· ἀπὸ δὲ Τουρούντου ποταμοῦ ἐκδέχεται Χέσυνος ποταμὸς, καὶ αἱ τούτου ἐκβολαί. Μετὰ δὲ τὸν Χέσυνον ποταμὸν ὁ ἄγνωστος καὶ Ὑπερβόρειος ἑξῆς ἐστὶν ὠκεανὸς συνάπτων τῇ Ὑπερβορείῳ καὶ ἀγνώστῳ γῇ. Παροικοῦσι τὸν Χέσυνον ποταμὸν οἱ Ἀγαθουρσοὶ τὸ ἔθνος τῆς ἐν Εὐρώπῃ Σαρματίας ὄντες. Καταφέρονται δὲ ὅ τε Χέσυνος ποταμὸς καὶ ὁ Τουρούντης ἐκ τῶν ὑπερκειμένων ὀρῶν, ἅτινα καλεῖται Ῥίπαια ὄρη, κατὰ τὴν μεσόγειον μεταξὺ τῆς Μαιώτιδος λίμνης καὶ τοῦ Σαρματικοῦ ὠκεανοῦ κείμενα. Ὁ δὲ Ῥούδων ποταμὸς ἐκ τοῦ Ἀλανοῦ ὄρους φέρεται· παροικεῖ δὲ τό τε ὄρος καὶ τὴν χώραν ταύτην ἐπὶ πολὺ διῆκον τὸ τῶν Ἀλανῶν Σαρματῶν ἔθνος, παρ' οἷς τοῦ Βορυσθένους ποταμοῦ τοῦ εἰς τὸν Πόντον ἐξιόντος αἱ πηγαὶ τυγχάνουσι. Τὴν δὲ περὶ τὸν Βορυσθένην χώραν παροικοῦσι μετὰ τοὺς Ἀλανοὺς οἱ καλούμενοι Χουνοὶ οἱ ἐν τῇ Εὐρώπῃ.

40. Ἔστι δὲ τὸ μῆκος τῆς Σαρματίας σταδίων ,ζψ', τὸ δὲ πλάτος σταδίων ,ζχν'. Ἔχει [δὲ] ἔθνη νς', πόλεις ἐπισήμους νγ', ὄρη ἐπίσημα θ', ποταμοὺς ἐπισή-

hujus oceani, juxta septentriones quidem alluentis terram incognitam, quæ superjacet paludem Mæotidem, plerisque hominum non facile explorata, præsertim quando Protagoras quoque stadiorum istorum numerum omisisse videtur. Eandem ob causam etiam in locis describendis ostiorum solummodo fluminum mentionem faciemus.

39. Post Vistulæ fluvii ostia sequuntur Chroni fluvii ostia; post Chronum fluvium deinceps sunt Rhudonis fluvii ostia. Hi fluvii exeunt in sinum Vendicum, qui a Vistula flumine incipit, in immensum extensus. Rhudonem fluvium subsequuntur Turuntæ fluvii ostia; Turuntam fluvium excipit Chesynus fluvius, ejusque ostia. Ultra Chesynum fluvium deinceps est Hyperboreus et incognitus oceanus, contiguus Hyperboreæ et incognitæ terræ. Chesynum fluvium accolunt Agathyrsi, Sarmatiæ Europææ gens. Chesynus fluvius et Turuntes defluunt e montibus superjacentibus, qui Ripæi appellantur, in partibus mediterraneis inter Mæotidem paludem et oceanum Sarmaticum jacentes. Rhudon fluvius fertur ex Alano monte; montem autem et regionem hanc longe extensam habitant Alani Sarmatarum gens, ubi fontes sunt Borysthenis fluvii in Pontum exeuntis. Regionem circa Borysthenem post Alanos habitant Chuni qui vocantur Europæi.

40. Est autem Sarmatiæ longitudo stadiorum 7700, latitudo stadiorum 7650. Gentes habet 56, urbes insignes 53, montes insignes 9, fluvios insignes 4,

---

scriptum fuerit, ubi nunc : μέχρι τοῦ Καρκινίτου ποταμοῦ. || — 3. ἥτις] sic leg. vox in cod., non τῇ, ut est ap. Mill. || — 4. μὴ ῥαδίως] ἢ ῥαδίως codex; ceterum quum sic verba μὴ.. ἀνθρώπων admodum otiosa sint, nonnulla excidisse suspicor, suadente etiam particula μὲν post v. πλησιάζοντος.

§ 39, l. 10. Οὐάστουλα cod. || — 11. Χρόνου] Χρόνου cod. bis. In Ptolemæo editur Χρόνου; varietas lectionis : Χρώνου; in edit. Arg. est *Chronis*; *Chronius* fluvius vocatur ap. Ammianum Marcellinum XXII, 8, 38. || — 12. Ῥούδωνος] codex bis præbet Ῥουδῶνος, at linea 26 Ῥούδων. In Ptolemæo Ῥούδωνος habet cod. Palatinus 1 perbonus et Parisinus E ap. Wilberg. (quid h. l. dederit edit. Arg. nescio), in cett. est Ῥούβωνος. || — 13. τὸν οὐ ἑλικὸν (sic) codex. || — ἐξίασιν] sic (non ἐξίησιν ut M. ait.) codex. || — 14. Ἰουστούλα cod. || — 16. τοῦ ῥόντου codex bis, deinde vero ὁ Τουρούντης, ut ap. Ptolemæum. || — 17. Χεσύνος h. l. codex, mox vero Χέσυνον. Ap. Ptolem. Χέσυνος fluvius vocatur in cod. Palat. 1. et Parisino E.; in edit. Arg. Χεσήνου; in plurimis Χέσινος, in nonnullis Χέρσινος. || — 19. ὑπερβόριος cod. || — 21. οἱ Ἀγαφοσοὶ codex; scriba apogr. Vat. legit οἱ Ἀγαθοσοί. Hudsonus voluit Ἀγαθυρσοὶ ex Ptolemæo; recte quoad populum, non item, puto, quoad formam nominis; nam ap. Ptolem. codex edit. Arg. et Palat. 1. (quos Marciani Ptolemæum exprimere novimus) cum aliis duobus Parisinis codicibus præbent Ἀγαθοῦρσοι (l. Ἀγαθουρσοί); deinde vero ita Stephanus Byz. : Σιαγαθουργοὶ, ἔθνος περὶ οὗ φησι Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ Σαρματίας, in quibus Stephanus vitiato vel male exarato codice usus σιαγαθουργοὶ legit pro οἱ ἀγαθουρσοί. || — 24. Ῥίπεα cod.; em. editt. in Ῥίπαια, ut vulgo ap. Ptol., ubi edit. Arg. et cod. Pal. 1. Ῥείπαι, Ῥειπα (sic); Ῥείπαια cod. Paris. D. || — 26. Ἀλάνου cod., postea Ἀλανῶν, Ἀλανούς. Ἀλαῦνον ὄρος (Ἀλαυνόν rectius cod. Par. A.) et Ἀλαυνοὶ ἔθνος Ptolem., sine lectionis varietate, ut videtur. At Ἀλανὸς, ὄρος Σαρματίας habet Stephanus (ex Marciano?). || — 32. Χουνοὶ] Χοῦνοι in Ptol. editur.

§ 40. Verba ἀκρωτήρια... κόλπους ἐπισήμους δ' scriba codicis bis dedit, deinde male repetita expunxit.

μους δ', ἀκρωτήρια ἐπίσημα γ, λιμένας ἐπισήμους γ', κόλπους ἐπισήμους δ', τόν τε Οὐενδικὸν τὸν εἰρημένον κόλπον καὶ ἄλλους τρεῖς. Τῆς μὲν οὖν Εὐρώπης τῶν δεξιῶν μερῶν τὸν περίπλουν, ὥσπερ ὑπεσχόμεθα, μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας πεποιήμεθα· μεταβησόμεθα δὲ ἐπὶ τὰς Πρεττανικὰς νήσους.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΕΤΤΑΝΙΚΩΝ ΝΗΣΩΝ.

41. Αἱ Πρεττανικαὶ νῆσοι δύο εἰσὶν, ἥ τε καλουμένη Ἀλβίων καὶ ἡ Ἰουερνία. Ἀλλ' ἡ μὲν Ἀλβίων μείζων κατὰ πολὺ τυγχάνει· κεῖται δὲ καταντικρὺ τῆς Κελτογαλατίας, παρά τε τὴν Λουγδουνησίαν καὶ τὴν Βελγικὴν μέχρι τῆς μεγάλης Γερμανίας ἐκτεινομένη. Οὐ γάρ ἐστι συνεστραμμένη, καθάπερ αἱ ἄλλαι νῆσοι, ἀλλ' ὥσπερ διῃρημένη καὶ διεσπαρμένη, κατὰ πλείστου μέρους διήκει τοῦ ἀρκτῴου ὠκεανοῦ, δύο μάλιστα μακροτάτους ἰσθμοὺς ὥσπερ πόδας τινὰς ἔχουσα· ὧν ὁ μὲν μείζων [μέχρι τῆς Κιμβρικῆς Χερσονήσου], ὁ δὲ ἐλάττων μέχρι τῆς Ἀκυτανίας διήκει. Ἡ δὲ ἑτέρα νῆσος ἡ Ἰουερνία ὑπὲρ αὐτὴν κειμένη, δυτικωτέρα δὲ τυγχάνουσα, ἐλάσσων τέ ἐστι τῷ μεγέθει, καὶ τὴν ἴσην ἔχει θέσιν τῇ προειρημένῃ. Ταύτης τοίνυν τῆς προτέρας τὸν περίπλουν ἀναγράψομεν, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὴν μείζονα ἐλευσόμεθα.

ΙΟΥΕΡΝΙΑΣ ΝΗΣΟΥ ΠΡΕΤΤΑΝΙΚΗΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

42. Ἡ Ἰουερνία νῆσος ἡ Πρεττανικὴ περιορίζεται ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων τῷ ὑπερκειμένῳ καὶ καλουμένῳ Ὑπερβορείῳ ὠκεανῷ, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ ὠκεανῷ τῷ καλουμένῳ Ἰουερνικῷ, ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ καλουμένῳ Οὐεργιουίῳ ὠκεανῷ. Καὶ ἡ μὲν ὅλη θέσις τῆς νήσου τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· [τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει]. * * *

Stephan. B.: Αἰβοῦδαι, νῆσοι πέντε τῆς Πρεττανικῆς, ὡς Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ.

43. Ἔστι δὲ τῆς Ἰουερνίας νήσου τῆς Πρεττανικῆς τὸ μὲν μῆκος μέγιστον ἀπὸ τοῦ Νοτίου ἀκρωτηρίου ἀρχόμενον, καὶ καταλῆγον ἐπὶ τὸ Ῥοβόγδιον ἄκρον, ὡς εἶναι τῆς νήσου τὸ μῆκος σταδίων ͵ϐρο'. Τὸ δὲ πλάτος ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἄκρου, περαιοῦται δὲ εἰς τὸ Ῥοβόγδιον ἄκρον, ὡς εἶναι τῆς νήσου τὸ πλάτος σταδίων ͵αωλδ'. Τὰ δὲ ἄκρα αὐτῆς ἀπὸ τῶν ὁριζόντων διέστηκε τὸν τρόπον τοῦτον· τὸ μὲν ἀρκτῷον αὐτῆς ἄκρον ἀπὸ τοῦ ἀρκτῴου ὁρίζοντος σταδίους „α͵δσν'· τὸ δὲ δυτικὸν αὐτῆς ἄκρον [ἀπὸ τοῦ δυτικοῦ ὁρίζοντος σταδίους **, τὸ δὲ νότιον ἄκρον] ἀπὸ τῆς ἰσημερίας

promontoria insignia 3, portus insignes 3, sinus insignes 4, sinum scilicet Vendicum appellatum et alios tres. Periplum igitur dextrarum Europæ partium, ut polliciti sumus, debita cum cura atque diligentia fecimus; nunc ad insulas Britannicas transibimus.

DE INSULIS BRITANNICIS.

41. Insulæ Britannicæ duæ sunt, altera Albion appellata, altera Hibernia. Multo autem major est Albion; e regione vero Celtogalatiæ sita est, exporrecta contra Galliam Lugdunensem et Belgicam usque ad Germaniam Magnam. Non enim conglobata est, quemadmodum aliæ insulæ, sed veluti disjuncta et dispersa per maximam partem oceani septentrionalis extenditur, duos potissimum longissimos isthmos veluti pedes quosdam habens quorum unus quidem major [*usque ad chersonesum Cimbricam*], alter vero minor usque ad Aquitaniam porrigitur. Altera insula est Hibernia hanc superjacens, sed occidentalior et magnitudine minor est, et situm prædictæ similem habet. Hujus igitur prioris periplum describemus, deinde ad majorem procedemus.

HIBERNIÆ INSULÆ BRITANNICÆ PERIPLUS.

42. Hibernia insula Britannica terminatur a septentrione quidem oceano Hyperboreo appellato, ab oriente vero oceano, qui vocatur Hibernicus, ab occidente oceano occidentali, a meridie vero oceano Vergivio dicto. Ac hic quidem universus insulæ situs; [*particularis vero descriptio ita habet*]: * * *

Æbudæ, insulæ quinque Britannicæ, teste Marciano in Periplo.

43. Hiberniæ, insulæ Britannicæ, longitudo maxima, sumpto a Notio sive Australi promontorio initio, desinit in Rhobogdium promontorium, adeo ut stadia longitudinis insulæ sint [3] 170. Latitudo incipit quidem a Sacro promontorio, terminatur autem ad Rhobogdium promontorium: adeo ut insulæ latitudo sit stadiorum 1834. Ejus autem promontoria ab horizontibus distant ad hunc modum: arcticum quidem ejus promontorium ab arctico horizonte stadia 14250; occiduum vero ejus promontorium [*ab occiduo horizonte stadia* **; *australe vero promontorium*] ab æquatore

§ 41 l. 8. Πρεττανικαί] De nominis forma cf. not. ad § 1. || — 9. Οὐερνία cod. || — 14. κατὰ πλήστου cod. De κατὰ sic usurpato vide exempla in St. Thes. s. v. p. 1012, A. || — 17. Inclusa ad explendam aliquo modo sententiam inserui. || — 19. αὐτὴν δὲ κειμένη codex; δὲ ejec. Miller.

§ 42. V. Ptolemæus II, 1. || — 28. Ἰουερνίῳ Ptolemæus. || — 29. Οὐεγουίῳ cod.; e Ptol. em. Huds.

§ 43, l. 36. Ῥοβόνδιον h. l, at mox Ῥοβόγδιον, ut ap. Ptol. || — 37. Numerus stad. fuerit ͵γρο'. || — Ἱεροῦ] ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄκρου editt., absurde. In codd. est ἀε suprascripto τοῦ, in quibus latet mentio Ἱεροῦ prom., a quo ad Robogdium lineam rectam habes stadiorum 1850 || — 42. „α͵δσν'] recte; nam Rhobogdium prom. maxime boreale situm est 61° 30'; ab horizonte boreali igitur distat gradibus 28 ½, sive 14250 sta-

σταδίους „γ,ητιζ'· τὸ δὲ ἀνατολικὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς σταδίους „δ τιζ'. Ἔχει δὲ ἔθνη ις', πόλεις ἐπισήμους ια', ποταμοὺς ἐπισήμους ιε', ἀκρωτήρια ἐπίσημα ε', νήσους ἐπισήμους ς'. Οἱ πάντες τοῦ περίπλου τῆς Ἰουερνίας οὐ πλεῖον σταδίων ,θπε', οὐχ ἧττον σταδίων ,ςωμε'.

stadia 38317 (38900?); promontorium orientale ab ortu stadia 40317 (40900?). Habet autem gentes 16 urbes insignes 11, fluvios insignes 15, promontoria insignia 5, insulas insignes 6. Peripli insulæ Hiberniæ stadia universa non plura stadiis 9085, non pauciora stadiis 6845.

ΑΛΒΙΩΝΟΣ ΝΗΣΟΥ ΠΡΕΤΤΑΝΙΚΗΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

44. Ἀκολούθως τοίνυν καὶ τῆς Ἀλβίωνος νήσου τὸν περίπλουν ἐκθήσομεν. Ἡ Ἀλβίων νῆσος ἡ Πρεττανικὴ περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ ὠκεανῷ τῷ καλουμένῳ Δουηκαληδονίῳ, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ Γερμανικῷ ὠκεανῷ, ἀπὸ δὲ δύσεως τῷ τε Ἰουερνικῷ ὠκεανῷ, μεθ' ὃν ἡ Ἰουερνία νῆσος, ἔτι μὴν καὶ τῷ Οὐεργιουίῳ ὠκεανῷ· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ Πρεττανικῷ ὠκεανῷ καὶ ταῖς προειρημέναις τῆς Γαλλίας ἠπείροις καὶ ἔθνεσι. Καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τῆς νήσου τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· [τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·] * * *

St. B. Λινδόνιον, πόλις τῆς Βρεττανίας. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς.

45. Ἔστι δὲ τῆς Ἀλβίωνος νήσου τῆς Πρεττανικῆς τὸ μῆκος ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τοῦ δυτικοῦ ὁρίζοντος κατὰ τὸ Δαμνόνιον ἄκρον τὸ καὶ Ὄχριον καλούμενον, περαιούμενον δὲ ἕως Ταρουεδούνου τῆς καὶ Ὀρκάδος καλουμένης ἄκρας, ὡς εἶναι τοῦ μήκους τοῦ μεγίστου σταδίους ,εσκε'. Τὸ δὲ πλάτος αὐτῆς ἄρχεται μὲν κατὰ τὸ Δαμνόνιον ἄκρον τὸ καὶ Ὄχριον καλούμενον, καταλήγει δὲ εἰς τὴν τῶν Νεουάντων χερσόνησον καὶ τὸ ὁμώνυμον ἀκρωτήριον, ὡς εἶναι τοῦ πλάτους κατὰ τὴν μεγίστην γραμμὴν σταδίους ,γπγ'. Ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ ἔθνη λγ', πόλεις ἐπισήμους νθ', ποταμοὺς ἐπισήμους μ', ἀκρωτήρια ἐπίσημα ιδ', χερσόνησον ἐπίσημον α', κόλπους ἐπισήμους ε', λιμένας ἐπισήμους γ'. Οἱ πάντες τοῦ περίπλου παντὸς τῆς νήσου τῆς Ἀλβίωνος οὐ πλεῖον σταδίων „β ,ηχδ', οὐχ ἧττον σταδίων „βφκς'.

ALBIONIS INSULÆ BRITANNICÆ PERIPLUS.

44. Deinceps igitur et Albionis insulæ periplum exponemus. Albion insula Britannica terminatur a septentrione quidem oceano, qui vocatur Duecaledonius, ab ortu oceano Germanico, ab occasu vero oceano Hibernico, post quem insula se offert Hibernica, nec non oceano Vergivio, a meridie vero oceano Britannico et prædictis Galliæ regionibus et provinciis. Ac universa quidem insulæ circumscriptio hunc in modum se habet; [*singula autem hæc sunt :*] * * *

Lindonium (*Londinium*), urbs Brittaniæ, teste Marciano in Periplo ejus.

45. Longitudo Albionis insulæ Britannicæ incipit quidem ab occidentali horizonte juxta Damnonium promontorium, quod et Ocrium nuncupatur; finitur vero ad Tarvedunum, quod et Orcas promontorium dicitur : adeo ut longitudo maxima sit stadiorum 5225 (?). Latitudo autem ejus incipit quidem juxta Damnonium, quod dicitur etiam Ocrium promontorium; desinit vero ad Neuantum chersonesum, et ejusdem nominis promontorium : adeo ut latitudo ejus juxta maximam lineam sit stadiorum 3083 (?). Complectitur autem gentes 33, urbes insignes 59, fluvios insignes 40, promontoria insignia 14, chersonesum insignem 1, sinus insignes 5, portus insignes 3. Universa peripli totius Albionis insulæ stadia non plura 28604, non pauciora stadiis 20526.

---

diis. || — 43. Inclusa supplevi. Occidentalis Hiberniæ extremitas notatur sub 7° 40' long., adeo ut, si in hac latitudine circa 250 stadia in unum gradum computes, supplenda forent stadia 1917. || — 1. „γ,ητιζ'] ,ητιζ' codex. Promontorium maxime australe, τὸ ἱερὸν ἄκρον, situm 57° 30' lat. vel sec. edit. Arg. 57° 45', adeo ut absit ab æquatore stadiis 38750 vel 38875. Hinc patet „γ addendum esse. Ceterum illud τιζ' item est corruptum, quum ex Ptolemæi rationibus talis numerus obtineri omnino nequeat; pro TIZ fuerit ϡ', ut numerus rotundus sit stad. 38900. || — 2. „δτιζ'] „ατιζ' codex. Promontorium maxime orientale, τὸ Ῥοβόγδιον ἄκρον, situm 16° 30' long.; si unum long. gradum sumseris stadiorum 250, obtines stadia 40875 (163 ½ × 250). Quare hoc quoque loco pro τιζ' fuerit ϡ'. || — 4. ς'] sic cod.; non ζ', uti leg. in. ed. Miller.; ceterum Ptolemæus novem insulas Hiberniæ recenset, sc. quinque Ebudas, et aliæ quattuor.

§ 44. V. Ptolemæus II, 2. Cf. Stephanus B : Ἀλβίων, νῆσος Πρεττανική. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. || — 10. Δουηκολιδονίῳ cod.; e Ptol. em. editt. || — 12. Εὐορκουιῳ codex. || — 17. Λινδόνιον] Hoc loco Stephanus Marciani codicem vitiatum adhibuisse videtur, quum Λινδόνιον vix aliud esse possit quam Λονδίνιον Ptolemæi aliorumque.

§ 45, l. 21. Δαμνόνιον] Δάμνιον cod. h. l. et mox iterum; illud Ptolemæus. || — 21. Ὄχριον] sic etiam codex ed. Arg. et alii quattuor ap. Wilb.; vulgo Ὄκρινον. || — 22. Ταρουεδούνου] Ταυροαιδούνου cod.; editt. em. e Ptolem., ubi v. Wilberg. p. 104, 17. || — 24. ,εσκε'] numerus justo minor ex ratione Ptolemæi, ap. quem linea recta a Damnonio ad Taruedunum pr. est fere stadiorum 7000. || — 26. Νοουάντων sic. Ptol., cod. edit. Arg. et Pal.; Νεουάντων cod. Marciani; vulgo ap. Ptol. Νουαντῶν. || — 27. Κατὰ τῆς μεγίστης γραμμῆς cod.; em. editt. || — 28. ,γπγ'] Hic quoque numerus recedit a Ptolemæi computo, ex quo circa 5200 stadia computanda forent. Marciani numeri, quibus longitudo latitudoque definiuntur, haud dubie corrupti sunt, quum conciliari nequeant cum iis quæ Marcianus de ambitu Albionis habet, quem non minorem, sed majorem quam Ptolemæus ponit.

46. Καὶ ὁ μὲν περίπλους τοῦ δυτικοῦ καὶ ἀρκτῴου ὠκεανοῦ τῶν παρὰ τὴν Εὐρώπην μερῶν καὶ τῶν ἐν αὐτῷ Πρεττανικῶν νήσων ἐνταῦθα τὸ τέλος ἔχει. Ὥσπερ δὲ ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ τῶν μὲν παρὰ τὴν Λιβύην δεξιῶν μερῶν τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ ὠκεανοῦ τοῦ πρὸς τὴν μεσημβρίαν ὁρῶντος τὸν περίπλουν ἐπὶ κεφαλαίων ἐποιησάμεθα, σαφηνείας ἕνεκα διὰ μακροῦ τὸν τῶν σταδίων ἀριθμὸν ἀποδόντες, τῶν δὲ παρὰ τὴν Ἀσίαν ἀριστερῶν ἁπάντων μερῶν μέχρι Σινῶν τοῦ ἔθνους καὶ τῆς ἀγνώστου γῆς ἀκριβῆ τὸν περίπλουν ἀνεγράψαμεν, τῶν διαστημάτων ἁπάντων τοὺς σταδίους σημάναντες· οὕτω κἀνταῦθα τῶν δεξιῶν μερῶν τοῦ ὠκεανοῦ τοῦ παρὰ τὴν Εὐρώπην ὄντος ἀπὸ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν μέχρι τῆς ἀγνώστου γῆς καὶ τοῦ παρ' αὐτὴν περατουμένου Σαρματικοῦ ὠκεανοῦ καὶ προσέτιγε τῶν Πρετταvικῶν νήσων εἰς δύναμιν τὸν περίπλουν πεποιήμεθα, προσθέντες καὶ [τὸν] τῶν σταδίων ἀριθμόν· τῶν δὲ ἀριστερῶν παρὰ τὴν Λιβύην μερῶν τοῦ δυτικοῦ [καὶ μεσημβρινοῦ ὠκεανοῦ τὰς μὲν προσηγορίας τῶν πόλεων καὶ τῶν ἐπινείων δηλώσομεν, ἔτι μὴν καὶ τῶν κόλπων καὶ τῶν ἀκρωτηρίων καὶ τῶν νήσων τὰς ὀνομασίας σημανοῦμεν, διὰ μακροῦ δὲ τοῖς διαστήμασι τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων προσθήσομεν.] * * *

47. St. B. Μαυριτανίαι δύο, ἡ μὲν Τιγγιτανή, ἡ δὲ Καισαρησία, ὡς Μαρκιανὸς ἐν τῷ Περίπλῳ.

48. Τίγγις, πόλις Μαυρουσίας. Ὁ πολίτης ἔδει Τιγγίτης, ὡς Μεμφίτης, Ζελείτης· Μαρκιανὸς δὲ Μαυριτανίαν Τιγγιτανὴν λέγει. Τιγγιτανὸς οὖν τὸ ἐθνικὸν καὶ θηλυκὸν Τιγγιτανή. — « Εἰσὶ δὲ ἀπὸ Τίγγεως στάδιοι ὀγδοήκοντα. »

49. Βάβαι, πόλις Λιβύης. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΠΟ ΡΩΜΗΣ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΕΠΙΣΗΜΟΥΣ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΠΟΛΕΙΣ ΔΙΑΣΤΑΣΕΩΝ.

St. B. Ἄμισα, πόλις Γερμανίας. Μαρκιανὸς ἐν τοῖς ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς διασήμους πόλεις [διαστάσεσιν].

46. Ac periplus quidem occidentalis et borealis oceani partium quæ juxta Europam sunt, hîc finem habet. Sicuti autem in priore peripli libro dextras quidem, quæ juxta Libyam sunt, partes sinus Arabici et Rubri maris et Indici oceani ad meridiem spectantis per summa tantum capita descripsimus, raro numerum stadiorum exhibentes, contra vero sinistras partes quæ juxta Asiam sunt omnes usque ad Sinarum gentem terramque incognitam accurato periplo nostro persecuti sumus, indicatis singulorum stadiis intervallorum : sic nunc quoque dextrarum quidem oceani partium quæ Europam alluunt inde ab Herculeis columnis usque ad terram incognitam et desinentem juxta eam oceanum Sarmaticum, et præterea insularum Britannicarum periplum pro virili elaboravimus, appositis stadiorum numeris; in sinistris autem juxta Libyam partibus occidentalis [*et meridionalis oceani appellationes quidem urbium navaliumque, porro etiam sinuum et promontoriorum et insularum nomina significabimus, intervalla autem nonnisi raro adjunctis stadiorum numeris definiemus*]. * * *

47. Mauritaniæ duæ sunt, altera Tingitana, altera Cæsariensis, teste Marciano in Periplo.

48. Tingis, urbs Maurusiæ. Civis dici debebat Tingites, sicut Memphites dicitur et Zelites; at Marcianus Tingitanam Mauritaniam dicit; itaque gentile est Tingitanus et feminino genere Tingitana. — « Sunt vero a Tingi stadia octoginta. »

49. Babæ, Libyæ oppidum. Marcianus in Periplo Libyæ.

DE DISTANTIIS QUÆ SUNT A ROMA AD ORBIS TERRARUM URBES INSIGNES.

Amisa, urbs Germaniæ. Marcianus in distantiis quæ a Roma sunt ad urbes insignes. (*Cf.* § 31.)

---

§ 46, l. 1. τοῦ Ἰνδικοῦ] τοῦ δυτικοῦ cod. et editt. ‖ — 18. ἀριστερῶν τῇ Λιβύῃ cod. In antecc. τὸν addidi. ‖ — 19. Ad explendam sententiam adhibui verba, quibus in simili loco I § 10 Marcianus utitur. Ultima codicis verba in fine quaternionis quinti leguntur; excidit sequens quaternio, qui continuit Libyæ occidentalis periplum, atque caput de distantiis a Roma ad urbes insigniores et partem indiculi operis sequentis. In apogr. Vat. fol. 207 subscribitur : Λείπει μέχρι τοῦ τέλους; deinde sex paginas vacuas habes.

§ 47. Καισαρησία] Καισαρισία et Καισαριδία codd.; Καισαρηνσία Ptol. IV, 2. V. Ducange Lex., ubi Καισαρησία, Καισαρηνσία, Καισαρειανὴ Μαυριτανία.

§ 48. Τιγγιτανὴν λέγει] αὐτὴν λέγει codd.; Meinekius proponit : Μαυριτανίαν διττὴν λέγει, [τὴν μὲν Μαυριτανίαν, τὴν δὲ Καισαρησίαν]. Τιγγιτανὸς οὖν κτλ. Quæ subjiciuntur Εἰσὶ δὲ κτλ., num e Marciano afferantur, non liquet. Intelligenda de distantia a Tingi ad Iberiæ litus. Cf. Agathemer. I, 5 : ὁ δὲ καθ' Ἡρακλέους στήλας πορθμὸς στενώτατός ἐστι σταδίων π'.

49. Βάβαι sic cod. Rhedig.; Βαβαί cod. Vossianus et Aldinus.; Βάβα Ptolem. IV, 1, ubi oppidum notatur 8° 10' long., 34, 20 lat. Cf. Plinius V, 1 § 5 : *Ab Lixo* (6° 20'. 35° 15') *XL M in mediterraneo altera Augusti colonia est Babba* (*Baba* v. l.) *Julia Campestris appellata*. Formam Βάββα præbet etiam St. B. : Ῥάβα.. τὸ ἐθνικὸν Ῥαβαῖος, ὡς Βάββα Βαββαῖος.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ

ΗΡΑΚΛΕΩΤΟΥ ΤΟΥ ΠΟΝΤΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ

ΤΟΥ ΤΗΣ ΕΝΤΟΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ

ΠΕΡΙΠΛΟΥ,

ΟΝ ΕΓΡΑΨΕΝ ΕΝ ΤΡΙΣΙ ΒΙΒΛΙΟΙΣ

ΜΕΝΙΠΠΟΣ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΣ.

MARCIANI

HERACLEENSIS EX PONTO

EPITOME

PERIPLI

MARIS INTERNI,

QUEM TRIBUS LIBRIS SCRIPSIT

MENIPPUS PERGAMENUS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Ἐπιτομῆς βιβλίῳ·
Προοίμιον.
Πόντου Εὐξείνου ἑκατέρων τῶν ἠπείρων, τῶν τε παρὰ τὴν Ἀσίαν τῶν τε παρὰ τὴν Εὐρώπην τόπων περίπλους.

Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·
Τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ μερῶν τοῦ Πόντου περίπλους.
Βιθυνίας περίπλους ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου.
Παφλαγονίας περίπλους.
Πόντων τῶν δύο περίπλους.

* * * * * * * * * * * *

Τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μερῶν τοῦ Πόντου περίπλους.

* * * * * * * * * * * *

Τοῦ Θρᾳκίου Βοσπόρου καὶ τῆς Προποντίδος καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου ἑκατέρων τῶν ἠπείρων περίπλους.

Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·

ARGUMENTUM.

Hæc insunt Epitomes libro primo:
Proœmium.
Ponti Euxini juxta utramque continentem sive juxta loca tum Asiæ tum Europæ periplus.

Particularia autem ita habent:
Asiaticarum partium periplus.
Bithyniæ periplus inde a Fano Iovis Urii.
Paphlagoniæ periplus.
Pontorum duorum periplus

* * * * * * * * * * *

Europæarum partium periplus.

* * * * * * * * * * *

Bospori Thracii et Propontidis et Hellesponti juxta utramque continentem periplus.

Particularia autem ita habent:

Titulum libri qualemcunque efformavi. Hœschelius servatum peripli fragmentum inscripsit: Τεμάχιον τῆς ἐπιτομῆς τῶν ια' βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἐφεσίου. Quod incauti repetierunt Hudsonus et Millerus. V. Prolegomena. Argumenti capita nonnisi postrema quattuor in codice supersunt, cujus pagina 49 incipit verbis πὸ Κάννων. Quæ his præmisi, ita sunt suppleta, ut prima capita quæ ad Pontum Euxinum pertinent, ex titulis, qui in ipso periplo adhuc leguntur, more Marcianeo repeterem, reliquam autem peripli adornationem secundum ea adumbrarem, quæ in proœmio auctor exponit. Arbitrio meo nihil debetur præter distinctionem librorum. Ipse enim auctor disertius de hac re nihil monuit, adeo ut dubium sit, utrum uno tenore totum periplum absolverit, an ipse quoque, sicut Menippus, in tres libros diremerit. Illud propterea possit existimari, quod totius operis indiculum in unum locum Marcianus collegit, quum in bipartito maris exteri periplo singulis libris separatim argumenta præmittantur. Alterum vero suadet comparatio Epitomes Artemidoreæ, in qua servatam esse majoris operis divisionem constat. Porro quum æqualitatem voluminum sectari veteres soleant, hæc neglecta prorsus in nostro scripto foret, si libro unico totum auctor comprehendisset; nam vel Ponti et Propontidis et Hellesponti periplum ambitu exæquasse unum ex duobus, qui de mari extero sunt, librum, ex parte superstite facile colligitur. Quare tres libros distinguere quam in unum omnia congerere malui. Quodsi nulla libri nota fragmento nostro præfixa est, id parvi facio; similiter liber secundus peripli præcedentis inscriptione caret. — Quod scripsi Παφλαγονίας περίπλους, Πόντων περίπλους et cet., ubi proprie dicendum erat παράπλους, usum secutus sum ipsius, ut videtur, Marciani; quanquam dubitans; nam quum infra codex recte παράπλους bis præbeat, jure quæras an non librariis potius

Τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ μερῶν περίπλους ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου.

* * * * * * * * * * * *

Τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μερῶν περίπλους

* * * * * * * * * * * *

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ἐπιτομῆς βιβλίῳ.

Τῶν λειπομένων τῆς Εὐρώπης μερῶν περίπλους ἀπὸ τοῦ Ἑλλησπόντου μέχρι τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ καὶ Γαδείρων τῆς νήσου.

Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·

* * * * * * * * * * * *

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Ἐπιτομῆς βιβλίῳ·

Λιβύης περίπλους ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ.

Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·

* * * * * * * * * *

Ἀσίας περίπλους ἀπὸ τῶν τῆς Λιβύης ὅρων μέχρι τοῦ προρηθέντος Ἑλλησπόντου.

Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·

* * * * * * * * * * * *

Ἀ]πὸ Κάννων ἤτοι Αἰγαίας μέχρι Ἀδραμυτίου παράπλους.

Πόλεων κατὰ γῆν διαστήματα.

Ἀπὸ Ἀδραμυτίου μέχρι Λεκτοῦ παράπλους.

Τρῳάδος μέχρι Σιγείου περίπλους.

Asiaticarum partium periplus a Fano Iovis Urii.

* * * * * * * * *

Europaearum partium periplus.

* * * * * * * * *

Hæc insunt Epitomes libro secundo :

Reliquarum Europæ partium periplus ab Hellesponto usque ad Herculeum fretum et Gades insulam

Particularia autem ita habent :

* * * * * * * * *

Hæc insunt Epitomes libro tertio :

Libyæ periplus inde a freto Herculeo.

Particularia autem ita habent :

* * * * * * * * * *

Asiæ periplus a Libyæ terminis usque ad dictum Hellespontum.

Particularia autem ita habent :

* * * * * * * * * *

A] Cannis (*Canis*) sive Ægæa ad Adramytium paraplus.

Urbium per terram distantiæ.

Ab Adramytio usque ad Lectum paraplus.

Troadis usque ad Sigeum periplus.

[ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ]

Μαρκιανὸς τῷ ἑταίρῳ Ἀμφιθαλίῳ εὖ πράττειν.

Οἱ τοῖς συγγράμμασι τῶν παλαιῶν ἀβασανίστως ἐντυγχάνοντες ἢ μὴ διαγινώσκειν ἐπιστάμενοι λόγου τε ἀρετὴν καὶ νοημάτων ἀκολουθίαν, πολλὴν παρέσχον, ὡς ἔοικεν, ἄδειαν τοῖς συγγράφειν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε βουλομένοις. Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ἑτέροις ἐξετάζειν καταλιμπάνω, οἳ τῆς ἡμετέρας κρίσεως δι' ἀκριβῆ παίδευσιν πλέον τοῦτο ποιεῖν ἐπίστανται· οἱ δὲ τοὺς περίπλους προχείρως γράψαντες, καὶ τοὺς ἐντυγχάνον-

[LIBER PRIMUS.

PROOEMIUM.]

Marcianus Amphithalio amico salutem.

Qui veterum scripta perfunctorie legunt, aut orationis vim et sententiarum consequentiam dijudicare nesciunt, plurimum, ut videtur, audaciæ illis addiderunt, qui vulgari modo et temerario volunt scribere. Horum reliquos quidem aliis ad examen vocandos relinquo, qui ex accurata institutione ad hoc agendum plus nobis judicio valent; qui vero periplos temere scripserunt, et lectoribus persuadere volunt, locorum

---

hæc vocum confusio imputanda sit tum in Marciano tum apud Stephanum Byzantium. ‖ — 14. ἀπὸ Κάννων ἤτοι Αἰγαίας] πὸ Κάννων ἤτοι Ἀτταίας codex, itemque editiones, nisi quod literam α, ex apogr. Vaticano supplent. Fortasse etiam pro Κάννων scribendum est aut Κάνων aut potius Κανῶν. Certe apud reliquos scriptores promontorium illud (hod. *Cap Coloni*) vel adjacens ei urbs (hod. *Kanot-Koi*) vocatur aut *Cana* (Mela I, 18 : *in promontorio est Cana;* quod græce esse τὰ Κάνα putari possit; quanquam fuerit potius ἡ Κάνη, ut apud Strabonem et Herodotum VII, 42 Κάνης ὄρος, et Ptolem. V. 2 p. 316, 3, ubi codd. corrupte Καινὴ ἄκρα), aut *Canæ*, Κάναι, ut ap. Livium 36, 45; 37, 8, Plinium V, 42 (*Intercidere Canæ*), Parmenionem Byzantium in Athenæo III, p. 76, A et Strabonem XIII, p. 615, ubi hæc : Εἶτ' ἐν ἑκατὸν σταδίοις ἡ Κάνη, τὸ ἀνταῖρον ἀκρωτήριον τῷ Λεκτῷ, καὶ ποιοῦν τὸν Ἀδραμυττηνὸν κόλπον... Κάναι δὲ πολίχνιον Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνου... κείμενον ἐν τῇ Καναίᾳ· αὕτη δὲ μέχρι τῶν Ἀργινουσσῶν διήκει καὶ τῆς ὑπερκειμένης ἄκρας, ἣν Αἰγά τινες ὀνομάζουσιν ὁμωνύμως τῷ ζῴῳ· δεῖ δὲ μακρῶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν Αἰγᾶν, ὡς ἀκτὰν καὶ ἀρχάν· οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὄρος ὅλον ὠνομάζετο, ὃ νῦν Κάνην καὶ Κάνας λέγουσι... Προσνεύει δὲ (sc. τὸ ὄρος) καὶ ἐπὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, ὅθεν αὐτῷ καὶ τοὔνομα· ὕστερον δὲ αὐτὸ τὸ ἀκρωτήριον Αἰγᾶ κεκλῆσθαι, ὡς Σαπφώ φησι· τὸ δὲ λοιπὸν Κάνη καὶ Κάναι. Cf. Strabo p. 581. Stephan. v. Κάνα et Αἰγά, sec. quem Αἴξ promontorium vocatur apud Artemidorum. Cf. Solin. c. 11 : *Inter Tenedum et Chium, qua Ægæus sinus panditur, ab dextra Antandrum navigantibus saxum est... Id quoniam visentibus procul capræ simile creditur, quem Græci αἶγα nuncupant, Ægæus sinus dictus est.* Hinc igitur satis liquet ἄκραν istam a Menippo aut Αἰγαίαν aut Αἴγειαν (*caprinam*) dictam esse; illud suadet codex. ‖ — Ἀδραμυτίου] De hac nominis scriptura cf. not. ad Scylac. § 98. ‖ — 17. Σιγείου] Σιγέου codex, quod nemo tueri velit verbis Quinti VII, 562 : Σιγέου ἠνεμόεντος. ‖ — 20. Μαρκιανὸς... πράττειν] om. apogr. Vatican. In Milleri edit. verba Μαρκιανὸς τῷ ἑταίρῳ nescio quo casu omissa sunt. Amphithalius aliunde non notus homo.

§ 1, l. 29. προχείρως] προχεισεως sine acc. scribit cod. Vat., qui compendium syllabæ ρως in cod. Paris.

τας πείθειν ἐθέλοντες, τόπων τε προσηγορίας καὶ σταδίων ἀριθμὸν διεξιόντες, καὶ ταῦτα ἐπὶ χωρίων ἢ ἐθνῶν βαρβάρων, ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας εἰπεῖν δύναιτο ἄν τις, αὐτόν μοι δοκοῦσι τὸν Βεργαῖον Ἀντιφάνη νενικηκέναι τῷ ψεύδει. Ὅσοι μὲν γὰρ μερικάς τινας ἐποιήσαντο περίπλων διηγήσεις, ὧν καὶ τὰ χωρία σαφῶς ἐγίνωσκον, καὶ τὴν ἀναμέτρησιν τῆς θαλάττης οὐκ ἠγνόουν, καὶ πόλεις καὶ λιμένας καὶ τὰ διαστήματα τούτων καταμαθόντες, οὗτοι δοκοῦσιν ἢ πάντα ἢ τά γε πλεῖστα μετὰ τῆς ἐνδεχομένης ἀληθείας ἐγγεγραφέναι· ὅσοι δὲ ἢ τοῖς ἀπαγγείλασιν ἅπερ οὐκ ἐθεάσαντο πιστεύσαντες, ἢ τοῖς συγγράψασιν ἅπερ ἀκριβῶς οὐκ ἔγνωσαν ἀκολουθήσαντες, ἐκλογάς τινας περίπλων τῆς οἰκουμένης ἐποιήσαντο, οὗτοι δῆλον ὡς οὐχ ἑαυτοὺς μόνους ἠπάτησαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πεισθέντας τοῖς ὑπ' αὐτῶν συγγραφεῖσι.

nomina et stadiorum numerum percurrentes, idque de regionibus gentibusque barbaris, quarum ne nomina quidem dixeris, mendacio ipsum mihi videntur Antiphanem Bergæum superasse. Quotquot enim particulares quasdam fecerunt periplorum narrationes, quorum et loca plane explorata habuerunt, marisque dimensionem non ignorarunt, et urbium et portuum ac eorumdem distantiarum notitiam assecuti, illi sane videntur aut omnia aut longe plurima scripsisse quam fieri posset verissime; quotquot vero narrantium quæ non viderunt fidem secuti, et scribentium quæ non accurate coguoverunt auctoritate nixi, delectus quosdam fecerunt periplorum terræ habitabilis; hos manifestum est non semet solum decepisse, sed et alios iis quæ composuerunt persuasos.

2. Γράφω δὲ ταῦτα πολλοῖς μὲν ἐντυχὼν περίπλοις, πολὺν δὲ περὶ τὴν τούτων εἴδησιν ἀναλώσας χρόνον. Χρὴ τοίνυν ὅσοι παιδεύσεως ἐντὸς κατέστησαν, τούτων ἐξετάζειν τὰς τοιαύτας φιλομαθίας ὡς μήτε προχείρως πιστεύειν τοῖς λεγομένοις, μήτε ἄπιστον τὴν οἰκείαν γνώμην ἔμπροσθεν τῆς ἐκείνων φροντίδος ποιουμένους. Τούτους δὴ ἀκριβέστερον ἐπισκοπήσομεν. Οἱ γὰρ δὴ δοκοῦντες ταῦτα μετὰ λόγων ἐξητακέναι, Τιμοσθένης ὁ Ῥόδιός ἐστιν, ἀρχικυβερνήτης τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου γεγονὼς, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἐρατοσθένης, ὃν Βῆτα ἐκάλεσαν οἱ τοῦ Μουσείου προστάντες, πρὸς δὲ τούτοις Πυθέας τε ὁ Μασσαλιώτης καὶ Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς καὶ Σώσανδρος ὁ κυβερνήτης, τὰ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν γράψας, Σιμμέας τε ὁ τῆς οἰκουμένης ἐνθεὶς τὸν περίπλουν· ἔτι μὴν Ἀπελλᾶς ὁ Κυρηναῖος καὶ Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης καὶ Φιλέας ὁ Ἀθηναῖος καὶ Ἀνδροσθένης ὁ Θάσιος καὶ Κλέων ὁ Σικελιώτης, Εὔδοξός τε ὁ Ῥόδιος καὶ Ἄννων ὁ Καρχηδόνιος, οἱ μὲν μερῶν τινων, οἱ δὲ τῆς ἐντὸς πάσης θαλάττης, οἱ δὲ τῆς ἐκτὸς περίπλουν ἀναγράψαντες· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς καὶ Βωτθαῖος· οὗτοι δὲ ἑκάτεροι

2. Hæc autem scribo, multis pervolûtis periplis, multoque in his perscrutandis consumto tempore. Oportet igitur eorum, qui eruditione penitus imbuti sunt, in hujusmodi disciplinis examinare peritiam, ut neque temere credamus dictis, neque proprias nostras inexplorataeque fidei opiniones illorum curæ et diligentiæ opponamus. Hos itaque curatius considerabimus. Etenim qui cum ratione de his inquisivisse videntur, Timosthenes Rhodius princeps gubernator fuit Ptolemæi secundi, et post eum Eratosthenes, quem Beta nuncupabant præfecti Musei Alexandrini; præter hos vero Pytheas Massiliensis, Isidorus Characenus, Sosander gubernator qui res Indicas scripsit, Simmeas qui orbis universi periplum composuit, Apellas (*Ophelas* Cyrenæus, Euthymenes Massiliensis, Phileas Atheniensis, Androsthenes Thasius, Cleon Siculus, Eudoxus Rhodius, Hanno Carthaginiensis, quorum alii partium quarumdam, alii totius maris interioris, alii maris exterioris periplum conscripserunt; quin etiam et Scylax Caryandensis et Botthæus, quorum uterque

---

non intellexit. || — 1. ἐθέλοντας codd.; em. Hudson. || — 4. Βεργαῖον Ἀντιφάνη] Ἀπίστων scriptorem, cujus meminerunt Strabo I, p. 47. II, p. 102. 104; Stephan. et Suidas v. Βέργη. || — 9. ἢ παντάπασι πλεῖστα codex. || — 12. ἀκριβῶς] om. apogr. Vat. || — 13. ἐκλογάς τινας] ἐκλογιστίμας cod. Paris., quod scriba apogr. Vat. legit ἐκλογιστιαίας, unde Hudsonus elicuit ἐκλογιστίας, vertens *catalogos periplorum*.

§ 2, 17. εἴδησιν] ἴδησιν cod.; em. Miller. || — 20. τὰς τοιαύτας φιλομαθίας (non φιλομαθείας ut ap. M.)] sic cod.; τὰς φ. τοιαύτας apogr. Vat. || — 25. ἀρχικυβερνίτης τοῦ δευτεραίου cod. || — 27. Μουσίου cod. || — 29. Σώσανδρος] ignotus homo; contra desideras notissimum Alexandri M. gubernatorem Onesicritum. || — 30. Σιμμέας] haud dubie fuisse Σιμμίας, vel rectius Σιμίας (v. Steph. Thes. s. v.), monet Hudson. Quinam fuerit geographus Simmias, num Alexandri comes (Arrian. III, 27 etc.), an fortasse is, qui Ptolemæi tertii sive Evergetæ jussu Ichthyophagorum regionem exploravit, cujusque testimonio Agatharchides (§ 41; ap. Diodor. III, 18) utitur, in medio relinquo. || — ἐνθεὶς] an ἐκθεὶς? quod Marcianus adhibuerit pro ἐκθέμενος. || — 31. Ἀπελλᾶς] deb. Ὀφέλας. Vid. Strabo p. 826. || — Εὐθυμόνης codex, sed ita ut correctum videatur ex Εὐθυμώνης vel Εὐθυμάνης. Hoc habet apogr. Vat.; em. Miller. V. Fr. Hist. tom. IV, p. 408. || — 33. Θάσιος] Ἰάσιος cod.; em. Hudson. V. Fragm. Script. Rer. Alex. p. 72. || — Deinde Εὐδόξιος cod. || — 34. Ἄννων] sic codex; non Ἄννων. || — 35. θαλάσσης] sic h. l. et alibi, fluctuante scriptura, ut in codd. Strabonis. || — 37. Καρυάνδους. cod. || — Βωτθαῖος] sic codex, non Βωτταῖος, ut Millerus dicit; Βοτθαῖος apogr. Vat. et editt. Nomen probabiliter corruptum. In mentem venit Λύκος ὁ καὶ Βουθήρας, Ῥηγῖνος, quem occidentales regiones primum accuratius descripsisse ait Agatharchides De

διὰ τῶν ἡμερησίων πλῶν, οὐ διὰ τῶν σταδίων τὰ διαστήματα τῆς θαλάσσης ἐδήλωσαν. Καὶ ἕτεροι δὲ πλείους εἰσὶν, οὓς περιττὸν οἶμαι καταριθμεῖν.

3. Μετὰ δὴ τούτων τοὺς πλείστους Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος καὶ Στράβων, γεωγραφίαν ὁμοῦ καὶ περίπλουν συντεθεικότες, Μένιππός τε ὁ Περγαμηνὸς διάπλους γράψας, ἀκριβέστεροι δοκοῦσι πάντων τῶν προειρημένων τυγχάνειν. Περὶ ὧν διελθεῖν ἀναγκαῖον, ὡς ἂν μηδὲν ἀγνοήσαιεν οἱ περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γεωγραφίας σπουδάζοντες. Τιμοσθένης μὲν γὰρ, ἔτι τῶν πλείστων τῆς θαλάσσης ἀγνοουμένων μερῶν, τῷ Ῥωμαίους μηδέπω πολέμῳ κεκρατηκέναι τούτων, περὶ λιμένων συγγράψας βιβλία, οὐ πᾶσιν ἀκριβῶς ἐπεξῆλθε τοῖς ἔθνεσι τοῖς τῇ καθ' ἡμᾶς παροικοῦσι θαλάττῃ. Ἀμέλει τῆς μὲν Εὐρώπης τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος ἀτελῶς περιέπλευσε, τὰ δὲ περὶ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν οὔτε τῆς καθ' ἡμᾶς οὔτε τῆς ἔξω θαλάττης ἴσχυσε γνῶναι. Ταὐτὰ δὲ καὶ κατὰ τὴν Λιβύην πέπονθεν, ἀπὸ τῆς Καρχηδόνος πάντας τοὺς ἐπέκεινα περὶ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν περί τε τὴν ἔξω θάλασσαν ἀγνοήσας τόπους. Τούτων δὲ τῶν ι' βιβλίων ἐπιτομὴν ἐν ἑνὶ πεποίηται βιβλίῳ· εἶτ' ἐν ἑτέρῳ πάλιν ἑνὶ τῶν καλουμένων σταδιασμῶν ἐπιδρομήν τινα συνέγραψεν. Ἐν ἅπασι δὲ τούτοις οὐδὲν τέλειον οὐδὲ σαφὲς ἀπαγγεῖλαι δεδύνηται. Ἐρατοσθένης δὲ ὁ Κυρηναῖος, οὐκ οἶδα τί παθὼν, τὸ Τιμοσθένους μετέγραψε βιβλίον, βραχέα τινὰ προσθεὶς, ὡς μηδὲ τοῦ προοιμίου τοῦ μνημονευθέντος ἀποσχέσθαι, ἀλλ' αὐταῖς λέξεσι κἀκεῖνο τοῦ οἰκείου προθεῖναι συγγράμματος. Ὅμοια δὲ τούτοις καὶ οἱ ἄλλοι πεπόνθασιν, ἀσαφεῖς καὶ πεπλανημένας τὰς ἐκδόσεις ποιησάμενοι. Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ἑξακοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα γεγονὼς, τὸ δὲ πλεῖστον μέρος τῆς ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς τυγχανούσης θαλάττης ἐκπεριπλεύσας, θεασάμενος δὲ καὶ τὴν νῆσον τὰ Γάδειρα καὶ μέρη τινὰ τῆς ἐκτὸς θαλάττης, ἣν ὠκεανὸν καλοῦσι, τῆς μὲν ἀκριβοῦς γεωγραφίας λείπεται, τὸν δὲ περίπλουν τῆς ἐντὸς Ἡρακλείου πορθμοῦ θαλάσσης καὶ τὴν ἀναμέτρησιν ταύτης μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἐν ἕνδεκα διεξῆλθε βιβλίοις, ὡς σαφέστατον καὶ ἀκριβέστατον περίπλουν τῆς καθ' ἡμᾶς ἀναγράψαι θαλάττης. Μένιππος δὲ ὁ Περγαμηνὸς, [ὃς] καὶ αὐτὸς τῆς ἐντὸς θαλάττης περίπλουν ἐν τρισὶν ἤθροισε βιβλίοις, ἱστορικήν τινα καὶ γεωγραφικὴν ἐποιήσατο τὴν ἐπαγγελίαν.

navigationis diebus non vero stadiis distantias per mare indicarunt. Alii etiam complures sunt, quos enumerare supervacaneum duco.

3. Post horum equidem plurimos Artemidorus Ephesius geographus et Strabo, qui geographiam simul et periplum composuerunt, et Menippus Pergamenus, transjectuum maritimorum scriptor, omnibus prius memoratis accuratiores esse videntur. De quibus disserere necesse est, ut nihil prorsus ignorent, qui sese in hac geographiæ parte exercent. Nam Timosthenes, plurimis maris partibus nondum cognitis, quum bello iis Romani nondum potiti essent, de portubus libellos conscribens, non omnes accurate percensuit gentes mare nostrum accolentes. Scilicet in Europa quidem maris Tyrrhenici periplum non absolvit; quæ vero circa fretum Herculeum sunt sive in nostro mari sive in externo, cognoscere haud valuit. Eadem et circa Africam passus est, quum locorum omnium quæ sunt ultra Carthaginem ad fretum Herculeum et mare externum, nullam haberet notitiam. Horum vero decem librorum epitomen uno fecit libro; deinde alio rursus uno stadiasmos sive dimensiones terræ secundum stadia breviter complexus est. In his omnibus nihil perfectum, nihil perspicuum proferre potuit. Eratosthenes autem Cyrenæus, nescio quo pacto, Timosthenis librum transcripsit, pauca quæpiam adjiciens, adeo ut ne proœmio quidem præfati auctoris abstinuerit, sed iisdem verbis illud operi suo præposuerit. Similia his et alii plerique admisere, descriptiones obscuras et errorum plenas divulgantes. Artemidorus vero Ephesius geographus, qui circa centesimam sexagesimam nonam Olympiadem floruit, et maximam partem maris interni nostrique circumvectus est, atque suis oculis vidit tum Gades insulam tum partes aliquas maris externi, quod Oceanum appellant, ab accurata quidem orbis terrarum descriptione longe abest, sed periplum maris intra fretum Herculeum siti, ejusque dimensionem ea qua par est cura in undecim libris persequutus est: adeo ut periplum nostri maris maxime perspicuum et accuratissimum descripsisse videatur. Menippus vero Pergamenus, qui ipse quoque interioris maris periplum tribus libris complexus est, narrationem historicam simul et geographicam fecit.

---

mari rubr. init.; quamquam periplum ab eo scriptum esse non traditur (V. Fr. Hist. t. II, p. 370). — Alius geographus aliunde non notus est *Bacorus Rhodius*, quem una cum Euctemone recenset Avienus De or. mar. 47. Fieri etiam potest, ut in Βωτθαῖος lateat Βοττιαῖος, adeo ut nomen ipsius geographi e Bottiæa Macedoniæ regione oriundi exciderit. || — 1. πλῶν] ἠχῶν cod.; leni manu em. Letronnius.

§ 3, l. 6. Περγαμινὸς cod. || — 7. διάπλους] fort. fuerat περίπλους καὶ διάπλους; certe cur præ ceteris διάπλων mentio hic facta sit, haud intelligitur. || — 7. ἀκριβέστερον apogr. Vat. || — 13. περὶ λιμένων] περὶ νήσων cod. Strabo IX, p. 421 de Timosthene: ὁ καὶ τοὺς λιμένας συντάξας ἐν δέκα βιβλίοις, de quo opere bene constat. De insulis opus decem librorum nemo ei vindicat, nec quadrant in ejusmodi scriptum quæ sequuntur apud Marcianum: οὐ πᾶσι... θαλάττῃ. Denique NHCων et ΛΙΜЄνων voces in codd. non ita dissimiles. || — 18. ταὐτὰ] ταῦτα cod.; em. Miller tacite. || — 34. καὶ [τῆς] καθ' ἡμᾶς ex Hœschelii conject. scripsit Miller. || — 42. ὃς supplevit Miller.

4. Ἐγὼ τοίνυν πάντων τῶν μνημονευθέντων προκρίνας Ἀρτεμίδωρον τὸν Ἐφέσιον, ἐπιτομὴν τῶν ἕνδεκα βιβλίων τοῦ μνημονευθέντος ἐποιησάμην, προσθεὶς καὶ ἐξ ἑτέρων παλαιῶν τὰ ἐλλείποντα, καὶ τὴν διαίρεσιν τῶν ια' βιβλίων φυλάξας, ὡς μετρίαν μὲν γεωγραφίαν, τελειότατον δὲ περίπλουν ἀπεργάσασθαι. Θεασάμενος δὲ τοὺς πλείστους τῶν παλαιῶν ἢ μηδ' ὅλως ἢ ἐπ' ὀλίγον τῆς ἔξω θαλάσσης μνήμην ποιησαμένους, καὶ ταύτην ἀμυδρὰν καὶ τῆς ἀληθείας ἀπᾴδουσαν, ἰδίαν ἐμαυτοῦ φροντίδα θέμενος τοῦ ὠκεανοῦ τοῦ ἑῴου τε καὶ μεσημβρινοῦ παντὸς ἑκατέρων τῶν ἠπείρων τῆς τε Λιβύης καὶ τῆς Ἀσίας, ἀπὸ τοῦ Ἀραβίου κόλπου μέχρι τῶν Σινῶν τοῦ ἔθνους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ ἑσπερίου τε καὶ ἀρκτῴου ὠκεανοῦ τῶν τε τῆς Εὐρώπης τῶν τε τῆς Λιβύης μερῶν τὸν περίπλουν ἐν δυσὶ βιβλίοις συνέγραψα. Καταμαθὼν δὲ καὶ Μένιππον μετρίαν μέν τινα τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐκ τῶν οἰκείων βιβλίων παρεχόμενον εἴδησιν, μὴ πᾶσι δὲ ἀκριβῶς ἐπεξελθόντα, τὰ ἐλλείποντα πλεῖστα ὄντα προσθεὶς, καὶ προσέτιγε τὴν περὶ [τοὺς] τόπους καὶ τὰς διαιρέσεις τῶν ἐθνῶν σαφήνειαν, ἥτις τὸ τέλειον τῆς γνώσεως τοῖς ἐντυγχάνουσι παρέχειν εἴωθε, τὴν ἔκδοσιν τῶν τριῶν βιβλίων ἐποιησάμην, οὐκ ἀφελόμενος τῆς προσηγορίας τὸν πατέρα τούτων, οὐδὲ εἰς ἐμαυτὸν μεταστήσας τοὺς ἀλλοτρίους πόνους, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ πᾶσι πεφροντισμένως ἐπεξελθόντος Ἀρτεμιδώρου, ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκείνων προσηγορίας ἐπιγράψας τοῖς βιβλίοις, ὡς ἂν μηδὲν εἰς τοὺς λογίους ἁμαρτάνειν δοκοίην θεοὺς, τὰς δὲ τούτων ἐπιτομὰς καὶ διορθώσεις τῶν ἐμαυτοῦ ποιησάμενος πόνων ἐναργὲς γνώρισμα, ὥστε τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδὲν μήτε τῶν παρ' ἐκείνων συγγραφέντων, μήτε τῶν παρ' ἡμῶν προστεθέντων ἢ διορθώσεως ἐπιμελοῦς ἀξιωθέντων ἀγνοῆσαι.

5. Περὶ δὲ τῆς διαφωνίας τῶν σταδίων εἴρηται μέν μοι καὶ ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ, ἐν ᾧ τὸν περίπλουν τοῦ ἑῴου παντὸς ὠκεανοῦ πεποίημαι· κωλύει δὲ οὐδὲν καὶ νῦν ἐπὶ κεφαλαίων διεξελθεῖν. Πάντες, ὡς εἰπεῖν, ὅσοι περίπλους ἔγραψαν, περὶ μὲν τὰς πόλεις καὶ τὰ χωρία καὶ λιμένας καὶ νήσους ἢ οὐδὲν ὅλως ἢ βραχέα τινὰ καὶ ῥᾳδίας τῆς διορθώσεως ἀξιωθῆναι δυνάμενα διεφώνησαν· περὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων τῶν αὐτῶν πόλεων καὶ νήσων καὶ λιμένων πολλήν τινα διαφορὰν ἐποιήσαντο. Τῶν μὲν οὖν κόλπων καὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἡ διαφωνία σαφής· οἱ μὲν γὰρ πλησίον τῆς ἠπείρου τοὺς κόλπους καὶ τὰ ἀκρωτήρια περιέπλευσαν, οἱ δὲ πορρωτέρω, καὶ διὰ τοῦτο ἢ πλέονας ἢ ἐλάττονας περιέπλευσαν σταδίους· τοῦ δὲ ἐπ' εὐθείας

4. Ego igitur Artemidorum Ephesium ceteris omnibus modo memoratis præferens, undecim viri supradicti librorum epitomen feci, nonnullis quæ desiderantur ex veterum aliis adjectis, servataque divisione undecim librorum, adeo ut geographiam quidem mediocrem, perfectissimum vero periplum exhibuerim. Animadvertens porro veterum plerosque aut nullam omnino aut leviorem saltem maris externi mentionem fecisse, eamque obscuram admodum et a veritate absonam, propria mea cura et diligentia totius oceani orientalis et meridionalis utriusque continentis, Africæ et Asiæ, a sinu Arabico usque ad Sinarum gentem, quinetiam oceani occidentalis et septentrionalis partiumque Europæ et Africæ periplum duobus in libris conscripsi. Denique quum Menippum quoque mediocrem aliquam suis e libris locorum notitiam lectoribus exhibere, sed non omnia diligenter persequi cognovissem : ipse addens quæ desiderari visa sunt plurima, insuper et perspicuitatem, quæ legentibus perfectam cognititionem parare solet, in locorum descriptione gentiumque divisione, trium Menippi librorum editionem feci, auctori eorum nequaquam nominis honorem eripiens neque in me ipsum aliorum labores transferens (sicuti neque Artemidori accurate omnia persecuti nomen in epitome ejus suppressi), sed illorum quidem nomina libris præfigens, ut nihil peccare viderer in deos sermonis præsides, epitomas vero horum et emendationes proprii laboris luculentum faciens argumentum; adeo ut nihil quippiam lectores lateret, neque eorum quæ ab illis conscripta sint, neque eorum quæ nos vel addiderimus vel accurate emendata melius constituere voluerimus.

5. De discrepantia, quæ circa stadiorum numeros apud auctores deprehenditur, quamquam jam dixi in priore opere, ubi periplum totius oceani orientalis composui, nihil tamen obstat, quominus nunc quoque summa perstringam. Etenim periplorum scriptores tantum non omnes circa urbes quidem et regiones et portus et insulas aut nihil omnino aut in paucis quibusdam et quæ emendationem facile admittant, dissenserunt; de stadiorum autem numero earundem urbium, insularum, portuum, multum a se invicem discreparunt. Jam vero ubi de sinubus et promontoriis agitur, discrepantia ista facilem habet explicationem; videlicet alii propius, alii longius a continente sinus et promontoria circumnavigarunt; quam ob

§ 4, l. 6. τελειώτατον cod. Paris.; τελεότατον apogr. Vat. ||— 11. τοῦ ἑῴ τε καὶ cod.; em. editt. ||—14. τοῦ ἑσπερίου τε καὶ] sic codex, quod notare om. Miller, qui scripsit τοῦ ἑσπερίου καὶ [τοῦ] ἀρκτῴου. || — 26. πεφροντισμένος apogr. Vat. || — 33. ἀξιωθέντων] Scriba cod. Vat. hanc vocem compendiosius exaratam legit ἀξιολόγων.

§ 5, l. 34 sqq. Hæc paullo abruptius introducuntur. Ansam disputationis dedit Artemidori et Menippi circa locorum distantias dissensus. De eadem re Marcianus monuerat in Maris exteri peripl. I, 2. || —37. ἐπὶ κεφαλαίῳ cod.; dicendum aut ἐν κεφαλαίῳ aut ἐπὶ κεφαλαίου seu κεφαλαίων (uti est in peripl. m. ext. II, 46). Occurrit sane in editt. Aristot. Eth. II, 7 ἐπὶ κεφαλαίῳ,

γινομένου πλοῦ οὐχ ἄν τις ῥᾳδίως εἴποι τὰς αἰτίας, εἰ μὴ ἄρα τῷ τάχει τοῦ σκάφους ἢ τῷ βράδει ἀναθῆναι τὸ πταῖσμα βουληθείη. Ὡμολογημένον γὰρ τοῦθ' ὅτι ἑπτακοσίους οὐριοδρομοῦσα ναῦς διὰ μιᾶς ἀνύει (τῆς) ἡμέρας, εὕροι [δέ] τις ἂν καὶ ἐνναχοσίους σταδίους διαδραμοῦσαν ναῦν ἐκ τῆς τοῦ κατασκευάσαντος τέχνης τὸ τάχος προσλαβοῦσαν, καὶ ἑτέραν μόλις πεντακοσίους διανύσασαν, διὰ τὴν ἐναντίαν τῆς τέχνης αἰτίαν. Ἀλλ' ὅμως συγγνώμης ἀξιοῦν χρὴ τὰ τοιαῦτα πταίσματα. Οὐ γὰρ ἐν ἠπείρῳ χωρίων τινῶν τὴν διαμέτρησιν ἐποιήσαντο, ἀλλ' ἐν ὕδατι καὶ πελάγεσιν ἐκ τῆς συνηθείας πλέον ἢ ἐξ ἑτέρας τινὸς ἐπιτεχνήσεως τὸν ἀριθμὸν τῶν σταδίων εὑρόντες.

6. Διῄρηκε δὲ ὁ Μένιππος τὸν περίπλουν τῶν τριῶν ἠπείρων, Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης καὶ Λιβύης, τὸν τρόπον τοῦτον· τὸν Ἑλλήσποντον καὶ Προποντίδα ἅμα τῷ Θρᾳκίῳ Βοσπόρῳ καὶ προσέτιγε τὸν Εὔξεινον Πόντον ἑκατέρων τῶν ἠπείρων, τῆς τε Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης, ἀφελὼν ἰδίᾳ περιέπλευσε, πρότερον μὲν τὸν Πόντον, μετ' ἐκεῖνον δὲ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὴν Προποντίδα ἅμα τῷ Ἑλλησπόντῳ, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοῦ καλουμένου Διὸς Οὐρίου, ὅπερ ἐπ' αὐτοῦ κεῖται τοῦ στόματος τοῦ Πόντου, τοῦ περίπλου τὴν ἀρχὴν ἑκατέρων τῶν ἠπείρων ποιησάμενος. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀπὸ τῶν λειπομένων τῆς Εὐρώπης μερῶν ἀρξάμενος, περιπλεῖ πᾶσαν αὐτὴν μέχρι τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ καὶ τῶν Γαδείρων τῆς νήσου. Εἶθ' οὕτως εἰς τὴν ἀντιπέραν διαβὰς γῆν κατὰ τὸν Ἡράκλειον πορθμόν, τοῦτ' ἔστιν εἰς τὴν Λιβύην, ταύτην τε αὐτὴν περιπλεῖ, καὶ συνάπτει ταύτῃ τὸν τῆς Ἀσίας περίπλουν μέχρι τοῦ προρρηθέντος Ἑλλησπόντου. Καὶ ἡ μὲν ὅλη τάξις τοῦ περίπλου τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, τὰ δὲ κατὰ μέρος ἑξῆς ἐκδήσεται, σαφεστέρας, ὡς προείρηται, τυχόντα τῆς διορθώσεως.

causam aut plura aut pauciora in circumvectione dinumerarunt stadia; quando autem in directum fit navigatio, causas discrepantiæ dicere haud facile est, nisi forte navigii celeritati vel tarditati lapsum attribuere volueris. In confesso sane est navem vento utentem secundo septingenta uno die stadia conficere; at invenias etiam navem quæ fabri arte majorem nacta velocitatem vel nongenta stadia percurrat, rursusque aliam, quæ de contraria artificii causa vix quingenta absolvat. Attamen veniam indulgere oportet hujusmodi erratis. Non enim in continente loca dimetiebantur, sed in aqua et maribus, ex consuetudine potius quam ex alia aliqua arte stadiorum numerum assequentes.

6. Ceterum Menippus periplum trium continentium, Asiæ, Europæ, Africæ, hunc in modum divisit: Hellespontum et Propontidem una cum Thracio Bosporo et præterea Euxinum Pontum utriusque continentis, Asiæ et Europæ, separatim circumnavigavit, et primo quidem Pontum, post illum vero Thracium Bosporum et Propontidem una cum Hellesponto, a Fano Jovis Urii dicto, quod positum est ad Ponti ostium, exordium sumens peripli utriusque continentis. Post hæc a reliquis Europæ partibus incipiens, ipsam totam circumnavigat usque ad fretum Herculeum et Gades insulam. Deinceps per fretum Herculeum ad terram oppositam trajiciens, id est in Libyam, hanc ipsam circumnavigat, eique conjungit periplum Asiæ usque ad Hellespontum prædictum. Ac universa quidem peripli dispositio et ordo ad hunc modum se habet; particularia vero continuo procedent, clariorem, ut dictum est, correctionem nacta.

ΠΟΝΤΟΥ ΕΥΞΕΙΝΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ἑκατέρων τῶν ἠπείρων, τῶν τε παρὰ τὴν Ἀσίαν τῶν τε παρὰ τὴν Εὐρώπην τόπων. Τὰ δὲ κατὰ μέρος οὕτως ἔχει·

PONTI EUXINI PERIPLUS

juxta utramque continentem sive loca tum Asiæ tum Europæ. Particularia autem ita habent:

ΤΩΝ ΕΝ ΤΗι ΑΣΙΑι ΜΕΡΩΝ ΤΟΥ ΠΟΝΤΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

PONTI PARTIUM ASIATICARUM PERIPLUS.

7. Κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου Πόντου ἐν τοῖς δεξιοῖς τῆς Ἀσίας μέρεσιν, ἅπερ ἐστὶ τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους, κεῖται χωρίον Ἱερὸν καλούμενον, ἐν ᾧ νεώς ἐστι Διὸς Οὐρίου προσαγορευό-

7. Juxta Thracium Bosporum et ostium Ponti Euxini in dextris Asiæ partibus, quæ Bithynorum sunt provinciæ, jacet locus Hierum appellatus, in quo templum est Jovis Urii nuncupatum. Is locus est unde

---

sed id ipsum quoque librariorum culpa corruptum. || — 1. τὰς αἰτίας] durius dictum foret pro τὰς τῆς διαφωνίας αἰτίας, quod ipsum potius vel simile quid reponendum est. || — 3. ὡμολογημένου cod.; em. editt. || — 4 τῆς abesse malis, at similiter in Peripl. m. ext. I, 1, ἕνδεκα τοῖς. Dein supplevi δὲ particulam. || 5. σταδίους non inseruit Miller, ut Hoffmannus putabat, sed codex præbet. || — 7. ἑτέρα cod. || — 8. διχνύσασαν apogr. Vat., unde Hœschel fecit δειχνύσασαν. || — 9. ξυγγνώμης ap. Vat.

§ 6, l. 27. τῶν Γαδείρων τῆς νήσου] codex: μέχρι τῶν τοῦ Ἡρακλείου π. καὶ Γαδείρων τῆς νήσου; em. Hoffmann. conferens p. 7. τὰ Γάδειρα ἡ νῆσος et alios locos similes. Millerus dederat: μέχρι τῶν [Ἡρακλέους στηλῶν ἤτοι] τοῦ Ἡρ. π. κτλ. || — 29. ταύτην δὲ codex et editt. || — 30. ταύτῃ] ταύτην cod.; em. editt. || — De singulis Ponti locis quæ ap. Marcianum commemorantur, quum fusius dictum sit in not. ad Arriani Periplum, illuc lectorem relegamus.

§ 7, l. 35. Πόντου Εὐξείνου κτλ.] Hunc titulum

μενος. Τοῦτο δὲ τὸ χωρίον ἀφετήριόν ἐστι τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων. Εἰσπλεύσαντι δὲ εἰς τὸν Πόντον, δεξιὰν τὴν Ἀσίαν ἔχοντι καὶ περιπλέοντι τὸ λειπόμενον μέρος τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους, τὸ πρὸς τῷ Πόντῳ κείμενον, ὁ περίπλους οὕτως ἔχει.

ΒΙΘΥΝΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

8. Ἀπὸ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου εἰς Ῥήβαν ποταμὸν εἰσὶ στάδιοι ϟ'. Ἀπὸ δὲ Ῥήβα ἐπὶ Μέλαιναν ἄκραν στάδιοι ρν'. [Ἀπὸ Μελαίνης ἄκρας εἰς Ἀρτάνην ποταμὸν καὶ χωρίον στάδια ρν']· ἔχει δὲ καὶ λιμένιον πορθμίοις, παράκειται δὲ καὶ νησίον ὃ σκεπάζει τὸν λιμένα. Ἀπὸ Ἀρτάνου ποταμοῦ εἰς Ψίλλιον ποταμὸν καὶ χωρίον στάδιοι ρμ'. [Ἀπὸ Ψιλλίου ποταμοῦ εἰς Κάλπαν λιμένα καὶ ποταμὸν στάδιοι σι'·] τοῦτο δὲ τὸ ἐμπόριόν ἐστιν Ἡρακλεωτῶν, καὶ ποταμὸν ἔχει καὶ λιμένα καλόν. Ἀπὸ Κάλπα ποταμοῦ εἰς Θυνιάδα νῆσον στάδιοι ξ'. Ἀπὸ Θυνιάδος νήσου εἰς Σαγγάριον ποταμὸν πλωτὸν στάδιοι σ'. Ἀπὸ Σαγγαρίου ποταμοῦ εἰς Ὕπιον ποταμὸν στάδιοι ρπ'. Ἀπὸ Ὑπίου ποταμοῦ εἰς Δίαν πόλιν στάδιοι ξ'· ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον. Ἀπὸ Δίας πόλεως εἰς Ἔλαιον ποταμὸν καὶ ἐμπόριον στάδιοι ϟ'. Ἀπὸ Ἐλαίου ποταμοῦ ἐπὶ τὸν Κάλητα ποταμὸν καὶ ἐμπόριον στάδιοι ρκ'. Ἀπὸ τοῦ Κάλητος ποταμοῦ εἰς Ἡλάκλειαν πόλιν μεγίστην στάδιοι π'. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἡρακλείας εἰς πόλιν Ἀπολλωνίαν, τὴν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐν τῷ Θρακῶν ἔθνει καταντικρὺ κειμένην, στάδιοι ͵α. Οἱ πάντες ἀπὸ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου εἰς πόλιν Ἡράκλειαν εἰσὶ [στάδιοι] ͵αφλ'· ἐπ' εὐθείας δὲ πλέοντι ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ εἰς Ἡράκλειαν πόλιν στάδιοι ͵ασ'. Ἀπὸ

solvunt in Pontum navigantes. In Pontum vero naviganti, Asiam dextram habenti, et partem reliquam Bithynorum provinciæ circumnaviganti, quæ Ponto adjacet, periplus in hunc modum se habet.

BITHYNIÆ PERIPLUS.

8. A templo Jovis Urii ad Rhebam fluvium stadia sunt 90. A Rheba ad Melænam promontorium stadia 150. [*A Melæna promontorio ad Artanen fluvium et castellum stadia* 150]; habet autem his locus et portum naviculis; adjacet etiam insula quæ protegit portum. Ab Artane fluvio ad Psillium fluvium et castellum stadia 140. A Psillio fluvio ad Calpam portum et fluvium stadia 210; hoc emporium est Heracleotarum, et fluvium habet et portum pulchrum. A Calpa fluvio ad Thyniadem insulam stadia 60. A Thyniade insula ad Sangarium fluvium navigabilem stadia 200. A Sangario fluvio ad Hypium fluvium stadia 180. Ab Hypio fluvio ad Diam civitatem stadia 60; habet autem et stationem navibus. A Dia civitate ad Elæum fluvium et emporium stadia 90. Ab Elæo fluvio ad Caletem fluvium et emporium stadia 120. A Calete fluvio ad Heracleam urbem maximam stadia 80. Ab Heraclea ad Apolloniam urbem Europæ, in Thracum provincia e regione positam, stadia 1000 (*deb.* 2000). Omnia a fano Jovis Urii ad urbem Heracleam [stadia] sunt 1530. In directum vero naviganti a Fano ad Heracleam stadia sunt 1200. Ab Heraclea ad Po-

---

et sequentium segminum inscriptiones in sua transtulit Anonymus, quem vide. || — 40 sqq. Hoc segmen transcripsit Anonymus § 1. || — 1. εἰς τὸν Πόντον] sic cod.; ante Millerum editiones : εἰς Πόντον. || — 3. λειπόμενὸν] λεγόμενον codex Anonymi corrupte. Distinguitur Bithyniæ ora ostii Pontici faucibus adjacens ab ea quæ expanso obversa est mari.

§ 8, l. 7. Ῥηβὰν et mox Ῥηβὰ cod. Post v. Ῥήβα Anonymus addit πλέοντι ἐν τῇ δεξιᾷ, ex Arriano. Pro στάδιοι et h. l. et in sqq. plerumque editur στάδια. In ms. Paris. ut plurimum exaratur σταδ.; at ubi integris literis vocem codex habet, semper est στάδιοι, semperque dicitur οἱ πάντες εἰσὶ σταδ. || — 9. ἀπὸ Μελαίνης κτλ.] Inclusa supplevi ex Anonymo. Vulgata in errorem induxit Mannertum VI, 2, p. 605. || — 10. πορθμίοις] πορθμοῖς cod.; em. Hudson. Arrian. et Anonymus : ἐνταῦθα ὅρμος ναυσὶ μικραῖς πρὸς ἱερῷ Ἀφροδίτης. || — 12. Ἀρτάνου] Ἀρτάννου cod. et editt. || — Ψίλλιον] Ψίλλιν Arrian., Ψίλλιδα Anon. V. not. ad Arrian. § 17. || — 13. στάδιοι ρμ'] σταδ. σϟ' (290) codex. Non sphalma librarii correxi, sed ineptiam ejus qui turbata in ordinem redigere voluit. Scilicet stadia 150, quæ exciderunt, quidam addidit numero proximo, ut summam obtineret stadiorum, quæ usque ad Heracleam colliguntur 1530. Itaque repositis stadiis istis 150, pro 290 scripsi 140. Arrianus ex eoque Anonymus ab Artane ad Psillim computant stad. 150. || — 13. ἀπὸ Ψιλλίου κτλ.] Inclusa ex Anonymo inserta. Millerus non suo loco collocaverat post v. καὶ ἔχει λιμένα καλόν. || — 19. ἀπὸ Κάλπα] ἀπὸ Κάλπας cod.; v. not. ad Arrian. § 18. || — Θυνιάδα] Βουνίαδα et mox Οὐνίαδος cod.; em. Hudson. || — 17. Σαγγάρειον cod., em. Miller. || — 18. σταδ. σ'] σταδ. γ' cod. Ex Arriani computo em. Gail. ad Arrian. p. 108. || — 19. Δίαν πόλιν] Διὸς πόλιν e Ptolemæo legi voluit Hudson. V. not. ad Arr. § 18. || — 21. στάδ. ϟ'] stad. 100 sec. Anonym. Dein ἀπὸ δὲ Ἐλαίου editt. ante Millerum, contra fidem codd. Paris. et Vat. || 22. Κάληπα et dein Κάληπος cod.; ex Arriano corrigendum esse monuit Hudson. || — 24. στάδ. π'] Stadia 80 sec. Arrianum et Anonymum nonnisi ad Lycum fl. pertinent, a quo alia sunt stadia 20 usque ad Heracleam. || — 26. στάδ. ͵α] Debebat σταδ. ͵β. Corrigere non ausus sum, quum idem vitium jam repererit Anonymus, ut ex adjecto milliariorum numero colligitur. || — 28. στάδιοι supp. Millerus. || — ͵αφλ'] Numerum confirmant quæ infra leguntur de Sinope, quam auctor ab Hiero 3570, ab Heraclea 2040 stadiis distare ait (3570—2040=1530). Anonymus esse ait stadia 1550, quot etiam e singulis Arriani numeris colliguntur.

Ἡρακλείας εἰς Ποσείδειον, σάλος ἐνταῦθα, στάδιοι ρι'. Ἀπὸ τοῦ Ποσειδείου εἰς Ὀξίνην ποταμὸν στάδιοι ϟ'· ὅρμος πορθμίοις. Ἀπὸ τοῦ Ὀξίνου εἰς Σανδαράκην στάδιοι μ'· ὅρμος πλοίοις. Ἀπὸ Σανδαράκης εἰς Κρηνίδας στάδιοι κ'· ὅρμος συμμέτροις ναυσίν. Ἀπὸ Κρηνίδων εἰς Ψύλλαν χωρίον στάδιοι κ'. Ἀπὸ Ψύλλης χωρίου εἰς Τίον πόλιν καὶ ποταμὸν Βιλλαῖον στάδιοι ϟ'. Οὗτος ὁ ποταμὸς ὁρίζει Βιθυνίαν· τὰ δὲ ἐχόμενα Παφλαγονίας ἐστί. Τινὲς δὲ τὸν Παρθένιον ποταμὸν ὅριον Βιθυνῶν καὶ Παφλαγόνων εἶναι βούλονται. Οἱ πάντες ἀπὸ Ἡρακλείας εἰς Τίον πόλιν καὶ ποταμὸν Βιλλαῖον στάδιοι το'.

sidium, ubi salum, stadia 110. A Posidio ad Oxinen fluvium stadia 90; portus ibi naviculis. Ab Oxine ad Sandaracam stadia 40; portus est navibus. A Sandaraca ad Crenides stadia 20; portus ibi mediocribus navibus. A Crenidibus ad Psyllam castellum stadia 20. A Psylla castello ad Tium urbem et fluvium Billæum stadia 90. Hic fluvius terminat Bithyniam; quæ sequuntur Paphlagoniæ sunt. Nonnulli autem Parthenium fluvium Bithynorum et Paphlagonum terminum esse volunt. Omnia ab Heraclea ad Tium urbem et Billæum fluvium stadia sunt 370.

ΠΑΦΛΑΓΟΝΙΑΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

9. Τῆς Παφλαγονίας τὰ παραθαλάσσια πάντα μέρη πρὸς τῷ Πόντῳ κείμενα τυγχάνει· τῆς δὲ Βιθυνίας τὰ μὲν προειρημένα πρὸς τῷ Πόντῳ, τὰ δὲ τούτου προηγούμενα κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον καὶ ἔτι τὴν Προποντίδα μέχρι τοῦ Ῥυνδάκου ποταμοῦ. Ἀπὸ Τίου εἰς Ψίλιδα ποταμὸν στάδιοι ξ'. Ἀπὸ Ψίλιδος εἰς Παρθένιον ποταμὸν στάδιοι ο'. Ἀπὸ Παρθενίου εἰς Ἄμαστριν πόλιν καὶ ποταμὸν στάδιοι ϟ'. Οἱ πάντες ἀπὸ Τίου εἰς Ἄμαστριν στάδιοι σκ'. Ἀπὸ Ἀμάστριδος εἰς Κρώμναν χωρίον στάδιοι ρν'. Ἀπὸ Κρώμνης εἰς Κύτωρον χωρίον στάδιοι ϟ'· ἐνταῦθα σάλος. [Ἀπὸ Κυτώρου εἰς Αἰγιαλὸν στάδιοι ξ'.] Ἀπὸ Αἰγιαλοῦ εἰς Κλίμακα πόλιν στάδιοι ν'. Ἀπὸ τῆς Κλίμακος εἰς Τιμολάϊον χωρίον στάδιοι ξ'. Ἀπὸ Τιμολαΐου χωρίου ἐπὶ Κάραμβιν ἀκρωτήριον ὑψηλὸν καὶ μέγα στάδιοι ρ'. Καταντικρὺ δὲ τῆς Καράμβιδος ἄκρας ἐν τῇ Εὐρώπῃ κεῖται μέγιστον ἀκρωτήριον τὸ καλούμενον Κριοῦ μέτωπον. Ἀπὸ Καράμβιδος ἄκρας εἰς κώμην Καλλιστρατίαν στάδιοι κ'. Ἀπὸ Καλλιστρατίας εἰς Γάριον τόπον στάδιοι π'. Ἀπὸ Γαρίου τόπου εἰς πόλιν Ἀβώνου τεῖχος, τὴν νῦν Ἰωνόπολιν λεγομένην, στάδιοι ρκ'. Ἀπὸ Ἀβώνου τείχους ἐπὶ

PAPHLAGONIÆ PERIPLUS.

9. Paphlagoniæ partes maritimæ omnes Ponto adjacent: Bithyniæ autem partes quidem prædictæ ad Pontum, quæ vero hunc præcedunt ad Thracium Bosporum sitæ sunt et sinum Astacenum et Propontidem usque ad Rhyndacum fluvium. A Tio ad Psillidem fluvium stadia 60. A Psillide ad Parthenium fluvium stadia 70. A Parthenio ad Amastrim urbem et fluvium stadia 90. Omnia a Tio ad Amastrim stadia 220. Ab Amastride ad Cromnam castellum stadia 150. A Cromna ad Cytorum castellum stadia 90; illic salum. [*A Cytoro ad Ægialum stadia* 60.] Ab Ægialo ad Climacem civitatem stadia 50. A Climace ad Timolaium castellum stadia 60. A Timolaio castello ad Carambin promontorium altum et magnum stadia 100. Carambi autem promontorio ex adverso jacet in Europa promontorium maximum Criumetopon appellatum. A Carambi promontorio ad vicum Callistratiam stadia 20. A Callistratia ad Garium locum stadia 80. A Gario loco ad Abonitichos civitatem, quæ nunc Ionopolis vocatur, stadia 120. Ab Aboni-ticho ad Æginetem oppidulum

Strabo 1500 stad., Plinius (VI, 1) 200 mill. sive 1600 stadia numerant. || — 1. στάδ. ρι'] sic recte codex habet; editt. ante Millerum σταδ. ρ'. Mox de suo Millerus Ὀξίναν scripsit, præter necessitatem. || — 3. εἰς Σαραδάκην codex, sed mox ἀπὸ Σανδαράκης, ut Arrianus et Anom. ||— 4. σταδ. μ'.] sic cod. Paris. et apogr. Monacense; σταδ. λ' apogr. Vatican. Stadia 40 habet etiam Anonymus; Arrianus vero stadia 90, quæ in nostrum locum recipiens Millerus computum Marciani turbavit. || — 5. σταδ. κ'] sic etiam Anon.; stad. 60 a Sandarace ad Crenidas habes ap. Arrian. || — 6. στάδ. κ'] Sic Menippus etiam ap. Stephan. Byz.: Ψύλλα, χωρίον μεταξὺ Ἡρακλείας καὶ τοῦ Πόντου (τὸν Πόντον cod. Rhed.; an τῶν Πόντων? *Meineke* probabiliter). Μένιππος ἐν τῷ Περίπλῳ τοῦ Πόντου· « Ἀπὸ Κρηνίδων (Κρινιδῶν codd.) εἰς Ψύλλαν χωρίον στάδια κ'· ἀπὸ Ψύλλης χωρίου εἰς Τίον πόλιν καὶ ποταμὸν Βιλλαῖον (Βίλλαιον cod. Rhedig., et cod. Marciani; alii Βίλαιον, Βήλειον) στάδια ϟ (ς' codd. Rhedig. et Vossian.; reliqui π'). Idem Stephan. v. Τίος: Μέμνηται καὶ Μένιππος ἐν Παφλαγονίας Περίπλῳ· Ἀπὸ Ψύλλης χωρίου ἐς Τίον πόλιν καὶ ποταμὸν Βιλλαῖον (codd. Βίλαιον et Βίβλαιον) στάδια ϟ (ς' codd. Rhed. Voss. et Palatini; τ', i. e. π', cod. Aldin.). » {Καὶ·} « Οἱ πάντες ἀπὸ Ἡρακλείας ἐς Τίον πόλιν καὶ ποταμὸν Βιλλαῖον (Βίλλαιον vgo; Βιλλίον h. l. cod. Marciani) στάδιοι το'. » Καὶ πάλιν· « Οἱ πάντες ἀπὸ Τίου εἰς Ἄμαστριν στάδιοι [σ]κ'. Cf. not. ad Arrian. || — 7. εἰς Τίον] εἰς Στίον cod. h. l.

§ 9, l. 19. Ψίλιδα] εἰς Ψίλιον, sed deinde ἀπὸ Ψίλιδος cod.; cf. not. ad Arr. § 18 et 19. || — 21. πόλιν καὶ ποταμὸν... ἀπὸ Τίου] Hæc omisit scriba apogr. Vatican. ||— 23. ρν'] 120 sec. Arrian.; 150 sec. Anon. || — 25. ἀπὸ Κυτώρου] Inclusa suppleta ex Arriano, monente Hudsono. || — 26. Αἰγιαλοῦ] Αἰγιαλῶν sec. Arrian. || — 27. Τιμολαΐον cod. || — σταδ. ξ'] Aliter Arrianus et Anonymus, de quibus v. not. Arr. || — 29. ρ'] 140 forent sec. Anonym. || — 32. Καλλίσρατιν Anom. || — 34. Ἰουνόπολιν cod. || — 35. ρκ'] ρν' Arrian.

Αἰγινήτην πολίχνιον καὶ ποταμὸν στάδιοι ρξ'. Ἀπὸ Αἰγινήτου ἐπὶ Κίνωλιν κώμην καὶ ποταμὸν (ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον εἰς τὴν καλουμένην Ἀντικίνωλιν) στάδιοι ξ'. Ἀπὸ Κινώλιδος εἰς Στεφάνην κώμην στάδιοι ρν'· ὅρμος ἐνθάδε. Ἀπὸ Στεφάνης εἰς Ποταμοὺς χωρίον στάδιοι ρκ'· ἔστι δὲ εἴσπλους εἰς Ποταμοὺς πορθμίοις. Ἀπὸ Ποταμῶν χωρίου εἰς Συριάδα ἄκραν λεπτὴν στάδιοι ρκ'. Ἀπὸ Συριάδος ἄκρας κόλπος ἐνδέχεται. Εἰσπλεύσαντι δὲ εἰς αὐτὸν εἰς Ἀρμένην κώμην καὶ λιμένα μέγαν εἰσὶ στάδιοι ν'. Ἔστι δὲ παρὰ τὸν λιμένα ποταμὸς Ὀχοσβάνης ὄνομα. Ἀπὸ Ἀρμένης εἰς Σινώπην πόλιν στάδιοι ν'. Κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων νησίον ὃ καλεῖται Σκόπελος. Ἔχει δὲ διέκπλουν τοῖς ἐλάττοσι πλοίοις, τὰ δὲ μείζονα περιπλεῖν δεῖ, καὶ οὕτω καταίρειν εἰς τὴν πόλιν. Εἰσὶ δὲ τοῖς περιπλέουσι τὴν νῆσον πλείους ἄλλοι στάδιοι μ'. Ἀπὸ δὲ Καράμβιδος ἄκρας πλέοντι ἐπ' εὐθείας εἰς Σινώπην στάδιοι ψ'. Οἱ πάντες ἀπὸ Ἀμάστριδος εἰς Σινώπην στάδιοι ͵αυν'. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείας εἰς Σινώπην ͵βμ'. Ἀπὸ δὲ Ἱεροῦ εἰς Σινώπην εἰσὶ στάδιοι ͵γφο'. Ἀπὸ Σινώπης εἰς Εὔαρχον ποταμὸν στάδιοι π'· οὗτος ὁ ποταμὸς ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ τὴν ἐχομένην Καππαδοκίαν. Οἱ παλαιοὶ γὰρ τὴν Καππαδοκίαν καθήκειν βούλονται μέχρι τοῦ Εὐξείνου Πόντου· τινὲς [δὲ] αὐτοὺς Λευκοσύρους ἐκάλεσαν· νυνὶ δὲ μετὰ τὴν Παφλαγονίαν τὰ ἐχόμενα μέχρι τῶν Βαρβαρικῶν ὁρίων ἰδίως Πόντος καλεῖται· διήρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δύο.

et fluvium stadia 160. Ab Æginete ad Cinolin pagum et fluvium (habet etiam stationem navibus ad Anticinolin quam vocant) stadia 60. A Cinoli ad Stephanen vicum stadia 150; hic portus. A Stephane ad Potamos castellum stadia 120; patet autem aditus lintribus in Potamos. A Potamis castello ad Syriadem Lepten promontorium stadia 120. Syriadem promontorium sinus excipit. Naviganti autem in ipsum ad Armenen vicum et portum magnum sunt stadia 50. Juxta portum fluvius est nomine Ochosbanes. Ab Armene ad Sinopen urbem stadia 50. Ad extremitates autem jacet insula parva nominata Scopelus. Transitum quidem præbet minoribus navigiis, sed majora illam circumnavigare oportet, et hoc modo ad urbem appellere. Insulam vero circumnavigantibus alia insuper stadia sunt 40. A Carambi promontorio in directum naviganti ad Sinopen stadia 700. Omnia ab Amastri ad Sinopen stadia 1450. Ab Heraclea ad Sinopen 2040. A Fano autem [Jovis Urii] ad Sinopen sunt stadia 3570. A Sinope ad Euarchum fluvium stadia 80; hic fluvius Paphlagoniam et finitimam Cappadociam disterminat. Veteres enim Cappadociam porrectam esse volunt usque ad Euxinum Pontum; nonnulli illos Cappadoces Leucosyros appellarunt; nunc vero quæ Paphlagoniam proxime excipiunt usque ad fines Barbaricos proprie Pontus vocantur; dividitur autem in duas præfecturas.

ΠΟΝΤΩΝ ΤΩΝ Β' ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

10. Ἀπὸ Εὐάρχου ποταμοῦ εἰς Κάρουσαν χωρίον στάδιοι ο'· ἔχει δὲ καὶ λιμένα τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις. Ἀπὸ Καρούσης χωρίου εἰς Ζάγωρον χωρίον στάδιοι ρκ'. Ἀπὸ Ζαγώρου χωρίου εἰς Ζάληκον ποταμὸν καὶ κώμην ἀλίμενον στάδιοι ρκ'. Ἀπὸ Ζαλήκου ποταμοῦ εἰς Ἅλυν ποταμὸν πλωτὸν στάδιοι ρν'. Ἀπὸ Ἅλυος ποταμοῦ εἰς λίμνην καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς σάλον, ὃς καλεῖται Ναύσταθμος, στάδιοι ρκ'. Ἀπὸ Ναυστάθμου εἰς ἑτέραν λίμνην καλουμένην Κωνώπιον ἀλίμενον στάδιοι ρκ'. Ἀπὸ Κωνωπίου εἰς Ἀμισὸν πόλιν στάδιοι ρν'.

DUORUM PONTORUM PERIPLUS.

10. Ab Euarcho fluvio ad Carusam castellum stadia 70; etenim portum habet patentem ventis ab occidente flantibus. A Carusa castello ad Zagorum castellum stadia 120. A Zagoro castello ad Zalecum fluvium et vicum importuosum stadia 110. A Zaleco fluvio ad Halym fluvium navigabilem stadia 150. Ab Haly fluvio ad paludem et salum superjacens, quod Naustathmus appellatur, stadia 120. A Naustathmo ad aliam paludem importuosam, quæ Conopium no-

---

1. Αἰγινίτην et mox Αἰγινίτου cod. || — 2. Κινώλην cod. Millerus Vossium secutus dedit: ἐπὶ Κίνωλιν κώμην καὶ ποταμὸν [στάδια ξ']· ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον. Εἰς τὴν καλ. Ἀντικίνωλιν σταδ. ξ'. At pergere tum debebat ἀπὸ Ἀντικινώλιδος; neque quæ infra instituitur stadiorum computatio patitur ut 60 stadia h. l. inculcentur, neque aliud quidquam est cur corrupta esse nostra putemus, quæ eadem exhibet Anonymus. || — 4. σταδ. ρν'] 180 sec. Arrian. et Anom. || — 6. σταδ. ρκ'] 150 Anon. et Arr. || — 6. εἴσπλους εἰς Ποταμοὺς] ε. ε. ποταμὸν cod.; em. Miller. || — 7. Συριάδα ἀκρουλεπτὴν codex Anonymi. || — 9. Ἀρμένην] sic codex; Ἀρμένην editt. Cf. Steph. Byz.: Ἀρμένη, κώμη Παφλαγονίας. Μένιππος ἐν Περίπλῳ. Παρὰ δὲ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσεως [ς'] (VI, 1, 9) Ἀρμήνη διὰ τοῦ η. || — 10. σταδ. ν'] 60 Arrian. (67 cod. Anon.). Fort. etiam h. l. leg. 60. || — 11. Ὀχθομανῆς Anon., Ὀχέραινος Scylax § 89. || — 12. σταδ. ν'] μ' Arr. et An. || — 13. Σκόπελος] i. e. prom. *Bos Tepe*. || — 14. κατέρειν cod.; καταίρειν Anon. || — 18. ͵αυν'] ͵αψν' cod.; colliguntur stad. 1440, ut decem stadia in antecc. numeris desiderentur. Quare in antecc. 60 pro 50 reponenda ex Arriano puto || — 20. Εὔαρχον] Stephan: Καππαδοκία, χώρα τῇ Κιλικίᾳ πρόσβορρος, ὥς φησι Μένιππος· « Ἀπὸ Σινώπης εἰς Εὔαρχον ποταμὸν, ὃς ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν, **. » V. not. ad Arrian. || — 22. ἐχομένην Καππαδ.] ἐχ. κληπαικίαν cod.; em. Hudson.

§ 10, l. 31. εἰς Ζάγωρον σταδ. ρκ'] εἰς Ζάγωρα σταδ. ρν' Arrian.; dein codex Marcian. Ζαχώρου. In seqq. quoque varius est de locorum distantiis Anonymi Arriani et Menippi dissensus. Qua de re semel dixisse in notis ad Arrian. satis erat. || — 32. Ζάληκον] sic h. l.

Οἱ πάντες ἀπὸ Σινώπης εἰς Ἀμισὸν στάδιοι ϡν′. Ἀπὸ δὲ Ἱεροῦ εἰς Ἀμισὸν εἰσὶ στάδιοι ͵δφκ′. Ἀπὸ Ἀμισοῦ ἐπὶ τὸν Λύκαστον ποταμὸν στάδιοι κ′. Ἀπὸ τοῦ Λυκάστου εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδίσιον στάδιοι ρν′. [Ἀπὸ Χαδισίου ἐπὶ τὸν Ἶριν ποταμὸν στάδιοι ρ′.]…..

Λείπει.

minatur, stadia 120. A Conopio ad Amisum civitatem stadia 150. Omnia a Sinope ad Amisum sunt stadia 950. A templo vero [Jovis Urii] ad Amisum sunt stadia 4520. Ab Amiso ad Lycastum fluvium stadia 20. A Lycasto ad vicum et fluvium Chadisium stadia 150. [*A Chadisio ad Irin fluvium stadia* 100].

Reliqua desunt.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ.

1. St. B.: Ἑρμώνασσα… Μένιππος δὲ χωρίον Τραπεζοῦντος ἐν Περίπλῳ τῶν δύο Πόντων· Ἑκαταῖος δὲ καὶ Θεόπομπος πόλιν αὐτήν φασιν.

2. Χαλδία, χώρα τῆς Ἀρμενίας. Μένιππος ἐν Περίπλῳ τῶν δύο Πόντων· « τὴν ***· μέχρι τούτων τῶν βαρβάρων ἐστὶν ἡ Ποντικὴ βασιλεία· » καὶ κατά « Τιβαρνηίην καὶ Χαλδίην καὶ Σαννικήν. »

FRAGMENTA.

1. Hermonassam Menippus in Periplo utriusque Ponti castellum Trapezuntis, Hecatæus vero et Theopompus urbem dicunt.

2. Chaldia, Armeniæ regio. Menippus in utriusque Ponti Periplo: « ** usque ad hos barbaros pertinet regnum Ponticum. » Porro *Hecatæus* (?): « Tibariam et Chaldiam et Sannicam. »

ΒΟΣΠΟΡΟΥ ΚΑΙ ΠΡΟΠΟΝΤΙΔΟΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

Βιθυνίας περίπλους.

3. Μένιππος ἐν Περίπλῳ Βιθυνίας· « ἀπὸ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου καὶ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου ἀριστερὰν ἔχοντι τὴν ἤπειρον καὶ ἐπιπλέοντι εἰς Χαλκηδόνα τὴν πόλιν εἰσὶ στάδιοι ξ′. » Μέμνηται ὁ αὐτὸς καὶ τῆς Χαλκίτιδος νήσου. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Χάλκιδος τοῦ παρακειμένου ποταμοῦ, ὡς οἱ ἱστορικοὶ ἅπαντές φασι.

BOSPORI ET PROPONTIDIS PERIPLUS

Bithyniæ periplus.

3. Menippus in Bithyniæ Periplo: « A fano Jovis Urii atque Ponti ostio ad sinistram habenti continentem et ad Chalcedonem urbem naviganti stadia sunt 60. » Idem Menippus etiam Chalcitidis insulæ meminit. Nomen accepit Chalcedon ab adjacente Chalcide fluvio, sicuti omnes tradunt historici.

---

codex, ut Arrianus; dein Ζάλιχος. Millerus e Ptolemæo scripsit Ζάλισκον et Ζαλίσκου || — 1. σταδ. ϡν′] σταδ. τν′ cod.; vox εἰσὶ, quam Millerus ante v. στάδιοι habet, non est in codice, facileque ea caremus. || — 2. ͵δφκ′] ͵αφκ′ cod. ||—3. Λύκαστον] ἄκαυστον et ἀκαύστου cod.; em. Hudson. || — 4. Χαδίσιον] Χαδέσιον cod.; em. Hudson ex Arr. et Anonymo et Stephan. Byz.: Χαδισία, πόλις Λευκοσύρων. Ἑκαταῖος… Μένιππος δὲ Χαδίσιον κώμην καὶ ποταμὸν ἐν Περίπλῳ τῶν δύο Πόντων φησίν· « Ἀπὸ τοῦ Λυκάστου εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδίσιον στάδια ἑκατὸν πεντήκοντα· ἀπὸ Χαδισίου ἐπὶ τὸν Ἶριν ποταμὸν στάδια ἑκατόν. » Ex his Millerus in Marciano supplevit ea quæ uncis includuntur. Ceterum pro Χαδίσιον Stephanus habet etiam Χαδησίαν et e corrupto cod. Χαλισίαν. || — 6. Λείπει.] Hanc vocem ipse codicis scriba dedit, paginæque partem ultimam reliquit vacuam; unde patet ipsum illud quod descripsit exemplar mutilum fuisse.

Subjungimus e Stephano fragmenta Menippi, quæ ad deperditam epitomes partem pertinent, sive e Marciano sive ex ipso Menippo sint petita.

1. Cf. Anonym. § 37 p. 410: ἀπὸ δὲ Κορδύλης… εἰς Ἑρμώνασσαν, χωρίον Τραπεζούσιον (sic), στάδιοι τ′. Arrian. § 24.

2. Sic locum corruptum exhibuit Meinekius, qui « Indicavi, inquit, lacunam; in iis quæ exciderunt Chaldiæ nomen affuerit, necesse est. Quæ enim paullo post sequuntur καὶ κατὰ Τιβαρηνίην etc. vulgo cum Menippi loco conjuncta, Hecatæi esse ex ionicis formis intelligitur. » || — βαρβάρων cod. Rhedig.; βάρων codd. Ald. et Vossianus. || — καὶ κατὰ] καὶ Ἑκαταῖος? || — Τιβαρηνίην Holstenius et Meinekius; Τιβαρίην codd. Quod ipsum suadet verba esse Hecatæi, quippe qui gentem non Τιβαρηνοὺς sed Τιβαροὺς dicit ap. Stephan. v. Χοιράδες. || — « Σαννικήν Berkelius; Σινδικήν Salmasius, Σανδικήν codd. Cf. Eustathius ad Dionys. 769: χώρα δὲ Ἀρμενίας ἡ Χαλδία, ἧς μέχρι ἡ Ποντικὴ βασιλεία. » Hæc Meinekius. Ceterum quum in Stephano hæc legantur ante articulum Χαλδαῖοι, nostro loco scribendum videtur Χαλδαία; quod in Χαλδία corruptum præter Eustathium etiam Constantinus De them. p. 29 reperit. Quodsi postrema Hecatæi sunt, notanda foret Sannorum mentio, qui nonnisi in posterioris ævi scriptoribus memorantur; porro increpandus foret Stephanus v. Μάκρωνες, ubi Macrones ex Hecatæo laudantur additis verbis: οἱ νῦν Σαννοί.. Quare, si Hecatæi verba sunt, Berkelii emendationem (si solas literas spectes, probabilissimam) addubitaveris scribendumque putem καὶ Μοσυνικήν. De Chaldæis inter Tibarenos et Mossynos mediis vide not. ad Scylac. § 86 p. 63. De Chaldæis Armeniæ in hisce Ionicis h. l. cogitari nequit, etiamsi Σαννικήν scripseris. — Jam quod Menippi verba attinet, vides βασιλείαν Ποντικήν, non vero ἐπαρχίαν, ut supra in Marciano, memorari. Unde concludas Stephanum sua ex ipso Menippo depromsisse. Ceterum cf. Anonym. § 38 p. 411: ἀπὸ οὖν Ὀφιοῦντος ποταμοῦ τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων ἐστί, τὰ δὲ ἐχόμενα βαρβάρων διαφόρων ἐστὶν ἐθνῶν. Quæ e Marciano fluxerint.

3. Hæc e Stephano v. Χαλκηδών. De Chalcitide insula (hod. *Chalci*) cf. Artemidor. lib. XI ap. St. B. s. v. Eadem etiam Δημόνησος dicebatur, teste Stepha-

ΤΩΝ ΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ ΤΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ ΜΕΡΩΝ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

4. Νικόπολις, πόλις Ἠπείρου, ὡς Μαρκιανός.

5. Σικελία ἡ νῆσος Σικανία πρότερον ὠνομάζετο, εἶτα Σικελία ἐκλήθη, ὥς φησι Ἑλλάνικος Ἱερειῶν τῆς Ἥρας β'· « ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ Αὔσονες ὑπὸ τῶν Ἰαπύγων ἐξ Ἰταλίας ἐξανέστησαν, ὧν ἦρχε Σικελός· καὶ διαβάντες εἰς τὴν νῆσον τὴν τότε Σικανίαν καλουμένην περὶ τὴν Αἴτνην καθιζόμενοι ᾤκουν αὐτοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Σικελὸς, βασιλείην ἐγκαταστησάμενος· καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ὁ Σικελὸς οὗτος πάσης ἤδη τῆς νήσου ταύτης, τότε Σικελίας καλουμένης ἀπὸ τοῦ Σικελοῦ τούτου, (ὃς καὶ ἐν αὐτῇ) ἐβασίλευσε. » Καὶ Μένιππος δὲ ταὐτά φησιν. [Θουκυδίδης δὲ οὕτως·] « ἐλθόντες εἰς Σικελίαν κτλ.

6. Νάρβων, ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική.. Μαρκιανὸς δὲ Ναρβωνησίαν αὐτὴν λέγει.

RELIQUARUM EUROPÆ PARTIUM PERIPLUS.

4. Nicopolis, urbs Epiri, ut Marcianus ait.

5. Sicilia insula prius Sicania, postea Sicilia vocata est, ut Hellanicus ait Sacerdotum Junonis libro secundo : « Eodem tempore etiam Ausones, quibus Siculus imperabat, a Iapygibus Italia ejecti sunt. Itaque in insulam quæ tunc Sicania vocabatur, transgressi ad Ætnam sedes fixerunt ipsi eorumque rex Siculus, qui regiam ibi sibi constituit, ex eaque proficiscens totius jam insulæ, tunc Siciliæ nomen a Siculo nactæ, regno potitus est ». Menippus quoque hæc narrat. [*Thucydides vero* VI, 2 *ita :*] « Venientes in Siciliam etc.

6. Narbon, emporium et Celtica urbs, quam Marcianus Narbonesiam vocat.

---

no s. v. et Plinio V, 44. Cf. Gillius De Bosp. Thr. p. 147. De fluvio Chalcide aliunde, quantum scio, non constat. Insula dicta a χαλκουργείοις, quorum etiamnunc ibi sunt vestigia.

4. Nicopolis mentio ad Menippeæ epitomen pertinere videtur; certe Artemidorus Augusti opus non memoravit. Quanquam Marcianus de suo penu in Artemidori epitome ejus mentionem facere potuit.

5. Hæc e Stephano affert Constantinus Porphyr. De them. II, 9 p. 58 Bonn. || — τότε ταύτης] ταύτης τότε codex; ceterum ταύτης, sicuti mox pronomina demonstrativa in ὁ Σικελὸς οὗτος et τοῦ Σικελοῦ τούτου Constantinus de suo intulerit. Deinde ejicienda sunt verba ὃς καὶ ἐν αὐτῇ, nisi transponere ea velis totumque locum ita adornare :... αὐτοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Σικελὸς, ὃς καὶ ἐν αὐτῇ βασιλείην (βασιληίην) ἐγκαταστησάμενος καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενος πάσης ἤδη τῆς νήσου, τότε Σ. καλουμένης ἀπὸ τοῦ Σικελοῦ, ἐβασίλευσε (ἐκράτησε?). In postremis inserta est mentio Thucydidis. Vulgata ita habet, quasi verba ἐλθόντες, etc., essent Menippi. Ceterum hoc unum est fragmentum, ex quo apparet Menippum geographicis suis etiam historica immiscuisse (V. Marcian. § 4 p. 566,43). Marcianus quum talia a se procul haberet, ex hoc quoque fragmento colligas Stephanum ex integro hausisse Menippo.

6. Hæc num ex epitome Menippi an Artemidori Stephanus sumserit, nescimus.

Periplo Menippus inseruerit vel adjunxerit Διάπλους ab una ad alteram continentem sive uno tenore continuos sive obviis insulis interruptos et distinctos (Cf. stadiasm. p. 499). Vel in hisce Διάπλοις vel in Περίπλοις de longitudine, latitudine et ambitu insularum auctor egit. Complura inde mutuatus est Agathemerus I, 5 p. 316 ed. Hoffm., qui fontes unde sua de insularum dimensionibus hauserit, profitetur Artemidorum et Menippum et ἑτέρους ἀξιοπίστους. Quamquam quid horum Menippo, quid ceteris vindicandum sit, dijudicari nequit. — Præterea Menippus scripsit Σταδιασμοὺς τῆς ὅλης οἰκουμένης, si fides habenda Constantino Porphyrogenito (De them. I, 2 p. 18 Bonn.), qui : Τὸ θέμα, inquit, τὸ καλούμενον Ἀρμενιακὸν οὐ κύριον ἔχει τὸ ὄνομα, οὐδὲ ἀρχαία τίς ἐστιν ἡ τούτου προσηγορία... Οὔτε γὰρ Στράβων ὁ γεωγράφος τῆς τοιαύτης ὀνομασίας ἐμνήσθη..., οὔτε Μένιππος ὁ τοὺς σταδιασμοὺς τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀπογραψάμενος. — Superest ut moneamus nihil ad nos pertinere quæ in Stephani codicibus leguntur : Χιτώνη· οὕτως ἡ Ἄρτεμις λέγεται, καὶ Χιτωνία, ὡς παρὰ Μενίππῳ ὁ Βυζάντιος καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Σφιγγί· « καὶ ὁ τᾶς Χιτωνίας αὐλησάτω τίς μοι μέλος. » Etenim cum Salmasio legendum : ὡς Παρμενίων ὁ Βυζάντιος, quem iamborum poetam Stephanus etiam s. v. Βουδῖνοι et Φρίκιον excitat.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ ΗΡΑΚΛΕΩΤΟΥ

ΤΩΝ ΕΝΔΕΚΑ

ΤΗΣ

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΑΣ ΒΙΒΛΙΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗ.

ΕΥΡΩΠΗ.

ΒΙΒΛ. Α΄.

1. St. B. : Λίγυρες, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Τυρρηνοῖς· Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα· ἀπὸ Λιγύρου ποταμοῦ.

2. Δερτών, πόλις Λιγύρων. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ια΄· « Τὴν καλουμένην Δερτῶνα πόλιν. » Τὸ ἐθνικὸν Δερτώνιος, ὡς Ἀντρώνιος.

3. Μαστραμέλη, πόλις καὶ λίμνη τῆς Κελτικῆς. Ἀρτεμίδωρος ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα.

4. Marcian. II, 19 : Τῆς γὰρ Ναρβωνησίας τὸν περίπλουν ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῆς Ἀρτεμιδώρου γεωγραφίας ἤτοι περίπλου σαφῶς διεξήλθομεν, εἰ καὶ ὁ προειρημένος Ἀρτεμίδωρος τὴν διαίρεσιν τῶν ἐν [τῇ Κελτογαλατίᾳ ὡς καὶ τῶν ἐν τῇ] Ἰβηρίᾳ ἐπαρχιῶν οὐκ ἐποιήσατο.

5. St. B. : Νάρβων, ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική.. Μαρκιανὸς δὲ Ναρβωνησίαν αὐτήν φησιν.

MARCIANI HERACLEENSIS

UNDECIM

ARTEMIDORI EPHESII

GEOGRAPHIÆ LIBRORUM EPITOME.

EUROPA.

LIB. I.

1. Ligures, gens Tyrrhenis finitima. Artemidorus in Epitome librorum undecim. Dicta de Ligyro fluvio.

2. Derton, Ligurum urbs. Artemidorus in Epitome librorum undecim : « Dertonem, quam vocant, urbem. » Gentile Dertonius, ut Antronius.

3. Mastramela, urbs et lacus Celticæ. Artemidorus in Epitome librorum undecim.

4. Narbonesiæ periplum in Epitome Artemidori geographiæ seu peripli perspicue exposuimus; quamquam præfatus Artemidorus divisionem in Celtogalatia sicut in Iberia provinciarum non fecit.

5. Narbon, emporium et Celtica urbs; Marcianus eam Narbonesiam (*Narbonesiæ ?*) dicit.

Artemidorus opus suum ita divisit, ut libri I-VI Europam, libri VII-VIII Libyam, libri IX-XI Asiam complecterentur. Et in Europa quidem ab Italiæ finibus profectus libro I Galliam, libro II et III Iberiam et quæ ad oceanum Europæum pertinent, descripsit. Deinde rediens in internum mare libro IV Italiam et Illyriam, libris V et VI Græciam, Macedoniam et reliqua ad Tanaim usque persequutus est. Libro VII Libyam tractavit quæ est ab occasu solis usque ad Ægyptum; libro VIII Ægyptum, sinus Arabici litora, Æthiopiam; libro IX Phœniciam, Syriam et hinc orientem versus sita usque ad Gangem; libro X Asiam minorem; libro XI Ponti litus Asiaticum et hisce vicina. Paucis indicavi quæ probanda fusiusque exponenda sunt in fragmentis Artemidori.

1. Λιγύρου] Notum Galliæ fluvium Ligerim indicare Stephanus, nescio an ex Artemidoro, videtur; adeo ut Ligures cum Avieno Or. mar. 133 Celtarum manu pulsos in sedes, quas postea obtinebant, immigrasse dixerit. Mythologicam nominis etymologiam habes ap. Eustath. et schol. ad Dionys. Perieg. 76. || — 2. Δερτών] Δέρθων ap. Strabon p. 217; Δερτῶνα vulgo (Δέρτονα et Δήρτονα codd. boni BM ap. Wilb.) ap. Ptolem. III, 1 p. 178; 24, sicut *Dertona* apud latinos, ut Plinium III, 7, Vellej. I, 15, Itin. p. 288 etc. Hodie *Tertona*. || — Δέρτουνα codd.; quod primus mutavit Cluverius, et recte quidem, si Stephani locus integer est, quod possit addubitari. || — 3. Μαστραμέλλη Aldinus cod. Cf. Avienus. Or. m. 691 : *oppidum Mastramelæ priscum paludis;* Plinius III, 5 § 34 : *Ultra fossæ ex Rhodano C. Mari opere et nomine insignes, stagnum Mastramela* [*et*] *oppidum Maritima Avaticorum, etc.* Mela II, 5, 4 : *Inter eam* (Massiliam) *et Rhodanum Maritima Avaticorum stagnum obsidet*. Memorat absque nomine lacum Strabo p. 218. Hodie num sit *étang de Martigue* seu *de Berre* vel potius *étang de Caronte*, lis est. Vide viros doctos quos laudat Ukert II, 2, p. 420. || — 5. Ναρβωνησίαν

BIBΛ. Β′. Γ′.

6. Μαλάκη, πόλις Ἰβηρίας. Μαρκιανὸς ἐν β′ τῶν Ἐπιτομῶν Ἀρτεμιδώρου.

7. Marc. I, 4 : Οἱ δὲ κατὰ Γάδειρα τὴν νῆσον (τὰς Ἡρακλείους στήλας εἶναί φασιν), ὥσπερ καὶ Ἀρτεμίδωρος ὁ γεωγράφος.

8. Σολκοί, πόλις ἐν Σαρδοῖ, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ· « ἀπὸ δὲ Καράλεως ἐπὶ Σολκούς ».

LIB. II. III.

6, Malaca, urbs Iberiæ. Marcianus secundo Epitomarum Artemidori.

7. Nonnulli, inter eosque etiam Artemidorus geographus, Herculeas columnas ad Gades insulam esse referunt.

8. Solci, Sardiniæ oppidum, teste Artemidoro in Epitome : « A Carali autem ad Solcos ».

BIBΛ. Δ′.

9. Τέγεστρα, οὐδετέρως, πόλις Ἰλλυρίας πρὸς τῇ Ἀκυληΐᾳ, [ἀπὸ Τεγέστρου]. Ἀρτεμίδωρος δ' ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα Τέργεστρον αὐτὴν καὶ κώμην οἶδεν· « Ἀπὸ Τεργέστρου κώμης καὶ τοῦ μυχοῦ ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν στάδιοι ͵εκε′. »

10. Φλάνων, πόλις καὶ λιμὴν περὶ τὴν Ἄψυρτον νῆσον. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ια′· « Μετὰ δὲ τὴν Ἄλωον λιμήν ἐστι Φλάνων καὶ πόλις Φλάνων, καὶ πᾶς ὁ κόλπος οὗτος Φλανωνικὸς καλεῖται. »

11. Ἀψυρτίδες, νῆσοι πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ, ἀπὸ Ἀψύρτου παιδὸς Αἰήτου ἐν μιᾷ δολοφονηθέντος ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Μηδείας. Οἱ νησιῶται Ἀψυρτεῖς καὶ Ἄψυρτοι. (Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ Ἄψαρος, Ἄψυρτος πρότερον λεγόμενος.) Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ καὶ πόλιν [καὶ] νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ.

LIB. IV.

9. Tegestra, genere neutro, Illyriæ urbs prope Aquileiam, [*a Tegestro nomen habens*]. Artemidorus vero in Epitome librorum undecim Tergestrum et vicum dicit : « A Tergestro vico atque intimo sinus recessu ad Adriam (*Adriæ ostium?*) stadia 5025. »

10. Flanon, urbs et portus ad Apsyrtum insulam. Artemidorus in Epitome librorum XI : « Post Aloum portus est Flanon et urbs Flanon, atque totus hic sinus Flanonicus vocatur. »

11. Apsyrtides, insulæ ad Adriam, nomen nactæ ab Apsyrto Æetæ filio, qui in una earum Medeæ sororis dolo necatus est. Insulani Apsyrtenses et Apsyrtii (Est etiam locus in Ponto Euxino Apsarus, qui prius Apsyrtus vocabatur). Artemidorus vero et urbem et insulam Apsyrtum dicit.

BIBΛ. Ε′ ς′.

12. Κώθων, νῆσος οὐ πόρρω Κυθήρων. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα. Τὸ ἐθνικὸν Κωθώνιος, ὡς Σιδώνιος.

LIB. V. VI.

12. Cothon, insula non longe a Cytheris. Artemidorus in Epitome librorum undecim. Gentile Cothonius, ut Sidonius.

Legendum puto Ναρϐωνησίας. || — 8. Σολκοί] Σόλκοι ap. Ptol. III, 3. Eandem urbem Stephanus infra citat : Σόλκοι, πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα (ut apud Pausan. X, 17, 9). Cf. G. R. V, 26. p. 84. — Ruinæ juxta *Palma di Solo*. || — Καράλεως] Καρϐάλεως codd.; em. editt. || — 9. Neque τὰ Τέγεστρα neque Τέργεστρον formæ aliunde mihi notæ, nisi quod ap. Dionysium 382 est ἄστυ Τεγεστραίων. Dicitur Τεργέστη, Τεργέσται, Τέργεστον. Verba ἀπὸ Τ. supplevit Meineke ex Eustathio, qui ad Dion. 382 Stephanum exscripsit. || — σταδ. ͵εκε′] sic Meineke, pro vulgata ͵εκθ′, nescio an codicis auctoritate an suo arbitrio. Ceterum aut numerus corruptus est, aut verba antecc. laborant. Cluverius Ant. It. I, 20 legi voluit : ἀπὸ Τεργέστρου κώμης καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου ἐπὶ ** στ. ͵εκθ′. Obloquitur Holstenius : « Quum Tergeste, inquit, e diametro opponatur Adriæ fluvio, ad quem Adriæ oppidum est, et numerus intervalli ab Artemidoro positus exactissime quadret, nihil temere mutandum censeo. » At temere Holstenius quadrare numerum dicit. Sunt a Tergeste ad Hadriam fl. lineâ rectâ vix 800 stadia, non 5025. Sane quidem veteres recessum Adriæ multo majorem quam est esse putarunt, nemo tamen ita rem exaggeravit, ut Stephani verba sane esse possint. Apte vero stadia 5025 referri possunt ad intervallum quod inde a μυχῷ est usque ad fauces sinus Adriatici. Quare legerim ἐπὶ τὸ τοῦ Ἀδρίου στόμα στ. ͵εκε′. || — 10. Ἄλωον] Ἄλον cod. Rhedig.; probabiliter fuit Ἄλουον, sicuti Ptolemæus III, 1 p. 177 habet Ἀλοῦον, tanquam Istriæ urbem mediterraneam (36° 50′—45°), dum II, 15 p. 164 in ora maritima Liburniæ memoratur Ἀλουῶνα (36° 50′ — 45°). *Alvona* Latinorum, hod. *Albona*. Plinius III, 25 § 139 : *Alvona, Flanona*; idem gentes memorat *Alutas* et *Flanates*, in quibus *Alutæ* dicuntur ab urbe quam Ἄλουν vocat Ptolemæus. Sinus ap. Plininium III, 23 dicitur *Flanaticus*. || — λιμήν] λίμνη codd.; em. Xyl. || — 11. Ἄψυρτοι] fort. Ἀψύρτιοι, monentibus Berkelio et Meinekio. Quæ de Pontica Absyrto interponuntur, ex Arriano § 7, p. 373 fluxerint. — πόλιν νῆσον codd. Palatini et Vossianus; πονῆσον cod. Rhedig. et Perusinus; πολ* δὲ νῆσον Aldinus; πόλιν καὶ νῆσον conj. Holstenius et Berkelius. « Scribendum videtur Πολόϐιος νῆσον. » *Meineke*, vix recte; certe Artemidorum Ἄψυρτον insulam dixisse e fragm. 10 colligitur; porro etiam oppidum in insula Apsyrtide vel in una Apsyrtidum fuisse testis est Plinius III, 25, § 140 : *Insulæ ejus sinus* (*Flanatici*) *cum oppidis.. Absyrtium, Arba* etc. Quare scriptum fuerit καὶ πόλιν [καὶ] νῆσον, aut καὶ πόλιν [τῶν] νήσων. || — 12. Cf. Plinius IV, 19, § 56 : *In Laconico* (*sinu*) *Theganusa, Cothon* (*Cothnon*, v. l.), *Cythera*. Mela II, 7 : *Ægilia, Cothon, Jos*. || — 13. Los insula aliun-

13. Λῶς, νῆσος περὶ Θετταλίαν, ὡς Κῶς. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα. Λῷος ὁ νησιώτης.

14. Ἀσταί, ἔθνος Θρᾴκης. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα.

15. Φίλιπποι, πόλις Μακεδονίας, οἱ πρότερον Κρηνίδες. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα· « Καὶ πόλις Φίλιπποι τὸ παλαιὸν Κρηνίδες. Τοῖς δὲ Κρηνίταις πολεμουμένοις ὑπὸ Θρᾳκῶν βοηθήσας ὁ Φίλιππος Φιλίππους ὠνόμασεν. » Ἔνθεν ἦν Ἄδραστος ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος, Ἀριστοτέλους μαθητής.

ΛΙΒΥΗ.

ΒΙΒΛ. Ζ′.

16. Ξοῦχις, πόλις Λιβύης. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα. Τὸ ἐθνικὸν Ξουχίτης.

17. Λαοδαμάντεια, νῆσος ἐν Λιβύῃ. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα. Ἐκαλεῖτο δὲ [καὶ] Λαομεδόντεια, ἴσως ἀπὸ Λαομέδοντος τοῦ Τρωός. Τὸ ἐθνικὸν ἀμφότερον Λαομεδοντίτης καὶ Λαοδαμαντίτης.

ΑΣΙΑ.

ΒΙΒΛ. Θ′.

18. Δῶρος, πόλις Φοινίκης. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· « Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρος· νῦν δὲ Δῶρα καλεῖται. »... Καὶ Ἀρτεμίδωρος Δῶρα τὴν πόλιν οἶδεν ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ια′· « Συνεχῶς δ' ἐστὶ Στράτωνος πύργος, εἶτα ἔνι Δῶρα, ἐπὶ χερσονησοειδοῦς τόπου κείμενον πολισμάτιον, ἀρχομένου τοῦ ὄρους τοῦ Καρμήλου. » Καὶ ἐν θ′ Γεωγραφουμένων τὸ αὐτό.

ΒΙΒΛ. Ι′.

19. Πάλτος, πόλις Συρίας. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ.

20. Κρύα, πόλις Λυκίας. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῆς πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν Κρυεύς· « Εἰσὶ δὲ καὶ νῆσοι Κρυέων, Κάρυσις καὶ Ἄλινα. »

21. Θεμισώνιον, χωρίον Φρυγίας. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ.

ΒΙΒΛ. ΙΑ′.

22. Sch. Ap. Rh. III, 859 : Περὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης ἱστορεῖ Ἀρτεμίδωρος ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Γεωγραφουμένων. Ἔστι δὲ πλησίον τοῦ ὠκεανοῦ· ᾗ παράκειται ἔθνος ὠνομασμένον Κάσπιον, ὅμορον δὲ Πέρσαις.

13. Los, insula ad Thessaliam. Confer nomen *Cos*. Artemidorus in Epitome librorum undecim. Insulanus vocatur Lous.

14. Astæ, gens Thraciæ. Artemidorus in Epitome librorum undecim.

15. Philippi, urbs Macedoniæ, quæ prius Crenides vocabatur. Artemidorus in Epitome librorum undecim : « Et urbs Philippi antiquitus Crenides vocabatur. Scilicet Crenitis a Thracibus bello appetitis auxiliatus Philippus urbem Philippos denominavit. » Ex ea oriundus erat Adrastus peripateticus philosophus, Aristotelis discipulus.

LIBYA.

LIB. VII.

16. Xuchis, oppidum Libyæ. Artemidorus in Epitome librorum undecim. Gentile Xuchites.

17. Laodamantia, ad Libyam insula. Artemidorus in Epitome librorum undecim. Vocabatur etiam Laomedontia, forsan de Laomedonte Trois filio. Gentile utriusque nominis Laomedontites et Laodamantites.

ASIA.

LIB. IX.

18. Dorus, urbs Phœniciæ. Hecatæus in Asia : « Sequitur urbs quæ olim Dorus, nunc vero Dora vocatur ».... Artemidorus quoque Dora urbem dicit in Epitome librorum XI : « Sequitur Stratonis turris; deinde est Dora, in loco peninsulam referente situm oppidulum ad initium Carmeli montis. » Eadem etiam in libro nono Geographiarum leguntur.

LIB. X.

19. Paltus, urbs Syriæ, ut ait Artemidorus in Epitome.

20. Crya, urbs Lyciæ. Artemidorus epitomes primo (l. *decimo*). Gentile Cryensis : « Sunt vero etiam insulæ Cryensium, Carysis et Alina. »

21. Themisonium, locus Phrygiæ. Artemidorus in Epitome.

LIB. XI.

22. De mari Caspio narrat Artemidorus in Epitome Geographicorum. Mare est oceano vicinum, quod accolit gens Caspia dicta, Persis contermina.

---

de non nota est. ‖ — 16. Ξοῦχις] sic editt.; Ξούχης codd.; oppidum haud dubie est Ζοῦχις a[illegible]Strabon. p. 835 ; Ζεύχαρις Stadiasmi § 100, ubi vide; Χουζίς Ptolemæi IV, 3 p. 270, 26; Ταριχεῖαι Scylacis p. 86; hodie *Bilba*. V. Barth. *Wanderungen* etc. p. 268. 270. 288. ‖ — 17. Inserui καὶ, monente Meinekio. Λαοδαμάντειος λιμήν vel Λαοδαμάντειον memoratur apud Scylac. § 107, p. 32, Stadiasm. § 17, Ptolemæum IV, 5 p. 281. Nomen fabula deducebat haud dubie ab Laodamante Antenoride. Nomen Λαομεδόντειαν in vitiato aliquo libro Stephanus reperisse videtur. ‖ — 19. Cf. Stephan. v. Κάρνη· Ἀρτεμίδωρος ἐν τῷ δεκάτῳ βιβλίῳ φησίν· « ἔστι Κάρνος καὶ συνεχῶς Πάλτος, εἶτα Γάβαλα πόλις. » Plinius V, 18 § 79 : *Oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale*. ‖ — 20. Κρύα. Cf. not. ad Scylac. p. 73. ‖ — πρώτῳ] corrupte, quum decimo libro de Syria Artemidorum exposuisse aliunde constet, idque cadat in ordinem periegeseos. — Pro Ἄλινα Aldinus Ἀλίνα. Insulæ aliunde non notæ. ‖ — 21. Cf. Strabo p. 576, Hierocles p. 666 674. Ptolemæus, V, 2.

SCRIPTA

QUÆ IN HOC VOLUMINE

CONTINENTUR

